






6 IV - 1

2a 4-1



7 400 410 Salta MADE IN SPAIN

S. BONAVENTURAE
 S. R. E. CARDINALIS
 EPISCOPI ALBANENSIS
 EXIMII ECCLESIAE DOCTORIS
 IN LIBRUM QVARTVM
 Sententiarum
 P R O O E M I V M.



VNGVENTARIVS facies pigmenta suauitatis, et vnctioes conficiet sanitaris. Verbum istud scribitur in Ecclesiastico: in quo diligentius confiderato, explicatur, et commendatur materia quarti libri Sententiarum, ad nostram eruditionem, et exercitationem. Explicat autem sub duplici tropo, siue metaphora, scilicet pigmentorum suauitatis, et vnctionum sanitaris. Ex quibus datur nobis intelligi, quod medicamenta sacramentalia et sunt suauia, et sunt salubria: et in hoc est tam medicamenti, quam medici laus perfecta. Nihil enim ultra querit agrotus in medicina, quam quod habeat suauitatem in vsu, et efficaciam in effectu: et qui huiusmodi tribuit medicinam, medicus est perfectus, secundum illud poeticum:

Omne tulit punctum, qui miscuit vile dulci.

Sunt ergo medicamenta sacramentalia pigmenta odorifera, et vnguenta salutifera. Sed vnguenta salutifera sunt respectu aegroti curandi, pigmenta odorifera respectu Dei placandi: et haec contra duo quae faciunt culpa: Deum enim offendit, et naturam laedit: et offendendo Deum, hominem gratia expoliat: et laedendo naturam, vulnerat naturalia. Sacramenta ergo sunt medicamenta perfecta, quoniam Deum sua suauitate placant, et placando faciunt propitium, et impetrant gratiam, et vestiunt hominem expoliatum, et hominem infirmum sua curant virtute, et sic reparant naturalia: et sic homo descendens ab Hierusalem in Hierico expoliatus, et vulneratus reinduitur, et curatur a Samaritano, scilicet Christo Domino, in cuius persona nunc dicitur: *Vnguentarius facies pigmenta suauitatis*, id est instituet sacramenta redolentia ad placandam maiestatem diuinam. *Facies*, futurum dicit, loquens in tempore legis mosaicae pro tempore legis gratiae. Est enim in illo fuisse dicantur pigmenta, et sacrificia Deo redolentia, non tamen erant Deum placantia. Praecepit namque Dominus Moysi in Exodo, vt faceret thymiamam compositum opere pigmentarii. *Facies thymiamam*, inquit, *et cetera*. Praecepit Aaron, vt offerret illud ponens super altare contra velum. Et post subdit: Et vret super illud Aaron incensum mane suauis fragrans, et abundat.

Ad vesperum vret thymiamam. Et in omni oblatione fere dicitur in Leuitico: In odorem suauissimum Domino. Sed odor ille non placabat Dominum propter vacuitatem oblatorum, sicut dicit Apostolus ad Hebraeos: Vmbra habens lex futurorum bonorum, et cetera. Non placabat etiam propter immunditiam offerentium, sicut in Isaia dicitur: Ne offeratis vltra sacrificium frustra: incensum abominatio est mihi. Et ratio subiungitur post: Manus vestrae sanguine plene sunt. Ad hoc ergo quod aliquis faceret pigmenta redolentia, necesse erat quod nulla in eo esset immunditia, et quod plenus esset veri odoris fragrantia. Sed nullus talis poterat inueniri, nec ab homine generari propter immunditiam generantis: et ideo necesse fuit quod Dominus ipse virtute sua corpus ei aptaret secundum illud Psalmi, quod assumit Apostolus ad Hebraeos, loquens de Christo ingrediente mundum, dicens: Hostiam, et oblationem noluit, corpus autem aptasti mihi. Holocausta pro peccato non tibi placuerunt, tunc dixi: Ecce venio. Bene dicit, aptasti, quia mundus Dominus mundificans virginem ea puritate, qua maior sub Deo nequit intelligi, aptauit corpus ei, vt esset vas mundiciae, contentium omnis fragrantiae: quod praesentens patriarcha Iacob, dixit: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Hic ergo erat perfectus pigmentarius, quia non aliunde mendicabat odorem, sed ipse in se redolebat: et vt odor iste, quo plenus erat, ad alios deliniret, obtulit semetipsum Deo, et Patri pro omnibus, secundum illud: Dilexit nos, et tradidit semetipsum oblationem, et hostiam Deo in odorem suauitatis. Tunc fractum est alabastrum, et domus repleta est ex odore vnguenti. Tunc de hac plenitudine accepimus omnes, dum non solum placatur Deus ex ipsa passione, immo etiam in memorialibus passionis. Et non tantum passio fit pigmentum suauitatis, immo etiam memorialia, vt pote sacramenta, secundum illud: Memoria Iosae in compositione odoris facta opus pigmentarii: vt per Iosiam intelligamus Christum passum: Iosias enim interpretatur, vbi est incendium Domini, vel in quo est sacrificium. Memorialia vero sunt sacramenta passionis praeteritam significantia. His memorialibus abundat.

Bene dicit, aptasti, quia mundus Dominus mundificans virginem ea puritate, qua maior sub Deo nequit intelligi, aptauit corpus ei, vt esset vas mundiciae, contentium omnis fragrantiae: quod praesentens patriarcha Iacob, dixit: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Hic ergo erat perfectus pigmentarius, quia non aliunde mendicabat odorem, sed ipse in se redolebat: et vt odor iste, quo plenus erat, ad alios deliniret, obtulit semetipsum Deo, et Patri pro omnibus, secundum illud: Dilexit nos, et tradidit semetipsum oblationem, et hostiam Deo in odorem suauitatis. Tunc fractum est alabastrum, et domus repleta est ex odore vnguenti. Tunc de hac plenitudine accepimus omnes, dum non solum placatur Deus ex ipsa passione, immo etiam in memorialibus passionis. Et non tantum passio fit pigmentum suauitatis, immo etiam memorialia, vt pote sacramenta, secundum illud: Memoria Iosae in compositione odoris facta opus pigmentarii: vt per Iosiam intelligamus Christum passum: Iosias enim interpretatur, vbi est incendium Domini, vel in quo est sacrificium. Memorialia vero sunt sacramenta passionis praeteritam significantia. His memorialibus abundat.

Contiens patriarcha Iacob, dixit: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Hic ergo erat perfectus pigmentarius, quia non aliunde mendicabat odorem, sed ipse in se redolebat: et vt odor iste, quo plenus erat, ad alios deliniret, obtulit semetipsum Deo, et Patri pro omnibus, secundum illud: Dilexit nos, et tradidit semetipsum oblationem, et hostiam Deo in odorem suauitatis. Tunc fractum est alabastrum, et domus repleta est ex odore vnguenti. Tunc de hac plenitudine accepimus omnes, dum non solum placatur Deus ex ipsa passione, immo etiam in memorialibus passionis. Et non tantum passio fit pigmentum suauitatis, immo etiam memorialia, vt pote sacramenta, secundum illud: Memoria Iosae in compositione odoris facta opus pigmentarii: vt per Iosiam intelligamus Christum passum: Iosias enim interpretatur, vbi est incendium Domini, vel in quo est sacrificium. Memorialia vero sunt sacramenta passionis praeteritam significantia. His memorialibus abundat.

Domus repleta est ex odore vnguenti. Tunc de hac plenitudine accepimus omnes, dum non solum placatur Deus ex ipsa passione, immo etiam in memorialibus passionis. Et non tantum passio fit pigmentum suauitatis, immo etiam memorialia, vt pote sacramenta, secundum illud: Memoria Iosae in compositione odoris facta opus pigmentarii: vt per Iosiam intelligamus Christum passum: Iosias enim interpretatur, vbi est incendium Domini, vel in quo est sacrificium. Memorialia vero sunt sacramenta passionis praeteritam significantia. His memorialibus abundat.

Eccli. 38. a
Horat. in Arte poeti ca post medium
Luc. 10. e
Exo. 30. c

Leuit. 6. b
Heb. 10. a
Isa. 1. d
Psal. 39. a
Heb. 10. b
Ansel. de corp. Virg. cap. 28.
Gen. 27. d
Ephes. 5. a
Ioan. 12. a
Ioan. 1. b
Eccli. 49. a

abundant, et impleta est domus Ecclesie militantis: et ideo impleta est ex odore vnguenti, secundum quod dicit Spiritus sanctus in Canticis: Odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. Vnguentarius igitur facit pigmenta, suavitatis, scilicet Deum placantia: conficiet nihilominus vntiones sanitatis, id est sacramenta morbum curantia. Erant quippe in lege figura vntiones, sed non erant sanantia, quia morbus erat lethalis, et vntio, erat superficialis. Vnde Heb. 9. c. Apostolus dicit ad Hebraeos, quod non poterant medicamenta legalia iuxta conscientiam perfectum facere seruientem (solummodo in cibis) et potibus, et varijs baptismatibus, et iustificationibus carnis. Quia ergo vnguebant carnem, et vulnus lethale erat in mente: ideo non poterant curari: vnde ad Hebraeos: Impossibile est sanguine taurorum, et hircorum adferri peccata. Ideo clamabat Isaias et dicebat: Vulnus, et liuor, et plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. Hoc dicit quantum ad triplex genus peccati, quo homo infirmabatur. Per vulnus intelligitur originale, per liuorem veniale, per plagam tumescens mortale. Et ideo premitit: Omne caput languidum, et cet. Ad hoc ergo quod aliquis faceret vnguenta suauitatis, necessarium erat quod afferret vntionem spiritualem, et virtutem vitalem: hic autem fuit Christus Dominus, qui vere Christus fuit, quia vntus secundum quod dicitur Isaias: Spiritus Domini super me, eo quod vnterit me, ad annunciandum mansuetis terra, et cet. Et quod hoc intelligatur de Christo ipsemet perhibet sibi testimonium in Luca: ubi postquam legit hoc verbum, dixit: Hodie impleta est hac scriptura in auribus vestris. Hic potuit vntionem conficere sanantiam secundum quod in Actibus dicit de ipso beatus Petrus: Vntus eum Deus Spiritu sancto, et virtute, qui pertransijt benefaciendo, et sanando omnes oppressos a diabolo, quoniam Deus erat in illo. Vntus eum Spiritu sancto et ideo attulit vntionem spiritualem, et

virtutem: et ita habuit virtutem vitalem, quoniam Deus erat in illo per vntionem, quoniam ipse erat Deus; et ita vitam habebat in semetipso secundum illud: Sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit et filio vitam habere in semetipso. Et quia in se vitam habebat, mortuos viuificare poterat; et ideo fecit vntiones curantia a morbo lethali: dum enim mortalitatem nostram vniuit vite, et ille qui vita erat mortuus est, facta est vntio in qua, et per quam mortuus reuiuiscitur, et ex morte ipsius sacramenta habent viuificandi efficaciam. Vnde super illud: Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo, et Ecclesia, dicit Augustinus: Dormit Adam vt fiat Eua, moritur Christus vt fiat Ecclesia. Dormiente Adam fit Eua de latere, mortuo Christo percussit latus latera: vt perfluat sacramenta, quibus formentur Ecclesia. Ideo dicuntur magis sacramenta perfluxisse de latere quam de pedibus, vel manibus, cum in de perfluxerit sanguis propter ipsam conuenientiam, in significando, quia simul profluxit sanguis, et aqua. Et profluxit quidem de iam mortuo, in quo conuenienter exprimitur sacramentorum confectio et institutio. Sicut enim in promerendo sacramentis efficaciam mors iuncta est cum vita, sic sanguis vitalis exijt cum aqua, sic etiam sacramenta sunt in verbo, et elemento pariter instituta: et ideo ad sanandum non tantum facta, sed etiam confecta dicuntur. Hac igitur sacramenta sunt perfecta medicamenta, qua fecit vnguentarius ad placandum Deum: et ideo sunt pigmenta suauitatis, et ad sanandum hominem aegrotum: et ideo sunt vntiones sanitatis. Vntiones autem sanitatis sunt, quia sanitatem tribuunt, et ad sanitatem disponunt. Tribuunt sanitatem sufficienter, quae est sanitas gratiae, de qua in psalmo: Qui sanat contritos corde, et alligat contritiones eorum: disponunt etiam ad sanitatem perfectam, quae est sanitas gloriae, de qua in psalmo: Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Et hoc quidem faciet in gloria.

Cant. 4. v

Heb. 9. c

Heb. 9. c
Isa. 1. b

Isa. 61. a

Luc. 4. c

Act. 10. f

Ioan. 5. d

Ephe. 5. g

Aug. lib. 2. de Gen. ad lit. cap. 24. 10. 1.

Psal. 146. a
Psal. 102. a

DISTINCT. I. PARS I.

DE SACRAMENTIS IN GENERALI.

Vbi de quattuor, videlicet diffinitione, causa institutionis, de ijs in quibus continentur, et differentia ipsorum et veterum: atque ita de circumcissione, et de remedio originalis ante illam.

Luc. 10. f

* Aug. li. 10 de Civ. cap. 5 sic habet: Sacrificium visibile inuisibilis sacrificij sacramentum, et lib. 2. ad uers. leg. et proph. c. 9. Dist. 2. post rest trahi ex Aug. de caribec. rud. cap. 2. 10. 4. August. de Doctr. Chr. lib. 2. ca. 1.



SAMARITANVS enim vulnerato approprians, curationi eius sacramentorum alligamenta adhibuit: quia contra originalis peccati, et actualis vulnera sacramentorum remedia Deus instituit. De quibus quattuor primo consideranda occurrunt. Quid sit sacramentum: Quare institutum: In quibus consistat, et conficiatur. Et que sit distantia inter sacramenta veteris et noue legis.

Quid sit sacramentum.

* SACRAMENTVM est sacra rei signum. Dicitur tamen sacramentum etiam sacrum secretum, sicut sacramentum diuinitatis: vt sacramentum sit sacrum signans, et sacrum signatum: sed nunc agitur de sacramento secundum quod est signum. Item sacramentum est inuisibilis gratia visibilis forma. Signum vero est res praeter speciem, quamingerit sensibus, aliquid aliud ex se faciens in cognitionem venire. Signorum vero alia sunt naturalia, vt fumus significans ignem: alia data. Et eorum que data sunt, quadam sunt sacramenta, quadam non. Omne enim sacramentum est signum, sed non e conuerso. Sacramentum eius rei similitudinem gerit, cuius signum est. Si enim sacramenta non haberent similitudinem rerum, quarum sacramenta sunt, proprie sacramenta non dicerentur. Sacramentum enim proprie dicitur, quod ita signum

signum est gratiae Dei, et inuisibilis gratiae forma, vt ipse imaginem gerat, et causa existat. Non ergo significandi tantum gratia sacramenta instituta sunt, sed etiam sanctificandi. Quae enim significandi gratia tantum instituta sunt, solum signa sunt, et non sacramenta: sicut fuerunt sacrificia carnalia et obseruantiae caeremoniales veteris legis, quae nunquam poterant iustos facere offerentes: quia vt ait Apostolus: Sanguis hircorum et taurorum et cinis vitulae aspersus inquinatos sanctificabat ad emundationem carnis, non anima. Nam inquinatio illa erat contactus mortui. Vnde Augustinus: Nihil aliud intelligo iniquationem quam lex mundat, nisi contactum mortui hominis: quem qui tetigerat, immundus erat septem diebus: sed purificabatur secundum legem die tertio et septimo, et ita mundus erat vt iam intraret in templum. Mundabant etiam interdum a corporali lepra illa legalia. Sed nunquam ex operibus legis aliquis iustificatus est, vt ait Apostolus, etiam si in Fide et Charitate fierent. Quare? quia imposuit ea Deus in seruilitatem, non in iustificationem, et vt figura futuri essent: volens sibi ipsi potius offerri ea, quam idolis. Illa ergo signa erant, sed tamen et sacramenta: licet minus proprie in scripturis sepe vocantur: quia signa erant rei sacrae, quam utique non praestabant. Illa autem Apostolus opera legis dicit, quae tantum significandi gratia, vel in onus instituta sunt.

De causa institutionis sacramentorum.

TRIPlici autem de causa sacramenta instituta sunt, propter humiliationem, eruditionem, exercitationem. Propter humiliationem quidem, vt dum homo in sensibilibus rebus, quae natura infra ipsum sunt, ex precepto Creatoris se reuerendo subijcit, ex hac humilitate et obedientia Deo magis placeat, et apud eum mereatur, cuius imperio salutem querit in inferioribus se, etsi non ab illis sed per illa a Deo. Propter eruditionem etiam instituta sunt, vt per id quod foris in specie visibili cernitur, ad inuisibilem virtutem, quae intrus est, cognoscendam mens erudiat. Homo enim qui ante peccatum sine medio Deum videbat per peccatum adeo habuit, vt nequaquam diuina queat capere, nisi humanis exercitatus. Propter exercitationem similiter instituta sunt: quia cum homo otiosus esse non possit, proponitur ei utilis et salubris exercitatio in sacramentis, qua vanam et noxiam declinet occupationem. Non enim facile capitur a tentatore, qui bono vacat exercitio. Vnde Hieronymus monet: Semper aliquid operis facito, vt te occupatum diabolus inueniat.

De triplici genere exercitationis.

SVNT autem exercitationum tres species. Vna ad adificationem anime pertinet: alia ad corporis fomentum: alia ad vtriusque subuersionem. Cum igitur absque sacramentis, quibus non alligauit potentiam suam Deus, homini gratiam donare posset, praedictis de causis sacramenta instituit. Duo autem sunt, in quibus sacramentum consistit, scilicet verba, et res. Verba, vt inuocatio Trinitatis: Res vt aqua, oleum, et huiusmodi.

De differentia sacramentorum veterum et nouorum.

IAM videre restat differentiam sacramentorum veterum et nouorum: vt sacramenta uocemus quae antiquitus res sacras significabant, vt sacrificia, et oblationes, et huiusmodi. Eorum autem differentiam breuiter Augustinus assignat, dicens: quia illa promittebant tantum et significabant: haec autem dant salutem.

DISTINCT. I. PARS I.

Tractat in generali de sacramentis secundum sanitatem, quam tribuunt.

Samaritanus enim.

Expositio textus.

QUOTIAMS Magister supra in tertio libro egit de reparatione per gratiam mediatoris Dei, et hominum homini praestita, consequenter in hoc Quarto agit de sacramentis, quibus fragilitatis humanae peccatorum vulnera ligantur, et curantur. Et diuini S. Bon. To. 5.

A dicitur haec pars in duas partes. In prima agit de sacramentis secundum sanitatem, quam tribuunt. In secunda agit de gloria, ad quam disponunt, infra distinctione 44. Postremo de conditione resurrectionis. Prima pars habet duas. In prima determinat de sacramentis in generali. In secunda in speciali, infra distinctione secunda: Iam ad sacramenta nouae legis accedamus. Prima pars, quae continet praesentem distinctionem, habet tres partes. In prima enim ponit partem praecentalem. In secunda principalem, ibi: Sacramentum est sacra rei signum, et cet. In tertia incidentalem, ibi: Fuit tamen inter illa sacramenta quoddam, et cet. In parte autem prima duo facit. Primo per quamdam parabolam ostendit, quae sit sacramentorum causa institutiuam. Secundo dicit quae sint generaliter de sacramentis determinanda, ibi: a 2 De quibus

Leuit. 16. c
Heb. 9. d
In quast. su per nu. 33. 10. 4.
Nu. 10. c
Rom. 3. et 4. c. b
Gal. 2. d
Rom. 3. d
Act. 10. c

In epist. ad Rusticum de non uiuendi in med. 10. 1.

In exposit. rione tituli Psal. 73. in 10. 8.

De quibus quattuor prima consideranda sunt. Pars vero principalis in qua determinat de sacramentis in generali, habet quattuor, secundum illa quattuor, quae Magister praemittit determinanda. Primo enim determinat, quid sit sacramentum. Secundo vero, quare sit institutum, ibi: Triplici autem ex causa sacramenta instituta sunt. Tertio vero, in quibus sit institutum, ibi: Duo autem sunt, in quibus. Quarto vero nouorum, et veterum assignat differentiam, ibi: Iam videre restat differentiam.

Sacramentum est sacra rei signum, et cetera. Dub. I.

Alex. 4. p. 9. i. memb. 1. Videtur Magister diffinitionem istam male assignare, eo quod videtur alijs communicare quae non sunt sacramenta, et tamen sunt sacra rei signum, ut est hoc nomen Deus. Si dicas quod sit signum rei sacrae, et ut sacrae, tunc hoc nomen sanctum et sanctificans est sacramentum. Si tu dicas quod hoc intelligitur de signo visibili: tunc ergo ratio haec non est conuertibilis.

Hug. de Sac. lib. 1. p. 9. ca. 2. circa initium.

RESPON. Ad hoc dicunt aliqui, quod sacramentum accipitur tripliciter, scilicet communiter, proprie, et propriissime, et secundum hoc Magister dat tres diffinitiones. Et prima est sacramenti largissime accepti. Potest tamen dici secundum Hugonem aliter quod illa non est diffinitio, sed nominis interpretatio: et Magister non intendit ibi diffinitionem sacramenti ponere, sed nominis interpretationem, siue verbi notificationem. Et ex prima interpretatione habetur, quod sacramentum sit signum rei sacrae. Ex secunda quod sit signum visibile rei sacrae, et sanctificantis, ita quod ad illud habendum efficaciter ordinat suscipientem: et sic dicitur proprie sacramentum, et ita venatur Magister diffinitionem sacramenti. Si ergo prima ratio determinetur per has condiciones, tunc diceretur ratio sacramenti. Si autem in sua generalitate intelligatur, sic solum est interpretatio nominis, non diffinitio conuertibilis.

Sacramentum est invisibilis gratia, visibilis forma. Dub. I.

Videtur sacramentum hoc modo non bene diffinitum: quia corpus Christi verum est sacramentum, character est sacramentum, et tamen neutrum est visibilis forma. Si tu dicas quod visibile sumitur communiter ad visibile sensu exteriori, secundum quod dicitur: Vidit ergo mulier. Et ad visibile quantum ad sensum communem, secundum quod dicitur: Cunctus populus videbat voces, et cetera. Et ad visibile secundum intellectum, secundum quod dicitur: Vidit Deus cuncta, quae fecerat, et erant valde bona. Objicitur contra hoc, quod gratia non est invisibilis: ergo male dicitur invisibilis gratia: propter hoc quaeritur, quo modo accipitur ibi invisibilis, et quare magis signi visibilis, quam audibilis, cum vox sit signum magis expressivum. Et iterum, cum sacramentum sit compositum, quaeritur quo modo sit forma.

RESPON. Dicendum quod visibile accipitur hic pro sensibili sensu exteriori, maxime quantum ad duos sensus disciplinabiles. Unde visibile comprehendit audibile. Sed magis dicit visibile, quam audibile, propter hoc quod ratio signandi, ut infra videbitur, magis refidet penes elementum: et hoc est perceptibile visum, et utrumque concurrat ad sacramentum. Quod objicitur de caractere, dicendum, quod non est sacramentum nisi quia annexum est sensibili, siue visibili exteriori, et Magister diffinit principaliter exteriorius. Quod objicitur de forma, dicen-

Alex. de al. 4. par. 9. 3. memb. 1. artic. 2.

Ad quod forma vno modo dicitur perfectio rei: alio modo paradigma, siue exemplar: tertio modo dicitur forma quasi foris manens, id est aliqua similitudo exteriorius representans: et sic accipitur in proposito.

Sacramentum eius rei, et cet. Dub. I I I.

Videtur male dicere: quia sacramentum est res corporalis, et gratia res spiritualis: ergo cum nulla sit conuenientia in aliqua qualitate inter illa: ergo nec est similitudo.

RESPON. Dicendum quod similitudo duobus modis attenditur, vno modo secundum vnus rationis proprietatem, siue naturae participationem. Alio modo secundum vnus formae comparisonem. Prima dicitur similitudo proportionis, secunda dicitur similitudo proportionalitatis. Sacramentum gerit similitudinem gratiae secundo modo non primo, pro eo quod sicut aqua abluuit carnem, ita gratia mundat animam: et sicut oleum lenit exteriorius, ita gratia interiorius. Et haec similitudo est in quattuor terminis.

Et cinis vitulae aspersus, et cet. Dub. IIII.

Videtur falsum dicere, quia immunditia carnis non amouebatur, immo plus caro inficiebatur.

RESPON. Immunditia carnis dicitur non quia pure erat carnalis, sed quia erat irregularitas contracta ex solo actu carnali, sicut erat tangere mortuum, ex quo dicebatur immundus: non quia macula erat in anima, vel in carne, sed quia ex hoc aliquid contraxerat irregularitatem, ut non esset idoneus ingredi templum.

Sed purificabatur, et cet. Dub. V.

Quaeritur, unde hoc erat quod sacerdos erat purificans secundum legem, cum idem non debeat esse causa purificationis, et iniquationis.

RESPON. ratio huius erat literalis, allegorica, moralis. Literalis, quia tangebatur cinerem animalis mortui, et summus etiam sacerdos in peccato populi communicabat: ideo in poenam contrahendi immunditiam communicabat. Allegorica ratio est, quia in hoc significabatur quod immunditia iudaorum non erat totaliter auferenda vsque ad finem, quando reliquia Israel saluae fient: Moralis vero ratio erat, quia illa immunditia significabat, quod homo debeat se reputare immundum, et sacerdos qui pro alijs purificandis orat, debet se reputare immundum, quia aliena peccata debet reputare quasi sua: vel etiam debet credere se in illo officio aliquid commississe, iuxta illud Gregorij: Bonarum mentium est ibi culpam agnoscere, vbi culpa non est.

Mandabant etiam interdum a corporali lepra illa legalia. Dub. V I.

CONTRA: quia si hoc verum erat, tunc ergo illa erant maioris virtutis, quam sint ista.

RESPON. Dicendum quod mundare dicuntur, quia mandatum ostendebant. Et si tu quaeras, quae utilitas sit, responderetur, dicendum quod magna, quia leprosi eiciebantur extra castra, et non poterant redire, nisi purificarentur, et iudicio sacerdotis essent mundi. Sed tunc objicies: cum lepra sit morbus incurabilis, videtur quod nullus mundaretur. Dicitur potest, quod aliqui radicibus habebant causam morbi, et isti numquam mundabantur, nec secundum veritatem, nec secundum iudicium sacerdotis. Aliqui vero habebant signa, et isti mundari poterant, id est mundati ostendi, cum illa signa iam cessabant.

Triplici

Forma qd.

Alex. 4. p. 9. i. memb. 1. artic. 2.

Triplici autem de causa instituta sunt sacramenta. Dub. V I I.

Videtur male dicere: quia vnus rei vnus est finis: ergo videtur quod vna sola sit causa principalis.

RESPON. Dicendum quod vna est sola causa principalis, scilicet animae ornatus, siue reparatio: sed quia anima plures habet potentias, possunt fines plurificari penes illas, vno tamen principali sine existente. Est enim in nobis vis regitua: et quantum ad hanc est eruditio. Est vis irascibilis: et quantum ad hanc est humilitatio. Est vis concupiscibilis: et quantum ad hanc ne fastidiat, est exercitatio. Vel aliter: Eruditio quantum ad cognitiuam, humilitatio quantum ad affectiuam, sed exercitatio quantum ad operatiuam.

Propter humilitationem quidem, et cetera. Dub. V I I I.

VIDETUR in hoc perueriti ordo: quia anima est supra huiusmodi creaturas: ergo si eis se subijcit, perueritur in hoc ordo naturalis.

RESPON. Dicendum, quod subijcere se his rebus potest homo quattuor considerationibus. Aut propter peccati meritum, aut propter Dei praecceptum, aut quia sunt gratiae signum, aut quia in eis statuitur summum bonum, et finem vltimum. Primis tribus de causis est meritum, et nulla inordinatio. Nam cum propter peccati demeritum, et Dei praecceptum homo sacramentis se subijcit, quia sunt gratiae signum, magis praeccepto, quam rei insensibili se subijcit: et ideo est ordinatio. Et qui propter significationem subijcit se, magis subijcit se signato, quam signo. Sed in quarta consideratione ordo perueritur, et est peccatum: et sic non spectat ad propositum.

Homo anim ante peccatum sine medio Deum videbat. Dub. I X.

Videtur dicere falsum: quia qui videt Deum per essentiam, videt etiam facie ad faciem: sed omnis talis est beatus: ergo, et cetera.

Medium videtur duplex. Primum medium est speculari, secundum anigmaticum. Sine primo non erat homo, sed erat sine secundo, in quod incidit per peccatum: et ideo quia caecus erat, indignus erat erudiri, et manduci: Non sic in statu primo.

Pr. per exercitacionem similiter instituta sunt. Dub. X.

CONTRA: quia si hoc verum est, cum corporalis exercitatio ad modicum sit utilis, et cum sacramenta sint corporales res: ergo ad modicum sunt utilia propter exercitacionem.

RESPON. Dicendum quod exercitari in obseruantia ipsorum Sacramentorum potest esse dupliciter: aut in solo exteriori ritu, et sic ad modicum valet: aut iuncta deuotione mentis, et sic non est corporalis, sed etiam quodam modo spiritualis, ac per hoc multum utilis.

Duo autem sunt, in quibus Sacramentum consistit, scilicet verba, et res. Dub. X I.

Augus. lib. 9. c. 6.

Videtur quod male diuidat: quia omne verbum est res. I T E M videtur quod diuidat insufficienter: quia Hugo dicit quod consistunt in rebus, dictis, et factis.

RESPON. Dicendum quod res arctatur hic ad visibilia, et Magister strictius accipit sacramenta, s. Bon. To. 5.

quam Hugo: quia ille accipiebat quancumque institutionem honestatis in Dei Ecclesia Sacramentum esse, Magister vero strictius accipit.

Promittebant tantum, et significabant. Dub. X I I.

Videtur Augustinus male dicere: quia aut promittebant illis, qui erant illius temporis, aut futuris. Futuris non, quia non promittit aliquis aliquid alicui, nisi ille sit. Si illis, qui tunc erant, constat quod ad sacramenta nouae legis illi non peruenerunt: ergo decepti erant in promissione.

RESPON. Dicendum quod hic accipitur promissio non gratia iustificantis, sed gloriae: et illa promittebant, sed non dabant: quia ianua nondum erat aperta: haec autem promittunt, et dant, cum ianua sit aperta a Christo.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam eorum, quae in hac prima parte determinantur, quaeritur de sacramentorum institutione. Secundo de significatione. Tertio de continentia. Quarto de efficacia. Quinto de differentia sacramentorum veterum, et nouorum. Sexto de gratia in eis collata.

QVÆSTIO I.

An Sacramenta debuerint institui.

Alex. Alen. 4. p. q. 1. membr. 3. S. Thomas 3. p. q. 61. ar. 1. Et 4. Sent. d. 1. q. 1. art. 2. q. 1. Et 3. contra Gent. cap. 120. Scot. 4. Sent. d. 1. q. 3. Richardus 4. Sent. dist. 1. art. 2. q. 1. Duran. 4. Sent. d. 1. q. 2. Tho. Argent. 4. Sent. d. 1. q. 2. ar. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 1. q. 1. Marsilius Inghen. 4. Sent. q. 2. ar. 1. Gabr. Biel. 4. Sent. d. 1. q. 2.

AD OPPO SITVM.

QVOD Sacramenta non debuerint institui, videtur. Primo per hoc, quod non videtur decere Deum: quoniam maius est recreare, et reparare quam creare: ergo si potentiam creandi Deus sibi soli reseruauit, multo fortius videtur quod potentiam reparandi: ergo videtur quod solus Deus sit medicus, et medicina: ergo nulla alia sacramenta.

2. I T E M natura inferior facit semper per pau-ciora, quanto potest bono modo: et in hoc est laudabilis, quia in paucioribus est via magis eligibilis: ergo et hoc attribuendum est summae naturae: si ergo homo sufficienter reparatur per fidem, et virtutes: ergo superfluum fuit dare sacramenta.

3. I T E M quod non expediat aegrotis, videtur: quia tanto melius est aegrotis, quanto plures, et ha-tiores habet vias veniendi ad salutem: et tanto est in maiori periculo, quanto est via sibi arctior. Sed in-stitutis sacramentis non est alia via veniendi nisi per sa-cramenta, prius autem erat omnis via, qua se dispo-nebat aegrotus ad gratiam: ergo arctata est via per sacramentorum institutionem.

4. I T E M quamuis mandata seruare non sit gra-ue naturae sanae, tamen est graue naturae infirmae: er-go multiplicare mandata non est nisi aggravare fardina-m: ergo si sola moralia essent in praeccepto, facilis deueniret.

2 3 deueniret.

deuenerit ad salutem: ergo instituere sacramenta ulterius non fuit nisi viam salutis aggrauare, et impedire.

FVNDAMENTA. CONTRA: Aliquo plus indiget aegrotus, quam sanus: ergo aliquid plus oportuit dari homini curando ad perueniendum ad salutem, quam si non cecidisset: talia autem non sunt nisi sacramenta, quia alias etiam habuisset gratiam, et virtutes, et dona: ergo, et cetera.

ITEM quia homo fuit ignorans, fuit opportunum, et conueniens sibi dare documenta praecptionum, siue legalia: ergo cum esset infirmus, pari ratione et medicamenta sacramentalia.

ITEM humana natura lapsa erat in anima, et in corpore: et ad hoc quod perfecte releuaretur, decuit ut eam Deus assumeret totam: ergo si medicina debet respondere effectui reparationis, decuit ut medicina haberet aliquid corporale, et spirituale: sed talia sunt sacramenta: ergo sacramenta debuerunt institui.

Circa Fam. I TEM omnis religio, ut dicit Augustinus contra Faustum, habuit aliqua signa exteriora, in quibus conuenienter ut Deum colerent: et hoc patet discurrendo in singulis, etiam in idololatriis. Si ergo Ecclesia debet habere signa sacrae Religionis sibi conuenientia, et huiusmodi sunt signa sacra, et sacramenta, decuit Deum instituere sacramenta.

CONCLUSIO.

Sacramenta debuerunt institui necessario, non quidem necessitate inexcusabilis, sed congruentia cum Deo potentiam suam sacramentis non alligauerit.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod institutio sacramentorum Deum decuit, et nobis expediens fuit. Decuit quippe Dei misericordiam, et iustitiam, et sapientiam, in quibus consideratur omnis Domini via. Decuit misericordiam, quia homo male gratiam seruabat propter voluntatis veritilitatem: ideo instituit Deus sacramenta, ad quae homo recurrere recuperaret gratiam: et ita misericordiae magne fuit haec instituere, maxime quia non solum ad remissionem culpae faciunt, verum etiam ad remissionem poenae. Decuit etiam iustitiam, quia cum sit iustus, exigebat aliquam humiliationem, per quam homo se ad gratiam disponeret, et sacramenta suscipiendo, quasi ex quodam pacto gratiam inueniret. Decuit denique sapientiam: summam enim sapientiae est in his inuenire remedium, quae fuerunt occasio lapsus: ut sicut homo per lignum cecidit, ita per lignum remedium salutis inueniret. Sic quia homo occasionem lapsus a visibilibus sumpserat, decuit diuinam sapientiam in eisdem remedium inuenire. Expediens fuit a parte aegroti, quia erat caecus quo ad rationalem: ideo data sunt ei sacramenta visibilia ad eruditionem. Erat elatus quo ad irascibilem: ideo data sunt ei sacramenta corporalia ad sui humiliationem. Erat fastidiosus quo ad concupiscibilem, ut non saperent ei spiritualia: ideo sacramenta sunt ei data ad exercitationem, ne forte in vnus solius perceptione, vel spiritualium tantum contemplatione, sibi posset fastidium generari, et tedium. Fuit ergo necessarium instituere sacramenta necessitate congruitatis, non inexcusabilis: quia Deus poterat suam sacramentis non alligauit, sicut dicit Magister in littera.

2. Ratio.

ITEM illud quod obijcitur, quod non communicauit potentiam creationis, dicendum quod creatio est ex non ente: ideo non est ibi necessaria potentia ad disponendum, nec potentia ad informandum, sed solum potentia ad efficiendum: ideo, et cetera. Sed quia iustificatio est alicuius entis melioratio, potest esse informans, et disponens, et efficiens. Infor-

mare Deo non conuenit: ideo hoc dedit creaturae ut gratia. Disponere nostrum est cum adiutorio Dei, sed efficere Dei solius: nulli ergo communicat potentiam effectiuam, sed dat informatiuam gratiae, et dispositiuam sacramentis.

2. AD illud quod obijcitur, quod nobilitas est operari per pauciora, dicendum quod verum est si aequae bene per pauciora res fiat: et quia nostra reparatio non fit omnino secundum potentiam agentis, sed secundum congruentiam recipientis, quia est ibi misericordia, et veritas: ideo non tantum debuit esse iustificatio per informationem, quae est per virtutes, sed et per preparationem, quae est per sacramenta.

Vel aliter, ut dicit Hugo: Virtutes sunt arma ad pugnandum, sacramenta ad defendendum. Vnde sacramenta adiuuant gratiam: et ideo non superfluum, quod patet, quia gratia delet culpam, sed non absoluit a poena, sacramentum tamen baptismi adiunctum gratiae soluit a poena.

3. AD illud quod obijcitur, quod esset facilior via, dicendum quod etsi plures essent, tamen nulla ita bona, nulla ita utilis, nulla ita efficax, et compendiosa. Praeterea: Homo eam nesciebat, et ad inquirendum piger erat, ideo oportuit, et expediuit ut sibi ostenderetur, et ad eam per praecceptum inuiteretur, maxime quando homo indiget necessario effectui sacramenti.

4. AD illud quod obijcitur de mandatis, quod sint grauius naturae infirmae, dicendum quod est onus onerans, et est onus alleuians, sicut sunt pennae in auibis, et rotae in curribus, et vela in nauibus. Primum onus verum est quod grauat, secundum vero onus est si onus de se, tamen non onerat portantem. Sic et mandatum, per cuius portationem redditur lapso virtus, est si pondus, tamen quia virtutem adiuuat, et alleuiat: talia sunt sacramenta, in quibus inuenitur gratia, quae fortificat, et facit mandata facilia.

QUESTIO II.

An significatio sit de essentia sacramenti.

Alex. Alenf. 4. p. q. 1. memb. 1. S. Thomas 3. p. q. 60. ar. 1. Et 4. Sent. d. 1. q. 1. ar. 1. q. 1. Scot. 4. Sent. d. 1. q. 2. Richar. 4. Sent. dist. 1. q. 3. et 4. Duran. 4. Sent. d. 1. q. 2. Tho. Argent. 4. Sent. d. 1. q. 2. ar. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 1. q. 2. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 1. q. 1. Gabr. Biel. 4. Sent. d. 1. q. 1.

DE sacramentis quantum ad significationem. Et quod significatio sit de essentia, siue integritate sacramenti, ostenditur. Primo per diffinitionem, siue notificationem, quam Magister ponit in littera: Sacramentum est sacrae rei signum.

ITEM Hugo in libro de Sacramentis parte 9. cap. 2. Sacramentum est materiale elementum ex similitudine representans, ex institutione signans: ergo si Sacramentum esse suum habet ex institutione, et est institutum ad signandum: ergo signare est ei essentiale.

ITEM Sacramenta instituta sunt ad nostram eruditionem, secundum quod Hugo dicit, et Magister tangit in littera: sed non ad eruditionem corporalem: ergo ad eruditionem spiritualium: sed sacramenta sunt corporalia, et non ducunt in spiritualia, nisi in ratione signandi, quia offerendo se sensibus aliud faciunt in cognitionem venire: ergo, et cetera.

FVNDAMENTA. Qua diffinitio potest trahi ex Augusti. de Cath. rudibus ca. 20. 10. 4. Hug. 1. p. 9. c. 2.

ITEM

ITEM Sacramentum est elementum: aut ergo purum elementum corporale, aut etiam simul cum hoc dicit aliquid spirituale. Non purum corporale, hoc constat: ergo cum hoc dicit aliquid spirituale. Illud ergo spirituale, aut virtus ei secundum veritatem, aut secundum intentionem. Sed non secundum veritatem, illud constat, cum non sit capax sicut infra probabitur: ergo secundum intentionem. Sed vniri secundum intentionem est vniri sicut signatur vniri signo: ergo de Sacramentorum integritate est ipsa signatio.

AD OPPOSITVM.

1. CONTRA: Sacramenta sunt principaliter instituta ad curandum: sed ad hoc quod aliqua medicina sit curatiua, nihil facit quod curationem significet: sed sufficit solum quod curet: ergo Sacramentum potest esse perfecta medicina etiam sine significatione: ergo significatio non est de integritate Sacramenti.

2. ITEM si sacramentum est medicina, sacramentum aliquo modo est causa: sed causa non est signum effectus, immo magis signatur: ergo sacramentum potius est significari, quam significare.

3. ITEM si signum est de integritate sacramenti: ergo quod non signat non est sacramentum, et quod non signat huic, ei, cui non significat, non est sacramentum: sed sacramentum baptismi nihil significat parulo: ergo parulo non est sacramentum: ergo dum paruulus recipit baptismum, non recipit sacramentum: sed hoc est absurdum: ergo signum non est de integritate sacramenti.

4. ITEM si sacramentum est signum, aut ergo demonstratiuum, aut praenosticum, aut rememorative. Non potest esse nisi demonstratiuum, quoniam efficit quod figurat: vel saltem si non efficit, cum signum et signatum sint relatiua, sunt simul natura: ergo si signum est praesens, et signatum. Sed demonstratiuum non est ut videtur: quia si hoc, cum demonstrat inesse gratiam, et non inest, tunc videtur esse falsum signum: ergo et falsum sacramentum.

5. ITEM si signum est, aut est naturale, aut voluntarium. Si naturale: ergo sacramenta sunt a natura: et si hoc, cum illud, quod est naturale, sit idem apud omnes: tunc ergo et sacramenta: quod certum est esse falsum. Si voluntarium: ergo cum voluntaria augeantur, et minuantur tota die, sicut patet in dictionibus, vel terminis: ergo pari ratione videtur, quod sacramenta possunt mutari pro voto.

6. SI tu dicas quod sunt signa voluntaria, quia sunt a voluntate diuina: sed cum talia sint cetera, creata, et omne quod est sub caelo: ergo non debent dici propter hoc signa voluntaria: aut si hoc, tunc pari ratione cetera creata.

CONCLUSIO.

Significatio est de essentia sacramentorum: quia homo per peccatum non modo in pronitatem concupiscit, sed etiam ignorantia cecitatem lapsus est.

RESPON. AD ARG. Ad praedictorum intelligentiam est notandum quod sacramentalis medicina de sua integritate habet significationem, et haec communis est et essentialis omnibus sacramentis. Ratio autem huius, ut credo, haec est, quoniam sacramentalis medicina est sufficiens medicamen: quia igitur homo lapsus non tantum lapsus est in pronitatem concupiscitiae, sed etiam in cecitatem ignorantiae: ideo ut in vitroque curetur per sacramentum, non tantum debet sacramentum habere quid gratuitum, sed etiam mysticum: et ita figuratiuum, et signatiuum. Rursus: Quia est sufficiens medicina de se fert secum suum preparatorium. Vnde sicut medicina corporalis non prodest nisi praeparetur suscipiens, sic necesse est fieri spiritualiter: et quoniam fides dispo-

nit hominem, ut ei sint salutifera sacramenta, et motus fidei excitatur per exhibitionem signi ut requiratur signatum, et per hoc homo disponitur ad curationem: ideo tamquam medicina efficax, et sufficiens, sacramentalis medicina habet significationem de sua integritate: et ita essentialiter loquendo sacramentum est signum.

1. ET per hoc patet responsio ad primum argumentum, quod obijcit de medicina corporali, quoniam non est simile, ut iam patet.

2. AD illud quod obijcitur, quod causa non est signum effectus, dicendum quod illud verum est, quando habitudo signandi consequitur habitudinem causandi: in sacramentis autem antecedit. Vel dicendum quod hoc verum est in his, quae habent vere ac proprie rationem causae, et effectus: vera enim causa natura prior est effectui: et ideo a sensibus nostris remotior: et quia significatio est per id, quod est nobis propinquum: ideo significamus causam per effectum, non e conuerso. Sed hoc non est verum in proposito. Quia enim sacramentum non habet vere rationem causae, nec gratia rationem effectus: ideo gratia subtilior est, et a sensibus nostris remotior. Et etiam quia corporale nobis est propinquius: ideo recte per illud gratia signatur, et non e conuerso: propositio vero illa locum habet in vera causa, sicut est sol, et luna.

3. AD illud quod obijcitur, quod sacramentum non signat parulo, dicendum quod signum duplicem habet comparisonem, et ad illud, quod signatur, et ad id cui signat: et prima est essentialis, et habet ipsam semper in actu, secundam autem habet in habitu, et a prima dicitur signum non a secunda: unde circulus super tabernam semper est signum, etiam si nullus aspiciat: sic sacramentum semper signum est, quamuis nullus cognoscat. Sed tamen adhuc non soluitur, quia quamuis sit signum, non tamen signat huic. Ideo dicendum quod sicut parulo sufficit fides aliena, ita sufficit quod significetur ipsi parulo in alio: unde quamuis non significet ei in se, significat tamen in alio.

4. AD illud quod quaeritur, quo genere signi continetur, dicendum quod aliqua sacramenta significauerunt quod futurum erat, ut legalia: aliqua quod praeteritum, ut sacramenta nostra, quae signant passionem praeteritam, sicut dicit Glossa super illud: Consepulti estis. Glossa: Quidquid gestum est in cruce Christi in his non tantum dicitis, sed etiam gestis figuratur: loquitur de sacramentis. Sunt etiam signa demonstratiua, quia signant quod donatur. Vnde duplicem habent significationem, propriam scilicet, et allegoricam. Propriam respectu praesentis, sed allegoricam respectu praeteriti. Quod ergo obijcitur, quod signum et signatum simul sunt natura, dicendum quod verum est sub ratione signi, non autem oportet quod simul sub ratione rei subtrahatur, id est denominatur, quoniam haec intentio signorum non ponit rem esse nisi apud animam. Similiter quod obijcitur, quod si sunt demonstratiua, tunc sunt falsa, dicendum quod signum duplicem habet veritatem, ut dicit Anselmus. Vnam ab institutione, aliam ab usu. Ab institutione, quia impositum est ad hoc signandum: et haec veritas non potest permutari: Alia veritas est secundum usum, scilicet quando significat illud, ad quod est institutum per usum, et hanc veritatem amittit. Signum ergo sacramentale quantum ad primam semper est verum, similiter quantum ad secundam semper est verum, quantum est ex parte sui, siue etiam dantis, sed impeditur solum a parte suscipientis: ideo sacramentum non falsificatur, sed male recipiens falsus, et fictus iudicatur.

5. AD illud quod obijcitur, quod non est naturale, nec voluntarium, dicendum quod sacramentum habilitatem ad significandum habet ex natura, sed

Rom. 6. 4

Ponit signa pronostica respectu gratiae, quae praecedunt eam naturam.

Ans. in com. men. super epist. ad Ro. cap. 4.

Hug. lib. 1. p. 9. c. 2. fed actualitatem habet ex institutione: unde Hugo dicit quod tria sunt in sacramento: similitudo ex creatione, significatio ex institutione, sanctificatio ex benedictione.

6. Quod ergo obijcitur, quod est Deo voluntarium, nobis est naturale, dicendum quod verum est si det rei illud non solum ut in ea sit, sed etiam ut sit ab ea, ita quod sit a principiis subiecti: et quia talis ratio non est in sacramentis, ideo vere, et proprie sunt voluntaria: et sic pater quod sunt signa, et qualiter significant.

Q V A E S T I O I I I .

An sacramenta sint gratia contentiva.

Alex. Alens. 4. p. q. 5. memb. 3. art. 3. S. Thomas 3. p. q. 62. art. 1. Et 4. Sent. d. 1. q. 1. ar. 2. Scot. 4. Sent. d. 1. q. 4. Richardus 4. Sent. d. 1. ar. 4. q. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 1. q. 3. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 1. q. 5. Gabr. Biel. 4. Sent. d. 1. q. 1.

F V N D A M E N T A . P sal. 7. b. TRVM sacramenta sint gratia contentiva. Et quod sic, videtur. Super illud Psalmi: Posuit tenebras latibulum. Glossa: Latuit diuinitas in carne, remissio peccatorum in baptismo: sed diuinitas erat in carne secundum veritatem: ergo et remissio peccatorum in baptismo: sed illa est per gratiam: ergo gratia est in baptismo.

Hug. lib. 1. p. 9. c. 4. I T E M Hugo aperte dicit lib. primo, de sacramentis parte 9. cap. 4. quod septem concurrunt ad sanandum hominem, scilicet Deus, medicus, homo agrotus, sacerdos minister, vel nuncius, gratia, antidotum, et vas sacramentum, et cetera, et vltimo dicit, quod vas est sacramentum: et subiungit. Quare quia continet gratiam, sicut vas feruat medicinam.

Hug. lib. 1. p. 9. c. 2. I T E M idem Hugo in diffinitione sacramenti aperte dicit, quod sacramentum ex sanctificatione continet aliquam inuisibilem, et spiritualem gratiam: ergo gratia est in sacramento sicut in continente.

I T E M idem ratione videtur, quia in sacramento altaris corpus Christi verum, quod signatur, non solum ibi est tamquam in signo, sed secundum veritatem continetur ibi: alioquin non differret a sacrificijs veteris legis: ergo similiter si baptisimus est sacramentum nouae legis, non solum est ibi gratia tamquam in signo, sed etiam ibi essentialiter continetur.

I T E M si dicas quod illud non conuenit, quia gratia est accidens, et debet esse perfectio creaturae nobilissimae, scilicet rationalis, et ita non debet contineri in creatura irrationali. Contra: Nobilior est diuina essentia, quam sit gratia, quae procedit ab ipsa: sed creatura non rationalis est capax diuiniae essentiae: ergo multo fortius gratiae.

I T E M accidens quod non habet ortum a principijs subiecti, non determinat sibi materiam: sed gratia est huiusmodi: ergo non determinat sibi materiam: ergo potest esse in qualibet creatura: ergo, et cetera.

I T E M in sacramento altaris videmus quod sunt accidentia materialia, sed tamen virtute sacramenti suspenduntur a materia, ita quod non sunt in aliquo subiecto: ergo cum gratia sit multo spiritualior, videtur quod magis sit apta ut sit in alijs sacramentis secundum essentiam, et veritatem, non tamen ut in subiecto: ergo videtur quod sit ponendum, quod gratia sit in sacramento sicut in continente.

A D O P P O S I T I V M . I . C O N T R A : Gratia est media inter naturam,

A et gloriam: ergo nihil est capax gratiae, quod non est capax gloriae, cum ipsa sit tamquam vltima dispositio: sed nullum sacramentum est capax gloriae: ergo nec gratiae.

2. I T E M si gratia esset prius in sacramento, cum accidentia non mutent subiectum, numquam illa gratia transiret ad animam: ergo frustra esset: sed hoc non est ponendum: ergo nec primum.

3. I T E M gratia cum sit perfectio animae, et perfectio, quae est accidens, dependet ab anima, multo magis quam anima a corpore: sed anima numquam creatur nisi in corpore, sed simul creatur, et est cum corpore: ergo multo fortius gratia simul creatur et est in anima: ergo non est in sacramento.

4. I T E M si gratia est in sacramento tamquam in vase continente, constat quod hoc non est ob aliud nisi ut a sacramento transfundatur in ipsam animam: ergo si non transfunditur, frustra est ibi: Sed possibile est quod aliquis sicte accedat ad sacramentum: tunc constat quod gratia non transfunditur: ergo frustra fuit gratia in hoc sacramento.

5. I T E M gratia immediate adducit, et reformat ad Deum animam: ergo a Deo exit immediate influente in ipsam animam: non ergo transfunditur median te alio vase.

C O N C L U S I O .

Sacramenta sunt tamquam vasa gratiae, non quod sic essentialiter contineant gratiam sicut vas aquam, sed quia efficiunt quae figurant: et nisi in sapientibus sit impedimentum, semper gratiam conferunt.

R E S P O N . A D A R G . Dicendum est ad hoc secundum quosdam, quod ipsa sacramenta sunt vasa gratiae, cum sint in vltima dispositione, quae est sanctificatio per verbum, et mediantibus illis transfunditur in ipsam animam gratia, et in ipsam animam transfusa abluit, siue vngit interius sicut in signo visibili signatur exterius: et pro tanto dicunt quod sacramenta nouae legis sunt causa gratiae, et efficiunt quod figurant. Sed tamen, sicut ostensum est per plures rationes, non est aliquo modo dicendum quod gratia contineatur in ipsis sacramentis essentialiter tamquam aqua in vase, vel medicina in pyxide: immo hoc intelligere est erroneum. Sed dicuntur continere gratiam, quia ipsam significant: et quia nisi ibi sit defectus ex parte suscipientis, in ipsis gratia semper confertur, ita intelligendo quod gratia sit in anima non in signis visibilibus. Pro tanto etiam dicuntur vasa gratiae. Possunt etiam dici vasa alia ratione, quia sicut quod est in vase non est de ipso, nec ex ipso, sed tamen ab ipso hauritur: sic gratia non est a sacramentis, nec de sacramentis, sed oritur a fonte aeterno, et ab illo hauritur ab ipsa anima in ipsis sacramentis: et sicut quis recurrit ad vas, cum requirit liquorem: sic quaerenti liquorem gratiae, et non habenti, recurrendum est ad ipsa sacramenta: et ita patet responsio ad illa duo verba Hugonis.

F 1 . A D illud quod obijcitur, quod late remissio peccatorum in baptismo, dicendum quod hoc intelligitur de latencia signati in signo, quod quidem habet vltiorem rationem quam rationem significanti: non tamen essentialiter continendi in se, sed quia ipsum quod signat, continetur in anima.

2 . A D illud quod obijcitur de sacramento altaris, dicendum quod Deus posset simile facere, si vellet: sed tamen non ita congruit hic, sicut ibi, quia in illo sacramento est transsubstantiatio: unde illud quod significatur ibi, vere est substantia, quam congruit esse per se: congruit etiam illis speciebus velari ad nostram vtilitatem, sed gratiam non congruit sic esse per se, cum non sit substantia: nec contineri in illis sacramentis.

Opinio aliorum.

Improbatio

Determinatio secundum cõcil. Trident. Sess. 7. can. 6. de sacramentis.

mentis corporalibus, cum de sui natura sit creata, ut sit in multo nobiliori: quia ergo potentia non derogat sapientiae, et ordinationi: ideo quamuis Deus possit facere, non tamen facit: nec est simile, sicut monstratum est. Si ergo obijcias, quod non differret a sacramentis veteris legis, quia ibi erat tamquam in signo, dicendum quod illud signum habet aliquam rationem causandi, sicut postea patebit: non tamen habet rationem continendi materialiter.

3 . A D illud quod obijcitur, quod diuina essentia est in qualibet creatura: ergo gratia potest esse, dicendum quod non est simile, nec locus a minori: et ratio est, quia esse per gratiam inhabitantem praesupponit esse per essentiam, et addit ad illa multo maiorem nobilitatem a parte eius, quod recipit: et ideo est consequens in illo argumento. Bene enim concluderet, si esse per gratiam non includeret in se esse per essentiam: sed includit, sicut bene esse includit esse.

4 . A D illud quod obijcitur, quod gratia non determinat sibi subiectum, quia non habet in illo causam, dicendum quod etiam non habet causam, habet tamen occasionem, quia anima creata est, ut gratia perficiatur, et ad hoc est habilis de sui natura: non sic aliae creaturae irracionales.

5 . A D illud quod obijcitur, quod in sacramento altaris manent accidentia sine subiecto: ergo similiter in alijs sacramentis gratia, dicendum quod non est simile, quia ibi manent accidentia et propter nostri sensus infirmitatem, et propter fidei vtilitatem. Sed si gratia illa esset in sacramentis, nulla esset vtilitas propter hoc, quia Deus semper est praesens ut det gratiam digne accedenti: immo esset ibi deordinatio, et derogaretur iam ipsi gratiae: quod non debet fieri diuino miraculo, quia ipsa gratia nata est perficere animam, et in ea esse.

Q V A E S T I O I V .

An sacramenta sint effectiua gratiae.

Alex. Alens. 4. p. q. 5. memb. 3. ar. 4. S. Thomas 3. p. q. 62. art. 1. Et 4. Sent. d. 1. q. 1. ar. 4. Et de Verit. q. 27. ar. 4. Scot. 4. Sent. d. 1. q. 4. Richardus 4. Sent. d. 1. ar. 4. q. 2. Duran. 4. Sent. d. 1. q. 5. Tho. Argenti. 4. Sent. d. 1. q. 1. ar. 4. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 1. q. 4. Petrus de Tarant. 3. Sent. d. 1. q. 6. Gabr. Biel. 4. Sent. d. 1. q. 1.

A D O P P O S I T I V M .

TRVM sacramenta sint gratiae effectiua: et quod sic, videtur: quia ista assignatur differentia sacramentorum nouae legis ad sacramenta veteris legis, quod haec efficiunt, illa solum figurant. Sed quod efficit, est causa efficiens: ergo sacramenta nouae legis sunt gratiae effectiua.

Hug. lib. 1. p. 9. c. 2. Et 2. c. 11. 2. I T E M Hugo dicit quod sacramenta nouae legis infusa sibi primum benedictione sanctificant. Et alibi dicit, quod sunt ex sanctificatione sanctificantia: Sed non sanctificatur anima nisi per gratiam: ergo efficiunt ipsam gratiam in anima.

3 . I T E M Magister in diffinitione sacramenti in littera dicit, quod sacramentum est quod similitudinem gerit, et causa existit: sed non formalis, neque finalis, neque materialis, ut supra monstratum est: ergo a sufficienti diuisione est causa efficiens.

4 . I T E M idem ratione videtur, quia signum institutum humana institutione potest in nobis aggenerare spiritualem cognitionem, et affectionem: sicut circulus ante domum aggenerat cognitionem in anima

A transeuntis, quod ibi sit vinum: et patibulum, et signa belli aggenerant timorem: ergo si diuina institutio multo potentior est, quam humana, et sacramenta sunt signa secundum diuinam institutionem, possunt in nobis aggenerare multo nobiliorem effectum: ergo possunt efficere gratiam.

5 . I T E M : Opposita nata sunt fieri circa idem. Ex post praedic. c. de op. posit. Unde nihil est susceptibile culpa, nisi sit susceptibile gratiae, et econuerso: cum ergo caro, quae est quid corporale possit adeo vitari ut efficiat, et generet culpam in anima, quae sibi vnitur: ergo sacramentum corporale potest sanctificari adeo, quod transfundat gratiam: nihil ergo prohibet, quod efficiant in anima gratiam spiritualem.

6 . I T E M sicut in generatione carnis est generatus, et generans, et vltimus quo mediante sit generatio: ita in spirituali regeneratione est regenerans Christus, regeneratus homo, et illud quo mediante fit regeneratio, scilicet sacramentum: ergo sicut semen quod erat medium in generatione carnis, defert culpam, eadem ratione sacramentum defert gratiam, quae facit filium spiritualem, et adoptionis: sed non defert essentialiter: ergo defert causaliter. Si dicas quod non est simile, quia facilius est malefacere, siue vitari quam benefacere: hoc nihil est, quia numquam Adam fuit potentior ad malum, vel eius culpa, quin Christus sit potentior ad bonum, et eius passio. Sed Adam sua culpa potuit vitare omnem carnem: ergo Christus sua passione potuit adeo sanctificare sacramenta, ut ipsa sanctificata animas sanctificarent, et gratiam darent.

7 . I T E M dicit Anselmus de conceptu virginali, quod si Adam steteret, transfunderet iustitiam originalem: sed hoc non potest esse nisi mediante carne corporali: ergo multo magis Christus potest mediante corporali sacramento transfundere iustitiam Deo grauitam.

C O N T R A : Omnis causa efficiens est nobilior suo effectu, et nullum corporale nobilius est aliquo spirituali: cum ergo gratia sit spiritualis, sacramentum corporale, ut dicit Hugo, nullum sacramentum est causa efficiens ipsius gratiae.

I T E M Magister in littera dicit, quod non est gratia ab illis, sed per illa: ergo videtur quod sint sicut canales, non sicut fons: ergo non sunt causa efficiens gratiae, sicut nec canales aquae.

I T E M Hugo dicit: Gratia non est ex ipsis sacramentis, sed in ipsis: sed constat quod ex dicit causam efficientem, sicut patet: ergo, et cetera.

E I T E M super illud Psalmi: Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum. Glossa dicit: Deus per semetipsum irradiat pias mentes: ergo cum illa irradiatio fiat per lumen gratiae, constat quod gratia est a Deo immediate: non ergo a sacramentis.

I T E M virtus est, quam Deus in nobis sine nobis operatur: si ergo non operatur in nobis virtutem per subiectam creaturam, per consequens nec gratiam.

I T E M ordo debet seruari in agentibus: ergo Deus per minus nobile non debet influere in magis nobile: sed anima nobilior est sacramento: ergo Deus non influit per sacramentum gratiam in animam: ergo gratia a solo Deo est effectiua. Si ergo sacramentum est gratiae causa: hoc est solum dispositiua.

Q V A E S T I O I . L A T E R A L I S .

Variatur ergo, vtrum sacramentum sit causa disponens ad gratiam. Quod sic, videtur: quia si sacramenta nouae legis essent solum causa sine qua non, tunc ergo in ratione causandi non differrent a sacramentis legis veteris, et essent in onus: Sed hoc est inconueniens: ergo, et cetera.

I T E M

ITEM tam Hugo, quam Magister in littera, quam etiam alij dicunt, quod Deus per sacramenta regenerat animam: ergo sacramentum est medium actionis diuinae in animam: sed omne medium agendi aut est deficiens virtutem, aut disponens: sed sacramentum non defert: ergo disponit.

ITEM Sacramenta sunt medicinae spirituales: sed medicina corporalis disponit ad sanitatem corporalem: ergo medicina spiritualis disponit ad sanitatem spirituales.

ITEM si nihil disponerent, nec cooperarentur ad sanitatem animae, aequè bene sine his posset fieri salus sicut cum eis: ergo imposta nobis in noua lege potius dicenda sunt onera quam medicamina, et lex noua lex oneris: non fauilitatis.

AD OPPOSITIVM. 1. SED CONTRA: Dispositio praecedit illud, ad quod disponit, non solum natura, sed etiam tempore: sed simul est sacramenti perceptio, et gratiae infusio tempore: ergo sacramentum non disponit ad gratiam.

2. ITEM gratia ex nihilo, et subito creatur: ergo nullo indiget disponente ad hoc, ut sit: ergo sacramenta non disponunt ad gratiam. Si dicas quod non disponunt ad hoc quod gratia sit, sed ad hoc quod infit ipsi animae, unde habitant ipsam animam disponendo ad gratiae susceptionem. Contra: Esse gratiae est suum inesse, cum sit accidens: ergo si non habet dispositionem ad hoc quod sit, nec ad hoc quod infit.

3. ITEM si sacramenta disponunt animam, et habitant: ergo influunt in ipsam: sed nullum corporale infuit in aliquod spirituale: ergo sacramenta cum sint corporalia, non influunt in animam: ergo non habitant ipsam, nec disponunt. Si dicas forte, quod in ipsis sacramentis est aliqua virtus spiritualis, per quam influunt in animam.

QUESTIO II. LATERALIS.

AD OPPOSITIVM.

Veritur ergo ratione huius, utrum in sacramentis sit aliqua virtus, per quam influant in ipsam animam. Et quod non, videtur: quia illa virtus aut est substantia, aut accidens. Si substantia: aut Deus, aut Angelus, aut anima: nullum horum certum est, quia si illa virtus est de sacramento, tunc Deus est de sacramento. Si accidens: sed nullum accidens spirituale est in subiecto corporali: ergo aut illa virtus est corporalis: et sic non infuit: aut si est spiritualis, non est in sacramento.

De moribus Eccl. c. 19. 20. 1. Lib. 1. Re-tract. c. 9. 10. 1. 2. de de li. arb. c. 19. 20. 1.

2. ITEM quod illa virtus est bonum, constat: aut ergo est bonum magnum, aut mediocre, aut paruum, sicut diuidit Augustinus. Non de maioribus, quia tunc esset gratia, vel virtus gratuita, quae est in sola anima: non mediocre, quia talia sunt potentiae animae: ergo est bonum infimum. Sed hoc est bonum corporale: ergo illa virtus non est spiritualis, et non infuit in animam.

3. ITEM nullum corporale recipitur in spirituali corporaliter, sed solum spiritualiter: ergo similiter nullum spirituale recipitur in corpore spiritualiter, sed corporaliter: ergo illa virtus cum sit in sacramentis, est ibi corporaliter, et ita non est potens influere in animam: ergo frustra est ibi.

4. ITEM omne quod recipitur in aliquo, est ibi per modum recipiendi, et non recepti, sicut dicit Boetius: ergo illa virtus recipitur in sacramento corporali per modum corporis: ergo, et cetera.

5. Si dicas, quod verum est, loquendo naturaliter: sed illa virtus est ibi mirabiliter, et supra naturam. Contra: Quantumcumque sit ibi contra naturam, et qualitercumque, tamen est, ignobilior ipsa anima: non ergo infuit in ipsam: ergo si non ponitur ob aliud, manifestum est, et cetera.

FVNDAMENTA.

CONTRA: Beda dicit, quod Dominus contamina mundissimam carnem suam dedit vim regeneratiuam

Aquis: ergo aliqua vis collata est ipsis aquis: sed haec non potuit esse nisi creata, quia collata est creatura: et cum esset ad regenerandum, non potuit esse nisi spiritualis, quia operis spiritualis virtus est spiritualis: ergo, et cetera.

ITEM Augustinus dicit, et habetur in tertia distinctione: Quae est virtus aquae, ut corpus tangat, et cor abluit: ergo si aliqua virtus est in sacramento, qua abluitur: ergo est spiritualis.

ITEM videmus quod opera diuinae iustitiae sunt ministerio creaturae corporalis, quae habet a Deo vim aliquam, per quam possit agere in animam, alioquin non possent, sicut patet in igne purgatorio: ergo in operibus misericordiae, quae sunt per sacramenta, erit quod sacramenta habeant aliquam virtutem a Deo sibi collatam, per quam agant in animam.

ITEM videmus quod si aliquis contritus accedat ad baptismum, est non conferatur ei gratia, quia iam habet eam, tamen confertur ei remissio omnis poenae, quam non habebat prius: ergo baptismus supra collationem gratiae addit remissionem poenae: ergo aliqua virtus est in baptismo praeter virtutem gratiae: eadem ratione in alijs sacramentis nouae legis.

ITEM si nulla esset virtus ibi: tunc ergo rediret inconueniens sepe dictum, quod non differret a sacramentis veteris legis.

CONCLUSIO.

Sacramenta nouae legis sunt causa gratiae, efficiunt, et disponunt extenso nomine: an vero plus habeant, nec affirmo, nec nego.

RESPON. AD ARG. Aliqui volunt dicere, quod in sacramentis nouae legis est aliqua virtus creata, per quam influunt in animam, et habent rationem causandi differenter. Dicunt enim quod in sacramentis datur gratia gratum faciens, datur etiam in eis gratia gratis data, sicut est character, et ornatus animae: datur etiam debilitatio fomitis, sine expeditio potentiarum, haec est efficacia gratiae. Dicunt ergo quod respectu gratiae gratum facientis sunt sicut causa, sine qua non: respectu characterisationis, vel characteris, et ornatus sunt sicut causa efficiens respectu illius virtutis: respectu debilitationis fomitis, sine roboris potentiarum sunt causa disponens: et hoc sic manifestum est. Nam sicut videmus quod in purgatione per ignem purgatorium est ipsa anima purgabilis habens reatum, vel maculam veniale est gratia intra animam, quia sine ipsa non fieret purgatio, est rursus virtus ignis: sic in sacramento est anima habens defectum et debilitatem potentiarum. Est iterum gratia in anima virtus operans. Est iterum virtus sacramenti exterior: et his concurrentibus roborantur, et sanantur potentiae, et gratia fit efficacior in sua operatione, mediante virtute sacramenti. Sic ergo dicunt quod sacramentum est causa gratiae, sine qua non, scilicet gratum facientis. Est causa characteris, et ornatus efficiens: est causa efficiencie gratiae, et sanationis potentiarum ut disponens: et hoc per virtutem, quae est in ipso sacramento, spirituales, et a Deo collatam sibi. His visis manifesta est secundum ipsos responsio ad obiecta.

1. 2. AD illud enim quod quaeritur primo, utrum sint causa efficiens gratiae, gratum facientis, dicunt quod non. Quod ergo obijcitur de differentia horum sacramentorum, et illorum, dicunt quod differentia attenditur ratione characterisationis, et ornatus, et efficaciae gratiae: et sic respondent ad illud Hugonis, quod de illa sanctificatione intelligitur.

3. Similiter dicit de eo quod dicit Magister quod sint causa: tamen si intelligatur quantum ad gratiam gratum facientem, dicunt quod est causa sine qua non. Alij etiam dicunt quod potest dici, quod sit causa.

Opinio 1.

Opinio 2.

4. Reg. 5. d.

causa disponens, vel ad hoc quod infit, vel ad hoc quod efficax sit, et hoc ratione operis operati: non sic autem erat in illis sacramentis.

4. AD illud quod obijcitur, quod signum ex humana institutione generat cognitionem, et affectionem spirituales, dicunt quod hoc est solummodo dispositiue, siue occasionaliter, non effectiue, immo ipsa anima conferendo in semetipsa cognitionem generat et affectionem, sicut patet exemplo manifesto, quod alij vident patibulum, et timent, alij non, tamen per hoc non potest ostendi, quod sacramentum sit causa efficiens gratiae.

5. AD illud quod obijcitur de transfusione culpae mediante carne, dicunt quod sicut gratia non est in aliquo corporali, sic nec culpa. Sed tamen vitiositas in carne habere potest rationem efficiendi culpam in anima, non sic virtus sacramenti gratiam. Et causa huius est, quia gratia est effectus nobilior omni virtute corporali, et fit ex nihilo, et hoc est solius Dei: sed effectus culpae dicit ignobilitatem, et imperfectionem, et defectum: ideo omnia argumenta illa non valent, quae fiunt per similitudinem gratiae ad culpam.

6. AD illud quod obijcitur, quod Christus potentior est in bonum, dicunt quod verum est: nec tamen sequitur ex hoc, quod si Adam transmittit culpam mediante carne, quod Christus transmittat gratiam mediante sacramento, nam istud esset inordinatio. Praeterea: Sicut creatura non potest recipere potestatem creandi, sic nec dandi gratiam.

7. AD illud Anselmi dicunt, quod non intelligitur, quod transfunderent iustitiam carne mediante, sed quod omnes posterius haberent illam iustitiam a Deo, quia non esset impedimentum ex parte carnis.

AD I. QVÆST. LATERAL.

AD illud quod quaeritur, utrum sacramentum sit causa disponens, dicunt quod sic, sicut tactum fuit, quia disponit ad efficaciam gratiae, remittendo fomitem, qui impedit operationem gratiae. Vel sicut tactum fuit, quia disponit ad hoc, quod gratia infit animam, quamuis non disponat ad hoc, quod sit: et hoc est dicere, quod gratia comparatur ad causam efficientem, comparatur ad substantiam suscipientem sacramentum: non autem disponit a parte agentis, quod est Deus, sed a parte suscipientis, quod est anima.

2. Et sic patet responsio ad illud quod obijcitur, quod gratia est ex nihilo, dicunt enim quod sacramentum non disponit ad gratiam ratione eius ex quo, sed ratione eius in quo recipitur.

1. AD illud quod obijcitur, quod dispositio praecedit illud ad quod disponit, dicunt quod non semper praecedit tempore, sicut patet in dispositione, quae est necessitas, siue in dispositione vltima: sic sacramentum digne susceptum disponit dispositione vltima, quae simul est tempore cum gratia: sed natura prior sicut ex parte illa.

3. AD illud quod obijcitur, quod si disponit, infuit, dicunt quod infuit. Quod ergo obijcitur, quod nullum corporale infuit in spirituale, dicunt quod in sacramento est aliqua virtus spiritualis, per quam infuit in animam. Tamen illa ratio non valet secundum eos, quia in anima mundanda, est considerare ipsam substantiam, et ipsam maculam, a qua mundatur: et licet secundum substantiam sit superior omni corpore, tamen ratione maculae, vel defectus est inferior.

AD II. QVÆSTIONEM LATERALEM.

AD illud quod quaeritur, utrum sit in sacramentis ponere virtutem creatam, dicunt quod sic. Quod ergo quaeritur, utrum substantia, aut accidens, dicunt quod accidens. Quod iterum quaeritur, utrum accidens corporale, aut spirituale, dicunt quod spirituale. Quod obijcitur postea, quod accidens spirituale non est in subiecto corporali, dicunt quod verum est naturaliter: sed ipsum sacramentum habet illam virtutem supra naturam secundum ordinem diuinae misericordiae, sicut virtus est in igne purgatorio secundum ordinem diuinae iustitiae supra naturam ignis. Et quod amplius est ex parte hac, quod sacramentum non est subiectum naturale, siue secundum naturam: et ideo non est mirum si habeat virtutem supra naturam.

2. AD illud quod quaeritur, utrum sit bonum maximum, et cetera, dicunt quod virtus illa ponenda est inter bona mediocria, quia est infra gratiam, et supra corpus. Si obijcias, quod tale bonum est animae potentia, dicunt quod Augustinus non excludit propter hoc, quin alia sint: sed illud dicit exemplando vel arctando bonum ad suppositum humanum. Si vero obijcitur quod non agar vel influat in potentias animae cum sit mediocre, et influxus sit a superiori, dicunt quod non influat in potentias ratione potentiarum, sed ratione ipsarum deficientiu per culpam.

3. AD illud quod obijcitur de receptione substantiae spiritualis, dicunt quod non est simile, quia si substantia spiritualis reciperet corporale corporaliter, tunc derogaretur ipsi substantiae, nec perficeretur in ipsa receptione: sed si aliquid materiale recipiat spirituale spiritualiter, non derogatur ei in aliquo.

4. AD illud quod obijcitur, quod omne quod recipitur est in recipiente per modum recipientis, dicunt quod hoc verum est de receptione naturali: sed haec est super naturam. Praeterea: Ipsum sacramentum secundum quod huiusmodi est medicina spiritualis: et ideo debet habere virtutem spirituales. In naturalibus autem maxime consideratur materia, sed in diuinis maxime, et principaliter consideratur finis: ideo quia in sacramentis non consideratur ratio materiae, sed finis, conueniens fuit secundum ipsos virtutem spirituales in eis ponere.

5. AD aliud, secundum eos iam responsum est, quia nobilior est virtus ipsa, minus nobilis anima lapsa, non ratione substantiae, sed ratione lapsus. Et patet hoc modo cetera obiecta secundum hanc opinionem. Et haec opinio est magnorum Magistrorum. Est etiam aliorum magnorum Magistrorum. Circa hoc opinio, dicentium quod in sacramentis non sit causalitas, neque virtus aliqua nec effectiua, nec dispositiua ad gratiam, quae sit qualitas, vel proprietas aliqua absoluta, sed per quamdam assistentiam. Sacramento enim dicunt assistere diuinam virtutem, quae est causa gratiae, et fidem, et deuotionem suscipientis, quae disponunt ad gratiam. Et adducunt simile, quoniam ad verbum Elisei Naaman se lauante astitit virtus diuina effectiua sanitatis, et deuotio, et obedientia Naaman dispositiua: nulla tamen causalitas fuit nec in verbo Elisei, nec in aqua Iordanis. Si ergo Dominus ita instituisse, ut ad verbum Elisei non solum ipse Naaman, sed ceteri accedentes curarentur, et hoc ex quadam pathone, ita quod semper assisteret vis diuina, aqua illa diceretur curare, et sanare lepram, et esse causam curationis, et habere virtutem curandi. Sic in sacramentis dicunt quod ad prolationem verbi assistit virtus diuina aquis, et infundit gratiam, et regenerat dum homo subijcit se ei per fidei professionem, et obedientiam.

Opinio 2. Guil. Paris. Alex. Alf. p. 4. q. 8. ar. 5. 3. Sec. in 4. dist. 1. q. 5.

4. Reg. 5. d.

obedientiam. Dicunt ergo quod sacramenta dicuntur habere virtutem, et dicuntur causa, et dicuntur efficere secundum communem modum loquendi propter assitentiam divinae virtutis. Et si tu queras, vtrum habeant virtutem aliquam creatam super increatam. Respondet quod praeter virtutem increatam est dicere aliquam virtutem habere sacramentum, sed extenso nomine virtutis. Si enim virtus dicat aliquam qualitatem, vel naturam, siue essentiam aduenientem, sacramento, sicut virtus proprie dicitur, sic secundum eos non est dicendum quod habeat virtutem proprie, sed extenditur nomen virtutis ad aliquam ordinationem: vt quando aliquid habet efficacem ordinationem ad aliquid, dicitur habere virtutem respectu illius: et ponunt hic exemplum. Rex statuit, vt qui habent tale signum, habeant centum libras: post istam institutionem signum illud non habet aliquam proprietatem absolutam, quam non haberet prius, ad aliquid tamen est ordinatum, ad quod non erat prius. Et quia habet efficacem ordinationem, dicitur habere virtutem, vt faciat aliquem habere centum libras: et dicitur illud signum valere centum libras, et tamen nihil plus habet de bonitate nunc, quam prius. Si ergo queras quid sit illa virtus in illo signo, dicunt, quod non est aliquid absolutum, sed ad aliquid. Sic etiam dicunt, quod sacramenta sunt talia signa a Deo instituta, vt qui ea susceperit debito modo, habeat tantum de gratia, vel habeat gratiam ad hunc actum: illa, inquam, ordinatio efficacis secundum istos, virtus est sacramenti, et ratione illius disponit hominem, vt habeat gratiam, quia efficaciter ordinat ad habendam, et suscipiendam gratiam. Rursus dicunt, quod ex tali pactione Dominus attrinxit se quodam modo ad dandam gratiam suscipienti sacramentum: attingit enim quodam modo Deum ad conferendum, et dicitur habere virtutem ad efficiendum, et etiam disponendum. Et sicut extenditur nomen virtutis, ita et verbum efficiendi, vel disponendi, quia non efficit, nec disponit influendo, sed efficaciter ordinando. Et sicut haec extenduntur, ita et nomen causae, quia non dicitur causa secundum quod est principium operandi, sed secundum quod est ratio ordinandi. Huic positioni pietas fidei non repugnat, et ratio consentit. Consentit namque ratio, quia valde difficile est intelligere, qualiter illa virtus detur sicut qualitas absoluta: difficilius, quaedo detur. Difficile etiam est intelligere, cui detur, verbo scilicet scire an elemento, quae sunt duo nihil vnū facientia. Difficile etiam est scire quamdiu duret. Difficile est similiter valde intelligere, quo modo insuat. Difficile etiam cuius naturae sit in seipsa, et multa talia: et ideo huic positioni satis facilliter ratio concordat. Pietas etiam fidei non repugnat: cauendum est enim ne dum nimis damus corporalibus signis ad laudem, subtrahamus honorem gratiae curanti, et animae suscipienti. Haec autem opinio non nimis dat, neque subtrahit aliquid honoris debiti. Sicut igitur literae regiae annulo regis sigillatae magnae sunt dignitatis, et virtutis, et valoris, et magna dicuntur et posse, et facere: tamen in eis nulla virtus est absoluta, sed sola ordinatio per assitentiam virtutis regiae quod patet: quia mortuo rege non plus curatur de litteris suis, quam de alijs, et tamen nihil absolutum amiserunt: sic intelligendum in sacramentis, et sic loquuntur Sanctorum auctoritates secundum communem vsu. Et sic rationes ad oppositum patent. Et si tu queras super quid fundatur relatio, quo modo aduenit sine donatione proprietatis, dicendum quod in institutionibus signorum, super ipsis signis fundatur relatio: et hoc modo aduenit sine proprietatis donatione: sicut quando nummus sit archa, et nihil datur de nouo ipsi nummo. Vtraque harum positionum satis videtur probabilis: haec tamen mihi videtur ad sustinendum facillior: nescio tamen, quae sit verior, quia cum loquimur de his, quae sunt

Exemplum.

Distinctio opinionum.

A miraculi, non multum adhaerendum est rationi. Concedimus ergo quod sacramenta nouae legis sunt causa, et efficiunt, et disponunt extenso nomine, vt dictum est: et hoc securum est dicere. Vtrum autem plus habeant, nec volo affirmare, nec negare: et secundum hanc vltimam viam omnia quaerita patent.

Resolutio.

QUESTIO V.

An sit differentia inter sacramenta noua, et veteris legis.

*Alex. Ales. 4. p. q. 1. memb. 4.
S. Thomas 3. p. q. 62. ar. 6.
Et 4. Sent. d. 1. q. 1. ar. 5. q. 1.
Richar. 4. Sent. dist. 1. ar. 3. q. 1.
Tho. Argent. 4. Sent. d. 1. q. 2. ar. 4.
Steph. Brulef. 4. Sent. d. 1. q. 4.
Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 1. q. 8.
Gabr. Biel. 4. Sent. d. 1. q. 3.*

DE differentia sacramentorum nouae legis, et veteris, et assignat Magister hanc differentiam: quia illa tantum promittunt gratiam, et non dabant, haec autem dant: vnde communiter est differentia quod sacramenta nouae legis efficiunt quod signant, vel veteris non. Contra haec sic obiicit Hugo in libro de sacramentis: Sacramentorum alia sunt sub natura, alia sub lege, alia sub gratia, alia quidem in specie, sed eundem effectum sanitatis habentia.

Hugo li. 2. p. o. ca. 22.

ITEM Hugo: Ex quo homo aegrotare cepit, Deus reparando in sacramentis suis medicinam praeparauit: sed impossibile est mederi Deo sine gratia iustificante: ergo cum in omnibus sacramentis sit gratia iustificans, et sic nulla differentia: ergo, et cetera.

Hugo ubi supra.

ITEM per rationem videtur, quia semper decuit, vt curet medicina cum morbo, quia semper, et in omni lege aliqui sunt saluati: sed sacramentum non est medicina nisi curaret per gratiam: ergo in omni tempore sacramenta contulerunt gratia: et sic, et cetera.

ITEM Sacramenta nouae legis non habent efficaciam nisi per gratiam fidei: nam qui infidelis est, sic accedit, et non reportat commodum: et sacramenta illa coniuncta fidei iustificabant, quia omne opus, nisi sit secundum se malum, quando est a fide operante per dilectionem, fit meritorium: ergo sicut ista iustificat, sic et illa.

CONTRA: Hugo in libro de sacramentis: Tempore legis naturae relictus est homo sibi, et sibi relictus errauit per ignorantiam: et ideo conuictus est de caritate, postmodum data est lex vetus sine gratia, in qua quid esset faciendum cognouit, sed concupiscentia ductus cecidit: et sic est victus de impotentia: et tunc venit Christus de quo Ioanes: gratia, et veritas per Iesum Christum facta est: ergo sacramenta tempore legis veteris non conferebant aliquam gratiam: ergo, et cetera.

FUNDAMENTA. Hugo lib. 1. p. 7. c. 3.

ITEM super illud: Ex operibus legis. Glossa: Opera legis dicuntur, quae cum lege instituta, et terminata sunt, quae nunquam iustificare poterunt, etiam si in Fide, et Charitate fierent.

Rom. 3. c. Gloss. ord.

ITEM super illud: Sanguinem hircorum nolui. Glossa: Praeterito vrens, ostendit se nunquam sacrificia Iudaeorum amasse.

Isa. 1. c. Gloss. ord.

ITEM ratione videtur: quia lex vetus data est in onus: vnde: Dedi eis praecepta non bona, et verba, in quibus non viuunt: sed si haberent sacramenta, dantia gratiam alleuiarent. Et beatus Petrus: Hoc est onus quod nec nos, nec patres nostri portare potuimus: ergo, et cetera.

Ex ec. 20. d. Act. 15. c.

CON-

CONCLUSIO.

Sacramenta noua legi iustificauerunt, et gratiam conferunt ex opere operato per se, quod non faciebant sacramenta legis veteris nisi per accidens.

Opinio 1.

RESP. AD ARG. Dicendum quod istam differentiam aliter intellexit Hugo, aliter intellexit Pictauenis, et Magister. Magister enim secutus Pictauiensem dixit, quod sacramenta veteris legis excepta circumcissione instituta essent ad signandum tantum in perfectis viris, et fidelibus, quia alijs erant instituta vel in onus si duri erant, vel ad reuocandum ab idololatris: et si ad aliquam fuerunt efficaciam ordinata, hoc fuit solum vt absoluerent ab irregularitate carnali, vel peccata temporali, vt baptismata, et sacrificia. Et quia solum ad hoc instituta erant, etiam si ex fide, et charitate fierent, non erat in eis meritum, quia non se extendebant ultra id, ad quod erant. Vnde sicut motus charitatis non erit in patria meritorium, sic tunc non merebatur in opere exteriori, sed tantum in interiori. Et si tu obiicias ei de medicina, dicit quod fides redemptionis fuit medicina pro tempore illo: illa vero non iustificabant nec per se, nec per accidens. Et huius positionis fuit Pictauiensis. Sed haec positio magistro Hugoni non videbatur rationalis, quia tunc sacrificia facta a viris sanctis non placuissent Deo, nec sacrificium Abel, nec Abraam, nec Salomonis, quod manifeste falsum est, sicut patet in ratione canonis. Et quid etiam de oblatione sacrae Virginis cum obtulit par turturum, numquid a merito vacua fuit. Propter hoc aliter Magister Hugo voluit dicere, quod sacramenta veteris legis, excepta circumcissione, instituta fuerunt primo ad significandum vel passionem vt sacrificia, vel etiam nostra sacramenta vt baptismata nostrum: et ad efficiendum non sunt instituta, nisi solum exterius circa carnem: sed quia significant id, quod fides credit, in eorum perceptione est profectio fidei, non tantum verbo, sed et facto. Et quia talis fides disponebat ad iustificationem, ideo sacramenta illa per accidens iustificabant: Et nouae legis sacramenta non solum ex prima causa, et institutione ordinata sunt ad significandum, sed etiam ad gratiam obtinendam, ideo per se ordinata sunt ad iustificationem: ideo, per se loquendo, ista iustificant, illa non nisi per accidens. Et huius signum est, quod sacramenta veteris legis principaliter significant id quod credendum est, vt Christi passionem, et per posterius iustificationem, excepta sola circumcissione, quae principaliter significat amotionem originalis. Sed sacramenta nouae legis e contrario primo significant gratiae efficaciam, et per posterius passionem, siue id quod est credendum, vt baptismus interiozem ablationem, et passionem: vnde Hugo lib. de sacramentis in ea parte, quae incipit: Prima igitur differentia est, et cetera. Sacramenta noui testamenti primo loco spiritualis gratiae signa sunt, et ad ipsam gratiam sanctificandis conferendam principaliter instituta. Illa vero signa horum tantum erant, et mediantibus his gratia iustificationis contulerunt: mediantibus his id est fide istorum, quia non erant in re, sed in fide. Et has opiniones tamquam rationabiles concordant aliqui Magistri moderni temporis, dicentes Magistrum locutum esse, quod illa non iustificabant per se, sed Hugo per accidens: ideo non est contradictio. Sunt etiam alij, qui dicunt idem ipsum alijs verbis, quod ista iustificant ratione operis operati, sed illa ratione operis operantis, non operati: et opus operans est fides, sed operatum exterius est sacramentum: et hoc est ratione fidei, et charitatis coniunctae. Sed si quis attendat, haec positiones directe sibi contradicunt. Primum quidem, quia Magister non solum dicit, quod illa sacramenta non iustificabant, immo etiam si in fide, et charitate fierent: et sic nec per se, nec per accidens. Rursus: Vtraque loquuntur de his in quantum sunt sacramenta: et constat quod opus operans non est sacramentum,

Improb.

Can. misse ibi: Supra quae propositio ac ser. Opinio 2.

A sed opus operatum: ergo vtraque intellexit de operato, et illud verum est: et de illo opere operato dixit Magister quod solum significabat, non iustificabat, sicut aspersio aquae, vel sanguinis. Numquam enim iustificabat sanguis hircorum aspersus, etiam si in fide, et charitate fieret: et hoc modo nec per se, nec per accidens: vnde hoc fuit satis improbabile. Sed certe multo probabilius est quod magister Hugo posuit, quod cum in illo opere operato esset profectio fidei facta, quod ratione fidei coniuncta erat in illis primo, et per illa (per accidens tamen) iustificatio: Sed in hoc est differentia ipsorum ad noua, quod in sacramentis nouae legis quantum ad opera operata est iustificatio, non tantum per accidens, sed etiam per se. Huius autem signum euidentis primo ostentum est in modo significandi horum sacramentorum, et illorum. Si vero quaeritur ratio, vnde hoc est, patet responsio ex praedictis, quia causalitas sacramentorum non est aliud, quam quaedam efficax ordinatio ad recipiendam gratiam ex pactione diuina: hoc autem fuit solum in sacramentis nouae legis, et non veteris nisi in circumcissione, quia ibi fuit paccio. Quare autem in istis est paccio, et ordinatio, in illis non patet: quia tunc fuit tempus figurae, et vincendi duritiam illorum per illa sacramenta, modo est tempus gratiae. Ex his patet responsio ad obiecta ad vtramque partem: nam illa quae probant, quod non iustificant, intelliguntur per se loquendo: alia vero ad oppositum, per accidens.

DE gratia sacramentali, vtrum sit eadem per essentiam cum gratia virtutum. Et quod eadem sit, videtur: quia sacramentorum gratia est gratum faciens, quia facit dignum vita aeterna, vt patet in baptismo: sed in vna anima vna est gratia gratum faciens: ergo, et cetera.

QUESTIO VI.

An gratia sacramentalis sit eadem per essentiam cum gratia virtutum.

*Alex. Ales. 4. p. q. 1. Membr. 5.
Rich. 4. Sent. d. 1. ar. 4. q. 2.
Tho. Arg. 2. Sent. d. 2. q. 2. ar. 2.
Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 1. q. 4.
Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 1. q. 10.
Gabr. Biel. 4. Sent. dist. 1. q. 3.*

ITEM tantum vnum vni opponitur: sed gratia in virtutibus opponitur peccatis, similiter et gratia in sacramentis: ergo est vna.

ITEM Baptizatus baptismum flaminis sic accedit ad sacramentum non recipit aliam gratiam, vt dicit Magister: ergo non est alia gratia in sacramentis quam in virtutibus, quia iste non habebat nisi gratiam virtutum.

ITEM idem est quod dirigit separando a termino, et inclinando ad terminum: sed sacramenta sunt complementa animam separando a malo, virtutes ad terminum ordinando: ergo, et cetera.

CONTRA: Omnis, qui non accedit sicte, habet gratiam virtutum: qui autem accedit sicte nullam gratiam recipit in sacramento: ergo aut alia gratia datur ei quam gratia virtutum, aut sacramenta nihil dant omnino.

FUNDA-MENTA.

Arist. 1. celi cont. 1. et 20. met. cont. 14. et 17. In hoc 4. d. 4.

AD OPPOSITVM.

ITEM quae habent diuersas differentias essentialis, essentialiter sunt diuersa: sed talia sunt gratia in sacramentis, et virtutibus, et donis, et beatitudinibus: ergo, et cetera.

ITEM dona, et virtutes, et beatitudines essent, si nunquam esset peccatum, non autem gratia sacramentorum: ergo, et cetera.

ITEM connexio est in virtutibus, non autem in sacramentis: ergo, et cetera.

S. Bon. To. g.

b CON-

CONCLVSIO

Gratia sacramentalis est eadem per essentiam cum gratia virtutum, licet gratia sacramentalis plures connoret effectus.

Opinio. 1. RESP. AD ARG. Quidam voluerunt dicere, quod in his, et in illis est omnino eadem gratia differens sola comparatione, vel modo participandi. Illa enim gratia, quae facit virtutes, et dona esse in anima, dicitur esse virtutum, sacramentalis vero dicitur secundum quod per sacramentum datur, aut augetur, vel recuperatur: nec instituta sunt sacramenta ad aliam gratiam, sed ad illam quarendam, et recuperandam. Opinio. 2. Alia positio est; quod in his, et in illis est gratia differens per essentiam, sicut probantur rationes: et sicut in vno homine plures sunt gratiae gratis datae, ita et plures gratum facientes, propter hoc quod ordinant ad diuersa: virtutes enim, et dona ordinant ad opera bona: sed sacramenta curant vitia, nec ordinant ad opera bona nisi ex consequenti: vnde secundum quod multa

sunt vitia, multa sunt gratiae sacramentales. Tertia positio est probabilior, et melior, quod gratia gratum faciens vna est: et huius signum est, quia tollitur vno peccato tota. Sed attendendum est, cum dico gratiam virtutum, dico gratiam gratum facientem, et habitum substratum: et gratia gratum faciens vna est, sed habitus substrati alij, et alij. Similiter cum dico gratiam sacramentalem, non tantum dico gratiam, sed etiam effectum curationis: et gratia quidem vna est, sed effectus curationis plures sunt. Distinguitur ergo gratia in sacramentis, donis, et virtutibus concernendo effectus, et habitus substratos: vnde sacramentalis gratia supra gratiam virtutum propter peccatum addit aliquem effectum. Exemplum in eo, qui gratus est, et baptizatus, datur illi gratiae effectus, quia non ratum absoluitur a culpa, sed etiam a poena: sic est et in alijs virtutibus, et donis, et beatitudinibus penes habitus substratos, qui differunt propter differentiam in actibus, ad quos ordinant. Nam virtutes ordinant ad opera prima, dona ad media, beatitudines ad perfecta, ut alibi patet: sacramenta vero addunt remedium curationis. Et rationes procedunt secundum has duas vias.

Opinio 3.

In 3. Sent. d. 3. et deinceps.

DISTINCT. I. PARS II. DE CIRCUMCISIONE.

Ad Valerium lib. 2. de nuptijs et concupiscentia c. 11. in fine to. 7. super Euā. Luca 2. Et postquam impleri sunt dies.

VIT tamen inter illa sacramenta sacramentum quoddam, scilicet circumcissionis, idem conferens remedium contra peccatum, quod nunc baptismus praestat. Vnde Augustinus: Ex quo instituta est circumcisio in populo Dei, quae erat tunc signaculum iustitiae fidei, ad purgationem, valebat magnis et paruulis originalis veterisq. peccati: sicut baptismus ex illo valere cepit ad inuolutionem hominis ex quo instituta est. Item Beda: Idem saluifera curationis auxilium circumcisio in lege contra originalis peccati vulnus agebat, quod baptismus agere reuelatae gratiae tempore consuevit, excepto quod regni caelestis ianuam nondum intrare poterat: tamen in sinu Abrae post mortem requie beata consolati, supernae pacis ingressum spe felici expectabant. His aperte traditur, per circumcisionem ex quo instituta fuit, remissionem peccati originalis et actualis paruulis, et maioribus a Deo praestitam, sicut nunc per baptismum datur.

De viris, qui fuerunt ante circumcisionem, et de feminis, quae fuerunt ante et post.

QVAERITVR autem de viris, qui fuerunt ante circumcisionem, et de feminis quae fuerunt ante et post, quod remedium contra peccatum habuerint. Quidam dicunt sacrificia et oblationes eis valuisse ad remissionem peccati. Sed melius est dicere, illos qui de Abraam prodierunt, per circumcisionem iustificatos: mulieres vero per fidem et operationem bonam, vel suam si adulta erant, vel parentum si paruulae. Eos vero qui fuerunt ante circumcisionem, paruulos in fide parentum, parentes vero per virtutem sacrificiorum, scilicet quam intelligebant spiritualiter in illis sacrificijs, iustificatos. Vnde Gregorius: Quod apud nos valet aqua baptismi, hoc egit apud veteres vel pro paruulis sola fides, vel pro maioribus virtus sacrificij, vel pro his qui ex Abrae stirpe prodierunt, mysterium circumcissionis.

In 4. mor. c. 2.

De institutione et causa circumcissionis.

Gen. 17. b HIC dicendum est in quo instituta fuerit circumcisio, et quare, et cur mutata per baptismum. Abraam primus mandatum circumcissionis habuit ad probationem obedientiae: nec ei soli praeccepta fuit circumcisio, sed et semini eius, id est, omnibus Hebraeis: quae fiebat secundum legem octaua die lapideo cultro in carne praeputij. Data autem fuit circumcisio pluribus de causis, scilicet ut per obedientiam mandati Abraam placeret Deo, cui per praenauicationem Adam displicuerat. Data etiam fuit in signum magna fidei Abrae, qui credidit se habiturum filium in quo feret benedictio omnium. Deinde ut hoc signo a ceteris nationibus discerneret populus ille. In carne vero praeputij ideo iussa est fieri circumcisio, quia in remedium instituta est originalis peccati, quod a parentibus trahimus per concupiscentiam carnis, quae in parte illa magis dominatur. Et quia in parte illa culpam inobedientiae primus homo sensit, decuit ut ibi signum obedientiae acciperet.

Quare

Quare die octauo, et petri cultro.

FIEBAT autem octauo die petri cultro, quia et in resurrectione communi octaua ante se futura, per petram Christum omnis ab electis ascendet corruptio: et per Christi resurrectionem octaua die factam, circumciditur a peccatis anima cuiusque in eum credentis. Duae ergo res sunt illius sacramenti.

Gen. 17. Ios. 5. et baptizetur 25. q. 1. §. bis

Quare in baptismum mutata sit circumcisio.

IDEO autem mutata est circumcisio per baptismum, quia sacramentum baptismi communius est et perfectius: quia pleniori gratia accumulatum. Ibi enim peccata solum dimittebantur, sed nec gratia ad bene operandum adiutrix, nec virtutum possessio, vel augmentum ibi praestabatur, ut in baptismo: ubi non tantummodo abolerentur peccata, sed etiam gratia adiutrix confertur, et virtutes augetur. Vnde, aqua refectionis dicitur, quia aridos fecundat. Etiam fructificantes ampliori veritate donat: quia quantumcumque per fidem et charitatem ante habitam aliquis iustus ad baptismum accedit, ubi recipit gratiam, sed non ita in circumcissione. Vnde Abrae per fidem iam iustificato signaculum tantum fuit, nihil ei in suis contulit.

Magist. hic non tenetur

Pf. 22. a

Rom. 4. b

De paruulis defunctis ante diem octauum.

SI vero quaritur de paruulis, qui ante diem octauum moriebantur, antequam fiebat circumcisio ex lege, utrum saluarentur vel non. Idem potest responderi quod sentitur de paruulis ante baptismum defunctis, quos perire constat. Vnde Beda: Qui nunc per Euangelium suum terribiliter et salubriter clamat: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non intrabit in regnum Dei: ipse dudum clamabat per suam legem: Masculus, cuius praeputij caro circumcisa non fuerit, anima illa peribit de populo suo: quia pactum meum irritum fecit. Forte tamen sub lege ingrue, necessitate mortis ante octauum diem circumcidebant sine peccato filios, sicut modo fit in Ecclesia de baptismo.

In hoc non tenetur Magister.

Super Lucam.

Ioan. 3. a Genes. 17. b

DIST. I. PARS II.

Fuit tamen inter illa sacramenta sacramentum quoddam, scilicet circumcissionis.

Expositio textus.

OST partem proemiale, et principale Magister ponit hic partem incidentalem: et haec pars habet ortum ex differentia praesignata. Dixerat enim quod sacramenta veteris legis non efficiebant, siue praestabant gratiam iustificantem, et hoc habebat instantiam in circumcissione: ideo illam excipit, et ostendit circumcissionis efficaciam. Et haec pars habet duas partes. In prima determinat circumcissionis efficaciam. In secunda determinat eius formam, siue integritatem, et substantiam, ibi: Hic dicendum est in quo instituta fuerit. Prima pars habet duas partes. In prima ostendit circumcissionis efficaciam. In secunda vero remouet, et determinat quaestionem annexam, ibi: Quaritur autem de viris, qui fuerunt ante, et cet. vbi determinat, quod remedium fuerit contra originale ante circumcisionem. Secunda pars in qua determinat de his, quae spectant ad huius sacramenti formam, et substantiam, habet duas partes. In prima determinat, siue dicit veritatem. In secunda vero remouet dubium, ibi: si vero quaritur de paruulis. Subdiuisiones paruum manifestae apparent in littera.

Diuisio.

Fuit tamen inter illa sacramenta sacramentum quoddam, et c. Dub. 1.

Quaritur, quare magis excipit sacramentum circumcissionis, quam alia: videtur enim quod potius deberet S. Bon. To. 5.

A excipere alia: quia si sacramenta posterius instituta sunt efficaciora, videtur quod potius deberet excipere sacramenta, quae instituta sunt in lege, quam circumcissionem, quae est instituta ante.

RESP. Dicendum quod circumcisio inter omnia sacramenta legis fuit efficacius sacramentum. Si quae, quae fit ratio, siue causa efficiens, dico, quod pactio diuina, quae in hac specialiter fuit: ideo hoc sacramentum efficacem habebat ordinationem ad curationem originalis. Si autem quaritur, quare magis in hoc fuit pactio, dicendum quod ratio huius est duplex. Primo quia sicut baptismus est ianua, et fundamentum sacramentorum nouae legis, ita in circumcissione vetus lex fuit fundamentum, et exordium. Alia ratio erat, quia circumcisio erat in remedium originalis peccati quantum ad id, quod reus minime est culpabilis, et tamen multum impotens se iuuare, ut patet in paruulis: et ideo decuit diuinam misericordiam ut efficacius remedium prepararet.

Idem saluifera curationis auxilium circumcissioni in lege contra originalis peccati vulnus. Dub. 11.

Objicitur contra haec verba Bedae, quia si hoc verum est: ergo in circumcissione ita datur gratia virtutum adiutrix, sicut in baptismo. Si tu dicas, quod non sequitur idem: ergo hoc: immo est ibi consequens: hoc non soluit, quia ipse excipit: sed exceptio non fit ab aliquo nisi intellecto vniuersaliter: nihil enim est dictum: homo currit praeter sortem: ergo intelligitur generaliter de omni remedio. Item Baptismus ante passionem non aperiens ianuam: ergo non habebat maiorem efficaciam.

RESP. Dicendum quod facienda est vis in verbo Bedae, et quantum ad hoc quod dicit idem, et quantum ad hoc quod est curationis. Quantum ad hoc, quod b 2 est

est idem, quia dicit convenientiam in forma, non in quantitate: quantum ad hoc quod est curationis, quia dicit convenientiam in remedio contra malum, non prout habilitat ad bonum: et per hoc soluntur illa duo obiecta. Vult enim dicere Beda, quod sicut baptizatus digne suscipientem mundat ab originali, et actuali: sic circumcisio. Vnde quantum ad remotionem culpae est convenientia, sed non ad apertionem ianuæ, nec in quantum ad habilitatem, ratione cuius baptizatus semper excessit.

Tamen in sinu Abrae post mortem, et cetera. Dub. III.

Luc. 16. f. Queritur, quid sit iste sinus Abrae. Et Glossa dicit: Sinus Abrae est requies beatorum patrum: sed illa est regnum caelorum, et hæc est visio Dei: ergo circumcisio qui moriebatur, habebat visionem Dei beatam, cui contradicit sequens littera.

RESP. Dicendum quod sinus Abrae potest dici requies, in qua fuit Abraa: et hoc attribuitur Abrae propter perfectionis, et fidei exemplum quasi primarium. Vel sinus Abrae dicitur requies Dei patris, qui dicitur Abraam, quia summus pater est omnium maxime fidelium. Vtroque modo dictus dicitur ex diversa ratione dicendi. Tamen duplex potest dici requies: aut per ablationem omnis mali: et sic fuit locus in quo sancti patres expectabant Christum, et ita intelligit hic: aut per collationem omnis boni: et sic est locus gloriæ, et paradisi, ad quem locum nunc optamus, et oramus mortuorum animas pervenire.

Nec ei soli præcepta sunt circumcisio, sed et semini eius, etc. Dub. IV.

Videtur male dicere: quia secundum hoc videtur, quod Ismael, et omnes de stirpe Abrae tenerentur ad circumcisioem. Si tu dicas mihi quod tenebantur illi soli, de quibus nasciturus erat Christus: ergo secundum hoc illi soli de tribu Iuda fuissent obligati: Item videtur, quod non illi soli, sed omnes: quia si circumcisio erat in remedium, et tale remedium quod omnibus proderat, et omnes eo æqualiter indigebant: ergo videtur, quod circumcisio non esset bona, nisi quia præcepta: quod omnibus esset præcepta, cum omnibus prodesset. Sed contra hoc est, quia dicit Hugo et Gregorius super prologum Iob, quod Iob non legitur circumcisus: et tamen creditur fuisse de stirpe Esau.

Hugo lib. 1 par. 2. c. 2.

RESP. Dicendum quod in datione circumcisioem duo considerantur, scilicet institutio, et præceptum. Institutio fuit contra morborum originalis peccati, ut esset remedium: et sicut morbus ille omnes respicit, ita et institutio. Sed præceptum fuit in pactum, et Dominus pactum fecit cum Abraam de certitudine natiuitatis Christi, et de terra promissionis: et ideo illi soli hoc intelliguntur præcepto astricti, ad quos se extendit pactum, et ibi fuerunt omnes filij Israel: et ideo poterant omnes circumcidi, et omnibus erat utilis. Sed hi soli tenebantur, ad quos se extendit pactum, et qui terram recepturi erant. Et ideo cum dicit Magister quod data est femini sub præcepto, stricte accipit semen pro his, qui de Iacob fuerunt generati: et sic pater responsio de Iob. Tamen non est omnino certum de qua stirpe fuerit, quia aliqui dicunt, quod fuit de Nachor.

Gen. 17. d

Quod autem Abraam omnes vernaculos et Ismael circumcidit, hoc fuit iustitiæ superabundantis.

Fides autem octava die. Dub. V.

Videtur non bene dictum, quia dato quod paruulus natus esset in sabbato, præceptum sabbati erat maius, vnde et in decalogo continetur: ergo magis deberent differre, quam in sabbato circumcidere: ergo non in die octavo.

Exod. 20. b
Leuit. 19. a

Ad hoc respondent quidam, quod ob reverentiam sabbati debebat differri, et præceptum de sabbato datum præiudicabat illi. Sed tamen non oportet hic dubitare, quia Dominus dicit quod circumcisioem accipit homo in sabbato, ut non solvatur lex Moyse: propter hoc dicendum, quod opus circumcisioem propter curationem mentis erat spirituale: et ita sabbatum non soluebat, nec ei repugnabat, quia prohibebatur in lege solum corporale.

Iohan. 7. c

Petrino cultro. Dub. VI.

B Videtur male dicere: quia in institutione circumcisioem factæ ipsi Abrae, nulla fit mentio de cultro petri cum ferrum sit multo aptius. Item quæ est utilitas, vel necessitas de cultro petri, cum ferrum sit multo aptius?

RESP. Dicendum quod culter petrinus est de substantia, sed quantum ad obseruantiam, non quantum ad efficaciam, nec quantum ad significantiam: et hoc pater, quia si aliquis circumcideretur cultro petri, idem esset effectus: et in huius rei signum non fuit facta mentio in institutione, fuit tamen in sequenti præcepti renouatione facta sub Ioseph: Fac tibi cultros lapideos, in quo significatur, quod per petram Christum omnes circumcidendi erant. Significatur et duritia ipsorum, et duritia legis: hoc autem congruitatis erat non necessitatis: vnde dicitur quod Iudæi non circumcidunt nunc cultris petrinis.

Ioseph 5. a

Due ergo sunt res illius sacramenti. Dub. VII.

Videtur male dicere: quia si due sunt res: ergo videtur quod duplex sit hoc sacramentum, aut sacramentum est multiplex.

RESP. Dicendum quod res huius sacramenti duobus modis est. Vno modo illa quam significat, et donat. Alio modo illa quam significat faciendam. Illa autem res erat propria, et principalis, quam significabat, et donabat: et hæc erat vna principaliter, scilicet curatio ab originali. Illa vero, quam significabat faciendam, contingit esse duplicem secundum duplicem statum, scilicet viæ et gloriæ, secundum quod duplex est spiritualis circumcisio, scilicet a culpa, et a miseria, et vtraque fit per petram Christum, et sic in octava die.

Nihil enim intus contulit. Dub. VIII.

B Videtur falsum dicere: quia Abraam melius, et fidelius fecit, quam alij: ergo videtur quod alijs nihil tribuat, si sibi non tribuit, de quo magis videtur.

RESP. Dicendum quod nihil conferre, hic potest esse dupliciter, aut quia non est indigentia a parte recipientis, aut quia non est quod adiuet in ea: et ex prima causa nihil contulit, non quia non esset in se effcax, sed quia Abraam non indigebat.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam huius partis queritur de duplici remedio, quod præcessit baptismum. Et primo de illo, quod præcessit tempore legis naturalis. Secundo de illo, quod præcessit tempore legis scriptæ, scilicet de circumcisioem. Quantum ad primum queruntur tria. Primo queritur, vtrum ad remedium originalis suffecerit fides informis. Secundo, vtrum paruulis suffecerit virtus solius fidei.

Tertio, vtrum adultis esset necessaria virtus sacrificij.

QVA.

QVÆSTIO I.

An ad remedium originalis suffecerit fides informis.

Alex. Alenf. 4. p. quæst. 2. Memb. 5. art. 2.
Richardus 4. Sent. dist. 1. art. 5. q. 2.
Stephanus Brulef. 4. Sent. dist. 1. q. 1.
Petrus de Tarrant. 4. Sent. d. 1. q. 1. 2.

AD OPPOSITVM. 1. Cor. 13. b

Videtur fides informis non suffecerit, ostenditur sic: Nihil placet Deo nisi ex charitate: sed professio fidei informis est sine charitate: ergo Domino non placebat: ergo propter illam, vel meritum illius iustificationem paruulo non infundebat.

ITEM si aliquis posset mereri alij, tamen efficacius meretur sibi: ergo si parentes per fidem informem non poterant sibi mereri iustificationem: ergo nec paruulo.

FVNDAMENTA.

CONTRA: Per fidem informem meretur quis, et facit operationem miraculorum, et impetrat alij sanitatem corporalem: ergo si Deus æque pronus est, et magis ad sanandum spiritualiter quam corporaliter, videtur quod per fidem informem possit spiritualis sanitas impetrari ei saltem, qui non potest se ad sanitatem præparare.

ITEM si non posset, tria ex hoc inconuenientia sequerentur. Primum, quia peccatum actuale imputaretur filio: quia alias mundaretur, si essent parentes sine peccato. Secundum, quia cum nullus sit certus, vtrum sit in charitate, nulla ei esset certitudo de curatione paruuli: ergo semper deberet curare, et remedium offerre. Tertium, quia potius deberet dici paruulus munitari in charitate parentum, quam in fide, quod non dicit Gregorius.

Greg. lib. 4. moral. c. 2.

CONCLUSIO.

Fides informis parentum tempore legis natura poterat esse remedium paruulis: quia in illorum iustificatione, potius meritum congrui quam condigni requiritur: et hoc sine præiudicio sit dictum.

Opinio 1.

RESP. AD ARG. Ad hoc dixerunt aliqui quod fides parentum erat remedium paruulo, non ratione actus credendi principaliter, sed ratione ipsius crediti, a quo in quantum creditum, fuit virtus in omnia sacramenta. Et quia creditum nunquam est informe, sed vniuersum respectu fidei informis, et formata, ideo per fidem quantumcumque informem, dum tamen esset vera, dabatur remedium paruulo. Aliter tamen dici potest, quod non ipsum creditum erat remedium, sed ipsa fidei professio, quæ vel fit motu fidei, vel actu exteriori erat dispositio curationis: et hæc est in circumcisioem, et baptismate, quia est ibi professio fidei ipso facto: sed professio fidei, quam faciebant parentes reputabatur paruulo ex diuina misericordia. Et quia professio fidei in habente originale tantum, sufficienter disponit ad gratiam, etiam si non fiat in charitate, habens enim originale, cum non teneatur conteri, ex sola voluntate credendi, et captiuatione intellectus ad gratiam se præparat: et paruulus præparatur merito congrui: in iustificatione enim, siue in curatione paruuli potius requirit meritum congrui, quam condigni, sicut etiam in iustificatione adulti. Ideo dicitur sine præiudicio, quod fides informis parentum esse poterat remedium paruulo.

Opin. 2.

AD illud quod obijciatur, quod fides informis non placet Deo, dicendum quod non placet Deo tantquam meritum ex condigno, bene tamen placet Deo sicut dispositum de congruo.

S. Bon. To. 5.

AD illud quod obijciatur, quod fides informis non sufficit ad remissionem propriæ culpæ, dicendum quod illud non valet, quia maior dispositio requiritur ad hoc, ut remittatur actuale mortale, quia est ex maiori culpa commissum, ideo requiritur attritio cum fide, sed in habere originale sufficit fides: quando ergo dicit, magis meretur quilibet sibi, quàm alijs, intelligendum est ceteris conditionibus existentibus paribus.

QVÆSTIO II.

An in paruulis ad remissionem originalis suffecerit sola fides.

Alex. Alenf. 4. p. q. 2. Memb. 5. art. 3.
Rich. 4. Sent. d. 1. art. 5. q. 3.
Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 1. q. 5.
Petrus de Tarrant. 4. Sent. d. 1. q. 1. 4.

FVNDAMENTA.

TRIVM ad remissionem originalis suffecerit sola fides. Et quod sic, videtur per verbum Gregorij, quod ponitur in littera, pro paruulis. Sola fides.

ITEM Hugo de sancto Victore dicit, quod tempore legis nature non fuerunt aliqua sacramenta in præcepto: ergo sine omnibus poterat homo saluari: sed nullus poterat saluari sine remissione originalis: ergo remissio originalis poterat fieri sine aliquo sacramento exteriori in sola fide.

ITEM si tempore illo sacramenta virtutem totam habebant a fide: ergo tantum faciebat sola fides, quantum fides cum illis sacramentis: ergo videtur quod sola fide parentum poterant saluari.

ITEM si tempore illo sacramenta virtutem totam habebant a fide: ergo tantum faciebat sola fides, quantum fides cum illis sacramentis: ergo videtur quod sola fide parentum poterant saluari.

CONTRA: Si paruulis sufficiebat sola fides tunc temporis, et modo non sufficit, nec tempore circumcisioem sufficiebat: ergo videtur quod fides tunc esset maioris virtutis, quam post: ergo videtur post fuisse deterioris conditionis: sed post non fuit deterioris conditionis: ergo si post non sufficeret, nec prius.

ITEM si sola fides sufficiebat, ergo paruulus in omni statu saluari poterat, cum nihil oporteret circa corpus pueri fieri: ergo videtur quod possit iustificari in ventre matris.

ITEM videtur quod non possit paruulus mori sine remedio parentibus existentibus fidelibus: sed modo non sic est, immo possunt, et præpediuntur etiam nati: ergo sunt peioris conditionis in statu gratiæ, quam in statu nature.

CONCLUSIO.

Fidei professio qualitercumque fieret siue signo, siue verbo, siue actu cordis, dum tamen fieret a parentibus, et haberetur respectus ad paruulum, sufficiebat ad remissionem originalis peccati puerorum.

RESP. AD ARG. Ad hoc est duplex opinio, cum dicitur quod fides parentum erat in remedium paruulo. Quidam dicunt quod non fides habitus, sed fides ratione actus, et motus, siue professionis, et non cuiuscumque professionis, sed eius qua profitebantur paruulum curandum esse ab eo, quem expectabat: et de hac professione quidam dicunt, quod oportebat, quod fieret professio non tantum actu mentis, vel oris, sed etiam in signo visibili, vtrputa in oblatione, vel in sacrificio, siue decimatione, vel aliquo alio signo: quoniam Ecclesia fidelium semper aliqua signa habuit, in quibus fideles colligebantur, et profitebantur fidem in facto. Vnde Augustinus contra Faustum: In nullum nomine religionis, siue verum, siue falsum coadunari possunt homines, nisi aliquo signorum, velut sacramentorum

Opinio 1.

visibilium b visibilium

Li. 2. p. c. 22 in fine to. 6.

visibilem consortio vnirentur. Vnde dicunt, quòd ali-
quod erat signum cum fide. Et quod dicit Gregorius
sola fide, intelligit fide parentum sine consensu vel fi-
de paruuli. Sed hæc positio non congruit, quia Grego-
rius addit in auctoritate, vel pro maioribus virtus sa-
crificij. Quare ergo dicit sola, cum de maioribus addit,
et dicit, virtus sacrificij? Præterea: Cum nulla essent ne-
cessitatis, etsi talis professio de congruo deberet esse,
cum fide, non tamen necessario. Vnde Hugo: Com-
memoremur, quòd illa sacramenta primi temporis
magis ad deuotionem propozita fuerunt, quàm ad ob-
tinendam salutem iudicã. Propter hoc alia positio di-
cit, quòd professio fidei sufficiebat qualitercumque
fieret siue signo, siue verbo, siue actu cordis, dum ta-
men fieret a parentibus, et haberetur respectus ad par-
uulum. Si autem queratur, quare magis fides paren-
tum, dici potest quòd parentes dicuntur hic omnes
qui curam gerebant de paruulo. Aut si dicantur pa-
rentes proprie, ratio est quare magis in fide ipsorum,
vt quia per ipsos paruulus contraxerat culpam, con-
gruum erat, vt eorum fide mereretur gratiam.

Improb.

Hug. lib. 2.
p. 1. p. 10.
Opin. 2.

Dist. 6. q. 6.

1. AD illud quod obijcitur, quòd videtur fides
deteriorata, dicendum quòd illud non sequitur simpli-
citer, quòd fides sit deteriorata, sed quòd vel deterio-
rata est, vel aliquid sit ei adiunctum, quod necessitate
feruari oportet, sicut sunt instituta sacramenta sub præ-
cepto. Exemplum de obseruantia mandatorum in eo
qui est liberæ voluntatis, et in eo qui intrauit religio-
nem, primo sufficit ad salutem, secundo non.
2. AD illud quod obijcitur, quòd secundum hoc
paruulus in ventre matris posset iustificari, dicendum
quòd non habebat efficaciam fides secundum commu-
nem legem, nisi quando natus erat ex vtero, sicut nec
baptismus. Deus enim secundum institutionem non
regenerat nisi prius per naturam natum. Quare autem
non, dicitur infra in tractatu de baptismo.

QVÆSTIO III.

An adultis esset necessaria virtus sacrificij.

S. Tho. 3. p. 9. q. 8. art. 3.
Richard. 4. Sent. dist. 1. art. 5. q. 3.
Petrus de Tarrant. 4. Sent. d. 2. q. 15.

AD OP-
POSITVM
Lib. 4. mo-
ralium. c. 2.

MTRVM requireretur virtus sacrificij in re-
medium originalis in adultis. Et quòd sic,
videtur per Gregorium in littera, quæ dicit,
quòd maioribus necessaria erat non tantum
fides, sed virtus sacrificij: ergo cum Gregorius loqua-
tur præcise, determinat quod est necessarium. Si dicas
quòd loquitur sine præcissione, vt tangat quid sit con-
gruum, tunc nulla esset differentia, quia similiter con-
gruebat pro paruulis offerri sacrificium.
2. ITEM plus poterat adultus, quàm paruulus,
et maius debitum peccati habebat: ergo et plus teneba-
tur facere, quàm paruulus. Contra: Tempore legis na-
tura non fuit præceptum nisi naturale: sed sacramenta
non sunt naturalia, vt supra patuit: ergo nullum fuit
ibi sub præcepto: nullum fuit ergo necessitatis: ergo si-
ne sacrificio poterat esse salus adulto.

3. ITEM Hugo de sacramentis dicit, quòd re-
medium contra originale fuit decimatio. Gregorius
dicit quòd sacrificium.

SED CONTRA: Vnius generis morbi vnum
debet esse remedij genus.

ITEM morbus originalis peccati non iteratur: ergo
debet habere remedium non iterabile: sed tam sacri-
ficio, quàm decimatio sunt iterabilia: ergo non sunt
conuenientia remedia contra originale.

ITEM quæ erat illa virtus sacrificij? et videtur
quòd nullius vtilitatis, quia huiusmodi oblatio nõ erat
præceptum quia bonum, quia tunc semper esset præ-
ceptum: ergo erat bonum, quia præceptum: sed non
erat præceptum: ergo non erat bonum. Si tu dicas,
quòd valet ad fidem, quæ erudiebatur in illo signo.

CONTRA: Ibi fiebat oblatio, et fumus materia-
lis: ergo si credebatur sumum acceptum a Deo, credebatur
Deum adorare materialiter: ergo credebatur eum esse
corporeum: ergo videtur quòd potius esset in nocu-
mentum fidei.

Si dicas, quòd valebant ad excitationem deuotionis;
CONTRA: Omnis deuotio, quæ est contra pietatis
opus, non potest esse accepta: vnde dona iniquorum non
probat Altissimus: sed ista erat contra pietatem, quia con-
sumabatur frustra quod erat vile pauperibus: ergo, et c.

CONCLUSIO.

Sacrificia legis natura nullam de se habebant efficaciam in
adultis ad remissionem peccati originalis, sed tantum
ratione fidei aliquid conferbant.

RESP. AD ARG. Ad horum intelligentiam est
prænotandum, quòd sicut dicit Magister Hugo in
lege naturæ tria fuerunt sacramentorum genera, scilicet
decimationes, oblationes, et sacrificia. Ad quorum
noticiam tria sunt notanda. Prima, quæ sit ratio insti-
tuendi illa sacramenta. Secundo, quis sit modus. Ter-
tio, quæ efficacia. Prima ratio est Dei honorificatio.
Notandum ergo quod fides in iustis omni tempore cu-
rrit, et nullus nisi in fide saluatus est: ergo tempore
legis naturalis hæc fides erat, quæ fideles illuminabat
ad hoc, quòd crederet quòd Deus erat Creator, quòd
Redemptor, quòd Remunerator: Ideo fides illumina-
bat. Et dictam naturæ consonabat, vt homo Deo serui-
ret, et sua ab ipso recognosceret: et hoc quod credebatur
signo visibili, etiam quodam modo manifestaret: ideo
signa fuerunt tempore legis naturæ, in quibus Deus ho-
norabatur, qui omnia creauerat, vt in oblatione. Si-
militer honorabatur, vt Redemptor, vtputa in sacrificio,
vt perfectus Remunerator in decimatione. Denari-
us enim est numerus perfectissimus, quia tres perfe-
ctiones habet in se. Prima est vnitatis, secunda ternari-
ij, tertia senarij: quæ simul iuncta faciunt denarium:
et ideo ibi status est: propter hoc honorabatur Deus,
vt perfectus remunerator. Vnitatis est enim perfecta,
quia est omnis numeri perfectio. Ternarius, quia con-
stat ex omnibus partibus suis, ex parte aliquota, et non
aliquota. Senarius vero quia constat ex omnibus par-
tibus aliquotis. Secunda ratio est fidei Redemptoris pro-
fessio: sicut enim nullus sine fide potest Deo placere, sic
nullus sine fide Mediatoris a peccato resurgere: et sicut
fides simpliciter dicebat: Dei honorificationem, ita
hæc professionem. Et quia tunc profiteretur homo quan-
do quod interius credit, exterius manifestat, ideo tem-
pore legis naturæ fuerunt signa ad hoc manifestandũ.
Etiam honorabatur, vt Redemptor, et hoc modo tria
considerantur: Redemptum: et hoc per decimationem,
homo enim significatur per decimam dragmam perdi-
tam. Ipse modus redimendi: et hoc per oblationem. Ip-
sum pretium: et hoc per sacrificium, in quo erat sangui-
nis effusio. Et ista professio in huiusmodi signis maxi-
me necessaria erat pro ipsis imperfectis: perfectis
enim Deus reuelauit sacramenta fidei, imperfectis
celauit.

Hug. lib. 1. p.
21. c. 3. et 4.
Greg. lib. 4.
moral. c. 2.
FVND-
AMENTA.

Hug. lib. 2.
p. 2. c. 10.

Confid.
triplex.
Ratio 1.
1. Confid.

Denarius
numerus
cur perfe-
ctissimus.

2. Ratio.
Hebr. 10. 4.

Luca 15. 6.

3. Ratio.
Hebr. 11. 2.

Psa. 50. 6.

Rom. 12. 4.

2. Confid.
Hug. 1. p. 2.
9. 12.

3. Confid.

celauit. Vnde minores adhærebant fidei maiorum,
et credebant implicite: et sicut implicite credebant, sic
signa data sunt eis a maioribus, in quibus fidem impli-
cite profiterentur. Tertia ratio est vitæ agendæ instru-
ctio. Sicut enim aliquis non poterat Deo placere sine
fide, nec a peccato resurgere sine fide Redemptoris:
sic nec in bono stare sine bono opere: et ideo fidei adie-
cta sunt signa, quæ significarent ea, quæ necessaria sunt
cum fide: hæc autem tria sunt in corde: et tria sunt ex-
terius, quæ tria in corde his sequentibus signantur. In
decimatione peccati recognitio, et eius dimissio, quia
in ea datur Deo, quod perfectum, et quod bonum est;
et remanet nobis quod est imperfectum: vnde signifi-
catur quòd bona tantum sunt a Deo, sed mala a nobis.
Rursus: In separatione decimæ partis in partem
Dei, signatur recessus a peccato. In sacrificio signatur
interna contritio, quia sacrificium Deo spiritus contri-
bulatus: et exterior carnis maceratio, quia occidebatur
pecus: vnde mortificanda sunt membra nostra:
Exhibeatis corpora vestra hostiam, et cetera. In oblatione
mentis deuotio, et exterior bona operatio, quæ si ad-
sunt cum fide, sufficiunt ad salutem. Sic ergo patet,
quæ sit ratio institutionis illorum, scilicet Dei honorifi-
catio, fidei Redemptoris professio, vitæ agendæ in-
structio. Secundo debet attendi modus instituendi:
non enim instituta sunt per modum præcepti, vt dicit
Hugo: Primo paruulos consilio erudiuit, vel nutri-
uit, loquens pro illis, qui fuerunt tempore legis natu-
ræ. Et si quæras quo modo, dicendum quòd fides di-
cebat, vt visum est, et natura consonabat, et inspiratio
auctoritatem dabat: et ideo per modum consilij data
erant, et hoc per superiores, in quibus erat fides expli-
cita. Tertio attendenda est efficacia in his. Et notan-
dum, quòd de se nullam habebant efficaciam mundan-
di, seu curandi, vel iustificandi, sed solum ratione fi-
dei Redemptoris: non enim erant instituta ad hoc, sed
ad hæc, quæ prædicta sunt. Ex his patent obiecta. Quod
enim obijcit primo, quòd non sunt de necessitate, con-
cedendum est.

3. AD illud quod obijcitur de Hugone, quòd re-
medium erat decimatio, dicendum quòd nec decima-
tio, nec sacrificium erat per se remedium, sed tantum
ratione fidei: et quia omnia illa tria erant signa redem-
ptionis, ideo indeterminata fides cum quolibet isto-
rum mundare poterat.

2. Ex hoc etiam patet aliud de iteratione, quoniam
ideo poterat iterari, quia non erant medicina ex se
imposita, contra morbum non iterabilem.

1. AD illud quod queritur de virtute sacrificij,
dicendum quòd virtus sacrificij, vel dicitur hic fides,
quæ faciebat sacrificium valere, vel dicitur interna mē-
tis contritio, quæ faciebat exterius sacrificium virtuo-
sum: et quia adultis necessaria erat contritio propter
actuale, ideo Gregorius dicit sacrificium curasse
maiores.

4. QVOD obijcitur quòd sacrificium erat via er-
roris, dicendum quòd verum est illis, qui accipiebant
ipsum vt rem, sed non his, qui accipiebant vt signum:
et quia fideles accipiebant vt signum, ideo eis non erat
via erroris.

5. AD illud quod obijcitur, quòd erat contra pie-
tatem, dicendum quòd non est verum: quia adeo abun-
dabant animalia, et pauperes ita pauci erant, quòd suf-
ficiebat pietati quantum ad cultum Dei, et quantum
ad sustentationem proximi.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER queritur de remedio con-
tra originale, quod præcessit baptismum tempo-
re legis scriptæ, scilicet de circumcissione. Et circa hoc
queruntur tria. Primo queritur de institutione cir-

cumcisionis. Secundo queritur de forma ipsius, siue
de integritate. Tertio queritur de efficacia.

QVÆSTIO I.

An remedium circumcisionis congrue sit insti-
tutum.

Alex. Alex. 4. p. 9. 4. Membr. 2. art. 1.
S. Tho. 3. p. 9. 70. art. 2.
Et 1. 2. q. 102. art. 5. ad 2.
Et 4. Sent. dist. 1. q. 3. art. 2. q. 4.
Richardus 4. Sent. dist. 1. art. 6. q. 2.
Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 1. q. 6.
Petrus de Tarrant. 4. Sent. dist. 1. q. 17.
Gabr. Biel. 4. Sent. dist. 2. q. 4.



VOD remedium circumcisionis congrue sit
institutum, ostenditur. Primo ratione signi-
ficationis, quia est instituta in Sacramentũ,
quòd est remedium cõtra originale: sed origi-
nale traducitur per propagationem: ergo cum cir-
cumcisio fiat ab eo membro, per quod est propagatio,
expresse signat originalis curationem.

ITEM hoc videtur ratione curationis, quia contra-
rijs contraria curantur, tam materialiter, quàm spiri-
tualiter: ergo cum originale contrahatur per delecta-
tionem circa membrum illud, in passione illius mem-
bri expresse curatio designatur: ergo si sacramentum
est ordinatum ad hoc: patet, et cetera.

ITEM originale est morbus currens circulariter,
quia sicut dicit Anselmus, persona corrumpit naturam,
et natura personam: ergo expresse signatur per abla-
tionem secundum circulum: sed hoc est in circumcisio-
ne: ergo, et cetera.

CONTRA: Deus non delectatur in pœnis no-
stris: ergo medicamenta Dei debent esse suauia: sed
circumcisio est pœnalis: ergo, et cetera.

ITEM originali non debetur pœna sensus, er-
go in eius ablatione non debet sentiri pœna: ergo si cir-
cumcisio non est sine sensu pœnæ, non est congruum
remedium.

ITEM quæro, ad quod tempus pertineat insti-
tutio circumcisionis. Non ad tempus legis naturæ: quia
lex naturæ communis est omnibus, sed circumcisio
propria est generi Abrahæ. Nec ad tempus legis scriptæ,
quia lator legis Moyse circumcisionem non instituit.
Vnde: Circumcisio ex patribus est, non ex Moyse. Iohan. 7. 6.
Nec ad tempus gratiæ: ergo nulli temporis conuenit
eius institutio.

SI dicas quòd pertinet ad legem scriptam, quæ-
ro quare ante dationem legis fuit instituta, et quare
magis Abrahæ data, quàm alij.

ITEM quare data non fuit in latore legis con-
firmata, sed potius accepit Iosue. mandatum, quàm
Moyse.

CONCLUSIO.

Circumcisio congrue fuit instituta tempore Legis scriptæ
ad deletionem originalis culpa, quia expressum
fuit signum curationis.

RESP. AD ARG. Dicendum quòd institutio
circumcisionis congrua fuit, quia fuit expressum signũ
curationis originalis, tum propter ablationem a mem-
bro propagationis, tum propter ablationem pœnalem:
tum etiam propter ablationem circulaarem.

1. AD illud quod obijcitur, quòd Dominus non
delectatur in pœnis, dicendum quòd pœna compara-
tur ad

FVND-
AMENTA.

AD OP-
POSITVM

Iohan. 7. 6.

tur ad punitum, et sic non placet Deo: non enim creauit nos Deus ad puniendum. Comparatur ad meritum, scilicet ad existentem culpam: et sic est in ea manifestatio iustitiæ, et ordinis: et sic placet Deo in quantum iustus. Comparatur ad finem, vel effectum, ut puta iustificationem rei: et sic placet ei in quantum misericors: unde in punitione, quæ est in via ad iustificationem, relucet misericordia, et iustitia: et ita est Deo placens et talis fuit pœna circumcisionis. Quod obijcitur, quod non delectatur in pœna, dicendum quod non delectatur in pœna secundum quod pœna, sed secundum quod iusta, vel iustificatoria: tamen hæc delectatio semper est cum aliquo rigore: et quia lex vetus fuit lex rigoris, ideo debuit inesse pœnalis curatio.

2. Ad illud quod obijcitur, quod originale non meruit pœnam sensus, dicendum quod verum est de ista, quæ est pœna tantum, et nullo modo via ad salutem, ut puta infernalis: sed bene illam meruit, quæ potest esse via in salutem, ut puta præsentem.

3. Ad illud quod queritur, cui legi conuenit, dicendum secundum Hugonem, quod fuit sacramentum legis scriptæ, succedens Sacramenti legis nature: et hoc quadruplici de causa, scilicet ratione grauitatis, et euidentiæ, ratione certitudinis, et efficaciar. Grauis est ratione pœnalitatis, et debet sequi, quia prima ætas fuit quasi infantia, secunda quasi pueritia: et ideo non debuit grauari sacramento onerante, sed leui manducati: et etiam quia morbus erat recens, et non erat tanta cognitio peccati. Sed post, tertia ætas est sicut iuuentus, et magis habuerunt cognitionem peccati: ideo potuerunt magis onerari. Secunda est euidentiæ, quia ponit Hugo in nona parte, quia circumcisio fuit signum euidentius. Tertia est certitudinis, quia si puer circumcidebatur a quibuscumque, siue parentes essent boni, siue mali, mundabatur, et certum erat: sed non sic de fide, quia in lege nature non erat certum, utrum mundaretur, si alter esset infidelis, et dedicarent ipsum idolis, et de parentibus poterat dubitari pluribus modis. Quarta ratio est efficaciar, quia magis remittebatur formæ in his, qui circumcidebantur, quam in his, qui solis sacrificijs, et si de mundabantur.

4. Ad illud quod queritur, quare fuit data ante legem, dicendum quod hoc fuit ad præparandum, et segregandum populum, cui danda erat lex. Quare autem magis Abraæ, dicendum quod circumcisio fuit data non tantum in remedium, sed etiam in signum. In signum inquam discretionis secundum fidem, et secundum carnem, secundum quod in illo populo præcipue colendus erat Deus, et ex illo secundum carnem nasciturus erat Christus. Et quia Abraam primus fuit, qui reliquit terram suam propter cultum Dei, et excellens fuit in fide, et sibi facta fuit de Christo promissio, ideo inter patres præcipue fuit data Abraæ.

5. Ad illud quod queritur, quare magis confirmata est sub Iosue, quam sub Moysè. Ratio est ad hoc et spiritualis, et litteralis: litteralis quia legislator reperijt, quo modo præcepta fuit Abraam, pro tota posteritate, et ipsi iam habebant usum, nec unquam dimiserant: et ideo non oportuit dari a Moysè, vel Moysè. Sed tempore Iosue neglexerant circumcisionem in deserto: ideo oportuit dari mandatum, sicut ibi dicitur. Alia ratio etiam fuit spiritualis: quia est circumcisio significet circumcisionem præsentem et futuram, tamen illa Abraæ significat futuram, tamen illa præsentem: illa autem Iosue in terra promissionis facta, post peregrinationem, significat futuram.

Hug. lib. 1. p. 10. 11

Hug. c. 6.

Iosue 5. 8

QUESTIO II.

An sexus masculinus, membrum præputij, et dies octauus sint de integritate circumcisionis.

Alex. Alenf. 4. p. q. 4. Memb. 6. art. 1. 2. et 3.
S. Tho. 3. p. q. 70. art. 3.
Et 4. Sent. dist. 1. q. 2. art. 3. q. 1.
Richardus 4. Sent. dist. 1. art. 6. q. 2.
Steph. Brul. 4. Sent. dist. 1. q. 6.
Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 1. q. 19.

DE forma, siue de integritate circumcisionis. Et dicit Hugo in lib. de Sacramentis quod tria sunt, quæ sunt de integritate eius, scilicet sexus masculinus, membrum præputij, et dies octauus. Sed ostenditur, quod de integritate huius Sacramenti non debet esse sexus, quia remedium debet respondere morbo: sed in morbo non est sexus distinctio, nec determinatio, quia communiter est in omni sexu: ergo nec in remedio debet esse distinctio.

2. **I**TEM videtur quod membrum præputij non debeat esse de substantia Sacramenti: quia sacramenta sunt in honestatem, et decorem: sed illud membrum est verecundum, et inhonestum: ergo nullo modo debet fieri circa illud membrum. Aut si fit, quæro quare magis circa illud, quam circa aliud.

3. **I**TEM quod octauus dies non sit de substantia Sacramenti, ostenditur: quia nec in baptismo, nec in Sacramenti legis nature est determinatio temporis: ergo nec in Sacramenti legis scriptæ debet esse determinatio temporis, videlicet dies octauus.

4. **I**TEM si tempus illud esset de necessitate, si post fiat, Sacramentum nullius est efficaciar: ergo nihil valuit illis, quos circumcidit Iosue: et iterum nihil valebat profelytis. Et ex hoc sequitur, quod si aliquis negligebat diem octauum, quod vterius nullo modo posset curari ab originali, quia nec per circumcisionem, nec alio modo, quia non erat aliud remedium traditum.

5. **I**TEM si determinatio temporis fuit de necessitate: ergo omnes illi viri, qui fuerunt in deserto, fuerunt transgressores: quia nullus eorum fuit circumcisus.

6. **I**TEM si erat de substantia, tunc ergo non debebat præueniri: ergo paruulum morientem ante octauum diem necesse erat damnari: quia masculus incircumcisus damnabatur, et ante non debebat circumcidi: ergo videtur quod octauus dies non fuit de substantia circumcisionis.

SECONDUM CONTRA: Quod sit de necessitate probatur: quia circumcisio est Sacramentum necessitatis, quia cadit sub præcepto: sed omnia ista tria præcepta sunt, ut habetur in Genesi: Ergo omnia sunt de necessitate. Ibi enim dicitur: Masculus cuius præputij caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit. Et iterum: Infans octo dierum circumcidetur: ergo videtur quod octauus dies sit de necessitate Sacramenti circumcisionis.

ITEM quod tempus sit de substantia circumcisionis, ostenditur, quia circumcisio significabat vtramque circumcisionem, scilicet primam in anima a culpa, et secundam in corpore a miseria, quæ futura erat in octaua resurrectionis: ergo octauus dies erat de integritate significationis: ergo et de integritate Sacramenti. **I**TEM præceptum de circumcisione est præceptum affirmatiuum, quod obligat ad aliquid: tempus non ad omnia: ergo determinatio temporis in præcepto obligabat.

ADOP- POSITVM Hug. lib. 1. p. 12. c. 2.

Ios. 5. 8 Gen. 17. 6

FVNDAMENTA. Gen. 17.

obligat ad illud: ergo cum in præcepto illo sit determinatio temporis, in quo instituitur circumcisio, tempus determinatum est de necessitate circumcisionis.

CONCLUSIO.

De integritate circumcisionis absolute duo sunt necessaria, sexus masculinus, et membrum, Tempus vero est necessarium quo ad obseruantiam, non tamen quo ad efficaciam.

RESP. AD ARG. Dicendum quod duo ex istis, scilicet sexus, et membrum sunt de necessitate circumcisionis simpliciter, sed tempus vno modo est de necessitate, alio modo non: est enim in hoc sacramento tria considerare, scilicet efficaciam, significantiam, et obseruantiam. Quantum ad efficaciam nihil facit: quantum ad significantiam est de congruitate, quia expressus significat: quantum ad obseruantiam est de necessitate, quia cadit sub præcepto: unde peccat, qui negligit obseruare.

1. Ad illud ergo quod obijcitur primo, quod in morbo non est distinctio: ergo, et cer. dicendum quod circumcisio non tantum fuit in remedium, sed etiam in signum distinctionis, ut gens iudæorum ab alijs discernetur, ex quo Christus debebat ab ea nasci: et quia propagatio, et generalia attenditur penes mares, ideo illis data fuit, non mulieribus.

2. Ad illud quod obijcitur, quod membrum illud non deberet esse, quia est verecundum, dicendum quod membrum illud maxime conueniebat significationi circumcisionis, et efficaciar. Circumcisio enim data fuit in pactum, sicut dicitur in Genesi: et hoc pactum est certitudo, quod Christus ex gente illa esset nasciturus. Fuit etiam data in remedium contra originale peccatum: unde dicitur in Genesi: Masculus, cuius caro præputij circumcisa non fuerit, peribit, et cer. Fuit similiter data in meritum obedientiar: meruit enim Abraam, et posteri eius sic Domino obediendo. Fuit etiam data in signum repressionis concupiscentiar: unde signat quid sit agendum, siue a quo sit cessandum. Et quia per præputium est generatio, fit conuenit pacto generationis. Est originalis culpa transfusio: et sic conuenit remedio circumcisionis. Et in præputio regnat inobedientia, et concupiscentia ab oppositis per ipsius signationem, et ab ipso factam ablationem: et meretur obedientia, et significatur continentia: ideo rectissime conuenit. Quod ergo dicitur quod est membrum ignobile, dicendum quod de sui natura est nobile, sed factum est ignobile propter culpam, unde per remedium nobilitatur: unde dicitur quod membrum ignobilioribus abundantiore honore circumdamus: et hoc intelligitur dum passionibus, et desiderijs obuiatur.

Gen. 17. 6

Ibid.

1. Cor. 12. 6

4. Ad illud quod queritur de tempore, dicendum sicut dictum est, quod quantum ad efficaciam nihil facit: unde æque bene curabat circumcisio profelytos ut etiam paruulos: est tamen congruentia quantum ad significationem.

3. **Q**UOD obijcitur de baptismo, dicendum quod res circumcisionis erat circumcisio et a culpa, et a miseria. Circumcisio a culpa significabatur in actu, et materia, sed circumcisio a miseria per actum, et materiam non significabatur: et ideo congruum fuit tempus addere, per quod significaretur: baptismus autem ratione immersionis et elevationis expresse significat mortem, et resurrectionem, ideo non fuit congruum addere: et sic dies octauus est de bene esse circumcisionis quantum ad significationem: est tamen de necessitate quantum ad obseruantiam, quia cadit in præcepto. Et ratio huius fuit, quia sacramentum illud fuit pœnale: ideo oportuit obseruare tempus: quia si ante octauum diem circumcideretur, propter teneritudinem posset perire. Si ultra differretur, esset periculum

propter mortem, et libenter differrent propter dolorem: ideo voluit eis Dominus præfigere terminum.

5. 6. Ad illud quod obijcitur, quod est de necessitate præcepti, ideo non poterat differri, nec præueniri sine peccato, dicendum quod circa hoc duplex fuit opinio. Vna quidem quod præueniri non poterat, nec differri sine peccato, nisi interueniret Dei auctoritas, vel etiam necessitas: et vtraque fuit in viris, qui fuerunt in deserto incircumcisi, ut dicunt. Necessitas propter periculum, quia ad motum nubis mouebantur: et ideo circumcisionem seruare non poterant. Diuina etiam auctoritas fuit dispensans, quia in deserto erant, in quo non poterant gentibus commisceri, nec indigebant distingui. Rursus: Dominus voluit ob figuram circumcisionem differri, ut vna generalis circumcisio feret in terra promissionis, in signum illius, quæ futura erat in patria. Et isti dicunt, quod si de paruulis timeretur, quod tempus circumcisionis poterat, et debebat præueniri, alioquin puer damnabatur, sicut modo damnatur puer non baptizatus. Sed hæc positio licet probabilis videatur, tamen mori repugnat iudæorum, quæ nunc obseruant: et credibile est, quod a patribus acceperunt. Nullum enim ante octauum diem circumcidunt. Contrarietatem etiam habet in seipsa: quia si ob necessitatem poterat differri, cum paruulus erat in graui infirmitate, non debebat secundum eos circumcidi, sed diutius expectari. Et iterum: Si non poterat sine peccato differri, qualiter poterat præueniri, ex quo Dominus illum præfixerat. Et ideo alia opinio est, et probabilior, quod non debebant præuenire, nec differre nisi Dominus ipse dispensaret, alioquin peccabant. Et si tu obijcias, quod tunc puer damnaretur, quia scribitur: Masculus, cuius caro, et cer. dicendum quod secundum translationem, 70. habetur: Cuius præputij caro octaua die circumcisa non fuerit. Et quamuis in nostra translatione non repetatur, tamen intelligitur repeti sub ea conditione, in qua fuit præceptum: et quia non erant obligati, eodem remedio curabantur

Opin. 1.

Improb.

Opin. 2.

Gen. 17. 6

Improb.

Determinatio Doctoris.

Prosa. 4. 8

Glos. ord.

Leuit. 12. 8 quem

quem modo obseruant. Et ideo hæc positio magis est tenenda.

QVÆSTIO III.

An sacramentum circumcissionis sit gratia collatum.

Alex. Ales. 4. p. q. 4. Membr. 7. art. 4. S. Tho. 3. p. q. 70. art. 4. Et 4. Sent. dist. 1. q. 2. art. 4. Et de Verit. q. 28. art. 2. Richardus 4. Sent. dist. 1. art. 6. q. 3. Stephanus Brulef. 4. Sent. dist. 1. q. ult. Petrus de Tarent. 4. Sent. dist. 1. q. 21.

AD OPPOSITUM. Gl. ord. sup. illud Ro. 4. Signaculum fidei accepit

DE efficacia circumcissionis, et queritur, Vtrum sacramentum circumcissionis sit gratia collatum. Et quod non, dicit Magister in littera. Hoc ipsum dicit Glossa super illud: Signaculum fidei accepit: In circumcissione inquit tantum peccata remittebantur, sed non gratia per eam præstatur.

2. ITEM hoc videtur ratione, quia in sacramento æque, vel amplius se extendit ratio signandi, quam ratio efficiendi: sed ratio signandi in circumcissione solum est in ablatione: ergo et efficacia.

3. ITEM sicut se habet culpa ad gratiam amotionem, sic gratia ad remotionem culpæ: sed Deus cum homo peccat, subtrahit gratiam, nec tamen facit culpam: ergo a simili possibile est quod aliquod remedium remoueat culpam, quod tamen non dat gratiam: ergo si hoc est possibile, et concordat ratio, et auctoritas in circumcissione non datur gratia.

4. ITEM si Deus esset solus dator formarum, virtus primarij agentis esset solum in abijciendo, non in ponendo: ergo cum Deus sit dator gratiæ, virtus circumcissionis erat solum in amouendo oppositum gratiæ.

FVNDAMENTA.

CONTRA: Quod in circumcissione detur gratia, ostenditur, quia eadem vi est corruptio vnus oppositi, et generatio alterius, et eadem qua receditur ab vno oppositorum, acceditur ad reliquum: ergo cum gratia, et culpa sint opposita, eadem vi, qua deletur culpa, confertur et gratia: ergo si circumcisio est ad delendam culpam, necesse est in ea conferri gratiam. Si dicas, quod hoc non tenet in moribus, hoc nihil est: quia Ambrosius dicit, quod egressus vitij est virtutis ingressus.

Amb. lib. 3. off. c. 10. et de Cain, et Abel. lib. 2. c. 4. circa fin.

ITEM accidens corrumpitur dupliciter, aut propter corruptionem subiecti, aut propter inductionem contrarij: ergo si circumcisio auferat culpam, cum non corrumpat subiectum, de necessitate inducit contrarij: sed hoc est gratia: ergo etc. Si dicas quod culpa non est accidens, sed priuatio, idem sequitur, quia priuatio non remouetur ab aliquo nisi per positionem habitus: ergo si culpa est priuatio gratiæ, numquam deletur nisi ponatur gratia.

ITEM peccatum dicit non esse moris: sed impossibile est, quod Deus auferat alicui non esse naturæ nisi dando esse, immo non intelligibile: ergo impossibile, et non intelligibile est quod auferat non esse moris nisi dando esse: sed non esse moris est per culpam, esse autem moris per gratiam: ergo, etc. Si dicas quod non est simile, quia esse, et non esse sunt immediata, non sic culpa, et gratia. Contra hoc est, quia priuatio, et habitus circa suum susceptibile sunt immediata, sicut affirmatio, et negatio: ergo impossibile est priuare vnum, quin ponatur reliquum.

ITEM si circumcisio delet culpam, et gratia delet: aut ergo circumcisio delet per gratiam, aut econuerso,

aut vtrumque simul: sed constat quod non vtrumque simul, quia cum non sint idem in substantia, non habent eandem operationem immediatam. Nec gratia per circumcissionem, quia si non esset circumcisio, gratia per se sufficienter deleteret culpam tamquam immediata causa: ergo circumcisio delet per gratiam: ergo per prius ordinatur circumcisio ad gratiam, quam ad culpam delendam.

CONCLUSIO.

Circumcisio conferebat gratiam habitantem ad bonum, licet tam paruulam, quod solum merebatur dici delictiua culpa, et non habitatiua potentia.

RESP. AD ARG. Dicendum quod circa hoc diuersi diuersimode senserunt. Quorundam enim positio fuit, quod originale vt est culpa, est concupiscentia, cum debito non concupiscendi: et non ideo est culpa, quia concupiscentia, hæc enim est in iustificatis: sed ideo, quia est cum debito non concupiscendi: cum ergo deletur culpa originalis, quia deletur quantum ad reatum, et remanet quantum ad actum, dicunt quod soluitur debitum, id est non imputatur, et tunc ergo remanet concupiscentia actus pœna: hoc ergo est quod dicunt, originale deleri, id est debitum concupiscendi non imputari: et hoc quidem sine alicuius gratiæ collatione fieri potest, et fit in circumcissione. Sed hæc responsio non potest stare duplici ratione. Vna quidem, quia si Deus non imputat hoc debitum ipsi animæ, quod prius imputabat, aut ergo aliqua innovatio facta est circa animam, aut mutatio facta circa Deum. Non mutatio circa Deum, ergo innovatio circa animam: ergo aut aliquid est ab ea ablatum, aut positum. Si ablatum, aut bonum aut malum. Non bonum: ergo malum. Non malum pœnæ tantum, ergo culpæ: sed culpa est priuatio, quæ non aufertur, nisi aliquid ibi ponatur: ergo necesse est aliquid poni. Sed nihil ponitur in anima, quod expellat culpam, nisi gratia. Alia ratio est: quia si debitum tantum non imputaretur, et gratia non daretur, cum nullus possit videre Deum, quin habuerit gratiam: tunc ergo iustus ab originali peccato mundatus per circumcissionem, si moriatur, cum non habuerit gratiam, non videbit Deum: ergo eandem pœnam habebit, ac si haberet originale. Alia positio magis vltra processit, et dixit quod in circumcissione dabatur gratia, et delebatur culpa: sed culpa delebatur vi circumcissionis, gratia autem non dabatur vi eius, sed ex liberalitate Dei, quia non delet culpam, quin decoret animam, et gratiam sibi faciat, quamuis posset aliter facere, quia secundum naturam medium est inter culpam, et gratiam; scilicet ipsa innocentia, et delere culpam hoc est reddere innocentiam: sed Deus numquam reddit innocentiam, quin superaddat gratiam. Et per hoc respondent ad obiecta de contrarietate, de habitu, et de priuatione, quia gratia non est directe immediate habitus oppositus culpæ, sed innocentia. Ad hanc innocentiam secundum quod est priuatio culpæ ordinatur circumcisio disponens ex parte suscipientis, sed gratia ex parte agentis. Sed hæc positio non potest stare duplici ratione. Prima quidem, quia si innocentia esset medium secundum naturam inter culpam, et gratiam, prius naturaliter restitueretur innocentia, et expelleretur culpa, quam infunderetur gratia. Sed hoc est manifeste falsum, quia tunc gratia non deleteret culpam. Sic enim prius naturaliter deleteretur culpa per innocentiam, quam gratia infunderetur. Alia ratio est, quia etsi Deus posset delere culpam sine gratia, non tamen decreuit delere nisi per gratiam: ergo si dat virtutem Sacramento consonantem suo decreto, non dat virtutem ad culpam delendam nisi disponendo ad gratiam. Tertia positio est, quod in circumcissione delebatur culpa, et conferebatur gratia, et ad vtrumque ordinabatur circumcisio: sed gratia quosdam habet

Opin. 1.

Improb.

Opin. 2. S. Tho. 3. p. q. 71. art. 4.

Improb.

Opin. 3.

habet priuatiuos, quosdam positiuos: et circumcisio non ordinabatur primo, et per se nisi quantum ad effectus priuatiuos: et ideo solum significabat ablationem. Sed quia effectus priuatiui non sunt sine positiuis, ex consequenti erant ibi effectus positiuus: et quia ex consequenti non oportebat eos significari, ideo ablatione culpæ priuatiuum effectum solum significabat.

Exemplum autem manifestum est in conuersione patris in corpus Christi, in quo est consequenter et sanguis, sed tamen non significatur ibi. Effectus autem gratiæ positiuus sunt, sicut habitare ad bona opera: priuatiui sicut remouere culpam. Sed ista positio non potest stare duplici ratione. Prima quidem, quia si vi circumcissionis ponitur gratia in anima, et potentij, quia delet culpam, quæ in his est, cum ponitur gratiam in anima non sit aliud, quam gratificari, et in potentij, quam potentias habitari: ergo non separantur nec secundum rem, nec secundum intellectum: ergo impossibile est ponere, vel intelligere, quod circumcisio habeat vim ad vnum, quin etiam habeat ad reliquum. Alia ratio est, quia effectus positiuus aliqui secundum rem idem sunt cum priuatiuis, quia sicut lumen materiale numquam delet tenebras nisi illuminando aera, sic nec lumen gratiæ tenebras peccati. Quarta positio fuit, quod in circumcissione dabatur gratia, sed tamen paruula respectu eius, quæ datur in baptismo. Et ratio huius videbitur in sequenti distinctione, cum de profectu Sacramentorum disputabitur. Et quia, gratia quantumcumque parua plenum effectum habet ad de-

Exemplum

Improbatio.

Opin. 4. Quæ videtur tenere Scot. dist. 1. q. 6.

lendam omnem culpam mortalem, sed semiplenum ad habitandas potentias animæ ad proficiendum: ideo circumcisio dicitur ordinari ad effectum ablationis culpæ, non quia ipsum solum habeat, sed quia solum habet completum. Et quia sacramentum non omne significat quod facit. Sed quod plenius, et perfectius facit: ideo in circumcissione solum est signum ablationis principaliter. Et per hoc patent auctoritates, et obiecta: quia nec Glossa, nec Magister voluerunt negare, quod nullo modo daretur gratia habitans, sed quod ita parum habitans, et ita parum reprimens concupiscentiam, quod solum merebatur dici delictiua culpæ, non habitatiua potentia.

2. AD illud quod obijcitur de significatione, patet responsio, quod istud debet sacramentum significare, quod plene, et perfecte facit, non omne quod facit ex consequenti, siue imperfecte.

3. AD illud quod obijcitur, quod Deus subtrahit gratiam, et non facit culpam, ergo, etc. dicendum quod Deus dicitur subtrahere gratiam, non quia perimatur datam, sed quia vltra non apponit: sed homo per culpam perimit datam, et ita non conueniunt in effectu Deus, et culpa.

4. AD vltimum dicendum quod illud nihil valet, quia sicut solus Deus dat gratiam, ita solus delet oppositum. Vnde: Ego sum qui deleo iniquitates, et cetera. Isaia 43. d. Præterea: Si illa positio esset vera, numquam agens principale aliquid abijceret.

DISTINCT. II.

DE SACRAMENTIS NOVAE LEGIS:

quot, et quæ sint: potissimum vero de baptismo, vbi agitur etiam de baptismo Ioannis.



IAM ad Sacramenta noua Legis accedamus: quæ sunt Baptismus, Confirmatio, Panis benedictio, id est, Eucharistia, Pœnitentia, Vnctio extrema, Ordo, Coniugium. Quorum alia remedium contra peccatum præbent, et gratiam adiutricem conferunt, vt baptismus: alia in remedium tantum sunt, vt coniugium: alia hic Magister gratia et virtute nos fulciunt, vt Eucharistia, et Ordo.

Quare mox post hominis casum non fuerint instituta.

SI vero queritur quare non fuerint hæc sacramenta instituta mox post hominis lapsum, cum in his sit iustitia et salus. Dicimus non ante aduentum Christi, qui gratiam attulit, gratia sacramenta fuisse danda, quæ ex ipsius morte et passione virtutem sortita sunt. Christus autem venire noluit, antequam homo de lege naturali et scripta conuinceretur, quod neutra iuari posset.

Hug. lib. 1. par. 2. c. 8. Responsio.

Quod Sacramentum coniugij fuit ante peccatum.

FIT tamen coniugium ante peccatum institutum, non utique propter remedium, sed ad officium: post peccatum vero fuit ad remedium contra carnalis concupiscentiæ corruptelam: de quo suo loco tractabimus.

Gen. 2. d. Dist. 26.

De Baptismo.

NONC vero de baptisimo sacramento videamus, quod inter noua gratiæ sacramenta primum est. Baptisimum igitur Christi Ioannes suo baptismo prænuñciavit, qui primus baptizasse legitur, sed in aqua, non in spiritu, sicut ipse ait: Ego baptizo vos in aqua in pœnitentiam. Sola enim corpora abluebat, a peccatis vero non mundabat. Baptismus Ioannis erat in pœnitentiam, non in remissionem: baptismus vero Christi in remissionem. Quia Ioannes baptizans homines, ad pœnitentiam

Mat. 3. c. Act. 19. a Ioan. 1. d. Mar. 3. b vocabatur.

Mat. 1. a vocabat: et quos baptizabat; penitere docebat: secundum illud: Veniebant ad Ioannem in Iordanem, confitentes peccata sua. Sed in baptismo Ioannis non dabatur peccatorum remissio, quae data est in Christi baptismo.

Quid utilitatis habebat baptismus Ioannis.

AD quid ergo utilis erat baptismus Ioannis? Quia homines usu baptizandi preparabat ad baptismum Christi: Sed queritur, quare dicitur est baptismus Ioannis, sicut veritas dicit: Baptismus Ioannis unde est? Quia ibi Ioannis operatio tantum visibilis erat, exterius lauantis; Mat. 21. c non inuisibilis gratia Dei interius operantis. Sed tamen et illa Ioannis operatio a Deo erat, et baptismus ille a Deo erat, non ab homine tantum: sed hominis dicitur est, quia nihil ibi gerebatur, quod non ageret homo. Si vero queritur an sacramentum fuerit: satis potest concedi ex eo sensu, quo legalia signa dicuntur sacramenta. Significabat enim baptismus Ioannis rem sacram, scilicet baptismum Christi: qui non tantum est penitentiae, sed et remissionis peccatorum.

De forma baptismi Ioannis, et de baptizatis ab eo.

HIC considerandum est, an baptizati a Ioanne iterum baptizati sunt baptismo Christi, et qua forma verborum usus sit Ioannes. Illi qui baptizati sunt a Ioanne, nescientes Spiritum sanctum esse, ac spem ponentes in illius baptismo, post ea baptizati sunt baptismo Christi. Baptismus autem Ioannis in nomine venturi tradebatur. Vnde Hieronymus super Ioelem: Qui dicit se in Christum credere, et non credit in Spiritum sanctum, nondum habet claros oculos. Vnde baptizati a Ioanne in nomine venturi, id est, Domini Iesu, qua dixerunt: Sed neque si Spiritus sanctus est, audiuimus, iterum baptizabantur, immo verum baptisma accipiebant. Illi vero qui spem non ponerunt in baptismo Ioannis, et Patrem et Filium et Spiritum sanctum credebant, non post baptizati fuerunt: sed impositione manuum ab Apostolis super eos facta, Spiritum sanctum receperunt. Alii vero qui non ita credebant, baptizati sunt baptismo Christi, ut praedictum est. Vnde Hieronymus: Qui Spiritum sanctum nesciebant, cum baptismum a Ioanne acceperunt, iterum baptizati sunt baptismo Christi, ut praedictum est: ne quis ex Iudaeis vel gentibus putaret aquam sine Spiritu sancto ad salutem posse sufficere. De hoc etiam Ambrosius in primo libro de Spiritu sancto: Quidam negauerunt se scire Spiritum sanctum, cum baptizatos se dicerent baptismo Ioannis, qui in aduentibus Iesu, non in suo baptizauit nomine. Isti ergo quia nec in Christi nomine, neque cum fide Spiritus sancti baptizati fuerant, non potuerunt accipere baptismi Sacramentum: baptizati sunt ergo in nomine Christi, nec iteratum est in his baptisma, sed innouatum.

D I S T I N C T. II.

De Sacramentis in speciali.

Iam ad Sacramenta nouae Legis accedamus, quae sunt Baptismus, Confirmatio, Panis benedictio in Eucharistia, et cet.

Expositio textus.

Diuisio.



Haec est secunda pars, in qua Magister agit de Sacramentis in speciali. Et habet haec pars duas partes. In prima determinat quaedam praebula. In secunda autem determinat de vnoquoque per se infra, distinctione tertia. Post haec videndum est quid sit baptismus. Prima pars habet duas partes. In prima parte determinat praebula ad omnia sacramenta, scilicet tempus institutionis, et numerum. In secunda vero determinat praebulum specialiter ad baptismum, ibi: Nunc vero de baptismi Sacramento videamus. Prima iterum pars habet duas. In prima determinat numerum. In secunda vero institutionis tempus, ibi: Si vero queritur, quare non fuerunt, et cet. Similiter secunda pars, in qua agit de praebulo ad baptismum Christi, quod quidem fuit baptismus Ioannis, habet tres partes. In prima Magister determinat de utilitate, siue ad quid fuit. In secunda vero de eius in-

A stitutione, siue denominatione, ibi: Sed queritur, quare dicitur est baptismus Ioannis. In tertia vero agit de forma, vsu, siue de variatione, ibi: Hic considerandum est, an baptizati, et cet.

Quorum alia remedium contra peccatum praebent, et gratiam adiutricem conferunt, ut baptismus, et cetera. Dub. I.

Contra: Videtur male diuidere haec ab inuicem, quia omnia sacramenta sunt in remedium. R E S P. Dicendum quod Magister non dicit simpliciter quod quaedam sunt in remedium, sed dicit quaedam sunt in remedium contra peccatum: et talia sunt quae gratiam conferunt, et ornant animam. Ex hac autem diuisione, quam ponit hic Magister, innuitur sufficientia Sacramentorum. Quaedam enim est medicina praeseruatua, quae excusat a morbo, sed non liberat: et talis est matrimonium. Quaedam est curatiua, et ista liberat per gratiam, haec variatur secundum triplicem gratiam, scilicet gratiam baptismalem: et sic est baptismus. Penitentialem: et sic est poenitentia. Finale: et sic est vnctio extrema. Quaedam autem est medicina confortatiua. Duplici autem ex causa indiget homo confortari: vel propter difficultatem pugnae, et sic est confirmatio: vel propter lassitudinem itineris, et sic est viaticum, id est Eucharistia.

Sacramentum sufficientia.

Eucharistia. Ordo autem est ad ministrandum vtrumque, et ad confortandum modo vtroque. Vel sic: Confortatio, et fulcimentum est tripliciter: aut confortatio virtutis, et sic est confirmatio: aut subministratio cibi, et sic est Eucharistia: aut fulcimentum alicuius subsidij, et sic est ordo. Et sic patet quod diuisio Magistri est recta: et patet etiam ex hoc diuisio Sacramentorum. Et differt iste modus assignandi sufficientiam a praesignato, quoniam ille accipitur penes morbos, hic vero penes modos curandi. I T E M queritur, quare magis sic ordinat: videtur enim quod ratio sua contradicat enumerationi quantum ad ordinem. Si enim matrimonium est medicina praeseruatua, et prius etiam est institutum, videtur quod deberet primo de ipso agere. Similiter contra alia potest obijci.

R E S P. Dicendum quod Magister bene ordinat, et ratio sui ordinis patet sic. Sacramenta enim quaedam respiciunt communiter omnes: et sic sunt quinque praecedentia. Aut aliquos specialiter: et sic sunt duo sequentia, scilicet ordo, et coniugium: et sic aut commune, aut speciale. Si respiciunt communiter omnes, sic sunt prima quinque. Ordo enim trium ex quinque prius patet ex se: Baptismus enim est ad vulnere curationem, confirmatio ad curationis habitum conferuatiuam. Eucharistia ad curationis habitum, et conferuatiua promotionem. Et quia non omnes qui recipiunt, conferuatiua semper: ideo est poenitentia ad reparationem: est vnctio extrema ad ipsius consummationem: et ex hoc patet ordo et sufficientia illorum quinque, quae respiciunt communiter omnes. Quae autem respiciunt speciales status: duo sunt. Aut enim respiciunt perfectos: sic est ordo: aut infirmos secundum congruentiam: sic est matrimonium principaliter; aut est ordo propter sacramenti dignitatem. Vel ordo est personarum generantium spiritualiter: matrimonium vero generantium corporaliter: et viraque necessaria est Ecclesiae: sed prima est de principali intentione, secunda ex consequenti: et ita patet ordo.

Non ante aduentum Christi, qui gratiam attulit, gratia sacramenta fuisse danda, quae ex ipsius morte, et passione virtutem sortita sunt. Dub. I.

CONTRA: Videtur male dicere, quia sacramenta veteris legis, et fides totam virtutem iustificandi habebant ex morte Christi. I T E M videtur quod magis ex resurrectione Christi, quia dicitur: Resurrexit propter iustificationem nostram.

R E S P. Dicendum quod sacramenta nouae legis magnam habent virtutem, quia eam habent a passione, non tantum promissa, sed etiam perfoluta: et perfoluta attingit diuinam misericordiam, vt liberalius praebat: et hoc non fuit nisi post mortem. Quod obijciatur de resurrectione, dicendum quod meritum principaliter fuit in passione, sed significatio nostrae iustificationis a peccato significatur in morte, et resurrectione, vt destruat homo vetus, et fiat nouus.

Baptismus Christi Ioannes suo baptismo pronunciauit, qui primus baptizasse legitur: sed in aqua non in Spiritu sicut ipse ait: Ego baptizo vos in aqua, id est in poenitentiam. Dub. I I I.

Queritur quare necessitas fuerit huiusmodi pronuntiationis. Si dicas, vt assuefaceret: quare similiter, quare alia sacramenta non habuerunt assuefactoria. Si dicas quod baptismus difficilior est ad credendum: hoc non soluit, quia Eucharistia magis difficultatis est, et magna efficaciam.

S. Bon. To. 5.

R E S P. Dicendum quod baptismus congrue habuit praebulum; et ratio huius est, quia est sacramentum primum, et necessarium. Quia enim necessarium, oportebat omnes suscipere. Quia primum, ne homines inhabiles essent, et imparati, oportebat quod praecederet aliquid simile: non sic autem est in alijs sacramentis. Baptismus enim susceptus disponit ad cetera alia: et ideo alia non indigent assuefactorio immo assuefactorium baptismi per consequens ad alia assuefacit.

Hominis dicitur est, quia nihil ibi gerebatur, quod non ageret homo. Dub. I I I.

CONTRA: Videtur quod ratio illa nulla sit, quia dicitur Euangelium hominis, vt Ioannes et Matthaeus, et tamen in Euangelio aliquid agitur quod non agit homo. Si dicas quod Euangelium dicitur nuntium, et dicit quid exterius: et hoc est ipse nuntiantis, non tantum mandantis. Obijciatur de doctrina, quae dicitur esse docentis: et tamen, vt dicit Augustinus, solus Deus docet intus.

R E S P. Dicendum quod doctrina dicitur: Petri, non quia Petrus totum agat effectiue quod ibi fit, sed quia nihil ibi fit, quod Petrus non faciat, vel effectiue sicut verbum exterius, vel dispositiue sicut eruditio interior: melius enim docet bonus clericus, quam malus.

Baptismus autem Ioannis in nomine venturi tradebatur. Dub. V.

CONTRA: Videtur hoc falsum, quia Ioannes sciebat iam Christum venisse, cum baptizauit ipsum: ergo non in nomine venturi, sed eius qui venit potius baptizauit, vel baptizare debuit.

R E S P. Dicendum quod Dominus venisse dicitur quantum ad assumptionem carnis: tamen quia nondum erat manifestatus, baptizabat in nomine venturi de futuro: et ideo quando Dominus se cepit per mirabilia manifestare, baptismus eius debuit cessare. Vnde et Ioannes in carcere existens, volens ostendere discipulis suis suum ministerium impletum esse, et baptismum cessasse, misit eos ad Christum: Tu es qui venturus es? vt per verba Domini cognoscant discipuli venisse illum, in cuius nomine baptizauerat Ioannes: et ideo cum iam amplius non debeat dici venturus, sacramentum eius cessauit. Et haec est ratio quare Ioannes magis baptizauit in nomine venturi, quam Christi, vt ostenderet baptismum suum ad tempus esse. Nam Christus semper Christus est, sed non semper venturus est: et ideo baptisma Christi, quod debuit semper durare, fuit in nomine Christi, vel Trinitatis, sed baptisma Ioannis in nomine venturi.

A R T I C V L V S I.

AD intelligentiam huius distinctionis secundum duo, quae determinat Magister, duo principaliter queruntur. Primo de institutione Sacramentorum, quantum ad primam partem. Quantum vero ad secundam queritur de baptismo Ioannis. Circa primum queruntur tria. Primo queritur, vtrum omne tempus fuerit idoneum ad institutionem Sacramentorum. Secundo, vtrum in diuersis temporibus debuerint diuersa institui. Tertio, vtrum in tempore gratiae debeant institui vnum, vel plura.

QVA.

QVÆSTIO I.

An omne tempus fuerit idoneum ad institutionem sacramentorum.

Alex. Alen. 4. p. q. 5. memb. 2. S. Thomas. 3. p. q. 64. ar. 2. Et 4. Sent. d. 3. q. 1. ar. 2. Richardus 4. Sent. dist. 2. q. 1. Tho. Arg. 4. Sent. d. 2. q. 1. ar. 3. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 2. q. 1. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 2. q. 1. Gabr. Biel. 4. Sent. d. 2. q. 1.

FVNDAMENTA

QVOD omne tempus fuerit idoneum ad institutionem sacramentorum, ostenditur. Et primo de tempore naturae institutae, quia tunc institutum est sacramentum matrimonij: ergo si hoc inter alia sacramenta minus est efficax, videtur quod in illo tempore debuerint alia multo magis institui. Si dicas quod vsus matrimonij illi tempore congruebat, quia erat non in remedium, sed in officium: sed alia instituta sunt in medicinam, et ideo non ante lapsum. Contra: Deus simul cum condidit Angelum, condidit poenam, siue ignem, ut ibi si peccaret, puniretur, quia eius peccatum est irremediabile; ergo pari ratione cum condidit hominem, cuius erat peccare remediabiliter, debuit instituire medicinam.

ITEM Magister dicit distinctione praecedenti, quod sacramentorum vsus est ad humiliationem, et exercitationem, et eruditionem, quae non tantum conueniunt aegro, sed etiam sano: ergo, et cetera.

ITEM quod tempus legis naturae post lapsum fuerit conueniens, videtur, quia boni, et sapientis medici est medicinam vsque ad indigentiam differre, et cum adest indigentia ipsam offerre: ergo si tempus legis naturae fuit tale, tunc sine dilatione, et anticipatione debuit sacramenta instituire.

ITEM quod tempus legis scriptae fuerit magis idoneum, videtur, quia sacramenta non ideo sunt praecipua, quia bona: sed ideo bona, quia praecipua, et instituta: sed talia praecipua maxime conueniunt legi scriptae: ergo et sacramentorum institutio.

ITEM quod tempus legis Euangelicae fuerit conueniens, videtur, quia sacramenta sunt medicina: sed illud tempus maxime illorum institutioni conuenit, in quo aduenit medicus. Et iterum sunt vasa gratiae: ergo illi tempore congruunt, quod est tempus gratiae.

AD OPPOSITIVM.

CONTRA, quod non congruerint tempori naturae institutae, ostenditur, quia ibi sperat resurgere, facilius dimittit se cadere: ergo si primo homini essent remedia parata, data esset ei occasio peccandi: ergo si sacramenta debent esse via ad resurgendum, non ad cadendum, non debuerunt illo tempore institui.

ITEM quod nec tempore legis naturae videtur, quia tempore illo solum concurrat ius naturale: sed ea, quae dicuntur ius naturale, sunt de se bona, sunt etiam immobilia: ergo si sacramenta non sunt talia, non conueniunt illi tempore.

ITEM quod nec tempore legis scriptae, quia lex scripta data est in onus, et ad conuincendum de impotentia, ut dicit Hugo: ergo si sacramenta sunt medicinae reparantes virtutem, nullatenus conueniunt legi scriptae.

Hugo li. 2. p. 2. ca. 10.

ITEM quod non legi Euangelicae videtur, quia haec lex est eliminatiua, vel euacuatiua figurarum, et signorum, quia aperte praedicit veritatem: ergo si sa-

cramenta sunt figuralia, nullatenus legi Euangelicae conueniunt.

ITEM lex Euangelij est lex libertatis: Vos autem fratres in libertatem vocati estis: ergo ad minus non debuerunt institui sacramenta sub praecipito, sed solum sub consilio. Et hoc videtur dicere Hugo de sacramentis, Primo paruulos consilio nutritur, vel erudiunt, secundo prouectos praecipito tentauit, tertio perfectos in libertate spiritus ambulare permisit. Sed hoc non potest stare, quia dicitur: Nisi quis renatus fuerit, et cetera.

Gal. 5. b

Hug. 1. c. 4

Ioan. 3. a

CONCLUSIO.

Cum tempus remedij inciperet a lapsu, profecerit in lege, et consummatum fuerit in Euangelio: ideo haec tempora fuerunt conuenientia ad institutionem sacramentorum.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod omnia sacramenta instituta sunt in remedium specialiter, et principaliter, excepto matrimonio, quod primo institutum est in officium: et quia tempus remedij incipit a lapsu, et proficit in lege, et consummatum est in Euangelio: ideo ista tria tempora conueniunt institutioni, tamen secundum magis, et minus.

AD illud ergo quod obijcitur, quod conueniunt tempore naturae institutae propter matrimonium, dicendum quod tunc est institutum, quia fuit institutum in officium.

AD illud quod obijcitur de poena Angelorum, patet responsio, quia poena vel ignis reuocat a culpa, sed medicina occasionem praestat: ideo non sic debebat esse ex ipsa parte.

AD illud quod obijcitur de vsu, dicendum, quod humiliari sub creaturis, ab eis erudiri, et in eis a fastidio liberari, non est de natura hominis instituti, sed potius hoc exigit poena damnata, quia homo institutus erat medius inter creaturas, et Deum. In Creatore enim se expressit, quam in alijs cognoscebat, et in ipso delectabatur, et varietate rerum ad fugiendum fastidium non egebat.

AD illud quod obijcitur de tempore legis naturae, dicendum quod lex naturae quadam dicitur ut necessaria, quadam ut expedientia: et iterum quadam dicitur ex se, quadam adiuncta fide, et inspiratione. Et dico quod primo modo dicitur praecipua moris. Secundo modo, praecipua quae dicitant in generali, ut esset Deo sacrificandum: et hoc fides cum inspiratione etiam ulterius determinabat: et sic patet illud.

AD illud quod obijcitur de tempore legis scriptae, dico quod lex scripta a duris obseruabatur carnaliter, et eius sacramenta: et in talibus nullam habebat efficaciam. Sed a spiritualibus obseruabatur spiritualiter, et non erat in onus, sed in viam salutis: et talibus sacramenta illa erant in medicinam.

AD illud quod obijcitur de Euangelio, quod euacuat figuras, dicendum quod quadam figura erat tantum ad signandum, quadam autem sunt ad signandum, et sanctificandum. Figuras primas euacuat, sed secundas instituit, quia est lex sanctificationis, non tantum veritatis.

AD illud quod obijcitur, quod lex Euangelij est lex libertatis, et cetera, dicendum quod praecipua sunt in seruitutem timentibus, sed sunt in libertatem amantibus: quia ergo lex Euangelica est lex amoris, ideo dicitur lex libertatis, non quia non praecipiebat, sed quia non ad timorem, sed ad amorem trahebat.

QVÆ-

QVÆSTIO II.

An in diuersis temporibus debuerint diuersa sacramenta institui.

Alex. Alenf. 4. p. q. 5. memb. 2. ar. 4. Richardus 4. Sent. d. 2. q. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 2. q. 2. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 2. q. 1. Gabr. Biel. 4. Sent. d. 2. q. 1.

FVNDAMENTA.

Hugo li. 1. p. 1. ca. 6.

TRVM in diuersis temporibus debuerint alia, et alia sacramenta institui, vel semper eadem. Et quod non semper eadem, sed quod debuerint mutari, hoc rationabiliter ostendit Hugo sic dicens: Dispensationis ordo, et ratio hoc poposcit, ut sicut ab initio currente tempore magis, ac magis Saluatoris aduentu appropinquauit, sic magis ac magis effectus salutis crederet, et cognitio veritatis: propter quod et ipsa signa salutis per successionem temporum alia post alia mutari debuerunt, ut effectus gratiae diuinae in salutem crederet, simul quoque et ipsa signatio in signis visibilibus euidentior appareret.

ITEM hoc ostenditur per rationem, quia variatio morbo, et conditione aegrotantis, necesse est variari remedium: ergo cum his temporibus fuerint morbi, et aegrotantes diuersarum conditionum, et morbus inualuerit, necesse fuit medicamenta alia, et alia adhiberi.

AD OPPOSITIVM.

SED CONTRA: Institutio sacramentorum fuit non a quocumque, sed a summo medico, cuius consilium est immutabile, et est summe commendabile: sed si immutabile: ergo et sacramenta secundum illud instituta debent esse immutabilia. Si summe laudabile: ergo debent esse optima: ergo secundum hoc cum sacramenta legis gratiae optima sint, semper illa debuerunt esse: nec ante, nec post alia debuerunt institui, nec mutari.

ITEM morbus originalis peccati semper idem fuit, nec creuit, nec decreuit: et ratio infirmandi semper fuit eadem: ergo videtur quod medicina correspondens morbo debuerit esse non mutata.

ITEM omnia sacramenta habent efficaciam a passione primo, et a fide passionis immediate: et virtus illa est ad sanandum per gratiam: ergo cum passio sit eadem, et fides eadem, sicut dicit Augustinus, et gratia similiter eadem: ergo debent esse eadem sacramenta non mutata.

Lib. 18. de Civ. Dei c. 47. 10. 5. et Trañ. 45. in 10. inter prin. et mediu. et 80. 80. 9.

Diuersis temporibus diuersa debuerunt institui sacramenta, cum statui perfectiori perfectiora competant sacramenta, quae sunt in documentum, medicamentum et ornatum.

CONCLUSIO.

RESPON. AD ARG. Ad praedictorum intelligentiam est notandum, quod sacramenta sunt in documentum, sunt in medicamentum, sunt et in ornatum. Et secundum statum perfectum sunt in apertum documentum diuini secreti, sunt in efficax remedium morbi, et in pulchrum ornamentum sponsae Christi. Quoniam ergo reuelatio secretorum non debet fieri quocumque modo, nec in omni tempore, sed illo in quo est intellectus hominis capaxior: ergo sacramenta perfecta dilata sunt vsque ad tempus tale. Hoc autem tempus sicut in homine est sexta aetas, quae appellatur senectus, iuxta illud: Quam speciosa veteranis sapientia, et gloriosus intellectus, et consilium. Similiter in mundo est sexta aetas, quae est post S. Bon. To. 5.

Christum, in qua aetate homines sunt sapientiores, et capaciores: ideo dilata sunt sacramenta completa vsque ad hoc tempus. Rursus: Quia sunt in medicamentum morbi efficax, etiam eo tempore debent dari, in quo efficacius curant: sed spiritualis infirmitas efficaciter non curatur, nisi quando cognoscitur, et sentitur, alioquin redditur homo ingratus, et peiori vulnere infirmatur: ideo necesse fuit sacramenta differre quousque morbus tantum inualesceret, ut homo ipsum cognosceret, et remedium quaereret: hoc autem fuit in tempore gratiae, quia tempore legis naturae conuictus est esse caecus: et tunc venit lex docens, et onerans, et tunc conuictus est de impotentia: tunc ergo restabat tempus gratiae, in quo morbus iam cognitus curaretur, et in hoc tempore sacramenta completa darentur. Rursus: Quia sunt in pulchrum ornamentum, debuit ea Christus illi sponsae dare, a qua nunquam separari deberent: et quia talis fuit Ecclesia collecta de gentibus, non synagoga, quae ipsum deseruit, et negauit: ideo vsque ad tempus gratiae perfecta sacramenta non instituit: nihilominus tamen aliqua imperfecta, secundum quod congruebat illis temporibus, in sustentationem dedit: et sic patet quod non semper eadem sed alia, et alia debuerint institui.

AD illud quod obijcitur de consilio, dicendum quod sicut dicit Augustinus in libro de vera Religione. Sicut vnus medicus secundum eandem artem non mutatam pro mutatione morbi, mutat remedia: sic immo multo fortius in proposito. Quod vero dicit, quia summe laudabile, et cetera, dicendum quod summe laudabile est consilium diuinae sapientiae in operibus, non quia omnia sunt optima, quae facit in se, sed in ordine. Vnde dicit Augustinus de libero arbitrio: Si quis quaerit, quare Deus non fecit duos soles, non videt quia fuisset superfluum. Si quaeratur quare fecit lunam, non videt quia si deesset luna, aliquid bonum deesset de ordine. Sic et in proposito attendendum, quia ordinatissime fecit. Sicut enim, haec sacramenta huic tempori conueniunt, ita illa sacramenta illi tempori congruebant.

De vera Relig. 6. 13. 10. 1.

Li. 3. de lib. arb. cap. 9. 10. 1.

AD illud quod obijcitur, quod morbus est idem, dicendum quod etsi morbus originalis quantum ad essentiam non creuit, tamen creuit in effectu, quia semper magis ac magis homines sequebantur concupiscentiam, et de vno errore labebantur in alterum.

AD illud quod obijcitur, si fides eadem, et passio, et cetera, dicendum quod etsi passio eadem sit, tamen prius fuit promissa, et modo est peroluta: et ideo accepta satisfactione misericordia Dei liberalior fuit ad remittendum, quam cum tantum erat promissa. Liberalior inquam dico quantum ad effectum, cum semper in se sit summe, et aequaliter liberalis: ideo effectus maior. Praeterea, etsi fides sit eadem, tamen haec est dignior, et ad amandum efficacior, quia apertius credimus, quam antiqui: et fides de passione iam praeterita, et solutio facta magis ad amandum incitat, quam promissa: ideo Deus et merito fidei, et merito passionis iam praeteritae maiorem contulit sacramentis efficaciam.

Et rursus: Quia fides est expressior, sacramenta sunt euidentiora: sed fides expressa remanet eadem, quia ratio credendi eadem: sed sacramenta alia, quia signa sunt alia, et signa non mutantur quantum ad signatum, sed quantum ad speciem signatum.

c 2 QVÆ

QVÆSTIO III.

An sacramenta noua legis sint vnum, vel plura.

Alex. Alen. 4. p. q. 5. memb. 7. S. Thomas. 3. p. q. 65. ar. 1. Et 4. Sent. d. 2. q. 1. ar. 2. Et 4. contra Gent. cap. 58. Richardus 4. Sent. dist. 2. q. 4. Tho. Arg. 4. Sent. d. 2. q. 1. ar. 4. Franc. de Mayr. 4. Sent. d. 2. q. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 2. q. 3. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 2. q. 2. Gabr. Biel. 4. Sent. d. 2. q. 1.

ADOPPO- SITVM.

DE numero sacramentorum temporis Euangelij. Et quod debuerit esse vnum solum, videtur, quia iugum Euangelicum est iugum suauitatis, et onus leuitatis: sed leuius est obseruare vnum sacramentum, quam plura: ergo cum Deus virtutem omnium sacramentorum potuerit dare vni, videtur quod vnum tantum debuerit esse.

2. ITEM quod cetera præter vnum superfluant; videtur: quia in sacramento vno, quod est Eucharistia, signatur passio, a quo effectum habent omnia sacramenta. Et rursus: In illo sacramento continetur Christus, in quo est omnis gratiæ plenitudo: ergo videtur quod ipsum solum possit omnia efficere, ad quæ sunt alia instituta.

3. ITEM videtur quod vnum solum faciat quod omnia alia faciunt: baptisimus enim delet omnem culpam: delet etiam omnem pœnam culpæ debitam, quia statim euolaret baptizatus, si moreretur.

4. ITEM baptisimus dat gratiam, quæ sanat animam, et habitat omnes potentias: sed ad aliud non sunt alia sacramenta: ergo sufficit baptisimus.

FVNDAMENTA.

Hier. super Mar. 9. 20. 6

1. QVOD autem debuerit esse plura, videtur: quia sicut dicitur distinctione præcedenti: Contra peccati vulnus sacramentorum remedia Deus instituit. Et dicit Hieronymus: Non sanat oculum, quod sanat calcaneum: cum ergo diuersa sint vulnera: ergo diuersa debent esse remedia: ergo sacramenta plura.

2. ITEM Sacramenta non tantum sanant, sed etiam signant: ergo si signatio est ex institutione, et quod ad multa instituitur ad signandum est multiplex, et dubium: ergo si vnum sacramentum habet plures efficacias, et plures signationes, duceret in dubitationem non in cognitionem.

3. ITEM necesse est quod sacramentum expressam habeat similitudinem: sed non inuenitur species visibilis, quæ habeat similitudinem expressam cum omnibus effectibus: ergo necesse est esse plures. Supposito ergo quod plura, quæritur quare tantum septem: quia cum duo sint vulnera tantum, scilicet pœnæ et culpæ, videtur quod debuerit esse duo sacramenta tantum. Si dicas quod pœna, et culpa multiplicantur per differentias. Contra: Tunc erunt plura quam septem, quia genera peccatorum sunt septem.

4. ITEM pœnæ sunt multæ sicut irregularitas, et concupiscentia circa gustum, et circa tactum, contra quæ sunt sacramenta.

5. ITEM Sacramenta Euangelij se habent ex aditione ad sacramenta legis scriptæ, sicut illa ad sacramenta, quæ sunt in lege naturæ: ergo cum plura sint sacramenta in lege scripta, quam in lege naturæ, plura debent esse in Euangelio, quam in lege scripta.

CONCLUSIO.

Sacramentorum pluralitas est ad exercitandum, et erudiendum: numerus autem septenarius congruus est ad medendum, auxiliandum, et armandum.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod sicut ostensum est, necesse est esse plura sacramenta. Plura quidem, quia sunt ad exercitandum: vnum enim generaret fastidium. Plura etiam, quia sunt ad erudiendum: vnum enim generaret ambiguitatem. Sed septem sunt et non plura, quia sunt ad medicandum, quia medicina respicit vulnera, quæ sanant, et sanando vulnera adiuuat virtutes: et adiuuando virtutes munit, et armat contra infirmitates. Secundum ergo quod sacramenta sanant infirmitates, numerus eorum accipitur sic: Quia est infirmitas culpæ et pœnæ: Infirmitas culpæ in generali est peccatum originale, contra quod est baptisimus: et peccatū actuale mortale, contra quod est poenitentia: et peccatum veniale, contra quod est extrema vnctio. Pœnæ autem infirmitas est quadruplex, scilicet ignorantia, contra quam est ordo, in quo potestas traditur discernendi. Secunda est impotentia, contra quam est confirmatio: Tertia est malitia, contra quam est Eucharistia. Quarta concupiscentia, contra quam est matrimonium. Secundum autem quod sacramenta sunt in adiutorium virtutum, accipitur numerus sic: Quia in adiutorium fidei, sic est baptisimus, qui est ianua sacramentorum, sicut fides virtutum. In auxilium spei, sic est vnctio extrema. In auxilium charitatis, Eucharistia quæ vnit, et incorporat. In auxilium prudentiæ, ordo. In auxilium iustitiæ, poenitentia. In auxilium temperantiæ, matrimonium. In auxilium fortitudinis, confirmatio.

Secundum vero quod sacramenta sunt armaturæ Ecclesiæ militantis, sumitur numerus sic: quia sicut dicitur in Cantico: Ipsa est terribilis vt castrorum, acies ordinata. Terribilis est, quia munita, et fortis: et hoc per confirmationem. Acies, quia coniuncta, et vnita: et hoc per Eucharistiam. Ordinata, per ordinem. Hæc acies variabilis est tamquam in hac vita consistens: vnde et aliqui subtrahuntur per mortem, aliqui prosternuntur per culpam: ideo necessarium est sacramentum ad prolem multiplicandam ad diuinum cultum: et hoc est matrimonium. Necessarium est ad resurgendum post lapsum, et hoc est poenitentia. In hac autem sola acie salus est. Vnde in eam ingreditur homo vt prælietur, ex ea in morte egreditur vt coronetur: sed nullus recipitur ad pugnam nisi habeat signum, et arma Christi: ideo necessarium est sacramentum, in quo hæc conferuntur, vt baptisimus: et hoc est ianua intrantium. ITEM ex hac acie nullus egreditur, nisi habeat pignus, et vnctionem Spiritus sancti, in cuius signationem est vnctio extrema, quæ est Sacramentum exuentium. Et sic patet quod tantum sunt septem, siue considerentur vt medicamenta, siue vt adiumenta, siue vt arma.

1. AD illud ergo quod obijcitur, quod deberet esse vnum, propter facilitatem, dicendum quod opus diuinum debet habere facilitatem in signum potentia, debet habere et congruitatem in signum sapientia, debet etiam habere vtilitatem in signum bonitatis. Quia ergo licet via facilior existeret in vno, tamen quia non ita congrua vt in pluribus, ideo fuerunt plura.

2. AD illud quod obijcitur de efficacia Eucharistia, dicendum quod etsi in Eucharistia significetur passio, et contineatur Christus, in quo est gratiæ plenitudo, non tamen signatur passio secundum omnem suum effectum, nec continetur gratiæ plenitudo ad omnem gratiam effundendam, sed specialiter ad effectum cibationis.

Sufficiētia sacramentorū prima

Sufficiētia 2.

Sufficiētia 3.

Cant. 6. d

3. AD

3. AD illud quod obijcitur de baptismo, dicendum quod baptisimus directe est contra originale: vnde nõ est iterabile, sed vulnera peccatorum sunt iterabilia. ITEM Etsi absoluat a pœna satisfactionis, non tamen a pœna, quæ est sequela culpæ: et contra has pœnas sunt sacramenta alia, quia non sunt tantum in dimissionem culpæ: et ideo non sufficit.

4. QVOD autem obijcitur, quod debent esse duo tantum contra duo, scilicet pœnam, et culpam, patet responsio: non enim est standum in primis differentijs, quæ sunt pœna, et culpa, quia nimis sunt generales: nec descendendum est ad speciales, sed in eis quæ vnitocationem habent, vt puta originale ad omnia originalia, et mortale ad mortalia, et veniale ad venialia. Similiter nec in differentijs pœnæ, sed in principalibus differentijs, scilicet ignorantia, concupiscentia, malitia, et impotentia, quæ sunt ratio ducendi in culpam. Et sic patet de irregularitate, similiter de appetitu gulæ, quia sine peccato potest esse in se, nisi deordinetur per nimium desiderium: sed concupiscentia carnis semper manet inordinata nisi ordinetur.

5. AD vltimum dicendum quod sacramenta legis scriptæ addunt super sacramenta legis naturæ quantum ad certitudinemfigurationis, et difficultatem: ideo sunt euidentiora, et plura. Sed sacramenta Euangelij addunt super sacramenta legis scriptæ quantum ad expressionem, et efficaciam, et minuunt oneris duritiam: ideo sunt euidentiora, et efficaciora, sed tamen pauciora.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER quantum ad secundam partem distinctæ, quæritur de baptismo Ioannis. Et circa hoc quærentur tria. Primo quæritur a quo fuerit Ioannis baptisimus institutus. Secundo ad quod fuerit institutus. Tertio quæritur de vtu ipsius, siue efficacia.

QVÆSTIO I.

An baptisimus Ioannis a Deo fuerit institutus.

Alex. Alen. 4. p. q. 6. memb. 2. et 3. S. Thomas 3. p. q. 38. ar. 2. Et 4. Sent. d. 2. q. 3. ar. 1. q. 3. Richardus 4. Sent. d. 2. ar. 2. q. 2. Tho. Argent. 4. Sent. d. 2. q. 2. ar. 3. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 2. q. 4. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 2. q. 7. Gabr. Biel. 4. Sent. d. 2. q. 2.

FVNDAMENTA.

Ioan. 1. 6

Hob. 5. a

Mat. 23. 6

ADOPPOSITVM.

QVOD fuerit a Deo institutus, videtur, quia ille est institutor rei, qui iubet rem fieri, et cuius auctoritate fit: sed Ioannes auctoritate Domini, et mandato baptizabat: vnde: Qui misit me baptizare, ille mihi dixit: ergo Ioannes a Domino missus erat ad baptizandum: ergo, et cet.

ITEM baptizator, siue baptista nomen est officij honorabilis: sed nemo assumit sibi honorem, sicut dicitur ad Hebræos, alioquin non est assumptio, sed vsurpatio: ergo Ioannes fuit factus a Domino baptista: et si hoc, ergo et baptisimus eius est a Domino institutus.

ITEM fiat deductio, quam facit Dominus in Euangelio: Baptisimus Ioannis de celo erat, an ex hominibus? Si ex hominibus: ergo non erat ei credendum. Si de celo: ergo institutus fuit ab ipso Deo.

CONTRA: Si baptisimus Ioannis fuit a Domino institutus: cum ergo debeat ab eo, a quo instituitur, denominari, non debet dici baptisimus Ioannis, sed S. Bon. To. 5.

DEI. Mediū patet, quia baptisimus Christi dabatur a Petro, et a Paulo, et ab eis non denominabatur, sed tantum a Christo, qui erat institutor. Iuxta hoc quæritur, cum Euangelium non tantum denominetur ab auctore principali, sed etiam a scriptore, vt Euangelium Ioannis, quare non similiter baptisimus.

ITEM quod sit institutus a Ioanne, videtur: quia si a Deo, staret vtique Ioanne cessante: sed baptisimus Ioannis cessauit statim quando Ioannes missus est in carcerem, sicut dicit Chrysostomus super Ioannem: ergo baptisimus eius fuit ab eo tantum institutus, non a Deo.

Chryf. homil. 28. in Ioan.

CONCLUSIO.

Baptismi Ioannis primus institutor fuit Deus: sed Ioannes fuit administrator plenarius et præcipuus.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod baptisimus Ioannis Deus fuit principalis institutor, sicut probant rationes primæ: sed Ioannes fuit administrator plenarius, et præcipuus. Plenarius, quia nihil ibi fiebat, quod per ipsum non fieret: totum enim administrabat, quia tantum exterius lauabat. Præcipuus vero, quia Deus per ipsum instituit, et ei officium baptizandi commisit, vt nullus baptizaret illo baptismo, nisi ipse, vel aliquis eius auctoritate: et inde est quod nominabatur a Ioanne, et cessauit Ioanne cessante. Sed in baptismo Christi nullus erat administrator plenarius, quia ibi est interior regeneratio, quæ solum fit a Deo, non ministerio humano. Nullus etiam præcipuus, quia Christus instituit baptismum suum non per aliquem hominem, sed per seipsum.

Nulli etiam sic commisit suum officium, vt alij eius auctoritate baptizarent: ideo non denominatur ab eis, nec cessat eis cessantibus.

AD illud quod obijcitur de Euangelio, dicendum quod Euangelista fuit administrator plenarius, quia quantum ad verba, et intellectum. Verba enim ex se dicebant non omnino eadem, quæ Christus in prædicando dixerat. Rursus sensum seruabant: sed illi primo illuminati fuerunt, et postmodum alijs exprimebant. In sacramentis non sic, quia Apostoli signa ex se non habebant, sed a Domino sunt instituta. Rursus per gratiam, qua erant purgati, alios non purgabant: ideo non sic dicitur baptisimus Mathæi, sicut Euangelium Mathæi dicitur.

ET ad illud patet responsio, quod non cessauit ideo baptisimus Ioannis, quia esset principalis institutor, sed quia erat præcipuus administrator.

QVÆSTIO II.

An baptisimus Ioannis fuerit institutus ad signandum, vel ad efficiendum.

Alex. Alen. 4. p. q. 6. memb. 1. S. Thomas. 3. p. q. 38. ar. 1. et 3. Et 4. Sent. d. 2. q. 2. ar. 1. q. 1. Richardus 4. Sent. d. 2. ar. 2. q. 3. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 2. q. 5. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 2. q. 8.

FVNDAMENTA.

Et quod ad signandum, videtur per illud quod dicit Hugo: Inter baptisma Christi, et baptisma Ioannis hoc interest, quia ibi solum sacramentum dabatur, hic sacramentum, et res sacramenti, scilicet in baptismo Christi: ergo si sacramenti est signare, patet quod ad signandum.

ITEM per rationem videtur: quia magis conueniebat baptisimus Ioannis cum baptismo Christi, quam

Hugo li. 2. p. 6. cap. 6.

c 3

Hugo ubi quàm baptisimus legalis: sed ille, ut dicit Hugo, si gnabat baptisima Christi: ergo multo fortius, congruit, quod baptisima Ioannis.

1. S E D quòd fuerit institutus ad efficiendum, videtur, quia dicitur: Erat Ioannes baptizans, et prædicans baptismum penitentiae in remissionem peccatorum: ergo cum remissio peccatorum non sit sine gratia, videtur quòd dabat gratiam.

2. I T E M ratione videtur: quia sicut dicit Hugo: Quemadmodum crescit in sacramentis expressio signationis, crescit et efficacia sanctificationis, et secundum quòd magis appropinquant ad aduentum Christi: sed baptismus Ioannis expressus signum erat, quàm circumcisio, et aduentui Christi magis appropinquabat: ergo maiorem efficaciam habebat.

3. Præterea: Si nullam habebat interius efficaciam, cum ablutio carnis parua, aut nullius est utilitatis, non erat acceptandum, nec approbandum: ergo stultes fecerunt, qui susceperunt. Male etiam fecit Christus qui approbavit, dum ab eo baptizari voluit, sicut dicitur: ergo si nec illi faciebant inutile, nec Christus male: ergo aliquam efficaciam habuit.

4. I T E M quòd maiorem efficaciam habuit, quàm baptismus Christi videtur, quia Christus baptizatus est baptisimo Ioannis non suo: ergo ex opere præposuit illud suo: sed non esset præponendus nisi esset maioris virtutis, et efficaciae: ergo, et cetera.

CONTRA: Quòd nec ad signandum, nec ad efficiendum, videtur. Quia si ad signandum tantum: ergo fuit sacramentum legis veteris. Si ad efficiendum, fuit nouæ: ergo cum baptismus Ioannis non fuerit sacramentum legis veteris: quia Ioannes est terminus legis: nec nouæ: manifestum est igitur quòd nec signavit, nec efficientiam habuit.

I T E M quòd nihil interius fecerit videtur, quia dicitur: Ego baptizavi vos aqua. Et: Propterea veni Ioan. 1. a ego in aqua baptizans. Et: Quia Ioannes baptizavit aqua.

I T E M super illud: Erat Ioannes baptizans, et cetera. Glossa: Quàntum catechumenis nondum baptizatis prodest doctrina fidei, tantum profuit baptisima Ioannis ante baptismum Christi: ergo si secundum hoc solum instruebat, nihil gratiæ conferebat: patet, et cetera.

CONCLUSIO.

Baptisimus Ioannis fuit institutus ad præfigurandum baptismum Christi, ad assuefaciendum ad baptismum Christi et ad annunciandum baptismum Christi non ad efficiendum.

RESPON. AD ARG. Dicendum quòd baptisima Ioannis fuit institutum ad præfigurandum baptismum Christi, sicut dicit Magister quòd erat sacre rei signum, quia signabat baptismum Christi, et ratio ne istius erat quodam modo sacramentum. Fuit etiam institutum ad assuefaciendum ad baptismum Christi: Ego baptizo, et cetera. Glossa: Tantum corpora lauo, quia peccata solvere nequeo, ut sicut nascendo, et prædicando præcurro, sic baptizando ad baptismum Christi dirigam: et quantum ad hoc non est sacramentum, sed sacramentale, sicut torquematum in quo milites assuecunt, non est bellum. Fuit etiam hoc ad baptismum Christi nunciandum, manifestando auctorem, et præparando materiam: et hoc cum baptizavit Christum, manifestatus est Christus: Ut manifestaretur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans: et in illo baptizandi actu contulit Christus aquis vim regeneratiuam contactu carnis, ut dicitur. Beda: et quantum ad hoc quòd fuit initium nouæ legis, non fuit sacramentum omnino veteris, nec omnino nouæ legis. Concedendum est igitur, quòd fuit institutum ad signandum, non ad efficiendum, sicut dicit Hugo, nec oportet quòd sacramentum sit veteris.

Mat. 3. c

Ioan. 1. e

Beda in homil. Euang. ad Epiph. Hug. lib. 2. p. 6.

aris legis propter hoc, quòd initiabat sacramentum nouum. 1. Quid obijcitur de illo verbo prædicans, et cetera. Glossa exponit sic: Penitentiae baptismum dicit in remissionem peccatorum, et hunc tantum prædicavit, non dedit. Vnde baptismus ille penitentiae non erat baptismus Ioannis, quem ipse dabat, sed baptismus Christi, quem Ioannes prædicabat.

2. A D illud quòd obijcitur, quòd expressius signum est, quàm legalia, dicendum quòd circumcisio instituta fuit in remedium, nõ tantum in signum: sed baptismus Ioannis tantum in signum, non in remedium: quia si esset in remedium, utique esset efficacius remedium, sicut erat expressius signum.

3. 4. A D illud quòd obijcitur, quòd sit nullius utilitatis, et cetera, dicendum quòd quamuis interius non purgaret, non tamen erat inutile, quia instruebat et assuefaciebat: et quòd amplius est, fuit via manifestandi Christum, et præparandi materiam baptismi Christi. Et inde est quòd Christus in eo baptizari voluit, ut se baptizato materiam suo baptismati præpararet sanctificando aquam. Et sic patet sequens, quia non præposuit suo, sed ordinavit ad suum baptismum.

QVÆSTIO III.

An baptisimus Ioannis cum impositione manuum esset equipollens baptismum Christi.

Alex. Alens. 4. p. q. 6. memb. 7. S. Thomas 3. p. q. 38. art. 6. Et 4. Sent. d. 2. q. 2. ar. 4. Scot. 4. Sent. d. 3. q. 1. Guilliel. Alvisod. lib. 4. Sent. tract. 3. cap. 1. Richardus 4. Sent. d. 2. ar. 2. q. 4. Duran. 4. Sent. d. 2. q. 4. Ioan. Bacch. 4. Sent. d. 2. q. 1. Tho. Argent. 4. Sent. d. 2. q. 2. ar. 4. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 2. q. 6. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 2. q. 9. Gabr. Biel. 4. Sent. d. 2. q. 2. art. 2.

AD OPPOSITIVUM.

DE vsu baptismi Ioannis siue de efficacia, utrum scilicet baptismus Ioannis cum impositione manuum equipollens esset baptismum Christi. Et quòd sic, videtur ratione:

1. Quia ista duo completum faciunt baptismum, scilicet baptizari in aqua et spiritu: sed per Ioannem baptizati sunt aqua, per manuum impositionem Spiritu: ergo equipollent ista duo baptismum Christo.

2. I T E M hoc videtur ratione alia: quia ad hoc quòd baptismus sit sacramentum completum, non est necesse aliquem simul lauari interius, et exterius, sed successiue, ut patet in accedente fide: ergo videtur quòd vbi impositio manuum nõ lauit interius per Spiritum, cum ablutione præcedenti exteriori fuit integrum sacramentum.

3. I T E M hoc videtur auctoritate Hieronymi, et Magistri. Dicit enim Hieronymus super Ioel. 2. Baptizati a Ioanne nomine venturi, quid dixerunt: Neque si Spiritus sanctus est audiuiimus, iterum baptizati sunt: ergo hæc est ratio, quia non cognoscebat Spiritum sanctum: ergo si hæc est causa recta, oppositum est causa oppositi: ergo si baptizati erant, et fidem Trinitatis habebant, non erant rebaptizandi.

4. I T E M hoc videtur auctoritate Scripturæ, quia dicitur de Samaritanis, quòd baptizati erant in nomine Domini Iesu: et tunc imponebant manus super eos, et Apostoli non faciebant aliud nisi imponere manus in nomine Domini Iesu: sed tunc quæro, aut baptismus ille fuit Christi, aut Ioannis, quo baptizati erant. Non Christi ut patet per textum: nondum enim.

Hieron. in Ioel. cap. 2. Magister in littera in presenti di. sin. cap. 8.

Act. 8. e

enim in quemquam illorum venerat, et cetera. Sed baptismus Christi dabat semper Spiritum sanctum: et Glossa dicit ibi: Baptizati, tantum aqua tincti non Spiritu: ergo quia fuit baptismus Ioannis, non oportebat nisi manus imponi.

CONTRA: Legitur quòd Paulus rebaptizavit baptizatos baptismate Ioannis: ergo rebaptizandi sunt. Si dicas quòd ideo rebaptizavit, quia non habebant Trinitatis fidem: tunc ergo suppleta fide Trinitatis, non oportuit rebaptizari: sed constat quòd ante instruxit in fide, quàm baptizaret: ergo nullo modo debuit rebaptizare.

I T E M Augustinus assignat generalem differenciam inter baptismum Ioannis, et baptismum Christi dicens: Baptizavit Iudas, et rebaptizatum non est: baptizavit Ioannes, et rebaptizatum est: ergo generaliter omnes erant rebaptizandi.

I T E M ratione videtur: quia sicut dictum est, baptismus Ioannis assuefaciebat: et dirigebat ad baptismum Christi: vnde ipse Ioannes dicebat: Ego baptizo vos aqua, ille baptizabit vos Spiritu sancto: ergo si frustra assuefecit aliquis ad faciendum aliquid, quòd non facit, frustra baptizati sunt baptismum Ioannis, nisi baptizarentur etiam baptismum Christi.

I T E M impositio manuum habebat locum sacramenti confirmationis: sed confirmationis sacramentum præsupponit sacramentum baptismi, et alijs non valet nisi baptizatis: ergo si nondum habebant plenum sacramentum baptismi, nihil faciebat confirmatio, siue impositio manuum eis.

I T E M in baptismum imprimitur character, qui est fundamentum ordinis, et aliorum sacramentorum: sed character non imprimebatur in baptismum Ioannis, nec in impositione manuum, quia non habebant, cum illo aliquam similitudinem: ergo tales semper carerent characterem: ergo nunquam eis valeret alia sacramenta.

CONCLUSIO. Baptismo Ioannis baptizati rebaptizandi erant: cum illantantum assuefaceret, et non regeneraret, licet magister secus senserit.

CONCLUSIO.

Baptismo Ioannis baptizati rebaptizandi erant: cum illantantum assuefaceret, et non regeneraret, licet magister secus senserit.

RESPON. AD ARG. Dicendum quòd duplex fuit super hoc opinio. Vna videlicet, quòd baptizati baptismum Ioannis si non habebant fidem Trinitatis, rebaptizandi erant. Si autem habebant fidem Trinitatis, non oportebat eos rebaptizari, sed sufficiebat manus imponi. Et ratio huius impositionis fuit, quòd quia tales habebant ablutionem exteriorem, et habebant fidem Trinitatis, quia interius insigniebantur tamquam characterem, habebant Spiritum sanctum per impositionem manuum: et ideo tales non

Opinio 1.

DISTINCTIO III.

DE BAPTISMI DIFFINITIONE, FORMA, Institutione, et causa institutionis.

POST hæc videndum est quid sit baptismus, et qua sit forma, et quando institutus, et causa institutionis. Baptismus dicitur intinctio, id est, ablutio corporis exterior facta sub forma verborum præscripta. Si enim ablutio fiat sine verbo, non est ibi sacramentum: sed accedente verbo ad elementum, fit sacramentum: non utique ipsum elementum fit sacramentum, sed ablutio facta in elemento. Vnde Augustinus: Verbo baptisima consecratur. Detrahe verbum, et quid est aqua nisi aqua? accedit verbum ad elementum, et fit sacramentum. Vnde est hæc tanta virtus aqua, ut corpus tangat,

erant rebaptizandi. Hæc autem opinio roboratur per auctoritatem: quia non sunt rebaptizati: et sunt rebaptizati: et ideo nec generaliter asserunt, nec negant, sed distinguunt ad sustinendum hanc opinionem. Et dicunt quòd pro tempore illo impositio manuum plus valebat, quàm nunc confirmatio: dabat enim baptismum flaminis. Huius opinionis fuit Magister, et alij qui eam sustinent. Alia opinio est, quòd omnes sunt rebaptizandi: quia ille baptismus Ioannis solum assuefaciebat, non regenerabat, et impositio manuum non characterificabat animam: et ista est communis opinio modernorum magistrorum.

1. 2. Quid ergo obijcitur, quòd erat ablutio exterior, et interior, dicendum quòd non quacumque ablutio exterior est sacramentum, sed in qua imprimitur character, qui semper manet: et talis non fuit in baptismum Ioannis, ideo patet illud. Et per hoc patet responso ad secundum.

3. A D aliud Hieronymi, dicendum quòd non vult ibi tangere causam rebaptizationis, sed insufficientiam fidei in alteram personarum: et hoc patet si inspiciantur antecedentia, et sequentia.

4. A D aliud dicendum, quòd Samaritani baptizati erant a Philippo baptismum Christi, sicut innuit Glossa. Et quòd dicitur, quòd non receperunt Spiritum sanctum, intelligitur visibiliter, quia ille non erat Philippus Apostolus, sed discipulus: et ideo baptizare potuit, et prædicare, sed non manus imponere ad dandum Spiritum sanctum visibiliter. Vnde Glossa super illud: Miserunt ad illos Petrum, et Ioannem. Philippus, qui Samaritæ euangelizabat, vnus de septem erat. Si enim Apostolus esset, manus imponere posset: quòd solis episcopis cõuenit: et ita patet quòd hæc opinio, quæ dicit, quòd non erant omnes rebaptizandi, non habet fulcimentum ex Scriptura, nec ex auctoritate euidenti, nec etiam habet rationem cogentem. Alia vero opinio auctoritatem habet, scilicet quòd omnes sunt rebaptizandi, sicut patet in Actibus, et non est ratio, quia defectum haberent fidei: quantumcumque enim aliquis est infidelis, non est rebaptizandus, sed erudiendus: ergo hæc erat ratio, scilicet quia ille baptismus non computabatur pro sacramento. Et habet auctoritatem a sanctis. Augustinus enim dicit super Ioannem: Qui baptizati sunt baptismate Ioannis non eis sufficit: baptizati enim sunt baptismate Christi.

I T E M Beda: Ad hoc Ioannes baptizabat, ut ad baptismum Christi dirigeret. Ad hoc facit Glossa super illud Ioannis primo: Quantum catechumenis: et hæc supra habita est. Ratione etiam habet propter characterem, qui imprimitur: et quia baptismus Christi erat ianua sacramentorum: et postremo quia assuefactorius erat, frustra erat, quia vana est assuefactio, vbi nõ consequitur illud, ad quòd est. Huic ergo opinioni, tamquam securiori, et rectori consentiedum credo.

Act. 8. b

Act. 19. a

Tract. 5. in Ioan. post med. 10. 9. Beda sup. Mar. ca. 1. Ioan. 5. 1. Quis præca.

Super Ioel. tract. 80. in 10. 9.

tangat, et cor abluat, nisi faciente verbo? non quia dicitur, sed quia creditur? Nam et in ipso verbo aliud est sonus transiens, aliud est virtus intus manens. In duobus ergo consistit sacramentum baptismi, scilicet in verbo et elemento. Ergo etsi alia desint, que ad decorem sacramenti instituta sunt, non ideo minus est verum sacramentum et sanctum, si verbum sit ibi et elementum. Nam et in hoc sacramento, et in alijs quaedam solent fieri ad decorem et honestatem sacramenti, quedam ad substantiam et causam sacramenti pertinentia. De substantia huius sacramenti sunt verbum et elementum, cetera ad sollempnitatem eius pertinent.

De forma baptismali.

SED quod est illud verbum, quo accedente ad elementum, fit sacramentum? Veritas te docet, que huius sacramenti formam tradens, ait discipulis: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filij et Spiritus sancti. Inuocatio igitur Trinitatis verbum dicitur, quo baptismus consecratur: et hac est forma verborum, sub qua traditur baptismus. Vnde Bonifacio Episcopo Zacharias papa ait: Firmissime preceptum est in synodo Anglorum, quicumque sine inuocatione Trinitatis mersus fuisset, quod sacramentum regenerationis non haberet: quod omnino verum est, quia si mersus in fonte baptismi quis fuerit sine inuocatione Trinitatis, perfectus Christianus non est, nisi in nomine Patris et Filij et Spiritus sancti fuerit baptizatus. Legitur tamen in Actibus Apostolorum Apostolos baptizasse in nomine Christi: sed in hoc nomine, ut exponit Ambrosius, tota Trinitas intelligitur. Intelligitur enim cum Christum dicis, et Pater a quo unctus est, et ipse qui unctus est, et Spiritus sanctus per quem unctus est. Vnde Nicolaus papa ad consulta Bulgarorum: A quodam Iudeo multos baptizatos asseritis: et quid inde agendum sit, consulitis. Hi profecto si in nomine sancte Trinitatis, vel in nomine Christi, sicut in Actibus Apostolorum legimus, baptizetur, baptizati sunt: unum quippe idemque est, ut exponit Ambrosius.

An in nomine Patris tantum, vel Spiritus sancti possit tradi baptismus.

HIC queritur an baptismus esset verus, si diceretur in nomine Patris tantum, vel Spiritus sancti tantum: ut cum dicitur in nomine Christi. Ambrosius videtur dicere, si fide mysterium Trinitatis teneatur, et una persona tantum nominetur, plenum esse sacramentum: et econuerso, si tres nominentur, et non recte de aliquo illorum sentiatur, vacuum fieri mysterium Trinitatis. Ait enim sic: Vbi non est plenum baptismi sacramentum, nec principium, nec species aliqua baptismi estimatur. Plenum autem est, si Patrem et Filium et Spiritum sanctum fatearis. Si unum neges, totum subrues. Et sicut si in vnum sermonem comprehendas, vel Patrem, vel Filium, vel Spiritum sanctum, fide autem nec Patrem, nec Filium, nec Spiritum sanctum abneges, plenum est fidei sacramentum: ita etiam licet Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum dicas, et Patris et Filij et Spiritus sancti minuas potestatem, vacuum est omne mysterium. Cum enim dicitur in nomine Christi, per unitatem nominis impletum est mysterium: nec a Christi baptismo Spiritus separatur, quia Christus baptizauit in Spiritu.

Questio Ambrosij.

N V N C consideremus utrum sicut in Christi nomine legimus baptismi plenum esse sacramentum, ita etiam Spiritu sancto tantum nuncupato nihil desit ad mysterij plenitudinem. Rationem sequamur: Qui unum dixerit, Trinitatem signauit. Si Christum dicas, et Patrem a quo unctus est Filius, et ipsum qui unctus est, scilicet Filium, et Spiritum sanctum, quo unctus est, designasti. Scriptum est enim: Hunc esse Iesum a Nazaret, quem unxit Deus Spiritu sancto. Et si Patrem dicas, Filium eius, et Spiritum oris eius pariter indicas, si tamen id etiam corde comprehendas. Et si Spiritum sanctum dicas, Deum Patrem, a quo procedit, et Filium eius, cuius est Spiritus, nuncupasti. Vnde, ut rationi copuletur auctoritas, Dominus dicit: Vos autem baptizabimini Spiritu sancto: Ex quo indicat nos recte posse baptizari in Spiritu sancto.

Perfringit premissorum intelligentiam cum determinatione cuiusdam dicti.

E X his aperte intellexistis in nomine Christi verum baptismum tradi: Vnde nihilominus insinuari videtur verum baptismum dari posse in nomine Patris tantum, vel Spiritus sancti: si tamen

tamen ille, qui baptizat, fidem Trinitatis teneat, que Trinitas in quolibet horum nominum intelligitur. Si autem aliquis peruerso credens, et errorem inducere intendens, unum de tribus tantum nuncupet, non complet mysterium. Quod vero ait, nominatis tribus vacuum esse mysterium, si baptizans minuat potestatem Patris vel Filij, vel Spiritus sancti, id est si malum sentiat de potentia alicuius horum, non credens vnam potentiam trium: intelligendum est hoc super eum, qui non intendit, nec credit baptizare: qui non tantum caret fide, sed etiam intentionem baptizandi non habet. Qui ergo baptizat in nomine Christi, baptizat in nomine Trinitatis, qua ibi intelligitur. Tutius est tamen tres personas ibi nominare, ut dicatur: In nomine Patris, et Filij, et Spiritus sancti. Non in nominibus, sed in nomine, id est, in inuocatione, vel in confessione Patris, et Filij, et Spiritus sancti. Inuocatur enim ibi tota Trinitas, ut inuisibiliter ibi operetur per se, sicut extra visibiliter per mysterium. Si autem dicatur in nominibus, non est ibi sacramentum, quia non seruatur forma baptismi.

Expos. verborum Ambrosij.

DISTINCT. III.

A Ablutio facta in elemento. Dub. I I.

De baptismo quantum ad ipsum Sacramentum per se.

Post hac videndum est, quid sit baptismus, et cetera.

Expositio textus.

Determinatis preambulis ad sacramenta, in hac parte determinat Magister de sacramentis sigillatim: et habet hanc pars septem partes secundum septem sacramenta. In prima determinat de baptismo.

Diuisio. Dist. 7. Dist. 8. Dist. 14. Dist. 33. Dist. 24. Dist. 27.

In secunda de confirmatione infra: Nunc de sacramento confirmationis. In tertia de sacramento Eucharistie infra: Post sacramentum baptismi, et confirmationis. In quarta de poenitentia, infra: Post hac de poenitentia agendum est. In quinta de extrema vnctione, infra: Prater premissa est aliud sacramentum. In sexta de ordine, infra: Nunc ad considerationem sacra ordinationis. In septima de matrimonio, infra: Cum alia sacramenta post peccatum. Prima pars, in qua determinat de baptismo, habet duas. In prima determinat de baptismo quantum ad ipsum sacramentum. In secunda quantum ad sacramentalia: et incipit pars illa infra, circa mediū, ibi: Porro cuncti ad baptismum venientes. Et quoniam sacramentum baptismi potest considerari in se, et per comparationem ad dantes, et recipientes: ideo pars ista habet tres. In prima agit de baptismo per se. In secunda per comparationem ad recipientes, infra: Hic dicendum. In tertia per comparationem ad dantes, infra: Post hac sciendum est sacramentum baptismi. Prima pars continet presentem distinctionem, et diuiditur in duas partes. In prima agit de baptismo quantum ad eius quidditatem, siue integritatem. In secunda quantum ad eius institutionem, ibi: De institutione baptismi, quando cepit. Prima pars habet duas. In prima ostendit, quod ad esse baptismi concurrunt verbum, et elementum. In secunda vero determinat, quod sit illud verbum, ibi: Sed quod est illud verbum. Et illa pars habet duas. In prima determinat veritatem. In secunda vero soluit dubitationem, ibi: Hic queritur, an baptismus sit verus. Subdiuisio huius partis patet in littera.

Dist. 6. Dist. 4. Dist. 5.

Baptismus dicitur inunctio, id est ablutio corporis exterioris facta sub forma verborum prescripta. Dub. I.

CONTRA: Videtur esse mala ista notificatio, quia notificatio debet conuenire notificato precise: sed hac non est talis, quia cum lauatur pannus est ablutio corporis, et potest fieri sub forma verborum prescripta, et sic esset baptismus, quod falsum est.

R E S P O N. Dicendum quod ablutio auctoritate determinatur ad standum pro ablutione aquae, similiter corpus ad standum pro corpore humano: ut sit sensus, quod baptismus est ablutio corporis humani in aqua facta, et cetera.

Innuat Magister quod ablutio facta in elemento sit sacramentum. Contra: Ex hoc videtur quod ablutio passiuè dicta sit sacramentum, quod sacramentum est signum gratiae, quia est inuisibilis gratiae visibilis forma: sed gratia non est lota, sed lauata: ergo signum non est lotio passiuè, sed actiuè.

R E S P O N. Dicendum quod in baptismo concurrunt lotio tribus modis dicta. Nam ille qui mergit, dicitur lauare: et ideo baptizare. Similiter et aqua dicitur lauare, et corpus lauare: et sic est lotio hominis lauantis, et aquae lauantis, et corporis loti. Quia ergo ad baptismum hac triplex lotio necessario concurrunt per illam potissimum describitur, que alias claudit, et presupponit: et hac est lotio corporis passiuè, que immediatus respicit baptismum, et presupponit duplicem lotionem prædictam, quia facta et ab homine, et ab aqua. Quod obicitur, quod non est signum gratiae, dicens quod hac lotio passiuè signum est effectus gratiae: nec habet perfectam significationem, nisi prout coniungitur lotioni aquae, et ministris: tunc enim signum est quod anima purificatur a Deo per gratiam.

In duobus, ergo, et cet. Dub. I I I.

Videtur falsum dicere, quia ut dicit Ambrosius: Omne sacramentum est simplex: ergo non consistit in duobus, quia tunc esset compositum.

R E S P O N. Aliqui faciunt vim in hoc quod dicitur sacramentum, quia non vocat sacramentum signum exterius, sed effectum gratiae interiore, qui est gratia simplex. Aliqui vim faciunt in simplicitate, quia non dicitur simplex, quia non habet partes, sed quia non diuidatur in plura sacramenta. Sed neutrum istorum est magnum quid dicere: ideo credo quod vocat sacramentum simpliciter, quia eius denominatione fit in instanti. Nam si sacramentum remaneat imperfectum, nihil est factum: nec etiam debet dici incompositum, sed totum reincipiendum: et hoc patet ex verbis eius infra, ubi non est plenum sacramentum baptismi, nec principium, nec species aliqua baptismi estimatur: et ideo dicitur esse simplex.

In nomine sancte Trinitatis, et cet. Dub. I I I I.

Innuat Magister quod idem est baptizare in nomine Trinitatis, et in nomine Christi: sed per hoc non vult dicere quod verba eandem virtutem habeant, nec quod omnino idem sonent, sed quod modus baptizandi in Ecclesia primitiua conformis fuit modo, quem nunc tenet Ecclesia. Nam in Christo intellectus clauditur Trinitatis, sed tamen implicite, et remote. Vel idem est, quia eiusdem virtutis, et efficacie: sed hoc intelligendum est pro tempore illo, in quo nondum erat nomen Christi promulgatum.

Vbi

Vbi non est plenum baptismi sacramentum, nec principium, et cetera. Dub. V.

Notandū quod illud est dictum propter characteris impressionē: quousque enim character imprimatur, nihil de sacramento factū est stabile. Et quoniam character imprimatur in instanti quando est factum aliquid, totum perfectum est: si ergo non est perfectū, nihil omnino factum est, non quantum ad operationem exteriorē, vbi est successio, sed interiorē, vbi est subita impressio.

Nihilominus insinuari videtur verum, et cet. Dub. VI.

Innuat Ambrosius quod sufficit aliquā personarum exprimere, sed illud est intelligendum, non quia ibi sit plena forma. Si enim crederet, et negligens esset quod credit exprimere, non sufficeret: et ideo solum in casu est credendum ipsum locutum esse, scilicet si plena sit fides in corde, nec desit aliquid in sermone ex negligentia, sed solum impotentia, quia tunc supplet diuina misericordia, et sapientia.

ARTICVLVS I.

AD intelligētiam huius partis quæritur de quidditate baptismi. Et circa hoc duo principaliter quæritur. Primo quæritur de his, quæ pertinent ad integritatem sacramēti. Secundo de his, quæ pertinent ad formam verbi. Circa primū quæritur tria. Primo quæritur, quid sit baptismus a parte elementī. Secundo quæritur, vtrum de integritatibus eius sit expressio vocalis verbi. Tertio, vtrum necessaria sit ad integritatem baptismi fides alicuius articuli.

QVÆSTIO I.

An baptismus secundum suam essentiam sit intrinsecus in aqua.

- Alex. Alenf. 4. p. q. 8. memb. 1.
S. Thomas 3. p. q. 66. ar. 1.
Et 4. Sent. d. 3. q. 1. ar. 1.
Et 4. cont. Gent. cap. 60.
Guiliel. Alisford. lib. 4. Sent. tract. 3. cap. 2.
Scot. 4. Sent. d. 3. q. 2.
Ægid. Rom. Quol. 3. q. 1.
Richard. 4. Sent. dist. 1. q. 1.
Steph. Brulef. 4. Sent. d. 3. q. 1.
Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 3. q. 1.
Mayssius Inguen. 4. Sent. q. 3. ar. 1.
Gabr. Biol. 4. Sent. d. 3. q. 1.

FVNDAMENTA. Hug. lib. 2. p. 6. c. 2. li. 1. p. 9. c. 3.

Vid sit baptismus secundū suam essentiam, vtrum aqua, vel in tinctio in aqua. Et quod aqua sit, videtur per diffinitionē Hugonis: Baptismus est aqua abluendis criminibus sanctificata. Similiter per diffinitionē sui generis: Sacramentum est elementum ex similitudine representans, et cet. ergo si aqua est elementum, sacramentum baptismi est aqua. Si dicas quod vtramque diffinitionem assignat per causam materialē, non per essentiam, Contra: Hæc est per essentiam: Baptismus est sacramentum: et hæc: Sacramentum est signum, et hæc: Signum est species sensibilis aliud faciens in cognitionem venire: ergo hæc est vera secundum substantiam: Baptismus est species, vel forma visibilis, rei inuisibilis: sed hæc forma, vel species nō est nisi aqua: ergo, etc. ITEM species panis est sacramentū in Eucharistia, non ipsa panis manducatio, sed magis vsus: et hoc quia similitudinem habet ad signatum ibi contentum:

A ergo si in baptismō gratia abluens signatur per aquam abluentem: ergo aqua abluens est sacramentum: sed non aliud quā baptismus: ergo, et cetera.

1. QVOD autem aqua non sit baptismus, sed tinctio videtur per illud quod dicit Magister in littera diffiniens baptismum: Baptismus est ablutio corporis exterior facta sub forma verborum præscripta. Et subdit: Accedente verbo ad elementum sit sacramentum: non ipsum elementum sit sacramentum, sed ablutio facta in elemento: ergo patet quod baptismus non est aqua, sed ablutio in aqua.

2. ITEM hoc ipsum patet ratione, quia si baptismus esset aqua, cum aqua semper aqua sit, aqua semper esset baptismus, quod falsum est, quia non est nisi dum aliquis baptizatur. Et iterum: Cum aliquis baptizaretur in mari, tunc mare esset baptismus, et flumen, quod non est rationabile.

3. ITEM ad sacramentum baptismi concurrunt verbum, et elementum: ergo si verbum est necessarium, vt pote quod significat, illud proprie est baptismus, ad quod refertur verbū: sed verbum refertur ad actum abluendi, cum dicitur: Abluo te, non ad aquā: ergo baptismus non est aqua. Quod autem nec aqua sit, nec tinctio in aqua, videtur quia baptismus manet recedente aqua, et ablutione in baptizato: ergo, et cetera. Et quod maneat, videtur: quia semper denominat, et nunquam iteratur.

CONCLUSIO.

Aqua abluens est signum gratia intus mundantis, et ablutio est signū interioris mundationis: quæ duo sunt unum sacramentum, licet principalior sit aqua quā ablutio.

RESPON. AD ARG. Ad intelligentiam prædictorum est notandum quod baptizare in Græco tantum valet, quantum lauare in latino: vnde: Descendebat in vallem Bethulie, et baptizabat se. Ab eo autem quod est lauare, oritur lauacrum, et lotio: Lauacrum est aqua deputata ad lauandum, sicut balneum est aqua deputata ad balneandum humano artificio. Lotio vero est vsus, vel effectus aquæ. Baptismus igitur accipitur pro lauacro, vt: Dentēs tui sicut greges tonsarunt, quæ ascenderunt de lauacro. Glossa: Loti in baptismō. Et eouerso: Vnde Apostolus: Per lauacrum regenerationis, et renouationis. Accipitur etiam pro lotionē: Tenentes traditionem hominum, baptismum calicum, et viceorum, id est lotiones. Similiter ablutio pro baptismō: vt: Qui lotus est non indiget, et cet. Lotus: id est baptizatus: Cum ergo nomen baptismi æquiualeat lauacro, et etiam lotioni, dixerunt aliqui quod baptismus secundum quod est nomen sacramenti, idem est quod lauacrum. Alij quod est idem quod tinctio. Primæ opinionis videtur fuisse magister Hugo, sed secundæ Magister. Credo tamen quod utroque modo dictum est sacramentum: quia secundum quod lauacrum, est sacræ rei signum: aqua enim abluens signum est gratiæ intus mundantis, et ablutio signum interioris mundationis: et ita vtrumque sacramentum. Nec tamen duo sacramēta, quia vnum est propter alterū. Aqua enim non est sacramentum nisi in quantum abluens: et lotio non est sacramentum, nisi quia lotio aquæ, vel in aqua: et ideo tantum vnum sacramentum. Si tamen quæras quod per prius, et proprius dicitur sacramentum, vtrum baptismus pro lauacro, an pro lotionē, est distinguendum: quia baptismus dicitur sacramentū sanctificans: et sic principaliter dicitur de lotionē, quia immediatius respicit interiorē effectum: et baptismus dicitur etiam sacramentū signans: et sic principaliter dicitur de lauacro, quia signatum interius proprie, et per prius est gratia mundans, et per consequens ipsa lotio. Est et exemplum. Circulus expositus ante tabernam signum est vini vendendi, et expositio circuli est signum venditionis:

AD OPPOSITVM.

Iudic. 12. b

Lauacri, et Balnei differentia.

Cant. 4. a

Tit. 3. b

Mar. 7. a

Joan. 13. b

Opinio 1.

Opin. 2.

Hugo ubi supra Determinatio

Exemplū.

ditionis: tamen magis proprie est signum circuli, quā expositio: sic aqua magis, quā ablutio. Et concedenda sunt rationes hoc probantes.

1. AD illud quod obijcitur in contrarium de Magistro, dicendum quod ipse fuit alterius opinionis: nihilominus tamen concedendum est quod baptismus sit ablutio: nec ex hoc sequitur quod nō sit aqua abluens. Quod autem dicit, quod elementum non sit sacramentum, intelligendum non esse tantum secundū id quod est, sed secundum actum, qui est lauare.

2. PER hoc etiam patet sequens, quia aqua nō est sacramentum secundū quod aqua solum, sed secundū actum lauandi, sicut gratia medetur secundū actum purgandi: et ideo non sequitur quod semper aqua sit sacramentū, nec quod omnis aqua, sed aqua, quæ lauat, et quæ deputatur ad hoc: et hoc non est totū mare, vel fluuius, sed illud aquæ quod de proximo coniungitur corpori lauando. Ex hoc etiam patet sequens, quia verbum refertur ad aquam secundum quod sacramentum in actu: et sic in quantum est lauans.

3. AD illud quod obijcitur, quod manet, dicendum quod baptismus proprie secundū quod dicitur sacramentum exterius, non manet in se, sed in suo effectu: et ratione illius dicitur manere. Effectus enim baptismi alij quando dicitur baptismus. Vnde notandū quod cum in baptismō sint tria, quoddam est sacramentū tantum, vt elementū visibile: quoddam res tantū, sicut gratia curans: quoddā quod est sacramentū, et res sacramētī, vt character. De re sacramētī dicitur comūter: de re, et sacramento dicitur proprie. De sacramento autem dicitur magis proprie: sed de lotionē adhuc magis proprie: et de elemento sub tali actu maxime proprie: et secundū has quattuor acceptiones quadrupliciter diffinitur. Secundū quod baptismus est nomen elementī significantis, et sanctificantis virtute verbi, diffinitur ab Hugone: Baptismus est aqua diluendis criminibus sanctificata. Secundū quod pro actu, vel vsu elementī, a Magistro diffinitur sic: Baptismus est tinctio corporis exterior facta sub forma verborum præscripta. Secundum quod accipitur pro sacramento, et re sacramētī, quæ est character, sic a Damasceno diffinitur: Baptismus est vitæ spiritualis principium, sigillum, et custodia, et illuminatio mentis. Et tangitur quadruplex cōditio characteris. Quia enim præparat ad gratiam, ideo principij vitæ: Quia distinguit gregem Domini, sic sigillum. Quia indelebiter perseverat, sic custodia. Quia specialiter disponit ad fidem, dicitur illuminatio mentis. Secundum quod accipitur pro re sacramenti diffinitur a Dionysio: Baptismus est regenerationis sacramentū, secundum quod primitus subsistit in anima, spiritualiter formans, animales motus ad opportunitatem diuino eloquiorum, et actionū, et ad cælestis quietis anagogon iter faciens. In hac diffinitione tangitur res huius sacramenti, quæ est gratia animam viuificans, cum dicit, secundum quod primitus subsistit in anima. Tangitur etiam habitatio potentie per virtutem. Primo ad actum cum dicit: Formans animales motus. Secundo ad contemplatiuam, cum dicit: Ad cælestis quietis anagogon.

Hugo ubi supra.

Damasc. li. 4. c. 4.

Dionys. de cel. Hier. esp. 2.

QVÆSTIO II.

An expressio verborum vocalis sit de integritate baptismi.

- Alex. Alenf. 4. p. q. 8. memb. 3. ar. 3. §. 1.
Tho. Argent. 4. Sent. d. 3. q. 1. ar. 1.
Steph. Brulef. 4. Sent. d. 3. q. 2.
Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 3. q. 2.

FVNDAMENTA. Mai. vlt. d.

TRVM expressio verbi vocalis sit de integritate baptismi. Et quod sic, patet ex ipsa Domini institutione: Baptizantes eos in nomine Patris, et Filij, et Spiritus sancti: ergo necesse est ibi verbum Trinitatis, vel Trinitatem

nominari, et exprimi. Si dicas quod debet nominari in corde, et non oportet quod in voce. Contra: In baptismo quod est sacramentum fidei, necesse est esse professionem fidei: ergo cum sit perfectum sacramentum debet habere perfectam professionem: sed hæc est in verbo, quia dicitur: Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem: ergo necesse est verbum exprimi.

ITEM Augustinus dicit, et habetur in littera: Verbo baptismi consecratur, detrahe verbum, et quid est aqua, nisi aqua? aut ergo intelligit de verbo creato, aut increato. Si de increato: sed illud nō potest detrahi, quia semper ad est: ergo cum intelligat de verbo quod potest accedere, et recedere: et hoc est verbum vocale, videtur quod sit de integritate baptismi.

1. CONTRA per Hugonem: Decuit per verbū, per quod omnia sunt creata, omnia recreari: ideo verbū consonat sacramento: sed illud fuit verbum increatum tantum: ergo non requiritur ad essentiam sacramenti verbum vocale, siue creatum.

2. ITEM et si creatum, non videtur quod vocale, quia Augustinus dicit, et habetur in littera, quod virtus aquæ est a verbo, non quia dicitur, sed quia creditur: ergo sufficit verbum mentale: non ergo vocale.

3. ITEM si verbum vocale est necessarium, cum Patris, et Filij, et Spiritus sancti sint tria nomina vocalia: debet ergo baptizari non in nomine tantum, sed in nominibus.

4. ITEM quod nō verbum vocale, videtur, quia verba vocalia non sunt eadem apud omnes: ergo nec sacramentum, et hoc falsum est, quia vna fides, et vnum baptismus.

CONCLUSIO.

Verbum expressum est de necessitate et integritate sacramenti, vt sit in eo perfecta fidei professio, et sit in factū argue in verbo.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod necesse est exprimi verbum vocale, quia Deus contulit vni verbo: vnde sine verbo nullius est efficacie. Ratio autem quare voluit exprimi, est perfecta fidei professio, vt sit in factū, et verbo. Est etiam perfecta signatio: quia enim perfecta est regeneratio per verbum incarnatum, et verbum incarnatum optime signatur per verbum voce indutum: ideo voluit, et instituit quod esset ibi verbum vocale.

1. AD illud quod obijcitur primo, quod omnia sunt creata per verbum increatum, dicendum quod per illud secundum quod incarnatum est, omnia sunt recreata sufficienter, sed efficienter per fidem, et professionem huius: et quia in sacramento est efficiencia, ideo est ibi expressio in verbo vocali.

2. AD illud quod obijcitur, non quia dicitur, sed quia creditur, intelligendum est cum præcisione, non quia dicitur tantum, sed etiam quia creditur.

3. AD illud quod obijcitur, quod debet dici in nominibus, dicendum quod nomen dicitur tripliciter. Vno modo vox imposita ad significandum aliquid, vt Petrus: alio modo nomen dicitur notitia, vt cum dicitur: Deus in nomine tuo saluum me fac, quia si esset vox, iam non esset salus mundo: tertio modo nomen dicitur notitia voce expressa, vt in Psalmo: Notus in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius. Ille enim dicitur magni nominis, cuius nominis fama percubuit: et sic accipitur in proposito. Et quoniam vna est notitia Patris, et Filij, et Spiritus Sancti, quia vna fides: ideo dicitur in nomine tantum, et non in nominibus.

4. AD illud quod obijcitur, quod voces sunt diuerse, dicendū quod etsi diuerse sint linguæ: tamē conueniunt in intellectu, et modo intelligendi, id est signatione, et modo signandi: et quia non requiritur nomen.

Rom. 10. c

Tract. 80. in Ioan. in med. 10. p.

Hugo li. 1. p. 8. c. 6. lib. 2. 10. 2.

August. ubi supra.

Ephes. 4. a

Psal. 53. a

Psal. 75. a

nomen secundum quod vox tantum, sed secundum quod vox fit signans, et talem intellectum generans, et tali modo, et hoc est idem apud omnes: ideo et sacramentum idem sicut homo, et anthropos.

QVÆSTIO III.

An ad complementum, et integrum esse baptismi sit necessaria fides alicuius articuli.

Alex. Alen. 4. p. q. 8. membr. 3. ar. 1. §. 3. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 3. q. 3. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 3. q. 3.

FVNDAMENTA. Amb. lib. de Spir. Sancto cap. 3.

Aug. tract. 90. in 107. in medio.

Rom. 6. a

TRVM ad completum, et integrum esse baptismi sit necessaria fides alicuius articuli. Et quod sic, videtur. Quonia Ambrosius dicit, et habetur in littera quod baptismus est fidei sacramentum: ergo si desit fides, desit illud quod principaliter, et specialiter respicit baptismus: ergo non est integrum sacramentum.

ITEM Augustinus dicit, et habetur in littera: Unde hæc tanta virtus aquæ, ut corpus tangat, et cor abluat, nisi faciente verbo, non quia dicitur, sed quia creditur: ergo si necesse est dici, necesse est credi.

ITEM: Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Glossa: In morte ipsius dicit nos baptizari, quia mors Christi, causa est nostræ purificationis: sed mors Christi non est: ergo si aliquid facit, necesse est ut fiat per illud, quod aliquo modo est: sed fides est illud, secundum quod manet adhuc passio, quia creditur: ergo ad integritatem baptismi necessaria est fides articuli passionis.

ITEM in actu baptizandi, et in verbo est confessio fidei: sed confessio fidei quando non est fides, falsa est, et inefficax: ergo ad hoc quod baptismus sit sacramentum completum, et efficax necessaria est fides.

AD OPPOSITIVM.

CONTRA: Baptismus est præuius ad virtutes tamquam primum sacramentorum, quod imprimendo characterem disponit ad fidem: sed prius potest esse sine posteriori: ergo baptismi sacramentum est integrum, cum defectu fidei.

ITEM cum nobilior sit charitas, quam fides, et efficax ad merendum, si baptismus habet efficaciam ab aliqua virtute, potius videtur quod debeat habere a charitate, quam a fide.

ITEM si fides est de necessitate baptismi, ad hoc quod sit perfectum, et efficax sacramentum, et sacramenta veteris legis etiam efficaciam haberent, cum fides eis erat adiuncta, videtur quod non differat baptismus a sacramentis veteris legis.

ITEM videtur quod non sit necessaria fides articuli passionis sed magis Trinitatis, quia in baptismo exprimitur verbum, in quo est confessio fidei Trinitatis: ergo si maxime est necessarium credere, quod fides exprimit in illo sacramento, tunc videtur quod non fides articuli passionis sed Trinitatis sit de necessitate baptismi. Propter hoc ergo est quæstio, quo modo sacramenta dicantur habere virtutem a fide: et si alia sacramenta habent sicut et baptismus, quare magis ipse baptismus dicitur sacramentum fidei quam alia sacramenta.

CONCLUSIO.

Ad baptismum necessaria est fides alicuius articuli, et sacramentum baptismi habet efficaciam a fide Ecclesie: quia ipse est sacramentum, et non singularis hominis.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod fides non tantum necessaria est sacramento baptismi,

sed et omnibus sacramentis: specialiter tamen sacramento baptismi, quia omnia sacramenta virtutem habent a fide, ut dicit Hugo. Huius autem ratio sumitur generaliter respectu omnium sacramentorum, non solum necessitatis, sed etiam congruentiæ. Ratio autem necessitatis est, quoniam in fide est prima ratio vniendi, et prima ratio eleuandi supra naturam. Propter primam rationem vniendi necessaria est in sacramentis, quoniam gratia sacramentalis comparatur ad virtutem passionis, et ad meritum, sed ad virtutem Trinitatis sicut ad principium effectiuum. Ad hoc autem quod virtus passionis magis operetur, et disponat in sacramentis quam alibi, necesse est quod aliquo modo copuletur huiusmodi signis. Hoc autem non potest esse sine eo, in quo est prima vniō: et hæc est fides, per quam meritum capitis fit membrorum. Dum enim credimus, quod pro nobis passus est, meritum Christi sit Ecclesie. Similiter ad hoc quod virtus diuina specialiter, et mirabiliter influat supra naturam, necessaria est fidei virtus, in qua est prima ratio eleuandi potentiam supra naturam: et hæc est fides: propter quod etiam maxime attribuitur ei virtus faciendi miracula. Ratio autem congruentiæ est, quia sicut sacramenta dicunt quoddam velamen gratiæ interioris, quod tamen aliquo modo illuminat ad cognoscendum: sic fides velamen dicit futuræ contemplationis, et visionis: et tamen hoc velamen potius est illuminans, quam obscurans. Et rursus: Sicut in sacramentis est aliquid mysticum, et aliquid gratuitum: sic aliquid in fide respicit non tantum intellectum, sed etiam affectum. Hæc ergo est ratio generalis, quare fides necessaria est omnibus sacramentis. Sed specialiter appropriatur baptismi, quoniam baptismus est primum inter sacramenta, et ianua sacramentorum, sicut fides ianua virtutum. Et rursus: quia in hoc sacramento magis explicite est confessio fidei, quam in aliquo alio sacramento, tum in actu, tum in verbo, et in actu est confessio fidei passionis, scilicet per immersionem, sed in verbo confessio fidei Trinitatis. Unde et maior efficacia est in hoc sacramento, quam in aliquo alio: et ex hoc patet cuius articuli fides sit necessaria, scilicet passionis, a qua est meritum, et Trinitatis, quæ est principium effectiuum. Concedenda ergo sunt rationes, quæ ostendunt quod ad baptismum necessaria est fides alicuius articuli. Attamen sicut baptismus est sacramentum non singularis hominis, sed Ecclesie: sic efficaciam habet a fide Ecclesie: et hoc per vnitatem sponsæ, et columbæ.

Hug. lib. 1. p. 9. c. 8. Ratio necessitatis.

Ratio congruentiæ.

Baptismus dicitur ianua sacramentorum.

1. AD illud ergo quod obijcitur, quod baptismus est præuius ad virtutes, dicendum quod quamuis sit præuius respectu suscipientis, non tamen respectu Ecclesie, in qua suscipitur sacramentum.

2. AD illud quod obijcitur de charitate, iam patet responsio, quia non ita congruit sicut fides prædictis rationibus: et tamen fides Ecclesie vere non est sine charitate.

3. AD illud quod obijcitur, quod non differat a sacramentis legis veteris, dicendum quod immo, quia illa habebant efficaciam a fide specialis personæ: vnde paruulus iustificabatur in fide parentum. Hoc autem habuit a fide Ecclesie. Alia etiam differentia est quia illa totam efficaciam habebant a fide, hæc autem non tantum habent a fide, sed etiam a passione diuina, quæ ipsum opus operatum ordinauit ad gratiam percipiendam: illa vero per accidens solum iustificabant, sola circumscriptione excepta, quia virtutem habuit a fide Ecclesie, et ex passione Dei. Dominus enim pactum fecit, cum dixit: Qui crediderit, et baptizatus fuerit, saluus erit: et similiter: Ponam pactum meum, et cetera.

4. AD illud quod obijcitur, quod fides Trinitatis magis videtur necessaria, dicendum quod necessaria,

Differentia sacramentorum nouæ, et veteris legis.

Mar. vi. d. Gen. 17. a

necessaria est vtraque, sicut tactum est, sicut etiam vtriusque sit confessio: magis tamen appropriatur virtus, et efficacia fidei passionis Christi: quoniam ob meritum passionis Christi tota Trinitas est liberalior ad dandam specialem gratiam in baptismo: et hinc est quod fides passionis exprimitur facto, sed fides Trinitatis exprimitur verbo: et sic patet, quæ sint necessaria ad integritatem baptismi.

sacramentis propter intentionem: ergo cum intentio sit necessaria in sacramento Eucharistie, similiter deberet exprimi in forma: et si non exprimitur, non est sacramentum: sed hoc est falsum: ergo et primum.

CONCLUSIO.

Verbum exprimens actum baptizandi est de necessitate forme, tum propter institutionem, tum propter intentionem, quæ est necessaria sacramentum.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER est quæstio de forma verbi, quæ attendenda est in baptismo: et circa hoc queruntur tria. Primo queritur, vtrum verbum exprimens actum baptizandi sit de necessitate forme baptizandi. Secundo queritur, vtrum expressio totius Trinitatis sit de necessitate baptismi. Tertio queritur de variatione forme.

QVÆSTIO I.

An verbum exprimens actum baptizandi sit de necessitate forme baptizandi.

Alex. Alen. 4. p. q. 8. Membr. 3. ar. 3. §. 2. S. Tho. 3. p. q. 66. ar. 5. Et 4. Sent. dist. 3. q. 1. ar. 2. Guilel. Alisod. 4. Sent. tract. 3. c. 4. Richardus 4. Sent. dist. 3. ar. 2. q. 3. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 3. q. 1. ar. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 3. q. 3. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 3. q. 3. Marsel. Ingion. 4. Sent. q. 3. ar. 3. Gabr. Biel. 4. Sent. dist. 3. q. 1.

FVNDAMENTA.

Alex. 3. in Decr. de Ba. p. 1. et eius effect. c. 11.

VD verbum exprimens actum sit necessarium videtur, quia hanc formam seruat tota Ecclesia: Ego te baptizo in nomine Patris, et Filij, et Spiritus sancti. Amen.

ITEM Alexander tertius dicit: Si quis puerum in aqua ter merferit dicendo: In nomine Patris, et Filij, et Spiritus sancti, nisi, dicat ego baptizo te, talis merferio non potest esse baptismus.

ITEM ratione videtur quia nihil est magis necessarium ad baptismum, quam intentio baptizantis: æque enim est necessaria intentio ut fides: ergo nihil est magis de necessitate forme, quam verbum exprimens intentionem: sed tale est hoc verbum Baptizo: ergo si aliquid est de necessitate forme baptizandi, verbum baptizandi est de necessitate.

AD OPPOSITIVM.

CONTRA: Verba non sunt de necessitate Sacramenti, nisi illa, quibus Dominus contulit, virtutem in instituendo: sed cum instituit formam, non dedit virtutem huic verbo Baptizo: ergo non est de necessitate.

Matt. 28. d.

Quod non dederit, patet, quia traditur forma: Doce te omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filij, et Spiritus sancti: si ergo daretur virtus huic verbo baptizantes, non liceret mutare participium: ergo nulla virtus tradita est verbo.

2. ITEM quod non sit necessarium propter intentionem, videtur: quia actus baptizandi æque bene, vel magis exprimit intentionem ut verbum: ergo videtur quod superfluat, vel saltem non sit verbum necessarium. Quod autem exprimat, patet per simile, quia cum quis signat se signo Crucis sanctæ, sufficit dicere: In nomine Patris, et Filij, et Spiritus sancti: nec oportet addere signum.

3. ITEM si est necessarium exprimere actum in S. Bon. To. 5.

RESP. AD ARG. Dicendum quod sicut dicit auctoritas Alexandri: Verbum baptizandi est de necessitate forme. Ratio autem quare est de necessitate, est institutio. Ratio autem institutionis est, quia intentio est necessaria sacramento: et hoc est sacramentum necessitatis, et est ad alterum. Ideo propter periculum defectus intentionis, proprio verbo expressa est ibi in forma. Ex his patent obiecta.

1. QVOD enim obijcitur, quod Dominus non tradidit in forma, dicendum quod Dominus antequam illud diceret, formam instituerat, quam modo seruat Ecclesia, et accepit ab Apostolis. Illud autem quod obijcitur, fuit commemoratio iam institutæ. Aut si Christus ipse non instituit, instituit Ecclesia instinctu Spiritus sancti: et hoc tantum est, ac si ipse proprio ore dixisset: tota enim Trinitas approbat, quod ipse Spiritus sanctus inspirat fieri, sicut illud quod Christus instituit.

2. AD illud quod obijcitur, quod non oportet, quia actus intentionem exprimit, dicendum quod oportet, quia actus potest fieri multiplici intentione. Potest enim quis immergere, ut ludat, ut corpus abluat, ut baptizet: et quia actus multiplici intentione fieri poterat, ideo non determinate intentionem baptizandi exprimebat, sed actus signandi vna principali intentione consuevit fieri: ideo non est simile.

3. AD illud quod obijcitur de Eucharistia, dicendum quod non est sacramentum necessitatis: et præterea non est ad alterum, et iterum fit cum maiori solemnitate: ideo intentio ibi colligitur: non euagatur tunc, propterea non est necesse exprimi verbo: et ideo non oportuit institui, nec per consequens obseruari. Alia ratio huius est, sed infra dicetur, cum agetur de forma Eucharistie.

QVÆSTIO II.

An expressio totius Trinitatis sit de necessitate baptismi.

Alex. Alen. 4. p. q. 8. Membr. 3. §. 2. consequenter 2. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 3. q. 4. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 3. q. 4. Gabr. Biel 4. Sent. dist. 3. q. 1. ar. 2.

TRVM expressio totius Trinitatis sit de necessitate baptismi. Et quod sic, videtur per formam a Domino traditam.

ITEM Fulgentius: Mysterium redemptionis nullo modo habetur, si Patris, vel Filij, vel Spiritus sancti nomen subtrahatur.

ITEM Pelagius Geudentio Episcopo: Reuera si hi de hæreticis, qui in locis dilectioni tuæ vicinis commorari dicuntur, solum in nomine Domini baptizatos fuisse fortasse consentitur, sine cuiusquam dubitationis ambiguo eos ad Catholicam fidem venientes

FVNDAMENTA.

Pelag. Papa de conf. d. 4. c. 6. Reuera

d in

in Trinitatis nomine baptizabis : ergo non fuerunt A baptizati.

ITEM ratione videtur, quia necessarium est verbum vocale ad professionem fidei: sicut non sufficit credere tantum alteram personarum, sic nec sufficit profiteri: ergo si professio sufficiens est, necesse est totam Trinitatem exprimere in baptismo.

AD OPPOSITUM I. SED CONTRA: Ambrosius dicit in lib. de Trinitate, et habetur in littera: Si vnum in sermone comprehendas, vel Patrem, vel Filium, vel Spiritum sanctum: fidem autem nec Patris, nec Filij, nec Spiritus sancti abneges, plenum est fidei sacramentum: ergo videtur quod non est necesse exprimere totam Trinitatem, sed credere.

ITEM ratione videtur, quia vna est potestas, et operatio Trinitatis: ergo quod operatur Pater, et tota Trinitas: ergo si dicitur: Baptizo te in nomine Patris, tantumdem valet, ac si tota Trinitas exprimat.

ITEM Apostoli in primitiua Ecclesia baptizauerunt in nomine Christi: ergo si nullo modo licuit eis mutare formam a Deo institutam: ergo ista forma non discordabit ab illa: ergo videtur quod sufficiat alteram personarum exprimere. Si dicas, quod non mutatur propria, sed diuina auctoritate: tunc ergo diuina auctoritas contulit vni illi nomini: ergo si quod Deus contulit, illud homo auferre non potest, adhuc baptizari potest in nomine Christi. Si dicas, quod non fuit collata virtus nisi ad tempus: quare, quare magis collata fuit virtus simpliciter nomini totius Trinitatis, quam nomini Christi. Et rursus: Quare magis collata est virtus nomini Christi pro illo tempore, quam pro nostro. Et quod simpliciter habuit, videtur, quia baptisimus virtutem habet a passione: ergo et a fide passionis: ergo si Christus non tota Trinitas fuit passus, potius debet dici in nomine Christi, quam totius Trinitatis.

CONCLUSIO.

Expressio totius Trinitatis perfecta in baptismo est necessaria: quod si tota non exprimat, non erit baptizatus.

RESP. AD ARG. Dicendum quod notitia Trinitatis, siue nominatio, potest esse in baptismo quattuor modis. Aut ita quod sit plena in corde, et in ore: et tunc secundum omnes plenum est sacramentum. Aut ita quod sit semiplena in corde, et ore: et tunc secundum omnes non est sacramentum plenum. Aut ita quod plena in ore, et semiplena in corde. Aut ita quod plena in corde, et semiplena in ore. Primis duobus modis non est controuersia, sed duobus sequentibus fuit opinio diuersa. Quia enim baptisimus est sacramentum fidei, et virtutem habet a fide, quæ in corde est: ideo voluerunt aliqui dicere, quod plenitudo fidei in corde cum qualicumque Trinitatis expressione, siue duæ, siue vna, siue tres personæ exprimantur, plenum fuit sacramentum, quia fides supplet defectum sermonis. Econuerso autem si non est fides in corde, si exprimantur tres ore, non est plenum sacramentum: et hoc videtur dicere Ambrosius et huius opinionis videtur fuisse Hugo, et Magister: quantum ad primam partem opinionis. Sed quia, vt determinat Augustinus, Baptisimus est sacramentum fidei non singularis personæ, sed totius Ecclesiæ: ideo fides personæ nihil obest, nihil prodest. Et ideo determinat alia positio, quod quidquid fit de fide cordis, iudicandum est de baptisimate secundum expressionem oris, siue sermonis: ideo qualitercumque credat, et si totam exprimat Trinitatem, baptizatus est: si autem non totam, non est baptizatus, et rebaptizandus est: et hoc communiter et certitudinaliter asserunt Magistri.

AD illud quod obijciatur de Ambrosio, dicendum quod verbu Ambrosij est exponendum, vt sacramentum

fidei ponatur pro ipsa fide: plenum sacramentum fidei, ipsa fides, quæ significatur per sacramentum. Vel si de sacramento intelligitur, habet locum in casu, vt quado puer deficit in manibus sacerdotis, vbi credendum est, quod diuina misericordia, et summus sacerdos non dimittat imperfectum, quod inchoatum est.

AD aliud dicendum quod est potestas, et operatio Trinitatis vniat, tamen fides distinguit: et ideo non sufficit vnam personarum credere, sed necesse est credere omnes. Et quia baptisimus est sacramentum plenæ professionis: ideo necesse est profiteri omnes personas.

AD illud quod obijciatur de nomine Christi, dicendum quod Apostolis licuit baptizare in nomine Christi diuinitus inspiratis, sed non licet modo nobis. Dicit tamen aliqui, quod verbum illud non amisit virtutem propter constitutionem Ecclesiæ ordinantis, quod tantum fiat in nomine Trinitatis. Vnde etsi peccaret sic baptizans, tamen baptizatum esset. Sed communis opinio, et certior est, quod non esset baptizatum: quia cum sit vnicum baptisma in Ecclesia, ideo vnica debet esse forma, et ideo tantum in nomine Trinitatis baptizatur tota Ecclesia. Quod ergo obijciatur, quod debuit baptizabant in nomine Christi, dicendum quod data fuit virtus illi verbo tempore primitiue Ecclesiæ: et vna ratio fuit, quod nomen Christi implicat, et insinuat totam Trinitatem. Christus enim vnctus dicitur: et ideo vngentem, et vnctum, et vnctionem insinuat: et sic cum prædicta forma concordabat. Alia ratio fuit, quia nomen Christi erat ignotum, et contumeliosum, vt pote crucifixi, vt nomen publicaretur, et in reuerentia haberetur, tunc temporis eo vsi sunt. Et quia cessante causa cessat effectus, Christi nomine publicato, et honorabili facto, amplius nec debuit, nec potuit in eo impleri sacramentum baptisimi, quia ad tempus tantum institutum fuit. Quod ergo obijciatur, quod debuit simpliciter institui propter fidem passionis, dicendum quod recreator dicitur dupliciter. Vel sicut auctor, et sic tota Trinitas: vel sicut mediator: et sic Christus. Ad hoc ergo quod esset plenum sacramentum, necesse erat fide profiteri mediatorem, et auctorem: sed tamen principalius auctorem. Quia ergo per actum immergendi mors Christi intelligitur, et ita mediator, necesse fuit voce exprimi auctorem: et ita totam Trinitatem nominari oportuit.

QUESTIO III.

An forma baptisimi possit varia esse.

Alex. Alenf. 4. p. q. 8. Membr. 3. art. 3. §. 3. S. Tho. 3. p. q. 60. art. 8. Et 4. Sent. dist. 3. q. 2. art. 2. Guilel. Alisfad. 4. Sent. tract. 3. cap. 4. q. 2. 3. et 5. Richardus 4. Sent. dist. 3. art. 2. q. 3. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 3. q. 1. art. 3. Stephanus Brulef. 4. Sent. dist. 3. q. 5. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 3. q. 5. Marfil. Inguen. 4. Sent. q. 3. art. 4. Gabr. Biel. 4. Sent. dist. 3. q. 1.

AD OPPOSITUM

DE variatione forme in nominando tota Trinitatem, quod potest fieri quinque modis, mutando, addendo, corrigendo, transmutando, interponendo. Mutatio fit, vt quando ponitur nomen pro nomine: vt pote si loco patris ponatur genitoris. Et quod hoc non impediatur, videtur, quia forma baptisimi non attenditur in vocibus, secundum quod voces sunt, quia tunc non esset eadem forma apud nos, et grecos, sed in vocibus secundum quod significatiuæ. Si ergo idem significat Pater, et genitor, idem faciet in forma vnum, quod reliquum. Et præterea plus conueniunt pater, et genitor, quam nomen patris in Greco, et in Latino, cum sint eiusdem linguæ.

ITEM

ITEM additio est, quando nomen quod non est expressum in forma, superadditur: vt si dicatur, in nomine Patris omnipotentis. Et quod hoc non impediatur, videtur, quia cum additur nomen, et si nihil faciat, manet tamen totum, quod faciebat: et saluum manet, in quo est virtus, scilicet verbum: ergo est plenum, et efficax sacramentum.

De cons. d. 4. cap. Retule vult.

2. Perihier. c. 1. in fine.

FVNDAMENTA.

Apoc. 22. d.

ITEM corruptio est, quando nominis prolatio est modo minus conuenienti, vt pote si dicatur in nomine patria, et filia, et cet. Et quod hoc non impediatur, quia Zacharias Bonifacio scribens dicit: Si contingat aliquem infringendo linguam propter ignorantiam dicere baptizando in nomine Patria, et Filia, et Spiritu sancta, non est rebaptizandus. Et huius ratio reddi potest, quia sanus est sensus.

ITEM transpositio, siue transmutatio est, quando aliter ordinatur, vt pote si dicatur primo in nomine Filij, et post in nomine Patris. Et quod hoc non impediatur, quia nomina transposita idem significant, vt si dicatur: Est homo albus. Est albus homo: ergo si omnino idem est sensus, et eadem fidei professio, transpositio non impedit.

CONTRA: Quod mutatio impediatur, videtur, quia virtus est data illis verbis, et non alijs: ergo, et cet.

ITEM quod additio impediatur, videtur, quia si nihil licet addere canonis Scripturæ, multo fortius nec formæ sacramenti. Præterea pater per illud quod dicitur: Si quis apposuerit, et cet.

ITEM quod corruptio impediatur videtur, quia verba corrupta aut nihil significant, aut aliud significant: vt pater cum dicitur patria: sed necessaria sunt verba significantia: ergo, et cet.

ITEM de transmutatione videtur, quia sicut de integritate fidei est numerus personarum, ita ordo professionis: ergo sicut mutatio numeri impedit, ita et ordinis.

ITEM de interpositione videtur, quia baptizare est vnus actus continuus: ergo si discontinuatur, necesse est reincipi, aut non erit vnus, et ita nec baptisimus.

CONCLUSIO.

Impedit baptismum in forma mutatio nominis et numeri: Additio distrabens, corruptio auferens sensum, et interpositio actum discontinuans. Aliiter hi modi non impediunt, neque transmutatio errorem non inducens.

Opinio I. RESP. AD ARG. Ad hoc voluerunt aliqui dice-

DISTINCT. III. PARS II. DE INSTITUTIONE BAPTISMI.

DE institutione baptisimi quando capit, varia sunt estimationes. Alij dicunt tunc esse institutum, cum Nicodemo Christus ait: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, et cet. Alij dicunt institutionem baptisimi factam, cum Apostolis dixit: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filij, et Spiritus sancti. Sed hoc dixit eis post resurrectionem, precipiens eis de vocatione gentium, quos ante passionem binos miserat ad predicandum in Iudea, et ad baptizandum, dicens: In viam gentium ne abieritis. Iam ergo institutus erat baptisimus, quia baptizabant simul et predicabant.

Opinio. 2.

Improbatio vtriusque Determinatio.

re, quod qualitercumque fiat variatio, dū tamen omnes personæ exprimantur, integrum est sacramentum. Aliorum positio fuit, quod necesse est omnimodam identitatem seruari: quantulumcumque enim variatio in forma facit non esse sacramentum. Sed vtraque istarum positionū respuenda est, quælibet enim excedit. Vnde dicendum quod aliqua variatio impedit, aliqua non. Variatio enim mutationis impedit, siue fiat ex certa scientia, siue alio modo. Mutatio inquam nominis, vt si dicatur: In nomine genitoris, et geniti, quia alius modus est exprimendi Trinitatem per nomina principalia, alius per nomina non principalia. Mutatio etiam numerum impedit, vt si dicatur: Baptizo te in nominibus, quia alia est sententia.

AD illud ergo quod obijciatur, quod idem significant, dicendum quod attendendus est modus significandi, quia data fuit virtus nominibus exprimentibus Trinitatem: et hoc principaliter secundum omnem linguam. Quod ergo obijciatur, quod magis conueniunt, quia in eadem lingua, dicendum quod est magis quantum ad modum loquendi, non tamen magis quantum ad modum significandi. In nomine enim est considerata re vocem, non tamen, siue expressionem, et significationem. Quantum ad primum magis conueniunt, sed quantum ad secundum minus, quantum ad tertium æqualiter. Et virtus regenerationis data est ratione nominis, siue quantum ad rationem innotescendi, a qua imponitur nomen: et hæc est eadem apud omnes.

DE additione, dicendum quod aut est additio vocis distrabens intellectum: et hæc impedit, si oppositum addatur, vt si dicatur: Patris geniti. Aut saluans, vt patris ingeniti: et tunc non impedit, nisi velit inducere errorem: Quod obijciatur de combinatione Apocalypsis, intelligitur de additione distrabente.

AD illud quod queritur de corruptione, dicendum quod corruptio aut est tanta quod nullo modo tenet sensum, et tunc omnino impedit: aut non est tanta, quin bene maneat, sicut de puero balbutiente intelligitur: et tunc dicendum quod non impedit, nisi velit inducere errorem. Quod ergo obijciatur, quod voces non significant, dicendum quod est non significant ex institutione, significant tamen ex accommodatione vsus, vt olli pro illi.

AD id quod queritur de transmutatione, dicendum quod si fiat simpliciter sine erroris dogmatizatione, non impedit. Et ratio huius est, quia ordo intelligitur in ipsis verbis, quod filius a patre procedat: et sic non oportet exprimere ordinem, sicut nomina personarum: et ita patet quod obijciatur.

AD illud quod obijciatur de interpositione, siue intermissione, dicendum quod aut est tanta intermissio, quod discontinuet intentionem, et longam faciat moram: vt pote si longum facit sermonem, vel vadit ad vrinandum: et tunc necesse est quod reincipiat. Sed si interuenit parua morula obliuione, vel sterminatione, non discontinuatur actus, nec oportet reincipere.

Consideratio de institutione.

Joan. 2. a Mat. 28. d

Mat. 19. a

S. Bon. To. 5,

d 2 De for-

De forma in qua baptizauerunt Apostoli ante passionem Christi.

Mat. 26. d. 10. a. De Consec. dist. 4. cap. Numquam. Aug. ser. 2. dom. infra octauam Epiphania. Ioan. 3. d. Amb. circa illud c. 6. ad Rom. ita ut et nos in no uitate uita

SI vero queritur, in qua forma tunc baptizauerunt Apostoli: Sane dici potest, in nomine Trinitatis, scilicet in ea forma, in qua baptizauerunt postea gentes: quae ante passionem potest intelligi fuisse tradita, licet non sit scriptum. Non ergo tunc illam formam Christus prius tradidit, cum ad Euangelizandum gentibus misit: sed quam ante tradiderat mittens eos in Iudaeam, post iterum cum ad gentes misit. Commodius ergo dicitur institutio facta, quando Christus a Ioanne baptizatus est in Iordane: quod dispensauit, non quia mundari uoluit cum sine peccato fuerit, sed quia contactu mundae carnis suae uim regeneratiuam contulit aquis, ut qui postea immergeretur inuocato nomine Trinitatis, a peccatis purgaretur. Tunc ergo inuocato nomine Trinitatis institutus est baptismus Christi: in quo Trinitas, cuius mysterium ibi innotuit, interius hominem baptizabat.

Quare in aqua tantum fiat.

CELEBRATUR autem hoc sacramentum tantum in aqua, non in alio liquore, ut ait Christus: Nisi quis renatus, et cet. Ideoq. uniformiter id fieri in aqua praecipitur, ut intelligatur quod sicut aqua sordes corporis, ac vestes abluit: ita baptismus maculas animae, sordesq. uitiatorum emundando abstergit. Vel ideo, ut nullum inopia excusaret: quod posset fieri, si in uino, uel oleo fieret: et ut communis materia baptizandi inueniretur apud omnes. Quod aqua signauit, quae de latere Christi manauit, sicut sanguis alterius sacramenti signum fuit. Non ergo in alio liquore potest consecrari baptismus, nisi in aqua.

De immersione, quoties fieri debeat.

DE immersione uero si queritur quo modo fieri debeat praecise. Respondemus: Vel semel, uel ter, pro uario more Ecclesiae. Vnde Gregorius: De trina immersione baptismi nil uerius respondere potest, quam quod uos ipsi sensistis: quia in una fide nihil officii Ecclesiae sancta consuetudo diuersa. Quia enim in tribus subsistentijs una substantia est, reprehensibile esse nullatenus potest infantem in baptismo ter, uel semel immergere: quia et in tribus personis personarum Trinitas, et in una potest diuinitatis singularitas designari. Nos uero qui tertio immergimus, etiam triduana sepulturae sacramentum signamus. Secundum hoc, licet non modo ter, sed etiam semel tantum immergere. Ibi tamen dumtaxat immergere semel licet, ubi consuetudo Ecclesiae talis existit. Si quis uero id facere incipiat, ubi consuetudo talis non est, uel semel tantum mergendum asserat, reprehensibile se constituit. Vnde Haimo: In suo sensu abundabat Cyprianus, cum semel mergebat in baptismo paruulos: quia quod intelligebat, studiosè implebat, bonis operibus abundando, licet in hoc nescius delinqueret: sed quia bonis operibus abundabat, potius correptus a Deo abundauit aliori sensu, ter illos mergendo. Ecce habemus, quia deliquit quò semel merfit. Sed hoc ideo, quia aliter se habebat consuetudo illius Ecclesiae, uel quia uiam tantum faciendam meritionem assererat. De trina immersione Augustinus ait: Postquam nos credere promissimus, tertio capita nostra in sacro fonte dimerisimus: qui ordo baptizandi duplici mysterij significatione celebratur. Recte enim tertio immerfi estis, qui accepistis baptismum in nomine Trinitatis. Recte tertio immerfi: quia accepistis baptismum in nomine Christi, qui die tertia resurrexit a mortuis. Illa enim tertio repetita immersio typum Dominicae exprimit sepulturae. Constat ergo baptizandos tertio debere immergi: et tamen si semel tantum immergantur, uerum baptismum accipiunt. Et qui semel immergit tantum, non peccat, nisi consuetudo Ecclesiae obstitat, uel hoc modo tantum debere fieri asserat.

Leand. Epi. scopo epist. 4. lib. 2. de regis. et habetur de cõsecr. dist. 4. ca. de trina immersione. Quæst. circa materia.

Super Epi. ad Rom. super illud: Vnusquisq. in sensu abii det. c. 24.

Habetur de consecr. dist. 4. Postquam.

Ioan. 19. f. ubi dicitur. Consummaturum est. Matt. 26. b. Luc. 22. a. Mar. 14. b. Ioan. 13. b.

SOLET etiam queri, si circumcisio amisit statim uim suam ab institutione baptismi. Ad quod dicimus in Christi morte terminata esse legalia omnia. Ex tunc ergo circumcisio perdidit uim suam, ita quod postea non profecerit, sed potius obfuerit obseruatoribus suis. Sed usque ad oblationem uerae hostiae potuit prodesse. Si enim ante passionem legalia finem habuissent, non ea imminente uetus pascha cum discipulis manducasset.

Quando circumcisio amisit uim.

De causa institutionis.

CAUSA uero institutionis baptismi est inuolutio mentis: ut homo qui per peccatum uetus fuerat, per gratiam baptismi renouetur, quod fit depositione uitiatorum, et collatione uirtutum. Sic enim fit quisque nouus homo, cum abolitis peccatis ornatur uirtutibus. Abolitis peccatorum pelliculis seditatem: Appositio uirtutum affert decorem, et hoc est res huius sacramenti, scilicet interior munditia.

Queritur

Queritur an baptismus aperuerit caelum, quod non aperuit circumcisio.

SI queritur, Vtrum baptismus aperuerit caelum, quod non aperuit circumcisio: Dicimus quia nec baptismus, nec circumcisio regni nobis aditum aperuit, sed hostia Saluatoris, quae si tempore circumcisionis oblata fuisset, illius temporis homines regnum intrassent. Res ergo huius sacramenti iustificatio est.

DIST. III. PARS II.

De institutione Baptismi.

De institutione baptismi, quando coeperit, variae sunt opiniones.

Expositio textus.

Diuisio.

PRae egit Magister de baptismo quantum ad se, uel quantum ad ea, quae spectant ad integritatem sacramenti. Hic agit de ipsius institutione. Et habet haec pars tres partes. In prima agit de modo et tempore institutionis. In secunda de administratione iam instituti, ibi: De immersione uero, sic queritur. In tertia uero de causa, et ratione ad quam eius institutio ordinatur, ibi: Causa uero institutionis baptismi est inuolutio. Quilibet harum partium duas habet. Nam in illa, in qua determinat de institutione, primo determinat tempus institutionis. Secundo materiam in qua, ibi: Celebratur autem hoc sacramentum, et cet. Similiter pars de usu iam instituti duas habet. In prima determinat, quo modo hoc sacramentum est administrandum. In secunda uero ostendit, quod in huius sacramenti institutione, et usu euacuata est circumcisio, ibi: Soleat etiam queri, si circumcisio amisit, et cet. Similiter tertia pars de causa institutionis duas habet. In prima determinat causam per se ipsius institutionis, siue illud ad quod baptismus ordinatur per se. In secunda uero illud, ad quod ordinatur per accidens: et hoc ibi: si queritur, uerum baptismus aperuerit caelum, et cet.

Iam ergo institutus erat baptismus, et cet. Dub. I.

Videtur ex hoc, quod cum institutio baptismi cadat sub praeccepto, quod ante passionem tenebantur omnes baptizari: ergo omnes erant transgressores: quod uideatur iniquum.

Ad hoc respondet Hugo de sancto Victore: Non est culpandus aliquis, nisi ex culpa sua sit ingratus consilij, aut praeccepti: fuit autem Nicodemo reuelatum tanquam consilium amico. Cum autem dictum est: Ite, docete omnes gentes baptizantes, et c. omnibus informandis expositum est praecceptum. Vnusquisque autem ex eo tempore debitor esse coepit, quo ad ipsum per praedicationem institutio peruenit.

Non ergo in alio liquore potest consecrari baptismus, nisi in aqua. Dub. II.

Queritur, utrum in omni aqua. Et quod sic, uideatur: quia omnis aqua omni aquae est eadem specie: ergo si data est uirtus speciei aquae non huic, uel illi speciali, uideatur quod in omni possit fieri baptismus.

R s p. Dicendum quod baptismus institutus est in elemento aquae, quia aqua per suam qualitatem representat gratiam baptismalem. Ad hoc ergo quod sit baptismus, requiritur quod saluetur proprietas, et species aquae, ut sit aqua naturalis, et habens aliquo modo proprietatem lauandi: et hanc etiam habet aqua turbida. Si uero has condiciones aqua perdat, S. Bon. To. j.

vel quod miscetur cum praedominante, et alterante, et ducente in alias proprietates, non est dicendum tunc in illo liquore tradi baptismatis sacramentum: et sic patet quod obijciatur.

Nec baptismus, nec circumcisio regni nobis aditum aperuit. Dub. III.

Videtur male dicere: quia ianuae clausio non fuit nisi per peccatum, et maxime per originale: sed baptismus, et circumcisio debebant originale: ergo aperiabant ianuam. Item de baptismo uidetur dicere falsum, quia super illud Lucae: apertum est caelum: Glossa Bedae: Dum ille Iordanis aquis subijt, nobis caeli ianuam pandit: et dum caro innoxia frigentibus aquis tangitur, opposita commoda noxijs romphea igne extinguitur, nec Christus caelum tunc aperire coepit. Sed his uerbis ostenditur uirtus baptismi: queritur ergo, quae sit illa ianua, et quo modo sit aperta, et quando. Videtur enim aperta in passione, quia super illud: Paterificans per sanguinem, et c. Glossa. Patet modo introitus in caelum. Item uidetur quod in resurrectione per orationem, quam cantat Ecclesia: Deus qui aeternitatis nobis aditum, et cet.

R s p. Dicendum quod clausio ianuae spiritualis intelligitur prohibitio illa, ob quam nullus poterat ingredi ad Domini aspectum: illa autem prohibitio erat a diuina iustitia iuste puniente, et a peccato primi hominis promerente. Merebatur originalis culpa, ut homo non compareret coram Deo propter facultatem culpae, propter offensam maiestatis diuinae, et propter mortalitatem in carne: quia uestitus sacco non debebat ingredi in palatium regis Assueri, sicut dicitur: Istam enim ianuam aperire dicitur illud, quod remouet ista obstacula. Obstaculum culpae amouebatur, baptismus: obstaculum debiti ratione offensae amouit passio, per quam fuit facta satisfactio: obstaculum mortis, Christi resurrectio: et ita ianuae apertio inchoari dicitur in baptismo, et profectum habere in passione: sed complementum in resurrectione, manifestationem in ascensione. Et quoniam haec iam facta sunt, ideo uirtus baptismi est ianuam aperire, non per se tantum, sed etiam propter hoc, quod iam facta est oblatio hostiae uerae. Ideo magis effectus apertionis ianuae attribuitur baptismi, quam circumcisioni, licet utrumque sacramentum deleat culpam, et sic patet illud.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam huius partis tria principaliter queruntur. Primo queritur de baptismi institutione. Secundo de instituti administratione. Tertio de circumcisionis cessatione, siue euacuatione.

Circa primum queruntur duo. Primo queritur, in quo elemento sit sacramentum baptismi institutum. Secundo, utrum in institutione sit uirtus collata aquis, sicut dicit Magister.

d 3 QVA.

QVÆSTIO I.

An sacramentum baptismi debuerit institui in aqua.

Alex. Alenf. 4. p. q. 8. Memb. 3. art. 2. §. 1. S. Tho. 3. p. q. 66. art. 3. Et 4. Sent. dist. 3. art. 3. q. 1. Et 4. contra Gent. cap. 59. Et Quol. 1. art. 10. Guilel. Alisod. 4. Sent. trañ. 3. c. 4. q. 4. Richardus 4. Sent. dist. 3. art. 3. q. 1. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 3. q. 1. art. 4. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 3. q. 7. Petrus de Taurant. 4. Sent. dist. 3. q. 7. Marfil. Inguen. 4. Sent. q. 3. art. 2.

AD OPPOSITIVM



TRVM sacramentum baptismi debuerit institui in aqua. Et quod sic, ipsum factum Domini ostendit. Sed quod non, videtur ratione: quia baptismus est signum sepulture Christi, sicut dicitur ad Romanos: Consepulti enim estis, et cetera. ergo si sepultura Christi fuit in terra, non in aqua: videtur quod similiter debuerit baptismus institui in terra.

Rom. 6. a

1. ITEM sacramenta veteris legis fuerunt signa sacramentorum noue legis, et in illis prefigurata sunt ista: sed sacramenta veteris legis fiebant, vel in eis, quae habebant ortum a terra, ut sacrificia, et decimationes, vel in aliquo terreo, ut circumcisio quae fiebat cultello petri: ergo si fuerunt conuenientia signa horum: ergo sacramenta noue legis, maxime baptismus, debuerunt institui in terra, non in aqua.

2. ITEM si dicas quod debet fieri in aqua propter expressam significanciam gratiae. Sed contra: Liqueor olei expressus signat gratiam, quam aqua: ergo magis debuit institui in oleo, quam in aqua.

Apoc. 1. b

3. ITEM: Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo: ergo si in baptismo est lauatio a peccatis, et signat illam ablutioem factam per sanguinem Christi: ergo magis debuit institui in sanguine.

4. ITEM: Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo: ergo si in baptismo est lauatio a peccatis, et signat illam ablutioem factam per sanguinem Christi: ergo magis debuit institui in sanguine.

5. ITEM: Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo: ergo si in baptismo est lauatio a peccatis, et signat illam ablutioem factam per sanguinem Christi: ergo magis debuit institui in sanguine.

CONCLUSIO.

Baptismus conuenienter in aqua institutus fuit: quia ipsa est signum aptum ad significandum omnia ea, quae per tale sacramentum nobis conferuntur.

RESP. AD ARG. Dicendum quod sacramentum baptismi est maxime efficax et maxime necessarium inter alia sacramenta. Efficax, quia in eo imprimitur character, qui disponit animam ad susceptionem luminis gratiae, et ideo character signat, et iterum abluuit, et mundat inter omnes liquores: et ideo signat gratiam mundantem. Item infrigidat, ideo signat remissionem ardoris concupiscentiae. Conueniebat ergo maxime aqua baptismatis sacramento ob efficaciam. Similiter etiam propter necessitatem. Quia enim sacramentum est, a quo nemo absoluitur, et in quo omnes communicant, necesse fuit institui in liquore communi apud omnes, et in quo abundant pauperes, et diuites: talis autem liquor est aqua: ideo, et cetera.

1. AD illud ergo quod obijcitur, quod signat sepulturam, dicendum quod non tantum signat Domini sepulturam, immo etiam gratiam quam donat: et quia in immersione in aquam vtrumque signatur, in terra autem non signatur gratia mundans, cum sit factus elementorum: ideo, et cetera.

Gal. 3. 6

2. AD illud quod obijcitur de lege veteri, dicendum quod sicut dicit Apostolus, omnes qui fuerunt in lege fuerunt sub maledicto vsque ad aduentum Christi, qui factus est pro nobis maledictum, ut a maledictione nos liberaret: quia terra fuit maledicta homini, non aqua: In huius signum sacramenta illa erant ex his, quae sunt ex terra: non sic autem Sacramenta noua, quia ista est lex benedictionis. Praterea Lex vetus, et maxime Moysi fuit onerosa ad confringendum duos: et ideo in duris ut in cultello petri, et in effusione sanguinis remedium habebant: sed lex noua est suauitatis, et amoris: ideo datur in aqua, quae cedit facile.

Gen. 3. d

3. AD illud quod obijcitur de oleo, et sanguine, patet responsio: quia nec conuenit signationis efficaciae, cum non mundent, nec necessitati, cum non omnes eis abundent.

4. AD illud quod obijcitur de lege veteri, dicendum quod sicut dicit Apostolus, omnes qui fuerunt in lege fuerunt sub maledicto vsque ad aduentum Christi, qui factus est pro nobis maledictum, ut a maledictione nos liberaret: quia terra fuit maledicta homini, non aqua: In huius signum sacramenta illa erant ex his, quae sunt ex terra: non sic autem Sacramenta noua, quia ista est lex benedictionis. Praterea Lex vetus, et maxime Moysi fuit onerosa ad confringendum duos: et ideo in duris ut in cultello petri, et in effusione sanguinis remedium habebant: sed lex noua est suauitatis, et amoris: ideo datur in aqua, quae cedit facile.

5. AD illud quod obijcitur de lege veteri, dicendum quod sicut dicit Apostolus, omnes qui fuerunt in lege fuerunt sub maledicto vsque ad aduentum Christi, qui factus est pro nobis maledictum, ut a maledictione nos liberaret: quia terra fuit maledicta homini, non aqua: In huius signum sacramenta illa erant ex his, quae sunt ex terra: non sic autem Sacramenta noua, quia ista est lex benedictionis. Praterea Lex vetus, et maxime Moysi fuit onerosa ad confringendum duos: et ideo in duris ut in cultello petri, et in effusione sanguinis remedium habebant: sed lex noua est suauitatis, et amoris: ideo datur in aqua, quae cedit facile.

6. AD illud quod obijcitur de lege veteri, dicendum quod sicut dicit Apostolus, omnes qui fuerunt in lege fuerunt sub maledicto vsque ad aduentum Christi, qui factus est pro nobis maledictum, ut a maledictione nos liberaret: quia terra fuit maledicta homini, non aqua: In huius signum sacramenta illa erant ex his, quae sunt ex terra: non sic autem Sacramenta noua, quia ista est lex benedictionis. Praterea Lex vetus, et maxime Moysi fuit onerosa ad confringendum duos: et ideo in duris ut in cultello petri, et in effusione sanguinis remedium habebant: sed lex noua est suauitatis, et amoris: ideo datur in aqua, quae cedit facile.

Matt. 3. d

Marc. 1. a

Luc. 3. c

Ioan. 3. d

Ioan. 3. 6

Luc. 10. a

Ioan. 19. f

Mat. 23. d

QVÆSTIO II.

An ex institutione baptismi aquis sit aliqua proprietates collata.

Alex. Alenf. 4. p. quaest. 8. Memb. 3. art. 2. §. 3. Richardus 4. Sent. dist. 3. art. 2. q. 1. Stephanus Brulef. 4. Sent. dist. 3. q. 12. Petrus de Taurant. 4. Sent. dist. 3. q. 8.



TRVM ex institutione baptismi in aqua collata sit aliqua vis aquis. Et quod sic, videtur: Baptizato Iesu, et orante apertum est caelum, et descendit Spiritus sanctus, etc. Glossa: Dominus baptizatus est non mundari indigens, sed tactu mundae carnis suae aquas mundans, ut vim abluendi habeant: ergo si vis abluendi est aliqua vis: patet quod aquis collata est aliqua vis.

AD OPPOSITIVM Luc. 3.

ITEM habetur de consecratione: Numquam aquae baptismi purgare credentium peccata potuissent, nisi contactu Domini corporis sanctificatae fuissent.

Dist. 4.

ITEM ratione videtur, quia omnis operatio egreditur a substantia, mediante aliqua virtute: ergo cum aqua

aqua tangendo corpus abluat animam, hoc est ab aqua virtute aliqua mediante, sed non naturali: ergo data est aliqua virtus aquis in baptismi institutione.

FVNDAMENTA.

CONTRA: Si data est aliqua virtus aquae, quae quo modo data: et dicit Glossa quod contactu carnis Domini. Si ergo per contactum carnis Dominae: ergo habent ipsam omni alio circumscripto: ergo si quis immergeret in aqua sine omni verbo, aqua regenerabit eum: quod falsum est. Si tu dicas, quod simul est in aqua, et verbo. Obijcitur tunc, quia haec differunt substantia, et natura: ergo operatione, et virtute: ergo non potest vna virtus esse in vtroque.

ITEM si munda caro Christi contulit illam vim: sed frequenter tetigit aquas, ut quando puer lauabatur, et quando lauabat manus, et vbi eadem causa, ibi idem effectus: ergo ante contulit quam baptizaretur.

ITEM si contactu carnis: ergo solum illae aquae virtutem habent, quae Christi caro tetigit: non ergo omnis aqua. Si tu dicas, quod virtus illa deriuata est in alias aquas: ergo cum deriuatio a corpore in corpus non fiat nisi per continuum, nullo modo poterit peruenire ad aquas illis aquis discontinuas: ergo idem inconueniens.

ITEM si virtus aliqua collata est, quae quid sit: quia si bonum, aut de bonis minimis, aut maximis, aut medijs. Si de minimis, illud est inferius anima: ergo non agit in ipsam. Si de medijs: ergo par est anima, nec adhuc influit. Si de maximis: ergo est data aquis virtus aliqua gratuita.

CONCLUSIO.

Ex baptismi institutione nulla proprietates absoluta de nouo fuit aquis collata, sed solum noua ordinatio eius, ad hoc ut per eam homo regeneretur.

Opin. 1.

RESP. AD ARG. Dicunt aliqui, quod Domini contactu mundissimae carnis suae vim contulit, aquis, quam non habebant: et vis ista fuit aliqua proprietates absoluta: et haec proprietates fuit aquae melioratio, et reductio ad statum primum, in quo erat ante hominis lapsum: quia post lapsum, omnia elementa sunt deteriorata, ut habitatio congrueret habitatori deteriorato. Sed quia homo per aquae sacramentum meliorari debebat, et resurgere: ideo aqua meliorata, et ad primum statum reducta est, et hanc vocant illam vim. Sed ista positio non potest stare. Primo, quia haec vis dicitur vis ad regenerandum: sed hanc non habebat aqua in statu innocentiae, quia non erat opus regeneratione, unde illa melioratio nihil facit ad rem. Praterea: Si aqua est meliorata, et non alia elementa: ergo videtur, quod ordinatio elementorum sit dissipata, cum necesse sit quod habeant debitam proportionem. Et propter hoc dicunt aliqui, quod collatio vis regeneratiuae non est aquae melioratio, vel purificatio, sed alicuius virtutis supernaturalis collatio, quae non est data aquae secundum esse perfectum quoad usque veniat verbum, sicut vis immutandi visum non est in colore perfecta, nisi superueniente lumine, et haec supra naturam data est aquae, et supra naturam ibi existit, ut effectum habeat supra naturam per voluntate diuinam. Sed quoniam illud difficile est intelligere, quo modo aliquid absolutum siue secundum naturam, siue supra naturam sit modo in aqua, quod non erat prius, et quo modo datum sit contactu carnis etiam aquis remotis. Propterea dicendum sicut tactum fuit supra, quod vis illa non est aliqua proprietates, vel essentia absoluta ad data aquae, sed solum ordinatio eius ad hoc quod homo regeneretur. Prius enim omnes liquores erant indifferentes, et poterat in quantum est de se in aliquo alio liquore baptizari ut in aqua. Sed cum Dominus voluit mergi, et baptizatus est in aqua, sola aqua habuit ordinationem ad hoc: et ideo solum

Improb.

Opin. 2.

Improb.

Determinatio.

in ea potuit fieri baptismus. Sed quia non instituit baptismum fieri tantum per immersionem, immo etiam per verborum prolationem, et talium verborum: similiter et verba ad hoc ordinavit. Unde aqua, in quam merfus est, et verba, quae protulit, vterius habent vim: non vnum sine altero, quia vtrumque insimul ad regenerationem obtinendam ordinavit. Et sic patent obiecta ad vtramque partem, quia prima procedunt de vi, ut est ordinatio ad regenerationem, secunda autem de vi, quae est qualitas absoluta. Haec autem vis non est per transfusionem, sed per institutionem. Unde sicut Dominus non tantum verba, quae protulit, ordinavit, et instituit ad regenerandum, sed etiam omnia consimilia: sic non tantum aquam, quam tetigit, sed omnem aquam specie consimilem. Est autem omnis aqua omni aquae specie consimilis: et ideo omni aquae contulit. Et est simile: Si rex ordinaret, quod litterae suae tantum haberent virtutem, et efficaciam, quae scriberentur in pellibus caprinis, et quae essent scriptae aliquibus determinatis verbis: et hoc quidem faceret manu sua, scribendo in illo genere pellis, diceretur quod rex illa manu sua efficaciam dedit illi pergamento, et omni pergamento eiusdem speciei, etiam quod futurum est vsque ad multa tempora: et hoc per solam institutionem, et ordinationem, non per alicuius virtutis alterius collationem. Sic intelligendum in proposito, quoniam Dominus tactu carnis mundae dedit vim aquis, non quia munditia transfret a carne in aquam, sed quia cum Dominus esset mundus, voluit ob nihil aliud in aquam mergi, nisi ut illa immersione aqua haberet istam ordinationem, et eandem diceretur habere virtutem. Et si tu obijcias mihi: Omnis relatio fundatur super aliquid absolutum, eo quod aliquid absolutum de nouo aduenit, ergo si haec ordinatio, quae est relatio, aduenit, oportuit aliquid absolutum dari, dicendum quod illud non habet veritatem in relationibus voluntarijs, quia nummus, ut dicit Augustinus, sine sui mutatione fit pignus: et similiter haec vox (buba) sine sui mutatione potest fieri significatiua: similiter et in proposito intelligendum. Et licet vtraque harum opinio sit catholica, et probabilis: haec tamen est maior. Cuiusmodi est intelligibilis, et consona sanctorum auctoritatibus. Dicitur enim aquae mundatae, et sanctificatae, et Approbatio virtuosae effectus, quia ad sanctificationem animae, et munditiam efficaciter sunt ordinatae, non facienda ad ipsas, sed suscipiendam, et dandam in ipsa Deo ipsi homini baptizando: et sic exponenda sunt consimilia. Nec est intelligendum, quod aliqua actio sit ab aquis in animam. Aquae enim illae non habent proprie virtutem illam, nec operationem, sed earum virtus, et actio est efficax ordinatio vel secundum actum, vel secundum habitum: et sic non habent calumniam, quae circa haec dicuntur.

Exemplum

Exemplum

Exemplum

Exemplum

Exemplum

ARTICVLVS II.

QUANTVM ad secundum articulum quaeritur secundo de baptismi instituti administratione, quae fit in parvuli immersione: et circa hoc duo quaeruntur. Primo quaeritur quotiens oporteat mergi. Secundo quantum.

QVÆSTIO I.

An trina immersio sit de integritate baptismi.

Alex. Alenf. 4. p. q. s. Membr. 3. art. 4. §. 2. S. Tho. 3. p. q. 66. art. 8. Et 4. Sent. dist. 3. q. 2. art. 4. Richardus 4. Sent. dist. 3. art. 4. q. 3. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 3. q. 10. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 3. q. 10.

AD OPPOSITVM. Dist. 4. Concil. Tol. let. 4.

Vòd semel tantum sit immergendum videtur: de consecratione, et ex concilio Toletano: Propter vitandum schismatis scandalum, vel hæretici dogmatis vsum, simplicem tenemus baptismi immersionem: ergo videtur quod hereticum sit ter mergere.

1. I T E M ratione videtur, quia hæc est vera per essentiam: Baptismus est ablutio, vel tinctio in aqua: ergo si fit triplex tinctio, et triplex erit baptismus: ergo si nullo modo licet baptismum iterari, nullo modo licet ter mergi.

2. I T E M Ista duo sufficiunt, verbum scilicet, et elementum: et si mergatur semel, et si proferatur semel, est plenum sacramentum: ergo si amplius mergit, superfluit: ergo non debet nisi semel mergi.

3. I T E M quæritur, quare magis ter, quam bis. Si dicas quod binarius est numerus infamis, quia recedit ab unitate, eadem ratione est laudabilis, quia accedit maxime.

FVNDAMENTA. Hieron. super Epistolam ad Philippenses: In Patre, et Filio, et Spiritu sancto baptizamur, et ter mergimur, vt Trinitatis vnum appareat sacramentum.

I T E M Pelagius Gaudetio Episcopo de consecratione: Evangelicum vero præceptum ipso Deo, et Domino Salvatore nostro Iesu Christo dicente, vel tradente nos admonet, vt in nomine Trinitatis trina etiam immersione sanctum baptismum cuique tribueretur.

I T E M de consecratione ex canonibus Apostolorum: Si quis presbyter, aut Episcopus non trinam immersionem vnius mysterij celebret, sed semel tantum mergat in baptismate, quod dari a quibusdam iubetur in morte Domini, deponatur: ergo necessaria est trina immersio.

CONCLUSIO.

Trina vel vna immersio in aqua non est de integritate baptismi, eo quod debet seruari mos Ecclesie, licet Ecclesia Romana omnium aliarum magistra trina vtatur immersione.

R E S P. A D A R G. Dicendum quod vnitas vel multitudo immersionum non est de substantia baptismi, sed solum de bene esse: quia quotiescumque immergat, dum tamen debito modo, et sine dilatione magna, verba proferat, baptismus est, et sacramentum integrum. Et si non sit ei de necessitate, est tamen de congruitate propter significationem, cui congruit vnitas, et Trinitas, vt patet in fide Trinitatis, quia vnitas est in essentia, sed Trinitas in personis. Similiter in morte Christi: quia vna est in essentia, sed tribus diebus fuit in corde terre. Similiter gratia: quia vna est in se, sed triplex in virtutibus: ideo vnitas, et Trinitas conueniunt: sed tamen magis Trinitas propter expressionem maiorem: et ideo vtrumque morem seruat Ecclesia. Sed Romana Ecclesia tamquam præcellens

A trinam seruat immersionem, tum propter signationem Trinitatis, tum etiam triduanæ sepulturæ, tum etiam propter triplicis concupiscentiæ minutionem, a qua anima liberatur, tum etiam propter triplicem virtutem, qua imago in anima reformatur. Si ergo quæritur, quotiens sit ibi mergendum, respondeo: secundum morem Ecclesie: qui autem propria auctoritate mutat, peccat. Et ideo dicitur quod deponendus est episcopus, non quia non baptizaret, sed quia propria auctoritate noua introduceret. Rationes ergo probantes, quod ter immergendum sit, intelligendæ sunt secundum morem Ecclesie Romanæ.

B 1. A D illud quod obijciunt ad oppositum primo, dicendum quod loquitur secundum morem illius Ecclesie, in qua tantum solebat semel mergi. Sed hæretici ceperunt immutare: ideo statuerunt semel, ne viderentur hæresi consentire.

2. 3. 4. A D illud quod obijciunt, quod baptismus est tinctio, dicendum quod non est per essentiam, nisi addatur forma præscripta: si tamen tinctio fiat cum inuocatione Trinitatis, baptismus est. Et si in vna protulit omnia verba, non debet amplius mergere, quia baptismus consummatum est. Sed quando fit trina immersio, in prima debet nominari Pater, in secunda Filius, in tertia Spiritus sanctus, quia tunc nulla superfluit, quia non est completum sacramentum, quousque terminatum non sit verbum: incipit enim immersio cum verbo, et cum illo terminatur. Sequens patet, et similiter quare magis ter, quam bis, et cet.

QVÆSTIO II.

An immersio sit magis secuta in baptizando quam aspersio.

Alex. Alenf. 4. p. q. s. Membr. 3. art. 4. §. 2. S. Tho. 3. p. q. 66. art. 7. Et 4. Sent. dist. 3. q. 1. art. 4. Stephanus Brulef. 4. Sent. dist. 3. q. 11. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 3. q. 9.

V A N T V M oporteat paruulum immergi ad hoc quod sit baptizatus. Et quod totum corpus, videtur, quia signum est passionis, et mortis: ergo si Christus totus passus est et mortuus, totus homo necessario immergitur.

I T E M Baptismus est remedium contra concupiscentiam: sed concupiscentia est in toto corpore, quia tota caro est infecta: ergo, et cet.

I T E M si sufficeret aliquam partem mergi, cum pars, per quam transfusum est originale, et in qua viget concupiscentia, sint membra genitalia, magis sufficeret illam partem immergi, quam aliam: sed nullus dicit, quod sufficiat: ergo debet immergi totum.

C O N T R A: Apostoli baptizauerunt tria millia hominum vna die: et constat quod non mergendo, quia non haberent aquam: ergo aspergendo: sed aspergi non potest totus homo: ergo, et cet.

I T E M scribitur in passione beati Laurentij, quod Romanus attulit vrcem cum aqua, et tunc non fuit immersus: patet ergo.

I T E M esto quod puer seminiuus esset in periculo mortis, adhuc est de foro nostro: ergo debet baptizari: sed non totus propter periculum: ergo, et cet.

I T E M esto quod sit ita parum de aqua, quod non possit mergi nisi vna pars: quæritur, vtrum possit baptizari. Et quod sic, videtur, quia est ibi verbum, et elementum: et elementum habet virtutem regenerationis vt similitudinem: ergo et efficaciam: ergo non est necesse totum immergi.

CON-

CONCLUSIO.

Baptismus potest ministrari aspergendo, et immergendo: licet securius et vtilius sit immergendo eum ministrare.

R E S P. A D A R G. Dicendum quod præsumitur, quod Apostoli baptizauerint aspergendo, et mos ille seruatur adhuc in pluribus Ecclesijs, et maxime in Ecclesia gallicana. Seruari autem potest propter hoc, quod est ibi integra ratio sacramenti. Et seruari debet cum necessitas imminet, aut propter infirmitatem baptizantis, quia manus sunt debiles: vel quia rudis est, timetur ne lædat puerum: vel propter infirmitatem, vel impotentiam baptizati, vt pote si non esset totus natus: vel propter penuriam elementi, vt si sit modicum de aqua. Mos tamen communis Ecclesie est baptizare immergendo, secundum quod tangit Magister in littera, et Sancti dicunt, et modus est iste: Sacerdos enim debet puerum tenere per latera, et versa facie ad aquam debet mergere, ita quod habeat caput primo versus orientem, secundo versus aquilonem, tertio versus meridiem. Hæc tamen ad sollempnitatem spectant. Potest igitur vtroque modo baptizari, tamen conuenientius, et aptius, et securius est baptizare immergendo: et si fatis est de aqua, totum corpus debet immergi. Si parum, sufficit si sit tantum de aqua, quod immergi possit pars principalis, vt caput, et pectus vel caput tantum, vel facies tantum, quia sunt ibi omnes sensus, et ibi maxime viget operatio animæ, et secundum illam maxime attenditur ratio imaginis secundum corpus qualecumque sit, et ratione totalitatis sensuum signat totalitatem mortis et curationis, non sic autem est de genitalibus membris: et sic patet per totum.

ARTICVLVS III.

C O N S E Q V E N T E R est quæstio de tertio articulo, scilicet de cessatione circumcissionis. Et circa hoc quæritur duo. Primo quæritur, vtrum circumcisis debuerit cessare. Secundo, vtrum cessauerit ante promulgationem Euangelij, vel post.

QVÆSTIO I.

An circumcisio debuerit cessare.

Alex. Alenf. 4. p. q. 4. Membr. 9. Rich. 4. Sent. d. 1. art. 6. q. 4. Tho. Arg. 4. Sent. d. 1. q. 3. art. 4. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 3. q. 12. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 1. q. 23.

AD OPPOSITVM. Genes. 17. c.

Vòd nõ debuerit cessare, ostenditur. Primo auctoritate canonis. Dicitur enim: In donatione circumcissionis erit pactum meum in carne vestra in fœdus æternum: ergo videtur quod circumcisio æternaliter debeat durare: sed quod æternaliter durat, non habet finem, nec terminum: ergo, et cet.

Rom. 2. d. 2. I T E M: Circumcisio prodest, si legem obserues: ergo videtur quod sit vtile seruantibus legem seruare circumcissionem: ergo non cessauit. Si tu dicas, Apostolum esse locutum pro tempore ante Euangelium. Contra: Vbi prohibet circumcissionem dicit: Testificor omni homini circumcidenti se, quod debitor sit vniuersæ legis faciendæ. Sed qui male agit, non obligatur ad peius: ergo si circumcissus tenetur ad legem, circumcisio non est malum: ergo circumcisio non cessauit.

Gal. 5. a. I T E M hoc ipsum videtur ratione: quia Christus non tantum verbis instruxit nos, sed etiam factis. Vnde etiam auctoritas dicit, quod omnis Christi actio nostra fuit instructio. Sed Christus circumcissus fuit, sicut dicitur: ergo si membra debent assimilari capiti: tunc ergo videtur, quod necessarium sit et nos circumcidi: videtur enim quod sicut baptizari voluit, vt formam daret, ita etiam circumcidi.

3. I T E M ratio quare aliqua legalia cessauerunt, est quia significatum eorum impletum est: et ratio quare aliqua durant, est, quia signant quod semper faciendum est: ideo remansit thurificatio. Sed signatum circumcissionis non implebitur vsque ad octauam resurrectionis vltimæ: et iterum signat aliquid quod semper faciendum est, sicut amotionem superfluitatum: ergo semper deberet durare.

4. I T E M sacramenta legis gratiæ sic succedunt sacramentis legis scriptæ, sicut illa sacramentis legis naturæ: sed decimatio, quæ fuit remedium contra originale tempore legis naturæ, simul mansit cum circumcissione: ergo pari ratione circumcisio cum baptismo. Propter hoc est quæstio, qua necessitate cessauit: cum enim non habeant repugnantiam hæc duo remedia, et aliqui acceptant vnum, qui non acceptant reliquum, de bonitate diuinæ misericordiae est, quod vtrumque maneret, vt Deus haberet maiorem populum, et pluribus modis curaretur nostrum vulnus.

5. I T E M Quod cessauerit, ostenditur. Ego pau- FVNDAMENTA. Gal. 5. a. Hebr. 7. b. I T E M Translato sacerdotio, necesse est vt legis translatio fiat: sed oportuit sacerdotium transferri: ergo et legem: et si hoc, tunc et sacramenta legalia. Sed inter hæc præcipuum et magis notabile est circumcisio, tamquam aliorum fundamentum: ergo, et cet.

I T E M circumcisio fuit ad distinguendum populum a populo: sed Christus lapis angularis filius Dei dispersos congregauit in vnum, et duos parietes iunxit: et vnus pastor vnum ouile habere debuit: ergo necesse est in lege noua illud signum aboleri.

I T E M aut baptismus datus est in remedium sufficiens, aut non. Si non: ergo sacramenta nouæ legis sunt imperfecta: ergo et lex noua, quod est inconueniens. Si est perfectum remedium contra originale peccatum, et ille morbus est simplex non iterabilis: ergo adueniente baptismo superflua est circumcisio: ergo si omne superfluum a lege Dei est rescandum, patet, etc.

6. I T E M Iste morbus est simplex non iterabilis: ergo adueniente baptismo superflua est circumcisio: ergo si omne superfluum a lege Dei est rescandum, patet, etc.

CONCLUSIO.

Cum Baptismus loco circumcissionis fuerit institutus, circumcisio debuit cessare, quia baptismus expressius significat et efficacius curat, et lenius fertur.

R E S P. A D A R G. Dicendum quod sicut dicit canon Euangelicæ legis, non solum circumcisio, sed etiam omnia sacramenta legalia destiterunt aduenientibus sacramentis nouæ legis, eo quod sacramenta illius temporis huic tempore non conueniebant, tum quia erant obscura quantum ad significantiam, erant enim velamen, tum etiam quia parua virtutis quantum ad efficaciam, tum etiam quia grauius quantum ad obseruantiam. Et hæc omnia legi illi competebant, quæ erat lex figuræ, et oneris ad confringendam duritiam, et superbiam ceruicis iudaicæ. Lex autem noua opposita habet conditiones, quia est lex veritatis, et gratiæ, et suauitatis. Quia lex per Moysen data est, gratia, et veritas per Iesum Christum facta est, sicut dicitur: Et omnis suauitatis, lex Iugū enim meum suauis est, et onus meum leue, sicut dicitur. Et ideo debuit habere sacramenta expressiora ad signandum, efficaciora ad curandum, et leniora ad portandum: et ideo omnia illa sacramenta cessauerunt, et alia sunt instituta.

Lib. 29. con instituta. Vnde Augustinus contra Faustum: Prima facta *17a Fausti* sacramenta, quæ obseruabantur, prænunciatiua erant *6. 12. 20. 6.* Christi venturi, quæ cum suo aduentu Christus complefferet, ablata sunt, et alia instituta, virtute maiora, vtilitate meliora, actu facilliora, et numero pauciora. Ex hoc ergo patet responsio, quod cum sacramentum baptismi sit institutum loco circumcissionis, quod circumcisio cessare debuit, maxime cum illud sacramentum sit expressius in signando, efficacius in curando et lenius in portando. Hoc autem totum patet respicienti conditiones, et proprietates vtriusque.

1. Ad illud ergo quod obijcitur, quod data sunt in frædus æternum, dicendum quod illud non oportet intelligi ita æternum quod careat fine. In eadem enim littera Dominus dicit quod dabit eis terram in possessionem æternam: et constans est quod terram promissionis Iudæi non possident: et propter hoc distinguendum est de æterno. Dicitur enim æternum tripliciter, aut quantum ad durationem, aut quantum ad finis in determinationem, aut quantum ad significationem. Primo dicitur dupliciter, aut quia caret principio, et fine: Qui viuuit in æternum, creauit omnia simul: aut quantum ad priuationem termini. Statur ea in æternum. Similiter secundo modo dicitur dupliciter, aut quia non ita sit semel, quin oporteat fieri pluries: et sic dicitur:

Seruiet æterno, qui paruo nesciet vii.
Aut quia nõ determinatur terminus: et sic dicitur sacerdotiu Aaron æternum, quia non determinauit Dominus, quando cessaret. Tertio modo dicitur dupliciter, aut quia signat æternum: et sic est terra promissionis data in possessionem æternam. Aut quia signat, et ducit in cognitionem vitæ æternæ: et sic dicitur circumcisio æterna. Et isti tres vltimi modi habentur a Glossa super Genesim.

2. Ad illud quod obijcitur de hoc quod dicitur: Circumcisio prodest, *et cetera.* dicendum quod hoc dicit Apostolus secundum statum illum, in quo erant lex, et circumcisio obseruanda: secundum enim nullum statum profuit circumcisio sine legis obseruantia: idẽ enim ipse, qui præcepit circumcissionem, mandauit et legem: si ergo aliquis seruet circumcissionem, et contemnat legem, etiam in tempore legis non proderat: proderat autem si vtramque seruabat, non tantum carnaliter, sed spiritualiter.

3. Quod ergo obijcitur, quod pro tempore Evangelico dicit: Testificor omni homini circumcidenti se, *et cetera.* Dicunt aliqui hoc dixisse Apostolum ad terrorem. Sed tamẽ illud non sufficit: idẽ plus oportet dicere, quod est obligatio ex diuino præcepto, et est obligatio ex conscientia dictamine. Ex diuino præcepto nemo obligatur, quia illud est reuocatum. Sed qui habet conscientiam se teneri ad circumcissionem, quia adhuc stat diuinum mandatum, per eandem rationem necesse est quod habeat conscientiam obseruandi omnia mandata legis. Vnde Apostolus facit argumentum per impossibile a destructione consequentis sic: Pseudo apostoli dicebant, quod tenebantur circumcidi, sed non debebant alia legalia obseruari: et Apostolus dicit quod si tenentur ad hoc præceptum, cum ita sint alia præcepta vt illud, tenentur ad omnia. Si enim anima Sortis est mortalis, et omnis anima: tamen vtrumque est falsum, et vno inconuenienti posito multa sequuntur. Vnde per hoc quod non erat tota lex seruanda, volebat Apostolus arguere, quod circumcisio non esset seruanda.

4. Ad illud quod obijcitur de Christo, quod Christus fuit circumcisus, dicendum quod Christus omnibus operibus suis nos erudit: sed tamen non omnia fecit ad imitationem, sicut opera miraculosa, et alia plura. Ratio autem quare Christus voluit circumcidi, fuit triplex scilicet in fidei argumentum, humilitatis exemplum, et legis complementum. In fidei argumentum, quia de Iudæis erat secundum carnem: et pro-

Rationes 17. ponis. Th. 3. p. 9. 37. 171. 2.

pter ipsum specialiter de illo genere nasciturũ signandum instituta est circumcisio. Ne ergo videretur diffimilis patribus, et non ille esse qui fuit promissus: et ne per hoc possent Iudæi suum palliare errorem: ideo debuit circumcidi. Secundo propter humilitatis exemplum, propter quod subiecit se legi, et omnibus legalibus, cum tamen sub nullo esset. Tertio fuit circumcisio in legis complementum: vnde suscipiendo circumcissionem, impleuit legem: et implendo, cessare fecit, quia legem non destruxit, sed compleuit, dum veritatem significatam exhibuit. Et hoc est quod dicit Augustinus contra Faustũ, quod sacramenta veteris legis in aduentu Christi impleta sunt, et ideo ablata, quia impleta. Et hæc ratio triplex trahitur de homilia Augustini de circumcissione pueri: et sic patet quod Christus noluit, quod alij imitarentur cum in hoc, sed quod magis ex hoc erudirentur.

5. Ad illud quod obijcitur, quod significatum eius nondum est impletum, dicendum quod circumcisio et habebat principale significatum, et hoc erat originalis delictio: et habebat consequens, scilicet liberationem a miseria per Christum in octaua resurrectionis. Et quoniam impletum est quantum ad principale signatum in baptismo, et quantum ad consequens in capite nostro Christo, qui resurrexit die octauo, ideo debuit cessare. Sed quod adiungit, quod debet manere vt thurificatio, dicendum quod thurificatio non manet solum propter hoc quod significat, quod faciendum est, sed etiam quod exterior obseruantia quodam modo moralis est: et etiam quia facilis est: et propterea Ecclesia non retinuit de lege, sed instituit: quia alio modo illi thurificabant.

6. Ad illud quod obijcitur, quod circumcisio non aufert decimationem, dicendum quod circumcisio non fuit remedium vniuersale, sed particulare: nec omnes ad illam obligabantur: et ideo decimatio adhuc habebat locum. Sed ad baptismum omnes obligantur, et est remedium vniuersale, et sufficiens: et ideo si remaneret circumcisio, plus haberet oneris, quàm vtilitatis. Et sic patet vltimum, quia Dominus noluit, quia non competeat huic tempori tum propter penalitatem, tum propter particularitatem, tum propter effectus modicitatem.

Lib. 29. contra Faustũ c. 9. et 20. Luca 2. d.

QVÆSTIO II.

An circumcisio cessauerit ante promulgationem Evangelij.

Alex. Alenf. 4. p. quæst. 4. Memb. 9. Richardus 4. Sent. dist. 1. art. 6. q. 4. Scot. 4. Sent. dist. 3. q. 4. Durandus 4. Sent. dist. 1. q. 2. Stephanus Brulef. 4. Sent. dist. 3. q. 13. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 3. q. vltima.

VTRVM circumcisio cessauerit ante promulgationem Evangelij. Et quod sic, videtur: Lex et propheta vsque ad Ioannẽ, *et cetera.* *Mat. 11. b* aut hoc dictum est inclusive, aut exclusive. Sed quocumque modo hoc dictum est, cum defecerit Ioannes, et eius baptismus ante passionem, videtur quod et lex, et sacramenta legalia defecerunt ante promulgationem Evangelij.

2. I T E M ratio quare circumcisio cessauit, fuit legis impletio, et legalium: sed hæc omnia impleta sunt in passione, cum dictum est: Consummatum est; et velum templi scissum est: ergo si hoc fuit ante Evangelij promulgationem, ante defecit: et hoc trahitur ex pluribus locis de libro quæstionum noui, et veteris testamenti, vt Magister dicit in littera,

Ioan. 19. e

3. I T E M

3. I T E M specialis ratio cessationis circumcissionis fuit institutio nobilioris sacramenti loco eius: sed baptismus est institutus ante passionem, et Evangelij promulgationem: ergo ante cessauit circumcisio.

4. I T E M ad hoc est auctoritas Hieronymi ad Augustinum, quæ ponitur in Glossa. Sunt vtique mortiferæ caeremoniæ Iudæorum omnibus fidelibus: finis enim legis Christus, *et cetera.*

5. I T E M nullus obligatur ad id, quod ignorat, et nõ potest scire: sed multi erant, ad quos non peruenerat institutio baptismi: ergo illi non tenebantur baptizari: ergo si Deus non reliquit eos sine remedio, adhuc post passionem circumcisio habuit effectum, et statũ.

6. I T E M Augustinus ad Hieronymũ: Circumcisio, et alia legalia non erant noxia, licet iam non essent signanda futuris necessaria: magis noxiũ erat ea quasi noxia prohibere. Est ergo hic quæstio, cum videatur hic esse multiplex contradictio, quid tenendum sit: nam Petrus videtur sibi contrarius, qui dicitur quod non erant legalia seruanda, et postmodum Iudaizabat, sicut dicitur.

7. I T E M Paulus videtur sibi contrarius, qui reprehendit Petrum, et postmodum circumcidit Timotheum, et seruauit votum Nazaræorum. De primo dicitur Act. 16. De secundo Act. 21.

8. I T E M Petrus videtur contrarius Paulo, et e conuerso, quia dicitur, quod Paulus resistit Petro in faciem: ergo dissenso videtur in hoc fuisse inter columnas Ecclesiæ.

9. I T E M Hieronymus videtur contrarius Augustino, sicut patet in Glossa: quod aperte contradicant hoc apparet in eorum Epistolis, quibus sibi respondent. Vnde Hieronymus in Epistola ad Augustinum: Tu dicis legalia obseruare bonum, ergo affirmo malum, non modo eis, qui ex gentili, sed etiam qui ex iudaico populo crediderunt.

CONCLUSIO.

Circumcisio et legalia non cessauerunt ante promulgationem Evangelij quantum ad obseruantiam, nec quantum ad efficaciam vniuersaliter, quia creditur in his, qui discunt, habuisse efficaciam.

R E S P. A D A R G. Ad prædictorum intelligentiam aperienda est via duplex, quam præcipui doctores, scilicet Hieronymus, et Augustinus tenuerunt in huius quæstionis determinatione. Et primo ad intelligendam solutionem Hieronymi sciendum est, quod beatus Hieronymus duo tempora intellexit in nouæ legis datione, et sacramentorum suorum institutione. Vnum scilicet tempus condendi Evangelium, quod incæpit ab aduentu Christi vsque ad passionis consummationem. Aliud fuit promulgationis Evangelij, quod incæpit ab aduentu Spiritus sancti vsque ad finem mundi. Similiter intellexit quod mandata legalia, et caeremonialia dupliciter conuenit seruare, vel ex præcepto tamquam necessaria ad salutem, vel ex dispensatione, non quia bona sunt, sed quia inde elicitor bonum. Concessit ergo Hieronymus legalia maxime circumcissionem seruari debere, quousque veritas Evangelij promulgaretur, et institutio nouæ legis aperiretur: et hoc in toto primo tempore. Sed illis incipientibus aperiri, illa cessabant, sicut ista incipientibus ita vt nulli post acceptam notitiam ve-

2. via Hieronymi.

ritatis liceret seruare huiusmodi sacramenta aliquo modo, nisi illis solum, ad quos non peruenerat prædicatio Evangelij, vel etiam ipsis Apostolis maioribus ex dispensatione, et pia quadam simulatione: ceteri autẽ erant transgressores qualitercumque seruarent. Et ad hoc ponendum mouit eum auctoritas sacrae Scripturæ, et auctoritas Ecclesiæ. Auctoritas sacrae Scripturæ: nam omnes Apostoli consenserunt legalia non esse seruanda. Rursus: Videbat Apostolos alicubi post illam sententiam seruasse, et dicebat primam sententiam datam esse secundum rigorem veritatis, sed obseruationem factam esse secundum simulationem pietatis, secundum quod dicit Apostolus: Omnia enim factus sum Iudæis tamquã Iudæus, *et cetera.* et hoc pia quadam simulatione. Auctoritas Ecclesiæ etiam mouit, quia sancti patres communiter damnauerunt hæresim Hebionis, et Chierinthi, qui dixerunt legalia cum Euangelio esse seruanda: et propter hoc dicebant pia quadam, et dispensatoria simulatione esse seruata propter infirmitatem Iudæorum. Sic dicit Hieronymus quod Petrus seruabat legalia quadam simulatione, secundum quod Apostolus dicit vt etiã Barnabas duceretur in hanc simulationem. Et dixit etiam, quod Paulus pia quadam simulatione reprehendit Petrum, qui nec peccabat: vt sicut Petrus condescendebat Iudæis in legalium obseruatione, ita Paulus in illius obseruantia reprehensione gentibus. Et ita nec Petrus peccauit in male obseruando, nec Paulus in procaciter reprehendendo, sicut Porphyrius hæreticus Paulum arguebat, quod Apostolorum principi procaciter insultasset. Ecce hæc est positio Hieronymi et ratio positionis. Augustinus autem alio modo soluit. Ad cuius solutionem intelligendam, notandum est, quod Augustinus triplex tempus intellexit, scilicet tempus condendi Evangelium, promulgandi conditum, et custodiendi iam promulgatum. Primum tempus fuit ab aduentu Christi vsque ad passionis consummationem, et illo tempore sunt legalia infirmata, et in morte Christi mortua. Secundũ tempus fuit a passione Christi vsque ad diuulgationem Evangelij in omnes gentes, quando potuit dici: In omnem terram exiuit, *et cetera.* et hoc tempore sunt legalia ad tumultum deducta. Tertium tempus fuit ab illo tempore vsque ad mundi finẽ, in quo legalia sunt quasi in tumultu clausa. Vltimus notandum quod triplici de causa possunt aliqua obseruari, scilicet propter salutis necessitatem, propter honestatem, propter proximi infirmitatem. Dixit ergo Augustinus quod primo tempore legalia seruari poterant tamquam via propter salutis necessitatem, vel vtilitatem. Secundo tempore seruari poterant etiam ab his, qui audierunt Evangelium propter honestatem, quia cum honore adducenda erat synagoga ad tumultum, non quasi idololatra statim abiicienda: et hoc etiam tempore seruari poterant propter proximi vtilitatem, ne Iudæi a fide reuocarentur. Tertio vero tempore nullo modo sunt seruanda, quia qui iam seruauit, non est materni corpusculi honorator, sed sepulture impudens reuelator. Et ita posuit quod Petrus, et Paulus vterque seruauerunt non tantum propter vitandum scandalũ proximi, sed etiam ad honorem debitum matri impendendum: et quod non tantum simulatorie, sed etiam veraciter obseruauerunt, non propter salutis necessitatem, quia sciebant ea non esse ad salutem necessaria. Similiter posuit, quod Petrus veraciter, non simulatorie reprehensus fuit a Paulo, non quia legalia seruabat, sed quia exemplo suo gentiles Iudaizare cogebat. Ratio autem sua hæc fuit: nam si fuit ibi tantum simulatio in obseruatione: ergo propter scandalum proximi vitandum licet relinquere veritatem. Et iterum: Quare modo non similiter liceret: quod nullus diceret. Rursus: De reprehensione Pauli, si simulate tantum reprehendit Petrus, falsum ergo dixit, et mentitus est, et quod non ambulabat ad veritatem

2. via Aug. Epistola ad Hier. 19. ro. 2.

Pf. 13. a

Ibid.

Gal. 2. e
Euan-

Act. 15. b

1. Cor. 9. d

Gal. 2. c

2. via Aug.

Epistola ad Hier. 19. ro. 2.

Pf. 13. a

Ibid.

Gal. 2. e

Euangelij, et quod reprehensibilis erat. Sed quis au-
deat dicere, quod Paulus in doctrina veritatis dispen-
satione sit mentitus? Quod si aliquis diceret, patebit
via hereticis, vt alia dicant simulate dicta. Et quia ipse
Augustinus doctor egregius verbis Hieronymi ad-
didit: nec mirum est, nec inconueniens, quod poste-
riores prioribus addant: ideo modo soluendi Augusti-
ni tamquam sufficientiori adherent, qui melius sen-
tiunt. Vnde Hugo de Sancto Victore dicit, quod cir-
cumcisio, et alia legalia quantum ad efficaciam cessa-
uerunt post passionem, sed quantum ad obseruantiam
cessauerunt post Euangelij promulgationem. Et præ-
ter rationem Augustini aliam rationem assignat, quia
nec natura, nec ratio sustinet repentinas immutato-
nes: et ne videretur lex noua præcipitanter data, cum
maturitate subtrahitur, et vetera transferunt. Ex his
patet responsio ad illud, quod queritur. Concedo enim
sicut rationes ostendunt, quod legalia quantum ad ob-
seruantiam non cessauerunt ante promulgationem,
nec etiam quantum ad efficaciam vniuersaliter, quia
creditor, sicut dicit Bernardus, quod habuerunt effica-
ciam in his, qui distabant, et præceptis adhuc restrin-
gi non poterant. In his autem qui scire poterant, nul-
lam efficaciam habebant.

1. Ad illud ergo quod obijcitur, quod lex, et pro-
pheta vsque ad Ioannem, et cetera. dicendum quod il-
lud intelligitur inclusiue, non quia tunc statim dese-
cerit, sed quia ex tunc legalis obseruantia infirmari
coepit.

2. Ad illud quod obijcitur de impletione, dicen-
dum quod impletio fuit causa cessationis: sed causa
ista non ponebat effectum, nisi claresceret: veritas
enim excludit ymbram tantum dum clarificatur, quia
vulnus tenetur ad incognitum.

Seco. d. 3. q. 4.
vsque ad
ascensionem
erat neces-
saria cir-
cisio iudaica,
et efficax.
Hug. li. 2. p.
c. 4.
S. Tho. non
obligaban-
tur ex vi
præcepti.
Determina-
tio Doct.

3. Ad illud quod obijcitur de institutione baptis-
mi, dicendum sicut tactum est, quod institutio erat
causa euacuationis, sed actu non faciebat cessare, nisi
prius pateret sacramenti utilitas, et necessitas. Sed hæc
non fuit indicta in aperto vsque post passionem. Do-
minus enim dicit Nicodemo: Nisi quis renatus fue-
rit, etc. sed hoc dixit quasi consilium in occulto.

4. Ad illud quod obijcitur de Hieronymo, dicen-
dum quod Augustinus dicit Hieronymi addidit, et
clarius hoc vidit, et ideo eius dictis standum est. Nam
et ipse Hieronymus his addendum, et hæc corrigenda
sibi commisit. Ex his patet repugnantia, nam Petrus
primo dictauit legalia non esse obseruanda: et ideo
non esse gentilibus imponenda. Sed tamen postmo-
dum ipse seruauit, ostendens quod propter statum in
quo aliquando fuerant, essent honoranda. Idem ipsum
de Paulo est dicendum. De controuersia Petri, et Pau-
li, dicendum quod idem senserunt omnino, et tamen
Petrus iste reprehensus est, quia reprehensibilis erat,
non quia male faceret, sed aliquantum incaute: et
ille defectus circumspeditionis credo quod fuit in eo
aliqua culpa, licet non esset mortalis: et diuina dispen-
satione hoc permissum est; vt dum Petrus reprehen-
sus desisteret, clarius veritas patesceret: et quod Pe-
trus exemplum imitandi in actu suo nollet dare. Vnde
erat reprehensibilis, id est vtilis reprehendi, et dignus,
quia ad veritatem Euangelij non ambulabat, id est non
vsquequaque, quia ex hoc veritas conculcabatur: et
ideo Paulus bene fecit, et vtiliter, quia coram omni-
bus eum reprehendit. Nec est excusandus Petrus ab
vna leui negligentia, ne Paulus accusetur grauius men-
dacijs culpa. Ad vltimam contrarietatem patet respon-
sio ex prædictis.

Ioan. 3. 8.

Augustini
opinio lura-
datur.

eum accedit ad sacramentum fidelium, nisi peniteat eum veteris vite, nouam non potest in-
choare. Ab hac penitentia, cum baptizantur, soli paruuli immunes sunt. His alijsq. testimo-
nijs aperte ostenditur, adultis sine fide et penitentia veram in baptismo non conferri gratiam
remissionis, quia nec paruulis sine fide aliena, qui propriam habere nequeunt, datur in ba-
ptismo remissio. Si quis ergo fide accedit, non habens veram cordis contritionem, sacramen-
tum sine re accipit: Videtur tamen Augustinus dicere, quod etiam fide accedenti, qui etiam
habet odium fraternum, in ipso momento quo baptizatur, omnia condonentur peccata, et post
baptismum mox redeant. Sed non hoc asserendo dicit, immo hanc opinionem et præmissam sen-
tentiam conferendo, ait enim quod his qui fide corde baptizantur, aut peccata nullatenus
dimituntur: quia Spiritus sanctus disciplina effugiet fictum: aut in ipso temporis puncto per-
viam sacramenti dimissa, iterum per fictionem replicantur: vt etiam illud verum sit: Quot-
quot in Christo baptizati estis, et cet. et illud: Spiritus sanctus disciplina effugiet fictum: id est
vt induat eum Christum sanctitas baptismi, et exuat eum Christum pernicies fictionis. Nam
redire dimissa peccata, vbi fraterna charitas non est, aperte Dominus docet etiam in illo ser-
uio, a quo Dominus dimissum debitum petijt, quia ille conseruo dimittere noluit. Sic non im-
peditur baptismi gratia, quo minus omnia peccata dimittantur, etiam si fraterium odium in
eius, cui dimittuntur, animo persequatur. Soluitur enim hesternus dies, et quidquid superest: et
soluitur etiam ipsa hora, momentumq. ante baptismum, et in baptismo. Deinceps autem con-
tinuo reus incipit esse, non solum consequentium, sed etiam præteritorum dierum, horarum,
momentorum, redeuntibus omnibus, que dimissa sunt. Hoc autem, vt prædiximus, non sub as-
sertione dixit: quod ostenditur ex eo quod ait in eodem libro sic: Si ad baptismum fictus ac-
cedit, dimissa sunt ei peccata, aut non sunt dimissa? eligant quod voluerint. Ecce aperte cernit,
se tamen attendis, id dixisse Augustinus non asserendo, sed querendo, et aliorum opinionem
referendo. Idem enim ait: Tunc valere incipit ad salutem baptismus, cum illa fictio veracem
confessione recesserit: que corde in malitia perseuerante, peccatorum ablutionem non sinebat
feri. Non ergo fide accedenti peccata dimittuntur.

Lib. de ba-
ptismo con-
tra Donati-
stas l. c. 12.
10. 7.

De consecr.
dist. 4. c.
Quo modo
exaudit
Deus in st.
Sap. 1. b
Mat. 18. d

In initio c.
12. De cof.
dist. 4. c. O-
stenditur il-
los.
Ibidem.
De cof. dist.
4. tunc va-
lere.

Quo modo intelligatur illud: Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis.

Quæritur ergo quo modo illud accipiat: Quotquot in Christo baptizati estis, Gal. 3. d
Christum induistis. Potest dici, quod qui in Christo, id est, in Christi conformitate baptizan-
tur, si vt moriantur vetustati peccati, sicut Christus vetustati pæne, induunt Christum, quem Rom. 6. d
per gratiam inhabitantem habent. Potest et aliter solui: Duobus enim modis Christum indu-
ere dicimur, vel assumptione sacramenti, vel rei perceptione. Vnde Augustinus: Induunt ho-
mines Christum aliquando vsque ad sacramenti perceptionem, aliquando vsque ad vite san-
ctificationem: atque illud primum bonis et malis potest esse commune, hoc autem est proprium
honorum et piorum. Omnes ergo qui in Christi nomine baptizantur, Christum induunt vel se-
cundum sacramenti perceptionem, vel secundum vite sanctificationem.

Ephes. 4. c
Lib. de ba-
ptismo con-
tra Donati-
stas l. c. 24.
10. 7.

D I S T I N C T. I V. P A R S I.
DE DIVERSITATE SVSCIPIENTIVM
B A P T I S M A.

Quorum
dam error.
Lib. de ba-
ptismo par-
uulorum
qui est Epif.
23. 10. 2.



IC dicendum est, aliquos suscipere sacramentum et rem sacramenti, aliquos
sacramentum et non rem, aliquos rem et non sacramentum. Sacramentum et
rem simul suscipiunt omnes paruuli, qui in baptismo ab originali mundan-
tur peccato: quamuis quidam diffiteantur illis, qui perituri sunt paruulis, in
baptismo dimitti peccata, inuitentes illi verbo Augustini: Sacramenta in
solis electis efficiunt quod figurant: non intelligentes illud ita esse accipien-
dum, quia cum in alijs efficiant sacramenta remissionem, non hoc eis faciunt ad salutem, sed
solis electis. Nam quod omnibus paruulis in baptismo remittatur peccatum per baptismum,
Augustinus euidenter dicit. A paruulo, inquit, recenter nato vsque ad decrepitem senem,
sicut nullus prohibetur a baptismo, ita nullus est, qui non peccato moriatur in baptismo: sed
paruuli tantum originali, maiores vero etiam omnibus, que male viuendo addiderunt ad il-
lud quod nascendo traxerunt, nisi enormitas vite impediatur. Adulti quoque, qui cum fide ba-
ptizantur, sacramentum et rem suscipiunt.

In Ecb. ca.
43. 10. 3.
Habetur
de cons. d. 5
a paruulo.
Comm. ad
16. c. Ezech.
super eo lo-
co, in aqua
non est lota
et citatur
in Glossa.
Ibidem.

Enarratio-
ne in Ef. 77
in princ.
a Aug. li. de
panit. med.
c. 2. 10. 9.

Quæritur sine fide, vel fide accedunt, sacramentum, non rem suscipiunt. Vnde Hieronymus:
Sunt lauacra gentilium, hereticorum: sed non lauant ad salutem. In Ecclesia etiam, qui non
plena fide accipiunt baptismum, non spiritum, sed aquam suscipiunt. Augustinus etiam ait: Lu-
deis omnibus communia erant sacramenta, sed non communis omnibus erat gratia, que est
virtus sacramentorum: ita et nunc communis est baptismus omnibus baptizatis, sed non vir-
tus baptismi, id est, ipsa gratia. Item: Omnis, qui iam sua voluntatis arbitrio constitutus est.

De fide accedentibus.

D I S T I N C T. I V.

De baptismo per comparisonem ad recipientes.

Hic dicendum est aliquos suscipere sacramentum,
et rem sacramenti, et cetera.

Expositio textus.

Diuisio.

SVPRA egit Magister de baptismo secun-
dum se. Hæc est secunda pars, in qua
agit de baptismo in comparisonem ad re-
cipientes. Et diuiditur hæc pars in duas
partes. In prima agit per comparisonem
ad communiter recipientes. In secunda specialiter
quantum ad paruulos, infra in fine huius distinctio-
ne, ibi: Solet etiam quæri, si paruulus in baptismo da-
tur, et cetera. Prima pars habet duas, in prima Ma-
gister agit de recipientibus sacramentum. In secunda
de recipientibus sacramenti rem tantum, ibi: Sunt
et alij, vt supra posuimus, qui suscipiunt rem, et non
sacramentum. Prima pars habet duas partes. In prima
præmissa varia conditione accipientium agit de acci-
pi-

pientibus rem, et sacramentum. In secunda autem,
de recipientibus sacramentum tantum non rem, ibi:
Qui vero sine fide accedunt. Prima pars in duas. In
prima determinat veritatem. In secunda dissoluit
dubitationem, siue remouet falsitatem, ibi: Quamuis
quidam diffiteantur illis, et cetera. Similiter secunda
pars, in qua agit de fide accedentibus ad sacramen-
tum, duas habet. In prima determinat veritatem.
In secunda vero remouet dubitationem, ibi: Videtur
tamen Augustinus dicere, quod fide accedenti, et cet.
Et ibi primo determinat dubium ortum ex auctorita-
te Augustini. Secundo vero determinat dubium, quod
ortum habet ex auctoritate Apostoli, ibi: Quaritur
ergo, quo modo illud accipiat.

Nisi peniteat eum veteris vite, nouam non potest
inchoare. Dub. 1.

Videtur Augustinus male dicere, quia si hoc verum
esset, tunc penitencia deberet præcedere baptismum:
ergo baptismus non est primum inter sacramenta,
quod est contra Magistrum, et communem opinionem.
R E S P O N D. Dicendum quod Augustinus non
loquitur de penitentia sacramento, sed de peniten-
tia

Aug. lib. de
medicina
c. 2. 10. 9.
Et habetur
de consecr.
di. 4. c. opi-
nis qui.

S. Bon. To.

ria virtute tantum, cuius actus præcedit in adultis baptisimo sacramentum: nec tamen oportet quod actus penitentiae formata, qui dicitur contritio, præcedat: sed sufficit quod actus informis, ut pote attritio: atteri enim penitere est.

Nec paruulis sine fide aliena, qui propriam habere nequeunt, datur in baptismo remissio.
Dub. I I.

Videtur male dicere, quia secundum hoc si parentes sint infideles, tunc videtur quod paruulus damnatur: hoc autem est inconueniens, et contra Augustinum. Nam sicut dicit Augustinus ad Bonifacium: Esto quod parentes ducant filios suos per ignem, nihil eis obest parentum infidelitas. Si tu dicas, sicut dicit Augustinus ad Bonifacium, quod habet virtutem a fide Ecclesie, quia adest: esto tunc quod nullus sit fidelis, videtur quod sacramentum nullam habeat virtutem. Sed hoc falsum est, quia baptizatus est, et nullam fictionem habuit: ergo recepit effectum baptisimi.

Aug. ad Bonifac. Epist. 23. to. 2.

Aug. Ibid. Dist. 1. art. 2. q. 1.

Aug. ad Bonifac. Epist. 23. to. 2.

Mat. vlt. d.

Tunc valere incipit, et cet. cum illa fatio veraci confessione, et cet. Dub. III.

Contra: Videtur secundum hoc, quod confessio expellat fictionem: sed hanc non potuit expellere baptisimus: ergo maioris virtutis est confessio, siue penitentia, quam baptisimus.

RESP. Dicendum quod confessio in quantum est sacramentalis non expellit fictionem, sed in quantum est actus voluntarius recedens a malo volito, vel proposito: et ita non expellit per naturam sacramenti, sed per naturam libertatis voluntatis, cum sacramento penitentiae: quæ voluntas si adesset in baptismo, omnem culpam deleteret: et ita ex hoc non sequitur, quod penitentia sit maioris virtutis.

Induunt homines Christum aliquando usque ad sacramenti perceptionem. Dub. IV.

Videtur male dicere, quia nullus induit Christum, in quo non sit receptio, secundum illud Apostoli: Induite nouum hominem, qui secundum Deum crea-

tus est in iustitia, et sanctitate veritatis. Item: Indutio dicitur aliquem habitum: ergo cum in ficto nullus habitus detur de nouo, videtur quod nihil induat.

RESP. Dicendum quod induere Christum est aliquem habitum accipere, per quem homo fiat aliquo modo conformis Christo. Conformati autem Christo est dupliciter, aut exterius, aut interiorius. Et interiorius dupliciter, aut per charitatem vnientem, et transformantem in eum, qui amatur: et fidem similiter conformantem, aut per aliquid gratis datum ad hoc preparans, et disponens. Dico ergo quod viri sancti et charitatem habent, et bona opera, et conuersationem sanctam, et sacramentum ceperunt, et Christum induerunt quantum ad sacramenti susceptionem, et conformationem in conuersationem exterius, et interiorius similiter. Sed sicte accedentes quia exterius suscipiunt signum, vel quod est signum passionis, et mortis, et resurrectionis, et interiorius charitatem, quæ ad gratiam disponunt, Christum aliquo modo induunt, sed imperfecte: quia quamuis non remoueantur, tamen nouo homini quodam modo similes fiunt: et sic patet vtrumque obiectum: procedunt enim secundum quod indutio dicit conformitatem secundum habitum perfectum, et cet.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam huius partis duo principaliter queruntur. Primo queritur de suscipientibus sacramentum baptisimi digne. Secundo de suscipientibus sicte. Circa primum queruntur tria. Primo queritur, vtrum baptisimus indigne suscipientibus deleat omnem penam. Tertio queritur, vtrum in omnibus æqualem habeat efficaciam.

QVÆSTIO I.

An baptisimus indigne suscipientibus deleat omnem culpam.

Alex. Alenf. 4. p. q. 8. Memb. 8. art. 2. S. Tho. 3. p. q. 69. art. 1. Et 4. Sent. dist. 4. q. 1. art. 1. q. 1. Et 4. contra Gent. 6. 59. et 72. Richardus 4. Sent. dist. 4. art. 3. q. 1. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 4. q. 1. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 4. q. 1. Gabr. Biel. 4. Sent. dist. 4. q. 1.

Vò d in digne suscipientibus deleat omnem culpam, ostenditur sic. Super illud, Nec vnus ex eis remansit, Glossa: Omnia peccata ablata sunt in baptismo, potentia diaboli est submersa.

ITEM baptizatus si statim post baptismum moretetur, euolaret statim, sicut dicunt sancti et Beda quod baptisimus aperit celum. Sed nullus statim euolat, in quo est aliqua culpa, quia perfectio gloriæ non comparatur culpam: ergo baptisimus delet omnem culpam.

ITEM quantulumcumque gratia delet omne mortale, et etiam veniale, de quo est contritio: ergo si sacramentum baptisimi aliquid addit, videtur quod deleat omnem culpam.

ITEM sacramentum baptisimi est remedium perfectum, cum sit fundamentum legis perfectionis: ergo cum originale peccatum priuauerit hominẽ innocentia directe, et principaliter, non delet perfecte originale nisi restituendo innocentiam: sed non est innocens simpliciter, nisi qui caret omni culpa: ergo, et cet.

CONTRA: Diuersorum morborum diuersæ sunt medicinæ, sicut dicit Hieronymus. Quod non sanat

FVNDA-
MENTA.
Exod. 14. g.

Bed. in Luc. c. 3. in Glof. sed secundum suum ordinem c. 10.

AD OP-
POSITVM
Hieron. in Marc. 9.

sanat oculum, sanat calcaneum: ergo cum culpæ sint diuersæ, non tantum specie, sed genere, vt pote originali, et actualis, et mortalis: ergo ad hoc quod curentur, necesse est quod diuersæ adhibeantur spirituales medicinæ: sed baptisimus est vnicum sacramentum: ergo non delet omnem culpam.

ITEM gratia baptismalis est gratia incipientium: sed status incipientium magis est compassibilis culpæ, quam proficientium, et perfectorum: et gratia incipiens magis compatitur culpam, quam proficiens, vel perfecta: sed gratia in proficientibus, et etiam perfectis compatitur aliquam culpam, scilicet venialem: ergo multo fortius gratia baptismalis.

ITEM esto quod aliquis accedat ad baptismum cum motu venialis peccati, aut datur ei effectus sacramenti, aut non. Si non: ergo est fictus. Sed quicumque est fictus peccat mortaliter: ergo veniale peccatum illi est mortale, quod stultum videtur, si quis hoc dicit, quia ad nihil nouum obligatur. Si autem nõ est fictus: ergo recipit gratiam: et constans est, quod illa non delet culpam: quia tunc simul esset, et non esset talis culpa: ergo gratia baptismalis non delet omnem culpam.

ITEM si baptisimus deleat omnem culpam, cum sacramenta non sint nobis necessaria nisi ad culpam delendam, quia si non esset peccatum, non esset sacramentum: ergo cetera superfluum. Et ideo queritur, vtrum talis effectus debuerit dari alicui sacramento, et quare magis sacramento baptisimi, quam alicui aliorum.

CONCLUSIO.

Baptisimus digne suscipientis omnem delet culpam: et restituitur homo in pristinum innocentiam quantum ad animam.

RESP. AD ARG. Dicendum quod sicut auctoritates dicunt, et magistri communiter asserunt, in sacramento baptisimi si plene percipitur eius efficacia, et remedium, omnis culpa deletur, et restituitur homo in pristinam innocentiam quantum ad animam. Si queratur ratio huius propter quid, dicendum quod huius ratio causalis fuit diuina liberalitas, quæ tantam huic sacramento contulit efficaciam: si autem queratur ratio huius, potest congruitas triplex assignari. Prima potest esse ex parte eius, contra quod baptisimus est. Baptisimus enim proprie est contra originale, quod inter omnia peccata peiores in anima reliquit sequelas, et cuius corruptio est vniuersalis, et magna: et ideo congruum fuit, vt Deus magna efficaciam remedium institueret in contrarium, vt sicut in corruptione illius morbi manifestatur rigor diuinæ iustitiæ: sic etiã in remedio manifestaretur dulcedo diuinæ misericordiæ: vt non solum illi morbum, sed omnia quæ consequuntur annexa huius remedij virtute deleantur. Et hoc est quod dicitur: Non sicut delictum, ita et donum, et cet. Secunda congruitas est ratione eius, ad quod est, scilicet ad regenerandum. Vnde in hoc sacramento transfertur homo a potestate tenebrarum in adoptionem filiorum Dei, et maxime aperitur largitas diuinæ manus in primo reditu, et aduentu. Et hoc est quod dicitur: Per lauacrum regenerationis, et renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde.

1. Congr.

Rom. 5. c. 2. Congr.

Ti. 3. b

3. Congr.

Tertia congruitas est ratione ordinis, quia illud est primum inter omnia sacramenta, et fundamentum ad alia: ideo vt perfectum sternatur fundamentum, placuit diuinæ misericordiæ huic sacramento perfectam dare efficaciam ad delendam omnem culpam, vt posteriorum oblitus is qui baptizatus est, et quasi nouus effectus, omnino ad interiora extendat se. Et quia disposuit huic sacramento dare præcipuam efficaciam, et quod virtus passionis specialiter huic sacramento adesset, ideo dedit expressam significantiã: hoc enim inter cetera magis indicat animam fieri sanctã, et puram. Concedendum est ergo quod delet omnem culpam. S. Bon. To. j.

1. AD illud ergo quod obijcitur, quod diuersorum morborum diuersæ sunt medicinæ, et cet. dici potest quod hoc est verum in corporalibus, in quibus est actio virtutis, in spiritualibus autem vbi est maior communicatio bonitatis, secus est. Sed quia hoc diximus verum esse in spiritualibus propter hoc quod sacramenta distincta sunt: dicendum quod remediũ potest morbum respicere dupliciter, aut quia principaliter fit ad hoc, aut quia hunc curat tamquam annexum: dico ergo quod secundum quod diuersi sunt morbi spirituales, diuersæ etiam sunt medicinæ sacramentales principaliter ordinatæ ad illos. Si autem morbus habeat alium morbum coniunctum, et medicina perfectam habeat virtutem curandam, non tantum curat principalem, sed etiam annexum: et sic dico facere baptismum.

2. AD illud quod obijcitur quod gratia baptismalis est incipientium, dicendum quod gratia baptismalis habet duplicem comparisonem, scilicet ad bonum ad quod habilitat, et ad malum a quo curat, siue ad peccatum. Secundum primam comparisonem competit statui incipientium, sed quantum ad aliam comparisonem cum sit perfectum medicamentum habet vim gratiæ: et hoc ex diuina ordinatione, quæ in illo sacramento vult omnia delere, et innocentiam perfecte restituere.

3. AD illud quod obijcitur de motu venialis peccati, quidam respondent, quod veniale tunc efficitur mortale, quia negligit se preparare, et ad sacramentum disponere: non quia idem peccatum, quod est veniale, fiat mortale, sed quia ad idem contemptus, qui est mortalis. Sed hic sermo durus est, quia frequenter insurgunt veniales motus, etiam cum spirituales homines sint in perceptione diuinorum sacramentorum. Ideo dicunt alij, quod est fictio dupliciter, scilicet simpliciter, et secundum quid. Fictio simpliciter aufert totum effectum: et hæc est voluntate mortaliter peccandi. Fictio secundum quid, quæ est venialis, non impedit ingressum gratiæ, sed complementum gratiæ: vnde in tali non habet perfectum effectum. Aliter tamen potest dici, quod motus venialis non facit fictum simpliciter, sed ad tempus, quia gratiam non expellit, sed retardat, dum non elenat se ad recipendam diuinam gratiam: et quando talis motus cessat, credo quod statim baptisimus plenum effectum habeat: et hunc motum, et alia peccata deleat, etiam si non superueniat de illo contritio noua, et cet. Quod vltimo obijcitur, patet, quia baptisimus non est iterabilis. Et iterum. Aliquæ sequelæ remanent, quæ quamuis non sint culpa, inclinant tamen ad culpam: et ideo indiget remedijs alijs. Quare autem hoc sacramentum magis sit efficax, quam alia, patet ex iam dictis.

QVÆSTIO II.

An sacramentum baptisimi deleat omnem penam.

Alex. Alenf. 4. p. q. 8. Memb. 8. art. 2. §. 2. S. Tho. 3. p. q. 69. art. 2. Et 4. Sent. dist. 4. q. 1. art. 1. q. 2. Et 4. contra Gent. cap. 58. Richardus 4. Sent. dist. 4. art. 3. q. 2. Stephanus Brulef. 4. Sent. dist. 4. q. 2. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 4. q. 1. Petrus de Palude 4. Sent. d. 4. q. 1. Gabr. Biel. 4. Sent. dist. 4. q. 1.



VTRVM sacramentum baptisimi deleat omnem penam. Et quod sic, videtur: Sine penitentia sunt dona Dei. Glossa: Ambrosii Gracia Dei in baptismo non requiritur. Ibid. e 2 gemi.

AD OP-
POSITVM
Rom. 11. d. Est Glossa Ambrosii

gemitum, aut plactum, aut aliquid aliud opus: ergo videtur quod baptizatus nullius poenae sit debitor.

Aug. de carac. non procul a princ.

2. I T E M Augustinus de cataclismo: Baptizatus es, mundatus es, et restitutum est corpus tuum ad statum primi hominis: ergo si primus homo nullius poenae fuit debitor, videtur similiter quod nec baptizatus.

3. I T E M prior est Deus ad miserandum, quam ad condemnandum: et passio Christi plus meruit, quam peccatum Adae demeruit: sed Deus in visione peccati Adae poenas nobis multiplices infligit: ergo multo fortius propter meritum passionis Christi non tantum a culpa, sed etiam a poena debet eripere omni scilicet, quam infligit.

4. I T E M remota causa remoueri debet effectus: sed causa nostrae poenae, et mortalitatis fuit culpa: ergo restituta innocentia iam non debet durare poenae talis aliqua vel mortalitas. Si tu dicas, quod culpa fuit causa mortalitatis, non sic innocentia causa contrarij.

4. Top. tra. stat. 2. in fi. 20. 3.

5. C O N T R A : Si oppositum est causa oppositi, et propositum propositi: ergo cum culpa sit causa ponens mortalitatem, similiter innocentia ponet impunitatem, et immortalitatem: ergo si baptismus reducit innocentiam, videtur quod tollat omnem poenam. Contra: Videmus paruulos baptizatos qui nullam culpam commiserunt, post baptismum multis cruciatibus subiacere, et constare quod non iniuste: ergo baptismus non absoluit ab omni poena.

Aug. in ex. pos. ps. 44. et in ps. 58. conc. 1. Ibi non miserearis.

6. I T E M videtur quod non debeat ab aliqua poena absolueri, quia Augustinus dicit: Aut Deus punit, aut homo. Et iterum: iustus est, seipsum negare non potest: ergo cum dimittere malum impunitum sit non tantum relinquere vniuersum inordinatum, sed etiam facere contra iustitiam, videtur quod Deus in baptismo non deberet ab omni poena absolueri.

7. I T E M baptismus magis est remedium contra originale, quam contra actuale: sed non curat a poenis contractis per originale: ergo nec absoluit a poenis debitis actuali: ergo videtur quod a nulla. Si tu dicas, quod relinquuntur poenae contractae ad exercitium. Contra: Maius est exercitium in poenis personalibus, quam sit in naturalibus: ergo potius deberet illas dimittere.

8. Propter hoc est quaestio, cum bonus medicus intendat semper radicem morbi curare, et bonum remedium ad hoc feratur, propter quod baptismus relinquat magis poenam fomitis, quam inclinatio ad peccatum, quam alias poenas debitas pro peccatis.

CONCLUSIO.

Baptismus delet omnem poenam aeternam, atque assumptam, siue satisfactoriam, licet non quamcumque contractam.

RESP. AD ARG. Dicendum quod distinguendum est in poenis. Quaedam enim poenae sunt aeternales, et quaedam temporales. Ab omni aeternali absoluit baptismus delendo omnem culpam. In temporali vero distinguendum, quia quaedam contrahuntur, quaedam assumuntur. Contrahuntur autem sicut fames, et sitis, et passiones contemporaneae vitae. Quaedam imponuntur, et assumuntur, vt ieiunia, et corporalia, et spiritalia exercitia, et laboriosa opera. Baptismus ergo absoluit ab omni poena aeternali, absoluit nihilominus ab omni poena temporali satisfactoria, siue assumpta: non autem ab omni contracta, vt pote a fame, siti, et infirmitate, et ceteris poenis talibus. Ratio autem huius est, quod Deus ad hociusmodi non ordinauit. Et ratio, quare non ordinauit, est, quia congruum fuit quod huiusmodi poenae in nobis relinqueret: et hoc ad manifestandam aequitatem diuini iudicij, ad demonstrandum fructum passionis Christi, ad promouendum meritum liberi arbitrij. Ad manifestandam aequitatem diuini iudicij, vt illa sententia, quam

diuinae de morte Adae, et posterorum eius immobilitas permaneret: vnde ab illa nemo euadit. Ad ostendendum fructum passionis Christi, quia si Dominus curaret naturam, et fomitem, filius nasceretur immunis a culpa, nec indigeret regenerari a Christo: ideo vt omnes se ipsius passione noscant egere, data est virtus sacramento a passione, siue ad hoc ordinatum est vt poenas remittat personales, non naturales, quia remedium respicit personam, non naturam, et cor. Ad amplificandum meritum liberi arbitrij. Promouent enim ad bonum multipliciter huiusmodi poenae taliter. Dantur enim propter humilitatem: Sagittae Domini militant in me, quarum indignatio, et cor. Propter timoris incussionem: Terrores Domini militant contra me: Propter sui ipsius cognitionem tantummodo: Sola vexatio dabit intellectum, et cor. Propter stimulationem ad bonum: Surgite, et ite, quia non habetis hic requiem. Propter exemplum non peccandi: Adam exemplum meum ab adolescentia mea. Propter exercitium virtutum: Haec sunt gentes, quas reliquit Dominus, vt erudiret Israel. Propter hoc vt sit signum adoptionis filiorum: Si extra disciplinam, effis, et cor. Propter hoc etiam vt nemo accipiat hoc in retributionis praemium, ne scilicet homines propter hoc ad baptismum veniant. Si enim datur ibi immortalitas, propter hoc plures accederent quam propter gratiam, nec fides tunc haberet meritum, cui humana ratio praerberet experimentum.

Job. 9. a Job. 6. a Is. 28. e

Mich. 2. c Zach. 13. 6 Iud. 3. a

Heb. 12. b

Greg. hom. in Euang. 20. 2.

1. 2. Prima ergo ratio qua dicit, quod remanet poena corporalis, concedenda est. Sed quod dicit Augustinus quod corpus restitutum est in statum primi hominis, dicendum quod intelligitur quantum ad innocentiam, non quantum ad naturam.

3. A D illud quod obijcitur, quod Deus prior est ad miserandum, dicendum quod sic decet Deum misereri, vt inuolabilis maneat sententia veritatis, et ideo patet, quod non debuit sententiam latam contra hominem retractare, sed manente sententia remedium misericorditer adhibere. Et primum fecit quasi compulsus, secundum vero ex se. Rursus: Meritum Christi non ordinatur efficaciter nisi his, qui ei adherent, et ita personas respicit.

4. A D illud quod obijcitur de causa, dicendum quod est quaedam causa efficiens, et conseruans: quaedam inducens, sed non conseruans: primo modo habet veritatem, secundo modo non. Exemplum horum est in sole, et lumine, gladio, et vulnere. Primo modo culpa non est causa poenae, sed secundo modo.

5. Quod tamen obijcitur, quod si oppositum causa oppositi, et cor. dicendum quod illud est verum, vbi est tota causa: potest nihilominus dici quod innocentia non est causa immortalitatis meritorea, sicut culpa fuit meritorea mortalitatis: et quauis mereatur, tamen diuina dispensatione, vt dictum est, non redditur statim.

6. A D illud quod obijcitur, quod aut punit Deus, aut homo, dicendum quod homo aliquam poenam habuit, cum peccauit, aliquam cum conteritur, residuum vero soluit Christus de suo, et sic non remanet impunitum.

7. A D aliud dicendum, quod baptismus est remedium respiciens personam non naturam, et rationes huius dictae sunt. Ideo poenam personalem, non naturalem remittit.

8. A D illud quod obijcitur de medico, quod curat radicem, dicendum quod Deus vtroque modo curare potuit: sed tamen magis hoc modo curare disposuit, non vt totum genus curet simul, sed quilibet qui vellet curari, et quilibet in propria persona, quia magis astringebatur Deo, dum hoc recognoscebat beneficium. Et diuina etiam instituta hoc exigebant tamquam congruum, et decens. Si enim vnumquemque nostrum Deus curasset in radice, non sic gratiam Dei cognosceret quilibet, nec ita gratus esset de beneficio praestito in alio, sicut de praestito in seipso.

4. Top. tra. stat. 2. in fi. 20. 3.

QVAE.

QUESTIO III.

An baptismus in omnibus aequalem habeat efficaciam.

Alex. Alenf. 4. p. quaest. 8. Memb. 8. art. 3. §. 3. S. Thomas 3. p. q. 69. art. 8. Et 4. Sent. d. 4. q. 2. art. 3. Scot. 4. Sent. d. 4. q. 7. Richar. 4. Sent. dist. 4. art. 3. q. 3. Franciscus de Mayr. 4. Sent. d. 4. et 5. q. 2. Tho. Arg. 4. Sent. d. 4. q. 1. ar. 4. Stephanus Brulef. 4. Sent. dist. 4. q. 3. Petrus de Tarent. 4. Sent. dist. 4. q. 1. 3. Gabr. Biel. 4. Sent. d. 4. q. 1.

AD OPPOSITUM Aug. lib. de vnic. Bapt. 20. 7. et tract. 5. in Ioan. 10. 9. lib. 3. contra Cresc. gram. c. 6.

TRVM digne recipientes sacramentum baptismi, omnes et aequaliter recipient eius efficaciam. Et quod sic, videtur. Augustinus in libro de vnic. baptismo: Baptizati alius alio magis non dicitur, vel minus: ergo aequaliter.

2. I T E M ratione videtur, quia baptismus restituit quemlibet ad plenam innocentiam, ita quod baptizatus statim euolaret, si moreretur: sed vnus non est altero innocetior: ergo, et cor.

3. I T E M baptismus habet efficaciam a passione Christi: sed Christus se aequaliter obtulit pro omnibus: ergo et sacramentum aequaliter habet efficaciam in omnibus.

4. I T E M quaeritur in quo maiorem habet efficaciam, aut in eo qui magis peccauit, aut in eo qui minus. Quod in eo qui magis, videtur: quia vtrique totum remittitur, et illi magis qui peccauit amplius. Sed quod in eo qui minus, videtur: quia ille est gratia dignior: ergo, et cor.

FVNDAMENTA. Mat. 25. b

C O N T R A : Dicitur: Dedit vnicuique secundum propriam virtutem: sed vnus est dispositus magis, quam alius: ergo vnus plus accipit a Deo in baptismo, quam alter.

Dam. lib. 4. c. 5. de fide orth.

I T E M Damascenus: Peccatorum omnibus similiter per baptismum venia datur, gratia autem secundum proportionem fidei, et purgationem.

I T E M Deus dator est gratiae in baptismo: et constat quod voluntarius, et rationalis: sed ratio dicat eum, qui donat secundum quod melius inuenit aliquem dispositum plus ei donare: ergo, et cor.

CONCLUSIO.

Baptismus, quo ad characteris impressionem, et peccatorum deletionem per gratiam in omnibus aequalem habet effectum, licet quo ad habilitatem ad bonum gratia plus recipiat magis dispositus.

Dist. 3. art. 1. q. 1.

RESP. AD ARG. Dicendum quod sicut supra dictum est, prima res baptismi est character, secunda est infusio gratiae, tertia est restitutio innocentiae. Quantum ad characterem non est magis, vel minus: vnus enim alio non est magis baptizatus. Quantum ad tertium, scilicet innocentiam, aequaliter, quia vnus non est magis innocens alio. Quantum ad medium vero quod est gratia: dicendum quod est magis, et minus. Sed gratia duplicem habet actum, scilicet delere peccatum, et habilitare ad bonum. Quantum ad deletionem peccati maiorem habet effectum in eo, qui plura commisit: sed non tamen propter hoc est maior, quia modica gratia potest delere omnem culpam. Quantum vero ad habilitatem ad bonum, in eo qui magis disposuit se, maiorem habet efficaciam. Et propterea ipsa est maior, quia ex hac parte attenditur augmentum gratiae.

S. Bon. To. 5.

3. P E R hoc patent omnia praeter illud de passione, ad quod dicendum quod et si Christus pro omnibus passus est, non tamen habet passio eius in omnibus efficaciam, quia non omnes se disponunt sic. Et si aequaliter passus est, non tamen habet aequalem in omnibus efficaciam, quia non omnes aequaliter se disponunt: sed qui propinquius accedit magis accipit, sicut ad ignem.

1. 2. Pimae duae rationes currunt secundum illam viam, secundum quam est aequalitas characteris, et innocentiae.

4. A D illud quod quaeritur, cui plus donat, vel ei qui plus peccat, vel ei qui minus, dicendum quod quantum ad remissionem culpae, et dimissionem poenae, si qui plus. Quantum vero ad habilitatem ad bonum aliter potest esse, secundum quod magis se disponit, et Deus acceptat, quia frequenter vbi abundauit delictum, superabundauit et gratia. Tamen ceteris paribus minor preparatio ei, qui minus peccauit, pro maiori reputanda est: vnde credo magis eum dispositum ad gratiam. Et si tu obijcias, cui plus dimittitur, plus diligit, dicendum quod illud non ponitur, quia ita sit semper, sed quia de bono, et aequo debet plus diligere ex dimisso: sed non oportet quod plus diligit ex bono dato, et commissio: et sic patent omnia circa haec quaerita.

Rom. 5. d

Luc. 7. d

ARTICVLVS II.

C O N S E Q V E N T E R quantum ad secundum articulum quaeritur de sicte accedentibus. Et circa hoc quaeruntur tria. Primo quaeritur, vtrum aliquis inuitus, siue coactus suscipiat sacramentum baptismi. Secundo, vtrum sicte recipientium sacramentum, et non rem. Tertio, vtrum recedente fictione baptismus habeat in eo plenam efficaciam.

QUESTIO I.

An aliquis inuitus recipiat sacramentum baptismi.

Alex. Alenf. 4. p. q. 8. Memb. 7. art. 2. §. 2. S. Th. 3. p. q. 68. art. 20. Scot. 4. Sent. d. 4. q. 4. Steph. Brul. 4. Sent. d. 4. q. 4.



V D aliquis inuitus non recipiat baptismum, videtur, quia dicitur in decretali Innocentij, quod si aliquis omnino recusans immergatur, non est baptizatus.

2. I T E M in sacramento baptismi contrahitur matrimonium spirituale, et desponsatur anima Deo: sed matrimonium spirituale aut tantum, aut plus exigit de consensu, quam matrimonium carnale: ergo si coactus impedit matrimonium carnale, similiter videtur, quod impedit, ne quis suscipiat baptismatis sacramentum.

3. I T E M sacramentum est donum Dei non solum ratione gratiae gratumfacientis, sed etiam characteris impressi: sed gratia Dei non tantum non datur reprobantibus, immo etiam subtrahitur: ergo videtur, quod tali nullo modo conferatur sacramentum.

4. I T E M lex Euangelica est lex libertatis: ergo et sacramenta Euangelica sunt libertatis: sed quod libertatis est, libere suscipitur a voluntate: ergo videtur, quod nec de iure, nec de facto aliquis sacramentum baptismi recipiat inuitus.

1. C O N T R A : Paruulus, et furiosus recipiunt sacramentum quantumcumque renitantur, sicut patet infra.

AD OPPOSITUM In Decr. d. 45. c. de Indais. Ex conc. Tol. 4. c. 5. et or. 2. de Ba. p. 1. et eius effectum cap. Maiores.

FVNDAMENTA. c. 3. infra.

infra; si ergo hoc verum est, ad receptionem eius non concurreat actus voluntatis; ergo omnia recipit inuitus, vt voluntarius.

1. I T E M baptizatus est remedium contra originale: sed originale contrahit necessario puer, cum nascitur: ergo videtur similiter, quod ad baptismum possit inferri alicui necessitas violentie.

3. I T E M non potest magis cogi voluntas, quam comminando, vel intentando, mortem: sed si aliquis compellitur timore mortis sacrificet, erit idololatra: ergo similiter si sacramentum baptismi recipiat, timore mortis, sacramentum verum est.

4. I T E M, si aliquis baptizatur ex amore male inflammante, baptizatus est defecto: ergo si non minus repugnat baptismi amor male inflammans, quam timor male humilians, si sic baptizatus ex malo amore baptizatus est, similiter videtur, quod baptizatus ex timore sit baptizatus.

CONCLVSIO.

Inuitus coactione sufficienti, vel inducenti cum delusione, et absque intentione, non recipit baptismum, licet inductus cum intentione permittendi id erga se fieri, quod intendit Ecclesia, sit baptizatus.

RESP. AD ARG. Dicendum quod coactio duplex est, scilicet sufficienti, et inducens. Si aliquis meretur coactione sufficienti, vt pote, quia cum violenter acceptus est, et ipso renitente manibus, et pedibus merus est, talis nullo modo baptizatus est: quia nullo modo fuit in eo consensus, nec voluntas, immo fuit omnino repugnans. Si autem aliquis immergatur coactione inducente, vt potest, minis, vel flagellis, ita quod magis vult se subijcere sacramento Ecclesie, quam morte perire. Dico quod aut intendit alios illudere, et mortem euadere, et tunc quia non est intentio non est sacramentum, cum nullus dicatur baptizatus esse qui consentit se immergi ad iocum. Aut ipse vult illud, quod facit Ecclesia circa se fieri magis quam velit perire: et tunc siue credat, siue non, siue velit habere gratiam, siue non, dicendum quod recipit sacramentum, eo quod quamuis non sit ibi voluntas meritoria, est tamen ibi consensus, et voluntas, nec est simpliciter inuoluntarium. Vnde quia talis vult exterius sacramentum recipere, vult aliquid in se fieri quod sit. Et sic propter hoc, quod subijcit se causae, se subijcit necessario annexo: et ideo secundum canones, et doctores theologice talis iudicandus est baptizatus.

1. E T ex hoc patet illud quod primo obijcitur: nam ista est intentio Innocentij.

2. A D illud quod obijcitur de matrimonio carnali, dicendum quod non est simile, quia enim coacta nubia consueverunt habere malos exitus, ideo sacri canones interdixerunt ipsa. Alia tamen potest esse ratio huius, vt dicitur infra. Nihilominus tamen illud verum est, quod non tanta voluntas requiritur in aliquo ad susceptionem baptismi, sicut ad contractionem matrimonij. Si enim pater exponat paruulum ad baptizandum, non potest paruulus cum ad adultam aetatem venerit reuocare: non sic est de matrimonio, quia quantumcumque pater obliget paruulum, numquam obligatur nisi consentiat, cum peruenerit ad annos discretionis.

3. A D illud quod obijcitur, quod sacramentum est donum Dei, dicendum quod est donum gratiae gratis date, et gratum facientis: licet autem donum gratiae gratum facientis non detur habenti duplex cor, et duplicem voluntatem, datur tamen donum gratiae gratis date, quod non exigit tantam dispositionem in suscipiente.

4. A D illud quod obijcitur, quod lex Evangelica est lex libertatis, dicendum quod verum est, quod de iure non datur, nec dari debet ei qui libera voluntate non accedit: et ius diuinum hoc dicitur, et Constantinus de hoc legem condidit. De facto tamen si fiat, factum est: hoc tamen habet veritatem in re sacramenti, quod facit esse in lege libertatis.

1. A D illud quod obijcitur in contrarium, quod quantumcumque renitenti sacramentum dari potest propter paruulum, et furiosum, dicendum quod non est simile, quia illi non habent usum voluntatis, vnde non stat appetitui suo, sed voluntati offerentium. Tamen de furioso distinguitur, quia aut habuit aliquando usum liberi arbitrij, aut non habuit. Si non habuit, indicandum est sicut de paruulo. Si habuit, et in illo baptizari voluit, iudicandum est eum baptismum recipere: sed si nullo modo voluit, non est credendum ipsum recipere sacramentum.

2. A D illud quod obijcitur, quod originale contrahit quis inuitus, dicendum quod non est simile, quia originale contractio est quasi naturalis: et ideo inuitabilis: sed remedium baptismi non respicit naturam, sed potius voluntatem personae: et ideo non est simile.

3. 4. A D illud quod obijcitur ultimo de comminatione mortis, dicendum quod maior potest esse coactio, quam haec: nam haec est solum inducens, non sufficiens. Sed cum accipitur, vel it, nolit, et immergitur, ibi est sufficiens coactio. Quamuis enim voluntas non possit cogi in volendo, potest tamen simpliciter homini fieri coactio in actu exteriori. Vnde voluntas inducta voluitas est: et ideo hic imprimatur character, et ibi non. Exemplum in eo qui ponit thura timore mortis, et de eo cuius manus trahitur violenter: primus consentit, et peccat, et dicitur sacrificare, secundus non. Sic qui sacramentum inductus suscipit, dicitur consentire, siue inducatur amore bono, vel malo, siue timore bono, vel malo suscipit sacramentum, quia sacramenti susceptio est bonis, malisq. communis: et ideo talis voluntas sufficit ad sacramentum, vt seniores dicunt: et sic patet quibus character baptismi imprimatur.

QVÆSTIO II.

An fictus recipiat sacramentum, et rem sacramenti.

- Alex. Alenf. 4. p. q. 8. Memb. 7. art. 2. §. 2.
S. Tho. 3. p. q. 90. art. 9.
Et 4. Sent. dist. 4. q. 2. art. 1. q. 1.
Scot. 4. Sent. dist. 4. q. 2.
Rich. 4. Sent. d. 4. q. 2.
Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 4. q. 6.
Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 4. q. 3.
Gabriel. Biel. 4. Sent. dist. 4. q. 2.

TRVM fictus recipiat sacramentum, et non rem. Et quod sic, videtur per illud: Spiritus disciplinae sanctus effugiet fictum.

I T E M ratione videtur, quia gratia non stat, nec stare potest cum proposito peccandi, immo habita expellitur: sed talis accedit in proposito peccandi: ergo, et cetera.

I T E M baptismus est sacramentum fidei: ergo necesse est accedentem ad ipsum credere, si est in statu, in quo possit. Vnde qui crediderit, et baptizatus fuerit, et cetera.

CONTRA: Sacramenta nouae legis sunt causa: sed posita causa ponitur effectus: ergo si aliquis recipit sacramentum, etiam si fictus est, recipit et rem. Si dicas, quod causa ista potest impediri, vt non efficiat propter malam

FVNDAMENTA. Sap. 1. b

Mat. 28. d. AD OPPOSITVM

malam dispositionem in suscipiente, tamen non potest impediri, quin significet: ergo si significat ibi esse gratiam, et non est: falsum est ergo signum.

2. I T E M quæro quid impedit: et constat quod nihil magis repugnat gratiae, quam culpa: sed culpa non impedit, immo expellitur: ergo a nullo alio potest impediri.

3. I T E M si fictio impedit, quæro quid faciat hominem fictum. Si defectus fidei: ergo eadem ratione defectus charitatis: et tunc omnis non habens charitatem est fictus: ergo nullus recipit gratiam.

CONCLVSIO.

Fictus accedens ad baptismum recipit sacramentum, sed non rem sacramenti.

Opin. aliorum.

Rom. 6. a

Improb.

Determinatio.

RESP. AD ARG. Dicendum quod ad hoc voluerunt aliqui dicere, quod fictus accedens ad baptismum recipit sacramentum, et rem pro instanti illo, quo baptizatur, vt verificetur illud Apostoli: Quicumque baptizatus est in Christo, Christum induit: sed statim post recedunt vitio fictionis: et hoc dicunt Augustini sensisse. Sed Magister hoc improbat in littera, et ostendit Augustinum sensisse contrarium. Et propterea aliter est dicendum quod fictus accedens recipit sacramentum, et non rem. Fictus autem dicitur ille, qui aliud exterius praetendit, aliud habet interius. Talis est qui exterius se corporaliter subijcit, sed interius voluntate aduersatur. Vnde cum triplex sit potentia interior, tripliciter potest aduersari, aut discrepando quantum ad rationalem, aut malum appetendo quantum ad concupiscibilem, aut sacramentum contemnendo quantum ad irascibilem: et in tali non habet effectum sacramentum, quia Deus nulli inuito dat iustitiam, nec gratiam, alioquin non esset iustitia: et per hoc patet quod obijcit de causa.

1. A D aliud dicendum quod sacramentum significat se facere in recipiente remissionem, et quantum est de se, semper facit, sed quod non fiat, virtum est suscipientis: et ita veritas est in sacramento, sed falsitas in ficto.

2. A D aliud dicendum quod gratia expellitur, et recipitur in anima secundum conformitatem voluntatis, similiter et culpa. Vnde culpa non obstitit gratiae nisi quamdiu voluntas est illi consentiens, quando autem dolet, tunc consona est. Cum ergo dicitur quod nihil magis repugnat gratiae, quam culpa: intelligendum est, quod repugnare potest esse dupliciter, vel quantum ad resistantiam, vel quantum ad oppositionem secundum formam. Exemplum est de tenebris in aere, et de opacitate respectu lucis: sic dicendum in proposito, quod culpa, et gratia repugnant secundum oppositionem formae, sed fictio secundum oppositionem resistantiae, vnde fortius repugnat.

3. A D illud quod obijcitur de defectu fidei, dicendum quod necesse est rationem concordare sacramento, et voluntatem: sed non oportet, quod perfecta concordia, quae est per gratiam gratum facientem, sed ea, quae est per gratiam gratis datam. Sed ratio non efficitur concursus nisi gratia fidei saltem informis: concupiscibilis autem efficitur concursus attritione: similiter irascibilis quadam humilitate, siue subiectione: ideo non est simile de charitate. Bene autem opponeret, si intellexeret de fide formata, et cetera.

QVÆSTIO III.

An baptismus imprimat characterem in fide accedente recedente fictione.

- Alex. Alenf. 4. p. q. 8. Memb. 7. art. 2. consequenter 7.
S. Tho. 3. p. q. 69. art. 10.
Et 4. Sent. dist. 4. q. 3. art. 2. q. 3.
Scotus 4. Sent. dist. 4. q. 5.
Richardus 4. Sent. dist. 4. q. 2.
Durandus 4. Sent. dist. 4. q. 4.
Franc. de Mayr. 4. Sent. dist. 4. et 5. q. 5.
Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 4. q. 7.
Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 4. q. 4.

TRVM fictus recipiat rem post sacramentum recedente fictione. Et quod sic, videtur. Quoniam Augustinus dicit, et habetur in littera: Tunc incipit valere baptismus ad salutem, quando illa fictio veraci confessione de corde recesserit.

I T E M fictio erat sola causa, quare sacramentum non habebat efficaciam: ergo illa remota habet effectum. I T E M si non haberet effectum, cum sacramentum non possit iterari, et nullus sine efficacia baptismi possit saluari, non pateret huic via salutis.

CONTRA: Opera mortua non viuificantur: sed iste recipit baptismum extra charitatem, et ita est opus mortuum.

2. I T E M necesse est causam esse coniunctam effectui, alioquin si causa praeterit, et non est: ergo nihil facit: sed ita est in hoc: ergo, et cetera.

3. I T E M si aliquis indigne recipit corpus Domini, recedente indignitate non propter hoc aliquid efficit: ergo, et cetera.

4. I T E M quid erit de eo, qui medio tempore peccauit: si enim habet efficaciam, tunc cum remittat omnem culpam, remittitur fictio, et alia peccata: sed haec non fierent ei, nisi fuisset fictus: ergo reportat commodum de malitia.

CONCLVSIO.

Baptismus cum imprimat characterem in fide accedente, recedente fictione consequitur effectum suum, cum non sit iterabile sacramentum.

RESP. AD ARG. Dicendum breuiter quod sacramentum baptismi cum non sit iterabile, imprimatur characterem, et ille habet omnem efficaciam recedente fictione, quam habuisset ante: vnde peccata illa remittit quantum ad poenam, et culpam, quae praecesserunt: quae autem post commisit virtute poenitentiae remittuntur, et pro illis est poenitentia imponenda. Ex his patent omnia.

1. A D illud ergo quod primo obijcitur, quod opera mortua, et cetera, dicendum quod baptismus non est opus hominis, sed Dei: et ideo numquam potest esse mortuum. Illud autem quod dicitur de operibus mortuis, intelligitur de operibus nostris.

2. A D illud quod obijcitur, quod causa debet esse coniuncta effectui, dicendum quod character semper manet, et illud efficit, quod faceret gratia fictione recedente.

3. A D illud quod obijcitur de sacramento Eucharistiae, patet responsio, quod non valet, tum quia transit, et nihil relinquit gratis datum disponens ad gratiam gratum facientem, tum etiam quia est iterabile.

4. A D illud quod obijcitur de eo, qui medio tempore commisit, dicendum quod omnia remittuntur ei, sed non reportat commodum: quoniam tam de fictione, quam de peccatis post perpetratis est ei poenitentia imponenda: et sic patet totum.

DE TERTIO MEMBRO, NEMPE

de illis, qui suscipiunt rem, et non sacramentum.

Lib. 23. de Tri. c. 7. et Ber. in Epi. ad Hug. q. 77. ante modicum. Li. 4. de baptis. contra Donatistas. c. 22. in initio 10. 7. Luc. 23. f. In Epi. ad Inbaianum circa fin. et de consecr. dist. 4. baptis. vi. cem. Rom. 10. d. Aug. ibid. c. 25. Li. 2. Retr. c. 18. Cap. 22. contra Donat. lib. 4. de obiitu Valeriani paulo ante med. 10. 3. Ter. 4. c.



VNT et alij, ut supra posuimus, qui suscipiunt rem, et non sacramentum. Qui enim effundunt sanguinem pro nomine Iesu, etsi non sacramentum, rem tamen accipiunt. Vnde Augustinus: Quicumque non percepto regenerationis lauacro pro confessione Christi moriuntur, tantum eis valet ad dimittenda peccata, quantum si abluerentur sacro fonte baptismi. Audistis quod passio pro Christi nomine suscepta, supplet vicem baptismi. Nec tantum passio vicem baptismi implet, sed etiam fides et contritio, ubi necessitas excludit sacramentum: sicut aperie docet Augustinus dicens: Baptismi vicem aliquando implere passionem, de latrone illo, cui non baptizato dictum est: Hodie mecum eris in paradiso: Beatus Cyprianus in lib. 4. de baptismo non leue documentum assumit. Quod etiam atque etiam ego considerans, inuenio non tantum passionem pro nomine Christi, id quod baptismo deerat posse supplere, sed etiam fidem, conuersionemq. cordis, si forte ad celebrandum mysterium baptismi in angustijs temporum succurri non potest. Neque enim ille latro pro nomine Christi crucifixus est, sed pro meritis facinorum suorum: nec quia credidit passus est, sed dum patitur credit. Quantum ergo fides valet, etiam sine visibilis baptismi sacramento, quod Apostolus ait: Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, in illo latrone declaratum est: sed tunc impletur inuisibiliter, cum mysterium baptismi non contemptus religionis, sed articulus necessitatis excludit. Et baptismus quidem potest esse ubi conuersio cordis defuerit: conuersio autem cordis potest quidem inesse non percepto baptismo, sed contempto baptismo non potest, nec ullo modo dicenda est conuersio cordis ad Deum, cum Dei sacramentum contemnitur. Ecce hic habes non solum passionem, sed etiam fidem et contritionem conferre remissionem, ubi non contemnitur sacramentum, ut in latrone illo ostenditur, qui non per passionem, sed per fidem saluatus est. sine baptismo, Sed dicunt quidam hoc retractasse Augustinum. Retractauit quidem exemplum, sed non sententiam. Ait enim: In quarto libro cum dicerem, vicem baptismi posse habere passionem, non satis idoneum posui illius latronis exemplum: quia utrum non fuerit baptizatus incertum est. Constat ergo sine baptismo aliquos iustificari, et saluari. Vnde Ambrosius de Valentiano: Veritatem meum, doleo, ut propheticum vix eloquio: quia quem regeneraturus eram, amisi: verumtamen gratiam, quam ille poposcit, non amisi.

Que videntur obuiare predictis.

Ioan. 3. a Solutio. Glos. super Epi. ad Hebraeos 6. De unico bapt. et Hug. li. 2. par. 9. c. 4. Ioan. 11. c. Li. de st. ad Pet. c. 3. an ref. 10. 3. Ioan. 3. a

HIS autem videtur obuiare quod Dominus dicit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, et Spiritu sancto, non potest intrare in regnum celorum. Quod si generaliter verum est, non videntur esse vera superius posita. Sed illud intelligendum est de illis, qui possunt et contemunt baptizari. Vel ita intelligendum est: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, id est, ex ea regeneratione que fit per aquam et Spiritum sanctum, non saluabitur. Illa autem regeneratio fit non tantum per baptismum, sed etiam per penitentiam et sanguinem. Vnde auctoritas dicit ideo Apostolum pluraliter dixisse fundamentum baptismatum, quia est baptismus in aqua, in sanguine, in penitentia. Hoc autem non ideo dicit, quod sacramentum baptismi fiat non nisi in aqua: sed quia ipsius virtus, id est, sanctificatio datur non modo per aquam, sed per sanguinem, vel penitentiam interius. Ratio etiam id suadet. Si enim non valentibus credere paruulis sufficit baptismus, multo magis sufficit fides adultis volentibus, sed non valentibus baptizari. Vnde Augustinus: Queris quid sit maius, fides an aqua? non dubito quin respondeam, fides. Si ergo quod minus est sanctificare potest, nonne quod maius est? id est, fides, de qua Christus ait: Qui crediderit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet. Sed dicunt aliqui nullum adultum in Christum credere vel charitatem habere sine baptismo, nisi sanguinem fundat pro Domino: subdita introducentes testimonia. Augustinus ait: Ex illo tempore, quo Saluator dixit: Nisi quis renatus fuerit, et cet. absque sacramento baptismi, prater eos, qui in Ecclesia sanguinem fundunt, aliquis vitam aternam accipere non potest. Item nullum catechumenum quamvis in bonis operibus defunctum, vitam aternam habere credimus, excepto martyrio, ubi tota sacramenta baptismi com-

mi complentur. Item baptizatis iter tantum salutis esse credimus. Sed quod in his minus dixit, in alijs capitulis supra postis suppleuit. Et ideo hac sic intelligenda sunt, ut illi soli habentes tempus baptizandi excipiantur. Si enim aliquis habens fidem et charitatem voluerit baptizari, et non valet necessitate praeventus, supplet omnipotentis benignitas, quod sacramento defuerat. Dum enim soluere potest, nisi soluat, teneat: sed cum iam non potest et tamen vult, non imputat ei Deus, qui suam potentiam sacramentis non alligauit. Quod vero inuisibilis sanctificatio sine visibili sacramento quibusdam inest, aperte Augustinus tradit super Leuiticum, dicens inuisibilem sanctificationem quibusdam affuisse et profuisse sine visibilibus sacramentis. Visibilem vero sanctificationem, que fit sacramento visibili sine inuisibili posse adesse, non posse prodesse, nec tamen visibile sacramentum ideo contemnendum est, quia contemptor eius inuisibiliter sanctificari non potest. Hinc Cornelius, et qui cum eo erant, iam spiritu sanctificati, baptizati sunt. Nec superflua indicanda est sanctificatio visibilis, quia inuisibilis precessit. Sine visibili ergo inuisibilis sanctificatio esse potest: visibilis autem que fit sacramento tenus, sine inuisibili prodesse non potest, cum ista sit omnis illius utilitas. Simoni Mago visibilis baptismus non profuit, quia inuisibilis non affuit: sed quibus inuisibilis affuit, profuit: Nec tantum valet fides aliena paruulo, quantum propria adulto, Paruulis enim non sufficit fides Ecclesie sine sacramento: quia si absque baptismo fuerint defuncti, etiam cum deferantur ad baptismum, damnabuntur, sicut multis Sanctorum auctoritatibus comprobatur. Ad quod hoc unum sufficiat. Augustinus ait: Firmissime tene, paruulos qui vel in uteris matrum viuere incipiunt et ibi moriuntur, vel de matribus nati sine sacramento baptismi de hoc saculo transiunt, aeterno supplicio puniendos: quia est propria actionis peccata non habuerunt, originale tamen peccatum traxerunt carnalis concupiscentia conceptionem. Et sicut paruuli, qui sine baptismo moriuntur, infidelium ascribuntur numero: ita qui baptizantur, fideles dicuntur, quia fidelium consortio non separantur, cum orat Ecclesia pro fidelibus defunctis. Fideles ergo sunt non propter virtutem, sed fidei sacramentum. Vnde Augustinus: Paruulum etsi nondum fides illa que etiam in credentium voluntate consistit, iam tamen fidei ipsius sacramentum, id est, baptismus fidelem facit: nam sicut credere respondetur, ita etiam fidelis vocatur: non rem ipsam mente annuendo, sed ipsius rei percipiendo sacramentum.

Quid profit baptismus, his qui cum fide accedunt.

SOLLET etiam queri de illis qui iam sanctificati spiritu, cum fide, et charitate ad baptismum accedunt: quid eis conferat baptismus. Nihil enim eis videtur prestare, cum per fidem et contritionem iam remissis peccatis iustificati sunt. Ad quod sane dici potest, eos quidem per fidem et contritionem iustificatos, id est, a macula peccati purgatos, et a debito aeternae pene absolutos: tamen adhuc teneri satisfactione temporali, quia penitentes ligantur in Ecclesia. Cum autem baptismum percipiunt, et a peccatis, si que interim post conuersionem contraxerunt, mundantur, et ab exteriori satisfactione absoluntur, et adiutrix gratia, omnisq. virtus in eo augetur, ut vere nouus homo tunc dici possit. Fomes quoque peccati in eo amplius debilitatur. Ideo Hieronymus dicit, quod fides que fideles facit, in aquis baptismi datur vel nutritur: quia non habenti aliquando ibi datur, et iam habenti ut plenius habeat, datur. Sic et de alijs intelligendum est. Qui ergo mundus accedit: ibi fit mundior, et omni habenti ibi, amplius datur. Quod vero omnis exterior satisfactio ibi relaxetur, Ambrosius ostendit super illum locum: Sine penitentia sunt dona Dei et vocatio, dicens: Gratia Dei in baptismo non requirit gemitum, vel planctum, vel aliquod opus: sed et omnia gratis condonat. Quod quidem de exteriori gemitu, vel planctu accipiendum est. Nam sine interiore nemo adultus renouatur: sed exteriores satisfactiones, et afflictiones, scilicet sordes penitentium, ibi dimittuntur. Multum ergo confert baptismus, etiam iam per fidem iustificato: quia accedens ad baptismum, quasi ramus a columba portatur in arcam: qui ante intus erat iudicio Dei, sed nunc etiam iudicio Ecclesie intus est. Cum vero in baptismo peccatum deleatur, et satisfactio exterior non imputatur: queritur cur penalitas, cui pro peccato additi sumus, non tollatur. Hoc ideo tradunt fieri viri sancti, quia si a pena homines per baptismum liberarentur, ipsam putarent baptismi pretium, non aeternum regnum. Ideo soluto reatu peccati, temporalis pena tamen manet: ut illa vita studiosius queratur, que erit a penis omnibus aliena. Ideo etiam manet, ut sit fidei et certandi materia, et vincendi occasio, qui non vinceret si non pugnaret, nec pugnaret si in baptismo fieret immortalis.

Cuius

Cuius rei baptismus, qui datur iam iusto, sit sacramentum.

SI queritur cuius rei baptismus ille sit sacramentum, qui datur iam iusto: Dicimus sacramentum esse et rei qua precessit, id est, remissionis ante per fidem data, et remissionis temporalis poena siue peccati si habetur, quod interim committitur, et nouitatis, ac omnis gratia ibi praestita. Omnis etenim rei signum est, cuius causa est. Nec mireris rem aliquando precedere sacramentum, cum aliquando etiam longe post sequatur: ut in illis qui sicte accedunt, quibus, cum postea poeniterint, incipiet baptismus prodesse: in quibus fuit baptismus sacramentum huius sanctificationis, quam poenitendo habent, sed si numquam poeniterent, nec a signamento recederent, cuius rei sacramentum esset baptismus ab illis susceptus? Potest dici, rei qua ibi fieret, si non eorum enormitas impediret.

Si paruulis datur in baptismo gratia, qua possint in maiori etate proficere.

SOLET etiam queri: An paruulis in baptismo detur gratia, qua cum tempus habuerint utendi libero arbitrio, possint bene uelle et currere. De adultis enim, qui digne recipiunt sacramentum, non ambigitur quin gratiam operantem et cooperantem perceperint: qua in vacuum eis cedit, si per liberum arbitrium post mortaliter deliquerint: qui merito peccati gratiam appositam perdunt. Vnde dicuntur contumeliam Spiritui sancto facere, et ipsum a se fugare. De paruulis vero, qui nondum ratione utuntur, questio est an in baptismo receperint gratiam, qua ad maiorem uenientes etatem possint uelle et operari bonum. Videtur quod non receperint: quia gratia illa charitas est, et fides qua uoluntatem preparat et adiuuat. Sed quis dixerit eos accepisse fidem et charitatem? Si uero gratiam non receperint, qua bene operari possunt cum fuerint adulti: non ergo sufficit eis in hoc statu gratia in baptismo data: nec per illam possunt modo boni esse, nisi alia addatur: qua si non additur, non est eorum culpa, quia iustificati sunt a peccato. Quidam putant gratiam operantem et cooperantem cunctis paruulis in baptismo dari in munere, non in usu: ut cum ad maiorem uenerint etatem, ex munere sortiantur usum: nisi per liberum arbitrium usum muneris extinguant peccando: et ita ex culpa eorum est, non ex defectu gratiae quod mali sunt: qui ex Dei munere ualentes habere usum bonum, per liberum arbitrium renuerunt, et usum prauum elegerunt.

1. Cor. 6. a
Hebr. 10. f
Respons. 1.

Respons. 2.

DIST. IV. PARS II.

De his, qui suscipiunt rem sacramenti tantum.

Sunt et alij; ut supra posuimus, qui suscipiunt rem, et non sacramentum.

Expositio textus.



PRAEgit Magister de his, qui suscipiunt sacramentum tantum, hic agit de his, qui suscipiunt rem sacramenti tantum. Et habet haec pars duas partes. In prima inquirunt Magister, utrum possint habere rem sine sacramento. In secunda querit, utrum primo debeant suscipere sacramentum, ibi: Solet etiam, queri de his, qui iam sanctificati. Prima pars habet duas. In prima determinat ueritatem. In secunda remouet dubitationem, ibi: His autem uidetur obuiare, quod Dominus dicit. Et primo remouet dubitationem habentem ortum ex uerbo Domini in Ioanne. Secundo uero ex uerbo Augustini, ibi: Sed dicunt aliqui nullum adultum. Similiter secunda pars, in qua Magister determinat, utrum iam habentes rem debeant suscipere sacramentum, habet duas partes. In prima inquirunt, quid sacramentum in his efficiat, siue conferat. In secunda uero querit, quid in eis signet, ibi: Si queritur cuius rei baptismus ille sit sacramentum: ubi determinat, quid significet. Solet etiam queri, si paruulis in baptismo datur. Haec est secunda pars principalis distinctionis, in qua Magister determinat specialiter effectum baptismi in paruulis, utrum scilicet paruuli recipiant dona uirtutum.

Diuisio.

Et habet haec pars duas partes. In prima querit. In secunda determinat secundum ueritatem, et opinionem, ibi: Videtur quod non receperint.

Neque enim ille laico pro nomine Christi crucifixus est. Dub. I.

Secundum hoc uidetur, quod ille non fuit martyr, quia martyrem non facit poena, sed causa. SED contra: Hieronymus: Christus de cruce latronem inuitauit ad paradysum: et ne quis putaret aliquando feram esse conuersionem, homicidij poenam fecit esse martyrium. Item actus martyrij est sustinere poenam ex charitate: sed laico sic sustinuit: ergo, et cer.

RESPOND. Dicendum quod ad martyrium completum duo concurrunt, scilicet iusta uoluntas, et iusta causa. Primum defecit in Innocentibus, secundum uero in Latrone: et ita de se neutrum fuit completum martyrium. Sed dominus Innocentibus, quia simul cum ipso nati sunt: et propter hoc quod erat coetaneus illis, suppleuit quod deerat ex parte uoluntatis: sic in Latrone, quod deerat ex parte causae. Vnde optime dicit Hieronymus: Quod fecit esse martyrium quod Dominus defecit suppleuerit: et sic patet controuersia, quia de se non fuit martyrium completum, sed Dominus fecit.

Quem regeneraturus eram, amisit. Dub. II.

Obijcitur contra hoc uerbum Ambrosij: quia si perdidit eum: ergo uidetur peccasse. Item ipse dolebat aut propter peccatum illius, aut propter peccatum suum. Non propter peccatum illius, quia ipse dicit,

Martyrem, non facit poena, sed causa.

se dicit, quod ille non amisit gratiam, quam poposcit: ergo propter peccatum suum.

RESPOND. Dicendum quod consuetudo Ecclesiae erat differre baptismum usque ad tempora determinata, nisi immineret periculum mortis, et usque ad eruditionem perfectam: et ideo quia ibi Ambrosius uidit non imminere periculum, distulit: et ideo non peccauit, nec ille damnatus fuit, quia petijt: et ita cum uoluntas fuerit in eo, non fuit contemptus: et ideo saluatus est. Nec Ambrosius dolebat de culpa sua nec de damnatione illius, sed dolebat dolore copassionis. Quia enim non fuit baptizatus: ideo de peccatis suis aliquam sustinuit poenam purgatoriam: et ideo Ambrosius compatiebatur ad modum Isaias, qui dicebat: Venter meus ad Moab, quasi cithara stabat.

Excepto martyrio ubi tota sacramenta baptismi complentur. Dub. III.

Videtur falsum dicere, quia in baptismo fluminis imprimuntur characteres, in baptismo sanguinis non: non ergo sacramenta tota complentur, aut si tota complentur, tunc ergo character imprimunt, ubi maxime consistit ratio sacramenti. Sed contra: Qui habet characterem, non potest recipere characterem eiusdem generis: ergo qui est baptizatus aqua, non potest martyrizari. Item si tota sacramenta, uidetur quod aut est implicatio facti, aut baptismus continet plura sacramenta.

RESPOND. Dicendum quod baptismus dicitur pluraliter sacramenta, non ratione principalis signi, vel effectus, sed ratione effectuum consequentium, quod est purgare a culpa, et a poena satisfactoria, et sequela: quae omnia quia sunt in martyrio, ideo dicit quod recipit omnia sacramenta, id est plenitudinem efficaciam, quantum ad rem ultimam: et ideo patet quod non ualeat obiectio de characteribus: nam ipse uocat sacramenta hic effectus sacramenti baptismi, quae sunt res tantum.

Paruulis enim non sufficit fides Ecclesiae sine sacramento, qui si absque baptismo fuerint defuncti, etiam cum ad baptismum deferantur, damnabuntur. Dub. IV.

Videtur male dicere, quia adultus cum non potest, excusatur a praeepto: ergo multo fortius paruulus. Item Dominus fidem parentum reputat quasi effectum paruuli: ergo si ex fide, et charitate offerant paruulum, uidetur quod Dominus reputet illam esse paruuli: ergo non damnatur sine baptismo. Item ponatur quod aliquis occiderit puerum, cum deferatur ad baptismum ne baptizetur, numquid dicemus paruulum damnari, qui propter susceptionem sacramenti mortuus est? Videtur enim hoc esse magna crudelitas. Quod si dicamus saluari, non ergo uerum dicit Augustinus in littera, quod non saluantur, etiam si ad baptismum deferantur. Item si damnantur: ergo peiorata est conditio paruulorum respectu status legis naturae, in quo saluabantur sola fide parentum.

RESPOND. Dicendum quod nullus paruulus saluatur nisi uirtute sacramenti quantum est de lege communi, non quia paruulus teneatur praeepto, sed quia sine sacramento, uel quod aequiualeat sacramento, Deus non disposuit dare gratiam. Hoc dico, quia qui propter hoc solum occisus est a persecutore cum portaretur ad baptismum, ne baptizaretur, moritur pro baptismo, ideo in sanguine suo pie creditur baptizatus. Si autem alia de causa occiditur, quantumcumque deferatur, et pro eo oretur, damnatur. Ratio autem huius est, quia post passionem Christi formata est Ecclesia, et Ecclesiastica sacramenta: et omnis paruulus, qui saluatur, in fide Ecclesiae saluatur, quantumcumque parentes sint mali: et ideo nisi opus Ecclesiasticum, uel puta sacramentum tale fiat circa eum, expers est fidei Ecclesiae, ac

per hoc et salutis. Alia etiam ratione, quia cum omnes post passionem saluentur per fidem passionis iam reuelatae: ideo congruebat huic tempori, ut nullus saluaretur, nisi uel in se haberet fidem, uel circa ipsum fieret expressa fidei professio quantum ad mortem Christi. Ex his patet quare in lege sufficiebat sola fides, modo uero non: facit enim hoc certitudo diuinae dispositionis. Quod ergo obijcitur de adulto, dicendum quod uterque excusatur a praeepto, sed adultus habet gratiam poenitentiae, ad quam se disponit per contritionem, quae disponit ad illam gratiam, et illa supplet locum baptismi, paruulus non: ideo adultus potest disponi ad gratiam alterius sacramenti antequam ad gratiam baptismi, et ad illam non potest paruulus disponi nisi per sacramentum, ideo moritur sine gratia, et moritur in culpa: et ideo damnatur. Quod obijcitur, quod fidem parentum reputat suam, dicendum quod non facit nisi uirtute sacramenti. Ad casum, quem ponit, patet responsio: distinguendum enim est, ut praedictum est. Ad ultimum, quare antiquitus saluabantur in fide parentum, et non modo, iam patet responsio: nec sequitur quod tunc melioris conditionis esset, quia nullus status est melior propter generalitatem remedij, particularis autem personae conditio potest esse deteriorata: Deus autem in institutione sacramentorum statum conuenit generalis Ecclesiae, non particularis personae: et quoniam certitudo remedij maior est, et communior est in sacramento, quam in fidei merito: ideo patet illud.

Firmissime tene paruulos, qui uel in, et cetera. Dub. V.

Dicit Augustinus, paruulos non baptizatos aeterno supplicio cruciandos. Videtur falsum dicere, quia paruuli nihil commiserunt, nec actualiter ad aliquid conuersi sunt: sed poena ignis debetur delectationi, et conuersioni: ergo non debetur eis. Item paruuli non potuerunt vitare culpam: ergo minime sunt inculpandi: ergo poena eorum debet esse mitissima.

RESPOND. Dicendum quod sicut dicunt Magistri, paruuli non habent poenam sensus, nec quantum ad ignem, nec quantum ad uermem: sed solum poenam damni: et ideo poena erit mitissima, hanc autem uocat Augustinus supplicium, licet improprie, non quia uiuatur igne, uel quia corrodantur uermes, sed quia in illis haec ipsa carencia magnum est supplicium. Propter remorsum autem paruuli non dolebunt, quia diuino iudicio, et misericordia faciente, statum, quem habebunt, contenti erunt. Sed hoc alibi plenius dicitur.

Quia fidelium consortio non separantur. Dub. VI.

Videtur male dicere, quia non fit oratio nisi pro peccatoribus: ergo si Ecclesia orat pro paruulis, reputat eos peccatores: ergo facit iniuriam sacramento baptismi, quasi non purificet.

RESPOND. Dicendum quod non ideo orat pro eis, ut ipsi indigeant, sed ut ostendat, quod sunt de eius gremio, et eius filij. Nec frustra orat, quia orationes illae pro paruulis sunt gratiarum actiones, pro indigentibus uero suffragia computantur, quia alijs profunt.

Quia si a poena homines, et cetera. Dub. VII.

Videtur, quod illud nullum sit inconueniens, quia si baptismus restitueret corpus in omnimodam puritatem, inde haberet homo immortalitatem, et hoc est praemium baptismi, et pars beatitudinis.

RESPOND. Dicendum quod immortalitatem, siue sanitate carnis posset baptismus dupliciter restituere: aut ita quod ibi daretur gratia consummata: et hoc nihil aliud esset, quam dare gloriam: quod Dominus non

non decreuit facere, quia vult quod voluntas perueniat ita libere, vt in scriptura est ab initio. Si autem fieret immortalitas in carne non existente perfecta gratia in anima, tunc posset ibi esse error, et ratio deuiandi, quia appeteret huiusmodi medicinam spiritualem propter remedium corporale: et ita in salute corporis deordinaretur, et infirmaretur, quod non est conueniens.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam eorum, quæ Magister dicit in parte ista, duo principaliter queruntur. Primo queritur de sanctificatione adultorum præter baptismum. Secundo queritur de sanctificatione paruulorum in baptismo. Circa primum queruntur tria: cum enim sanctificatio, et purificatio fiat triplici baptismo, vt dicit Magister, scilicet fluminis, fluminis, sanguinis, queritur de his tribus. Primo quantum ad efficaciam. Secundo quantum ad præminentiam. Tertio quantum ad conuenientiam.

QVÆSTIO I.

An baptismus fluminis sine baptismo fluminis sufficiat ad salutem.

Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 4. q. 8. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 4. q. 8.

AD OPPOSITVM. Ioan. 3. a

VERVM baptismus fluminis sine baptismo fluminis sufficiat ad salutem. Et quod non, videtur. Primo auctoritate Domini: Nisi quis renatus fuerit, et cetera. Sed nullus sic renascitur, nisi baptizetur baptismo aquæ: ergo nullus intrat in regnum cælorum sine baptismo aquæ: ergo baptismus fluminis, siue spiritus non sufficit.

Act. 10. g

2. ITEM hoc ipsum probatur exemplo, quia dicitur quod Cornelius, et qui cum eo erant, prius receperunt Spiritum sanctum, et postmodum baptizati sunt baptismo aquæ: ergo videtur quod baptizati baptismo fluminis tenentur ad baptismum aquæ: ergo sine hoc non est salus.

Ca. 27. 10. 3

3. ITEM si aliquis posset saluari sine baptismo aquæ, maxime videtur de paruulo, cui citius debet ex misericordia Dei subueniri: sed paruulus qui non est renatus aqua, damnatur, sicut dicit Augustinus in libro de fide ad Petrum, et habetur in littera. Firmissime tene, et cetera. Ergo nullus alius sine baptismo quantumcumque aliter baptizatus sit, saluari potest.

4. ITEM si aliter quam per baptismum aquæ potest quis saluari: ergo baptismus aquæ non est sacramentum necessitatis: ergo non peccant, qui nolunt baptizari: sed hoc est manifeste falsum: ergo sine baptismo aquæ non est salus: ergo nullus alius sufficit sine hoc.

FVNDAMENTA. Ioan. 11. c

CONTRA: Omnis qui viuunt, et credit in me, non morietur in æternum: sed iusti credunt, et fideles sunt antequam baptizentur: ergo si moriantur in tali fide, non moriuntur in æternum.

Amb. lib. de obitu Valentiniani ante medium 80. 3.

ITEM Ambrosius dicit et habetur in littera: Ille quem regeneraturus eram, gratiam, quam poposcit, non amisit: ergo ille qui mortuus erat non regeneratus, erat saluus sine baptismo aquæ: ergo baptismus poenitentiae sine isto dat salutem.

ITEM gratia gratum faciens est dispositio sufficiens ad salutem, dispositio autem ad gratiam est in toto corde ad Deum redire, et ab errore discedere, et hoc totum potest esse per Dei gratiam sine baptismo flumi-

nis: ergo aliquis solo Spiritus sancti baptismo saluari potest.

1. Post. cons. 27. et 2. Me zaph. 68. 4.

ITEM propter quod vnumquodque, et illud magis: sed baptismus fluminis siue aquæ non sanctificat nisi per Spiritum: ergo spiritus magis sanctificat, et facit dignum vita æterna. Si ergo aliquis habeat baptismum fluminis sine aqua, habet sanctificationem: et qui hoc habet, habet quod sufficit ad salutem: ergo, et cetera. Si tu dicas, quod nemo potest habere baptismum fluminis, nisi prius baptizetur baptismo aquæ, ostenditur esse falsum. Primo, quia Deus nullus obligat ad impossibile: et iterum, nulli se negat requirenti ipsum: si ergo aliquis, qui non potest baptizari, ad Deum conuertitur, Deus conuertitur ad ipsum: sed hoc non est nisi per collationem Spiritus sancti: et hoc est baptizari baptismo fluminis: ergo ille potest haberi sine alio.

CONCLUSIO.

Baptismus fluminis sine baptismo fluminis sufficit, dummodo sit impeditus, et habeat voluntatem recipiendi baptismum fluminis.

RESP. AD ARG. Dicendum quod baptismus fluminis, et baptismus fluminis vterque est necessarius ad salutem. Sed primus est necessarius, non quia sit in præcepto, sed quia sine illo nullus liberatur a peccato. Et quoniam omnes peccatores nascimur, et nullus saluari potest, nisi liberetur a peccato: ideo nullus sine baptismo fluminis, neque paruus, neque magnus potest saluari. Baptismus autem fluminis, siue aquæ est necessarius, quia Deus instituit, et quia instituit sub præcepto, et quoniam quæ præcepta sunt, sunt necessaria ad salutem: ideo talis baptismus est ad salutem necessarius. Sed quoniam Deus neminem obligat ad impossibile ex suo præcepto, vt dicit Hieronymus. Et iterum, quod quis non potest facere, si velit facere, reputatur ei pro facto, sicut dicit Glossa: super illud Psalmi: Etenim in corde iniquitates operamini, et cetera. Quod non potes facere, et vis, Deus factum reputat: ideo baptismus aquæ non sic est necessarius quin si ad sit voluntas, et desit possibilitas, non saluetur aliquis sine ipso. Concedendum ergo est, quod baptismus fluminis sine baptismo fluminis sufficit, dummodo homo habeat voluntatem, et præpediatur, vt ante mortem non recipiat præpediente necessitate, sicut ostendunt rationes vltimæ. Concedendum est nihilominus, quod nullus sine hoc potest saluari, si possit, et negligat baptizari: et hoc est quod dicit Augustinus, quod quis potest saluari non peccato sacramento baptismi, sed non potest baptismi sacramento contempto: tunc autem contemnit cum baptizari potest, et locus, et tempus se offert, et negligit: et tunc etiam priuatur baptismum fluminis, quia a gratia cadit.

Li. 4. contra Donatistas de Baptismo ca. 25. 10. 7.

1. AD illud quod obijcitur de Domini mandato, et ad illud de Cornelio, iam patet responsio, quia vtrumque intelligitur in eo, qui facultatem habet, et non præpediatur necessitate. Nam Cornelius locum, et tempus habebat, et Domini mandatum affirmatiuum eum, qui poterat, obligabat.

3. AD illud quod obijcitur de paruulo, quod tunc paruulus maxime non baptizatus poterit saluari, dicendum quod paruulus si haberet baptismum fluminis sine baptismo aquæ nunquam damnaretur. Quod ergo damnatur hoc est quia priuatus baptismum aquæ caret gratia Spiritus sancti, quia aliter ad gratiam non potest disponi quantum est de iure communi, nisi Deus faciat de priuilegio speciali, sicut in sanctificatione in vtero. Sed adultus de sententia communi potest per fidem, et dolorem de peccatis ad gratiam disponi, secundum illud: Quicumque hora ingemuerit peccator, vita viuet, et cetera. vnde non est simile, quia vnicuique plus valet fides sua, quam aliena: et ita adultus plus valet voluntas sua, quam paruulo voluntas aliena. Nec

Ex ec. 33. d

damna-

CONCLUSIO.

Baptismus sanguinis excedit intensiue baptismum fluminis: baptismus vero fluminis excedit extensiue.

damnatur paruulus propter transgressionem præcepti, sed propter culpam originalis, quæ remanet non deleta.

4. QVOD vltimo obijcitur, iam solutum est, quia dicitur sacramentum necessitatis, non quia sine ipso non possit homo saluari, sed quia ad hoc tenetur si potest, et hoc neglecto non potest saluari.

QVÆSTIO II.

An baptismus sanguinis sit dignior baptismum fluminis.

Alex. Alonf. 4. p. q. 8. Meabr. 8. art. 5. §. 1. S. Tho. 3. p. q. 66. art. 12. Et 4. Sent. dist. 4. q. 3. art. 3. q. 3. Richardus 4. Sent. dist. 4. art. 2. q. 3. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 4. q. 8. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 4. q. 9.

AD OPPOSITVM.

Dam. lib. 4. cap. 5. circa med. de or. 10. fide.

DE præminentia istorum, et queritur quis baptismus sit dignior, vtrum baptismus aquæ, vel sanguinis. Et quod aquæ, videtur, quia Damascenus distinguit nouem genera baptismatum ascendendo gradatim, et in vltimo ponit baptismum aquæ, siue fluminis: ergo si gradatim ascendit, sicut patet in alijs differentijs, videtur quod illud quod vltimo ponit est perfectius: sed vltimo ponit baptismum aquæ: ergo, et cetera.

2. ITEM baptismus aquæ habet efficaciam a passione Christi, sed baptismus sanguinis a passione martyris: sed maior, et nobilior est passio Christi, et eius virtus, quam passio martyris, et eius virtus: ergo maior est efficacia baptismi aquæ, quam baptismi sanguinis: ergo baptismus aquæ nobilior.

3. ITEM baptismus aquæ tribuit gratiam gratum facientem, per quam acquiritur aurea: sed baptismus sanguinis ducit ad aureolam, quæ est accidentale prærium: ergo si præmium substantiale præcellit accidentale: ergo baptismus ordinatus ad meritorium substantiale, et præmium, præcellit alium: et sic, et cetera.

4. ITEM remedium illud quod plures curat, et a pluribus morbis, et periculosis moribus sanat, melius est, et vtilius: sed baptismus aquæ plures personas sanat, et a pluribus morbis, quam baptismus sanguinis, quia ab omni culpa tam mortali, quam veniali: ergo est remedium melius, et vtilius: ergo nobilior.

FVNDAMENTA. Num. 7. a

CONTRA: Super illud: Tolles taurum, et cetera. Glossa: baptismus in sanguine puriores facit, quam baptismus in aqua: sed baptismus ille est perfectior, qui facit puriores: ergo baptismus sanguinis est perfectior, et nobilior baptismum aquæ.

Dam. li. 4. c. 5. de or. fide.

ITEM Damascenus dicit, quod baptismus sanguinis est valde bonus, et venerandus, quia secundis sordibus non inquinatur: sed baptismus aquæ secundis sordibus inquinatur: ergo baptismus sanguinis est perfectior, et nobilior baptismum aquæ.

ITEM processus est ab imperfecto ad perfectum: sed a baptismum aquæ ad baptismum sanguinis siue martyrij recto ordine proceditur, et non retroceditur: ergo ille baptismus, in quo est status perfectionis, est dignior.

ITEM quod proximus est fini, est certius, et efficacius: et quod ponit in altiori gradu, illud est simpliciter nobilior, et melius: et tale est baptismus sanguinis, quia statim introducit in gloriam sine impedimento, nec tantum acquirit gloriam immo gloriam eminentem: ergo, et cetera.

§. Bon. To. 5.

RESP. AD ARG. Dicendum quod dignitatis præminentia in his baptismibus conspicitur ex consideratione effectuum eorumdem. Vtriusque autem effectus, scilicet sanguinis, et fluminis, est et in liberando a malo, et in ordinando ad bonum, et vtroque modo se habent sicut excedentia, et excessa. Nam maior effectus, siue efficacia in liberando a malo potest esse vel extensiue, vel intensiue. Si extensiue, baptismus aquæ excedit, quia plures personas liberat, et a pluribus morbis, quia a peccato mortali, et veniali. Baptismus autem sanguinis liberat paucos, et solum a veniali liberat, a mortali non, quia præsupponit charitatem, aliter nihil valeret ad salutem. Similiter in ordinando ad bonum maior potest excessus attendi dupliciter, aut extensiue, aut intensiue. Si extensiue, sic præcellit baptismus aquæ, quia dat gratiam gratis datam, scilicet characterem, et gratiam gratum facientem, quæ disponit ad gloriam, et præmium essentiale. Baptismus autem sanguinis gratiam gratum facientem non tribuit, sed consummat: nec tribuit characterem, per quem distinguitur anima, et præparatur ad gratiam. Vtroque modorum prædictorum baptismus sanguinis excedit intensiue, sicut excedit extensiue. Nam efficacius, et melius liberat a malo culpæ, et peccati, quia omnem refecat, et secundum potentiam, et secundum actum. Similiter efficacius ordinat ad bonum, quia statim introducit in gloriam: et perfectiorem, et gloriosiore hoc baptismum baptizatus consequitur palmam. Respondendum est ergo ad quætionem prædictam, quod se habent sicut excedentia, et excessa. Si tamen quæras quod magis præcellat, credo quod baptismus martyrij, sicut ostendunt rationes inductæ.

1. AD illud ergo quod obijcitur, quod Damascenus vltimo loco ponit baptismum aquæ, breuiter est respondendum, quod non ponit vltimo propter hoc quod sit dignior, sed quia est in intentione tractandi principalior: et quia nomen baptismi magis proprie habet, quia mundat et interius, et exterius.

2. AD illud quod obijcitur, quod baptismus aquæ habet efficaciam a passione Christi: ergo, et cetera. dicendum quod argumentum illud deficit dupliciter. Primum quia passio Christi non operatur ibi secundum totam suam virtutem. Secundo etiam, quia baptismus martyrij efficaciam habet a passione Christi: nullum enim martirium efficax est nisi per illam. Vnde scribitur de martyribus: Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione, et lauerunt stolas suas, et dealbauerunt eas in sanguine agni, non tantum in suo, sed etiam agni. Ratio autem quare efficaciam habeat maiorem, est quia in baptismum sanguinis amplior, et plenior est imitatio, et professio passionis Christi, quam in baptismum aquæ: nam ibi est professio verbo, et signo sine actu: hic autem non solo signo, et actione, sed et passione. Vnde in baptismum aquæ mors significatur, hic autem suscipitur: vnde quia expressior est ibi professio fidei, ideo efficacior. Vnde Augustinus loquens ad Fortunatum de comparatione horum baptismatum dicit: Baptizatus confitetur fidem suam coram sacerdote, martyr coram persecutore. Ille post professionem aspergitur aqua, hic aspergitur sanguine. Ille manus impositione Pontificis accipit Spiritum sanctum, hic templum efficitur Spiritus sancti: et ita patet quod illud præcellit.

3. 4. VLTIMA duo non probant, quod sit efficacius simpliciter, sed quod sit ad plura, quia gratiam gratum facientem, et contra mortem culpæ, hic autem quamuis

Apo. 7. d

Aug. de eccl. cl. dogm. c. 74. 10. 3. De consuec. dist. 4. c. ca. thacumenit

f non

non det gratiam, tamen ipsam consummat. Quamvis enim baptismus sanguinis non auferat culpam, auferat tamen omnem possibilitatem ad culpam, et hoc maioris est perfectionis quam delere culpam, et dimittere possibilitatem ad culpam, immo inclinationem.

QVÆSTIO III.

An baptismus sanguinis sit sacramentum.

Alex. Alenf. 4. p. q. 8. Memb. 9. art. 4. §. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 4. q. 9. Petrus de Paludo 4. Sent. dist. 4. q. 3.

FVNDAMENTA.

Dist. 4.

DE horum convenientia: et cum baptismus aqua sit baptismus, et sacramentum, queritur utrum baptismus sanguinis saltem sit sacramentum. Et quod non, videtur, quia supra dicit Magister, quod sacramentum baptismi celebratur tantum in aqua, non in aliquo alio liquore: sed sanguis non est liquor eiusdem speciei cum aqua: ergo, et cetera.

ITEM sacramentum est signum expressivum eius quod fit interius: sed sanguis potius corpus inficit, quam purificet: ergo cum interius anima non inficiatur, sed purificetur, baptismus sanguinis non est sacramentum.

ITEM sacramentum novae legis efficit aliquid, siue confert aliquid interius aliquo modo: sed sanguis exterior, et persecutio exterior non efficit interius, sed potius recipit bonitatem ab interiori: ergo, et cetera.

ITEM omne sacramentum est institutum, quia ex institutione figurat: hoc autem non est institutum: ergo non est sacramentum.

AD OPPOSITIVM.

Rom. 5. c.

Joan. 19. f.

CONTRA: Sacramentum est invisibilis gratiae visibilis forma: sed hoc est in martyrio, quia est signum gratiae invisibilis in corde, et manifestatur amor Dei per sanguinis effusionem: ergo, et cetera.

ITEM super illud: Qui est forma futuri, Glossa: De latere Christi dormientis fluxerunt omnia sacramenta, ex quibus formatur Ecclesia: et hoc dicit, quia inde fluxerunt sanguis, et aqua: ergo videtur, quod ita accedit ad rationem sacramenti baptismus sanguinis, sicut aquae.

ITEM quod participat nomen speciei, participat nomen generis: sed martyrium, siue effusio sanguinis dicitur baptismus: ergo debet dici sacramentum.

IVXTA hoc queritur, cum multa sint genera martyriorum, propter quid martyrium vocatur magis baptismus sanguinis, quam ignis, vel alterius elementi, cum omnibus sint sancti passi.

Dam. 11. 4. c. 5. de ort. fid. a med.

ET iterum: Cum multa sint genera baptismatum, sicut dicit Damascenus scilicet novem videtur quod Magister insufficienter tangat tantum tria, scilicet baptismum poenitentiae, baptismum sanguinis, et baptismum aquae: videtur enim quod aut Magister diminutus sit, aut Damascenus superfluitus.

CONCLUSIO.

Baptismus sanguinis non est sacramentum, quia ei deficiunt omnia ea, quae sunt de integritate sacramenti.

RESP. AD ARG. Dicendum quod baptismus sanguinis non est sacramentum, quia deficiunt ei omnia, quae sunt de ratione sacramenti, scilicet representatio ex similitudine, significatio ex institutione, sanctificatio ex verbi prolatione: quorum quodlibet deficit, ut in opponendo tactum est, et insipienti patet: et ideo sacramentum non est.

1. AD illud ergo quod obijcitur, quod est invisibilis gratiae visibilis forma, dicendum quod ratio ista est truncata, et supplenda est, sicut Magister supplevit supra: ita quod similitudinem gerat, et causa existat, quorum utrumque deficit in proposito.

Dist. 1.

2. AD illud quod obijcitur, quod sacramenta dicuntur profuxisse, dum profuxit sanguis, et aqua, dicendum quod sanguis, et aqua non significabant sacramentum eiusdem generis, sed diversa: nam aqua praesignabat sacramentum baptismi, et sanguis sacramentum Eucharistiae, ubi vere est sanguis: et ideo non oportet, quod verum sacramentum baptismi sit in sanguine, quia Dominus non instituit in sanguine sacramentum purgationis, sed cibationis, et refectionis, iuxta illud: Hic est enim sanguis meus, et cetera.

Mat. 26. 6.

3. AD illud quod obijcitur, quod participat nomen speciei, et cetera. dicendum quod verum est secundum quod baptismus nominat speciem sacramenti: et hoc quidem facit dum accipitur pro signo visibili. Sed baptismus non tantum dicitur ablutio exterior, sed etiam purificatio interior: et haec non est speciem sacramenti, quoniam haec est non tantum in baptismo fluminis, sed etiam fluminis, et sanguinis: unde quia utrumque purificat, ideo non absurde utrumque baptismus dicitur: et hoc auctoritate sacrae Scripturae probatur. Nam de baptismo martyrii dicitur: Baptismo habeo baptizari, et cetera. Et de baptismo fluminis habetur: Vos autem baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos dies.

Luc. 12. f. Act. 1. 5.

4. AD illud quod queritur, quare martyrium dicitur baptismus sanguinis, et cetera. dici potest, quod in martyrio ponitur vita carnis, et vita illa in sanguine est, secundum quod dicitur in lege Moyse, vel dicendum quod hoc dicitur quia omne genus martyrii sibi habet finem. Nam ab omnibus alijs legimus sanctos inter dum liberatos praeterquam a poena gladii. Si queratur ratio huius, potest dici, quod hoc genus poenae est a mala voluntate hominis immediate: sed alia genera poenarum sunt a creaturis operantibus naturaliter: et quoniam martyr Deo obtemperat, congruum est ut ei ad manifestationem diuinæ bonitatis, et in testimonium suae virtutis obtemperet cetera operantia per naturam. Mala autem voluntas contra Deum nititur, et Domino resistere vult, et iusto Dei iudicio finitur male agere cum vult: et ideo nec est congruum, ut martyri subijciatur, nec quod carnifex a malo prohibeatur. Vel ideo Deus ceteros martyres huic poenae subiacere disposuit, ut nullus euadat. Magis enim congruebat de hac, quam de alia, quia ab hac vniuersum non eripuit: quid ergo mirum est si alios non eripit, ne forte seruus videatur maior domino suo? Prima tamen ratio videtur melior.

Solutio per pulchra du bationis.

5. AD illud quod obijcitur ultimo, quod Magister tantum ponit tria, et Damascenus novem, dicendum quod Magister non agit hic nisi de baptismo, qui purificat: et hunc comprehendit sub triplici differentia. Damascenus autem accipit differentias baptismi et quantum ad purificationem, et quantum ad significationem: ideo ponit novem: Quorum sic potest patere sufficientia. Nam baptismata pertinentia ad significationem fuerunt ante legem novam: in lege autem novae ad purificationem. Prima quattuor sunt secundum quattuor, quae praefigurantur in baptismo. In baptismo enim est aqua, est spiritus, est passionis virtus, et quarto baptizandi actus. Quantum ad aquam praecessit figura in baptismo diluuij, secundum quod dicitur: Quos nunc similis formae saluos facit baptismus. Praemisit enim, quod in diluuij octo animae saluae sunt factae per aquam. Quantum ad aquam, et spiritum in baptismo maris rubri. De quo dicit Apostolus, quod omnes baptizati suat in nube, et in mari, et nubes illa erat ignea, in qua signatur gratia Spiritus sancti efficacia. Quantum ad virtutem passionis praefigurat in baptismo legis, ubi est aspersio per aquam lustrationis: et erat cinis vitulae ruse, in cuius vitulae

1. Pet. 3. d.

1. Cor. 10. 1.

vitulae

vitulae occisione signatur passio Christi, ut aqua lustrationis habens vim ab illo cinere, significet baptismum habere virtutem a passione Christi. Et de hoc baptismate habetur saepe in lege, et ad Hebraeos: Cinis vitulae aspersus inquinatos sanctificabat ad emundationem. Quantum ad actum baptizandi in baptismo Ioannis, ubi immergebatur quis in nomine venturi, in quo praecessit expressa figura quantum ad actum. De hoc baptismate dicitur. Et sic quantum ad significationem sunt quattuor: Quattuor etiam sunt quantum ad purificationem. Est enim purificatio a culpa: et sic est baptismus poenitentiae. Et a culpa, et poena satisfactoria: et sic baptismus aquae. Et a sequela: et sic baptismus in linguis igneis. Et ab omni miseria: et sic baptismus sanguinis. Et sic patet, quod in lege nova sunt quattuor purificantia, et in lege ante novam sunt quattuor purificantia. Et medium iungens haec illis fuit baptismus, quo baptizatus fuit Christus, ubi collata est vis regeneratiua aquae, et Spiritus in columbae specie descendit de caelis. Et sic patet, quod in vniuerso sunt novem, et non plura, nec pauciora baptismata. Patet etiam, quare Magister tantum tria numerat, quia solum de his loquitur, quae sunt ad baptismi efficaciam, quo ad purgationem a culpa.

Hebr. 9. b.

Mat. 3. c. Luc. 3. d. Marc. 1. b. Ioan. 1. d.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER queritur de sanctificatione collata paruulis per sacramentum baptismi. Et circa hoc tria principaliter queruntur. Primo queritur, utrum paruuli in baptismo recipiant sanctificationem. Secundo, utrum recipiant plene. Tertio, utrum recipiant aequaliter.

QVÆSTIO I.

An paruuli in baptismo recipiant sanctificationem.

Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 4. q. 10. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 4. q. 1.

AD OPPOSITIVM.

VIDE D paruulus non possit iustificari, videtur, quoniam Bernardus de libero arbitrio dicit quod duo sunt ad salutem necessaria, scilicet dans, et liberu arbitriū, et subiungit quod tam non potest esse salus nostra sine voluntate consentientis, quam non potest esse sine gratia dantis: sed in paruulo non est vsus liberi arbitrii: ergo non potest esse in eo salus.

August. de verb. Ap. ser. 1. 5. post med. 20. 20.

2. ITEM Augustinus: Qui fecit te sine te, non iustificabit te sine te, hoc est sine actu tuae voluntatis: sed paruulus hunc non habet: ergo non potest iustificari.

3. ITEM voluntas paruuli non mutatur: ergo semper paratus est dare: ergo quod modo dat, modo non, hoc est propter mutationem in voluntate suscipientis: ergo si in paruulo non mutatur voluntas, non recipit rem. Si dicas, quod paruulus disponit non actu suo, sed fide offerentium. Contra: Esto quod illi esset infideles, tunc ergo paruulus damnaretur.

4. ITEM in sacramento significatio antecedit sanctificationem: ergo non existente significatione non est sanctificatio: sed paruulo sacramentum non significat, quia nihil facit in intellectum eius venire: ergo paruulo non sanctificat.

FVNDAMENTA.

SED CONTRA: Magis consonat rationi, et pietati, quod conditio paruulorum possit ab aliquo iuari quam laedi: sed paruuli sine suo consensu possunt trahi ad baptismum. S. Bon. To. 5.

A here, et trahunt culpam: ergo multo magis gratiam.

Rom. 5.

ITEM: Per vnum hominem peccatum intravit in mundum, et per vnum vitia, per Adam peccatum, per Christum vita: sed non est minus potens Christus, quam Adam, et gratia magis se diffundit quam culpa: ergo si Adam potuit ipsos vitare sine consensu, multo magis saluare eos potuit sacramentum Christi.

ITEM omnis suscipiens sacramentum, suscipit rem nisi habeat obstaculum: sed paruulus suscipit sacramentum, et non habet obstaculum, quia voluntas non repugnat, nec culpa potest resistere: ergo, et cetera.

CONCLUSIO.

Paruuli baptizati recipiunt rem sacramenti, id est remissionem peccati originalis, merito passionis Christi, fidei alienae, et virtute sacramenti.

RESP. AD ARG. Dicendum quod paruuli recipiunt rem sacramenti, quae est remissio culpae originalis, et hoc merito passionis Christi, et alienae fidei, et virtute sacramenti. Et ratio huius est, tum ratione diuinæ misericordiae, tum ratione suae impotentiae, tum ratione talis culpa. Quia enim per actum alterius fuit culpa contracta, et ipsi non poterant se adiuuare, misericors Deus congruum reputauit eis per alium subueniri. Quia enim pro illa culpa nullus satisfacere poterat purus homo, ideo subuenit Deus toti humano generi per passionem Christi. Et rursus: Quia passio effectum non habet nisi in his, qui volunt fieri membra Christi, et consentiunt, et hoc non poterat paruulus velle: ideo subuenit ei voluntas, et fides aliena. Sed quia fides subuenit profitendo, et haec est in sacramento, ubi est confessio mortis Christi in signo: ideo subuenit per sacramentum. Tria ergo sunt dispositio paruulorum ad salutem. Primum est passio Christi, secundum fides aliena, scilicet Ecclesiae, tertium vero est immediatum est virtus sacramenti, quae characterem imprimi, quia ad gratiam disponit. Et per hoc patent obiecta.

1. 2. 3. NAM primum intelligitur de iustificatione a culpa acta, non contracta. Secundum similiter patet, et tertium quia paruulus non disponit secundum actum suum, quia alienum, quia diuina misericordia alienam voluntatem sibi propriam reputat.

4. AD quartum dicendum quod sacramentum quantum est de se semper significat, et sanctificat: sed tamen in paruulo non habet effectum signandi, sed sanctificandi, quia non est capax doctrinae: est tamen capax gratiae, sicut et culpa: et hoc est ex largitate diuinæ misericordiae: quamuis enim non significet paruulo, tamen alijs significat gratiam, quam tribuit paruulo.

QVÆSTIO II.

An paruuli in baptismo recipiant plene rem sacramenti.

Richardus 4. Sent. dist. 4. q. 1. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 4. q. 13. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 4. q. 2.

AD OPPOSITIVM.

TRIVM paruuli recipiant plene rem, hoc est gratiam cum habitibus virtutum. Et quod non, videtur per August. de baptismo paruulorum: Paruulos etiam nondum fides, quae in credentium voluntate consistit, iam tamen ipsius fidei sacramentum fideles facit: ergo non habent habitus fidei.

AD OPPOSITIVM.

De verb. Apost. ser. 14. 10. 10. Et epist. 23 ad Bonifac. 10. 2.

2. ITEM ratione videtur, quia virtus est habitus: sed

f 2 habitus

habitus reddit potentiam facilem ad opus: sed hæc non est in paruulo: ergo, *et cet.*

3. I T E M virtus est habitus perfectus, quia virtus est, quæ habentem perficit, et eius opus bonum reddit: sed perfectio moris præsupponit perfectionem nature: ergo cum in paruulo non sit perfectio nature, nec erit in eo perfectio moris: et sic, *et cet.*

4. I T E M virtus est habitus potentie motiue: sed cognitio præcedit motiuam: ergo cum paruuli non sint susceptibiles habitus cognitiui, nec erunt motui.

FVNDAMENTA. *Aug. ad Bo nis. epif. 23 70. 2.* **C O N T R A:** per Augustinũ ad Bonifacium: Rege- nerans spiritus in maioribus offerentibus, et paruulis oblati communis est: ergo eandem effectum habet in magnis, et paruus.

I T E M ratione videtur, quia baptismus ita facit euolare paruulum, si moriatur, vt adultum: sed virtutes sunt pennæ ad volandum in cælum: ergo paruulus habet virtutes, si baptizatur.

I T E M baptismus delet originale in paruulo: sed originale non solum animæ substantiam, sed etiam potentias deformat in pueris: ergo si baptismus est perfectum remedium, reformat potentias: sed potentie reformantur habitibus virtutum: ergo baptismus dat paruulis habitus virtutum.

I T E M baptismus facit paruulum dignum, et idoneũ ad dotes gloriæ, quæ sunt visio, dilectio, tentio: sed ad visionem disponitur fide, ad dilectionem charitate, ad tentionem spe: ergo paruulus habet virtutes Theologicas, et alias per consequens.

C O N C L V S I O.

Paruuli in baptismo recipiunt plene rem sacramenti. scilicet gratiam cum virtutibus sicut adulti quamuis per eos non operentur.

Opinio. 1. **R E S P. A D A R G.** Quidam dixerunt, virtutes paruulis dari quantum ad radicem, non quantum ad habitus, quia datur eis gratia delens culpam, non vt habitans potentias, quia potentie sunt ligatæ: vnde non sunt natæ habitari, sed cum potentie soluuntur, gratia ramificatur in habitus virtutum. Sed hæc positio non potest stare, quia tunc aliquis habens virtutes, si ligarentur in eo potentie, per stultitiam, vel furiam amitteret eas: quod stultum est dicere, cum sola culpa perdantur. Alia positio est, quod dantur paruulis quantum ad habitum, sed non quantum ad vsum. Sed tunc queritur, quid vocatur ibi vsum: aut facultas vtendi, aut actus. Si facultas: tunc qui habet habitum, habet facultatem, nec est distinguere. Si actus: sed adulti non semper vtuntur virtutibus, vt quando alijs intendunt, et tamen complete habent habitus. Si vsum vocatur quædam assuefactio addita muneris virtutis, sicut patientia dicitur fuisse in Iob, adhuc non soluit, quia hæc non est in omnibus adultis bonis. Tertia positio est, quod dantur eis habitus, sed secundum statum imperfectionis: vnde habitus iste quasi medius est inter potentiam nudam et perfecte dispositam, sicut est visus in oculo canis ante nonum diem. Sed ista positio non potest stare conuenienter, quia perfectio habituum infusorum venit ex parte gratie: et per id quod habent absque additione possunt paruuli bene operari cum creuerunt. Et propterea dicendum est, quod dantur eis habitus perfecti virtutum, sicut et adultis, quamuis per illos non operentur. Propter quod notandum, quod potentie animæ dupliciter impediuntur, ne debite exeant in actus suos. Vno modo a corporis imperfectione, et corruptione: et sic impediuntur in paruulis, et stultis, et dormientibus: et contra hoc impeditiuum est corporis perfectio, et bona dispositio. Alio modo impediuntur ab habitu malo, et a concupiscentia, siue a culpa: et contra hoc impediuntur est gratia, siue virtutes, per quas expediuntur ad operandum. Virtutes ergo reddunt potentias faciles, ipsas perficiendo, et hoc remo-

Improb.

Opin. 2.
Improb.

Opin. 3.

Improb.

Determinatio.

uendo culpam: aliam autem expeditionem non faciunt. Vnde cum paruulus sit habens vtumque impedimentum, alterum remouetur per virtutes, non vtumque: et ideo non est omnino facilis ad operandum. Huiusmodi autem habitus expeditiuus habet triplicem ortum. Nam quidam est innatus, quidam acquisitus, quidam infusus. Primus incipit cum natura, et ab eius principijs ortum habet: et ideo est in natura imperfecta imperfectus, et cum natura crescente crescit, et cum natura perfecta perficitur, vt patet in naturali iudicatorio. Secundus vero, scilicet acquisitus ortum habet a libero arbitrio, qui non habet vsum donec natura aliquo modo perficiatur: et ideo sequitur naturam perfectam. Tertius vero ortum habet a Deo, non a natura, nec a libero arbitrio: Et quia non habet ortum a libero arbitrio, potest esse in paruulo ante vsum liberi arbitrij: Quia vero non habet ortum a natura, potest esse perfectus, natura existente imperfecta.

1. E T per hæc patent obiecta. Nam fides aliquid habet infusum, aliquid acquisitum, vt cognitionem substratam: ratione primi est in paruulo, non ratione secundi.

2. A D illud quod obijcitur de facilitate, patet responsio, quia habitus ille reddit potentiam facilem, sed non omnino.

3. A D illud quod obijcitur, quod virtus est habitus perfectus, *et cet.* dicendum quod perfectio moris quædam est acquisita: et hæc præsupponit perfectionem nature: quædam infusa: et hæc non præsupponit necessario perfectionem nature. Posset tamen dici, quod potentie naturales in paruulo, in quibus natæ sunt inesse virtutes, quantum est de se perfectæ sunt, licet non exeant in actum propter impedimentum corporis. Vnde statim cum anima paruuli soluta est a carne, habet operationes sibi debitas.

4. A D illud quod obijcitur, quod habitus cognitiui præcedunt, *et cet.* dicendum quod licet habitus cognitiui sint priores, secundum acquisitionem tamen gratuiti per infusionem præcedunt. Sed queritur, cum cognitiui possint infundi, quare non dantur paruulis. Ratio est, quia sunt ad cognoscendum: et hunc actum non habent ante vsum rationis. Sed habitus motiui non tantum sunt ad dirigendum, sed ad faciendum dignum gloria, et purificandum a culpa.

2. E T per hæc patent obiecta. Nam fides aliquid habet infusum, aliquid acquisitum, vt cognitionem substratam: ratione primi est in paruulo, non ratione secundi.

3. A D illud quod obijcitur, quod virtus est habitus perfectus, *et cet.* dicendum quod perfectio moris quædam est acquisita: et hæc præsupponit perfectionem nature: quædam infusa: et hæc non præsupponit necessario perfectionem nature. Posset tamen dici, quod potentie naturales in paruulo, in quibus natæ sunt inesse virtutes, quantum est de se perfectæ sunt, licet non exeant in actum propter impedimentum corporis. Vnde statim cum anima paruuli soluta est a carne, habet operationes sibi debitas.

4. A D illud quod obijcitur, quod habitus cognitiui præcedunt, *et cet.* dicendum quod licet habitus cognitiui sint priores, secundum acquisitionem tamen gratuiti per infusionem præcedunt. Sed queritur, cum cognitiui possint infundi, quare non dantur paruulis. Ratio est, quia sunt ad cognoscendum: et hunc actum non habent ante vsum rationis. Sed habitus motiui non tantum sunt ad dirigendum, sed ad faciendum dignum gloria, et purificandum a culpa.

2. E T per hæc patent obiecta. Nam fides aliquid habet infusum, aliquid acquisitum, vt cognitionem substratam: ratione primi est in paruulo, non ratione secundi.

3. A D illud quod obijcitur, quod virtus est habitus perfectus, *et cet.* dicendum quod perfectio moris quædam est acquisita: et hæc præsupponit perfectionem nature: quædam infusa: et hæc non præsupponit necessario perfectionem nature. Posset tamen dici, quod potentie naturales in paruulo, in quibus natæ sunt inesse virtutes, quantum est de se perfectæ sunt, licet non exeant in actum propter impedimentum corporis. Vnde statim cum anima paruuli soluta est a carne, habet operationes sibi debitas.

4. A D illud quod obijcitur, quod habitus cognitiui præcedunt, *et cet.* dicendum quod licet habitus cognitiui sint priores, secundum acquisitionem tamen gratuiti per infusionem præcedunt. Sed queritur, cum cognitiui possint infundi, quare non dantur paruulis. Ratio est, quia sunt ad cognoscendum: et hunc actum non habent ante vsum rationis. Sed habitus motiui non tantum sunt ad dirigendum, sed ad faciendum dignum gloria, et purificandum a culpa.

QVÆSTIO III.

An æqualis gratia detur omnibus paruulis in baptismo.

*Alex. Ales. 4. p. q. 8. Memb. 8. art. 3. §. 3.
S. Tho. 3. p. q. 69. art. 8.
Et 4. Sent. dist. 4. q. 2. art. 3. q. 1.
Richardus 4. Sent. dist. 4. art. 3. q. 3.
Stephanus Brulef. 4. Sent. dist. 4. q. 1. 4.
Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 4. q. 1. 3.*

FVNDAMENTA. **V** I R V M æqualis gratia detur omnibus paruulis in sacramento. Et quod sic, videtur: quia quod causa differenter imprimat effectus, hoc non est nisi vel quia agens voluntarium, aut quia si non est voluntarium, tamen differenti modo se habet. Vel si eodem modo, materia recipiens se habet alio modo. Sed nec sacramentum, nec virtus passionis est voluntarium agens, nec ipsum diuersificatur, nec paruulus vnus est magis dispositus, quàm alter: ergo, *et cet.*

2. I T E M cum qualicumque dispositione infans nascatur, et qualicumque habeat naturalia, vnus tamen non nascitur magis peccator, quàm alius: ergo paritate

ratione

ratione in regeneratione vnus non debet regenerari A magis, vel melius alio.

3. I T E M vnus non punitur magis alio: ergo nec remuneratur.

A D O P P O S I T V M 1. **C O N T R A:** Bonitas nature dispositio est ad gratiam: ergo vbi melior est natura, ibi est melior dispositio: sed causa vniformiter agens magis imprimit in magis disposito, vt lux in acre, quàm in aqua: ergo cum vnus paruulus melius sit dispositus, quàm alius: patet, *et cet.*

Rom. 9. c. 2. I T E M quia Deus prændit Iacob futurum bonum, dedit illi gratiam, alteri vero, scilicet fratri non dedit, quia permansurum in malitia vidit: ergo si paruulorum, qui baptizantur, quosdam præuidet damnandos, quosdam saluandos, videtur quod saluandis dare debeat maiorem gratiam.

C O N C L V S I O.

Æqualiter dat Deus gratiam paruulis in baptismo de lege communi, quia tamen non est eius potentia alligata in sacramento, maiorem potest dare vni quàm alteri.

Concordat Scot. dist. 4. §. 7. **R E S P. A D A R G.** Dicendum quod gratia mensuratur secundum liberalitatem Dei dantis, non secundum

dum qualitatem suscipientis, nisi de congruo: et hoc secundum quod suscipiens se præparat, non secundum quod est capax: quia ergo Deus operatur ibi secundum exigentiam sacramenti: et vterius, vnus non est dispositus magis quàm alter: ideo æqualiter omnibus paruulis dat quantum est de lege communi. Quia tamen potestas eius non est alligata sacramento, non est necesse quod semper det æqualiter, sed potest facere, cui vult priuilegium speciale.

1. 2. A D illud ergo quod primo obijcitur de agente diuersimode, dicendum quod illud non valet, quia Deus operatur in sacramento vt agens voluntarium. Similiter nec secundum valet, quia propagatio libidinosa hoc facit, quæ conuersa est in naturam: et ideo vniformiter.

3. A D illud quod obijcitur tertio de pœna, dicendum quod illud non valet, quia iustitia respicit meritum præcise, sed misericordia respicit dantis benignitatem.

1. A D illud quod obijcitur ad oppositum, dicendum quod bonitas nature non disponit ad gratiam, vt necessitas, nec etiam vt congruitas, nisi interueniat præparatio determinata, vt sic se præpararet, sicut natura nata est capere.

C 2. **V L T I M V M** patet, quia virtus sacramenti non respicit futurum, sed dispositionem præsentem: Deus autem et sic, et sic.

D I S T I N C T. V.

QVOD BAPTISMVS AEQVE SANCTVS EST, a bono, et a malo datus bono vel malo.

QUOD hæc sciendum est, sacramentum baptismi a bonis et a malis ministris dari, sicut a bonis et malis sumitur. Nec melior est baptismus, qui per meliorem datur, nec minus bonus, qui per minus bonum datur, nec malus, qui per malum datur: Nec maius munus datur in baptismo dato a bono, nec minus in baptismo dato a malo, sed æquale: quia non est munus hominis, sed Dei. Quod totum subditis declaratur testimonijs. Augustinus ait: Baptismus talis est qualis ille, in cuius potestate datur, non qualis est ille, per cuius ministerium datur. Idem: Prorsus fieri potest, vt aliqui verum habeant baptismum, et non habeant veram fidem. Item si inter bonos ministros, cum sit alius alio melior, non est melior baptismus qui per meliorem datur: nullo modo malus est, qui etiam per malum datur, quia idem baptismus datur. Et ideo per ministros dispares Dei munus est æquale, quia non illorum, sed eius est. Idem cum baptizet malus, illud quod datum est, vnum est: nec impar propter impares ministros, sed par et æquale propter hoc: Hic est qui baptizat. Item ego dico et nos dicimus omnes, quia iustos oportet esse per quos baptizatur: iustos oportet esse tantum iudicis ministros. Sint ministri iusti si volunt. Si autem noluerint esse iusti qui sedent in cathedra Moysi, securum me facit magister meus, scilicet Christus: de quo Spiritus sanctus dicit: Hic est qui baptizat. Item quos baptizauit Iudas, Christus baptizauit. Si quos ergo baptizauit ebriosus, homicida, adulter: si Christi erat baptismus, Christus baptizauit. Non timeo adulterum, nec ebriosum, nec homicidam: quia columbam attendo per quam mihi dicitur: Hic est qui baptizat. Item homicida dedit baptismum Christi: quod sacramentum tam sanctum est, vt nec homicida ministrante polluat. Item si in hæresi quacumque, vel schismate quisquam in nomine Patris, et Filij, et Spiritus sancti baptismi sacramentum acceperit, integrum sacramentum accepit: sed salutem, que virtus est sacramenti, non habebit si extra Ecclesiam Catholicam ipsum sacramentum habuerit. Debet ergo ad Ecclesiam redire, non vt sacramentum baptismi iterum accipiat, quod nemo debet in aliquo repetere: sed vt in societate catholica vitam accipiat. Baptismus enim extra Ecclesiam nequit prodesse: Ibi enim cuique prodesse potest baptismus, vbi potest prodesse elemosyna, scilicet in Ecclesia. Item Isidorus Romanus pontifex non hominem iudicat qui baptizat, sed spiritum Dei subministrare gratiam baptismi, licet paganus sit qui baptizat.

S. Bon. To. 5.

f 3 In his

† Super Io. tract. 5. artic. med. De vnico bapt. De conf. d. d. 4. c. si inter. contra Pœ. c. 1. in pri. Aug. lib. 3. cetera Cres. gram. ca. 6. 10. 9. Super Io. tract. 6. c. 1. Tract. 5. super Io. c. 1. In Io. tract. 5. post med. habetur de cõsec. d. 4. c. Baptismus. Ibid. par. lo inferior. Ibid. inf. de fid. ad Pœ. c. 3. ad fin. De cõf. d. 4. c. Romanus Pontifex.

In his perspicue cernis baptismum verum bonis et malis dari, et a bonis et a malis: et ipsum tamen aequale sanctum esse, et munus eius aequale in bonis, siue a bonis siue a malis baptizentur.

De potestate baptismi, et ministerio.

Ratio dictorum. Trañ. 5. in Io. ad med. et habetur de conf. d. 4. baptismus talis. 1. Cor. 3. b. Ibid. paulo post mod.

Ibidem.

Ier. 17. a

Ibid. et li. 5 de bapt. contra Donat. 6. 1. 4.

Confutatio 2. et confirmatio 1. fo lutionis.

Non ab omnibus teneatur hic Magister, attrahit cum illo est Andreas Vega 1. Cor. 3. a

Ca. 84. 10. 4

Leuit. 12. d

Exod. 19. b

QUIA ministerium tantum habent, non potestatem baptismi. Potestatem enim sibi retinuit. Quod nouit Ioannes cum vidit columbam descendentem super Christum. Vnde Augustinus: Quid nouerat Ioannes Baptista? Dominum. Quid non nouerat? potestatem Domini baptismi in nullum hominem a Domino transiuram, sed ministerium plane transiurum: potestatem a Domino in neminem transferendam, sed ministerium in bonos et malos. Non exhorreat columba ministerium malorum: respiciat potestatem Domini. Quid facit ibi minister malus, ubi bonus est dominus? Neque qui plantat, neque qui rigat est aliquid, sed qui incrementum dat Deus. Si superbus fuerit minister: cum diabolo computatur, sed non contaminatur donum Christi: quod per illum fuit purum est. Per lapideum canalem transit aqua ad areolas: in canali lapideo nil generatur, sed hortus fructus plurimos affert. Habent ergo non modo boni, sed etiam mali ministerium baptizandi, sed neuter potestatem baptismi. Ministerium enim dedit Christus seruis, sed potestatem sibi retinuit, quam si vellet, poterat seruis dare, ut seruis daret baptismum suum tamquam vice sua. Et potestatem suam constituere poterat in aliquo, vel in aliquibus seruis, ut tanta vis esset in baptismo serui, quanta est in baptismo Domini, sed noluit, ne seruis in seruo spem poneret. Baptizat seruis ut minister, baptizat Dominus tamquam potestatem habens, quam si daret seruis, ut scilicet ipsorum esset quod Domini erat, tot essent baptismi quot serui: ut sicut dictus est baptismus Ioannis, sic diceretur baptismus Petri, vel Pauli. Quod ne fieret retinuit sibi Dominus potestatem baptismi, seruis autem ministerium dedit. Si ergo seruis dicit se baptizare, recte dicit, sed tamquam minister baptizat: et ideo non differt siue bonus, siue malus baptizat. Inde etiam nemo dicit, baptismus meus, cum tamen dicat Euangelium meum, prudentia mea, licet sint haec a Deo. In quibus differentia est. Alius enim alio melius operatur in euangelizando, et alius alio prudentior est. Alius autem alio magis minusue baptizatus, siue ab inferiori, siue a maiori baptizetur, dici non potest.

Quae fuerit potestas baptismi, quam potuit Christus dare seruis.

HIC quaeritur, quae sit illa potestas baptismi, quam Christus sibi retinuit, et potuit dare seruis. Haec est, ut plurimi volunt, potestas dimittendi peccata in baptismo. Sed potestas dimittendi peccata quae in Deo est, Deus est. Ideo alij dicunt hanc potestatem non potuisse dare alicui seruum: quia nulli potuit dare ut esset quod ipse est, vel ut haberet essentiam quam ipse habet, cui hoc est esse quod posse. Dicunt enim: Si hanc potentiam alicui dare potuit, potuit ei dare creaturas creare: quia non est hoc maioris potentiae quam illud. Ad quod dici potest, quia potuit eis dare potentiam dimittendi peccata, non tamen ipsam eandem, quae ipse potens est: sed potentiam creatam, quae seruis posset dimittere peccata, non tamen ut auctor remissionis, sed ut minister, nec tamen sine Deo auctore, ut sicut in ministerio habet exterius sanctificare, ita in ministerio habet interius mundare: et sicut illud fecit Deo auctore, qui cum eo et in eo operatur illud exterius: ita interius mundaret Deo auctore, qui eius verbo velut quodam ministerio uteretur. Item etiam posset Deus per aliquem creare aliqua, non per eum tamquam auctorem, sed ministrum, cum quo et in quo operaretur: sicut in bonis operibus nostris ipse operatur, et nos: nec ipse tantum, nec nos tantum, sed ipse nobiscum et in nobis: et tamen in illis agendis ministri eius sumus, non auctores. Ita ergo potuit dare seruo potestatem dimittendi peccata in baptismo, id est, ut in mundatione interiori seruis cum Domino operaretur: non seruis sine Domino, nec Dominus sine seruo, sed Dominus cum seruo, et in seruo: sicut in exteriori ministerio Dominus operatur cum seruo, et in seruo. Vnde et Dominus dicitur sanctificare, et seruis: sed Dominus inuisibili gratia, seruis visibili sacramento. Vnde Augustinus super Leuiticum: Dominus ait: Ego Dominus, qui sanctifico. Et de Moyse etiam dictum est: Et sanctificabis eum. Sed Moyse sanctificabat visibilibus sacramentis per ministerium: Dominus autem inuisibili gratia per spiritum, ubi est totus fructus visibilibus sacramentorum. Sine hac sanctificatione visibilia sacramenta nil prosunt. Si quis hoc melius aperire poterit, non inuideo.

DIST.

D I S T I N C T. V.

De baptismo per comparationem ad dantes.

Post hac sciendum est sacramentum baptismi, et cet.

Expositio textus.



PRAE determinauit Magister de baptismo per comparationem ad suscipientes, hic agit de ipso per comparationem ad dantes: et hi sunt, quibus collata est potestas baptizandi. Et diuiditur haec pars in duas partes. In prima agit de potestate collata. In secunda agit de his, quae hanc potestatem expediunt, vel impediunt, infra distinctione sequenti circa medium, ibi: Hoc etiam sciendum est, quod licet tot, et cet. Prima pars habet duas. In prima ostendit Magister, quae sit ipsa potestas, quae ministris est collata. In secunda vero determinat, quibus est collata, infra: Nunc quibus liceat baptizare. Prima pars habet tres partes. In prima parte ostendit, quod potestas baptizandi aequaliter est efficax in omnibus ministris. In secunda vero ostendit, quae sit ista potestas, quoniam est solus ministerij exterioris, ibi: Quod ministerium tantum habent. In tertia vero parte ostendit, quae sit illa potestas, quam Dominus potuit dare ministris, sed non dedit, ibi: Quaeritur, quae sit illa potestas. Vbi dicit quod est potestas cooperationis.

Diuisio.

Dist. 6.

Iustus oportet esse per quos baptizatur. Dub. I.

Secundum hoc videtur, quod si aliquis sacerdos sit in peccato mortali, et baptizet, quod mortaliter peccet. Sed contra: Facit id, ad quod tenetur: ergo baptizando non peccat.

RESP. Dicendum quod iste qui baptizat, aut est in peccato notorio, aut occulto: siue sic, siue sic, distinguendum est, quia aut est necessitas, et timetur scandalum: et tunc non peccat baptizando, sed in hoc quod negligit se praeparare, et cum timore et reuerentia ad sacramentum accedere. Si autem non est necessitas, nec timetur scandalum si non baptizet, non debet baptizare, sed prius se praeparare ad iustificationem: quod si non facit, non tantum peccat negligendo, sed etiam sacramento contumeliam faciendo, et usurpando id, ad quod non est idoneus. Si autem notorius est, peccat scandalizando: et ideo dicit Augustinus quod mundo oportet esse ministros: patet ergo responsio ad obiectum. Non enim peccat, quia facit quod non debet simpliciter, sed non facit ut debet.

Trañ. 5. super Ioan. c. 1. 10. 9.

Si quos ergo baptizauit, et c. Dub. II.

Videtur male dicere, quia ebrietas aufert vim rationis, et intentionem: sed intentio necessaria est ad baptismum: ergo si ebrius caret intentione, non baptizat. Itē quaeritur, si aliquis est ita ebrius, quod non est omnino in eo ligata ratio, quin possit aliquid dicere, sed tamen balbutiendo dicit, vtrum sit baptizatus, quem talis baptizat. Quod non videtur, quia ligatio linguae signum est ligationis rationis: et necesse est rationem esse solutam ad ea, quae spectant ad ministerium sacramenti: ergo, et cet.

RESP. Dicendum quod differentia est inter ebrium, et ebriosum. Ebrius enim dicitur in actu, sed ebriosus in consuetudine: et bene potest aliquis consuetus ebriari, aliquando sobrius esse in actu, ita quod non biberit multum: et tunc si baptizat, baptizatum est. Quod quaeritur de ebrio, dicendum quod si habeat ligatam rationem, adeo quod tollatur intentio baptizandi, et nescit quid faciat, tunc non baptizat: si autem ra-

tio soluta est in tantum quod scit quod facit, tamen non omnino deest bene compos sui, tunc iudicandum est, quod sit baptizatus, etiam si lingua aliquo modo balbutiat, quia id non est signum ligaminis rationis semper efficax. Multi enim sunt, qui ex modico vino balbutiunt, et habent usum rationis. Distinguendum tamen est in ligamine linguae, nam si format verba intelligibilia, licet non omnino perfecte, baptizatus est paruulus. Si autem ita corrupte profert, quod intelligi non potest, et formam ita infringit, ut conuenienter intelligi non possit, est rebaptizandus.

Quod nouit Ioannes, et c. Dub. III.

Videtur dicere contra Hieronymum, et Chrysostomum, qui dicunt, quod non nouerat esse Christum: et ita videtur contrarietas. Quaeritur ergo quis melius inter eos senserit. Et videtur quod Augustinus quia quando Iesus ad Ioannem venit, tunc dixit Ioannes: Ego a te debeo baptizari: sicut dicitur, ergo cognoscebat ipsum esse Christum. Quod autem melius dicat Chrysostomus, videtur, quia Ioanni, quando missus est ad baptizandum, dictum fuit: Super quem videris spiritum descendentem, hic est qui baptizat: ergo antequam veniret ad eum, sciebat quod solus ipse esset, qui baptizaret interius, sed tamen non cognoscebat exterius ipsum.

Super

Mat. 11. a

Mat. 3.

Mat. 3. d

Mar. 1. a

RESP. Dicendum quod vtrumque verum fuit, sicut docet nos intelligere Chrysostomus. Primo Ioannes nouit Christum infantia, notitia corporali, postmodum recessit in desertum: et tunc post longum tempus, quando missus est ad baptizandum dictum est ei, quod Christus potestatem baptizandi sibi retineret: sed iam oblitus est propter magnam moram, quis vel qualis esset Christus in persona: et iudicio columbae vtrūque didicit, quia per hoc sciuit quod ipse esset Christus, et quod ipse esset qui peccata dimitteret, et Spiritum sanctum daret: vtrumque ergo prius sciebat in generali, sed postmodum didicit in speciali: prius tamen, cognouit quis esset, quam cuius potestatis esset. Primum enim sciuit per conuersationem infantiae, secundum per reuelationem prophetiae, et sic patet vtrumque.

Ne seruis in seruo spem poneret, baptizat Dominus, et c. Dub. IV.

Quaeritur de ratione ista, quam assignat Magister, ne seruis poneret spem in homine, quia illud nullum videtur inconueniens, quia possumus in orationibus sanctorum confidere: vnde clamamus de beata Virgine, Vita dulcedo, et spes nostra salua.

RESP. Dicendum quod est spes auxilij, et est spes praemij, dicendum ergo quod si potestas dimittendi peccata esset data homini, iam posset homo sperare ab homine gratiam, et veniam, et ita per consequens gloriam, ad quam gratia est velut dispositio necessaria: sed haec ab homine sperari non potest, nec debet. Sed cum homo possit orationibus adiuuare quadam congruitate, potest homo sperare in aliquo sancto tamquam in adiuvante, non tamquam in releuante, quia hoc est gratia specialis solius Christi: et sic patet illud.

Tot essent baptismi, et c. Dub. V.

Hic quaeritur de alia ratione, quam assignat cum dicit: Ne tot essent baptismi, quot baptizatae. Videtur enim ratio non esse bona, quia aut intelligit tot numero, aut tot specie. Non tot specie, constat, quia consimilis forma, et consimilis effectus est in omnibus. Si tot numero, nullum esset inconueniens.

RESP. Dicendum quod intelligitur, quod tot essent denominatione, et ita scissura esset in Ecclesia, quia vnus posset dicere: Ego sum Pauli, alius autem: Ego

1. Cor. 1. b

Ego

Ego sum Apollo: et sic non perfecta esset vnitas in Ecclesia, cuius vnitatis perfectio fundamentum habet in vno baptismo.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam eorum, quæ dicuntur in presenti distinctione, tria principaliter queruntur. Primo queritur de potestate collata baptizaturis, siue baptizantibus quantum ad extensionem. Secundo de ipsa quantum ad intentionem, siue efficaciam. Tertio queritur de ipsa potestate baptizantium per comparisonem ad tantem illam. Circa primum breuiter queruntur duo. Primo queritur, vtrum soli sacerdotes, siue clerici habeant potestatem baptizandi. Secundo, dato quod etiam laici, queritur vtrum hæretici in potestate illa communicent cum catholicis.

QVÆSTIO I.

Antantum sacerdotes, vel etiam laici possint baptizare

- Alex. Alenf. 4. p. q. 8. Memb. 6. art. 1.
S. Tho. 3. p. q. 67. art. 3.
Et 4. Sent. dist. 5. q. 2. art. 1.
Scot. 4. Sent. d. 6. q. 1.
Richardus 4. Sent. dist. 5. art. 3. q. 1.
Tho. Arg. 4. Sent. d. 5. q. 1. art. 2.
Steph. Brul. 4. Sent. dist. 5. q. 1.

FVNDAMENTA.

VOD non tantum sacerdotes, sed etiam laici possint baptizare, sic ostenditur: Si baptizaret vetula seruata forma verborum, iste, quem baptizat, non rebaptizatur: ergo est baptizatus: sed vetula non baptizaret, nisi haberet potestatem: ergo, etc.

ITEM alia ratione videtur: Baptismus, quia est sacramentum necessitatis, ideo institutum est in elemento omnibus communi: sed elementum non sufficit, nisi adsit qui possit baptizare: ergo potestas baptizandi omnibus debuit conferri tam clericis, quam laicis.

ITEM dicitur quod Dominus non baptizabat, sed discipuli: sed discipulis nondum erat collata potestas sacerdotalis: ergo, etc.

AD OPPOSITVM solis sacerdotibus traditum esse, nec ipsi diaconibus eius ministerium est permittum.

ITEM baptismus est sacramentum Ecclesie: sed ordo est in Ecclesiastica hierarchia: ergo ab his solis potest tradi, qui ad hoc in Ecclesia sunt ordinati: sed illi soli sunt, qui habent ordinis sacramentum: ergo, etc.

ITEM si propter necessitatem solam confertur omnibus: ergo cum sacramentum penitentiae sit sacramentum necessitatis, videtur quod in casu illo debet quilibet absolueri, etiam laicus.

ITEM si in casu necessitatis indultum est, videtur quod si aliquis laicus baptizet præter necessitatem, debet rebaptizari.

CONCLUSIO.

In casu necessitatis non modo sacerdotes, sed etiam laici non muti, neque manci possunt baptizare.

RESP. AD ARG. Dicendum quod sacramentum baptismi est sacramentum Ecclesiasticum, necessarium, et primum. Quia Ecclesiasticum, ideo eius administratio primo, et principaliter est commissa cleri-

cis, et inter hos, sacerdotibus. Quia vero necessarium, et sacerdos non semper adest, ideo eius administratio se extendit etiam ad laicos, diuina misericordia faciente, quæ neminem vult perire. Quia vero primum, ideo a nullo alio sacramento dependet: et ideo huius ministerij potestas se extendit ad omnes, qui possunt facere ea, quæ sunt de integritate sacramenti: et quicumque ista faciat, baptizatum est: ille ergo solus excluditur, qui non potest. Propter quod notandum, quod baptismus sicut alia sacramenta est sacramentum, et sacramentum vnum, et verum, et integrum. Quia sacramentum, ideo est signum visibile, et ideo debet habere dispensatorem visibilem, vt hominem, non spiritum. Quia vero vnum, ideo debet tradi ab vno dispensatore, non a pluribus. Quia verum, ideo non debet idem esse baptizans, et baptizatus, sed alius, quia in forma duplex persona exprimitur, cum dicitur: Baptizo te. Quia vero integrum, ideo concurrunt in eo necessario duo, scilicet elementum, et verbum. Verbum autem debet dici: et quia dicere est cum intentione profere: ideo necesse est quod baptizans habeat discretionem, et non sit stultus: et oportet quod habeat locutionem, et non sit mutus. Quia vero in elemento debet mergere, oportet quod non sit mancus: omnis ergo talis qui potest exercere ea, quæ sunt de integritate sacramenti, potest baptizare, et in casu necessitatis debet, etiam si non sit ordinatus: præter casum necessitatis solus sacerdos debet baptizare: etsi alius facit, quamuis baptizaret, tamen grauius peccat.

1. Patent ergo obiecta, quia Isidorus loquitur secundum congruitatem exequendi, non secundum potestatem. Et similiter patet aliud, quia etsi sit Ecclesiasticum, tamen est necessarium, et primum, et ideo etiam secundum rectam ordinationem Ecclesie, competet eius administratio omnibus eis, qui possunt exercere, quæ sunt de integritate sacramenti.

2. Ad illud de penitentia, dicendum quod etsi sit necessarium, non tamen primum, sed eorum, qui iam sunt de Ecclesia. Præterea: Hoc sacramentum est tantum aduulorum, qui possunt adire sacerdotem interiorum cum carent exteriori: sed non sic baptismus, quia est remedium paruulorum.

3. Ad vltimum dicendum quod potestas non tantum data est in casu necessitatis, sed etiam tunc imposita, vt si alias fecerit peccat: tunc vero non peccat, si facit, immo peccat, si non facit: nihilominus tamen si fecerit, factum est: et sic patet responsio ad illud.

Ex prædictis patent aliqui casus, qui circa potestatem baptizantium possunt queri. Solet enim queri, vtrum in articulo necessitatis possit aliquis a sathana baptizari, esto quod se transfiguratur in angelum lucis. Et quod sic, videtur quia omnia verba potest dicere, et omnem actum facere, quem alius potest. Et ad hoc patet responsio, quia non competit ei administratio sacramenti sensibilis. Potest autem huius triplex ratio reddi. Prima est, quia spiritus est. Administratio autem siue dispensatio sacramentorum per Christum, hominem instituta est per homines ad salutem hominum dispensandam. Secunda ratio est, quia spiritus est ita præcisus ab Ecclesia, quod nec est membrum actu, nec potentia: et ideo administratio, aut potestas, quæ descendit a capite Christo nõ peruenit ad ipsum. Tertia ratio est, quia in omnibus sinistram habet intentionem: sicut enim Christus omnia bene facit, ita diabolus omnia male: et ideo etiam si faceret actum, et diceret verbum, non tamen intenderet baptizare, sed potius deludere, et sic patet, quod non potest baptizare. Prima tamen ratio melius valet.

Solet etiam queri, vtrum aliquis in articulo necessitatis possit baptizare seipsum, videtur enim quod sic propter statum necessitatis, cum possit se mergere, et verbum dicere. Et hoc ipsum videtur Innocentius in quadam decretali dicere, quod si Iudeus aliquis aspergat se aqua vtens forma baptismi, non habens

Explicatio.

3. Lateralis quæstio.

4. Lateralis quæstio.

Prisc. li. 12. et 13. sua Gram.

1. Lateralis quæstio.

2. Lateralis quæstio.

bens aliquem, qui ei sacramentum tribuat, euolat, et inter fideles computandus est, vt dicit. Et ad hoc patet responsio, quod nullus potest sibi administrare sacramentum baptismi. Et prima quidem ratio tacta est, quia non saluatur veritas formæ, cum in forma duplex persona exprimitur, cum dicitur: Baptizo te. Secunda ratio est, quia baptizans, pater est spiritualis baptizati: si ergo nemo est filius suus, nemo seipsum potest baptizare. Postremo deficit ibi ratio significationis, quia enim significatur ibi mundans, et mundatus spiritualiter, et hoc non potest esse idem, sed alius, ita necesse est etiam quod sit in sacramento. Prima tamen ratio potior est.

Solet etiam poni talis casus: Habeant consortium mutus, et mancus. Alter non potest baptizare, quia deficit ei verbum, alter non potest, quia deficit ei actus, videtur ergo quod ambo simul possint totum supplere, et baptizare propter necessitatem. Et ad hoc patet responsio, quod non possunt. Aut enim dicit mancus ille, baptizamus, aut baptizo. Si dicat, baptizamus, mutat formam. Si dicat, baptizo, falsum dicit, quia cum sit mancus, non mergit: et ita non potest ibi saluari, quod est de integritate sacramenti. Si autem duo baptizent, quorum vterque mergit, et dicit verbum, si dicunt ambo, baptizamus, neuter baptizat, quia forma mutatur. Si vero dicunt, baptizo, alter eum baptizat, scilicet qui prius loquitur, et complet, alter vero omnino nihil facit.

Solet etiam queri, si plures sint in extrema necessitate, vtrum possint simul baptizari. Et quod sic, videtur. Propter necessitatem, indultum est omnibus: ergo videtur quod vnus possit baptizare plures, vbi est periculum mortis. Et ad hoc aliter respondetur, quàm de prædicta. Quod potest, quia si baptizaret ita: Baptizo vos in nomine Patris, et Filij, et Spiritus sancti, baptizatum est. Et si tu obijcias, quod mutat formam, vt si dicatur: Nos baptizamus, dicendum quod in hoc non est mutatio formæ. Nam sicut dicit Priscianus, non ingeminat singulare suum, vt dicatur ego et ego: sed ego, et tu: vel ego, et ille: et ideo si dicatur: Nos baptizamus aliquid dicitur a forma extraneum, et forma mutatur. Sed cum dicitur, baptizo vos, sensus est. Baptizo te, et te: et ideo non est formæ mutatio, sed geminatio: nam hic non introducitur persona alia nisi baptizans et baptizata: non sic est in forma alia cum dicitur: Nos baptizamus. Attendendum tamen, quod si per plura numerum non fiat vis aliqua, nisi quæ fit secundum cursum solitum loquendi, secundum quod Papa de se vnico dicit: Nos dicimus, et in vulgari hoc vtimur linguagio, non dicerem tunc formam mutari, nec corruptam esse. Sed si iste sermo seriose diceretur, et cum pondere sui sensus, alium generaret intellectum: et ideo non esset baptismus, quia sicut prædeterminatum est, mutatio formæ aufert baptismum. Ex prædictis ergo patet, quod vnus potest simul plures baptizare, non plures vnum: et ratio est mutatio formæ in vno, et non in alio. Potest nihilo minus alia ratio assignari, quia non est necesse, quod simul duo baptizent, si vterque potest verbum dicere, et mergere. Sed necessitas, et vtilitas est, quod simul duo baptizentur, quando sunt in articulo mortis. Alia tamen ratio est, quia baptizans minister Christum signat: vnde sicut in hoc quod vnus habebat, plures vxores saluari potuit ratio sacramenti aliquo modo, quia Christus est sponsus multarum animarum, sed non econuerso: sic in proposito est intelligendum, quod vnus est baptizans interius, scilicet Christus Dominus, a quo est vnitas in sacramento baptismi.

QVÆSTIO II.

An hæretici possint baptizari.

- Alex. Alenf. 4. p. quæst. 8. Memb. 6. art. 3.
S. Thomas 3. p. q. 66. art. 9. ad. 2.
Richardus 4. Sent. dist. 5. art. 3. q. 2.
Stephanus Brulef. 4. Sent. dist. 5. q. 2.



AT O quod clerici, et laici possint baptizare, queritur an possint baptizare hæretici. Et quod sic, ostenditur. Primo auctoritate Bedæ: Siue hæreticus, siue schismaticus in nomine sanctæ Trinitatis baptizat, non valet iste, qui baptizatus est, a catholicis baptizari.

ITEM Augustinus: Nulli sacramento esse iniurandum: illi autem iniuriantur, qui dicunt ea pollui per pollutionem ministrorum: ergo hæretici quamuis polluti, possunt baptizare.

ITEM accedente verbo ad elementum fit sacramentum: sed hæreticus dicit verbum, et habet elementum: ergo potest conferre sacramentum.

ITEM potestas baptizandi non est donum gratiæ gratum facientis, sed tantum gratis datæ, quia constat quod mali sacerdotes baptizant: ergo esto quod aliquis sacerdos catholicus fiat schismaticus, vel hæreticus, tamen propter hoc non amittit gratiam gratis datam: videtur ergo quod possit baptizare.

CONTRA, cum traditur forma baptismi, præmittuntur duo, scilicet doctrina, et fides. Docere eos baptizantes in nomine patris, et cet. Et rursus: Qui crediderit et baptizatus fuerit: sed doctrina hæreticorum non est scientia, sed insipientia: et fides eorum est error, non fides: ergo nec baptismus eorum est baptismus.

ITEM baptismus est sacramentum fidei: ergo vbi deficit fides, deficit baptismus. Probatio prima. Augustinus: Accedit verbum ad elementum, et fit sacramentum, non quia dicitur, sed quia creditur: ergo si non creditur, non est sacramentum: ergo cum hæreticus non credat, non confert sacramentum.

ITEM ad baptismum requiritur intentio: sed hæreticus non habet intentionem, quia non habet fidem, quæ intentionem dirigit, vt dicit Ambrosius: ergo non potest baptizare.

ITEM Hæresis non est Ecclesia: ergo baptismus hæresis non est baptismus Ecclesie: sed solus baptismus Ecclesie est baptismus hæreticorum: ergo qui non sunt de Ecclesia, non est baptismus.

CONCLUSIO.

Hæreticus manens hæreticus, habens immersionem in aqua, prolationem verbi, et intentionem faciendi quod facit Ecclesia, potest baptizare.

RESP. AD ARG. Dicendum, sicut dictum est, quod ista tria sunt de integritate baptismi, scilicet immersio in aquam, prolatio verbi, et intentio faciendi quod facit Ecclesia, et quia hæreticus manens hæreticus potest hæc tria habere, potest baptizare, et baptizat, quando aliquid istorum non deficit, operatur enim tunc non vt hæreticus, sed vt catholicus.

1. 2. Ad illud ergo quod obijcitur de doctrina, et fide, dicendum quod ista non sunt necessitatis, sed congruitatis, fides inquam baptizantis: nam fides Ecclesie necessaria est, et hæc non deficit: et per hoc patet sequens.

3. Similiter ad illud quod obijcitur de intentione, dicendum quod sicut patebit infra, intentio potest esse

FVNDAMENTA.

Aug. lib. 1. contra Doct. 7.

De cõsec. d. 4. c. ostendit. Tract. 80.

in Ioan. in med. 10. 9.

AD OPPOSITVM Mar. 16. c.

Tract. 80. in Ioan. in med. 10. 9.

esse respectu operis, non respectu finis: et sic potest esse recta etiam sine fide.

Potest trahi ex lib. 4. de baptis. contra Donatistas ca. 1. 10. 7.

4. AD ultimum dicendum, quod illud argumentum non valet, et fert Augustinus instantiam: Aegyptus non est paradysus: ergo fluvius Aegypti non est fluvius paradisi, et est fallacia consequentis, sicut hic: Homo non est asinus: ergo genus hominis non est genus asini: possunt enim Ecclesia, et hæresis in aliquo communicare, quamvis multum differant. Ex his patet casus, quo potest queri de hæretico, qui credit, quod Ecclesia nihil faciat: videtur enim quod cum talis nihil intendat facere, non baptizet. Et ad hoc dicendum quod hæreticus bene intendit aliquando facere, quod facit Ecclesia, et tamen intendit quod Ecclesia nihil faciat, quia respectu alterius est intentio, et credulitas. Nam credulitas est respectu effectus: et ipse credit, quod nullus effectus subsit illi operi, nihilominus tamen intendit facere id opus, non tantum ut est actus ablutionis corporis, verum etiam ut est actus quidam consuetus fieri ab Ecclesia: et hoc intendendo facere, quamvis principaliter non intendat effectum, intendit tamen ex consequenti, sicut supra tactum est de eo, qui voluntarie se subijcit operi exteriori, per consequens voluntarie se subijcit characteri: et sic patet totum.

Dist. 4. art. 2. q. 1.

ARTICVLVS II.

QUANTVM ad secundum articulum queritur consequenter de potestate baptizantium per comparationem ad effectum, et circa hoc queruntur duo. Primo queritur, vtrum mali ministri licet catholici dent sacramentum, et rem. Secundo queritur, vtrum hæretici, et præcis ab Ecclesia dent rem sacramenti, vt catholici.

QVÆSTIO I.

An mali ministri dent sacramentum, et rem sacramenti.

Alex. Alenf. 4. p. q. 8. Memb. 6. art. 2. §. 1. Guil. Alrifod. 4. Sent. trañ. 3. c. 7. Steph. Brul. 4. Sent. d. 5. q. 3. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 5. q. 13.

FVNDAMENTA. Aug. trañ. 5. in Ioan. post mediū 10. 9.

QVOD mali ministri dent rem sacramenti, probatur multis auctoritatibus, quæ habentur in littera. Maxime ista: Si quos baptizavit ebriosus, homicida, adulter, si baptizatus Christi est, Christus baptizat: sed Christus baptizat sanctificando: ergo et malus minister similiter.

ITEM ratione videtur: quia si baptismus mali hominis non daret gratiam, tunc salus nostra penderet ex aliena vita: quod si nefarium est dicere, et iniustum, patet quod mali ministri conferunt rem sacramenti.

Mat. 23. a

ITEM plus pertinet doctrina ad doctorem, quam baptismus ad baptizantem: sed malus doctor dat doctrinam bonam, et sanam, quam Dominus præcepit accipere: ergo multo fortius iste qui baptizat, quamvis malus potest dare bonum baptismum, siue effectum baptismi.

AD OPPOSITVM Mal. 2. a

CONTRA: Maledicam benedictionibus vestris, dicitur sacerdotibus malis, et Glossa Hieronymi: Qui quid a vobis benedictum fuerit, a me maledicetur: ergo qui baptizatur a malo sacerdote, maledictus est: non ergo recipit per eius ministerium gratiam.

Eccl. 3. 4. a

ITEM: Ab immundo quid munda dabitur? sed sacerdos malus est immundus: ergo ab ipso, vel per ipsum non confertur in baptismo gratia, quæ mundat animam.

ITEM ratione videtur, quia sicut sensus, et motus

fluit a capite in membra corporalia, et ab vno membro in aliud: ita et in corpore mystico: ergo si membrum aridum non deserit sensum, sacerdos qui est in mortali peccato, baptizando non confert gratiam baptizato.

ITEM oratio vitatur ex vitio orantis, et potius meretur homo iram, quam gratiam. vnde Gregorius: Cum is, qui displicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora pronocatur: ergo baptismus vitatur ex vitio baptizantis, aut si non vitatur, cum Deus iudicet de operibus secundum interiora, et sacerdos sit mortuus, et opus eius mortuum, mortuus autem non viuificet, pater quod malus sacerdos conferre non potest gratiam viuificantem.

Leuit. 5. a

ITEM queritur, vtrum peccet is qui accedit ad sacerdotem malum. Et videtur quod sic: quia in lege præceptum erat fugere immundum corporaliter: ergo spiritualiter illud debemus obseruare.

ITEM esto quod sacerdos petat pretium pro baptismo, numquid est ei dandum? Si sic, cum emat sacramentum, est simonia. Si non, aut remanebit non baptizatus, et hoc est periculum: aut baptizatus sine sacerdotis præter necessitatem.

CONCLUSIO.

Malus sacerdos non tantum sacramentum, sed etiam rem sacramenti præstat: quia interior operatur Deus, non minister.

RESP. AD ARG. Dicendum quod malus sacerdos non tantum sacramentum, sed etiam rem dat: non ipse, sed Deus, cuius sacramenta sunt bona, et impolluta. In baptismo enim non mundat, neque interior baptizat minister, sed Deus. Sed cum Deus lauet interiori præcedente lotionem exteriori, et exterior displicet, quia lauans displicet, quo modo consequens est, vt lauante malo sacerdote exteriori, Deus lauet interiori? Et ad illud est notandum, quod est quoddam opus, quod habet virtutem a charitate, vel voluntate interna solum, quoddam quod habet ab institutione diuina. Primum opus est virtutis, et vitij, et a Deo pensatur secundum qualitatem voluntatis. Secundum est opus sacramenti: et hoc pensatur secundum meritum, et dignitatem Christi instituentis: et tale semper remanet efficax, et impollutum nec potest aliquo modo pollui sicut nec meliorari. Habet enim virtutem a Christo, non a ministro: sicut semem iactum in terram aequaliter fructificat siue sit bonus, qui feminat, siue malus: et sic hic. Ex his patent obiecta, nam sacramenta sunt benedictiones Dei, non malorum. Et sic patet etiam sequens, quia immundus ibi non mundat. Similiter ad illud quod obijcitur a simili de corporali nutrimento, patet responsio, quod non est simile, quia Deus immediate dat gratiam baptizato.

ITEM illud quod queritur, vtrum peccet qui accedit ad malum sacerdotem, dicendum quod non, immo magis peccat iste, qui eum recusat, credens sacramentum per ipsum dispensatum esse vitiatum, quia facit iniuriam sacramento. Nec valet quod obijcitur, quia illud intelligitur de tactu per imitationem, et consensum malum, non sic autem tangit, qui baptismum recipit.

ITEM illud quod obijcitur de simoniacis. Dicunt quidam, quod potius debet quis se baptizari facere a laico. Sed esto, quod non esset alius, dicunt quod non possunt dare pretium, vt sacrum emat, sed vt emat aquam. Sed esto quod aqua sit consecrata, tunc dicunt quod ante debent dimittere paruulum mori sine baptismo: quia non sunt facienda mala, vt veniant bona. Melius tamen est dicere, quod dari potest pretium non ad emendum sacramentum, vel aquam, sed ad redimendam vexationem iuris sui: et hoc magis videtur consonare pietati, et rationi, et etiam iuri.

QVÆ

QVÆSTIO II.

An hæretici dent rem sacramenti.

Alex. Alenf. 4. p. q. 8. Memb. 6. art. 3. §. 1. Guil. Alrifod. 4. Sent. trañ. 3. c. 7. Scot. 4. Sent. d. 5. q. 1. Rich. 4. Sent. d. 3. art. 3. q. 3. Durandus 4. Sent. d. 5. q. 2. Ioan. Bacch. 4. Sent. dist. 5. q. 2. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 5. q. 4. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 5. q. 1. Gabr. Biel 4. Sent. dist. 5. q. 1.

AD OPPOSITVM Aug. de baptismo li. 4. c. 1. 10. 7. De conf. d. 4. c. Ecclesia Aug. ad orosum q. 59. 20. 4. De conf. d. 4. q. 4. 4. q. 4. 4. q. 4.

TRVM hæretici dent rem sacramenti. Et quod non, videtur. Augustinus: Ecclesia paradiso comparata indicat nobis posse quidem foris baptismum eius recipere, sed salutem beatitudinis extra eam nec accipere, nec habere.

ITEM Augustinus: Qui foris Ecclesiam baptizantur, non sumunt baptismum ad salutem, sed ad penitenciam, habentes formam baptismi, virtutem eius negantes.

ITEM ratione videtur, quia si baptismus hæreticorum facit filios Dei, dando gratiam baptismatis, videtur quod inter hæreticos extra Ecclesiam sint filij Dei: hoc autem falsum est: ergo, et cetera.

ITEM si baptismus hæreticorum facit remissionem peccatorum, et remissio fit per Spiritum sanctum: ergo inter eos est Spiritus sanctus: ergo hæretici dant Spiritum sanctum: sed hoc est falsum: ergo, et cetera.

FVNDAMENTA.

CONTRA: Vnum est baptismus Christi, Ecclesie, et hæreticorum, qui in eadem forma baptizant: ergo eandem efficaciam habent: ergo si in baptismo Ecclesie datur gratia, et in baptismo hæreticorum.

ITEM baptismus illorum est verum sacramentum: quod patet, quia non est iterandum: ergo si non inuenit obstaculum, ita confert gratiam vt catholicorum.

ITEM possibile est quod iste, qui baptizat, sit hæreticus me nesciente: ergo damnium incurro de malitia aliena sine omni mea culpa.

CONCLUSIO.

Hæretici si forma Ecclesie baptizant, vera baptizant, quia regenerant filios Ecclesie, et non hæresis.

RESP. AD ARG. Dicendum quod baptismus qui solum datur ab hæreticis in forma Ecclesie baptismus est, et baptismus Ecclesie, quia regenerat filios Ecclesie non hæresis, regenerat etiam filios in Christo. Exemplum Augustini contra Donatistas est, quia sicut Iacob non tantum genuit per vterum liberarum, sed etiam ancillarum: sic et Christus: vnde qui boni baptizantur ab hæreticis, comparat eos filijs ancillarum: sed qui mali ab Ecclesia, comparat eos Esau. Habet igitur semper efficaciam, nisi habeat obicem in suscipiente: hic autem habet obicem, quando iste qui baptizatur, consentit hæresi. Et hoc potest esse tripliciter, aut quando est hæreticus et fauet errori, aut si non est hæreticus, tamen vadit ad hæreticum præcisum in contemptum Ecclesie: aut si non est præcisus, vadit tamé ad occultum, quem scit esse hæreticum propter aliquod commodum vel fauorem: et tunc nihil accipit, quia accipit ab hæretico, vt est hæreticus. Sed tunc non consentit: quando habet impotentiam discernendi, vt paruulus: quando ille hæreticus est occultus, et creditur esse catholicus: aut quando homo est in necessitate constitutus solo necessitatis intuitu. Auctoritates Augustini secundum primam viam intelliguntur. Rationes ad oppositum patent, quia quos hæretici baptizant

Aug. de baptis. contra Donat. li. 1. c. 10. 10. 7.

non consentientes hæresi suæ, et si videntur esse de eis, tamen sunt Ecclesie filij, et filij intrant Ecclesiam. Vnde Augustinus dicit contra Donatistas, quod hæretici baptizantur non per id, quod habent repugnans Ecclesie, sed per id, quod habet communitatem cum ea, et vnitatem: et ideo si iste, qui baptizatur, nihil recipiat ab hæreticis nisi baptismus, nec in alijs conueniat, iudicandus est catholicus, quia cum catholicis conuenit, et non habet repugnans, et talis est paruulus: et ideo quamuis paruuli baptizentur ab hæreticis, non tamen sunt inter hæreticos quantum ad meritum, sed solum quantum ad numerum: et ideo non sequitur, quod sint inter hæreticos secundum quod hæretici sunt, sed sicut filij Dei: nec etiam quod inter eos, scilicet hæreticos sit Spiritus sanctus, per quem remittuntur peccata.

Lib. 1. de baptis. contra Donat. c. 24. 10. 7.

ARTICVLVS III.

QUANTVM ad tertium articulum queritur de potestate baptizantium per comparationem ad dantem illam. Et circa hoc queruntur duo. Primo queritur, quæ sit illa potestas, quam Christus dare potuit ministris, et non dedit. Secundo queritur, vtrum Christo fuerit data potestas dimittendi peccata.

QVÆSTIO I.

An potestas data a Christo ministris fuerit auctoritatis, vel alterius generis.

Alex. Alenf. 4. p. q. 8. Memb. 5. art. 2. Richardus 4. Sent. dist. 5. q. 2. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 5. q. 5. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 5. q. 1.

AD OPPOSITVM

IRCA primum sic proceditur. Super illud: Hic est qui baptizat, dicit Augustinus quod Ioannes dicit, quod Christus potestatem mundandi a peccatis ministris dare potuit, sed non dedit: ergo videtur quod ista fuerit potestas cooperationis.

ITEM quod illam dare potuerit, sed non dedit, videtur per verbum Augustini, et Magistri, videlicet quod non dedit hanc potestatem, ne homo speraret in homine: sed propter nullam potentiam homo speraret in homine, nisi homo haberet potentiam dimittendi culpam, et dandi gratiam: ergo de illa intelligitur.

ITEM hoc ipsum ostenditur ratione, quod potuit hanc communicare per simile in spiritualibus, quia angelo superioris ordinis dedit potentiam purgandi alium, qui est inferioris ordinis: ergo cum ita sit ordo in Ecclesiastica hierarchia, sicut in angelica, patet, et cetera.

ITEM ostenditur etiam per simile in corporalibus, quia rebus corporalibus dedit potentiam curandi a morbo corporali: ergo animabus sanctis debuit dare potentiam curandi a morbo spirituali.

ITEM hoc etiam probatur a minori, quia dare potuit ministris Ecclesie potentiam expellendi demones: ergo multo fortius seminarium eorum, quod est peccatum.

ITEM a minori videtur alio modo, quia nulla creatura nobilior est anima sancta: sed gratia dedit potentiam expellendi culpam: ergo et animæ dare potuit.

CONTRA per Augustinum: Maius est de impio facere pium, quam creare cælum, et terram: sed potentia creandi non est capax creatura: ergo nec potentia iustificandi, siue dimittendi peccata.

ITEM omnis actio est per coniunctionem agentis: sed

AD OPPOSITVM Ioan. 1. d. In Ioan. trañ. 5. c. 1.

Ibid.

FVNDAMENTA. Aug. 1. 7. 2. in Ioan. 10. c.

9.

sed solus Deus potest illabi animarum: ergo solus potest purgare.

ITEM purgatio a culpa est a superiori: sed solus Deus est supra liberum arbitrium: ergo solus Deus potest culpam dimittere, quae est in libero arbitrio.

ITEM interius baptizare est gratiam infundere, et gratiam infundere est ipsam creare: sed solus Deus est creare gratiam: ergo ipse tantum est interius baptizare, siue a culpa purgare.

CONCLUSIO.

Potestatem auctoritatis, cooperationis, excellentiae, inuocationis, et institutionis Deus non dedit ministris baptizantibus, sed tantum ministris, quamuis praeter primam ceteras dare potuisset.

RESPONDARG. Dicendum quod circa baptismum possunt sex potestates annotari, ut videamus quam dare potuit Dominus, et non dedit. Prima est auctoritas: et haec est qua Deus a seipso non aliunde habet potestatem interius mundandi a culpa.

Secunda est cooperationis, ut homo accepta diuinitus potentia in tali actu esset cooperator. Tertia est excellentiae, ut secundum abundantior gratiam existentem in baptizante maiorem conferret gratiam baptizando. Quarta est inuocationis, ut homo in nomine Petri baptizari possit, sicut in nomine Christi, vel Trinitatis. Quinta est institutionis, ut sicut Christus habuit potestatem instituendi baptismum in aqua, ita alius haberet in aqua, vel alibi: Sexta est ministerij, qua dat ut per hominem possit exterius ministrari et verbu, et elementum. Primam nec dare potuit, nec dedit, vltimam dare potuit, et dedit: de omnibus intermedijs dicunt Magister, quod dare potuit, sed non dedit. Secunda enim, et tertiam non dedit, ne spes in homine poneretur, quia si vnus homo posset alium sanare spiritaliter, vel suis meritis plus de gratia dare, speraret homo ab homine gratiam, et veniam. Quartam vero, et quibam non dedit, ne tot essent baptismi, quot baptizati, quia numeratur baptismus, et denominatur ab eo, cuius nomine fit, et ab eo qui instituit: et ideo ne multi essent baptismi, sed vnus solus, instituit ut vnus solus inuocaretur. De potestate vero cooperationis controuersia est: quia Magister dicit, quod illam dare potuit, hoc tamen communiter negatur. Sed quia Augustinus videtur hoc dicere, propter hoc notandum, quod cooperari alij est dupliciter. Vel per modum vere efficientis, sicut natura cooperatur Deo in productione naturalium, et liberum arbitrium gratiae in faciendo opus meritorium. Vel per modum disponentis, sicut cooperatur homo Deo quantum ad gratiam recipiendam, quia se disponit. Primo modo, quidquid videatur dicere Magister, Deus dare non potuit, quia creatura capax non fuit, ne hoc modo intellexit Augustinus. Sicut enim tactum fuit, et per obiectiones ostensum, dare gratiam est potentiae infinitae, et potentiae supra mentem humanam, quae immediate est in Deo. Secundo vero modo dare potuit, ut homo secundum actum interiore baptizato gratiam obtineret, non gratiam efficiendo, sed ipsam impetrando, si contulerit homini virtutem faciendi miracula, non quia ipse ea efficeret, sed quia virtute sibi a Deo data quousque vellet, impetraret. Sed hanc non dedit homini, scilicet ut tantum posset interius in saluando animam, sicut exterius virtute miraculorum sanat corpora. Tunc enim ad eos recurretur pro salute animae sicut ad Deum. Dominus autem quantum ad hanc potentiam, omnes fecit aequales, ut salutem animae a se solo doceat requirendam. Omnes enim aequaliter purgant, qui sacramentum administrant: et ita non est efficacia in actu mentis baptizantis, sed solum in administratione sacramenti: et per hoc manifesta est solutio duorum primorum obiectionum.

Aug. tract. 5. in Iean. 10. 9.

Lib. 5. Dist. 24.

QUESTIO II.

An Christo data fuerit potestas dimittendi peccata.

Alex. Alex. 4. p. q. 8. memb. 5. ar. 3. Richar. 4. Sent. d. 5. q. 1. Tho. Argem. 4. Sent. d. 5. q. 1. ar. 4. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 5. q. 6. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 5. q. 2. et 3.

AD OPPOSITVM. Mat. 9. a

Mat. 23. d

TRVM Christo data sit potestas dimittendi peccata. Et quod sic, videtur. Ante resurrectionem enim dicit: Ut autem sciat, quia filius hominis habet potestatem dimittendi peccata. Post resurrectionem dicit: Data est mihi omnis potestas, et cetera.

2. ITEM ratione videtur, quia Christus est redemptor secundum quod homo, et mediator. Sicut dicitur in lib. 3. Sententiarum distinct. 19. sed maius est redimere genus humanum, quam peccata dimittere: ergo, et cetera.

3. ITEM humana natura est vnita diuinae in vnitae persona: ergo multo fortius in vnitae operationis: ergo quamuis sit Dei solius, est tamen hominis Christi etiam dimittere peccata.

FVNDAMENTA. Aug. lib. hom. hom. 22. 10. 10.

CONTRA: Ille solus potest peccata dimittere, qui potest animas viuificare: sed solius Dei, et non alterius est animas viuificare, sicut dicit Augustinus: ergo, et cetera.

ITEM quamuis homo iste sit Deo vnitus, tamen homo est, et creatura: ergo finitae potentiae: sed animam recreare, cum sit facta nihil per peccatum, est infinitae potentiae: ergo illud non potest Christus secundum quod homo.

CONCLUSIO.

Christo data est potestas dimittendi peccata etiam secundum quod homo, saltem dispositiue, licet dimittat efficienter secundum quod Deus.

RESPONDARG. Dicendum quod si intelligitur de potestate effectiua dimittendi peccata, sic solius Dei est, non hominis, quia Christus interius baptizat, non secundum quod homo, sed secundum quod

DISTINCT. VI. PARS I.

PLVRA DETERMINANTVR CIRCA collationem, et susceptionem Baptismi.

IN quibus liceat baptizare addamus. De hoc Isidorus ait: Constat baptismum solis sacerdotibus esse traditum: eiusque ministerium nec ipsis diaconibus implere est licitum absque episcopo vel presbytero, nisi his praesentibus, vltima languoris cogat necessitas: quod etiam laicis fidelibus permittitur. Ex consilio Carthaginensi quinto: Item mulier, quamuis sancta, baptizare non praesumat, nisi necessitate cogente. De illis vero, qui ab haereticis baptizantur, utrum rebaptizandi sint, quari solet. Ad quod breuiter dicimus, quod quicumque sit qui baptizet, si seruetur forma a Christo tradita, verum baptismum dat: et ideo qui illum sumit, non debet rebaptizari. Vnde Beda: Sicut haereticus, siue schismaticus, siue facinorosus quisque in confessione sanctae Trinitatis baptizet, non valet ille qui baptizatus est a bonis catholicis rebaptizari, ne confessio S. Bon. To. 5. et Trinitatis

Iuan. 8. a

Dist. 43.

Li. 2. de officijs eccl. 24. et habetur de cõf. d. 4. c. Constat c. 100. De cõf. d. 4. c. mulier. Veru rebaptizandi sint qui ab haereticis im

Lib. 1. de Magistro per totu 10. 1. Et in Ep. 3. Ioan. tra. 4. in fine to. 9. et de ver bis dom. ser. 56. to. 10.

Mat. 9. a

Mat. 23. d

Aug. lib. hom. hom. 22. 10. 10.

Aug. tract. 5. in Iean. 10. 9.

Lib. 5. Dist. 24.

Aug. tract. 5. in Iean. 10. 9.

Lib. 5. Dist. 24.

In Ioan. tra. 5. 10.

Lib. 1. dist. 14.

Lib. 1. dist. 14.

Homil. 36. Super Mar. et habetur de cōf. d. 4. ca. Sine ad quæst. Oro- sij. 50. 10. 4. et habetur de cōf. d. 4. c. Quamvis August. ad Maximū. epi. 203. 10. 2. de conse- d. 4. ca. Re- baptizare. Epist. 12. li. 1. super il- lud Eccl. 34. Ab immun- do quid mundum. Num. 19. d. Leuit. 5. 7. Et 11. d. De unico bapt. c. 13. 10. 7. Gal. 2. 4. re non cogimus. Commēta. 4. cap.

et Trinitatis invocatio videatur annullari. Item Augustinus: Quamvis unum sit baptisma et hereticorum, scilicet eorum qui in nomine Patris et Filij et Spiritus sancti baptizant, et Ecclesie catholice, qui tamen foris Ecclesiam baptizantur, non sumunt ad salutem baptismum, sed ad perniciem: habentes formam Sacramenti, virtutem autem eius abnegantes: et ideo Ec- clesia non eos rebaptizat, quia in nomine Trinitatis baptizati sunt, et ipsa est forma Sacra- menti. Item: Rebaptizare hereticum, qui hac sanctificationis signa perceperit, omnino pecca- tum est: catholicum vero, immanissimum scelus est. Ex his aperte colligitur, quod qui etiam ab hereticis baptizati sunt, servato caractere Christi rebaptizandi non sunt: sed tantum im- positione manus reconciliandi ut Spiritum sanctum accipiant, et in signum detestationis hære- ticorum. Sunt tamen nonnulli doctorum, ut Cyprianus, et alij quidam, qui dicere videntur ab hereticis non posse tradi baptismum: et eos esse rebaptizandos cum veniant ad Ecclesiam, qui ab illis dicuntur baptizati. Sed hoc de illis verum est, qui extra formam Ecclesie bap- tizare presumunt. Cyprianus tamen ibi a veritate deviasse videtur, qui ait de heretico: Quo- modo sanctificare aquam potest cum ipse immundus est, et apud quem Spiritus sanctus non est? cum Dominus dicat in lege: Quicumque tetigerit immundus, immunda erunt: Quis potest dare quod ipse non habet? Hoc ergo ex ignorantia eum dixisse Augustinus innuit dicens: Martyrem Cyprianum gloriosum, qui apud hereticos vel schismaticos datum baptismum no- lebat cognoscere, dum eos nimis detestaretur, tanta eius merita usque ad triumphum mar- tyrij secuta sunt, ut et charitatis qua exercebat luce obumbratio illa fugaretur: et si quid purgandum erat, passionis falce tolleretur. Nec nos qui baptismi veritatem et hereticorum iniquitatem agnoscimus: ideo Cypriano meliores sumus, sicut nec Petro, quia gentes iudaiza- re non cogimus.

DISTINCT. VI. PARS I.

Quibus est collata potestas baptizandi.

Nunc quibus liceat baptizare addamus, et cetera.

Expositio textus.

Disiunctio.

PRIMA ostendit Magister quæ sit pote- stas collata ministris. Hic secundo de- terminat quibus est collata. Et habet hæc pars duas partes. In prima determi- nat, quibus liceat baptizare, ostendens quod omnibus in casu necessitatis. In secunda vero querit, et determinat, vtrum baptizatos ab hereti- cis liceat rebaptizari, ibi: De illis vero qui ab hereticis baptizantur. Et ista pars habet duas. In prima de- terminat veritatem. In secunda remouet falsitatem, ibi: Sunt tamen nonnulli doctorum, et cetera, osten- dens quod Cyprianus, qui dixit baptizatos ab hereti- cis esse rebaptizandos, non recte sensit.

Ne confessio, et Trinitatis invocatio videatur annullari. Dub. I.

Videtur ratio ista Bedæ non valere, quia quando aliquis plus, et pluries inuocat Trinitatem, et con- stitetur, non annihilat, sed potius honorat. I T E M si hæc ratio bona est, tunc nullum opus debet ite- rari, in quo fit inuocatio Trinitatis, quod manife- ste falsum est.

R E S P O N. Dicendum quod ista non est ratio Bedæ, quia inuocetur Trinitas, sed quia inuocetur ad talem effectum, qui iterari non potest, sicut ad impressionem characteris: et ideo si secundo inuocat aliquis, cum non possit habere effectum, annihilat inuocationem præcedentem, vel sequentem: hoc autem non semper est in alijs generibus ope- rum, vel sacramentorum, nisi eorum, quæ cha- racterem imprimunt. Ideo patet, quod non est simile.

Rebaptizare hereticum, qui hac sanctificationis signa per- ceperit, et cet. Dub. II.

Queritur circa hoc verbum Augustini, cum hereti- cus det ita verum baptisma, vt catholicus, et simi- liter recipiat: quare maius peccatum, et immane sce- lus est rebaptizare catholicum.

R E S P O N. Dicendum quod quando hereticus baptizatur, et rebaptizatur, non est tantum pecca- tum, quantum est de catholico. Et huius ratio est, tum a parte rei sacramenti, tum a parte ipsius sacra- menti. A parte rei sacramenti, quia eam non recipit hereticus: et ideo si iterum baptizatur, propter hoc efficacia non geminatur. A parte sacramenti, quia dubium fuit, et probabiliter moti sunt, quod hereti- ci carentes fide non baptizent: et vbi dubitatio est, potest in casu quis rebaptizari: et ideo nec omni- no facit iniuriam rei, nec omnino sacramento se- cundum certam scientiam. Sed nunc determina- tum est, quod sacramentum recipit, et characterem, et rem, nisi sit obstaculum fictionis: et ideo pecca- tum est, quia ignorantia iuris non excusat a toto: et hic est ignorantia iuris. Cum autem rebaptizatur catholicus, de quo constat, quod recepit sacra- mentum, et probabiliter creditur, quod recipit rem sacra- menti, tunc ex certa scientia fit iniuria sacramento, et Christo, quia effectum vnice passionis, scilicet remissionem peccatorum omnium, vult reiterare, et quantum in se est Christum iterum crucifigere, et sacramentum iterat, et grauissime peccat.

Quo modo sanctificare aquam potest, cum ipse immun- dus sit. Dub. III.

Obijcitur contra hæc verba Cypriani, quia se- cundum hoc, videtur quod baptismus non fiat nisi in aqua sanctificata: ergo si aliquis baptizetur in aqua fluminis, est rebaptizandus. I T E M qualiter responderetur ad eius argumenta, ad quæ Magister non responderet? Si enim nulla est sanctificatio nisi per Spiritum sanctum, et hunc hereticus non habet: er- go nihil sanctificat.

R E S P.

Q U Æ S T I O I.

An character sit habitus, vel passio.

Alex. Alen. 4. p. q. 8. memb. 8. ar. 1. S. Thomas 3. p. q. 63. art. 2. Et 4. Sent. d. 4. q. 1. ar. 1. Scot. 4. Sent. d. 6. q. 10. Richardus 4. Sent. d. 5. ar. 2. q. 1. Duran. 4. Sent. d. 4. q. 1. Tho. Arg. 4. Sent. d. 6. q. 1. ar. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 6. q. 1. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 5. q. 5.



V O D character sit habitus, sic ostenditur: FVNDAMEN- Taria sunt in anima, scilicet potentia, pas- siones, et habitus. Sed character non est potentia, quia non est in omnibus: nec passio, quia secundum ipsum anima non patitur: ergo est habitus.

I T E M constat characterem aliquam esse qualita- tem spiritualem animæ: sed nihil est in genere aliquo determinato, quod non sit in aliqua eius specie: ergo cum character sit qualitas spiritualis, et qualitas spiritualis sit in prima specie qualitatis, et ista est ha- bitus, vel dispositio: ergo character est habitus, vel dispositio: sed non est dispositio, quia non est facile mobilis: ergo habitus.

C O N T R A per Augustinū, qui de bono coniugali dicit: Quia habitus est per quem aliquis aliquid agit: sed character non agit homo aliquid: ergo charac- ter non est habitus.

I T E M si character est habitus, aut est habitus natu- ralis, siue innatus, aut acquisitus, aut infusus. Non innatus, hoc constat: ergo acquisitus, vel infusus: sed omnis talis habitus, cum sit in anima per modum perfectionis, est scientia, vel virtus: character autem nihil horum est: ergo non est habitus.

C O N C L V S I O.

Character cum sit in anima, et sit qualitas spiritualis, est habitus, non passio, nec potentia.

R E S P O N. A D A R G. Ad hoc dixerunt aliqui quod characterificatio non est aliud, quam consignatio: et character idem est quod signum, et hoc signū nihil addit supra potentias animæ, quod sit quid ab- solutum, sicut nec signatio in circulo, sed fundatur supra potentias animæ nudas, et est ibi secundum in- stitutionem, et actum consignandi nulla facta muta- tione, vnde est pura relatio, vt paternitas: et dicunt quod verbum Philosophi intelligitur de illis, quæ di- cunt aliquid absolutum. Et ponunt exemplum quod character est in anima, sicut consecratio in Ecclesia, in qua consecratione Ecclesie, non datur noua quali- tas, sed solum ordinatio ab eo, qui potest ad sacra ibi- dem celebranda: sic dicunt quod character est quod- dam animæ signaculum, in quo dicitur anima sancti- ficari, vt Deus in ea habitet, vt in templo: et hoc di- cunt sensisse Dionysium in libro de Ecclesiastica hie- rarchia, vbi dicit: Character est signum sanctum cog- nitionis, vel communicationis, fidei, et sacræ ordi- nationis datum accedenti ad hierarchiam. Sed illud non potest stare, quia character dicit aliquam assi- milationem, et configurationem ad Christum, sicut character bestie ad diabolum. De quo in Apocaly- pti. Sed assimilatio fundatur super qualitatem: ergo si de nouo fit similis Deo, et non fit mutatio ex parte alterius extremi secundum qualitatem, videtur quod necesse sit dare animæ aliam qualitatem. Pro- pterea dixerunt aliqui, quod etsi character dicat rela- tionem, dicit nihilominus qualitatem aliquam.

Opin. 1.

Dionys. de Ecclesi. Hierarch. cap. 2. par. 3. Improbatio

Apoc. 14. b

Opin. 2.

g 2 super

R E S P O N. Dicendum quod duplex est sanctifi- catio. Quedam quæ spectat ad sollempnitatem, Quædam ad necessitatem. Illa quæ est ad sollempni- tatem est facta a prelato Ecclesie per orationem. Sed hæc non addit aliquid, nec admittit baptismo. Alia est per verbum adueniens ad elementum, per ver- bum, inquam, quod est de integritate formæ sacra- menti: et quoniam istud non habet efficaciam a di- cente, sed potius ab instituente: ideo sanctificat, et est efficax non virtute ministri, sed Christi. Sicut notarius odiosus, et malus scribit litteras, quas mit- tit regi filius eius: quamvis notarius non placeat, nec aliquid quod sit in ipso ipsi regi, placet tamen littera filij, et omnino efficax est apud regem: sic intelligen- dum est in proposito. Et sic patet quod obiectio sua non valet, quia non sanctificat sacramentum spiritus baptizantis, sed spiritus Christi. Et hoc est quod Cy- prianum decepit, quia baptismi potestatem ministro traditam non bene considerauit, et de sacramento se- cundum quod de eius efficacia iudicauit: et si quis hoc diceret, in errorem manifestum, si vellet hoc de- fendere, perueniret: quod nullus nisi sanctus posset sacramenta Ecclesiastica dispensare: quod modo tenent quorundam hereticorum sectæ.

Sed si quid purgandum erat, passionis falce tolleretur. Dub. III.

Videtur Augustinus hic male dicere, quia hæresis est, quod baptizatus sit rebaptizandus, et graue pec- catum est rebaptizare: ergo si hoc faciebat Cypri- anus, erat hereticus: sed si hereticus tolleretur, nõ pro- pter hoc saluatur: ergo, et cetera.

R E S P O N. Dicendum quod Cyprianus hoc non dixit asserendo, nec defendendo, sed opinando: et ideo non fuit hereticus, quia non erat in Ecclesia determinatum. Præterea: Zelus fidei, et detestatio hereticorum, quæ multum vigeat in eo, faciebat ipsum ex humana infirmitate excedere: et ideo venialiter credendus est peccasse, si peccauit. Similiter, et Petrus amore quodam specialium mouebatur erga gregem: et ideo si ex hoc malum exemplum genti- bus dedit, non grauiter, sed venialiter credendus est peccasse. Et hoc innuit Augustinus cum dicit, quod non sumus eis meliores: quia propter veniale peccatum non est quis minus præferendus alijs. Venialia enim omnia secantur falce martyrij.

A R T I C V L V S I.

Q V I A supra quæstum est de potestate baptizan- di, ad intelligentiam huius partis queritur hic de iteratione baptizandi. Et quia causa quare non potest iterari baptismus est character, quem imprimit: ideo queritur primo hic de characteribus. Et circa hoc sex queruntur. Primo queritur de characteribus, quid sit secundum essentiam.

Secundo queritur, ad quid sit. Ter- tio, in quo sit sicut in subiecto.

Quarto queritur, per quid character imprimatur.

Quinto, qualiter imprimatur, vtrum.

delebiliter, an indelebiliter.

Sexto et vltimo quæ- ritur, vtrum bap- tismus debeat iterari.

S. Bon. To. 5.

super quam fundatur: et illa qualitas est, sicut dispositio ad recipiendum lumen, et calorem gratiæ; sicut ficitas in ligno ad calorem, et peruietas in vitro ad lumen: et ideo posuerunt characterem in secunda specie qualitatatis. Sed illud non potest stare, quia ista est naturalis potentia vel impotentia, quæ consequitur naturam. Præterea: ficitas, et peruietas sunt impotentia resistendi: ergo character esset impotentia, quod stultum est dicere. Propterea alij dixerunt quod character non tantum est ad disponendum, sed etiam ad distinguendum: et est sicut quædam qualitas animam fidelem decorans, et ornans, per quam ab infideli distinguitur, unde infert sensui spirituali passionem mulcebre: et ideo est passibilis qualitas, et in tertia specie qualitatatis. Sed illud non potest stare, quia non dicitur passibilis qualitas, quæ infert passionem sensui interiori, vel intellectui. Cum enim omnis veritas sit obiectum intellectus, tunc omnia essent in tertia specie qualitatatis, quod stultum est dicere: ergo similiter de characterē. Propterea alij dixerunt quod character quantum est de suo nomine importat configurationem: vnde ubi nos habemus: figura substantiæ, alia translatio dicit, character substantiæ: et ideo character est in quarta specie qualitatatis, quæ est forma, et circa aliquid constans figura. Et si obijcias, quod figura est in quantitate, et quæritas in corpore, dicunt quod sicut duplex est quantitas, scilicet spiritualis, et corporalis, siue molis: sic duplex est figura. Sed istud non videtur posse stare, quia figura est clausio terminorum, secundum quod est in quarta specie qualitatatis. Sed in spiritualibus configuratio non est similis terminorum clausio, sed est similitudinis impressio, siue assimilatio. ITEM si figura ponatur in spiritualibus, non est nisi translatiue: sicut ergo quantitas virtutis non ponitur in genere quantitatis vere, sic nec figura in specie figuræ. Et iterum: Quo modo secundum qualitatem virtutis actu dicitur clausio terminorum. Et iterum, super quid fundatur illa clausio. Si super virtutem datam, vel innaram, oportet ad aliam speciem recurrere: ergo cum figura spiritualis non habeat conuenientiam, cum illa, videtur quod character non dicatur figuræ, siue configurationem in quarta specie. Propterea alij se extendentes dicunt, quod non est in aliqua specie qualitatatis a philosopho assignata, quia ipse non assignat nisi solum species qualitatatis innate, vel acquisitæ, non infusæ: et hoc etiam ipse Philosophus innuit cum dicit: Fortassis et alij apparebunt qualitatatis modi. Et dicunt characterem sub alia specie contineri, vt scilicet vna species qualitatatis sit qualitas infusæ. Sed illud videtur quærere fugam, quia nos virtutes theologicas, et alias virtutes, quæ sunt infusæ, in prima specie qualitatatis collocamus: quare ergo non similiter characterem? Et ideo dicendum quod character cum sit in anima, et sit qualitas spiritualis, quod est habitus, non passio, nec potentia. Sed notandum quod habitus accipitur dupliciter. Vno modo proprie, prout distinguitur contra dispositionem, per perfectum, et imperfectum. Alio modo communiter, prout vtrumque comprehendit, scilicet omnem qualitatem animam disponentem, siue facile mobilem, siue difficile, siue perfectam, siue imperfectam: et sic accipitur, cum dicitur, tria sunt in anima, potentia, passio, et habitus. Nam dispositio est in anima, et non est potentia, nec passio, dicendum igitur quod si accipiatur habitus sine dispositione, est habitus. Si autem stricte, sic quia character est perpetuus, ideo habitus: sed quia non perficit, sed disponit ad vltiorem perfectionem, scilicet gratiæ: ideo est dispositio. Similiter est in oculo corporali, quia ibi est lumen cum natura inseparabile, sed insufficientis ad videndum, nisi veniat spiritus visibilis a neruo optico. Similiter in intellectu est lumen connaturale inseparabile, non tamen sufficiens ad

rigendam cognitionem, nisi superueniat habitus scientiæ. Secundum rem igitur character est quædam qualitas animam non omnino perficiens, sed disponens ad vltiorem perfectionem, scilicet gratiæ. Vnde potest esse, quod sit quoddam lumen spirituale semiplenum, et quidam calor gratis datus. Illud lumen dicitur signaculum animæ, vel signari in anima, secundum quod dicitur in psalmo: Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, signatum, inquam, per naturam, sed specialius per sacramenta diuina, specialissime per dona Spiritus sancti gratuita. Duo igitur obiecta soluantur, quia intelliguntur de habitu perfecto, qui plene rationem habitus habet. Nam iste habitat ad opus aliquod de se: et sic vel habilitat cognitionem, et est scientia: vel motiuam, et est virtus: non autem est verum de habitu, qui est imperfectus disponens ad alium, sicut lumen naturale ad scientiam, et lumen oculi ad habitum videndi: sic intelligendum est in characterē: nihilominus tamen aliquem actum habet, sicut patebit in sequenti problemate.

Q V Æ S T I O II.

An character sit utilis ad significandum, et ad disponendum.

Alex. Alenf. 4. p. q. 8. memb. 3. ar. 1. §. 2.
 S. Thomas 3. p. q. 63. ar. 3.
 Et 4. Sent. d. 4. q. 1. ar. 2.
 Scot. 4. Sent. d. 6. q. 1.
 Tho. Argent. 4. Sent. d. 6. q. 1. ar. 3.
 Steph. Brulef. 4. Sent. d. 6. q. 2.
 Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 5. q. 6.
 Gabr. Biel. 4. Sent. d. 6. q. 1.

AD OPPPOSITVM.

DE characterē quantum ad utilitatē, ad quid videlicet character sit utilis. Et cum sit signum sacramentale, dicitur quod est ad significandum, nec tantum ad hoc, sed etiam ad disponendum. Est etiam ad assimilandum, et distinguendum. Quæritur ergo primo de significatione et cum signum sit quod se offert, sensibus, videtur quod character non sit signum, cum sensibus se non offerat.

1. ITEM si est signum, aut ergo est naturale, et aut voluntarium. Si voluntarium: ergo diuersificatur apud diuersos, quod stultum est. Si naturale: ergo habet esse a natura, quod est stultum similiter dicere.

3. ITEM si est signum, quæritur quid significet. Si gratiam. Contra: Multi habent characterem, qui nec habent, nec habuerunt, nec habebunt gratiam.

1. DE secundo actu, qui est disponere, quæritur similiter: et quod non sit ad disponendum, videtur: quia cum Deus sit agens potentie infinitæ, non indiget dispositione præuia ad imprimendam formam: ergo nõ est necesse, quod character, vel aliquid aliud disponat ad gratiam.

2. ITEM si est ad disponendum: quæritur ergo ad quid disponat. Si ad gratiam. Contra: Gratia habetur in baptismo flaminis sine characterē: ergo non indigemus dispositione media.

3. ITEM gratia vnitur gloriæ sine dispositione media: ergo videtur similiter quod natura vnatur gratiæ sine dispositione præuia: ergo non est necessaria alia dispositio.

1. DE tertio actu, qui est assimilare, quæritur, cui character assimilatur: et constat quod si alicui, quod ei a quo imprimatur: ergo assimilatur Deo: sed contra: Similitudo est rerum differentium eadem qualitas: sed Creatori et creaturæ nihil est commune: ergo, et cetera.

2. ITEM

2. ITEM character stat cum culpa, quæ omnino est Deo dissimilis: sed similitudo expellitur per dissimilitudinem: ergo culpa expelleret, siue deleteret characterem, quod falsum est: ergo, et cetera.

3. ITEM cum assimilet toti Trinitati: quia quidquid assimilatur vni personæ, et omnibus: quæritur, cui per appropriationem. Et quod Patri, videtur, quia est sacramentum regenerationis: sed eius est regenerare, cuius est generare: cum ergo generare sit proprium Patris, patet, et cetera. Et quod Filio, videtur, quia Filius dicitur esse character æternus. Sed quod Spiritui sancto videtur: quia character signum est preparans ad gratiam, et donum gratuitum gratis datum: sed gratia appropriatur Spiritui sancto: ergo, et cetera.

1. DE quarto etiam actu, scilicet de distinctione quæritur, quos distinguit. Et dicit Damascenus quod character baptismalis distinguit fidelem ab infideli. SED CONTRA: Multi sunt fideles, qui non habent characterem, et multi infideles, qui habent: ergo, et cetera.

2. ITEM si distinguit, quæritur cui, aut enim Deo, aut nobis. Deo non: quia ipse non indiget. Nobis non: quia non videmus, vtrum aliquis habeat characterem. Quod si Angelis, vel beatis, superfluit: quia bene sine hoc cognoscunt.

C O N C L V S I O.

Character est utilis, quia gratiam significat, aliquo modo preparat ad gratiam, configurat Deo; et distinguit ones ab inuicem, et ab alijs.

Scot. d. 6. q. 10. negat hanc dispositionem mobilem.

RESPON. AD ARG. Quod character est signaculum sacramentale a Deo impressum. Quia signaculum sacramentale: ideo gratiam significat, et non tantum significat, immo aliquo modo preparat, quia vsus sacramentorum non tantum est in significando, sed in efficiendo quodam modo. Et quia gratiam significat, et ad gratiam disponit, ideo habet aliquam similitudinem cum gratia, quæ est similitudo Dei: ideo aliquo modo configurat Deo. Et quia omnes configurat vni, ideo assimilatur etiam gregem Domini inter se, et per hoc distinguit ab his, qui non sunt de grege: vel etiam distinctionem facit in eodem grege secandum aliam, et aliam rationem assimilandi.

Dist. 4. ar. 2. q. 2. et 3.

1. 2. A D illud ergo quod obijcitur primo, quod non est visibile, dicendum quod character cum exteriori signo facit vnum sacramentum: vnde non est ratio in eo significandi per se tantum, sed per coniunctionem cum exteriori elemento: et ratione illius est visibile, et vnum, sicut elementum vnum: et ratione eius est voluntarium, sicut elementum significat, ex institutione: nec est tamē diuersum apud diuersos, quia institutum est auctoritate Magistri vniuersalis.

3. A D illud quod quæritur, quid significet, dicendum quod gratiam: et quod ibi non sit vt supra habitum est, hoc est ex defectu suscipientis tantum.

1. 2. 3. A D illud quod obijcitur de secundo actu, dicendum quod disponit sicut quoddam lumen, et calor datus. Dispositio autem illa non est necessitatis, quod agens non possit aliter agere, vel suscipiens capere, sed tantum congruitatis. Quia enim natura corrupta est per peccatum, et indisposita ad gratiam, congruum fuit quod intercedat dispositio media: non sic gratia ad gloriam. Et sic patet responsio ad tria obiecta. Ad primum, quia non est dispositio propter agentis indigentiam. Ad secundum, quia non est dispositio necessaria. Ad tertium, quia non est similis dispositio in natura peccatrice ad gratiam, sicut gratia ad gloriam.

1. 2. A D illud quod quæritur de assimilatione, dicendum quod est assimilatio per vnus qualitatis participationem, vel per imitationem, vel per omnimodam indiuisiōnem. Prima est creaturæ ad creaturam. Secunda est creaturæ ad Deum. Tertia est Dei ad Deum, siue vnus personæ ad alteram. Assimilatio autem creaturæ ad Deum, vel est perfecta, vel sufficiens, vel ad sufficientem disponens. Prima est in gloria: et hæc non comparatur dissimilitudinem aliquam nec culpæ, nec miseriæ. Secunda in gratia: et hæc comparatur dissimilitudinem miseriæ, sed non culpæ. Tertia in characterē: et hæc comparatur vtramque, quia solum est gratiæ gratis datæ, et multum longinqua: et sic patet responsio ad duo de assimilatione.

3. A D illud quod quæritur, cui principaliter assimilatur, dicendum quod appropriata ipsi filio, qui character dicitur: vel etiam quia baptizati dicuntur induere Christum, quia ipse est caput, et dux exercitus: et quia sicut patebit, character per appropriationem respicit fidem. De distinctione solunt quidam quod character distinguit eos, qui sunt de Ecclesia numero ab his, qui non sunt numero quantum ad meritum. Sed hoc nihil est, quia hæreticus præcisus habet characterem, nec tamen est de Ecclesia. Alij dicunt, quod character distinguit percipientes sacramenta ab his, qui perceperunt tantum signum participationis Sacramentorum, et per consequens distinctionis quantum ad non percipientes. Sed tunc videtur quod idem esset signum fuitius, et propterea dicendum quod ratio distinguendi in characterē venit ex ratione significandi: character autem significat gratiam fidei secundum aliquem statum, vnde distinguit vel fidelem ab infideli, vel fidelem a fidele: et quod permiscetur, hoc non est ex vitio signi, sed signatorum: et per hoc patet sequens, quia signum est nobis non per se, sed ratione coniunctionis cum elemento. Et est exemplum, si aliquis assumeret arma regis, signum esset quod esset de exercitu regis: potest tamen nihilominus esse ex parte contraria, quamuis arma significant quod sit ex parte illa, et non est falsitas in signo, sed in accipiente: sic in proposito intelligendum, quoniam sicut arma sunt ad distinguendum exercitus, et tamen vt plurimum confunduntur, quando sunt in bello: sic etiam est nobis, quamdiu sumus in conflictu huius vitæ præsentis miseriæ. Exemplum est de habitu religionis, qui est signum bonitatis: tamen communicant etiam in hoc boni cum malis, et carnales cum spiritualibus, et amantes mundum cum contemnentibus.

Q V Æ S T I O III.

An character sit in anima sicut in subiecto.

Alex. Alenf. 4. p. q. 8. memb. 3. ar. 1. §. 3.
 S. Thomas 3. p. q. 63. ar. 4.
 Et 4. Sent. d. 4. q. 3. ar. 3.
 Scot. 4. Sent. d. 6. q. 1.
 Richardus 4. Sent. dist. 1. ar. 2. q. 2.
 Duran. 4. Sent. d. 4. q. 1.
 Tho. Argent. 4. Sent. d. 6. q. 1. ar. 2.
 Steph. Brulef. 4. Sent. d. 6. q. 3.
 Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 5. q. 5.
 Gabr. Biel. 4. Sent. d. 6. q. 2.

IN quo sit character sicut in subiecto. Et quod in tota anima, videtur: quia character distinguit quem Christi a non oue, membrum Christi a non membro: sed anima non dicitur ouis, nec membrum secundum potentiam, sed secundum substantiam: ergo character secundum substantiam distinguit.

2. ITEM cuius est dispositio, et habitus: sed character

Quæst. sequenti.

Opin. aliorum.

Improbatio

Alia opinio

Improbatio

Improbatio

Determinatio.

Improbatio

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

ter disponit ad gratiam, et remissionem originalis, quod respicit totam animam: ergo character est in anima substantia.

3. I T E M quod sit tantum in potentia cognitiua, videtur: quia omne quod est in anima pertinens ad cognitionem, est in potentia cognitiua: sed character pertinet ad cognitionem, cum sit signum: ergo, et cetera.

4. I T E M in vna anima est vnus character per vnu sacramentum: sed omnis habitus est in potentia, vt in subiecto: ergo cum accidens sit in vno subiecto, character est in vna potentia: sed potentia, quae maxime huic conuenit, est cognitiua: ergo, et cetera.

FVNDA-MENTA. S E D quod sit in tota imagine, videtur: Character est quaedam configuratio: sed configurari dicitur anima Trinitati secundum tres potentias, non vnam tantum: ergo, et cetera.

I T E M character disponit principaliter ad imaginem reformationem: sed reformatio imaginis attenditur quantum ad reformationem ipsarum potentiarum, vt conuertuntur ad Deum: ergo, et cetera.

C O N C L V S I O .

Character est in anima secundum imaginem, secundum proprietatem, et secundum veritatem: appropriatur tamen potentia cognitiua.

Opin. 1.

R E S P O N . A D A R G . Dicendum quod circa hoc triplex fuit opinio. Quidam dixerunt, quod character est in tota anima propter rationes praedictas, quia distinguit ouem ab oue, vel ab ea, quae non est ouis: et hoc respicit animae substantiam. Quidam quod in cognitiua propter rationem signandi: et quoniam signum quod est ratio cognoscendi, respicit potentiam cognitiuam: ergo, et cetera. Quidam quod in tota imagine propter rationem configurandi. Et quia actus characteris, a quo nomen accepit, principaliter est configurare: ideo haec tertia opinio melior est, quod scilicet sit in anima secundum imaginem, secundum proprietatem, et secundum veritatem. Sed quia imago est in tribus, tamen appropriatur cognitiuae, secundum quod dicitur in libro de spiritu, et anima, quod imago est in potentia cognoscendi, similitudo in potentia diligendi: ideo per appropriacionem est in potentia cognitiua.

Opin. 2. S. Tho. 3. p. q. 65. ar. 3.

1. A D illud ergo quod obijcitur, quod distinguit animam: ergo in anima, verum est, sed non oportet quod sit primo in tota anima, sicut color distinguit corpus, sed tamen primo est in superficie.

Opinio 3. Doctores.

2. A D illud quod obijcitur, cuius est dispositio, est et habitus, dicitur quod verum est de illa dispositione, quae sit habitus: sed de alia non sic, quia habitus vnus potentiae disponit ad habitum alterius, vt habitus fidei ad habitum charitatis.

August. de spiritu, et anima cap. 39. no. 3.

3. A D illud quod obijcitur, quod spectat ad cognitionem, dicitur quod verum est si sit habitus cognoscendi. Et praeterea, character non tantum ad cognitionem spectat, sed etiam ad gratiam reformatantem totam imaginem.

Sec. d. 6. q. 11. tenet quod sit in essentia, et non in potentia.

3. A D illud quod obijcitur, quod est vnum in anima vna, dici potest dupliciter. Primo quod vnum accidens est in pluribus, sicut vna gratia in pluribus potentibus, et vna sanitas in pluribus membris. Potest ergo accidens vnum esse in pluribus potentibus, quando illud accidens non respicit determinate vnam potentiam, sed eas secundum quod fundatur in vno. Vel aliter: Imago vna est, et tamen in tribus potentibus, quia dicit relationem ad vnum. Similiter dici potest in characterem: quia enim imago importat distinctionem, ideo comparatur ad plura, sicut ad vnum subiectum. Et exemplum est in numero. Ternarius enim vnus est in tribus hominibus, et vnus est, quamuis illi sint plures in se, qui sunt vnum subiectum ternarij,

Exemplum de numero ternario.

A et nullus eorum per se tantum est subiectum: ita et in characterem intelligendum est, quod dicitur, sicut praedictum est, quamdam configurationem animae, ad beatam Trinitatem mediam inter configurationem animae quantum ad naturam, et configurationem eiusdem quantum ad gratiam gratum facientem.

Q V A E S T I O I V .

An character imprimatur per virtutes sicut per sacramenta.

Alex. Alenf. 4. p. q. 8. memb. 8. ar. 1. §. 4.
S. Thomas. 3. p. q. 63. ar. 6.
Et 4. Sent. d. 1. q. 1. ar. 4.
Richardus 4. Sent. d. 5. ar. 2. q. 4.
Steph. Brulef. 4. Sent. d. 6. q. 1.
Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 5. q. 11.

R E R quid character imprimatur, vtrum imprimatur per virtutes sicut per sacramenta: Et quod sic, videtur: quia character est signum conformatiuum, siue conformatiuum: sed per virtutes configuratur anima Deo: ergo per virtutes imprimatur character.

2. I T E M quero, vtrum imprimatur per sacramenta veteris testamenti. Et videtur quod sic: quia character est signum distinctiuum distinguens populum a non populo: sed Dominus tempore legis habuit populum, qui debuit distingui sicut et modo: ergo si distinguebantur per sacramenta, patet quod in illis imprimebatur signaculum distinctiuum: huiusmodi autem est character: ergo, et cetera.

3. I T E M queritur, vtrum per omnia sacramenta noui testamenti imprimatur character. Et videtur quod sic, quia quod potest in maius, potest in minus: sed omnia dant gratiam quae maior est, quam character: ergo, et cetera.

4. I T E M character ad gratiam disponit: ergo cum omnia sacramenta dent gratiam, et disponant ad illam, omnia dant characterem.

C O N T R A : Character est signum indelebilis: ergo omne illud et solū impressum est characteris, quod non iteratur circa subiectum: sed tantum tria sunt sacramenta non iterabilia, vt baptisimus, confirmatio, et ordo: ergo tantum illa tria imprimunt characterem.

Q U A E R I T U R ergo vterius ratio huius, cum omnis passio, quae inest aliquibus, inest per aliquam naturam communem, quae sit illa natura communis repta in his tribus, et non in alijs. Et constat quod non est materia, quia non est communis: nec forma, quia nec illa est communis.

E T si dicas quod conueniunt in inuocatione Trinitatis vt efficientis, obijcitur quod similiter et in alijs est inuocatio Trinitatis vt efficientis: et illa est vna in omnibus sacramentis. Necessesse est ergo quod illa natura sumatur ex parte finis. Sed hoc non videtur, quia in fine communi videntur omnia conuenire: in finibus autem proximis omnia differunt.

E T si dicas quod hoc est, quia illa tria sacramenta sunt respicientia statum fidei determinatum: ergo cum fides sit eadem secundum diuersos status, videtur quod in omnibus istis sacramentis vnus imprimatur character: sed constat quod multi sunt characteres, alioquin non posset quis ordinari, si non esset confirmatus.

Queritur ergo, quae sit ratio multitudinis, et videtur quod superflua, cum sufficienter per vnum possint distingui. Quod autem sint multi, videtur, quia character interior similitudinem habet cum signo exteriori: sed signa sunt dissimilia et diuersa: ergo et characteres.

A D O P P O S I T V M .

F V N D A - M E N T A .

C O N -

C O N C L V S I O .

Character imprimatur non in virtutibus, sed in sacramentis, ijsq. nouis legis, non tantum in omnibus, sed in his solum, quae respiciunt statum fidei determinatum, quae sunt Baptisimus, Confirmatio, et Ordo.

R E S P O N . A D A R G . Ad praedictorum intelligentiam est notandum, quod character est signum interius distinctiuum: quia ergo signare non conuenit ei nisi ratione signi, visibilis, ideo solum in sacramentis non in virtutibus imprimatur: Quia vero interius spiritualiter est distinguens, ideo in sacramentis, quae sunt non carnalis populi, sed spiritualis, imprimatur, scilicet in sacramentis nouae legis, non veteris. Quia distinctiuum non vnus, sed multorum: ideo vnituum multorum in vno statu fidei: et ideo in his sacramentis solum imprimatur, quae respiciunt statum fidei determinatum. Tres autem sunt status fidei, scilicet genitae, roboratae, et iam multiplicatae: et secundum hoc attenditur triplex distinctio in populo, scilicet bonorum a malis, fortium ab infirmis, clericorum a laicis. Et haec triplex distinctio praefit in figura in populo Israel. Prima cum omnes sunt distincti ab Aegyptijs ad veniendum in terram promissionis. Secunda cum fortes ab infirmis ad pugnam in bello. Tertia cum leuitae ab alio populo administrandum in templo. Similiter triplex fuit distinctio in domo David. Prima domus eius ab infidelibus. Secunda, quia erant ibi specialiter pugnatore. Tertia, quia leuitae, et sacerdotes, et scribae ab alijs etiam distincti erant, et etiam duces, et principes habebant. Quia ergo tria tantum sunt sacramenta, quae respiciunt statum fidei determinatum: Baptisimus, primum: quia ibi fides gignitur, et homo ab Aegyptijs separatur. Confirmatio, secundum: quia ibi fides roboratur, et vt pugil inungitur homo ad praeliandum, et ab infirmis discernitur. Ordo, tertium: quia ibi virtus multimoda datur, et homo vt sanctus ad ministerium templi a laicis separatur: ideo ista tria tantum imprimunt characterem. Natura ergo communis repta in his et non in alijs est, quia sunt signa visibilia interius operantia, respicientia statum fidei determinatum. Et quia distinctio populi a non populo praecedit alias distinctiones: ideo baptisimalis character praecedit alios de necessitate. Sed distinctio fortium ab infirmis praecedit distinctionem aliam fortium de congruo, non de necessitate. Ex hoc ergo patet ordo characterum, patet et numerus, quia tres sunt secundum tres status, et tres distinctiones, et tria sacramenta. Patet etiam ratio imprimendi. Praesupposita namque idemitate ex parte materialis elementi, ratione cuius comperit signatio, sumitur ratio principalis ex parte finis. Quia tamen finis mouet efficientem, et efficiens secundum exigentiam finis introducit formam in materiam, occurrunt triplex ratio: et prima est status fidei determinatio ex parte finis: ex parte efficientis institutio, quae ad talem finem ordinans dedit talem virtutem, vt in his imprimeretur character: ex parte vero formae est sanctae Trinitatis inuocatio: et sic patet omnia.

Explicatio.
Populorum distinctio.

Explicatio.

In Topicis.

1. Q U O D primo obijcitur de virtutibus, iam patet, quia non est configuratio secundum quam attendatur signum distinctiuum, eo quod non est signum sensibile extra.

2. A D illud ergo quod obijcitur de sacramentis veteris legis, similiter patet responsio, quia ibi erat tantum configuratio exterioris in carne, quia erant sacramenta populi carnalis.

3. A D illud quod obijcitur: Quod potest in maius potest in minus, dicitur quod istud non est generaliter verum, quia frequenter virtus creaturae ordinatur ad maius non ad minus, homo enim potest generare hominem, non festucam.

4. A D illud quod obijcitur, quod omnia sacramenta disponunt ad gratiam, dicitur quod actus disponendi ad gratiam non est proprius characteris, sed magis qui praedeterminatus est. Quod postmodum queritur satis patet, si breuius resumantur praedicta. Ordo enim, et summa praedictorum est, quia character est signum interius distinctiuum pariter, et vnituum in aliquo fidei statu: ideo imprimatur a signo visibili interius operante, respiciente statum fidei determinatum. Status ergo fidei determinatus est prima ratio imprimendi. Et quia finis imponit necessitatem his, quae sunt ad finem: ideo quia ille instituit ad hunc finem sacramenta, dedit virtutem, et formam verborum congruam. Est etiam ratio multiplicandi: quia enim tantum tres status fidei sunt, et tres distinctiones, ideo tantum tres characteres. Est etiam ratio ordinandi: nam fidei generatio praecedit confirmationem, et confirmatio multiplicationem: sed primum de necessitate praecedit secundum, et tertium, et secundum praecedit tertium de congruo tantum. Talis ordo est in distinctionibus populi: nam primo est separatio fidelis populi ab Aegyptijs, vel malis. Secundo fortium ab infirmis. Tertio Sanctorum, et perfectorum ab alijs: et sic est ordo in characteribus.

Q V A E S T I O V .

An character imprimatur debilibiter, vel indebilibiter.

Alex. Alenf. 4. p. q. 8. memb. 8. ar. 6. §. 5.
S. Thomas 3. p. q. 63. ar. 5.
Et 4. Sent. d. 4. q. 1. ar. 3. q. 4.
Richardus 4. Sent. d. 5. ar. 2. q. 3.
Steph. Brulef. 4. Sent. d. 6. q. 6.
Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 5. q. 9.

M T R V M character imprimatur debilibiter, vel indebilibiter. Et quod indebilibiter, videtur, quia sacramenta, in quibus imprimatur character, nullatenus iterantur: sed si deleteretur, possent et deberent iterari: ergo non deleteretur.

I T E M character stat cum culpa, sicut patet in sacerdote malo: ergo non repugnat culpa. Stat etiam cum ignorantia, vt in paruulo baptizato: ergo videtur quod non habeat contrarium, per quod deleatur, et est in subiecto perpetuo: ergo eius impressio est indebilis.

1. **C O N T R A :** Possibile est aliquem baptizatum habere characterem bestiae, de qua habetur in Apocalypsi: sed nullus simul potest placere Deo et diabolo: ergo nullus simul potest habere signum huius, et illius: ergo vnus character potest alterum delere, et destruere.

2. I T E M character bestiae est debilis, quia nullus est adeo malus, quin possit fieri bonus: ergo a simili character Christi, cum ille, qui bonus est, possit malus fieri.

3. I T E M si character est indebilis, quero vnde illud habeat. Si ab efficiente: sed gratia gratum faciens a Deo est, et tamen debilis est. Si a subiecto: ergo quidquid est in anima, est indebile. Praeterea: quod magis sit debilis ratione subiecti, videtur, quia voluntarie recipitur: sed quod subiaceat voluntati est variabile: ergo, et cetera.

4. I T E M quod post hanc vitam deleatur, videtur in beatis, quia ex parte: multo enim magis est imperfectum lumen, quam fides: ergo si fides excidit, et character.

Epilogus re solutiuis.

F V N D A - M E N T A .

A D O P P O S I T V M .
A p o c . 1 3 . 1 1

§ . I T E M

5. I T E M quod in damnatis deleatur, videtur, quia character aliquo modo habilitat ad gratiam, sed sic erunt ipsi omnino inhabiles: ergo carebunt characterere.

CONCLUSIO.

Character est signum indelebile, quia est habitus datus ad distinguendum, cui obliquatio potentia non repugnat.

Opin. 1. IMPROBATIO RESP. AD ARG. Dicendum quod communis opinio est, quod character est proprietas indelebilis: Sed in huius indelebitatis causa differenter sentiuntur diversi. Quidam enim dicunt, quod quia character est in anima secundum substantiam, vel essentiam, et ipsa est perpetua, et invariabilis, ideo et character: sed istud supra improbatum est. Alij dicunt, quod quia est in anima secundum potentiam cognitivam, quæ non subiacet variabilitati, ut voluntas, quædam enim cognoscimus voluntate non volente. Ideo etiam est invariabilis. Sed hoc non valet, quia per ignorantiam expelluntur habitus cognitiui, sed non character. Tertij dicunt, quod sicut ex matrimonij obligatione contrahitur vinculum indissolubile, quamdiu vivunt: ita ex consimili in susceptione sacramenti. Et quia ibi est quoddam matrimonium spirituale, et quoniam tamen Deus quam anima sunt perpetuam durationem habentia: ideo character semper durat. Sed quamvis istud possit dici de baptismo, ubi est quædam contractio matrimonij, non tamen in alijs sacramentis. Et propterea dicendum aliter, quod perpetuitas characteris principaliter sumitur ab eius conditione, et natura. Unde notandum, quod est habitus innatus, et hic est indelebilis omnino: et est habitus acquisitus: et hic quia est ex acquisitione, per dipotest: et est habitus infusus, vel datus: et hic est duplex. Quidam est datus ad dirigendum, et quia potentia possunt obliquari, ideo est delebilis: potest enim invenire repugnantiam in subiecto. Est et alius impressus ad distinguendum, et huic indirectio, vel obliquatio potentia non repugnat. Si enim aliquid repugnaret, hoc solum esset opposita consignatio, sed opposita non potest esse, quia solus Deus potest imaginem suam consignare: ideo si debet opposito signo signari, a solo Deo fiet. Sed ipse nunquam imprimit signum sibi contrarium: ideo necesse est quod character æternaliter perseveret. Quoniam ergo character proprietas est existens in subiecto perpetuo, in quo non potest habere repugnantiam: ideo eius impressio est perpetua.

Opin. 2. IMPROBATIO 1. 2. AD illud quod obijcitur de caractere bestia, dicendum quod character bestia non dicitur aliquod signaculum, quod diabolus animæ impresserit, sed culpa secundum eius voluntatem perpetrata, in quo est anima per obstinationem disposita ad perpetuitatem: et ideo non est omnino simile.

Opin. 3. IMPROBATIO 3. AD illud quod queritur, unde hoc habeat, dicendum quod a sui conditione subiecto concordante, non repugnante: et efficiente, non producente contrarium, nec subtrahente.

Opin. 4. IMPROBATIO 4. AD illud quod obijcitur de damnatis, dicendum quod in damnatis manet ad confusionem, et in beatis ad quantumcumque decorum.

Opin. 5. QVOD obijcitur quod est ex parte, dicendum quod sua imperfectio, scilicet characteris compatitur secum perfectionem gloria: non sic autem est de perfectione fidei, quia fides secundum quod est virtus, dicit ænigma, et absentiam rei creditæ: et hæc repugnat statui gloriae: et ideo euacuatur non secundum quod lumen tantum, sed secundum quod habet annexum ænigma, et absentiam rei in se, quod est essentialis fidei secundum quod virtus: alioquin si videretur presentialiter, non esset meritum. Non autem est simile de caractere, quoniam dicit quamdam consi-

gnationem, et lumen quoddam: et illud non habet oppositionem ad lumen perfectum, nec habet oppositionem ad tenebram pœnæ propter lucis modicitatem: ideo nec ibi euacuatur, nec hic extinguitur.

QVÆSTIO VI. An baptismus possit, et debeat iterari.

Alex. Alen. 4. p. q. 8. membr. 11. S. Tho. 3. p. q. 66. ar. 9. Et 4. Sent. d. 6. q. 2. ar. 1. Et 4. contra Gent. cap. 59. Scot. 4. Sent. d. 6. q. 7. Richar. 4. Sent. dist. 6. ar. 4. q. 1. Franc. de Mayr. 4. Sent. d. 4. et 5. q. 4. Ioan. Bacch. 4. Sent. d. 6. q. 2. Stroph. Brulef. 4. Sent. dist. 6. q. 6. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 6. q. 11.

TRVM baptismus debeat iterari. Et quod sic, videtur: quoniam possibile est aliquem sic accedentem baptizari, qui nihil gratia percipit per baptismum: ergo si non debet esse sibi via salutis præclusa, debet, et potest isti iterari baptismus.

2. I T E M duo dantur in baptismo, scilicet character, et gratia: sed quamvis character sit indelebilis, tamen gratia est delebilis: ergo saltem ratione gratia potest, et debet iterari.

CONTRA: Si baptismus posset iterari: ergo posset quilibet impune peccare, cum ibi fiat remissio culpæ, et pœnæ.

I T E M si effectus non potest iterari, nec causa: ergo si character non potest iterari, nec signum visibile, siue baptismus.

I T E M multa nõ debent fieri de iure, quæ si fiunt de facto, facta sunt: ut sacerdos præcisus non debet conficere, sed si conficit, confectum est. Queritur ergo, utrum in hoc casu aliquid fiat. Et quod sic, videtur: quia accedente verbo ad elementum fit sacramentum.

CONCLUSIO. Baptismus non debet, neque potest iterari.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod baptismus nec debet, nec potest iterari. Quia non potest: ideo qui iterat, nihil facit. Quia vero non debet, qui scienter iterat, gravissime peccat. Ratio autem quare non debeat iterari triplex est. Prima est ratio morbi, quem curat, scilicet peccati originalis, qui non potest iterari. Secunda est ratio eius, quod principaliter signat, ut passionem, et resurrectionem, quam impossibile est iterari. Tertia est ratio efficaciam in curando, quia absolutam pœnam, et a culpa: et tunc mali non essent puniendi, si semper cum peccarent, deberent baptizari. Ratio quare non potest iterari est characteris impressio, quia ex quo semel imprimitur, amplius imprimi non potest, et ille est effectus sacramenti primus, sine quo nihil facit sacramentum. Alia est diuina institutio, quia Dominus instituit ut perfectam, et vnicam haberet efficaciam, et semel tantum fieret: si ergo sit secundo, nihil fit in anima, et ita cassat sacramentum scienter: et propter hoc iterans baptismum nihil facit omnino, et magis peccat, quam ille, qui sic accedit: quia facit contra ordinationem diuinam, facit etiam contrarium sacramento, facit, et contumeliam Christo: quia quantum est de se Filium Dei crucifigit, et ipsam contemptui, et irrisui habet, cum vnicam sit, baptismum.

AD OPPOSITIVM.

FVNDAMENTA.

Aug. tract. 80. in 107. 10. p.

Aug. tract. 80. in 107. 10. p.

Aug. tract. 80. in 107. 10. p.

Aug. tract. 80. in 107. 10. p.

Aug. tract. 80. in 107. 10. p.

Aug. tract. 80. in 107. 10. p.

Aug. tract. 80. in 107. 10. p.

Aug. tract. 80. in 107. 10. p.

Aug. tract. 80. in 107. 10. p.

Aug. tract. 80. in 107. 10. p.

Aug. tract. 80. in 107. 10. p.

Aug. tract. 80. in 107. 10. p.

Aug. tract. 80. in 107. 10. p.

Aug. tract. 80. in 107. 10. p.

Aug. tract. 80. in 107. 10. p.

Aug. tract. 80. in 107. 10. p.

baptisma; et vnicam efficaciam habet perfectam a passione vnica. Et ideo sancti Patres gravem pœnam imposuerunt rebaptizantibus, et rebaptizatis scienter propter gravitatem culpæ: quia rebaptizatio aut sapit hæresim, aut si non sapit, gravissimum contemptum Dei, et sacramenti inducit: et ideo grauitur debet puniri.

1. AD illud quod obijcitur de sicte accedente, dicendum quod fictione recedente character totum supplet, quod sacramentum sine fictione faceret.

2. AD illud quod obijcitur de gratia, dicendum quod gratia non est effectus immediatus, sed median- te caractere infunditur a Deo: et ideo nihil fit quando non imprimitur character.

AD vltimum dicendum, quod qui iterat baptismum, nec de facto, nec de iure sacramentum tradit, vel recipit, quia ille non est susceptibilis, sed tantum exterius abluit. Et si scienter, vel negligenter facit, grauitur peccat. Si vero diligentia adhibita, et si nihil faciat interius, tamen non peccat.

DISTINCTIO VI. PARS II.

QVOD NVLLVS IN MATERNO VTERO BAPTIZETVR.

OC etiam sciendum est, quod licet ter immergatur, propter mysterium Trinitatis, tamen unum baptisma reputatur. Illud etiam ignorandum non est, quod in materno utero nullus baptizari potest, etiam si mater baptizetur. Unde Isidorus: Qui in maternis uteris sunt, ideo baptizari non possunt, quia qui natus adhuc secundum Adam non est, secundum Christum non potest renasci: neque regeneratio in eum dici potest, quem generatio non præcessit. Item Augustinus: Non potest quisquam renasci antequam natus sit. Si vero opponitur de Hieremia, et de Ioanne Baptista, qui ab utero sanctificati leguntur: quod etiam de Iacob quidam putant. Dicimus, si sanctificatio ibi accipitur interior emundatio, in miraculis diuine potentie esse habendum, ut Augustinus ait, ambigue super hoc loquens: Si vsque adeo, inquit, in illo puero acceleratus est vsus rationis et voluntatis, ut intra materna viscera iam posset agnoscere et credere, quod in alijs paruulis expectat ætas ut possint, in miraculis habendum esse diuine potentie, non ad humane trahendum exemplum natura. Nam quando voluit Deus, etiam inuentum locutum est. Idem: De Hieremia legitur: Priusquam exires de ventre, sanctificauit te. Illa tamen sanctificatio, qua efficiuntur templum Dei, non nisi reatorum est. Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei. Nemo autem renascitur nisi prius nascatur. Unde illa sanctificatio potest secundum prædestinationem accipi. Ecce videtur dubitanter loqui, qui etiam in eodem dicit: Non dictum est quia credidit infans in utero, sed exultauit: nec Elisabeth dicit: Exultauit in fide, sed exultauit in gaudio in utero meo. Et potuit esse hæc sanctificatio tanta rei a maiori cognoscende indicium, non a paruulo cognitæ. Absque assertione de hac sanctificatione loquitur, non definiens qualiter intelligenda sit illa sanctificatio: an sit signum futuræ rei, an veritas iustificationis per Spiritum factæ. Sed melius est ut dicamus illos præter communem legem in uteris iustificatos, et gratia præuentos dimisisse omnibus peccatis: quod etiam multis Sanctorum testimonijs docetur.

Hier. in epist. ad Romanos, de consec. d. 4. ca. Eodẽ modo lib. 1. de sum. bo. 24. De consec. d. 4. cap. 4. Qui in matris uteris. op. 57. post me. 20. 2. Ibidem. Ibidem. Jer. 1. b Luc. 1. b Malac. 1. 4 Num. 22. 6 Ibidem. Luc. 1. 8 Amb. et Be da super 1. cap. Luca. In ep. qua incipit: Retulerunt mihi nuncij tui, quod fuerit sacerdos in eadem prouincia, qui Latinam linguam penitus ignorabat, et dum baptizaret, nescius Latini eloquij, infringens linguam diceret: Baptizo te in nomine Patriæ, et Filia, et Spiritus sancta: et propter hoc considerasti rebaptizare. Sed se ille, qui baptizauit, non errorem inducens vel hæresim, sed pro sola ignorantia Romana locutionis, infringendo linguam baptizans dixisset, non possumus consentire ut denuo baptizetur. Leo Papa. PRAETEREA sciendum est quod illi, de quibus nulla extant indicia inter propinquos, vel domesticos, vel vicinos, a quibus baptizati fuisse doceantur, agendum est ut renascantur, ne pereant in quibus quod non ostenditur gestum, ratio non sinit, ut videatur iteratum. Conferendum eis videtur, quod collatum esse nescitur: quia non temeritas interuenit præsumptionis, ubi est diligentia pietatis. De illo, qui pro ludo immergitur. S O L E T etiam quæri de illo, qui iocans sicut mimus, commemoratione tamen Trinitatis immergitur,

An baptismus sit verbis corrupte prolatis.

QVÆRI etiam solet: Si corrupte proferantur verba illa, an baptismus sit. De hoc Zacharias Bonifacio scribit: Retulerunt mihi nuncij tui, quod fuerit sacerdos in eadem prouincia, qui Latinam linguam penitus ignorabat, et dum baptizaret, nescius Latini eloquij, infringens linguam diceret: Baptizo te in nomine Patriæ, et Filia, et Spiritus sancta: et propter hoc considerasti rebaptizare. Sed se ille, qui baptizauit, non errorem inducens vel hæresim, sed pro sola ignorantia Romana locutionis, infringendo linguam baptizans dixisset, non possumus consentire ut denuo baptizetur.

PRAETEREA sciendum est quod illi, de quibus nulla extant indicia inter propinquos, vel domesticos, vel vicinos, a quibus baptizati fuisse doceantur, agendum est ut renascantur, ne pereant in quibus quod non ostenditur gestum, ratio non sinit, ut videatur iteratum. Conferendum eis videtur, quod collatum esse nescitur: quia non temeritas interuenit præsumptionis, ubi est diligentia pietatis.

De illo, qui pro ludo immergitur.

S O L E T etiam quæri de illo, qui iocans sicut mimus, commemoratione tamen Trinitatis immergitur,

In ep. qua incipit: Retulerunt mihi nuncij tui, quod fuerit sacerdos in eadem prouincia, qui Latinam linguam penitus ignorabat, et dum baptizaret, nescius Latini eloquij, infringens linguam diceret: Baptizo te in nomine Patriæ, et Filia, et Spiritus sancta: et propter hoc considerasti rebaptizare. Sed se ille, qui baptizauit, non errorem inducens vel hæresim, sed pro sola ignorantia Romana locutionis, infringendo linguam baptizans dixisset, non possumus consentire ut denuo baptizetur.

PRAETEREA sciendum est quod illi, de quibus nulla extant indicia inter propinquos, vel domesticos, vel vicinos, a quibus baptizati fuisse doceantur, agendum est ut renascantur, ne pereant in quibus quod non ostenditur gestum, ratio non sinit, ut videatur iteratum. Conferendum eis videtur, quod collatum esse nescitur: quia non temeritas interuenit præsumptionis, ubi est diligentia pietatis.

De illo, qui pro ludo immergitur.

S O L E T etiam quæri de illo, qui iocans sicut mimus, commemoratione tamen Trinitatis immergitur,

Lib. 7. de baptis. contra Dona- ti. ca. 53. in fine 10. 7. et hab. de con- fec. dist. 4. Solet etiam queri. Aug. 23. in medio et hab. de cõ- d. 4. non te moueat.

Leo papa in epi. ad Uni uersos per Sicilia con- stitutos, quæ est 4. in ordine Et habetur.

De cõf. d. 4. c. Duo tem- pora et c. si- qua neces- sitate

Li. 2. de off. c. 24. de cõ- fec. d. 4. ca- pitulo par- uuli

Aug. lib. 4. de baptis. contra Do- ti. cap. 24.

De consec. dist. 2. cum pro paruu- li.

Epistol. 23. aliud. De consec. dist. 24.

Simile lib. 2. de symbo. cap. 1. ro. 9. et li. 4. c. 1. de consec. d. 4. c. Pri- ma igitur.

immergitur, utrum baptizatus sit. Hoc autem Augustinus non definit, ita inquit: Si totum iudicare, et mimice, et ioculariter ageretur, utrum approbandus esset baptismus, qui sic daretur, diuinum iudicium per alicuius reuelationis miraculum oratione implorandum esse censerem. Videtur tamen sapientibus non fuisse baptisma: ut cum aliqui in balneum, vel in flumen merguntur in nomine Trinitatis, non est tamen baptismus, quia non intentione baptizandi illud geritur. Nam in hoc et in alijs sacramentis sicut forma est seruanda, ita et intentio illud celebrandi est habenda. Illud etiam non te moueat, quod quidam non ea fide paruulos ad baptismum ferunt, ut per Spiritum ad vitam regenerentur æternam: sed eos putant hoc remedio temporalem accipere sanitatem. Non enim propterea illi non regenerantur, quia nec ab illis hac intentione offeruntur.

Quod duo tempora erant in quibus baptizabantur homines.

AGNOSCENDVM est etiam in baptizandis electis duo tempora esse seruanda, id est, Pascha et Pentecosten: ut in sabbato Pascha, vel Pentecostes baptismi sacramentum celebretur. Qui vero necessitate mortis vel periculi urgentur, omni tempore debent baptizari.

De responsione patrinorum.

PORRO cuncti ad baptismum venientes, fidem suam profiteri debent, et exponere ad quid petendum uenerint ad Ecclesiam. Vnde etiam a baptizando queritur: Quid uenisti ad Ecclesiam petere? Qui si adultus est, pro se respondet: Fidem, id est sacramentum fidei, et doctrinam. Ita etiam per singula interrogatus respondet se credere in Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum. Si autem paruulus est, non ualens credere uel loqui, alius pro eo respondet. Vnde Isidorus: Paruuli alio proficiente baptizantur, qui adhuc loqui uel credere nesciunt: sicut etiam pro agris, mulis, uel surdis alijs proficitur dum baptizantur. Sic et de penitentibus agendum est. Si uero pro eo, qui respondere potest, alius respondeat, non itidem ualeat, sicut dictum est: Aetatem habet, pro se loquatur. Si uero queritur ex quo sensu pro paruulo dicatur: Credo, uel fidem peto: Dicimus de sacramento fidei id esse intelligendum, quod respondetur petere cum deseruitur ad Ecclesiam, et habere fidem cum baptizatur: ut sit sensus, cum dicitur: Fidem peto, id est, sacramentum fidei pre- sto sum recipere: Credo, id est, sacramentum fidei suscipio: quod est: Hic paruulus pre- sto est sacramentum fidei accipere. Vnde Augustinus: Nihil est aliud credere quam fidem habere: et ideo cum respondetur credere paruulus, qui fidei nondum effectum habet, respondetur fidem habere propter fidei sacramentum, et conuertere se ad Deum propter conuersionis sacramentum. Sed adhuc queritur ex quo sensu pro paruulo respondeatur: Credo in Deum Patrem, et in Iesum Christum, et in Spiritum sanctum. Numquid de sacramento fidei, an de fide mentis ibi agitur? Si de sacramento, cur nominatim distinguuntur persone? Si uero de fidei affectu, quo modo uerum est, cum ea paruulus careat? An illud facturus paruulus respondetur cum creuerit, sicut et omnibus pompis diaboli spondetur abrenunciare: quod si non seruauerit factus adultus, tenebitur ipse, uel sponsor? Sane etiam dici potest ibi sponderi pro paruulo, quod ad maiorem etatem si uenerit, et pompis diaboli renuntiabit, et sanam fidem tenebit, cuius tunc sacramentum recipit. Hac autem sponsione paruulus pro quo fit tenebitur, non sponsor: si tamen ut cautio impleatur, quantum in se est, operam dederit: quia exigitur a patrino, ut sit diligens circa eum pro quo spondit, sollicitudo. De hoc Augustinus: Certissimam emisistis cautionem, qua renunciare pompis diaboli spondidistis.

De catechismo, et exorcismo.

ILLA autem interrogatio, et responsio fidei fit in catechismo, cui additur exorcismus. Ante baptismum enim fit catechismus, et exorcismus: Post catechismum sequitur exorcismus: ut ab eo, qui iam fide instructus est, aduersaria uirtus pellatur. Exorcismus de Græco dicitur in Latinum adiuuatio: Catechismus, instructio. Catechizare est instruere: ut de simbolo ac rudimentis fidei. Exorcizare est adiuuare, ut: Exi ab eo spiritus immunde. Symbolum est signum uel collatio. Signum, quia ab eo fideles ab infidelibus discernuntur: Collatio, quia ibi totius fidei sufficientia et integritas est collata. Catechismus et exorcismus neophytorum sunt: magisq. sacramentalia quam sacramenta dici debent. Neophytus nouitius interpretatur, uel rudis. Et dicitur Neophytus nuper ad fidem conuersus, uel in disciplina religiosa conuersationis rudis. Hac ergo procedunt baptismum, non quod sine istis non possit esse baptismus uerus, sed ut baptizandus de fide instruat, et sciat cui debitor fiat deinceps, et diaboli potestas in eo minuat.

zur. Vnde Rabanus: Ante baptismum catechizandi deberet in homine prauenire officium: ut fidei catechumenæ accipiat rudimentum, et sciat cui debitor fiat deinceps. Item Augustinus: Paruuli exufflantur, et exorcizantur, ut ab eis pellatur potestas diaboli, ne iam contendant eos subuertere, ne baptismum consequantur. Non ergo ab infantibus creatura Dei efflat, uel exorcizatur, sed diabolus, ut recedat ab homine.

Li. 1. de In- str. cler. ca. 25. de con- fec. d. 4. An te baptis. Lib. 1. de Symbolo ad cathoc. c. 1. habetur de consec. d. 4. c. sicut nos.

DISTINCT. VI. PARS II.

De his, quæ potestatem baptizandi expediunt, uel impediunt.

Illud etiam ignorandum non est, quod in materno, etc.

Expositio textus.

Diuisio. VERA agit Magister de potestate baptizandi. Hic agit de annexis illi potestati. Et diuiditur hæc pars in duas. In prima agit de annexis sacramento baptismi. In

secunda de sacramentalibus, ibi: Illa autem interrogatio, et cetera. Et quoniam quattuor sunt annexa, ex parte baptizati idoneitas, ex parte baptizantis intentionis conformitas, ex parte temporis oportunitas, et ex parte leuantis responsionis fidelitas: ideo primo determinat quis potest baptizari. Secundo utrum intentio sit necessaria ad baptismum, ibi: Solet etiam queri de illo, qui iocans, et cet. Tertio de temporis oportunitate, ibi: Agnoscendum est etiam in baptizandis electis, et cet. Quarto de leuati responsione, ibi: Porro cuncti. Medijs duabus partibus remanentibus indiuisis, prima diuiditur in duas. In prima parte determinat, quis baptizari possit. Secundo, quis baptizari debeat, ibi: Quæri etiam solet, si corrupte uerba profertur. Prima pars diuiditur in duas. In prima determinat ueritatem. In secunda soluit obiectione, ibi: Si uero opponitur de Ieremia, et cet. Secunda similiter diuiditur in duas. In prima determinat, si ille qui baptizatus est corrupta forma, debeat rebaptizari. Secundo, utrum ille, de quo nulla est certitudo, possit, uel debeat baptizari. Primum, ibi: Solet queri, si corrupte, et cet. Secundum facit, ibi: Præterea sciendum est, quod illi de quibus, et cet. Item quarta pars habet duas. In prima determinat ueritatem quantum ad baptizantis interrogationem, uel baptizandi, si adultus est: uel patris, si paruulus est, responsionem. In secunda soluit dubitationem, ibi: Sed adhuc queritur, ex quo sensu, et cet. Similiter secunda pars, in qua agit de sacramentalibus, exorcismo scilicet, et catechismo, habet duos. In prima ponit ordinem in exorcizando, et catechizando paruulum, et horum nominum, et aliorum quorundam notificationem. In secunda ponit exorcismi efficaciam, ibi: Paruuli exufflantur, et cet.

Si usque adeo. Dub. I.

Luc. 1. d. Vtrum beatus Ioanes in utero habuerit usum liberi arbitrij. Et quod sic, uideretur: quia exultauit ad uocem beate Mariæ, sicut dicitur in textu. Sed talis exultatio non fuit nisi per apprehensionem rei amate: res autem non apprehendebatur nisi ratione, nec amabilis erat nisi uoluntate rationata, scilicet presentia Christi, uel eius matris: ergo uideretur cum uis liberi arbitrij sit secundum actum rationis, et uoluntatis, quod simpliciter habuit usum. Sed contra per Augustinum ad Damianum: Non est dictum, quia credidit infans: ergo si motus fidei primus est inter motus uirtutum, uideretur quod non habuerit actum alicuius uirtutis: ergo cum hoc non fuerit propter defectum gratiæ, fuit ergo propter defectum liberi arbitrij.

August. ad Dam. epist. 57. post medium 10. 2. R E S P O N. Dicendum quod circa hoc duplex fuit opinio. Et Augustinus loquitur dubie. Fuerunt enim qui dicerent Ioannem non habuisse motum liberi

arbitrij, nec exultationem illam fuisse ab eo, sed magis in eo, non per naturam, sed supra naturam, sicut asina Balaam locuta est, et tamen non intellexit: sic dicunt Ioannem motum fuisse a Spiritu sancto ad aduentum Domini, et illum motum fuisse ad modum exultantis, non quia ipse perciperet, sed quia uolebat Dominus, ut mater motu pueri Dominum perciperet, et matrem eius: et ut hoc esset futurorum præfagium. Et huic opinioni uerba consonant Augustini. Fuerunt alij qui dixerunt Ioanni statim datum motum liberi arbitrij, et illustrationem cognitionis, qua cognouit Dominum præsentem, et gauisus est supra naturam. Et si tu obijcias, quod Dominus non subtrahit dona, et ita post semper habuit usum liberi arbitrij, quod nec creditur, nec est probabile, propterea breuiter respondetur, quod sicut Dominus gratiam rapuit, alicui dat ad unam horam: sic etiam Deus fecit hoc supra naturam ob specialem causam. Vtraque positio est probabilis, nec possunt de facili improbari.

Sed si ille qui baptizauit non errorem inducens. Dub. II.

Uideretur Zacharias hic dicere, quod si uellet errorem introducere, quod non esset baptismus. Sed contra: Fides, uel hæresis baptizantis nihil facit ad hoc, quod non sit baptismus: ergo uideretur quod sit idem iudicium, siue intendat error introducere, siue non. R E S P O N. Ad hoc dixerunt aliqui, quod quauis infidelitas circa alios articulos nihil faciat ad baptismi integritatem, tamen infidelitas contra baptismum multum facit: sed si attendamus, cum fidelitas comprehendat omnem articulum, et in infidelitate non sit fides, nec pars fidei, nihil facit ad hoc, ut uideretur ratione eius, qua est fidelitas, uel infidelitas. Ideo dicendum quod nulla infidelitas aufert baptismum, dum tamen intentio sit salua, facienda scilicet quod facit Ecclesia: et quoniam iste qui intendit introducere hæresim, intendit nouam formam cupere, et quod facit Ecclesia infirmare: ideo non est salua intentio, ac per hoc nec baptismus.

De quibus nulla exant indicia inter propinquos, uel domesticos uel, et cet. Dub. III.

Uideretur Leo hic male dicere, quia ita magnum peccatum est rebaptizare baptizatum, sicut omittere baptismum: ergo qui baptizat illum, de quo nulla exant indicia, committit se periculo, et discrimini, quia nescit utrum rebaptizet baptizatum: sed omnis talis peccat: ergo, et cetera. Iuxta hoc queritur, utrum aliquis possit baptizari dormiendo: et quod sic, uideretur, quia de Ierhargico, qui non potest euigilare, uideretur quod debeat baptizari.

R E S P O N. Dicendum quod ignorantia facti adhibita debita diligentia excusat a toto: et quoniam si aliquis baptizet aliquem, de quo non potest cognoscere per aliquem quod fuerit baptizatus, ignorat eum esse baptizatum, et adhibet diligentiam, si requiritur a notis, ideo non peccat. Rufus: Quia aliquod est signum probabile quod non sit baptizatus, tenetur, et debet baptizari: et ita pater quod baptizando non committit se discrimini: Quod queritur de dormiente, Ricb. ar. 2. dicendum quod si est adultus, aut prius consensit, et uoluit, aut uoluit, et renuit. Si consensit, et uoluit, si baptizatur, baptizatus est. Aut si prius negauit, et renuit, baptizatus non est. Si autem indifferenter se habuit

se habuit quantum ad id, quod exterius est, non potest fieri nisi per ipsam; et si prius voluit, baptizatus est, si noluit, non: quia oportet quod sit aliquis consensus in adulto, vel coactus, vel spontaneus. Si quaeratur, quid debeat fieri, dicendum quod nullus debet aliquem baptizare dormiendo, nisi praesumatur quod non euigilet ante mortem, et nisi praesumatur de eius voluntate per signa, vel verba, vel parentum saltem, quia de Christianis natus. In hoc casu his concurrentibus debet baptizari, et nisi fuerit fictio in anima ipsius ante dormitionem, tunc recipit sacramentum, et rem, ut dicit Innocentius. Si autem fuerit fictio, sed tamen voluntas ad baptismum, recipit sacramentum, et non rem. Omnino eodem modo dicendum est de furioso.

Si solum ludere, et mimice, et ioculariter ageretur, et cetera. Dub. IIII.

Videtur Augustinus hic male dicere, quia intentio est de necessitate baptismi: ergo si totum factum est ioculariter, non est baptismus: ergo non est implorandum diuinum consilium, sed baptizandus: quia in his, in quibus certi sumus, et habemus humanum consilium non oportet confugere ad Deum.

Hugo, li. 2. de sac. p. 5. c. 13.

RESPON. Dicendum quod sicut dicit Hugo: Ludus non semper excludit intentionem, sed comparatur, sicut pater. Et Hugo ponit exemplum, quia velle dare ludere est duobus modis: Vno modo velle ludere, ita quod nullo modo vult dare. Alio modo ita quod vult ludere, et nihilominus vult dare. Et primo quidem modo excludit intentionem: et qui sic dat ludendo, non dat. Secundo modo ponit intentionem dandi, et vere dat. Sic in proposito intelligendum. Vnde potest esse intentio cum ludo. Et ideo dicit Augustinus: Implorandum est diuinum consilium. Quod si Dominus non reuelaret: baptizandus est, tamen sub conditione. Et hoc est quod dicitur in illo casu, in quo puer Athanasius, simulans se esse episcopum, baptizauit quosdam pueros ludere: quia postmodum consilio Alexandri episcopi non sunt rebaptizati, qui inferius subditur, quod idem episcopus superuenit, et quaesuit de intentione, et cognovit per verba iuuenis, quod habuit intentionem: et ideo non debuerunt rebaptizari: et quod habuit intentionem conijcitur, quia non baptizauit nisi catechumenos: Et sic patet intellectus verbi Augustini.

Li. 7. de baptis. ca. 53. in fin. 10. 7.

Agnosendum est etiam in baptizandis electis duo tempora esse seruanda. Dub. V.

Videtur quod magis competeret dies Epiphaniae: quia Dominus fuit in illo baptizatus.

RESPON. Dicendum quod dies Epiphaniae non fit ita sollempniter propter haeresim extirpandam, quae dixit solum illa die aquas posse regenerare. Fuit autem alijs duobus diebus, quoniam in Paschate lauit nos a peccatis in sanguine suo. In Pentecoste baptizauit Spiritu sancto: et quia baptismus hunc duplicem effectum habet, ideo tunc generaliter omnibus datur, sed specialiter datur cuilibet, quando timetur de morte.

Paruuli alio profitemur baptizantur. Dub. VI.

Quaeritur hic de illo verbo Magistrum, vtrum ille qui profitemur, debeat dici pater: Et quod sic, habet communis usus: Sed in contrarium videtur, quia pater dicitur solum qui generat aliquo modo, vel spiritaliter, vel carnaliter: sed talis neutro modo.

Hug. lib. 3. de sac. p. 0.

ITEM quaeritur, vtrum possit esse plures. RESPON. Dicendum quod sicut dicit Hugo de sancto Victore, patrum vocantur, qui paruulos ad baptismum offerunt, quia regenerandos ad nouam

vitam offerunt, et in oblatione, et in responsione quodam modo faciunt ad ipsorum regenerationem: et ideo recte patrum dicuntur. Et post subiungit: Placuit patribus, vt per singulos baptizandos patrum singuli admitterentur, id est vnus tantum, siue vir, siue mulier: propterea fortassis, ne spiritualis cognatio, cui reuerentia debetur, passim diffusa in matrimonij copula obesse potuisset. Sed quaedam Ecclesiae hanc consuetudinem non seruant, plures ad susceptionem paruulorum admitteutes.

Ante baptismum, et cet. Dub. VII.

Innuat Magister, quod exorcismus fit post catechismum. Contra: Videtur quod male ordinetur: quia exorcismus est ad expulsionem mali: sed catechismus ad institutionem boni: sed prius est malum expellere, quam bonum inferere: ergo prius fuit agendum de exorcismo.

RESPON. Dicendum quod ista duo possunt tripliciter ordinari, aut ratione eius, ad quod sunt, aut ratione eius, a quo dispensatur, aut ratione eius, in quem fiunt. Si ratione eius ad quod, sic: quia catechismus est ad perfectionem intellectus, et exorcismus ad id, quod respicit affectum, quia ad suggestionem diaboli expellendam catechismus praecedit: et sic ante exorcismum est catechismus. Si ratione eius a quo, quia catechizatio est ab ordine lectorum, et exorcizatio est ab exorcistis, et lectorum ordo praecedit: sic ante exorcismum est catechismus: Si ratione eius in quem, sic dicendum quod adultus est prius capax doctrinae, quam gratiae, paruulus e contrario: et ideo in adultis praecedit catechismus, in paruulis e contrario exorcismus: et ideo ordo mutatus est secundum aliquas Ecclesias, nec seruatur ille, qui consuevit esse in primitiua Ecclesia, quia tunc baptizabantur adulti, nunc autem paruuli.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam huius partis tria principaliter quaeruntur. Primo quaeritur de idoneitate ex parte baptismi. Secundo de intentione ex parte baptizantis. Tertio vero de sacramentalibus annexis baptismi. Circa primum quaeruntur duo. Primo quaeritur, vtrum aliquis possit in vtero baptizari, sicut et sanctificari. Secundo, vtrum sanctificati in vtero debeant baptizari.

QVAESTIO I.

An aliquis possit baptizari in vtero.

Alex. Alenf. 4. p. q. 8. memb. 7. ar. 1. §. 2. S. Thomas 3. p. q. 68. ar. 1. Et 4. Sent. d. 6. q. 1. ar. 1. q. 1. Scot. 4. Sent. d. 4. q. 3. Richar. 4. Sent. dist. 4. ar. 2. q. 1. Duran. 4. Sent. d. 6. q. 1. Franc. de Mayr. 4. Sent. d. 4. et 5. q. 1. Ionn. Bacch. 4. Sent. d. 3. q. 2. Tho. Argent. 4. Sent. d. 6. q. 1. ar. 4. Seepb. Brulef. 4. Sent. d. 6. q. 7. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 6. q. 5. et 6.

AD OFFERTIVM. T R V M: aliquis possit in vtero baptizari, sicut et sanctificari. Et quod aliquis possit baptizari in vtero, ostenditur sic: Maior est gratia sanctificationis, quam gratia baptismalis: sed paruulus in vtero est susceptibilis

Lec. 1. e

Iere. 1. b

FVNDAMENTA. Epi. 57. post med. 10. 2.

Opinio.

Improbatio

Greg. lib. 4. Mor. cap. 2. in medio. habetur de cons. dist. 4. cap. quod 2. Opinio.

Damasen. lib. 4. c. 5.

Improbatio

Opinio.

Improbatio

ptibilis gratiae satisfactionis, sicut pater de Ioane Baptista, et Hieremia. de Ioanne: Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suae. De Hieremia: Antequam exires de vulua sanctificauit te. Si ergo paruulus in vtero est capax gratiae sanctificationis, videtur similiter quod et gratiae baptismalis.

ITEM pronior est Deus ad miserandum, quam ad condemnandum: sed paruulus in vtero non tantum est susceptibilis culpae, sed etiam poenae: ergo videtur quod debeat ei in vtero remedium preparari: sed remedium contra culpam originalem est baptismus: ergo videtur quod homo possit in vtero baptizari.

SEDCONTRA: Augustinus dicit, et habetur in littera: Non potest quis renasci antequam sit natus: sed baptizari est renasci: ergo non potest baptizari, antequam nascatur.

ITEM originalis culpa contrahitur ex carne corrupta: ergo quamdiu paruulus est coniunctus carni corruptae, est coniunctus causa morbi, quia semper nutritur sanguine menstruo: ergo non debet quis purificari in loco infectionis, nisi separaretur: ergo non debet baptizari antequam nascatur, et a matre separatur.

ITEM baptismus est sacramentum exterius, et omne aliud sacramentum: ergo nullus est susceptibilis baptismi, nisi exterius prodeat in lucem: non ergo baptizabilis est, quamdiu in vtero latet.

CONCLUSIO.

Baptismus non potest dari existentibus in vtero, quia ipse respicit operationem Ecclesiae, quae operatio non se extendit ad paruulum nisi extra vterum.

RESP. AD ARG. Ad praedictorum intelligentiam est notandum, quod ratio, quare quis non purificatur, nec baptizatur in vtero, est diuina institutio, quae sic instituit. Ratio autem diuinae institutionis assignatur congruitatis, non necessitatis, quia, posset vique aliter esse, si Deus veller: et secundum diuersos, plures et diuersae congruentiae assignantur. Fuerunt enim qui dixerunt, quod ratio sumitur ex parte aequitatis diuini iudicii, quae nec paruulum, nec adultum iustificat sine aliquantula poenae: et ideo debuit circa paruulum aliquid fieri poenale, ad hoc vt iustificaretur: et illud dicunt fuisse omni tempore. Sed ista ratio non videtur conueniens, quoniam non est generalis. Tempore namque legis naturae, (vt dicit Gregorius) iustificabantur in sola fide parentum. Praeterea: Esto quod paruulus baptizetur in aqua calida, siue tepida, potius ei esset solatium quam poena, et ita haec ratio non sufficit. Fuerunt alii qui dixerunt, quod ratio sumitur ex parte sacramenti: quia enim in originali peccato et est caro infecta, et anima deformata: ideo sacramentum baptismi duo habet, scilicet aquam, et spiritum, vt dicit Damascenus, et quodam modo est ibi purificatio, et regeneratio carnis, et spiritus: et ideo non tantum praesupponit natiuitatem in vtero, quae est in infusione animae, verum etiam natiuitatem ex vtero, quae est in egressu: et ista quidem ratio bona est, sed particularis, quia non valet ad remedium legis naturae, quod non respiciebat paruuli carnem. Fuerunt et alii, qui suspenserunt rationem ex parte culpae. Quia enim culpa originalis contracta est ex carne infecta, et ex carne parentum secundum actum generationis: totum tempus generationis, et cibationis ex illa carne infecta, vt puta ex sanguine menstruo, est tempus deputatum peccato, non remedio: et ideo ante necesse est a carne matris paruulum separari, et totam generationis actionem consummari, quam superueniat benedictio: quoniam illud totum est tempus maledictionis. Et ista quidem ratio bona est, nisi etiam

S. Bon. To. 5.

repugnaret sanctificationi, quoniam ibi datur gratia mundans a culpa originali. Fuerunt et quartii qui dixerunt, quod ratio est ex parte gratiae: quia enim gratiae est dare esse ordinatum, et gratiae est regenerare, et esse ordinatum praesupponit esse distinctum, et renasci praesupponit nasci: ideo necesse est quod ante baptismum paruulus nascatur, vt sit perfecte natus secundum carnem. Sit etiam distinctus, quoniam quamdiu est in ventre, coniungitur matri per vmbilicum, vnde recipit alimentum. Et haec quidem ratio bona est, maxime quia consonat, et ortu habet a verbis sanctorum: tamen adhuc per istam rationem non potest ostendi, quod paruulus non deberet sanctificari in vtero, sicut nec baptizari. Et propterea est dicendum, quod ratio sumenda est ex parte sacramentalis remedij. Quia enim sacramentale remedium respicit operationem Ecclesiae, et operatio Ecclesiae non se extendit ad paruulum nisi extra vterum: ideo nullo tempore nec fide parentum, nec aliquo sacramento iustificatus est paruulus, antequam natus, quantum est de lege communi, quia Deus decreuit saluare puerum per sacramentum, vel aliquid quod fit loco sacramenti.

AD hoc autem intelligendum, est notandum, quod triplex status distinguitur in homine post animae infusionem. Primus est in vtero. Secundus extra vterum in statu infantia. Tertius in statu naturae adultae. In primo statu manifestus est Deo. In secundo manifestus est nobis. In tertio manifestus est sibi. In primo ergo statu cum soli Deo sit notus, potest per eius voluntatem sanctificari, non per nostram cooperationem, cum non cognoscat eum Ecclesia, nec sit de foro Ecclesiae. In secundo statu, quia notus est Deo, et Ecclesiae, remedium potest habere a Deo cooperante adiutorio alieno, non suo. In tertio statu, cum sit omnibus modis notus, scilicet Deo, et sibi, et Ecclesiae, potest omnibus his modis adiuari, vt non tantum Deus sua virtute faciat, sed etiam adiuuet fides aliena quantum ad sacramentum, et fides, et deuotio propria. Prima ergo sanctificatio est per diuinam voluntatem, et pertinet ad singulare priuilegium. Secunda vero est per legem datam, sicut patet in circumcissione, patet etiam in baptismo, cum dictum sit: Nisi quis renatus fuerit et cet. Tertia est per legem inditam, quam Deus indidit, vt ad Deum recurrat homo petere veniam pro offensa. Et prima quidem est paruulorum, vt puta illorum, quos deputat ad aliquod magnum officium, et est praeter legem communem. Ita enim decreuit diuina iustitia, vt quantum est de lege communi, non releuetur qui cecidit, nisi aliqua dispositio occurrat, et paruulus quidem sicut per alium cecidit, ita potest per alium releuari disponendo, vt puta per fidem alienam: adultus autem per propriam, sicut per propriam voluntatem peccauit. Quia vero in vtero non potest per fidem alienam, vel per sacramentum adiuari, quoniam non est de foro Ecclesiae, nec nobis notus, et hoc decreuit Deus de lege communi: ideo nullus in ventre purificatus est nisi de priuilegio speciali. Quoniam igitur baptismus respicit legem communem, et legem datam: ideo non debet quis in vtero baptizari, nec potest. Et haec ratio communis est omnibus sacramentis secundum omne tempus.

Improbatio. Determinatio.

1. Et patet responsio ad illud quod obijcitur de sanctificatione: cedeo enim quod Deus possit dare gratiam, si veller paruulo: sed per sacramentum baptismi, vel aliud ecclesiasticum non debet fieri, non quia maius sit, sed quia alius est modus, qui non coepetit illi statui.

2. AD illud quod obijcitur, quod Deus pronior est ad miserandum, dicendum quod verum est: sed tamen cum misericordia currit iustitia: et ideo quia iustitia dictabat, vt aliqua satisfactio, vel aliquod preparatoriu fieret sibi pro paruulo: ideo ante non remittebat culpam, tamen non continet misericordiam suam.

Explicatio.

Gen. 17. Ioan. 3.

1. Et patet responsio ad illud quod obijcitur de sanctificatione: cedeo enim quod Deus possit dare gratiam, si veller paruulo: sed per sacramentum baptismi, vel aliud ecclesiasticum non debet fieri, non quia maius sit, sed quia alius est modus, qui non coepetit illi statui.

2. AD illud quod obijcitur, quod Deus pronior est ad miserandum, dicendum quod verum est: sed tamen cum misericordia currit iustitia: et ideo quia iustitia dictabat, vt aliqua satisfactio, vel aliquod preparatoriu fieret sibi pro paruulo: ideo ante non remittebat culpam, tamen non continet misericordiam suam.

1. Et patet responsio ad illud quod obijcitur de sanctificatione: cedeo enim quod Deus possit dare gratiam, si veller paruulo: sed per sacramentum baptismi, vel aliud ecclesiasticum non debet fieri, non quia maius sit, sed quia alius est modus, qui non coepetit illi statui.

2. AD illud quod obijcitur, quod Deus pronior est ad miserandum, dicendum quod verum est: sed tamen cum misericordia currit iustitia: et ideo quia iustitia dictabat, vt aliqua satisfactio, vel aliquod preparatoriu fieret sibi pro paruulo: ideo ante non remittebat culpam, tamen non continet misericordiam suam.

1. Et patet responsio ad illud quod obijcitur de sanctificatione: cedeo enim quod Deus possit dare gratiam, si veller paruulo: sed per sacramentum baptismi, vel aliud ecclesiasticum non debet fieri, non quia maius sit, sed quia alius est modus, qui non coepetit illi statui.

2. AD illud quod obijcitur, quod Deus pronior est ad miserandum, dicendum quod verum est: sed tamen cum misericordia currit iustitia: et ideo quia iustitia dictabat, vt aliqua satisfactio, vel aliquod preparatoriu fieret sibi pro paruulo: ideo ante non remittebat culpam, tamen non continet misericordiam suam.

suâ in ira, quia hoc ipsum quod conferuat in vtero, et præparat remedium extra, misericordiæ est. Et si retribuisset Adæ secundum peccatum suum, totam posteritatem eius deleuisset.

QVÆSTIO II.

An sanctificatus in vtero debeat baptizari.

Alex. Alenf. 4. p. q. 8. memb. 7. ar. 1. §. 6. Scot. 4. Sent. d. 4. q. 6. Richar. 4. Sent. dist. 4. q. 3. Dur. 4. Sent. dist. 6. q. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 6. q. 8. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 6. q. 7.

FVNDAMENTA.

TRVM sanctificatus in vtero debeat baptizari cum natus est. Et quod sic, videtur, quia talis per sanctificationem non habet characterem, sed debet signo Christi consignari, quod fit in baptismo: ergo debet baptizari.

AD. 10.

ITEM baptizati baptismo flaminis baptizantur aqua, et tenentur baptizari, vt patet de Cornelio: sed sanctificari non est aliud, quam gratiam Spiritus sancti recipere: ergo sanctificati tenentur baptizari.

AD OPPOSITIVM.

SED CONTRA: Vigor singularis priuilegij semper transcendit beneficium commune, et in sanctificatione datur gratia curans, sicut in baptismo et maior, et efficacior: sed ordo est a minori perfectione ad maiorem, sed non e contra: ergo sanctificatus non tenetur baptizari.

Arif. 2. celi context. 32. et 3. a. ni. cont. 45.

ITEM si sanctificatus baptizatur, videtur quod sit vanitas, quia quod potest sufficienter fieri per vnum, frustra fit per duo in natura: ergo si natura non facit frustra, multominus nec gratia: sed gratia sanctificans sufficit ad curationem, alioquin Deus agit imperfecte: ergo & cetera.

ITEM videtur quod sit ibi contemptus, quia qui baptizatus est, si iterum baptizetur, facit contumeliam sacramento, quia primum remedium reputat insufficientem: ergo pari ratione qui baptizatur post sanctificationem, iniuriatur sanctificationi.

CONCLUSIO.

Sanctificatus in vtero debet baptizari, tum propter bonum obedientiam, tum propter humilitatem, tum propter vnitatem.

Circumcisio quare suscipiatur.

RESP. AD ARG. Dicendum quod sanctificatus baptizari debet baptismo aquæ, sicut baptizatus baptismo flaminis. Et est ratio triplex. Prima, propter bonum obedientiæ, quia Deus præcepit, vt omnes renascantur aqua. Secunda propter humilitatem, quia debet se reputare peccatorem, et indigere Christi redemptione. Tertia propter vnitatem, vt ab aliis membris Christi non discordet. Non ergo baptizatur propter hoc, quod sanctificatio non sufficit, sed propter rationes prædictas. Propter quarum exempla danda Christus fuit circumcisus. Vt autem obediret legi, subiecit se signo peccatoris: quo non ipse se peccatorem, sed alios se peccatores profiteri doceret. Postremo vt patribus non esset dissimilis. Patet igitur responsio, quod sanctificatus non recipit baptismum in remedium, quod si faceret, esset inordinatio, vanitas, et contemptus: sed in signaculum, quod habet tria bona.

A coniuncta, scilicet obedientiam, humilitatem, et vnitatem, quantum ad vnitatem characteris.

1. AD illud ergo quod obiicitur, quod sanctificatio transcendit, dicendum quod quamuis hoc verum sit quantum ad gratiam, quæ delet culpam, et habilitat ad bonum, tamen non transcendit quantum ad characterem, quia illum non imprimit: et ideo ratione illius adhuc baptismus debet recipi.

2. AD illud quod obiicitur, quod superfluit, patet responsio, quia non recipit ad id, ad quod præcessit sanctificatio.

3. AD illud quod obiicitur, quod rebaptizatus iniuriatur baptismo, dicendum quod hoc verum est, quia iterat idem remedium, et ad idem: non sic est in proposito, et sic patet totum.

ARTICVLVS II.

QUANTVM ad secundum articulum quæritur de intentione baptizandi, et circa hoc duo quærentur. Primo quæritur, vtrum intentio sit de necessitate baptismi. Secundo quæritur, vtrum recta intentio sit de necessitate baptismi.

QVÆSTIO I.

An intentio sit de necessitate baptismi.

Alex. Alenf. 4. p. q. 8. memb. 4. ar. 1. §. 1. S. Tho. 3. p. q. 64. ar. 8. Et 4. Sent. d. 6. q. 1. ar. 2. q. 1. Guil. Altif. 4. Sent. trakt. 3. c. 4. q. 7. Scot. 4. Sent. d. 6. q. 5. Rich. 4. Sent. d. 6. q. 2. Duran. 4. Sent. d. 6. q. 2. Steph. Brul. 4. Sent. d. 6. q. 9. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 6. q. 4.

TRVM intentio sit de necessitate baptismi. Et quod intentio sit de necessitate baptismi, ostenditur. Primo per auctoritatem Magistri in littera. In hoc, et in aliis sacramentis, sicut forma seruanda est, ita intentio conferendi illud est habenda: sed forma est de necessitate: ergo et intentio.

ITEM forma verborum est de necessitate, non secundum quod cogitantur, sed secundum quod dicuntur, sed dicere est cum intentione proferre: ergo intentio est necessaria ad baptismum. Si tu dicas quod ex hoc non sequitur, quod oporteat habere intentionem talem, et talem, sed sufficit quod intendat aliquid, vt puta ludere: ostenditur quod necesse est habere intentionem dandi sacramentum, quia opera, quæ sunt secundum artem, vel rationem vt ratio est, recipiunt denominationem ab eius intentione, qui operatur, quoniam si intendit ludere, ludus est: ergo si non intendit administrare sacramentum, non est sacramentum.

SED CONTRA: Augustinus dicit, et habitum est supra distinctione tertia: Accedente verbo ad elementum sit sacramentum: ergo si ista duo adsint, sacramentum est integrum, maxime cum in datione forma intentio non tangatur.

ITEM ad baptismum concurrunt fides, cum sit sacramentum fidei: sed fides Ecclesiæ sufficit, cū baptizans est infidelis: ergo videtur similiter quod intentio Ecclesiæ suppleat intentionem baptizantis.

ITEM baptismus ita respicit recipientem, sicut dantem: sed non est necessaria intentio in recipiente, vt patet in paruulo, et furioso: ergo nec indante: et sic & cetera.

AD OPPOSITIVM. Tynb. 80. in 10. in medio 10. 9.

4. ITEM

ITEM videmus quod opera spiritualia, quæ Dominus facit per ministros aliud intendentes, approbat, vt puta tentari iustos per demones, qui probationem nõ intendunt. Similiter in operibus corporalibus, percutit vulnere lethali, etsi non intendat occidere, homicidium facit: ergo videtur similiter in proposito, quia licet quis non intendat baptizare, tamẽ si facit quod requiritur ad baptismum, baptizat.

ITEM si intentio est necessaria: ergo quilibet est incertus, vtrum sit baptizatus: ergo si non debet se committere discrimini, semper tenetur rebaptizari, cum numquam possit certificari de intentione baptizantis.

CONCLUSIO.

Intentio est de necessitate baptismi, cum sacramentum non habeat suum esse a natura, sed ab infusione.

1. Ratio.

RESP. AD ARG. Dicendum quod in omni sacramento necessaria est intentio. Ratio autem huius est, quia sacramentum non habet esse suum a natura, sed ab institutione: vnde si ante institutionem immerisset quis in aquam sub forma verborum, nõ esset sacramentum. Dicunt ergo quidam, sicut Magister Hugo de sancto Victore, quod sacramenta, instituta sunt, vt fiant rationabiliter, et ex intentione: et ideo si non sit intentio, non est sacramentum. Ait enim sic: Sacramenta Dei non nõ instituta sunt, vt operandi nullam rationem admittant, aut tumultuosa quadam, et violenta, atque irrationabili pertinacia sine omni intentione, aut voluntate operantium ad effectum procedant. Vide ergo et confidera, quia rationabile oportet esse omne opus ministrorum Dei, nec per solam formam possunt dare, vbi agendi intentio nulla est. Potest tamen et alia ratio assignari, quia ad sacramentum necessaria est intentio, et institutio. Ad hoc enim quod sit sacramentum, necesse est quod forma, et elementum ad vnum ordinentur: hoc autem non est ex se, cum forma, et elementum indifferentia sint ad multa: ideo superuenit institutio Christi, quæ formam, et elementum ordinauit ad aliquem effectum determinatum, et signatum. Sed tamen institutio et si verba ordinauit ad vnum, non tamen arctauit, quia ad alios vsus possunt sumi, et sumuntur: et ideo ad hoc quod ordinentur, necessarium est interuenire intentionem ministri qua intendit illo actu, et verbo talem effectum dare, vel saltem quod facit Ecclesia facere, vel saltem quod Christus instituit dispensare: alioquin verbum, et elementum vt disiuncta, vel ad aliud iuncta, talem effectum non faciunt.

2. Ratio.

AD illud ergo quod obiicitur primo, accedit verbum ad elementum, et fit & cetera. Dicendum quod nõ accedit vnũ ad alterũ, nisi adsit intentio iungens. AD illud quod obiicitur de fide, quod sufficit fides Ecclesiæ, dicendum quod fides est sicut agens vniuersale: sed intentio est agens particularis, applicans fidem ad hoc, vel ad illud: et ideo fides saluatur in generalitate Ecclesiæ: sed intentio est necessaria, qua copulatur actus ille fidei Ecclesiæ, tamquam actus particularis et actualis in ministrante: virtus ergo sacramenti est a fide Ecclesiæ, sed dispensatio est ab actione ministri: et quoniam ministratio respicit intentionem dantis, ideo non sic requiritur fides in dispensante, vt intentio.

AD illud quod obiicitur de suspiciante, dicendum quod si suscipiens sit adultus, et nullo modo intendat sibi fieri quod facit Ecclesia, sed tantum iocum, non credo quod recipiat sacramentum, si nihil intendat nisi ludere, et lauare. Ex hoc patet illud quod consueuit quæri, vtrum aliqua fictio impediatur susceptionem sacramenti. Si enim fictio illa

non remoueat intentionem hanc, videlicet suscipiendi quod Ecclesia dat, vel intendit dare, quantumque sit fictio, non impedit susceptionem sacramenti. Si vero ita sit fictus, quod non habeat intentionem recipiendi, vel fiendi circa se, quod Ecclesia facit, vel intendit facere: sed solum intendit ludere, vel alios deludere, non video quo modo iste suscipiat sacramentum, vel rem.

AD illud quod obiicitur de operibus, dicendum quod opera illa de se sunt ordinata ad illum finem, vt grauis percussio ad occisionem, et pœna ad bonorum probationem. Sed ablutio, et Trinitatis inuocatio sunt ordinata ad multa: et ideo non faciunt sacramenta sine intentione: et sic patet illud.

AD illud quod obiicitur, quod semper oportet rebaptizari, cum non constet de intentione baptizantis, dicendum quod non oportet, quia fecit quod in se est, et debitam adhibuit diligentiam, et ideo amplius non tenetur, maxime si defectus intentionis non potuit cognosci ex aliquo signo.

Vtrum autem sit baptizatus, vel non, hic est duplex opinio. Vna est, quod Deus reputat illum baptizatum, non tamen Ecclesia. Et rationem eius sumunt ex illo verbo Isidori: Quæcumque arte verborum quis iuret, Deus sic accipit, sicut ille, cui iuratur, intelligit. Sed illud intelligitur quantum ad culpam, non quantum ad rationem voti, vel sacramenti, et hoc est manifestum in matrimonio, et voto. Et ideo dicunt alii, quod non est sacramentum, quamuis ibi sint verba: quia vt dicit Gregorius in moralibus: Non debet intentio verbis deservire, sed verba intentioni, et hoc maxime habet locum in sacramento: et ideo non baptizatur quantum est per id, quod per hominem gestum est.

Si quæras, an aliter saluetur, dicendum quod si adultus baptizatur vt debet, fides interior supplet. Si paruulus, pius est credere quod summus sacerdos suppleat: si tamen non faciat, iuste facit: et nos esse voluit incertos de salute ad deponendam superbiam, et excitandam diligentiam, et vt attentius et a personis dignioribus, et superioribus requiramus: credo bene vel quod Deus reuelat, vel integre suppleat, nisi peccata nostra præpediant. Ergo hic habendum est pro regula ad omnia sequentia, quod ad omnium sacramentorum dispensationem necessarium est habere intentionem vel actu, vel habitu, vel implicite, vel explicite.

QVÆSTIO II.

An recta intentio sit necessaria ad baptismum.

Alex. Alenf. 4. p. q. 7. memb. 4. ar. 1. §. 2. S. Tho. 3. p. q. 64. ar. 8. Et 4. Sent. d. 6. q. 1. ar. 2. q. 1. Scot. 4. Sent. d. 6. q. 6. Rich. 4. Sent. d. 6. q. 3. Steph. Brul. 4. Sent. d. 6. q. 10. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 6. q. 4.

TRVM recta intentio sit necessaria ad baptismum. Et quod sic, videtur, quia ad baptismum requiritur intentio: ergo ad recte baptizare requiritur recta intentio.

ITEM minus malum est nihil intendere in opere, quam malum finem intendere: ergo si defectus intentionis non potest stare cum baptismum, multo minus obliqua intentio.

ITEM opera, ad quæ necessaria est intentio, ab ipsa denominantur: ergo cum ad baptismum necessaria sit intentio: si ergo intentio est recta, et baptismus est rectus: et si obliqua, et baptismus: sed non est baptismus, nisi rectus: ergo & cetera.

Opinio 1.

Improbatio

2. opinio.

AD OPPOSITIVM

FVNDAMENTA.

SED CONTRA: Supra probatum est, quod hæreticus baptizatur: sed hæreticus semper habet obliquam intentionem, quia vult trahere ad suam heresim: ergo non est ad baptismum necessaria recta intentio.

ITEM mala voluntas in baptizante non nocet: ergo nec obliqua intentio.

ITEM baptismus est opus Dei, non humanum: ergo non potest esse obliquum: sed intentionis rectitudo exigitur propter rectitudinem operis: ad baptismum ergo non est necessaria recta intentio.

CONCLUSIO.

Ad baptismum non est necessaria recta intentio, quantum ad substantiam sacramenti, sed tantum est de congruitate.

RESP. AD ARG. Dicendum quod intentio idem est quod voluntas ratiocinata, prout dirigitur in finem: sed finis duplex est, est enim finis, qui est rei terminus, vel complementum: et est finis qui est rei utilitas. Sic in sacramento duplex est finis, vnus scilicet qui est complementum, scilicet, quod ibi fit vnio verbi, et elementis: et finis utilitas, scilicet baptizati, vel baptizantis. Secundum hunc duplicem finem duplex est intentio, sicut aliquis, qui fundat domum, intendit eam consummare, et intendit inhabitare. Sic in sacramento intendit quis prima intentione sacramentum Ecclesie ministrare, consequenter vel intendit suam utilitatem, vel paruuli salutem, vel quidquid illud sit. Prima intentio est de necessitate sacramenti. Secunda tantum de congruitate. Prima intentio non habet rectum, et obliquum, sed secunda habet rectum, et obliquum. Vnde patet responsio, quod ad sacramentum baptismi nihil facit intentio recta, nec aliquid obstat intentio non recta quantum ad substantiam sacramenti: nocet tamen, vel prodest habenti.

1. Argumenta ergo, quæ probant, quod ad baptismum requiritur intentio recta, supponunt ad baptismum requiri intentionem, quæ est intentio utilitatis: et ideo omnia super falsum fundantur, vt patet de primo.

2. Ad illud quod obijcitur, quod melius est nihil intendere, quam male, dicendum quod defectus intentionis non impedit sacramentum propter culpam, sed propter illius actus necessariam existentiam.

3. Ad illud quod obijcitur, quod opera denominantur ab intentione, dicendum quod hoc verum est de operibus ad quorum informationem necessaria est intentio finis, vt est utilitas. Notandum tamen, quod quamuis non sit necessarium intendere efficaciam baptismi in se, et principaliter, tamen intenditur in quolibet baptizato vel in generali, vel in speciali, vel in se, vel in annexo, vel propter se, vel propter aliud. Ad hoc enim quod quis baptizetur, oportet si est adultus, quod intendat quod fiat in se, vel circa se, quod facit Ecclesia: similiter intendat baptizans facere. Actui autem exteriori, vt est Ecclesie, iunctus est character interior: sic enim et non aliter est actus sacramentalis.

ARTICVLVS. III.

CONSEQUENTER tertio loco queritur de sacramentalibus, et circa hoc queruntur duo. Primo queritur de catechismo. Secundo de exorcismo.

QVÆSTIO I.

An paruuli baptizandi debeant catechizari.

Alex. Alenf. 4. p. q. 8. membr. 3. ar. 2. S. Tho. 3. p. q. 7. ar. 1. Et 4. Sent. d. 6. q. 2. ar. 2. q. 1. Rich. 4. Sent. d. 6. ar. 1. q. 1. Steph. Brul. 4. Sent. d. 6. q. 1. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 6. q. 13.



VM catechismus dicitur instructio, queritur ergo, vtrum paruuli debeant catechizari. Et quod sic videtur, quia vbi vnus tantum sacramentum est, et vnus ritus debet obseruari: sed magni catechizantur: ergo et paruuli.

ITEM forma a Deo tradita est obseruanda generaliter. Sed baptismum præmittit doctrinam, cum dicitur: Mate. 28. d. Ite docete omnes gentes etc.

ITEM ad hoc facit mos, et consuetudo vniuersalis Ecclesie, quæ cum faciat recte catechizando pueros, videtur etc.

1. SED CONTRA: Stultum est instruere eum, qui non est capax doctrine: ergo baptizans stulte agit, cum catechizat paruulum.

2. ITEM videtur quod assistentes false respondeant. Aut enim respondent in persona paruuli, aut in persona sua. In persona sua non, quia sacerdos querit a paruulo. Si in persona paruuli: ergo falsum dicunt, cum dicunt: Credo.

3. ITEM quero, vtrum in illa responsione obligentur patrina. Et quod sic videtur, quia ait Augustinus in quodam sermone. Volo quod omnes cognoscatis tam viri, quam mulieres, vos paruulis, quos suscepistis, fidei iustores apud Deum exitisse: sed tunc videtur, cum nemo sciat de alio, qualis sit futurus, quod stulte promittat, et in discrimen se ponat.

4. ITEM quero, vtrum paruuli obligentur. Et quod sic videtur, quia dicit Dionysius, quod sensus verborum, quæ dicuntur patrina, est quod puer ille cum in senium venerit, tenebit sacras confessiones: obligat ergo paruulum. Si enim obligari potuerit paruulus per carnales parentes ad malum: ergo per spirituales ad bonum multo fortius. Sed contra: Si parentes promittant pro filio, quod filius intrabit religionem, ille non obligatur, nec tenetur: ergo similiter in proposito.

5. ITEM quero si obligatur, vtrum illa obligatio sit votum. Et quod sic videtur, quia votum est spontanea promissio melioris boni deliberatione, et obligatione firmata. Contra: Secundum hoc duplici peccato peccaret baptizatus, quia transgressor est voti, ac præcepti.

CONCLUSIO.

Paruuli baptizandi debent catechizari, quoniam per patrinus possunt obligari, licet non possint instrui, et vt vniformis seruetur baptismi ritus.

RESP. AD ARG. Dicendum quod catechismus in adultis præcedit baptismum propter duas causas, vt baptizandi instruerentur et de credendis, et vt se obligarent voluntarie ad Dei imperia facienda, quasi non coacte, sed voluntarie illa impleturi erant. Paruuli vero etsi non possunt doceri, possunt tamen per patrinus obligari. Ideo fit in eis catechismus et propter rationem obligandi, et propter vniformitatem, vt consimiliter omnes baptizentur, sicut consimilem effectum recipiunt.

1. 2. Ad illud ergo quod obijcitur de doctrina, iam patet responsio. Similiter quod obijcitur de respondentibus, dicendum quod respondet in persona paruuli. Et est sensus: Credo, id est sacramentum fidei percipio, vel suscipere præsto sum. Et non est sermo falsus, nec

FVNDAMENTA.

AD OPPOSITVM

Dionys. de Eccl. Hier. p. 3. c. 3. ult.

Aug. epist. 25. ad Bonifac. 20. 2.

nec in consuetudine, quia sicut dicit Augustinus in epistola ad Bonifacium: Frequenter signum accipitur pro re, sicut dicimus: Cras erit resurrectio Domini, et videns sumus, dicit se videre ignem. Vel potest esse sensus: Credo, id est ad credendum me obligo.

3. Ad illud quod queritur, vtrum patrina obligentur, dicendum quod si non habent alium doctorem, obligantur ad instruendum ipsum in his, quæ sunt de necessitate fidei, et morum, vel ad hoc quod facerent instrui, vel ad hoc quod ille crederet, vel seruaret: nunc autem quia multos habent doctores, non tenentur.

4. Ad illud quod queritur de paruulis, vtrum obligentur, dicendum quod sic, quia ibi non requiruntur nisi ea, ad quæ tenetur de iure naturali, nulla autem supererogationis: ideo non est simile de ingressu in religionem.

5. Ad illud quod queritur, vtrum talis obligatio sit votum, dicendum quod proprie non, quia est de eo quod supererogationis est, tamen extenso nomine est votum, quia est voluntaria obligatio. Non autem facit duplex peccatum, quia non obligatur magis quam prius de necessitate, sed de bono, et æquo.

QVÆSTIO II.

An exorcismus habeat aliquam efficaciam in paruulo, vel in adulto.

Alex. Alenf. 4. p. q. 7. membr. 2. q. 2. S. Tho. 3. p. q. 71. ar. 3. Et 4. Sent. d. 6. q. 2. ar. 3. q. 2. Richar. 4. Sent. dist. 6. ar. 5. q. 2. et 3. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 6. q. 2. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 6. q. 17.

FVNDAMENTA.

TRVM exorcismus habeat aliquam efficaciam in paruulo, vel adulto. Et dicitur quod habet potestatem ad expellendum, demonem. Et quod istud sit verum, videtur per Augustinum in libro de symbolo: Paruulus exorcizatur, vt potestas diaboli expellatur.

ITEM Rabanus: Exufflatur a paruulo sacra potestas per pium sacerdotem.

ITEM quod habeat efficaciam, videtur ratione, quia sacerdos dicit exorcizando: Exi ab eo immunde Spiritus: ergo si non frustra hoc instituit Ecclesia, diabolus exit, sicut imperat.

ITEM exorcismi Salomonis pellebant demones, et aliqui mali pellebant ad inuocationem Christi: ergo si ille habet exorcizandi officium, et habet exorcismos efficaciores, patet etc.

AD OPPOSITVM

CONTRA: per Cyprianum: Diabolo potestas non minuitur ante baptismum.

ITEM quod nullus sit efficaciam, videtur, quia si pellit demones, aut spiritualiter, aut corporaliter. Non spiritualiter, quia tunc expellitur spiritualiter, quando expellitur culpa: ergo tunc ante baptismum expelleretur culpa. Si quantum ad corporalem læsionem: ergo solum demoniacis, et obsessis deberet fieri exorcismus.

ITEM: Si alium effectum non habet nisi demonem pellere, cum multo efficacius pellatur in baptismo, deberet statim baptizari, et nullo modo exorcizari. Si dicas, quod disponit, vt habeat maiorem effectum baptismus.

CONTRA: Aut hoc facit disponendo subiectum, aut fortificando baptismum. Non disponendo subiectum, quia si disponit, aut minuendo culpam,

aut poenam: neutrum potest, cum non possit minui poena sine culpa. Non fortificando baptismum, quia nondum est, cum exorcismus fit.

ITEM decedat aliquis exorcizatus ante baptismum, quero vtrum aliquid conferat exorcismus. Si nihil, stultum est expectare. Si aliquid, quero, quid, an minores tenebras.

CONTRA: Tenebræ sunt carentia visionis diuina: hac autem omnes sunt similiter priuati.

ITEM si dicas, quod fiat ad sollempnitatem baptismi, quero quare magis baptismus habet sollempnitatem, quam alia sacramenta, et quæ et quot sint illa, quæ requiruntur ad eius sollempnitatem.

CONCLUSIO.

Exorcismus fit et ad sollempnitatem baptismi, et ad deprimentam diaboli vexationem erga baptizandum.

RESP. AD ARG. Aliqui dixerunt, quod exorcismus solum fit ad sollempnitatem, et ad expressiore signationem, nec aliquid efficitur ibi, sed solum signatur quod efficitur in baptismum. Alij autem dixerunt, quod non tantum fiat ad baptismi sollempnitatem, immo habeat effectum spiritualem, licet semiplenum ad disponendum ad baptismum. Vnde paruuli non baptizati, sed exorcizati morientes sustinent minores tenebras. Primi nimis parum dixerunt, et sanctorum auctoritates plus dicunt. Secundi nimis dixerunt: ideo tenendum est medium, quod fit ad sollempnitatem baptismi, et ad cohibendum diabolum, vt non possit occidere paruulum, nec ita fortiter vexare adultum, vt retrahat a baptismum. Vnde non est contra vexationem, quam facit in corpore, sed quam faceret, quia diabolus ex quo videt hominem præparari ad baptismum, ipsum vexaret. Vnde Gregorius dicit, quod illos pulsare negligit, quos quieto iure possidere se sentit. Sed quando videt se deseri, tunc prouocatur. Ad primum obiecta patet responsio, quia Cyprianus intelligit de potestate spirituali. Et illud de vexatione similiter patet.

Ad illud quod obijcitur quare non statim datur baptismus, dicendum quod propter sollempnitatem et propter hoc, quod baptismum debet præcedere doctrina, siue catechismus: vt ergo diabolus arceatur a catechismo, annexitur exorcismus. Nec fit, propter aliquam efficaciam gratiæ in anima, sed solum ad signantiam, et ad arcendam potestatem contrariam. Ordo autem eorum quæ sunt ad sollempnitatem baptismi secundum morem ecclesie, visitatio hic est. Primo exufflatur, et hoc, vt virtus diaboli exterior expellatur, et interior expellenda significetur. Secundo signum crucis fit in pectore, et in fronte, vt demon cognoscat se expellendum tam in occulto cordis, quam in aperto confessionis. Tertio sal in ore ponitur, vt significetur, quod per baptismum sapor sapientiæ præparetur, et factor fomitis restringatur. Quarto fit linitio aurium, et narium, cum spūto, vt significetur gratia ad discernendum, et ad obediendum. Quinto fit inunctio in pectore, et scapulis, vt significetur gratia vnctionis ad Deum amandum, et ad eius onera portanda. Sexto post baptismum fit inunctio chrisimatis in vertice, vt significetur apertio mentis impubertibus ad contemplandum æterna. Chisima enim confectum est ex oleo lucente, et balsamo conseruante. Septimo vestitur vestimento mundo, et albo, vt significetur candor innocentie, et stola resurrectionis. Vltimo ponitur cereus in manibus eius, vt sit lucerna pedibus eius verbum Domini, et lumen semitis eius. Secundum Hug. vero de sancto Vict. forma exorcismi, et aliorum sacramentalium in baptismum ita perficitur:

Opinio 1. 2. opinio.

Improbatio vtriusque.

Determinatio.

Greg. li. 24. moral. cap. 7. longe a prin. to. 2.

Resp. ad 3. ad oppos.

Solempnitates baptismi iuxta morem Ecclesie.

Hug. li. 2. de sac. 6. q. 9. Solempnitates sac. d. Hugonem.

Puer primo signatur crucis signaculo in fronte, in pectore, in oculis, in naribus, in ore, in auribus, ut totius corporis sensus hoc signaculo muniantur, cuius virtute omnia sacramenta complentur, et omnia diaboli signa fruantur. Vnde Rabanus de constitutione clericorum: Ut ab eo diabolus expellatur in vase suo pristino suae interemptionis signum cognoscens, iam sibi deinceps istud fiat alienum. Postea datur sal benedictum in os eius, ut sapientia condita careat fœtore iniquitatis, et ultra non putrefcat a vermibus vitiorum. Sicut enim sal conservat carnem a fœtore, et putrefactione: sic sapientia per ipsum significata spiritum conservat, ne solvatur in vitia, et fœteat per infamiam. Deinde exufflatur malignus foris, ut spiritus spiritu pellatur, scilicet spiritu sancto malignus, quia spiritus sanctus per flatum datus est. Insufflavit, et dixit eis: Accipite spiritum sanctum, et cetera. Postea tanguntur ei aures, et nares cum saliva, ut tactu supernae sapientiae, aures aperiantur ei ad audiendum verbum Dei, et nares similiter ad discernendum odorem vitae, et mortis. Hoc signavit Dominus cum dixit in sanatione surdi, et muti: Effeta, et cetera. Glossa: Sputum de capite Domini est divina sapientia, quae solvit labia, ut dicat: Credo in Deum. Post hæc introducit baptismum in Ecclesiam. His habitis, et completis venit sacerdos ad fontem, et consecratur fons in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, ut sanctitas sacramenti non ex eo, qui ministrat constare sciat, sed ex eo qui sanctificat. Post hæc traditur novae vitae auditoribus catechumenis symbolum fidei, in quo Apostolica doctrina forma consistit. Hoc non dicitur in moderno ordinali, ut credo. Post

Ioan. 21.

Mar. 7.

A hoc oblatum ad baptismum parvulus, et interrogatus a sacerdote, si abrenunciet sathanæ, et omnibus pompis eius, et omnibus operibus eius, per orationem respondet, ut aliena iniquitate obligatus, aliena fide, et confessione salvetur. Postea ingitur oleo sacro in pectore, tamquam muniatur adversus hostem, ne ei deinceps immunda, et noxia persuadere possit. Vngitur et inter scapulas, ubi vigor portandi onus est: ut fortitudinem accipiat ad portandum onus Christi. Deinde interrogatur, si credat in Deum Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, unam Ecclesiam catholicam, remissionem peccatorum, et vitam æternam: et sub hac fidei confessione, et trina immersione a sordibus vetustatis abluitur novum indutus hominem. Deinde postquam baptizatus a fonte ascendit, sacro chrismate in vertice vngitur, ut spiritum Christi participando merito Christi deinceps Christianus appelletur, coheres regni, et gloriæ sacra unctione effectus. Deinde traditur ipsi iam Christiano vestis candida, ut qui prima natiuitatis decorem vetustatis pannis obfuscaverat, habitu regenerationis gloriæ præferat indumentum. Tegitur etiam caput sacro velamine post unctionem sacram, ut intelligat se diademate regni, et sacerdotali dignitate potiri. Ad ultimum cereus accensus datur in manu eius, quatenus implere doceatur illud Euangelii: Sic luceat lux vestra coram hominibus. Hanc lampadem si inextinguibilem servauerit, inter virgines sapientes cum sponso caelesti ad nuptias introibit. Et statim si adest episcopus confirmatur, et datur ei eucharistia post confirmationem si sit adultus, ut sic Christo incorporetur.

Matth. 5.

D I S T I N C T . V I I .

D E C O N F I R M A T I O N E .

De institutione clericorum lib. 2. c. 30. de consecratione dist. 5. ca. nouissime. Vrb. 1. Pa. pa in epis. ad omnes Christianos cuius in nitionem: Vrb. banus etc. decet omnes Christianos, et de consec. di. 5. ca. omnes fideles circa mod. et habetur de consec. di. 5. cap. de his vero. Vbi supra de consec. di. 5. ca. Nouissime. de modo conferendi de consec. di. 5. cap.

NUNC de sacramento confirmationis addendum est: de cuius virtute quæritur. Forma enim aperta est, scilicet verba que dicit episcopus, cum baptizatos in frontibus sacro signat chrismate. Hoc sacramentum ab alijs perfici non potest, nisi a summis sacerdotibus: nec tempore Apostolorum ab alijs quam ab ipsis Apostolis legitur peractum, nec ab alijs, quam ab illis qui locum eorum tenent, perfici potest aut debet. Nam si aliter presumptum fuerit, irritum habetur, et vacuum, nec inter ecclesiastica reputabitur sacramenta. Licet autem presbyteris baptizatos tangere in pectore, sed non chrismate signare in fronte. Virtus autem huius sacramenti est donatio Spiritus sancti ad robur: qui in baptismo datus est ad remissionem. Vnde Rabanus: A summo sacerdote per impositionem manus paraclitus traditur baptizato: ut roboretur per Spiritum sanctum ad predicandum alijs illud, quod ipse in baptismo consecutus est. Item: Omnes fideles per manus impositionem episcoporum, post baptismum accipere debent Spiritum sanctum, ut pleni Christiani inueniantur.

Melchisedes in epistola ad Hisp. Episcopos.

SCITOTE Virumque esse magnum sacramentum, sed unum maiori veneratione tenendum sicut a maioribus datur. Ecce maius dicit sacramentum confirmationis: Sed forte non ob maiorem virtutem et utilitatem quam conferat, sed quia a dignioribus datur, et in digniori parte corporis fit, scilicet in fronte: vel forte quia maius augmentum virtutum præstat, licet baptismus plus ad remissionem valeat. Quod videtur innuere Rabanus dicens: In unctione baptismi spiritum descendere ad habitationem Deo consecrandam: in hac vero eiusdem septiformem gratiam cum omni plenitudine sanctitatis et virtutis venire in hominem. Hoc sacramentum tantum a reuerentibus accipi, et ieiunium iradi debet, sicut et baptismus: nisi aliter cogat necessitas. Nec debet iterari, sicut nec baptismus, vel ordo. Nulli enim sacramento faciendæ est iniuria: quod fieri potest

itur, quando non iterandum iteratur. Sed verum aliqua vel nulla iterari possint, questio est. Nam de baptismo, et ordine quod non debeant iterari, aperte Augustinus dicit: Virumque sacramentum est, et quadam consecratione datur. Illud quidem cum baptizatur: illud vero cum ordinatur. Ideo, in Ecclesia Catholica utrumque non licet iterari, quia neutri faciendæ est iniuria: Quod indubitanter etiam de confirmatione tenendum est. De alijs vero utrum iterari valeant vel debeant, postea differemus.

ut episc. et cap. ut ieiun. et ca. dist. 5. li. contra epistolam Parmeniani. c. 2. ca. 12. in 107.

Lib. 3. epist. 26. in fine tom. 1.

Ber. in cœna Domini de baptismo. sacramento altaris, et abluitione pedum tom. 1.

N O T V L A .

Gregorius ita scribit Iannario episcopo: Peruenit ad nos quosdam scandalizatos fuisse quod per presbyteros chrismate tangere eos qui baptizati sunt prohibuimus, et nos quidem secundum veterem usum nostræ Ecclesiæ fecimus. Sed si omnino de hac re aliqui contristantur, ubi episcopi defuerint ut presbyteri etiam in frontibus baptizatos chrismate tangere debeant concedimus. Sed istud pro scandalo sedando semel mihi concessum esse astitimatur.

D I S T I N C T I O V I I .

De confirmatione.

Nunc de sacramento confirmationis addendum est.

Expositio textus.

Diuisio.



MEC est secunda pars huius partis, in qua Magister agit de sacramentis secundum septem differentias. Supra enim egit Magister de baptismo, qui est primus inter sacramenta. Hic agit de confirmatione. Et quoniam tria est considerare circa hoc sacramentum. Primo ea, quæ spectant ad ministri dignitatem. Secundo efficaciam. Tertio vero usum: ideo pars ista tres habet particulas, in prima parte agit de hoc sacramento quantum ad integritatem. In secunda quantum ad efficaciam, et virtutem, ibi: Virtus autem huius sacramenti est donatio Spiritus sancti ad robur. In tertia quantum ad usum, siue modum sumendi, ibi: Hoc sacramentum tantum a ieiunio, et cetera.

Pro scandalo sedando semel, etc. Dub. I.

Videtur illa concessio Gregorij: de qua dicitur in fine notulæ, non fuisse recta, quia scandalum de veritate vitæ, vel doctrinæ nihil immutat: si ergo solus episcopus potest confirmare videtur quod propter scandalum non debuit illud permittere.

RESP. Dicendum quod quamuis sacerdos non possit propria auctoritate, tamen pro causa necessaria summus Pontifex, in quo est plenitudo potestatis, potest alij quam episcopo committere: et ille non facit auctoritate sua, sed auctoritate sibi commissa: vnde ille potius facit, cuius auctoritate fit: vnde non est dubium, quin pontificalis auctoritas sit de necessitate huius sacramenti. Aliqui tamen dicunt, quod non concessit eis conferre sacramentum, sed solum aliquid sacramentale, sicut aliquando datur laicis panis benedictus loco corporis dominici.

Virtus autem huius sacramenti, et cetera. Dub. II.

Psal. 103.

CONTRA: Si hoc verum est, eucharistia confirmat: vnde illud Psalmi: Panis cor hominis confirmat.

RESP. Ad hoc multipliciter respondetur. Primo modo sic: quod istud sacramentum ordinatur ad robur per se, sed eucharistia per accidens: Sed hoc non soluit, quia siue per se, siue per accidens, dum tamen habeat effectum eundem, videtur altero

rum superfluere. Secundus modus dicendi est, quod confirmatio confirmat contra malum, sed eucharistia in bono. Sed nec illud sufficit, quia omne sacramentum cum sit remedium, est contra malum, et ita eucharistia. Alii dicunt quod duo sunt nobis necessaria, scilicet fides, et mores, et vnum confirmat in fide, scilicet confirmatio: sed eucharistia, quantum ad bonos mores: quia, ut dicit Bernardus, eucharistia non solum delet venialia, sed etiam consensum fortificat, ne inclinetur ad mortalia. Alii dicunt, quod vtrumque fortificat fidem: sed duo necessaria sunt ad fidem firmam, scilicet corde credere, et ore confiteri: et eucharistia confirmat quantum ad fidem in corde, sed confirmatio quantum ad confessionem, siue prolationem in ore. Alii dicunt, quod vtrumque fortificat a charitate, quia ab eius fortitudine pendet fortitudo omnium. Sed charitas potest deficere dupliciter, scilicet per defectum alimenti, vel per actionem contrarij, sicut patet in igne materiali: et contra primum est eucharistia, quæ cibatur: contra secundum confirmatio, ut impugnantibus resistat. Alii dicunt aliter, et probabiliter quod confirmatio est ad corroboracionem fidei: sed eucharistia charitatis: et hoc patet, quia hic est signum confessionis fidelis, ibi signum vniõnis. Et si queratur, quare magis confirmantur hæc duæ virtutes, quam aliæ, dicendum quod quia in his duabus pendet fortitudo spiritualis ædificij quantum ad intellectum, et affectum. Et quia in fide est prima eleuatio, in charitate eleuatio summa, et vtrique difficultas, et quia pronitas est ad contrarium: ideo magis confirmantur.

Scitote vtrumque esse magnum sacramentum: sed vnum maiori veneratione tenendum, sicut a maioribus datur. Dub. III.

Videtur, secundum hæc verba Melchisedes, quod amplior gratia in eo datur. **R**ESP. Dicendum quod communiter dicitur confirmatio, quod vnum sacramentum dicitur maius alio quinquè modis. Primo modo propter signationem sic matrimonium dicitur maius, quia signat vnitatem naturarum in Christo: Secundo modo propter continentiam: et sic eucharistia dicitur maius. Tertio propter efficaciam: et sic baptismus. Quarto propter dignitatem ministrantium, siue dispensantium: et sic dicitur confirmatio maior, quia datur a summis sacerdotibus, siue episcopis. Quinto propter hoc, quod ponit in nobilitate gradus: et sic dicitur ordo maius sacramentum.

Sacramentum vnum quo modo maius alio.

In digniori parte corporis fit. Dub. IV.

Videtur falsum dicere, quia vertex est dignior quantum ad situm, et cor quantum ad virtutem: ergo

ergo potius debet dari in capite, vel in corde. Item videtur, quod in lingua quia ibi est confessio.

RESP. Dicendum quod pars dignior quantum ad virtutem, et operationem est cor, sed tamen occulta est, et latet interior. Inter partes vero quæ offerunt sensibus nostris, caput est dignius, et in capite facies, scilicet anterior pars: et ideo hoc sacramentum datur in facie, sed magis in fronte, quia ibi est sedes verecundiæ. Vnde quia hoc sacramentum est contra confusionem, et verecundiam confitendi nomen Christi, quæ linguam contrahit, ne a parte dicat, debet hoc sacramentum in fronte dari.

Frons quidem pars est faciei eminentior: vnde dixerunt quidam, quod in noua lege fit prima unctio in capite ratione virtutis, secunda vero in fronte, tertia iterum in capite. Et prima fit in baptismo. Secunda vero in confirmatione. Tertia vero in episcopi consecratione. Et prima signata est in prima unctio. Secunda vero in unctioe David super dorsum Iuda. Tertia vero in unctioe David super cunctum regnum. Et satis possunt aptari istis, si quis inspiciat. In prima enim David non habuit potentiam. In secunda habuit potentiam, et resistentiam. In tertia habuit potentiam, et prædientiam super gentem suam.

1. Reg. 16. c. 2. Reg. 2. b. 2. Reg. 5. a

Hoc sacramentum tantum a ieiunia accipit, et ieiunium rati debet. Dub. V.

CONTRA: Videtur, quod quia est ad robur, quod cibis non impediatur: cibis enim corporalis non repugnat fortitudini spirituali.

RESP. Dicendum quod in hoc sacramento datur gratia, et gratia corroborans, et iterum contrahitur affinitas quædam. Ideo ista tria statuta consueverunt ab antiquis patribus in sacramento seruari tamquam congrua. Ut ieiunio stomacho propter gratiam Spiritus sancti suscipiendam. Ut confirmatus ab alio portetur, vel teneatur, qui sit confirmatus, in signum debilitatis, et imbecillitatis. Ut sit consimilis sexus propter periculum affinitatis.

Nec debet iterari, sicut nec baptisma. Dub. VI.

CONTRA: Videtur enim quod possit iterari, quia morbus pusillanimitatis potest iterari contra quem est: ergo et sacramentum. Si tu dicas, quod non potest propter characterem, tunc videtur quod character præiudicet morbo: si ergo non est curatio morbi propter characterem, sed magis econuerso, patet et cetera.

RESP. Dicendum quod illud sacramentum non potest iterari propter characterem, qui imprimitur in eo indebiliter. Non debet etiam tum ratione morbi, quem curat, tum ratione effectus, quem donat, tum ratione rei, quam allegorice signat. Ratione morbi, quia est pœna contracta; hæc autem secundum quod huiusmodi, non iteratur, sed fit iteratur, hoc est solum secundum quod acta. Ratione effectus, quem donat, quia est plenitudo gratiæ ad robur, et quia integer effectus, ideo statim. Ratione rei, quam allegorice signat, quia signat aduentum Spiritus sancti de celo in Apostolos, in die pentecostes, qui postquam aduenit, nunquam ab eis discessit: et sic patet illud.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam illorum trium, quæ Magister agit de sacramento confirmationis, tria principaliter queruntur. Primo queritur de hoc sacramen-

to quantum ad integritatem. Secundo quantum ad virtutem, vel efficaciam. Tertio quantum ad vsum. Circa primum queruntur tria. Primo queritur de confirmatione quantum ad formam. Secundo quantum ad materiam. Tertio quantum ad dispensatoris potentiam.

QUESTIO I.

An in confirmatione sit necessaria forma verborum.

Alex. Alenf. 4. p. q. 9. membr. 2. ar. 2. §. 1. S. Tho. 3. p. q. 72. ar. 4. Et 4. Sent. d. 7. q. 1. ar. 1. Guil. Alisf. 4. Sent. 1. ar. 4. l. 1. Ricb. 4. Sent. d. 7. q. 2. Franc. de Mayr. 4. Sent. dist. 7. q. 3. Steph. Brul. 4. Sent. d. 7. q. 2. Petrus de Tarrant. 4. Sent. d. 7. q. 6.

QVOD necessarium sit in hoc sacramento habere formam verborum, ostenditur per simile in alijs sacramentis, quia si in alijs forma verborum est necessaria, videtur quod et in isto.

ITEM hoc ipsum ostenditur per aliam rationem, quia forma verborum est sanctificans elementum: sed sacramentum est ex sanctificatione sanctificans secundum quod dicit Hugo: ergo necesse est quod formam verborum habeat, cum per ipsam sit sanctificans elementum.

1. SED CONTRA: Christus fuit institutor formæ sacramentorum: sed formam confirmationis non legitur instituisse, immo pueris tantum manus imposuisse: ergo non est necessaria, cum Christus instituerit, quod pertinet ad necessitatem, et formam aliorum sacramentorum, et non huius.

2. SI tu dicas quod reliqui Apostoli formam. Contra: Legitur quod impositione manuum dabat Spiritum sanctum: sed quod est de necessitate sacramenti est inuatiabile, ut sacramentum: ergo et cetera. 3. ITEM de forma queritur, quæ est hæc: Signo te signo crucis, confirmo te chrismate salutis, in nomine Patris, et Filij, et Spiritus sancti: Amen. Primo videtur quod superfluat hoc verbum. Signo, quia sufficit actu signate. Si tu dicas, quod hoc est propter intentionem: tunc ergo sicut in baptismo dicitur baptizo, et non dicitur alius actus: sic in confirmatione sufficit dicere: Confirmo.

4. ITEM queritur quare potius fiat mentio in forma de cruce, quam de incarnatione, vel resurrectione.

5. ITEM queritur quare potius in hoc sacramento materia nominetur cum dicitur: Confirmo te chrismate, quam in baptismo, ut dicatur: Baptizo te in aqua.

CONCLUSIO.

Confirmationis sacramentum necesse est formam verborum habere, quia talis forma est necessaria ad effectum sacramenti.

RESP. AD ARG. Ad hoc dicendum, quod forma predicta est de necessitate huius sacramenti, sicut probant rationes ad hoc inductæ. Ad illud autem quod obiicitur in contrarium de eius institutione, diuersificantur doctores. Quidam.

FVNDAMENTA.

Hug. li. 1. q. 9. ca. 2.

AD OPPOSITVM Mar. 19. b

Act. 8.

dam enim dicunt, quod formam illam Christus instituit, et Apostolis tradidit, et Apostoli postmodum alijs reliquerunt, licet hoc non sit scriptum in canone scripturæ. Ipse tamen forma illa non fuit vltus imponendo manus pueris, quia hoc faciebat, ut Dominus, non ut minister, Aliter potest dici, et melius, (ut credo) quod illud sacramentum Christus nec dispensauit, nec instituit, quia post Ascensionem suam decebat Apostolos confirmari, et spiritum eis ad robur dari. Vnde: Spiritus sanctus nondum erat datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Non inquam datus in plenitudine, vel ad robur, sed hoc quidem fuit in die Pentecostes. Vnde confirmati sunt a Spiritu sancto immediate sine ministerio, et sacramento: et ideo ipsi alios confirmabant etiam sine verbo. Sed postquam bases Ecclesiæ Apostoli, scilicet qui a Deo, non per homines erant ordinati prælati, et confirmati defecerunt, instituit Spiritus sanctus huius sacramenti formam, cui etiam virtutem sanctificandi dedit, et per hoc patet responsio ad primum.

Joan. 7. f

In corp. et sequentis.

1. Cor. 1. d

Joan. 15. d

2. AD illud quod obiicitur de forma, quare scilicet Christus non instituit, et quare Apostoli non instituerunt, nec posteris tradiderunt, ratio prædicta est. Possunt tamen et alia rationes congruentiæ assignari. quia enim minuebatur in dispensantibus sanctitas, et in suscipientibus idoneitas: ideo opportunum fuit instituire verbum sanctificans. Alia est etiam ratio, sed hæc patebit infra.

3. AD illud quod ultra queritur de forma, dicendum quod in hoc sacramento datur gratia ad robur fidei quantum ad confirmationem in corde, et quantum ad confessionem liberam in ore: et quia difficillimum, et arduissimum erat Christum crucifixum confiteri tum propter opprobrium, secundum quod dicitur: Prædicamus Christum crucifixum, iudeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, tum propter periculum, quia aduersarij tales nitebantur occidere. Hæc facient vobis propter nomen meum: hinc est quod decuit duplicem actum in forma poni, vnum qui respicit liberam Crucifixi confessionem, quasi eam semper ferret in fronte, alterum qui respicit cordis stabilitionem.

4. Ex hoc patet, quare magis fiat mentio de cruce, quia illud est arduissimum, et ignominiosum, confiteri. De materia vero quare hoc fit, iam videtur, et ratio est, quia consecrata est, non sic in sacramentis alijs. Aliqui tamen dicunt, quod hoc est propter præcipuam efficaciam huius sacramenti, et gratiam specialem, et singularem, quæ datur in hoc sacramento ad pugnam.

QUESTIO II.

An materia sit necessaria ad sacramentum Confirmationis.

Alex. Alenf. 4. p. q. 9. membr. 2. ar. 1. §. 1. S. Tho. 3. p. q. 72. ar. 3. Et 4. Sent. dist. 7. q. 1. ar. 2. q. 1. Et 4. contra Gent. c. 60. Ricbar. 4. Sent. dist. 7. q. 1. Franc. de Mayr. 4. Sent. d. 7. q. 2. Steph. Brul. 4. Sent. d. 7. q. 3. Petrus de Tarrant. 4. Sent. d. 7. q. 3. et 4.

FVNDAMENTA. Hug. li. 1. q. de sacr. p. 9. cap. 2.

DE materia, vtrum sit necessaria, et videtur primo, quod istud sacramentum indigeat necessario materia. Et quia sicut dicit Hugo, sacramentum est elementum foris sensibilibiter propositum, ex similitudine repre-

sentans: sed representatio est per materiam: ergo materia est necessaria.

Præterea: Supra habitum est, quod Dominus potestatem mundandi non tradidit homini per se, sed per elementum, ne poneretur spes in homine: ergo pari ratione potestatem confirmandi non debuit dare homini nisi mediante elemento.

1. SED CONTRA: Apostoli sola manus impositione confirmabant: ergo videtur quod successores eorum sola manus impositione hoc possint, si transferunt potestatem, quam habebant.

AD OPPOSITVM

2. ITEM materia aliorum sacramentorum fuit instituta a Christo, ut patet in baptismo, et eucharistia, et Christus etiam ea suscepit: ergo videtur pari ratione, quod si hoc sacramentum haberet materiam, quod Christus instituisset sacramentum suscipiendo. Si tu dicas, quod non decebat eum confirmari: obiicitur tunc, quia similiter nec circumcidi, nec baptizari: sed fecit propter auctoritatem sacramenti, et habitum est exemplum: ergo et cetera.

3. ITEM quæro vtrum materia huius sacramenti debeat esse consecrata, et videtur quod sic, quia est chrisma, quod consecratur a Pontificibus determinato tempore anni. Sed videtur quod non, cum alia sacramenta possint fieri sine consecratione, ut patet in baptismo, quod antecedit, et eucharistia, quæ sequitur baptismum: ergo et in confirmatione.

4. ITEM quæro, cum alia sacramenta habeant elementa simplicia non mixta, quare hoc sacramentum habet mixta: et videtur quod non deberet habere, quia dicitur: Quasi balsamum non mixtum, odor meus: hoc dicit Sapientia de se.

Eccli. 24.

5. ITEM quæro, quare magis assumitur balsamum, quam aqua: et videtur quod aqua magis, quia morbo generali debet respondere elementum commune, et generale: sed balsamum est pretiosum, et rarum, aqua communis est omnibus: ergo et cetera.

6. ITEM quare magis oleum, quam vinum: et videtur quod vinum magis, quia facit hominem audacem, et disertum: et hic est huius sacramenti effectus.

CONCLUSIO.

Materia consecrata est de integritate sacramenti confirmationis, ut esset in eo sensibile elementum.

RESP. AD ARG. Sicut tactum est prius, Christus hoc sacramentum non instituit, quia credentes post eius Ascensionem erant confirmandi. Vnde nec materiam, nec formam Apostoli dispensauerunt: sed rem huius sacramenti sine forma a Spiritu sancto immediate acceperunt. Nam immediate ab ipso confirmati fuerunt, et quidem sine elemento, vel materia, quia in donatione Spiritus sancti signa visibilia apparebant: et ideo non erat opus elemento. Sed postea successoribus institutis datus erat visibilis elementum. Institutum est ergo hoc elementum: Spiritu sancto dictante ab ipsis Ecclesiæ rectoribus: Et quia Christus non instituerat, nec ei dederat, secundum quod ipse contactu munditiæ carnis dederat aquis, ut etiam ipse conficiendo corpus suum instituit elementum, siue materiam eucharistiæ, ut panem, vel vinum: ideo episcopi non valentes seipsis materias consecrare, consecrari per benedictionem instituerunt: et ideo materia huius sacramenti debet esse consecrata.

4. AD illud quare mixta in isto, et non in alijs, dicendum quod sicut dictum est in forma, quia erat ad duplicem actum arduum, et ideo duplex actus exprimitur in forma: et ideo et duplex elementum.

tum consonans illi duplici actui, et rei commissetur. Oleum oliuarum propter nitorem signat interiorum fidem ex bona conscientia: balsamum propter odorem dignam, et laudabilem confessionem: et ex hoc patet, quare hoc habet duo elementa, magis quam alia.

4. 5. AD illud quod obiicitur de generalitate, dicendum quod hoc verum esset, si esset sacramentum necessitatis, et saluaretur in aqua completa ratio signandi. De vino similiter dicendum, quod non conuenit propter hoc, quod audacem, et fortem faciat obnubilabilem rationem: ideo non conuenit, quia fortitudo spiritualis est ex ratione recta, et pura, et non ex ratione obnubilata.

QUESTIO III.

An confirmatio possit conferri ab alio quam ab Episcopo.

- Alex. Alenf. 4. p. q. 9. memb. 5. ar. 1. §. 3.
S. Tho. 3. p. q. 72. ar. 1. r.
Et 4. Sent. d. 7. q. 1. ar. 1. q. 2.
Et quod. 20. ar. 7.
Guil. Alif. 4. Sent. tract. 4. c. 3.
Richar. 4. Sent. dist. 7. ar. 2. q. 1.
Tho. Argen. 4. Sent. d. 7. q. 1. ar. 3.
Franc. de Mayr. 4. Sent. dist. 7. q. 1.
Steph. Brulef. 4. Sent. d. 7. q. 3.
Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 7. q. 1. c. 6.
Marfil. Ing. 4. Sent. q. 5. ar. 3.
Gabr. Biel. 4. Sent. d. 7. q. 1. ar. 2.

AD OPPOSITIVM

DE potentia dispensandi hoc sacramentum: et videtur quod quilibet possit hoc sacramentum dispensare saltem in necessitate: quia si baptizat quis, baptizatum est: cum ergo baptismus maxime efficaciter sit inter sacramenta, et quod potest in maius potest in minus: ergo si potest quilibet baptizare, potest etiam confirmare.

2. ITEM in naturis sic est, quod ubi res est, ibi operatur, non ubi debet esse, et non est: ergo si Spiritus sanctus est in laico bono, et non in Episcopo malo, videtur quod magis confirmet per laicum.

3. ITEM simplex sacerdos inungit chrismate in vertice: aut tunc aliquid facit, aut nihil. Si nihil, tunc frustra facit. Si aliquid facit, pari ratione potest inungere in fronte: sed hoc est confirmare: ergo et cetera.

4. ITEM si solus Episcopus hoc potest, aut hoc est propter ordinem, aut propter iurisdictionem. Si propter ordinem, cum alium ordinem non habeat, quam sacerdos: ergo et sacerdos. Si propter iurisdictionem: ergo electus non consecratus hoc potest.

FVNDAMENTA.

- Raban. l. 1. de infl. cler. c. 30. cir. in iurium.
Idem Euseb. pp. Episc. 3. ad Episcopos Thusa. scia de cōf. dist. 5. cap. Munus.

CONTRA: Magister dicit in littera, quod hoc sacramentum a solis summis sacerdotibus datur, alioquin non est inter sacramenta Ecclesie computandum, immo irritum habendum: ergo a nullis aliis potest dari.

ITEM Rabanus dicit: Per impositionem manus summi sacerdotis paracletus traditur baptizato: et vocat summum sacerdotem Episcopum: ergo si aliquid inungat, et verba dicat, hoc sacramentum non tribuit.

ITEM ratione videtur, quia dicit quaedam Glossa, quod Philippus ille, ad cuius predicationem Samaritani crederant, non poterat manus imponere, quia non erat Apostolus: ergo solum Apostolus hoc concessum erat.

CONCLUSIO.

Confirmatio non potest conferri nisi ab Episcopis: quia ipsi sunt prelati principales in Ecclesia.

RESP. AD ARG. Dicendum quod illud sacramentum nec potest, nec debet per alios dispensari, et si alii presumunt, nihil faciunt. Et ratio huius est, quia auctoritas Ecclesie fuit deriuata ad membra secundum ordinem Ecclesie: primum: unde sicut soli Apostoli hoc poterant, sic nunc soli eorum successores possunt. Sed tunc est questio, quare hoc sacramentum, et ordinis a solis Episcopis traditur, et solis Episcopis fuit commissum, dicendum, quod ratio huius est, quia ipsi, et eorum successores sunt prelati in Ecclesia principales. Prelati autem duplex est officium, scilicet inferiores in gradu suo statuere, et collocare in ordine, et murum opponere se, siue gregem suum defendere: ideo ipsi soli ordines faciunt, et corroborant. Aliter dicunt aliqui, quod in his duobus sacramentis datur gratie plenitudo: ideo ab his debent dari, qui habent plenitudinem auctoritatis, ab aliis non. Propter hanc eandem rationem consecrare Ecclesias, et Abbates, quia sunt opera excellentie, solis Episcopis sunt concessa, pro eo quod habent excellentem auctoritatem. Alia ratio potest reddi, quod ipsis Episcopis est cura de subditis, et maxime de clericis, cum curam habeant de omnibus, licet aliis commissa sit custodia: tamen placuit Spiritui sancto, ut aliquod sacramentum omnes subditi a prelato reciperent, immediate: similiter quod clericis aliquid: et id est duplex sacramentum, in quo duplex imprimitur signaculum. Unde et Apostolus ad Romanos: Desidero videre vos, ut aliquid impertiar vobis spiritualis gratie ad confirmandos vos. Multa possunt hic rationes assignari, et conuenientie, quia in talibus magis locum habet congruitas, quam necessitas, quia institutio necessitatem facit precipue.

1. AD illud quod obiicitur de baptismo, dicendum quod non est simile, quia enim baptismus est sacramentum necessitatis, ideo potestas eius omnibus est concessa: non sic autem est de confirmatione.

2. AD illud quod obiicitur, quod Spiritus sanctus operatur ubi est, dicendum quod gratia Spiritus sancti per quam dicitur in nobis operari, duplex est, scilicet gratum faciens: et sic operatur opera nostra ad salutem eius, in quo est, et gratia gratis data: et per hanc operatur salutem in altero: et hanc manet in homine gratia gratum faciente recedente ex dispensatione diuina, ut subditi salus non impediatur malitia prelati.

3. AD illud quod obiicitur, de sacerdote, quod vngit in vertice, dicendum quod nihil efficit, et tamen non frustra fit, quia instruit, et coniunctum efficit, scilicet baptismus. Præterea, si aliquid facit, tamen non tantum, ut sacramentum confirmationis.

4. AD illud quod ultimo obiicitur, unde habet hoc Episcopus, dicendum quod nec a iurisdictione, nec ab ordine sacerdotali, sed ab auctoritate, et dignitate episcopali: Et hæc dicit ordinem in eminentia. Hæc autem eminentia confertur Episcopo, cum consecratur: et ideo si renunciet iurisdictioni, adhuc potest confirmare: quamuis ergo non habeat ex ordine sacerdotali, nec ex iurisdictione temporali, habet tamen ex aliquo, quod superexcellit vtrumque. Aliqui dicunt tamen, quod hoc habet ratione institutionis.

ARTICVLVS II.

QUANTVM ad secundum articulum quaeritur de virtute, siue efficacia sacramenti confirmationis: et circa hoc tria quaeruntur. Primo supposito quod det gratiam, cum sit sacramentum nouæ legis, quaeritur, vtrum det gratiam gratumfacientem. Secundo, vtrum eadem gratia detur in baptismo, et confirmatione. Tertio, vtrum copiosius munus gratiæ conferatur in confirmatione, quam in baptismo.

QUESTIO I.

An confirmatio conferat gratiam gratumfacientem.

- Alex. Alenf. 4. p. q. 9. Memb. 3. ar. 2. §. 1. consequenter 1.
S. Tho. 3. p. q. 72. ar. 7.
Et 4. Sent. d. 7. q. 2. ar. 2.
Rich. 4. Sent. d. 7. ar. 4. q. 2.
Tho. Arg. 4. Sent. dist. 7. q. 1. ar. 1.
Steph. Brul. 4. Sent. d. 7. q. 4.
Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 7. q. 1. c.

FVNDAMENTA.

- Rab. li. 1. c. 30. in prin. de infl. cle.

VIDE conferat gratiam gratumfacientem, ostenditur. Primo per auctoritatem Rabani: Per impositionem manuum summi sacerdotis Spiritus sanctus traditur baptizato: sed non dicitur dari Spiritus sanctus, nisi quando datur gratia gratumfaciens: ergo in sacramento confirmationis gratia gratumfaciens datur.

ITEM ratione videtur, quia hoc sacramentum confirmat in bono: sed sicut solius gratiæ gratumfacientis est reuocare a malo, ita et confirmare in bono: ergo et cetera.

ITEM gratia collocata in hoc sacramento est completiua, et confirmatiua, et augmentatiua gratiæ baptismalis, sicut dicit Magister, quia maius augmentum virtutum prestat: sed gratia gratis data nec complet, nec confirmat, nec auget gratiam gratumfacientem: ergo non confertur in sacramento confirmationis talis gratia, sed potius gratumfaciens.

AD OPPOSITIVM

1. SED CONTRA: Habens gratiā gratumfacientē, accedens ad baptismum, ipsam non suscipit: ergo si omnis accedens digne ad confirmationem habet gratiam gratumfacientem: ergo non dat eam confirmatio.

2. ITEM esse spirituale potest esse sine esse robusto, sicut et naturale esse potest esse sine robusto esse, quia hoc est bene esse: sed omne illud, sine quo potest stare esse spirituale, est gratia gratis data, non gratia gratumfaciens: ergo cum confirmatio conferat tale esse, non confert nisi gratiam gratis datam.

3. ITEM inter hanc gratiā, et illam hoc interest, quod gratia gratis data respicit poenam, sed gratia gratumfaciens culpam: sed confirmatio est contra poenam: ergo et cetera.

4. ITEM videmus Christū libere confiteri multos in mortali peccato: actus ergo ille potest esse a gratia gratis data. Si ergo ad hoc confertur confirmatio, non est necesse quod det gratiam gratumfacientem.

A

CONCLUSIO.

Confirmatio gratiam gratumfacientem confert, non de impio pium facientem, sed de pio magis pium.

RESP. AD ARG. Dicendum, sicut innuit Rabanus, et Magister dicit, et communiter concordant doctores, confirmatio dat gratiam gratumfacientem. Sed notandum, quod gratia gratumfaciens dupliciter dicitur. Aut gratumfaciens de non grato: et talis est gratia baptismalis, et poenitentialis. Aut magis gratumfaciens de iam grato: et talis est gratia confirmationis, quæ gratiam acceptam ampliat, et confirmat.

B

1. ET per hoc patet responsio ad primum obiectum in contrarium, quia quamuis baptizatus habeat gratiam gratumfacientem, non tamen habet ad illum effectum, nec in illo statu in quo habet post confirmationem: et ideo recipitur hoc sacramentum ad perfectionem illius gratiæ, et confirmationem: et hoc per gratiam in hoc sacramento collatā, quæ nondum habetur. Non sic est de gratia baptismali, quia baptismus fluminis dat primam gratiam iustificantiem, sicut baptismus fluminis: tamen non est negandum, quod in baptismo fluminis tribuatur gratia gratumfaciens etiam prius grato, non ad iustificandum, sed ad augendum: et hoc principaliter est in confirmatione.

2. AD illud quod obiicitur, quod esse spirituale est sine gratia confirmationis, dicendum quod gratia augmentans vtiue gratum faciens est: et tamen sine ea est esse spirituale: et ideo illa propositio est falsa: Omne illud et cetera.

C

3. AD illud quod obiicitur, quod gratia gratumfaciens est contra culpam, dicendum quod non tantum est contra culpam, sed etiam contra poenam, eatenus qua ordinata est ad culpam, et talis est pusillanimitas.

4. AD vltimum dicendum, quod quamuis possit aliquis Christum confiteri sine gratia confirmationis: non tamen ita facilius, nec ita vtiliter, nec ita salubriter, sicut cum gratia gratumfaciente, quia ex ipsa est confessio laudabilis, et Deo accepta.

QUESTIO II.

An eadem gratia conferatur in confirmatione, et in baptismo.

- Alex. Alenf. 4. p. q. 9. Mem. 3. ar. 2. §. 1.
Scot. 4. Sent. d. 7. q. 2.
Rich. 4. Sent. d. 7. ar. 5. q. 2.
Steph. Brulef. 4. Sent. d. 7. q. 5.
Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 7. q. 1. c.

FVNDAMENTA.

TRVM eadem gratia conferatur in baptismo, et confirmatione. Et quod alia, videtur, quia baptismus et eius effectus præcedit sacramentum confirmationis tempore, et natura: sed quod præcedit alterum tempore, et natura, differt ab eo essentialiter: ergo differens gratia confertur in hoc sacramento, et in illo.

2. ITEM signa sunt similia, et proportionalia signatis: sed aliud signum est in baptismo, et aliud character: ergo alius effectus, et alia gratia.

3. ITEM si omnino daretur eadem gratia: ergo qui haberet baptismum, haberet confirmationem: ergo vltius frustra confirmaretur.

SED CONTRA: Vtraque gratia est gratumfaciens: sed in vna anima est vna gratia gratumfaciens,

AD OPPOSITIVM

FVNDAMENTA.

ciens, quia duo accidentia, et maxime accidentia simplicia in eodem subiecto esse non possunt, cum sint eiusdem speciei: ergo constat quod vna numero.

ITEM eadem per essentiam est virtus debilis, et robusta: ergo gratia baptismalis similiter, et gratia confirmationis eadem.

ITEM gratia præueniens, et subsequens, sicut dicit Magister, est eadem per essentiam: sed sic se habet gratia baptismalis, et confirmationis: quia baptismalis præuenit, vt homo iuste velit: confirmationis confirmat, ne frustra velit: ergo et cetera.

CONCLUSIO.

Gratia baptismi, et gratia confirmationis in quantum gratumfaciens eadem est, sed respectu effectuum est diuersa.

Sensus quaestionis.

RESP. AD ARG. cum quaeritur, vtrum gratia, quæ datur in sacramento baptismi, et confirmationis sit eadem, vel alia. Ista quaestio dupliciter potest intelligi. Vel quod in sacramento confirmationis nõ conferatur aliqua gratia, nec aliquis character, sed solum baptismalis confirmetur sine alicuius appositione: et hoc quidem est quaerere, vtrum in confirmatione conferatur aliqua gratia. Si enim conferatur, cum non conferatur quod collatum est, patet quod ista quaestio ex præcedenti quaestione soluta est, quia ibi datur gratia, vt dicit Rabanus, Hugo, et Magister, cum dicunt ibi gratiam augeri, ac per hoc et nouam conferri. Quod quid enim voluerunt aliqui dicere, credo illud verum. Vel potest quaeri, vtrum sint eadem, vel eadem, esto quod in vtroque detur gratia, ita quod ex his vna gratia per essentiam fiat, sicut fit de eo quod auget, et de eo quod augetur. Et hic sunt tres positiones. Quidam enim dicunt, quod differunt essentialiter, sicut virtutes, et dona, quia in baptismo datur gratia, quæ influens in potentias facit virtutes: in confirmatione vero datur gratia, quæ influens in potentias facit dona in ordine, quæ facit beatitudines. Et si pulchra videtur hæc positio, tamen veritatem non habet, quia in virtutibus, et donis ponitur gratiam essentialiter differre. Rursus: Connectionem illorum dissoluit: in sacramentis enim nõ est connexio, vt in virtutibus, et donis. Alia positio est, quod gratia hæc, et baptismalis et confirmationis facientes, differunt tamen in essentia, sicut morbi, contra quos ordinantur. Et distinguuntur in subiecto, quia in diuersis partibus animæ potentialibus: vt sicut partes animæ, partes corporis: sic partes gratiæ, partes animæ, siue potentias perficiant. Vnde dicunt quod distincte manent in anima, nec vna auget aliam, nec confirmat nisi per accidens, scilicet quia confirmat hominem. Tertio modo potest dici, quod gratia gratumfaciens in anima est vna, quia vna est anima quæ gratificatur et vni: et rursus: tota gratia tollitur vnicò peccato. Propter hoc dicendum aliter, sicut in virtutibus gratuitis, quod est ibi gratia, et habitus substractus, et gratia vna in omnibus, sed habitus substracti alij, et alij. Sic in sacramentali etiam gratia, et est gratia gratumfaciens, et effectus specialis, quem habet virtute sacramenti. Et in quantum gratumfaciens vna est, sed ratione effectuum distinguuntur: et quia sacramentum signat gratiam, vt in tali effectu: ideo signa, et sacramenta sunt diuersa. Concedendum est ergo, quod gratia baptismali superadditur gratia confirmationis, quæ habet alium effectum, scilicet ablationem pusillanimitatis: et hoc probant tres primæ rationes. Concedendum est etiam, quod cedit in vnam, sicut probat tres sequentes rationes: quamuis enim gratia per essentiam sit eadem, tamen effectus, ad quem ordinatur, est alius, et alius: et ideo non est repugnantia inter rationes illas. Gratia enim in anima vna est gratumfaciens, sed effectus sunt multi, et varij: et quod-

Lib. 2. d. 27

Hug. 1. 2. p. 7. c. 4.

Opinio 1.

Improbatio

Opinio 2.

Opinio 3.

nam signa sacramentalia ordinantur ad gratiam secundum effectus curationis: ideo sunt varia signa, et sacramenta: et non solum signa exteriora, et visibilia, sed etiam interiora, vt puta sunt characteres, qui sunt signa distinctiua.

1. AD illud tamen quod obiicitur, quod non sunt duo accidentia eiusdem speciei in eodem subiecto, dici potest quod in quantum sunt sacramentalia non sunt eiusdem speciei, sed diuersa.

2. AD illud quod obiicitur, quod eadem est virtus debilis, et roborata, dicendum quod non solum differunt per debile, et roboratum gratia baptismatis, et confirmationis, sed etiam per morbum, contra quem sunt, et quem curant.

3. AD illud quod obiicitur de gratia præueniente, et subsequente, dicendum quod non est simile, quia ad eundem effectum ordinatur gratia præueniens, et subsequens, non sic gratia sacramentorum: istorum: nihilo minus tamen concedo, quod illa gratia gratumfaciens secundum quod huiusmodi cedit in vnum cum gratia baptismali, et illam auget: ideo prima ratio non valet, quod quæ habet ordinem temporis, non sunt idem. Illud enim fallit in his, quorum vnum se habet per additionem ad alterum.

QUESTIO III.

An copiosius munus gratiæ conferatur in confirmatione quam in baptismo.

Alex. Alenf. 4. p. q. 9. memb. 4. ar. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 7. q. 6. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 7. q. 23.

Trum copiosius munus gratiæ conferatur in confirmatione, quam in baptismo. Et quod sic, videtur ratione effectus: est enim hæc ad confirmandum, illa ad iustificandum, illa est ad credendum, hæc ad confitendum: si ergo maioris gratiæ est confirmatum esse quam iustificari, maioris etiam publice confiteri, quam occulte credere, videtur quod gratia confirmationis sit copiosior.

AD OPPOSITIVUM

ITEM ratione alia videtur, quia signum in hoc sacramento est pretiosius, et charius: ergo et gratia signata pretiosior, et maior in confirmatione, cum signum in sacramentis debeat respondere signato.

ITEM ratione dispensationis, quia non ideo maius est sacramentum, quia a maioribus, sed quia maius, ideo est eius dispensatio commissa maioribus: sed dispensatio huius sacramenti est maioribus commissa, quam dispensatio baptismi: ergo et cetera.

ITEM hoc ipsum ostenditur auctoritate Rabani: In baptismo Spiritus sanctus descendit ad habitationem Deo consecrandam, in hac vero eiusdem septiformis gratia cum omni plenitudine sanctitatis, et virtutis venit in hominem: patet ergo quod confert maius munus.

Rab. 1. 3. c. 20. de instit. cler.

SED CONTRA: Gratia baptismalis est contra culpam originalem, et omnes eius sequelas: sed gratia confirmationis contra vnam sequelam, vt puta pusillanimitatem: sed congruum est contra morbum maiorem, efficaciorum dari medicinam: ergo et cetera.

ITEM ratione effectus primi videtur, quia maius donum est de inimico fieri amicam, quam de amico magis amicum: sed in baptismo fit homo amicus, in confirmatione autem magis amicus: ergo in baptismo confertur maius donum.

ITEM baptismus facit hominem innocentem, et statim aperit cælum: sed hoc non facit con-

FUNDAMENTA.

confirmatio, nec aliud sacramentum: ergo baptismus A est efficacius sacramentum.

ITEM ad hoc est auctoritas Magistri in littera: Maius est hoc sacramentum non ob maiorem virtutem, vel utilitatem, quam conferat, sed quia a dignioribus datur: ergo, et cetera.

CONCLUSIO.

Gratia confirmationis, cum præsuppositione est maior gratia baptismali: sed præcise loquendo maior est illa baptismi.

RESP. AD ARG. Dicendum quod gratia confirmationis præsupponit gratiam baptismalem, sicut bene esse supponit esse. Quando ergo fit comparatio harum gratiarum, potest fieri dupliciter. Vno modo cum præsuppositione: et sic omnino maior est gratia confirmationis, quam baptismalis: sicut bene, et perfecte viuere melius est, quam viuere, quia hoc addit ad illud, et complet. Si autem intelligatur præcise, vt scilicet hæc gratia, quæ additur, sit maior, vel minor, dicendum sine dubio, quod non est tantæ efficacitæ, vt patet, quia viuificare mortuum maior gratia est, et potentia, quam iam viuificatum sanare, vel fortificare, præcise loquendo: sed cum præsuppositione maius est esse viuum, et sanum, quam viuum tantum. Rationes ergo probantes quod confirmationis gratia maior est, intelliguntur cum præsuppositione, quia auget gratiam baptismalem: sed rationes probantes contrarium, intelliguntur cum præcise, hanc gratiam illi, cui additur, comparando: et hoc patet per singulas rationes cuiuslibet inspicienti.

B

C

ARTICVLVS III.

CONSEQUENTER quantum ad tertium articulum quaeritur de vsu Sacramenti confirmationis: et circa hoc quaeruntur tria. Primo quaeritur de vsu quantum ad generalitatem. Secundo quantum ad necessitatem. Tertio quantum ad modum dispensandi.

QUESTIO I.

An vsus sacramenti confirmationis sit generalis.

Alex. Alenf. 4. p. q. 9. Memb. 5. art. 2. §. 1. S. Tho. 3. p. q. 7. 2. art. 8. Et 4. Sent. dist. 7. q. 3. art. 2. q. 2. Steph. Brul. 4. Sent. d. 7. q. 7. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 7. q. 28.

AD OPPOSITIVUM

QVOD non debeat eius vsus esse generalis, videtur: et primo quod debeant excludi mulieres, quia hoc sacramentum ordinatur ad pugnam: sed mulieres excluduntur a bello: ergo debent excludi ab hoc sacramento.

2. ITEM videtur quod debeant excludi paruuli per eandem rationem, cum non sint apti ad portantium arma.

3. ITEM videntur excludi illi, qui sunt in periculo mortis: quia illi exeunt extra omnem pugnam: ergo liberi sunt a sacramento pugniæ.

4. ITEM videtur quod hoc sacramentum non competat mutis, quoniam hoc sacramentum est ad liberam nominis Christi confessionem: sed muti non possunt confiteri: ergo frustra recipiunt, qui hoc recipiunt.

5. ITEM aut ab hoc sacramento excluduntur alii S. Bon. To. 5.

qui, aut nulli. Si aliqui: non ergo est omnium generaliter. Si nulli excluduntur: ergo character impressus distinguit solum ab infidelibus: ergo a tot et eiusdem, a quot et quibus character baptismalis: ergo videtur quod alter istorum superfluat, quod est inconueniens.

CONTRA: Quod istud sacramentum competat omnibus, videtur, quia sicut dicit Magister, et Rabanus, in hoc sacramento datur septiformis gratia Spiritus sancti: sed iste effectus est omnibus generalis: ergo et hoc sacramentum.

FUNDAMENTA.

ITEM quod conueniat omni sexui, videtur, et maxime muliebri, quia omnes, qui pie volunt viuere in Christo, persecutionem patiuntur: ergo et sex infirmus: sed infirmo, qui persecutionem patitur, sunt maxime necessaria arma fortitudinis: ergo cum hæc dentur in confirmatione, videtur quod mulieres maxime indigent hoc sacramento.

ITEM quod sit necessarium omni ætati, et maxime puerili, videtur, quia discreti ducis est armare milites suos ante pugnam, et ante læsionem: sed pugna, et læsiones, et lucta statim incipiunt in annis discretionis: ergo competens est sacramentum confirmationis ante annos discretionis dari.

ITEM videtur quod omni statui, quia certum est de viuentibus: et hoc ostenditur de morientibus, auctoritate Hugonis qui dicit in libro de sacramentis: Omnino periculosum esset, si ab hac vita sine confirmatione migrare contingeret: et ita morienti etiam oportet rturnum esse.

Hugo lib. 2. p. 1.

CONCLUSIO.

Confirmationis sacramentum competit omni sexui existenti in pugna spirituali.

RESP. AD ARG. Dicendum quod illud sacramentum omnibus competit propter gratiæ ampliationem, quæ ibi datur: sed maxime competit his, qui sunt ex acie pugnantium in bello spirituali: et quia hoc competit omni sexui, ideo hoc sacramentum omnibus competit.

1. AD illud ergo quod obiicitur de mulieribus, patet, quia licet non competat bellum materiale, competit tamen spirituale. Multæ enim in hoc bello strenues fuerunt, vt patet de sacris virginibus, quæ martyrizatæ sunt pro confessione, et nomine Christi.

2. AD illud quod obiicitur de paruulis, dicendum quod paruuli non armantur pro statu illius ætatis, vt tunc pugnent, sed vt postmodum sint pugnaturi: Nec hoc sit inconueniens, quia arma illa non sunt aggrauantia, sed alleuiantia, nec solum sunt defensionia, sed præmunientia: et melius est hominem muniti ante læsionem, quam post.

3. AD illud quod obiicitur de his, qui sunt in periculo mortis, patet responsio, quia non recipiunt sacramentum ad pugnam et conflictum, sed ad meritum obedientiæ, et virtutis augmentum, quod est eis utile, et bonum.

4. AD illud quod obiicitur de mutis, dicendum quod sacramentum istud est ad corroboracionem fidei in corde, et hoc ita indiget mutus vt disertus: nec tantum in corde, verum etiam in nutu, et passione, potest Christum profiteri: et ideo hoc sacramento indiget, sicut et alij.

6. AD illud quod ultimo quaeritur de character, dixerunt aliqui quod vnus est character differens solum secundum statum: ideo non est superfluitas, quamuis ab eisdem distinguat. Sed tamen illud non est conueniens dicere, quod idem character sit, cum aliud sit signum exterius, cum etiam non confirmatus possit ordinari. Et ideo dicendum est aliter, quod alius est character, et ab eisdem distinguit, sed tamen non superfluit, quia secundum alium, et alium statum distinguit.

Quamuis

Quamvis enim omnis Christianus sit Christi pugil, tamen ex gratia in alio, et alio statu dicitur Christianus, et pugil, et secundum alium, et alium actum scilicet confessionem exteriorem, et credulitatem interiorem. Et quia secundum aliud distinguit, et character ad aliud statum gratiæ disponit, ideo non superfluit; et cum alius sit status fidei, et character statum respiciat, quamvis fides sit eadem, character est tamen alius, sicut signum exterius.

Q V Æ S T I O II.

An gratia confirmationis sit de necessitate salutis.

Alex. Alenf. 4. p. q. 9. Membr. 3. art. 1. §. 2. S. Tho. 3. p. q. 72. art. 8. Et 4. Sent. dist. 7. q. 3. art. 2. q. 2. Rich. 4. Sent. d. 7. art. 5. q. 1. Tho. Arg. 4. Sent. d. 7. q. 1. art. 4. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 7. q. 8. Petrus de Tavant. 4. Sent. dist. 7. q. 2.

FVNDAMENTA. Raba. lib. 1. c. 30. de statu cler.

DE huius sacramenti necessitate, et queritur utrum gratia confirmationis sit de necessitate salutis: et quia sic, videtur. Rabanus: Omnes fideles per manus impositionem. Episcoporum accipere dicunt Spiritum sanctum, ut pleni Christiani inveniatur: sed nullus saluatur, nisi sit plenus Christianus: ergo similiter nullus saluatur sine sacramento confirmationis.

HUGO: Quid prodest quod per baptismum a lapsu erigeris, nisi etiam per confirmationem ad standum confirmeris? quasi dicat, nihil.

HUGO: Omnino periculosum esset si ab hac vita sine confirmatione migrare contingeret: sed non esset omnino periculosum nisi necessarium ad salutem: ergo, et cetera.

ROMA: Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio sit ad salutem: utrumque est ergo ad salutem necessarium: sed nullus saluatur, nisi credat, vel habeat fidei sacramentum: ergo nullus saluatur nisi confiteatur, vel habeat sacramentum ad hoc ordinatum.

AD OPPOSITIVM. I. CONTRA: Baptismus delet culpam: ergo dat gratiam: sed habens quantum lacumque gratiam habet quod necessarium est ad salutem: ergo non est ulterius necessaria sibi confirmatio, vel aliquid aliud. Si dicas sufficere ad salutem, si moritur: sed non ad pugnandum, si vivit. Contra: In baptismo datur gratia cum omnibus virtutibus, sicut dicit Magister: sed qui habet virtutes, habet arma sufficientia ad pugnam: ergo, et cetera.

II. ITEM nullus cadit nisi volens: ergo ex quo habet gratiam ipsum statuentem, potest stare: ergo non necesse est cadere: ergo gratia confirmationis non est necessaria.

III. ITEM magna charitas sufficit ad tolerandam mortem: sed possibile est eum, qui baptizatur, antequam hoc sacramentum percipiat, per bona opera ad charitatem magnam pervenire: ergo sine hoc sacramento est salus pugnantis.

CONCLUSIO.

Confirmationis sacramentum est necessarium non necessitate absoluta, sed conditionata: et contem- nens, periculo se exponit.

RESP. AD ARG. Dicendum quod est necessitas simpliciter, et est necessitas conditionata. Simplex non est gratia confirmationis necessaria, sed necessaria ex conditione, scilicet pugnantis, et vincere volenti,

sicut comedere necessarium est vivere volenti. Vnde Melchisedech Papa dicit, et habetur de consecratione: Quia in hoc mundo etate victuris inter hostes inuisibiles, et pericula gradiendum est: in baptismo regeneramur ad vitam, post baptismum confirmamur ad pugnam, quia omnes viventes in pugna vivunt, quia militia est vita hominis super terram. Ex institutione ergo Ecclesiæ est, quod nullus ab hoc sacramento excipitur, sed omnes suscipere debent ut sint strenui pugnatores: et ideo si quis cum habet locum, et tempus, et opportunitatem, negligendo contemnit, periculo se exponit. Rationes ergo probantes quod simpliciter necessarium sit, non valent. Et primo auctoritas Rabani intelligitur de plenitudine copie, non sufficientia: vel de plenitudine non in esse, sed in robore. Auctoritas Hugonis intelligitur de eo, qui vivere debet in pugna. Sequens auctoritas intelligitur ratione negligentia, et contemptus institutionis Ecclesiæ.

AD illud quod obijcitur de confessione fidei, dicendum quod illud non est simile, quia credere necessarium est cuilibet, ex quo est adultus: sed confiteri non tenetur nisi pro loco, et tempore.

I. AD illud quod obijcitur ad oppositum, quod non est necessaria simpliciter, verum est, quia moriendi, et non contemnentis sufficit gratia baptismalis.

II. AD illud vero quod obijcitur, quod non est necessaria ad pugnam, dicendum quod quamvis liberum arbitrium non cogatur: tamen ita infirmatum est pusillanimitate, quod numquam staret nisi gratia fortificante sustentaretur, et illa infirmitas curaretur: et ideo necessaria est ad standum non propter impellentem tantum, sed propter interiorem debilitatem.

III. AD illud quod obijcitur, quod magna charitas potest augeri, dicendum quod sicut in baptismo contingit, quod homo bene se preparando habet gratiam, quæ datur in baptismo. antequam baptizetur, sic potest esse in gratia confirmationis: et tamen sacramentum baptismi est necessarium non superfluum, quia illam gratiam efficacius dat, et illis dat, qui per se non possunt se sufficienter disponere sine sacramento: per hunc ergo modum intelligendum est in confirmatione. Est igitur necessaria gratia confirmationis, non sine qua simpliciter non sit salus, sed sine qua vel per sacramentum, vel alias accepta, pugnando non pervenitur ad salutem.

Q V Æ S T I O III.

An sacramentum Confirmationis possit dari ante baptismum.

Alex. Alenf. 4. p. q. 9. Membr. 4. art. 1. S. Tho. 3. p. q. 72. art. 6. Et 4. Sent. dist. 7. q. 2. art. 1. q. 3. Guilel. Alisiod. 4. Sent. tract. 4. c. 3. q. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 8. q. 9.

DE modo sumendi illud sacramentum, et de ordine. Et ostenditur, quod istud sacramentum non possit dari ante baptismum. Et primum ostenditur per hoc, quod baptismus est fundamentum, et ianua sacramentorum: ergo si quis recipit aliud de facto, cum non intret per ianuam, nec habet fundamentum, nihil habet. Si tu dicas, quod baptismus sit fundamentum de congruo. Contra: Innocentius dicit in quadam decretali, quod non baptizatus, qui fuit ordinatus, et promotus in sacerdotem, iterum erat rebaptizandus, et ordinandus: sed ordo non potest iterari, siue recipiatur ab eo, qui potest dare de facto, siue ab eo, qui potest dare

Melch. Pa- pa habetur de consecr. d. 5. c. de his vero qui- de in 1. 10. Concil.

Responsio. ad vit. pro fund.

FVNDAMENTA.

date de iure: ergo si non potuit recipere ordinem, pariter ratione nec confirmationem.

ITEM confirmatio respicit aliquid præexistens, quia quod non est, non potest confirmari: sed nullum sacramentum necessario præit confirmationem aliud a baptismate: si ergo aliquid præsupponit, videtur quod baptismum.

AD OPPOSITIVM. I. CONTRA: Posterius est sacramentum Eucharistiæ, quam confirmatio: sed sacramentum Eucharistiæ potest sumi ante baptismum de facto: ergo et confirmationis, ut videtur.

II. ITEM video quod aliquis non baptizatus potest mori pro Christo, et confiteri Christum: ergo non baptizatus potest habere rem huius sacramenti ante baptismum: ergo pari ratione et sacramentum.

III. ITEM quamvis ordines in sacramento ordinis ordinati sint, tamen qui recipit superiores ordines negligendo inferiores, non est reordinandus, immo est ordinatus: ergo sibi est ordo etiam quantum ad characteres, et comparatio secundum maiorem convenientiam, multo fortius videtur in proposito, quod non baptizatus possit confirmari.

CONCLUSIO.

Confirmari non potest quisquam nisi prius sit baptizatus: quia gratia roborans requirit gratiam iustificantem, et character confirmationis baptismalem præsupponit.

RESP. AD ARG. Dicendum quod non baptizatus non potest confirmari, nisi prius baptizetur. Ratio autem huius venit ex duplici re huius sacramenti. Primo ex parte gratiæ, quia ibi datur gratia iustificans, hic roborans, et ista præsupponit illam. Alia ratio venit ex parte characteris, quia character ille fundamentum est aliorum: ideo illo non impresso, alij non possunt imprimi. Et quoniam cum in sacramento non imprimatur character, in quibus aptus natus est imprimi, dicitur nihil fieri: et ideo non baptizatus non potest in tali statu confirmari, et concedo rationes ad hoc. Quomodo autem character baptismalis fundamentum sit, patet: quia ille respicit fidem, sine inchoationem fidei, et alij respiciunt statum fidei: et sicut se habet fides ad statum, ut alij status ad initium, sic character ad characterem.

AD illud quod obijcitur de Eucharistia, iam patet responso, quia ibi character nullus imprimitur: et ita non habet adeo essentialem ordinem, sicut confirmatio, et ordo.

II. AD illud quod obijcitur, quod potest confiteri, et mori, dicendum quod verum est sine sacramento, sed non sine re illius sacramenti: et sicut se huiusmodi non potest haberi sine re illius sacramenti, sic nec character sine characterem.

III. AD illud quod obijcitur de ordinibus, dicendum quod non est simile, quia sicut patebit, non est ita essentialis comparatio ordinum superiorum ad inferiores propter diversitatem ministeriorum. Sed hoc melius patebit suo loco.

Infra d. 24. p. 2. art. 1. q. 3.

D I S T I N C T. VIII. PARS I. DE SACRAMENTO ALTARIS, VBI quadruplex consideratio habetur.

OST sacramentum baptismi et confirmationis, sequitur Eucharistia sacramentum. Per baptismum mundamur, per Eucharistiam in bono consummamus. Baptismus est vitiorum extinguit, Eucharistia spiritualiter reficit. Vnde excel- lenter Eucharistia dicitur, id est, bona gratia: quia in hoc sacramento non modo est augmentum virtutis et gratiæ, sed ille totus sumitur, qui est fons et origo totius gratiæ. Cuius figura præcessit, quando manna pluit Deus patribus in deserto, qui quotidianam cali pascebantur alimento. Vnde: Panem angelorum manducavit homo. Sed tunc qui panem illum manducaverunt, mortui sunt. Iste vero panis vivus, qui de celo descendit, vitam mundo tribuit. Manna illud de celo, hoc super calum. Illud scatebat vermibus in diem alterum reservatum: hoc ab omni corruptione alienum. Quicumque religiose gustaverit, corruptionem non videbit. Illud datum fuit antiquis post transitum maris rubri, ubi submersis Aegyptijs liberati sunt Hebrei. Ita hoc caeleste manna non nisi renatis præstari debet. Panis ille corporalis populum antiquum ad terram promissionis per desertum eduxit: hæc esca caelestis fideles huius saculi per desertum transientes in celum subuehit. Vnde recte viaticum appellatur: quia in via nos reficiens, usque in patriam deducit. Sicut ergo in mari rubro figura baptismi præcessit, ita in manna significatio Domini corporis. Hæc duo sacramenta demonstrata sunt ubi de latere Christi sanguis, et aqua profluxerunt: quia Christus per sanguinem redemptionis, et aquam ablutionis nos redimere venit a diabolo, et a peccato: sicut Israelitas per sanguinem agni paschalis ab exterminatore, et per aquam maris rubri ab Aegyptijs liberavit. Huius etiam sacramenti ritum Melchisedech ostendit, ubi panem et vinum Abrææ obtulit. Vnde, ut ait Ambrosius, intelligi datur anteriora esse sacramenta Christianorum, quam Iudæorum.

Ordo Baptismi, et Eucharistiæ.

Amb. lib. 1. de iniriu- dis c. 8. 10. 4.

Exod. 16. c. Psal. 77. d. Ibid. c. 6. Ioan. 6. d.

Exod. 16. d.

Ioan. 19. f. Exod. 12. d. Gen. 14. d.

De sac. lib. 4. c. 4. 10. 4.

De institutione sacramenti

HIC etiam alia consideranda occurrunt quatuor, scilicet sacramentum, institutio, forma, et res. Sacramentum Dominus instituit, quando post typicum agnum corpus et sanguinem

sum

Mat. 26. b suum discipulis in cena porrexit. Vnde Eusebius Emisenus: Quia corpus absumptum ablaturus erat ab oculis, et illaturus fidei, necesse erat ut die cena sacramentum nobis corporis sanguinis consecraret: ut coleretur inugetur per mysterium, quod semel offerebatur in pretium.

DISTINCT. VIII.

De Eucharistiae sacramento secundum se.

Post sacramentum baptismi, et confirmationis sequitur Eucharistia sacramentum.

Expositio textus.

Diuisio.

Dist. 9.

Dist. 11.

ABC est tertia pars huius partis totalis de sacramentis, in qua Magister tertio loco agit de sacramento Eucharistiae. Diuiditur autem haec pars in tres partes. In prima agit de Eucharistia secundum se. In secunda per comparationem ad suscipientes, siue manducantes, infra: Et sicut dicitur sunt res illius sacramenti. In tertia per comparationem ad dispensantes, siue conficientes, infra: Si autem queritur qualis sit illa conuersio, et cet. Prima pars habet duas. In prima determinat de his, quae antecedunt esse huius sacramenti. In secunda de his, quae integrant esse huius sacramenti, quae sunt forma verbi, elementum, et hoc, ibi: Forma vero est, quam ipse ibidem edidit, et cet. Prima pars habet duas, quoniam antecedens hoc sacramentum est duplex. Quoddam quod nihil confert ad esse, sed ad manifestum esse: et hoc est praefiguratio, et nominatio. Quoddam quod confert ad esse, ut institutio. Ideo prima pars habet duas. In prima determinat Magister de huius sacramenti praefiguratione. In secunda de institutione, ibi: Hic etiam consideranda occurrunt. In prima parte primo ponit rationem nominandi, et modos figurandi, ostendens quattuor praecessisse figuras.

Post sacramentum baptismi, et confirmationis. Dub. I.

Videtur non bene ordinare sacramenta: prius enim est cibare, quod est Eucharistiae, quam confirmari: quia paruulorum est cibari.

RESP. Dicendum quod quamuis Eucharistia sit cibus communis omnium bonorum, tamen dicit Augustinus quod est cibus grandium, et perfectorum. Et quia sicut praecedentia duo sacramenta sunt paruulorum, et paruuli prius sunt quam grandes, et perfecti: ideo sequitur illa duo sacramenta: et ita secundum consuetudinem modernae Ecclesiae prius confirmatur paruulus, quam communicetur.

Excellenter Eucharistia dicitur, id est bona gratia. Dub. II.

Queritur, quare hoc sacramentum potius dicitur Eucharistia, cum in omnibus detur gratia bona, et in baptismo maxime detur magna gratia.

RESP. Dicendum quod hoc proprie dicitur de Eucharistia, tum quia principaliter est ibi ratio boni, tum quia etiam ratio gratiae. Ratio boni, quia bonum est diffusiuum, et communicatiuum. Vnde cibus qui communicat se pluribus, et per partes, est bonus. Qui communicat se pluribus totus, et successiue, melior est, ut verbum Dei, quod praedicatur. Qui vero communicat se pluribus, et totum, et simul, iste est optimus, et talis est iste cibus. Hic etiam est ille cibus, qui est summum bonum, scilicet Christus Dominus: et sic praecipue reperitur ibi ratio boni. Reperitur ibi etiam principaliter ratio gratiae tum per modum contentiui, tum per modum affectiui. Per modum contentiui, quia hoc est solum sacramentum, quo ipsa gratia est

A contenta secundum veritatem, immo plenitudo gratiae: vnde assimilatur ipsi charitati, quae vnit fini, et habet idem pro obiecto, et pro fine. Ratione affectiui, quoniam hic est carbo ignitus, caro scilicet Christi quae inflammat, et beatificat: non tantum gratificat, sed etiam multipliciter adiuuat. Primum quidem, quia est cibus incorporans capiti. Qui manducat carnem meam, in me manet. Secundo quia fortificat: Panis cor hominis confirmat. Tertio quia delectat. Panem de caelo dedisti eis omne habentem delectamentum, etc. Quarto valet ad augmentum fidei, sicut dicitur infra. Quinto ad subleuationem spei. Ecce ego vobiscum, etc. Sexto ad dilataationem charitatis, quia est memoriale amoris. Hoc quotiescumque feceritis. Septimo ad remissionem venialium, sicut dicit Innocentius libro de mysterio Missae. Vbi inquit, Hoc sacramentum venialia delet, et cauet mortalita.

Reste viaticum appellatur, quia in via nos reficiens, et cet. Dub. III.

Contra: Quia si dicitur viaticum, quia est viatorum, pari ratione et alia sacramenta.

C RESP. Dicendum quod viaticum dicitur triplici ex causa. Prima est, quia est cibus itinerantium, quia datur transeuntibus de hac vita ad patriam. Secunda, quia institutus est a Christo ut itinerante, siue transeunte. Tertia, quia signum est transitus Christi, sicut phasae.

Sacramentum Dominus instituit. Dub. IV.

Queritur, quare magis Dominus ipse per se, siue in propria persona hoc sacramentum, et baptismum instituit.

AD hoc dicendum, quia in baptismo est inchoatio, et in hoc consummatio: ideo illud instituit in principio suae praedicationis, istud in fine et recessu a discipulis: et ideo haec duo confirmauit.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam huius partis secundum duo, quae Magister determinat, duo principaliter quaeruntur. Primo quaeritur de figura sacramenti Eucharistiae. Secundo de institutione. Circa primum quaeruntur tria. Primo, vtrum sacramentum Eucharistiae debeat praefigurari. Secundo quaeritur de numero figurarum, et sufficientia. Tertio quaeritur de figurarum praeminentia.

QVÆSTIO I.

An sacramentum Eucharistiae debeat praefigurari.

Alex. Alenf. 4. p. quæst. 10. Memb. 1. art. 1. S. Tho. 3. p. q. 73. art. 5. Et 4. Sent. dist. 8. q. 1. art. 3. q. 3. Richardus 4. Sent. dist. 8. q. 3. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 8. q. 1. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 8. q. 3.

QVOD hoc sacramentum sit praefiguratum, patet per illud Apostoli: Omnes eandem escam spiritualem manducauerunt. Et post haec omnia contingebant illis in figura. Et quod ita debuerit, apparet: quia si lex vetus fuit nobis futurorum figura, et quae erant digniora magis

magis debent praefigurari, cum hoc sacramentum sit dignissimum, maxime debuit praefigurari.

ITEM ratione alia ostenditur, quia congruè erat vt processus a tenebris ad lucem fieret mediante umbra, et figura: quia sicut natura non sustinet repentinas immutationes, sic nec anima: sed in hoc sacramento est ipsa lux praesens: ergo debuit praefigurari.

ITEM hoc sacramentum est difficillimum ad credendum: sed ad difficilia paulatim est infirmus promouendus: ergo, et cet.

AD OPPOSITVM 1. CONTRA: Mutationis non est mutatio: ergo nec signi signum: sed sacramentum hoc eo ipso quod sacramentum est, est signum, et figura: ergo non debuit praefigurari, nec praefigurari.

2. ITEM confirmatio, et extrema vnctio sunt nouae legis sacramenta, et non habent figuras in veteri: Quod si dicas de vnctione regum, illud nihil est, quia illud speciale; hoc vniuersale: ergo nec hoc debuit habere.

3. ITEM baptismus habuit figuram, quae non tantum fuit figura, sed etiam remedium, vt puta circumcisiōem: sed nihil praecessit sacramentum altaris, quod haberet eius remedium: ergo hoc sacramentum est sine figura.

CONCLUSIO.

Eucharistia sacramentum fuit praefiguratum tum difficultatis, tum dignitatis sua ratione: cum sit dignum excellentissimum.

RESP. AD ARG. Dicendum quod illud sacramentum praefiguratum est, et praefigurari debuit tum ratione suae dignitatis, tum ratione difficultatis. Ratione dignitatis, quia praedicatum et expectatum erat sicut donum Dei excellentissimum, ideo figura huius sacramenti praere debuerunt, vt et in his praefulcitur expectatio fidelium, et dignitas huius sacramenti facilius ostenderetur. Vnde figurarum praemissio non fuit aliud, quam fama eius diuulgatio. Ratione difficultatis, quia hoc inter sacramenta cetera est difficillimum ad credendum, immo inter cetera credibilia: ideo debuerunt homines ad hoc assuefieri quadam figurarum manu ductione.

1. AD illud quod obijciunt primo in contrarium, quod signi non est signum, dicendum quod istud signum habet veritatem coniunctam. Vnde non tantum est signum, sed etiam ratione coniuncti est veritas: et quoniam veritatis potest esse signum, et figura, ideo sacramentorum nouae legis potest esse signum, et figura, et maxime huius.

2. AD illud quod obijciunt de confirmatione, et extrema vnctione, multipliciter respondetur. Quidam enim dicunt, quod omnia sacramenta in veteri lege sunt praefigurata, quoniam rota erat in rota in visione Ezechielis. Et quod obijciunt de duobus sacramentis, soluunt per interemptionem, quoniam tres vnctiones legis nouae praefiguratae sunt per tres vnctiones Dauid, et ita per interemptionem respondetur. Alij dicunt aliter, quod illa sacramenta non fuerunt praefigurata propter suam perfectionem: vnde distinguunt tria genera sacramentorum. Quaedam enim sunt suprema, vt illa quae dant gratiam perfectam, vel ad pugnandum, vel ad egrediendum: et talia sunt confirmatio, et extrema vnctio, quae de ratione suae perfectionem dicunt: et quoniam lex neminem ad perfectum duxit, ideo haec duo sunt propria nouae legis. Alia sunt quasi media, quae gratiam magnam dant, ideo pertinent ad legem nouam, tamen quia non dicuntur perfectionem, possunt praefigurata esse in veteri testamento, et haec, vt dicunt, sunt duo, scilicet baptismus, et Eucharistia. Quaedam sunt infima, vt matrimonium, ordo, et poenitentia: et haec non sunt propria, immo communia: nec tantum praefigurata, immo inchoata.

3. AD illud quod obijciunt de oblatione Melchisedech. Quia ipse obtulit, et dedit Abraae: sed sacramentum Eucharistiae offertur Deo, et ita non videtur figura.

4. ITEM obijciunt de agno paschali, et eius sanguine, quoniam praecessit transitum maris rubri: ergo figuram baptismi: et ita videtur si recta fuit figura, quod et Eucharistia fuit ante baptismum, quod absurdum est.

5. ITEM obijciunt de sanguine, qui fluxit de latere Christi, quia ille idem est in hoc sacramento secundum veritatem, et est signum in hoc sacramento: ergo idem est figura sui, et idem est signum, et signatum. respectu eiusdem: quod est omnino inconueniens.

et in noua perfecta. Tamen praeferre alia sacramenta duobus, quae praefigurata sunt, videtur valde absurdum, cum sint haec duo sacramenta, scilicet Baptismus, et Eucharistia, famosissima. Et ideo aliter dicendum quod quamuis omnia aliquo modo praefigurata sint, haec duo tamen pluribus, et expressioribus figuris praefigurata sunt. Tum propter difficultatem in credendo, quae est in Baptismo, quia primum sacramentum: in Eucharistia, quia summum. Tum propter dignitatem, quae est in Baptismo quantum ad efficaciam, in Eucharistia quantum ad continentiam. Tum propter Ecclesiae vnitatem, quae est in Baptismo quantum ad inchoationem, in Eucharistia quantum ad consummationem. Vel in Baptismo quantum ad signaculum Christianitatis, in Eucharistia quantum ad cultum deitatis. Vnde quamuis alia habeant figuras aliquo modo, non tamen ita praecipue, nec ita expresse.

3. AD illud quod obijciunt, quod baptismus habuit figuram sanctificantem, dicendum quod ratio huius est duplex. Prima est, quia baptismus est remedium contra morbum perniciosum, et mortiferum: et est remedium paruulorum, qui se non possunt iuuare. Et quoniam qui minus se possunt iuuare, maiori indigent auxilio: ideo sacramentum praecessit baptismum, quod de se habet efficaciam: non sic est de Eucharistia, quoniam est sacramentum iam viuientium, et adultorum, qui se possunt iuuare auxilio fidei, et motu liberi arbitrij: vnde supplet in eis fides, quod deerat a parte sacramenti, et sic patent quaerita.

QVÆSTIO II.

An figurae Eucharistiae sint a Magistro sufficienter assignatae.

Alex. Alenf. 4. p. q. 10. Memb. 1. art. 1. §. 1. S. Th. 3. p. q. 73. art. 4. Et 4. Sent. dist. 8. q. 1. art. 1. q. 3. Richardus 4. Sent. dist. 8. q. 2. Stephanus Brulef. 4. Sent. dist. 8. q. 2. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 8. q. 3.

DE numero et sufficientia figurarum huius sacramenti, et Magister assignat quattuor, scilicet agnum paschalem, manna, sacrificium Melchisedech, et sanguinem qui profluxit de latere Christi. Sed videtur, quod Magister assignet insufficienter, quia aliae figurae praecesserunt in sacrificijs, et oblationibus diuersorum, vt in haedo, quem obtulit Manue, et fauo mellis.

2. ITEM videtur falsus in assignando manna pro figura, quia habuit omnem saporem: sed hoc non habet Eucharistia, quia tunc alia sacramenta superfluerent.

3. ITEM obijciunt de oblatione Melchisedech. Quia ipse obtulit, et dedit Abraae: sed sacramentum Eucharistiae offertur Deo, et ita non videtur figura.

4. ITEM obijciunt de agno paschali, et eius sanguine, quoniam praecessit transitum maris rubri: ergo figuram baptismi: et ita videtur si recta fuit figura, quod et Eucharistia fuit ante baptismum, quod absurdum est.

5. ITEM obijciunt de sanguine, qui fluxit de latere Christi, quia ille idem est in hoc sacramento secundum veritatem, et est signum in hoc sacramento: ergo idem est figura sui, et idem est signum, et signatum. respectu eiusdem: quod est omnino inconueniens.

CONCLUSIO.

Sufficienter a Magistro assignantur figura Eucharistia sacramenti tum in lege natura, tum in lege veteri, videlicet in Melchisedech, in agno, et manna: et in lege noua in sanguine passionis.

RESP. AD ARG. Dicendum quod Magister sufficienter assignat figuras in hoc sacramento, habito respectu ad omnes leges. Nam in lege naturae ponit figuram, sacrificium Melchisedech, et in lege Moysi agnum, et manna: et in lege gratiae sanguinem passionis. Et sufficientes sunt figurae si attendamus ad ea, quae praesignantur. Nam in hoc sacramento est visibilis forma: et haec praesignata est in sacrificio Melchisedech. Et est res contenta: et haec est praesignata in agno paschali. Et res signata tantum: et haec est praesignata in manna. Et virtus dans efficaciam: et haec est praesignata in sanguine, qui fluxit de latere Christi. Unde tres primae tenent rationem figurae, sed vltima magis tenet rationem causae: nihilominus habet rationem figurae, pensatis circumstantiis: quoniam de passo, et iam mortuo profluxit sanguis, et aqua.

1. Quod autem obijciatur de sufficientia, iam patet, quia aliae figurae reducuntur ad has: omnes enim oblationes, et omnia sacrificia ad agnum paschalem, et omnes cibi ad manna reduci possunt.

2. Ad illud quod obijciatur de manna, dicendum quod omnia tantum valet dicere quantum perfectum, vel si omnem distributive dicatur, intelligendum est quantum ad rem contentam. Vel si intelligatur quantum ad effectum, facienda est vis in sapore quantum ad actum cibandi: et tunc alia non superfluent.

3. Ad illud quod obijciatur de sacrificio Melchisedech, dicendum quod peroptime praefiguratum est ibi, et in manna sacramentum Eucharistiae, quoniam hoc sacramentum nobis profertur ad esum, et Deo offertur ad cultum: et ideo datur nobis diuinitus, et nos Deo offerimus, et hoc signatum est in manna, quod repositum fuit in vna coram Domino, quia datum fuit de caelo ad esum: et iterum coram Domino repositum, taliter datur hoc sacramentum, si quis inspicit diligentius, quia de caelo nobis datur, et nos sumimus: tamen Deo offerimus.

4. Ad illud quod obijciatur de agno paschali, dicendum quod agnus ille proprie significabat Christi passionem, quae erat radix, et fundamentum, virtutem praebens omnibus sacramentis: et ideo omnia praecessit. Et quantum omnia sacramenta efficaciam habeant a passione Christi, quia tamen in hoc sacramento veraciter continetur Christus passus, ideo esus, et vsus illius agni praecipue hoc sacramentum signabat: et illud sacramentum praefigurabat, sed ratione qua praefigurabat passionem.

5. Ad vltimum dicendum quod sanguis Christi, qui fluxit de latere Christi, non habuit proprie loquendo rationem figurae, quia ibi erat veritas: tamen ratione modi emanandi, quia profudit de latere mortui, habuit rationem quodam modo praefigurandi, maxime ratione annexi, scilicet aquae: et istud melius tactum fuit in principio huius libri, scilicet in proemio: et sic patet solutio obiectorum.

QUESTIO III.

An vna figura sit expressior altera,

Alex. Alenf. 4. p. q. 20. Membr. 6. art. 2. §. 1. S. Tho. 3. p. q. 67. art. 3. Et 4. Sent. dist. 8. q. 2. art. 1. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 8. q. 13.

DE figurarum praerminentia, et quaeritur quae figura sit expressior, vtrum illa, quae fuit tempore legis naturae, an illa, quae fuit tempore legis Moisaicae, an illa, quae fuit tempore legis gratiae. Et quod illa, quae fuit tempore legis naturae, videtur auctoritate Ambrosij de sacramentis: Apparet anteriora fuisse sacramenta Christianorum, quam Iudaeorum. Sed hoc non videtur nisi ratione legis naturae: ergo aliquo modo magis fuerunt sacramenta Christianorum in illo tempore, sed non quantum ad veritatem, vel efficaciam: ergo quantum ad expressionem figurae.

ITEM lex naturae magis conuenit cum lege gratiae, siue Euangelij, quam lex Moysi, quia ius Evangelicum plus habet de naturali dicamine, quam de institutione, e contra est in lege Moysi: ergo et sacramenta expressius figurant, vt videtur.

ITEM hoc ipsum videtur ratione, quia Melchisedech obtulit sacrificium in pane, et vino, et in eisdem speciebus modo offertur, et celebratur sacramentum altaris: ergo cum non possit expressius figurari, quam in simili secundum speciem, videtur quod tunc praecessit figura expressissima.

AD oppositum arguit Hugo de Sancto Victore: Sicut appropinquauit passio Saluatoris, ita signa debuerunt esse euidentiora, et ratio eius est, quia creuit cognitio veritatis: ergo cum tempore legis scriptae creuit cognitio veritatis, et appropinquauit passio Saluatoris, videtur quod figurae fuerunt expressiores.

ITEM hoc videtur ad litteram in manna, quia illud erat de caelo aequaliter omnes reficiens, et omnibus commune, et omnem suauitatem habens: sed panis et vinum ipsius Melchisedech de terra erat: ergo si hoc sacramentum est panis de caelo descendens, videtur quod figura mannae fuerit expressior.

CONCLUSIO.

Eucharistia sacramentum quantum ad ritum expressius fuit significatum in Melchisedech, quo vero ad effectum in manna.

RESP. AD ARG. Dicendum quod figurae illarum rerum secundum diuersas considerationes multo se excedunt in expressione, sicut ostendunt rationes inductae. Potest enim sacramentum hoc praefigurari quantum ad ritum, vel quantum ad effectum, siue quantum ad signum, vel quantum ad signatum. Si quantum ad ritum sic expressior figura praecessit in sacrificio Melchisedech, sicut probant rationes inductae: et hoc patet. Si autem quantum ad effectum, sic expresse praesignabatur in manna, sicut ostendunt rationes praedictae: et sic patet responsio ad vtramque partem. Sed tamen adhuc restat quaestio, quare expressior praefiguratio praecessit in lege naturae, quantum ad ritum. Et ad hoc dicendum, quod Dominus instituit legem scriptam, vt implendam, et euacuandam, sicut veritas euacuat vmbra: ideo ne videamur iudaizare disposuit figuras in lege Moysi dare expressas: sed tamen differentes quantum ad ritum, vt manifeste ex earum institutione ostenderetur legis illius

illius euacuatio, et imperfectio: et ideo magis se dicit Christus sacerdotem secundum ordinem Melchisedech, quam Aaron, vt ostendatur ibi legis, et sacerdotij translatio, sicut ostendit Apostolus ad Hebraeos: et sic patet totum.

ARTICVLVS II.

QUANTVM ad secundum articulum consequenter quaeritur de institutione sacramenti Eucharistiae. Et circa hoc tria quaeruntur. Primo quaeritur, vtrum a principio debuerit institui. Secundo, supposito quod in lege Euangelij, quaeritur quando, vtrum ante passionem, an post. Tertio quaeritur de modo, et ordine instituendi.

QUESTIO I.

An sacramentum Eucharistiae debuerit institui a principio.

Alex. Alenf. 4. p. q. 20. Membr. 2. art. 1. §. 1. S. Tho. 3. p. q. 73. art. 5. Et 4. Sent. dist. 8. q. 1. art. 3. Guilel. Alisford. 4. Sent. tract. 5. c. 1. Richardus 4. Sent. dist. 8. q. 4. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 8. q. 1. art. 1. Stephanus Brules. 4. Sent. dist. 8. q. 4. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 8. q. 5.

AD OPPOSITVM

QUOD a principio debuerit institui, videtur, quia hoc sacramentum est viaticum, quia praebet alimentum itineranti: ergo tunc institui debuit, quando homines itinerare coeperunt ad patriam: sed hoc statim fuit post lapsum: ergo, et cetera.

ITEM hoc sacramentum est sacramentum vniouis corporis Christi veri, et mystici: ergo tunc debuit institui, quando fuit corpus Christi mysticum: sed hoc fuit a principio: ergo, et cetera.

ITEM sacramentum matrimonij non cessauit propter lapsum, immo quod erat in officium factum est in remedium: et etiam esus ligni vitae datus erat homini, vt dicit Augustinus, in sacramentum: ergo non debuit cessare, quin sacramentaliter ederet: sed non debuit lignum comedere, quod daret vitam corporalem, quia morti corporali obligatus erat: ergo lignum vitae, quod daret vitam spiritualem: sed hoc est Eucharistia: ergo, et cetera.

ITEM sicut poenitentia est contra mortale, ita Eucharistia contra venialia: sed ab initio cucurrit veniale peccatum, vt mortale: ergo pari ratione Eucharistia contra poenitentiam.

CONTRA: Hoc sacramentum est maxime gratiae contentiuum, vnde ab hoc nomen accepit: ergo tantum tempore legis gratiae debuit institui.

ITEM hoc sacramentum est contentiuum secundum veritatem corporis Christi, quod traxit de Virgine: ergo non potuit esse antequam esset hoc corpus: ergo tantum in nouo testamento.

CONCLUSIO.

Eucharistia sacramentum tantum statui gratiae competit, tum propter rem contentam, tum propter efficaciam.

RESP. AD ARG. Dicendum quod hoc sacramentum congruebat legi gratiae tantum, tum propter rem contentam, quae est corpus Christi verum, tum pro-

pter efficaciam, quae est charitatis vinculum, quae in noua lege apparere, et abundare debuit: in anterioribus autem imperfecte possideri, vt ita gradus sit in mundo, sicut in vno homine.

1. AD illud ergo quod obijciatur de viatico, dicendum quod non valet, quia aliquid debuerunt habere sustentaculum, non perfectum cibum: et ita aliquam figuram, non rem ipsam.

2. AD illud quod obijciatur, quod est signum corporis mystici, dicendum quod non tantum est signum eius, immo corporis Christi veri: et illius est signum immediatus: et ideo quamuis corpus Christi mysticum coeperit ab Abel, non tamen corpus Christi proprium, ideo nec hoc sacramentum.

3. AD tertium dicendum quod matrimonium quantum ad officium omni statui conueniebat, quantum autem ad remedium non. Esus autem corporalis illius ligni conueniebat statui immortalitatis, esus istius ligni spiritualis omni statui: sed sacramentalis post istius ligni natiuitatem vt finitum, vel fructus. Est enim eius manducatio secundum etiam assumptam humanitatem, quam exposuit pro nobis in pretium: et nunc exponit in cibum: Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.

4. AD illud quod obijciatur de Eucharistia, quod est remedium contra venialia, dicendum quod tripliciter deficit ista ratio. Primo quia morbus venialis non est ita periculosus, vt mortalis. Secundo vero, quia per poenitentiam veniale poterat habere remedium, vt mortale. Tertio, quod sacramentum non est principaliter contra venialia ordinatum, vt infra videbitur.

QUESTIO II.

An sacramentum Eucharistiae debuerit institui ante passionem.

Alex. Alenf. 4. p. q. 20. Membr. 2. art. 1. §. 3. consequenter. S. Tho. 3. p. q. 73. art. 5. Et 4. Sent. dist. 8. q. 1. art. 3. Steph. Brules. 4. Sent. dist. 8. q. 5. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 8. q. 6.

AD OPPOSITVM

VANDO debuerit institui, et quod ante passionem, videtur: quia hoc sacramentum est relictum a Domino in viaticum ergo tunc debuit institui, quando Dominus fuit viator. Si dicas quod non sequitur, quia non dicitur viaticum, quia a viatore, sed quia datur viatori. Obijciatur tunc, quod ipse Dominus non tantum formam instituendo, sed etiam exemplum praebendo dedit.

ITEM videtur quod iuxta passionem, quia hoc sacramentum datum est in signum amoris: sed Dominus in fine ostendit specialia signa amoris ad discipulorum consolationem: Cum dilexisset suos in fine, et cetera. Ioan. 13. a

ITEM hoc sacramentum est cibus reficiens: ergo si tempus institutioni, et institutio debet esse concors effectui, videtur quod debuerit institui in hora coenae.

ITEM hoc sacramentum impletiuum erat eius quod praefiguratum erat in agno paschali: ergo si veritas debuit supponi vmbrae, videtur quod debuit institui post esum agni, et ita in coena paschali.

CONTRA: Christus conficiendo dedit formam Ad oppositum, municandi: sed post coenam non est tempus conueniens sumendi: ergo videtur quod Dominus inordinate dederit: hoc autem est inconueniens: ergo tunc non dedit.

2. ITEM hoc sacramentum sequitur baptismum: ergo

ergo debuit institui post baptismum: sed baptismus institutus est post resurrectionem: ergo, et cetera.

3. ITEM in hoc sacramento continetur Christus sacramentaliter, ut qui non est nobiscum sensibiliter, saltem sit nobiscum sacramentaliter: et in Ascensione recessit a discipulis corporaliter: ergo tunc debuit institui hoc sacramentum.

4. ITEM hoc ipsum videtur, quia est signum memoriale: sed talia melius memoriae imprimuntur, cum ultimo exhibentur, sicut dicit Augustinus in quadam psal. 118. c. Homilia ergo inter omnia quae fecit, illud debuit esse ultimum: sed multa fecit coram discipulis post resurrectionem: ergo hoc sacramentum debuit post omnia institui.

CONCLUSIO.

Eucharistia sacramentum tempore resurrectionis institui debuit, et in paschali cena, et ultima, cum ibi sit corpus Christi verum, et praecipuum sit signum amoris.

RESP. AD ARG. Dicendum quod sacramentum illud, cum sit visibile, continet corpus Christi verum, et vere est ibi cibus, et praecipuum signum amoris. Cibus inquam reficiens: et ideo tempore resurrectionis institui debuit. Cibus etiam paschalis: et ideo in paschali cena. Quia vero erat signum amoris, et in recessu debet homo ostendere amoris signa, et memoriale, ut artius in memoria maneat: ideo in ultima cena.

1. AD illud quod obijcitur, quod si tunc institutum est, quod tunc deberemus illo uti, dicendum quod hora illa conueniens fuit primae institutioni: sed vsui nostro non conuenit, quia institutio respicit effectum sacramenti, vel quod efficit, sed vsus vltimus idoneitatem suscipientis: et quia homo satur non est idoneus ad spiritualia peragenda, ideo non feruat hoc Ecclesia, nec debet seruare. Si obijcias, quod tunc Apostoli primo indebite acceperunt, dicendum quod ipsi sobrie comederant exemplo Magistrum, et iterum comederunt cibum paschalem, qui erat quodam modo spiritualis propter signantiam.

2. AD illud de baptismo, dicendum quod non est credibile, quod tunc esset forma instituta, sed quod alias instituit, ibi confirmauit, et publicauit. Similiter subdidit de hoc sacramento: Ecce ego vobiscum sum.

3. AD illud de recessu, dicendum quod Christus recessit in passione, vnde ille fuit transitus ex via, et transitus ille fuit ad nostram salutem: ideo tunc instituit cibum paschalem, sed in Ascensione fuit ad suam gloriam.

4. AD illud de memoria, dicendum quod ante passionem fuit cum eis ut focus: et ideo tunc reliquit signa amoris: sed post resurrectionem fuit ut Dominus, et quasi extraneus: vnde dicebat: Hoc est quod dicebam, cum adhuc essem vobiscum: et ideo recessus ille debuit explicare signum, et sacramentum amoris.

QUESTIO III.

An Eucharistia sacramentum prius Dominus consecravit, quam verbum protulerit.

- Alex. Alenf. 4. p. q. 20. Memb. 4. art. 2.
S. Thomas 3. p. q. 78. art. 1.
Et 4. Sent. dist. 8. q. 2. art. 2.
Richardus 4. Sent. dist. 8. art. 3. q. 1.
Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 8. q. 6.
Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 8. q. 7.

AD OPPOSITVM.

DE modo instituendi sacramentum Eucharistiae. Et cum institutio huius sacramenti fuerit in institutione verbi, quaeritur vtrum prius consecravit, quam verbum protulerit.

Et quod sic, ubi ostenditur ex textu Euangelij, scribitur: Constantibus illis accepit Iesus panem, et benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis dicens: Accipite, et cetera. Et post: Hoc est corpus meum. Ex hoc verbo duplex elicitur ratio. Prima, quia prius benedixit quam verbum proferret: sed benedictio fuit consecratio: ergo prius benedixit, et consecrauit, quam verbum proferret.

2. ITEM arguitur ex alio verbo, quia prius fregit, quam verbum proferret: sed fractio consequitur consecrationem in hoc sacramento, sicut patet: ergo prius consecravit, quam proferret verba: ergo non instituit verba conficiendo.

SEDE CONTRA: Si verba non protulit conficiendo, aut confecit alijs verbis, aut sine verbo. Si confecit alijs verbis: ergo illa maxime debent habere virtutem. Si sine verbo: ergo videtur, quod Ecclesia non imitetur summum Magistrum in conficiendo, quod videtur inconueniens, cum in isto sacramento praecipue summus sacerdos formam, et exemplar dederit consecrandi.

ITEM si non confecit his verbis: ergo verba in ore Christi fuerunt tantum significatiua: ergo non habuerunt virtutem, neque efficaciam. Si tunc non habuerunt: videtur ergo quod numquam habeant: quia non habent nunc, nisi propter illud quod factum est tunc.

CONCLUSIO.

Eucharistia sacramentum Dominus simul consecravit, et instituit: et sicut tantum semel consecravit, ita tantum semel verba protulit.

RESP. AD ARG. Dicendum quod circa hoc sunt tres opiniones satis probabiles. Prima est quod Dominus prius consecravit, quam verbum instituerit, sicut prius baptizatus est, quam formam baptismi institueret. Et ratio eorum est, quia ipse, qui est verbum patris, consecravit seipso sine verbo: nobis autem, qui indigemus virtute verbi, dedit formam post consecrationem. Alia opinio est, quod Dominus consecravit simul, et verba protulit, sed bis protulit. Primo in occulto ad conficiendum. Secundo in aperto ad formam institutam manifestandam. Primum quidem intelligitur fecisse, cum dicitur: Benedixit, ac fregit: et exponunt, Benedixit, scilicet occulte dicendo: Hoc est corpus meum: et post fregit distribuendo, et dixit aperte illud verbum: Hoc est corpus meum. Tertia opinio est, quod Dominus simul consecravit, et verbum instituit: et sicut semel tantum consecravit, ita semel tantum verba protulit, et illud videtur conuenientius. Ad quid enim totiens verba proferret, cum bene posset facere semel proferendo? Vltimus, quamuis posset conficere sine verbo, debuit tamen conficere verbum dicendo, ut Apostolis formam traderet, quia Dominus non tantum ibi suam potentiam ostendebat, sed etiam discipulos informabat. Et haec positio est communior, et probabilior. Hanc sustinendo, dicendum est quod Dominus conficiendo verba instituit, quia verba proferendo consecravit.

1. AD illud quod obijcitur, quod prius benedixit, dicendum quod benedictio illa non fuit consecratio, sed fuit quaedam praeparatio, vel magis quaedam orationis, siue gratiarum actionis praemissio, in qua ostendit nobis nullum cibum atrectandum, nisi praerua benedictione: vnde mos est Ecclesiasticorum virorum ad omnem cibum praemittere benedictionem.

2. AD illud quod obijcitur de fractione, dicendum quod duplici de causa potest esse fractio, vel ad figurandum, vel ad distribuendum. Ad figurandum, sicut sacerdos frangit in altari: et haec sequitur consecrationem. Alia vero est ad distribuendum: et sic si aliquis conficeret et pro multis, ita quod haberet vnum panem non hostias distinctas, congrue posset prius frangere: et sic fecit Dominus. Vnde fregit, ut inter discipulos distribuere.

Mat. 26.6

FVNDAMENTA.

Prima opinio est: Innocentij de off. missae, p. 3. c. 6. et 14

Opin. 2.

Opin. 3.

DIST.

DIST. VIII. PARS II. DE FORMA SACRAMENTI EVCHARISTIAE.

FORMA vero est quam ipse ibidem edidit dicens: Hoc est corpus meum. Et post: Hic est sanguis meus. Cum enim haec verba proferuntur, conuersio fit panis et vini in substantiam corporis et sanguinis Christi. Reliqua ad laudem Dei dicuntur. Vnde Ambrosius: Sermone Christi hoc conficitur sacramentum, quia sermo Christi creaturam mutat: et sic ex pane fit corpus Christi: et vinum cum aqua in calicem missum fit sanguis consecratione verbi caelestis. Consecratio quibus fit verbis? Attende quae sunt verba. Accipite et comedite ex eo omnes: Hoc est corpus meum: et iterum: Accipite et bibite ex hoc omnes: Hic est sanguis meus. Per reliqua omnia quae dicuntur, laus Deo refertur, oratio praemittitur pro populo, pro regibus. Item Augustinus: Credendam est quod in verbis Christi sacramenta conficiantur: reliqua omnia nihil aliud sunt quam laudes, vel obsecrationes fidelium et petitiones. Ecce quae sit institutio et forma huius sacramenti. Vbi consecratione dignum est, quare illud sacramentum post cenam dederit discipulis. Dominus igitur Iesus ad inuisibilia paterna Maiestatis migraturus, celebrato cum discipulis typico pascha, quodam memoriale eis commendare volens, sub specie panis et vini corpus et sanguinem suum ita eis tradidit, ut ostenderet legis veteris sacramenta, inter quae praecipuum erat agni paschalis sacrificium, in morte sua terminari, ac legis nouae sacramenta substitui, in quibus excellit mysterium Eucharistiae. Ideo etiam post alia dedit, ut hoc vnum artius memoriae discipulorum insingeretur, et ab Ecclesia deinceps frequentaretur. Sed non exinde disciplinam sanxit in posterum, ut post alios cibos sumatur, sed potius a ieiuniis sumi oportet, sicut Apostolus docet: ut singulari reuerentia diiudicetur, id est, discernatur ab alijs cibis: quod Dominus Apostolis disponendum reliquit. Vnde Augustinus: Apparet, cum primo acceperunt discipuli Eucharistiam, non eos accepisse ieiunios: Non ideo tamen calumniandum est vniuersae Ecclesiae, quod a ieiuniis sumatur semper. Placuit enim Spiritui sancto, ut in honore tanti sacramenti, prius in os Christiani dominicum corpus intraret, quam alij cibi: ideo vbiq; mos iste seruatur. Non enim quia post cibos dedit Dominus, ideo praesens vel cenati illud accipere debent, ut illi faciebant quos Apostolus redarguit. Nam Saluator, quo vehementius commendaret mysterij illius altitudinem, vltimum hoc voluit insingere cordibus et memoriae discipulorum, a quibus ad passionem digressurus erat. Quo autem ordine deinceps sumeretur, Apostolis, per quos Ecclesiae dispositurus erat, reseruaui docendum.

In li. de sacram. 4. c. 4. 10. 4. Et 4. de consec. d. 2. c. Panis est.

Epist. 53. ad 9. Sam. De consec. dist. 4. cap. Vnum, sub finem.

1. Cor. 11. 6

Ad Iannarium epist. 118. circa fin. 10. 2. De consec. d. 2. c. Liquido ap.

1. Cor. 11. d

De sacramento, et re sacramenti.

NVNC quid ibi sacramentum sit, et quid res, videamus. Sacramentum est inuisibilis gratiae visibilis forma. Forma ergo panis et vini, quae ibi videtur, est sacramentum, id est, signum sacrae rei: quia praeter speciem, quam ingerit sensibus, aliquid aliud facit in cognitionem venire. Tenent ergo species vocabula rerum quae ante fuerunt, scilicet panis et vini. Huius autem sacramenti gemina est res, vna scilicet contenta, et significata, altera significata et non contenta. Res contenta et significata est caro Christi, quam de Virgine traxit, et sanguis quem pro nobis fudit. Res autem significata, et non contenta est vnitas Ecclesiae in praedestinatis, vocatis, iustificatis, et glorificatis. Haec est duplex caro Christi, et sanguis. Vnde Hieronymus: Dupliciter, inquit, intelligitur caro Christi, et sanguis eius: vel illa quae crucifixae est et sepulta, et sanguis qui militis lancea effusus est, vel illa spiritualis, ac diuina, de qua ipse ait: Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus: Et: Nisi manducaueritis carnem meam, et biberitis meum sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Sunt ergo hic tria distinguenda. Vnum, quod tantum est sacramentum: alterum, quod est sacramentum, et res: et tertium, quod est res et non sacramentum. Sacramentum et non res, est species visibilis panis et vini. Sacramentum et res, caro Christi propria, et sanguis. Res et non sacramentum, mystica eius caro. Porro illa species visibilis sacramentum est geminae rei: quia utramque rem significat, et utriusque rei similitudinem gerit expressam. Nam sicut panis praeter ceteris cibis corpus reficit et sustentat, et vnum hominem reficit atque inebriat: sic caro Christi interiorum hominum plus ceteris gratis spiritualiter reficit et saginat: Vnde in Psalmo: Calix meus inebrians, quam preclarus est! Habet etiam similitudinem cum re mystica, quae est vnitas fidelium: quia sicut ex multis granis conficitur vnus panis

Tertia consideratio de Sacramento colligitur ex li. 10. de Ciuit. Dei c. 5. 10. 5. De consec. d. 2. c. Species Committ. in Eph. c. 1. de de consec. dist. 2. c. Dupliciter.

Psal. 22. 6

panis

panis, et ex pluribus acinis vinum in unum confluit: sic ex multis fidelium personis unitas Ec-
clesiastica constat. Unde Apostolus: Unus panis, et unum corpus multi sumus, et c. Vbi Augu-
stinus: Unus panis, et unum corpus Ecclesia dicitur, pro eo quod sicut unus panis ex multis gra-
minis, et unum corpus ex multis membris componitur: sic Ecclesia ex multis fidelibus charitate com-
pulsante connectitur. Hoc mysterium pacis, et unitatis nostræ Christus in sua mensa consecrauit.
Qui accipit hoc mysterium unitatis, et non tenet vinculum pacis, non accipit hoc mysterium pro se,
sed contra se. Cuius etiam sacramentum est corpus Christi proprium de Virgine sumptum: quia
ut corpus Christi ex nullis membris purissimis et immaculatis constat, ita societas Ecclesiastica
ex multis personis a criminali macula liberis consistit. In cuius rei typo facta est arca Domini de
lignis Sethim: quæ sunt impubilia, et alba spina similia.

DIST. VIII. PARS II. A Non ideo tamen calumniandum est uniuersa Ecclesia.

De sacramento Eucharistiæ secundum quod duo-
bus integratur, verbo scilicet, et elemento.

Forma vero est, quam ipse ibidem edidit, et cet.

Expõsitio textus.



PRÆ agit Magister de antecedenti-
bus sacramentis Eucharistiæ. Hic agit
de ingredientibus ipsum, quæ sunt duo,
scilicet verbum, et elementum, siue
visibile signum, et hæc pars habet duas
partes. In prima agit de forma verbi.
In secunda vero de significatione, siue conuenientia
signi. Nunc quid ibi sit sacramentum. Vtraque pars
habet duas. Nam in prima determinat primo, quæ sit
forma. Secundo, qualiter est vtendum ea, vtrum, sci-
licet sicut instituta est quantum ad tempus: et hoc faci-
t, ibi: Vbi consideratione dignum est. Similiter secun-
da pars, in qua agit de ratione signandi, habet duas.
In prima determinat, quid sit ibi signum, et signatum.
In secunda determinat similitudinem, et conuenientiam
vnius ad alterum, ibi: Porro illa species visibilis.

Attende quæ sunt verba: Accipite, et comedite.
Dub. I.

Videtur hic innuere Magister, quod hæc sit forma.
Sed contra hoc est, quod Ecclesia his verbis non vti-
tur: ergo non conficit ergo Ecclesia aut male facit, aut
Magister falsum dicit.

Opinio. 1. R E S P. Dicendum quod circa hoc sunt duæ opi-
niones. Aliqui dicunt, quod vis data est verbis, quod
solum his verbis fit confectio, quæ dicit Ecclesia: et si
verba immutantur, quantumcumque sit sensus idem,
non conficitur: et ideo dicunt, quod in his verbis non
fit confectio, siue consecratio, et dicitur quod Magi-
ster non dat ibi formam. Alij dicunt aliter, quod mu-
tatio in modo enuciandi, dum tamen seuetur sensus,
non impedit consecrationem. Vnde in forma quam
ponit Magister, ita bene est confectio, sicut in for-
ma, quæ ponitur in canone. Verumtamen hoc asse-
rendum est, quod in forma, quæ in canone scribitur,
conficitur sacramentum. De hac est vtilius dubitare.
Quis enim potest scire, vtrum Euangelistæ, et ipse Apo-
stolus formam intenderent describere: ideo melius est
hic pie dubitare, quam presumptuose diffinire. Cre-
do tamen, quod si aliquis ita conficeret, non esset par-
uipendendum, immo honor, et reuerentia est exhiben-
da propter periculum: et propter hoc quod non possumus
discernere: quia maius periculum est in contem-
nendo hostiam consecratam, quam non consecratam
venerari pro consecrata: vtpote si non consecrata com-
mifceatur alijs consecratis, a quibus non possit discer-
ni, melius est totum venerari, quam despiciere aliquam
ex eis, cum non possit cognosci. Si quis tamen for-
mam Ecclesiæ ex certa scientia mutat, grauius peccat.

Opin. 2.

Videtur enim quod immo valde calumniandum est:
quia seruandum est, et imitandum, tam factum, quam
verbum: et iterum, magis quod dicit Dominus, quam
seruus: sed Dominus confecit post cœnam: ergo quanti-
uis Apostolus dicat contrarium, videtur quod magis
post cœnam conficiendum sit.

R E S P. Dicendum quod in his, quæ Dominus præ-
cepit magis obediendum est Domino, quam alicui alijs:
sed tamen non omne factum Domini est præceptum,
quia non omnia fecit ad imitationem, sed quædam fe-
cit ad signationem, et manifestationem veritatis, sicut
dicitur fecisse Dominus, quando fuit circumcisus, quia
hoc non fecit ad imitationem, sed potius ad instru-
ctionem alicuius rei cognoscendam, vel spiritualiter fa-
ciendam: sic cibum illum instituit post cœnam in si-
gnationem effectus, vel etiam aliorum, quæ tangun-
tur in littera.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam huius partis secundum duo, quæ
determinat hic Magister, duo principaliter qua-
runtur. Primo quaeritur de forma verbi in sacramen-
to Eucharistiæ. Secundo de signatione ipsius sacramen-
ti. Circa primum quaeruntur duo. Primo quaeritur
de forma verbi super panem. Secundo de forma ver-
bi super vinum.

QVÆSTIO I.

An forma consecrationis panis sit hæc: Hoc est
corpus meum.

- Alex. Alons. 4. p. q. 10. Membr. 4. art. 2. §. 1.
S. Tho. 3. p. q. 78. art. 2.
Et 4. Sent. dist. 8. q. 2. art. 3.
Guilel. Alisford. 4. Sent. tract. 5. c. 1.
Scotus 4. Sent. dist. 8. q. 2.
Richardus 4. Sent. dist. 8. art. 3. q. 1.
Durandus 4. Sent. dist. 8. q. 2.
Ioan. Bacch. 4. Sent. dist. 8. q. 3.
Tho. Arg. 4. Sent. dist. 8. q. 1. art. 2.
Stephanus Brulef. 4. Sent. dist. 8. q. 8.
Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 8. q. 12.
Gabr. Biel. 4. Sent. dist. 8. q. 3.

QVANTVM ad formam panis, quæ est?
Hoc est corpus meum. Quaeritur primo
quantum ad subiectum, scilicet quo ad pro-
nomen. Cum enim Hoc sit pronomen, et
non relatiuum: ergo est demonstratiuum, quia aliter
esset casum, vt dicit Priscianus. Si ergo demonstrat,
aut ad intellectum, aut ad sensum. Si ad intellectum,
tunc

tunc quaero quid. Non potest dici nisi corpus Christi
verum: ergo sensus est: Corpus meum, est corpus meum.
Hoc nihil videtur, quia nullam rationem operandi dicit.
Si ad sensum: ergo sensus est: Panis est corpus
meum: sed hoc simpliciter est falsum: ergo neutro mo-
do potest accipi.

L. 1. dist. 4. super litt. dub. 1. I T E M hoc pronomen importat demonstratiue non vt conceptam, sed vt exercitam: sed demonstratio non exercetur nisi circa illud, quod actu est tempore prolationis: ergo si cum profertur pronomen non est ibi nisi panis: demonstratur ergo panis: ergo idem quod prius.

Aristot. 1. Elon. 3. I T E M regula est, quod terminus supponens ver-
bo de præfenti non habenti vim ampliandi, supponit
pro eo, quod actu est: sed actu non est ibi nisi panis:
ergo supponit pro pane: sed illi non conuenit prædica-
tum: ergo locutio falsa. Quaeritur etiam de composi-
tione, scilicet quæ est in hoc verbo Est: et cum ista for-
ma sit forma operatiua, videtur quod deberet ibi poni
verbum operatiuum. Sed hoc verbum Est, est verbu
extractionis, id est extra operationem: ergo nullo mo-
do deberet ibi poni.

I T E M hoc verbo Christus confecit, et sacerdos
intendit conficere, sicut Deus verbo increato creauit:
ergo si ad prolationem huius verbi statim fit transub-
stantiatio, verbum illud est imperiosum: ergo videtur
similiter quod potius verbo imperatiuum vti deberet
sic, scilicet, fiat corpus meum, sicut in creatione non
dicitur est, sed fiat lux.

I T E M subiectum, et prædicatum dicunt formas in-
compossibiles: sed verbum substantiuum præfentis tẽ-
poris dicit simulatim formarum prædicati, et subiec-
ti: ergo non debet dici de præfenti, hoc est, sed, hoc
erit. Quaeritur etiam de hoc prædicato, Corpus meum:
videtur enim quod deberet magis dici caro, quia caro
magis est conueniens cibationi: vnde: Caro mea vere
est cibus.

I T E M si ista verba profertur a conficiente: er-
go cum conficiens loquitur de Christo, vt de tertia
persona, non debet dici meum, sed Christi. Si dicas
quod Christus vim dedit his verbis, sicut vinum dedit in
nomine suo demonia expellere, cum dixit: In nomine
meo demonia eijcient: Et tamen eijcientes dicebant
in nomine Christi.

I T E M cum de forma aliorum sacramentorum sint
actus pertinentes ad intentionem, et vsum, siue ad con-
secrationem: ergo videtur quod antecedit, scilicet: Ac-
cipite, et comedite: et hoc quod sequitur, scilicet: In
mei memoriam facietis, sit de forma. Quaeritur ergo
quæ sit forma præfite, et quare non ponitur ibi ver-
bum exprimens actum ministri.

CONCLVSIO.

Forma consecrationis, videlicet: Hoc est corpus meum, ex
sex conditionibus demonstratur conueniens.

Opin. 1. R E S P. AD ARG. Dicendum quod circa hoc
multiplex fuit opinio. Quidam enim dicunt, quod ver-
ba illa dicit sacerdos non vt sua, sed vt Christi: vnde
materialiter tenentur: nec tunc est quaerere, quid ibi
demonstretur per pronomen, vel quid completer per
verbum. Sed hoc non sufficit dicere. Primo quidem,

Improbatio. quia etsi verba in persona alterius proferantur, nõ pro-
pter hoc omnino materialiter tenentur, sed significati-
ue, cum recitentur in eo sensu, in quo ille dixit. Præ-
terea, similiter possumus quaerere secundum quod a
Christo prolata sunt. Alij dicunt, quod verba tenen-
tur significatiue: sed oratio non habet veritatem pro
tempore in quo profertur, sed pro tempore in quo pro-
lata est, vt hæc oratio: Ego bibo, non est vera pro tem-
pore prolationis, sed pro tempore sibi coniuncto. Sed
illud non soluit, quia aut demonstratur ibi panis, aut

Opin. 2. Improbatio. corpus Christi. Si panis, nullo tempore est oratio vera.
Si Christi corpus, est omni tempore vera. Alij di-
cunt, quod tenetur significatiue oratio: et vera est etiã
pro tempore in quo profertur, sed non demonstratur
ibi aliquid ad sensum, sed ad intellectum. Ad intel-
lectum inquam non sicut simile in simili, vt cum dicitur
hæc herba creuit in hortu meo, sed sicut signatum in
signo, vt sit sensus: Hoc, id est, signatum per hoc, est
corpus meum: et hæc signatio orationis vera est, etiam
si nihil fieret. Sed rursus, quia signationi vocis addita
est ex institutione diuina virtus efficacissima, vltimus
oratio illa, et ex Domini institutione, et ex sacerdotis
intentione est conuersiua, vt sit sensus: significatiue per
hoc quod est conuertendum in corpus meum, est corpus
meum: et hæc opinio probabilior est prædictis.
A dhuc tamen illud non plene satisficit. Si enim, vt di-
cit Augustinus, verbum debet accedere ad elementu,
vt fiat sacramentum: et elementum non est ibi signa-
tum, sed magis illud, quod in corpus conuertitur: non
demonstratur ergo corpus Christi, sed substantia panis
sub accidentibus, quæ possunt oculis conspici. Et hoc
quidem verum est maxime, cum intentio conficientis
super panem feratur, et conuertatur in corpus, et illud
demonstrat super quod fertur sua intentio. Propter
hoc notandum, quod ista oratio singularis est inter om-
nes orationes: alia enim sunt indicatiue veritatis, siue
existentia: hæc autem id ipsum quod figurat, facit. Vn-
de est verbum operatiuum. Et operatiuum non opera-
tione successiua, sed instantanea. Et operatiuum nõ alicuius
rei nouæ, vel non existentis, sed terminus eius est
ens actu completum, et non mutatum: et ad illud qui-
dem terminatur, vt est alterius signum, id est corporis
Christi mystici. Et hoc totum facit virtute verbi increa-
ti adiuncta ministro, circa materiam nihil agente. Ex
his sex conditionibus patet ratio omnium dictorum in
hac forma, si quis inspiciat: Quia enim hic sermo est
conuersiuis, et transitiuis, siue ad transitionem ordi-
natus, ideo operatiuis: et operatio est circa substan-
tiam panis, ideo pronomen demonstrat panis substan-
tiam sub accidentibus, quæ oculis conspici possunt: et
tangitur illud, quod conuertitur, per subiectum, sicut
illud, in quod, per prædicatum. Quia vero terminus
operationis est actu ens non innouatum: ideo debet
poni ibi verbum essendi, non fiendi, vt significetur con-
uersio esse sine mutatione termini, scilicet in eo quod
est. Quia subito: ideo simul est fieri, et factum esse:
ideo est præfens verbum instantaneum, et non futurum:
er tale est præfens huius verbi est, scilicet sum, es: ideo
melius dicitur est, quam erit. Quia vero operatio ter-
minatur ad corpus Christi verum, vt signum mystici,
in quo est diuersitas operationum: ideo dicitur corpus
non caro, quia corpus commune est ad totum ethero-
geneum, et homogeneum: caro autem dicit homogeneum.
Quia vero hoc operatur virtute verbi increati
coniuncta, et vt coniuncta, ideo dicit meum. Loquitur
enim sacerdos in persona Christi: ideo pro Christo di-
cit meum. Quia vero minister nihil operatur circa ma-
teriam, nec immutat: ideo nihil plus est de forma: et-
enim si minister non tangat, nec frangat, dum tamẽ in-
tendat, et verba dicat, confectum est: non sic est in ba-
ptismo. Ex his patent omnia obiecta, hoc solo excep-
to, scilicet de veritate locutionis. Quo modo enim est
locutio vera, si demonstratur substantia panis, cum
hæc sit semper falsa: panis est corpus Christi, cum sint
formæ impossibiles? Et si tu dicas, quod hoc ver-
bum Est, non dicit ibi inherentiam, sed potius con-
uerfionem: tunc ergo secundum hoc potius compete-
ret verbum imperatiuum. Et propterea notandum, quod
sicut in verbo æterno filio Dei Domino nostro Iesu
Christo est veritas, et omnipotentia: sic in verbo suo
ab ipso prolato est veritas, et efficacia, vt tale verbum
sacramentis nouæ legis, competat: ideo debuit ita di-
cere verbum enuciatiuum veritatis, sicut est ipsa ve-
ritas, ac per hoc indicatiuum. Et quia non esset verum
simplici

Opinio 3.

Improb. In 10. tract. 80. in ma-
dio. 9.

Determi-
natio. S. Tho. 3. p.
q. 78. ar. 5.
et Scot. d. 8
q. 2. qui in
aliquibus
contradictis
S. Tho.

simplici enunciatione: vt non sit falsus, iunxit verbo efficaciam ore suo. Et quia mandauit alijs facere, et dicere, et ipse non iubet aliquem esse falsum: ideo in ore eorum, in quibus dedit mandatum, dedit verbo efficaciam. Et ideo hoc verbum *Est*, in hac oratione non identitatem, nec similitudinem signat: sed hoc esse corpus, hoc est ad huius verbi prolationem hoc totum transire in corpus: vnde oratio ista in ore alterius, quam in ore sacerdotis, falsa est, quia non conuertit, neque transubstantiat hoc in illud, nec vera est per identitatem. Et hic sensus quamuis sit huic orationi proprius, et similiter formæ sanguinis: tamen non est alienus a ratione, pensatis conditionibus superius assignatis. Ex quibus alia obiecta patent. Nec videatur inconueniens dicere, quod hoc verbum, *est*, non identitatem dicit, sed potius conuersionem in hac oratione, quæ non tantum est significatiua, sed etiam operatiua. Magis tamen debuit poni verbum essendi, quam operandi, quia magis competebar formæ, vt simul esset efficacia cum veritatis enunciatione, simul etiam notaretur termini immutabilitas cum conuersione.

Est quid significet Scot. vult quod dicitur identitatem.

QVÆSTIO II.

An forma consecrationis calicis sit hæc: *Hic est calix sanguinis mei*, et cetera.

- Alex. Alenf. 4. p. q. 10. Memb. 4. art. 2. §. 4.
- S. Thomas 3. p. q. 78. art. 3.
- Et 4. Sent. dist. 8. q. 2. art. 2. q. 1.
- Scot. 4. Sent. dist. 8. q. 2.
- Richardus 4. Sent. dist. 8. art. 3. q. 2.
- Durandus 4. Sent. d. 8. q. 2.
- Ioan. Bacch. 4. Sent. dist. 8. q. 3.
- Tho. Arg. 4. Sent. dist. 8. q. 1. art. 2.
- Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 8. q. 9.
- Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 8. q. 23.
- Gabr. Biel 4. Sent. dist. 8. q. 3.

AD OPPOSITUM.

DE forma verbi super vinum, et hoc habetur in Canone: *Hic est calix sanguinis mei, et cetera.* Sed videtur quod hæc non sit forma, propter hoc quod Magister dicit, quod hæc est forma: *Hic est sanguis meus: cum ergo non sint duæ, patet, et cetera.*

2. **ITEM** in nullo Euangelistarum habetur hæc forma, quia in Mattheo, et Marco dicitur: *Hic est sanguis.* In Luca: *Hic est calix in meo sanguine:* si ergo non debet simpliciter credi alicui quod non sit in nouo, vel veteri Testamento, sed nouo et veteri simpliciter est credendum: ergo et ista forma est abijcienda, et quæ est in Euangelio tradita, est tenenda.

3. **ITEM** quæro de huius formæ congruentia, et cum in forma non debeat poni nisi quod spectat ad essentiã sacramenti, et calix non sit nec de materia, nec de forma, sed vas continens, ergo nõ debet in forma poni.

4. **SI** dicas, quod tenetur transumptiue, quæro ad quid. Si ad passionem: ergo sensus est: *Hæc est passio sanguinis.* Si ad potum: ergo sensus est: *Hic est potus.* Sed sicut sanguis est potus, sic corpus est cibus: ergo si in forma panis non dicitur: *Hic est cibus corporis,* nec in forma vini debet dici: *Hic est potus sanguinis.*

5. **ITEM** vbi est sermo translatus, ibi est improprietas, et vbi est improprietas, ibi est occasio erroris: et omnis talis excludenda est: ergo, et cetera.

6. **ITEM** vbi transumptio, ibi sunt plures intellectus, scilicet proprius, et transumptus: sed multiplicitas intellectuum est ratio euagandi, quod specialiter debet esse alienum a dispensante, et conficiente hoc sacramentum: ergo, et cetera.

Mat. 26. c. Mar. 14. c. Luc. 22. b.

7. OBJICITUR autem vltra de hoc, quod est sanguinis. Si enim hoc est principale in sacramento, videtur quod debeat exprimi in recto potius, quam in obliquo.

8. **ITEM** si calix stat ibi pro contento, et contentum non differt a sanguine, et obliqui sunt transitui: ergo non debet poni in obliquo. Quæritur etiam vltra de hoc quod dicitur noui, et æterni testamenti: quia si testamentum nouum, non ergo æternum: ergo male coniungitur vnum cum altero.

9. **ITEM** videtur quod non deberet poni: *Mysteriũ fidei*, quia in alijs sacramentis est mysterium fidei: et tamen non ponitur: ergo nec in isto debet poni.

10. **ITEM** additur: *Qui pro vobis, et pro multis effundetur:* quare similiter nõ dicitur de corpore: *Tradetur.*

11. **ITEM** quare distinguitur? cum enim æqualiter pro omnibus sit effusus, videtur quod non deberet dicere, *pro vobis, et pro multis:* sed, *pro omnibus.*

CONCLUSIO.

Forma consecrationis calicis, videlicet: *Hic est calix sanguinis mei, est recta, et certa, et tota congrua: quod autem additur, est de bene esse.*

RESP. AD ARG. Dicendum quod hæc forma: *Hic est calix sanguinis mei, est forma recta, et certa, et forma congrua:* Sed vtrum sit tota, an quod sequitur sit de integritate, dubium est: creditur tamen quod est tota: Tamen quod sequitur non est frustra additum, nec debet aliquid refecari. Quod autem ista sit forma recta, patet per hoc, quod ipsam tenet Romana Ecclesia, quæ fuit ab Apostolorum principibus edocta. Vnde Innocentius: Romana Ecclesia illud semper integra fide seruauit, quod ab ipsis Apostolis, qui eam præsentialiter factis, et doctrinis Ecclesiasticis ritus docuerunt, accepit: ab ipsis scilicet Apostolis Petro, et Paulo, quos viuos auctores habuit, defunctos custodit: hunc ritum sacrificij accepit, quem hæc tenens immobilis cultu seruauit. Accipienda est igitur forma a Canone, quia illa traditur non per modum narrationis, sed institutionis: Magister autem non intendit dare formam, sicut nec in alijs sacramentis fecit, sed illi consimilem insinuare. Accipienda est igitur ab ipsis Apostolis, non ab Euangelistis, quia Apostoli Ecclesiam instituerunt secundum quod a Domino acceperunt: Euangelistæ vero diuina verba, et opera narrauerunt, attendentes ad intellectum, non ad vocem. Ideo nec Euangelistæ in forma conueniunt, quia forma fortassis tradere non intendunt, sed conueniunt in sensu, quem narrare volebant. Et sic patet quod hæc est forma. Vtrum autem illa, quæ traditur in Euangelij, sit forma, in qua conficiatur, quis audeat negare, aut quis præsumat asserere, cum nesciamus, an ipsi intenderunt formam describere, an verba narrare? Quod si intenderunt formam dare, forma in illis verbis omnibus saluatur: et modica variatio verbi, saluo sensu formam non mutat: et ita ex hoc non habetur, quod ista quæ habetur in canone, non sit forma: immo vere est forma, cum in sensu cum alijs conueniat. Quod si nõ intendat: tunc restat, quod ista est forma, ac per hoc hæc forma est recta, et certa.

1. 2. 3. 4. **E**T patet responsio ad prima duo obiecta. Est etiam congrua, quia in hoc sacramento significatur sanguis Christi, vt effusus in pretium, et vt administratus in potum: sanguis neutrum dicit de se expresse, sed per coniunctionem cum calice, quia sanguis in calice vt effusus, et potandus proponitur. Ideo calix in scriptura significat aliquando passionem, vt in Mattheo: *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* Significat et potus refecionem per transumptionem. In Psalmo: *Calix inebrians quàm præclarus est.* Propter hunc duplicem tropum melius dicitur, *calix sanguinis, quàm sanguis per se.* Si ergo quærat ad quid transmittitur, dico quod ad contentum. Vnde dicitur.

Vide lib. 4. de sac. alt. myst. c. 6.

De celebr. Missæ. c. 6. et Martha.

Questio in cidens.

Mat. 20. c. Psal. 22. b.

de dicitur calix sanguinis, sicut calix vini, cum dicitur, *bibe calicem.* Si quæras, quare non de corpore dicitur, cibus corporis, dicendum quod corpus Christi de se cibus est: sed sanguis non dicitur potus, nisi prout proponatur in calice passionis.

5. 6. **AD** illud quod obijcitur, de transumptione quod est occasio erroris, et euagationis, dicendum quod hoc verum est, vbi est transumptio occulta, impropria, et inconsueta: sed sic non est hic.

7. 8. **AD** illud quod vltra quæritur quare sanguinis ponitur in obliquo, dicendum quod in recto intelligitur, nec obliquus, et rectus construntur transitue vt diuersa, sed identitas est, sicut cum dicitur potus vini, vel creatura salis: et sic patet quod est forma congrua. Est etiam tota, et perfecta sufficiens enim est ad signandum transubstantiationem vini in sanguinem Christi. Vnde quod additur, est de bene esse, quia in sequentibus describuntur effectus sanguinis in hoc sacramento figurati: et in passione effusi, qui triplex est. Vnus est testamenti inuouatio, et inuouati confirmatio, quia in morte confirmatur testamentum, et nouum efficitur, quia vetus quod in sanguine taurorum fuerat confirmatum, ibi est euacuatum: ideo dicit: *Noui, et æterni Testamenti.*

9. **ALIUS** effectus effusionis sanguinis est fidei manifestatio, quia quod erat sigillatum, et secretum, in passione agni est apertum: ideo dicitur: *Mysterium fidei*, scilicet secretum: hoc enim erat in fide secretissimum, et hoc reuelato reuelata est fides: vel quia difficilior ad credendum.

10. 11. **TERTIVS** effectus est salus quorundam iudeorum, et multorum gentilium: et ideo dicit: *Qui pro vobis:* per Apostolos intelligens Iudeos: et pro multis per hoc intelligens Gentiles. Vel ideo dicitur, quia in hoc sacramento sacerdotes debent pro se specialiter, et pro alijs rogare: ideo dicit, *pro vobis sacerdotibus, et pro multis subditis per vos conuertendis.* Posset hic quæri de harum formarum variatione quantum ad additionem, diminutionem, et cetera consimilia: et de hoc sentiendum est, quod dictum est circa formam baptismi. Hic enim sunt diuersæ opinionones. Nam quidam dicunt, quod qualiscumque variatio saluo sensu non tollit efficaciam formæ. Alij verò dicunt, quod minima mutatio tollit, quia in his verbis sic ordinatis data est virtus: sed sicut tactum fuit supra: *Melius est viam mediam tenere: vnde quæ ibi dicta sunt, hic etiam supponenda sunt.*

Par. 1. art. 2. q. 3.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER quantum ad secundum articulum quæritur de sacramento Eucharistiæ quantum ad signationem. Et circa hoc quærentur duo. Primo quæritur, quid sit ibi res, et quid sacramentum. Secundo quæritur de vnitare huius sacramenti.

QVÆSTIO I.

An tria sint in sacramento Eucharistiæ.

- Alex. Alenf. 4. p. q. 10. Memb. 3.
- Stephanus Brulef. 4. Sent. dist. 8. q. 10.

AD OPPOSITUM.

CIRCA primum proceditur sic: Magister dicit, quod aliquid est ibi sacramentum tantum, vt species visibilis, et aliquid res tantum, vt corpus Christi mysticum, et aliquid res, et sacramenti, vt corpus Christi verum, quod est res primi, et sacramentum tertij. Et videtur primo quod species visibilis non sit sacramentum corporis, quia sacramentum non sit res prima, et cetera.

tum naturalem debet habere similitudinem ad rem: sed species non habet similitudinem, quia tam corpus Christi verum, quàm mysticum, est totum heterogeneum, sed species homogeneum: ergo, et cetera. Si dicas, quod species componitur ex pluribus granis, hoc nihil est, quia illa non sunt heterogenea, sed vniuersalia: vel homogenea. Præterea: Species est accidens: ergo non componitur.

2. **ITEM** Sacramentum nouæ legis efficit: sed species nullam habent omnino operationem respectu contenti: ergo non sunt sacramentum.

3. **ITEM** quod corpus Christi verum non sit sacramentum corporis mystici videtur, quia sacramentum est signum, signum autem est quod se offert sensibus: sed corpus Christi, vt est sub illis speciebus, non offert se sensibus: ergo, et cetera.

4. **ITEM** si est sacramentum: ergo signum ex institutione significans: sed corpus Christi verum non est institutum ad significandum mysticum, nec debet institui, quia est nobilior, sicut caput toto corpore: ergo non est sacramentum.

5. **ITEM** obijcitur de mystico, quod non sit res, quia res cuiuslibet sacramenti est aliqua gratia, quia dicitur sacramentum inuisibilis gratiæ visibilis forma: ergo cum corpus mysticum non sit gratia, non est res huius sacramenti.

6. **ITEM** res cuiuslibet sacramenti nouæ legis est effectus eius: sed corpus Christi mysticum non est effectus huius sacramenti, quia effectus non præcedit causam: sed corpus mysticum præcedit sacramentum: ergo, et cetera.

CONCLUSIO.

In sacramento Eucharistiæ tria sunt, species visibilis, corpus Christi verum, et corpus Christi mysticum. Primum est signum secundi, et tertij: secundum est res primi, et signum et causa tertij.

RESP. AD ARG. Sicut dicit Magister, tria sunt in hoc sacramento, species visibilis, corpus Christi verum, et corpus mysticum. Et secundum quod dicit Hugo: Primum est signum secundi, et tertij. Secundum est res primi, et signum, et causa tertij. Et tertium est res secundi, et veritas primi: vnde reperitur hic ratio efficiendi, et significandi, vnde est sacramentum verum nouæ legis.

Hugo lib. 2. p. 8. c. 7.

1. **AD** illud quod obijcitur, quod debet habere similitudinem, dicendum quod species comparisonem habet ad materiam cõponentem, siue ex qua constat, quia est ex granis, et comparisonem habet ad effectum consequentem, siue quem dat, qui est cibus. Si ad materiam, sic ex granis purissimis ad inuicem vnitis, et sic habet similitudinem cum corpore mystico, quod constat ex fidelibus puris, fide et charitate copulatis. Et si obijcias, quod est diuersarum operationum, non valet, quia vniantur vt consimiles in vnitare fidei, et charitatis. Si autem comparatur ad effectum, qui est cibus, tunc habet similitudinem ad corpus Christi verum, quod est vere cibus. Potest tamen dici, quod ad vtrumque comparatur ratione eorum, ex quibus conficitur, quia corpus Christi verum est ex purissimis sanguinibus, et corpus Christi mysticum ex puris fidelibus. Quod autem hic membrorum significetur varietas, hoc est per accidens, scilicet ratione corporis Christi, quod traxit de Virgine, quod est corpus organicum. Et si obijcias, quod species non componitur, nec reficit, dicendum quod retinet idiomata substantiæ, quæ prius ibi fuit, et ratione illius sunt signa conuenientia.

2. **AD** illud quod obijcitur de causalitate, dicendũ quod illud, quod est sacramentum tantum, si comparatur ad medium, per se non habet rationem efficiendi aliquam, vel causandi, nisi adiuncto verbo, vt patet in aqua

in aqua respectu characteris: sic in speciebus respectu corporis. Similiter si comparatur ad tertium habet rationem efficiendi mediante secundo, ut ablutio exteriorum cum caractere. Similiter hic species exteriores ratione corporis Christi veri interius contenti, quod vnit, et incorporat.

3. 4. A D illud quod obijcitur de corpore vero, dicendum quod ex se habet naturalem aptitudinem ad representandum. Quod autem representet, hoc non conuenit ei secundum se, sed prout subest speciebus visibilibus institutis: et quantum ad hoc est signum visibile institutum voluntarie in altero, non in seipso: nec ad signandum est institutum secundum se, sed ad efficiendum in se tamquam nobilius, ad significandum vero vt est contentum in altero: et hoc nihil derogat sibi.

5. 6. A D illud quod obijcitur de corpore mystico, quod non est res, dicendum quod res huius sacramenti non dicitur corpus mysticum ratione partium, sed ratione vnionis: et illa vnio est gratia, et effectus sacramenti. Si obijcias, quod effectus sequitur causam, dicendum quod vnio in corpore mystico potest esse dupliciter, vel ab vnitate virtutum contingentium, vel a gratia sacramentali, secundum quam fumentes magis Christo incorporantur: et sic per consequens magis ad inuicem vniantur. Prima praecedit, et non est res: secunda sequitur, et est effectus, et res huius sacramenti: et sic patet illud.

QVÆSTIO II.

An Eucharistia sacramentum sit vnum.

Alex. Alenf. 4. p. q. 10. Memb. 3. art. 1. S. Thomas 3. p. q. 72. art. 1. Et 4. Sent. dist. 8. q. 2. art. 1. q. 2. Richardus 4. Sent. dist. 8. q. 2. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 12. q. 1. art. 2. Steph. Brulof. 4. Sent. dist. 8. q. 1. 1.

FVNDAMENTA.

DE vnitate huius sacramenti. Et quod sit vnum sacramentum, probatur, quia Ambrosius dicit, quod simplex est sacramentum: sed hoc est sacramentum: ergo simplex: ergo vnum.

ITEM ratione videtur, quia hoc sacramentum vnus effectus est causa, et ad vnum ordinatur: ergo est vnum, et non plura.

ITEM tantum septem sunt sacramenta: sed si hoc non esset vnum, essent sacramenta plura quam septem: ergo, et cet.

AD OPPOSITVM.

1. CONTRA: In Collecta: Purificent nos quæsumus Domine sacramenta, quæ sumpimus: et in multis alijs locis: ergo, et cet.

2. ITEM signata in hoc sacramento sunt plura, scilicet corpus Christi verum, et corpus Christi mysticum, quæ omnino habent differentem vnitatem. Nam corpus Christi verum est vni vnitate integritatis: sed corpus mysticum est vnum vnitate formæ aggregationis: ergo, et cet. Si dicas quod sunt ad inuicem ordinata, ita quod vnum per alterum: obijcitur, quia plura sunt significata immediate, et ex æquo, vt corpus, et sanguis. Si dicas quod sunt annexa, hoc non soluit, quia secundum veritatem sacramenti non sunt vt annexa.

3. ITEM sacramentum est signum essentialiter: sed plurificato superiori plurificatur inferius: sed in Eucharistia sunt plura signa: ergo et plura sacramenta. Si dicas, quod plura sunt signa ratione specierum, sed vni significatum, et ideo vnum sacramentum. Contra: In nomine est vox, et significatum, sicut in sacramento: sed Marcus, et Tullius, etsi idem significant, tamen diuersa sunt nomina: ergo et in sacramento ista etsi idem

sint res, plura tamen debent dici sacramenta.

4. ITEM ista duo constituunt sacramentum, verbum, et elementum in ratione materialis, et verbum in ratione formalis: ergo vbi plura verba, et elementa, ibi plura sacramenta. Sed sic est in proposito. Si dicas, quod ordinata sunt ad vnum: et ideo sunt vni. Contra: Causa vniuersalis, et particularis ad vnum effectum ordinantur, nec tamen sunt vna causa, sed plures cause: ergo, et cet.

CONCLUSIO.

B Eucharistia sacramentum non est vnum vnitate simplicitatis, sed integritatis in signo, et ordinatur ad vnum, scilicet ad vnionem corporis mystici.

RESP. AD ARG. Dicendum quod vnitas sacramenti non est vnitas simplicitatis: constat enim ex verbo, et elemento, sed integritatis: nec integritatis absoluta, sed in comparatione, quia non vniantur in tertio tamquam in forma, sed tamquam in signo. Quoniam ergo hoc sacramentum quamuis duo signa contineat, et duo verba, quia tamen ex his perfectum resultat signum, et ordinatum ad vnum, scilicet ad vnionem corporis mystici: ideo est vnum sacramentum. Ratio autem talis integritatis, et ordinationis vnus dispositiue venit a natura, quia nec panis est per se plene reficiens, nec vinum, sed vtrumque. Et vna plena refectio in natura venit ex vtroque, et ita disposita sunt ad vnam refecionem signandam. Sed completiua venit ab institutione diuina, qua vna institutione hæc duo signa ordinantur ad significandam vnam perfectam refecionem: et ideo vnum sacramentum ratione naturæ, et institutionis diuinæ: vnde quia ex pluribus integratur, ideo Gregorius materialiter loquendo in Collecta dicit, sacramenta. Quia vero vna ordinatione ordinatur: ideo statim dicit, et praista, vt hoc tuum sacramentum, et cet. et sic patet illud Gregorij.

Consensus S. Tho. 3. p. q. 72. art. 2.

1. A D illud quod obijcitur, quod plura sunt signata, dicendum quod vnum est propter alterum, et per alterum, quia verum signat mysticum.

2. A D illud autem quod obijcitur de sanguine, dicendum quod annexa sunt. Vnde sicut oblato agni, et eius sanguinis non sunt duæ oblationes, vel sacrificia: sic in proposito intelligendum. Et si illud non sufficit, dicendum quod ordinantur ad vnum significatum vltimum.

3. A D illud quod obijcitur, quod sunt plura signa, dicendum quod integraliter loquendo, et materialiter verum est, quia plures species, sed tamen vnum signum integrum, sicut ostensum est: non sic diuersæ voces sunt vnum nomen, immo diuersas rationes habent innotescendi, et diuersas institutiones, ideo plura nomina. Si autem vnam haberent institutionem, vnum esset nomen, sicut hoc nomen, Bonaventura, et hoc nomen, Bonushomo.

4. A D aliud similiter patet reponso, quia quamuis sint duo verba, et elementa: vnum tamen est sacramentum, quia verbum, et elementum non conueniunt ad vnum sacramentum nisi ratione institutionis ordinantis ad vnum: quia ergo hic est institutio illa, plura ad vnum ordinans, ideo vnum sacramentum. Per hoc patet quod non est simile de causa vniuersali, quia non tantum ad vnum effectum cause particularis ordinatur vniuersalis, sed ad multos alios. Sed hæc duo ad vnum perfectum sacramentum ordinantur. Perfectum, inquam, dico quantum ad significandam, quia in neutro saluatur ratio perfectæ refecionis naturalis per se, sed in vtroque simul, vt tactum est.

DIST.

DISTINCTIO IX. DE DVOBVS MODIS MANDUCANDI.

SCIENTIA duæ sunt res illius sacramenti, ita etiam duo modi manducandi. Vnus sacramentalis, scilicet quo boni, et mali edunt: alter spiritualis, quo soli boni manducant. Vnde Augustinus: Quid est Christum manducare? Non est hoc solum in sacramento corpus eius accipere: multi enim indigne accipiunt, sed in ipso manere, et habere ipsum in se manentem. Spiritualiter enim manducat, qui in vnitate Christi, et Ecclesiæ, quam sacramentum significat, manet. Nam qui discordat a Christo, nec carnem Christi manducat, nec sanguinem bibit: est tantæ rei sacramentum ad iudicium sui quotidie accipiat. Spiritualem manducationem Augustinus distinguens a sacramentali, ait: Vt quid paras ventrem, et dentem? crede, et manducasti. Credere enim in eum, hoc est comedere panem, et vinum. Qui credit in eum, manducat eum. Item: Quo modo manducandus est Christus? Quo modo ipse dicit: Qui manducat carnem meam, et bibit sanguinem meum, in me manet, et ego in eo. Si in me manet, et ego in eo, tunc bibit: qui vero in me non manet, nec ego in illo: et si accipit sacramentum, acquiris magnum tormentum. Item: Nulli ambigendum est tunc quemquam corpus, et sanguinis Domini participem fieri, quando Christi membrum efficitur: nec alienari ab illius panis, calicisq. consortio, etiam si antequam illum panem edat et calicem bibat, de hoc sacculo in vnitate corporis Christi constitutus abscedat: quia illius sacramenti beneficio non priuatur, quando ille habere hoc, quod illud sacramentum signat, inuenitur. In illo enim sacramento corpus et sanguinem suam nobis commendauit, quod et fecit nostros. Nam et nos corpus ipsius facti sumus. Item: Qui discordat a Christo non manducat carnem eius, nec sanguinem bibit: est tantæ rei sacramentum ad iudicium sibi quotidie accipit.

Hæc omnia bene habentur de cõf. dist. 2. De ver. Do min. ser. 12 et habetur de cõf. d. 2. c. Quid est Christi, tra ctat. 25. Super Io. Aug. in lib. 26. Super Io. in ro. 9. prope prin. Aug. in lib. de remedio penitentia de cõf. d. 2. cap. quo modo. Io. 6. 48. dist. 2. Aug. de Sa cramentis f. delium.

De errore quorundam, qui dicunt a bonis tantum corpus Christi sumi.

HÆC verba et alia huiusmodi, vbi de spiritali manducatione agitur, quidam obtuso corde legentes, erroris caligine inuoluti sunt, adeo vt præsumperint dicere corpus et sanguinem Christi a bonis tantum sumi, et non a malis. Sed indubitanter tenendum est a bonis sumi, non modo sacramentaliter, sed et spiritaliter. A malis vero tantum sacramentaliter, id est, sub sacramento, scilicet sub specie visibili carnem Christi de Virgine sumptam, et sanguinem pro nobis sumi: sed non mysticam, quæ tantum honorum est. Quod subditis probatur testimonijs. Gregorius: Est quidem in peccatoribus et indigne sumentibus vera Christi caro, et verus sanguis: sed essentia, non salubris efficientia. Item Augustinus: Multi indigne accipiunt corpus Domini, de quibus Apostolus ait: Qui manducat, et bibit calicem Domini indigne, iudicium sibi manducat, et bibit. Per quod docemur, quam sit cauendum male accipere bonum. Ecce enim factum est malum, dum male accipitur bonum: Sic econtra Apostolo factum est bonum, cum bene accipitur malum, scilicet dum stimulus Satanae patienter portatur. Ergo et mala profunt bonis, sicut angelus Satanae Paulo: et sancta obsunt malis, bonis sunt ad salutem, malis ad iudicium. Vnde qui manducat, et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit, non quia res illa mala est, sed quia malus male accipit, quod bonum est. Idem: indigne quis sumens corpus Christi non efficit, vt quia malus est malum sit quod accipit: vel quia non ad salutem accipit, nil accipiat. Corpus enim et sanguis Domini nihilominus erat in illis, quibus ait Apostolus: Qui manducat indigne, et cetera. His alijsq. pluribus aperte ostenditur, quod etiam a malis verum corpus Christi, et sanguis sumitur: sed sacramentaliter, non spiritaliter.

Error circa dicitur aueritates. De consecr. d. 2. c. quin passus S. Dominus noster. De conf. d. 2. in 4. libro dialogorum Super Io. tra ctat. 26. Post med. in ro. 9. 1. Cor. 11. f. 2. Cor. 12. b. Aug. tract. Super Io. 6. post med. in ro. 9. Aug. l. 3. de bapt. contra Donat. c. 8. ro. 7. 1. Cor. 11. f.

De intelligentia quorundam verborum ambiguum.

SECUNDM hos duos modos sumendi, intelligentia quorundam verborum ambiguum dicitur distinguenda est. Ait enim Augustinus: Bonus accipit sacramentum, et rem sacramenti: malus vero sacramentum, et non rem. Sacramentum hic dicit corpus Christi proprium, de Virgine natum: Rem vero spiritualem Christi carnem. Bonus ergo vtramque Christi carnem accipit: malus vero tantum sacramentum, id est, corpus Christi sub sacramento, et non rem spiritualem. Item: Non manducans, manducat, et manducans non manducat: quia non manducans sacramentaliter, aliquando manducat spiritaliter, et econuerso. Et qui manducant spiritaliter, veritatem carnis et sanguinis dicuntur sumere: quia ipsam efficientiam habent, id est, rem.

In Gl. 1. Co rinth. 2. Quorundam cumque.

S. Bon. To. 5.

k 2

missionem

In complen da Missa. Greg. in Ho mil. pascha. qua est 22. misionem peccatorum, pro qua videtur orari cum dicitur: Perficiant in nobis Domine quasumus tua sacramenta quod continent: ut quod nunc specie gerimus, rerum veritate capiamus. Re-rum veritatem dicit ipsam efficientiam, quasi dicat: Per hac sacramenta presta, ut secus sacra- mentaliter carnem Christi sumimus, ita spiritualiter sumamus. Vel petit sacerdos, ut Christus, qui nunc vere sub specie panis et vini sumitur manifesta visione, sicut in essentia diuinitatis est, quandoque accipitur. Constat ergo a bonis, et a malis sumi corpus Christi, sed a bonis ad salu- tem, a malis ad perniciem.

DISTINCT. IX.

De Eucharistia sacramento per comparationem ad suscipientes, vel manducantes.

Et sicut duae sunt res illius sacramenti.

Expositio textus.

VPRA egit Magister de sacramento Eucharistiae in se. Hic incipit agere per com- parationem ad manducantem. Et quonia circa manducationem Eucharistiae dupli- citer fuit erratum, et quantum ad mandu- cantem, et quantum ad cibum, qui manducatur: Ideo haec pars habet duas partes. In prima Magister exclu- dit errorem quantum ad manducantes: quia dixerunt aliqui malos non manducare verum corpus Christi. In secunda excludit errorem quantum ad cibum: quia di- xerunt alij, quod a nullis sumitur verum corpus Chri- sti: et hoc facit infra: Sunt item alij praecedentium in- saniam, etc. Prima pars habet tres partes. In prima parte Magister dicit veritatem. In secunda manifestat mentientes, ibi: Haec verba, et alia huiusmodi. In ter- tia dissoluit ex his locutiones multiplices, ibi: Secun- dum hos duos modos sumendi.

Crede, et manducasti. Dub. I.

Contra haec Augustini verba obijcitur: cum enim summa vnio, et incorporatio sit in charitate, videtur potius, quod deberet dicere: Dilige, et manducasti, quam crede.

RESP. Dicendum quod ipse intelligit de fide ope- rante per dilectionem. Ratio autem quare magis dicit de fide duplex est, quia fides respicit intellectum, et affectum: et ita vtroque modo. Item alia ratio est, quia licet charitas perfectius dicat vnionem, tamen proprietas manducationis magis in actu fidei inueni- tur: quia credens masticat recogitando, sed diligens non incorporat, sed incorporatur.

Crede enim in eum, et cet. Dub. II.

Contra: Videtur falsum dicere, quia illud est spiri- tuale, scilicet credere, hoc est corporale: ergo vnum non est alterum.

RESP. Dicendum quod hoc non est dictum per omnimodam identitatem, sed per aequipollentiam, in effectu: quia idem facit, vel expressionem signatio- nis, quia hoc signat illud: et sic patet obiectio.

Qui vero in me non manet, et cet. Dub. III.

Videtur male dicere, quia cum nemo sciat vtrum maneat in eo: ergo nemo scit, vtrum peccet, quando accipit sacramentum: ergo quilibet quando accipit, committit se discrimini.

RESP. Verbum illud intelligendum est de eo, qui scit se esse extra Christum, ita quod plura signa, et for- tiora habeat ad oppositum, quam ad propositum.

Nam si probabilia signa habeat de gratia, sufficit sibi ad hoc, quod peccatum non incurrat, quia non incur- rit contemptum: quamuis non tantum se disponat, quod Deus acceptet omnino.

In illo enim sacramento, et cet. Dub. IIII.

Videtur male dicere: quia si nos sumus res sacra- menti: ergo cum recipimus rem sacramenti, mandu- camus nosmetipsos, quod est omnino inconueniens, vt videtur.

RESP. Dicendum quod nos sumus res huius sa- cramenti non simpliciter, sed in quantum sumus mem- bra, siue in quantum sumus vniui ipsi capiti: vnde sa- cramentum illud signat vnionem corporis Christi, per comparationem membrorum ad inuicem, et ad caput: quando ergo nos sibi vniuit, fecit nos, id est ipsam vnio- nem rem huius sacramenti, quia nobis rem sacramen- ti tribuit: quae vnio quotidie in nobis crescit, et melio- ratur secundum quod deuote sacramentum suscipitur.

Qui manducat, et bibit calicem Domini indigne, iudi- cium sibi manducatur, et bibit, et cet.

Dub. V.

Quaeritur hic, quid sit manducare indigne.

RESP. Dicendum quod triplex est indignitas se- cundum quod distinguit Gloffa: quae facit hominem accedere indigne: in dignus est qui non deuota mente accedit ad Eucharistiam, vel in voluntate peccandi manet, vel qui aliter celebrat mysterium, quam a Christo institutum est. Ex hoc elicere possumus triplicem indi- gnitatem. Prima quae est in memoria. Secunda in vo- luntate. Tertia in opere. Prima respicit peccatum praeteritum, de quo non poenitet: et haec vocatur inprop- titio. Secunda respicit peccatum futurum, quod propo- nit facere: et hanc vocat voluntatem peccandi. Tertia respicit peccatum praesens: et haec est quando aliter ce- lebrat mysterium, ita quod actu peccat, dum conficit. Et haec indignitas secundum triplicem differentiam in- ducit contemptum, ac per hoc facit accedere indigne, et ita actu peccare.

Falsum est malum, et cet. Dub. VI.

Videtur male dicere, quia corpus Christi, et ipse Christus est bonum secundum se: ergo non potest fieri malum aliquo modo.

RESP. Dicendum quod sacramentum dicitur fieri malum non in se, sed isti: et ita vt comparatum ad hoc, comparatur per summptionem, et manducationem: et ita vult dicere, quod sumere corpus Christi, quod erat bonum in genere siue in se, per circumstantiam factum est malum, non in quantum ipsum quod sumi- tur, sed actus sumendi.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam eorum, quae Magister determi- nat in praesenti distinctione, duo principaliter quaeruntur. Primo quaeritur de manducatione in generali.

Artic. I.

Quaest. I. et II. 113

generali. Secundo in speciali per comparationem ad A tri- malos. Circa primum quaeruntur quattuor, primo quaeritur de modis manducandi, quos ponit Magister, duos scilicet, sacramentalem, et spirituales. Secundo, quid sit manducare spiritualiter, siue pro quanto di- catur quis manducare spiritualiter. Tertio, quid sit manducare sacramentaliter, siue pro quanto quis di- catur manducare sacramentaliter. Quarto, vtrum Christus manducauerit vtroque modo.

QUESTIO I.

An modi manducandi sint duo.

Alex. Alenf. 4. p. quaest. 22. Memb. 1. art. 1. S. Tho. 3. p. q. 80. art. 2. Et 4. Sent. dist. 9. q. 2. art. 1. Guil. Alifod. lib. 4. Sent. tract. 5. c. 3. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 9. q. 2. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 9. q. 1.

FVNDAMENTA.

Ioan. 6. f

1. Cor. 11. f

De verb. Dom. serm. 22. in med. to. 11.

Vide tract. 26. in 10. post mediu.

20. 9. et ha- berur. de co- fecr. dist. 2. c. Panem.

AD OP- POSITVM

V D duo debeant esse modi manducandi, scilicet sacramentalis, et spiritualis, secundum quod Magister dicit, ostenditur. Primo au- thoritate canonis: Qui manducat me, viuut propter me. Hic tangitur modus spiritualis. Sed ad Corinthios: Qui manducat indigne, iudicium sibi manducat. Hic tangitur alius modus, qui non est spiritualis: ergo manducatio corporis Christi multi- plex est.

I T E M auctoritate Augustini: Spiritualiter man- ducat, qui in vnitate Christi, et Ecclesie, quam sacramen- tum signat, manet: qui autem discordat a Christo, nec carnem Christi manducat, nec sanguinem bibit, etiam si tate rei sacramentum ad iudicium quouidie accipiat. I T E M hoc ipsum ostenditur ratione, quia cum due sint tantum res huius sacramenti, et possibile sit vniam accipere sine alia: ergo sunt duo modi distincti.

I T E M manducatio dicitur vniui sacramenti: ergo cum sit hic sacramentum interius, et exterius, patet quod sunt duae manducationes.

C O N T R A: Videtur quod non nisi vna, quia vbi vnum propter alterum, ibi vnum tantum: ergo si sacramentalis est propter spirituales, vel ad spirituales sicut signum ad signatum: ergo vna tantum manducatio.

I T E M caro Christi est vere cibus: ergo sicut lucis est illuminare, ita carnis illius est cibare: sed non corporaliter, ergo spiritualiter: sed qui recipit sacra- mentaliter recipit carnem, et sic cibatur spiritualiter: ergo vnus tantum est modus manducandi, scilicet spi- ritualis.

I T E M ostenditur quod sunt plures modi, quia sicut dicitur supra, quidam recipiunt in baptismo sem- tantum, quidam sacramentum tantum, quidam vtrum- que: ergo tres modi: eadem ergo ratione, et hic sunt tres manducationes.

I T E M triplex est vnio, in natura, in fide, et in cha- ritate: sed vnioni fidei respondet manducatio sacra- mentalis, et vnioni charitatis spiritualis: ergo erit ter- tius modus respondens vnioni in natura.

I T E M triplex est in nobis virtus Theologica, et quaelibet suo modo vniit: ergo cum aliquis modus manducandi respondeat fidei, aliquis charitati, aliquis respondebit spei.

CONCLUSIO.

Eucharistia sacramentum duplici modo manducatur, sa- cramentali, et spirituali: qui a triplici principio oritur.

RESP. AD A R G V M. Dicendum quod duplex S. Bon. To. 5.

est modus manducandi. Cuius distinctio oritur a tri- plici principio, videlicet a dispositione sumentium. Quia quidam accedunt male dispositi: et hi manducant sa- cramentali. Quidam bene: et hi spiritualiter. Vlti- rius secundo oritur distinctio a modo sumendi. Qui- dam enim suscipiunt ore corporis: et hi sacramentali- ter. Quidam vero ore cordis: et hi spiritualiter. Vn- de secundum duplex os, duplex est manducatio. Tertio oritur distinctio ab ipso sacramento, quia duplicem ha- bet rem, quarum vna potest recipi sine altera: ita, si- cut duplex est baptismus fluminis, et fluminis a duplici re: sic etiam duplex modus manducandi. Et hoc vlti- mum est et completium, quia vna res potest sumi sine altera.

1. A D illud ergo quod obijcitur, quod vbi vnum propter alterum, dicendum quod hoc verum est, si sit ibi vnum propter alterum, quod non queat separari: sed cum separatur, iam non remanet vnum.

2. A D illud quod obijcitur, quod caro semper ci- bat, dicendum quod actus ille semper respicit dispo- sitionem suscipientis, sicut illuminare: vnde sicut ge- minatur dispositio, sic et modus manducandi.

3. A D illud quod obijcitur, quod tres sunt modi in baptismo: et sic, et cet. dicendum quod ille tertius modus non distinguitur nisi materialiter tantum ab alijs duobus.

4. A D illud quod obijcitur de vnione naturae, di- cendum quod manducatio respicit actum personae, ideo secundum naturam non est manducatio, sed praesupponitur.

5. A D illud quod obijcitur de spe, dicunt quidam, quod non vniit, quia spes proprie est futuri: tamen di- cendum quod istae manducationes non distinguuntur, secundum virtutes, quia manducatio spiritualis est se- cundum fidem, et charitatem, sed secundum res sacra- menti: vnde omne sacramentum quod quidem habet res duas, potest recipi sacramentaliter, et spiritualiter.

QUESTIO II.

An credere sit spiritualiter manducare.

Alex. Alenf. 4. p. q. 22. Memb. 1. art. 2. S. Tho. 3. p. q. 80. art. 2. Et 4. Sent. dist. 9. q. 3. art. 2. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 9. q. 2. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 9. q. 2.

FVNDAMENTA.

Ioan. 6. f

Ioan. 11. c

In Io. tract. 25. 10. 9.

V I D sit manducare spiritualiter, siue pro quanto dicatur quis manducare spirituali- ter. Et quod credere sit spiritualiter man- ducare, videtur auctoritate Domini: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam aeternam. Et: Qui credit in me, etiam si mor- tuus fuerit, viuut. Si ergo vita spiritualis non est sine manducatione spirituali: et viuere est in nobis per fi- dem: ergo vel credere est manducare, vel non sine manducatione.

I T E M videtur expressius auctoritate Augustini, quam etiam ponit Magister in littera: Crede, et man- ducasti. Sed constat, quod hoc non intelligit sacra- mentaliter: ergo spiritualiter, et sic, et cet.

I T E M quando cumque aliquis interius lauatur, di- citur spiritualiter baptizari: ergo a simili, quando- cumque aliquis spiritualiter masticat, et reficitur, spiritualiter manducat: sed hoc est per actum fidei deuotae, vbi est discussio, et spiritualis refectio: et- go, et cet.

C O N T R A: Si credere est spiritualiter manducare, Ad oppo- situm multi peccatores, et credant, et aliqua deuotione k 3 habeant,

De verb. Dom. serm. 12. ad modum. 10. 10.

habeant, videtur quod secundum hoc spiritualiter manducant: hoc autem est contra Augustinum, qui dicit, quod nullus spiritualiter manducat, nisi qui est membrum Christi, et manet in Christo.
2. ITEM si actus fidei etiam cum charitate sufficit ad spirituale manducationem: ergo omne quod credimus, et diligimus, manducamus: ergo cum multa alia credamus, quam hoc sacramentum, vel rem huius sacramenti, videtur quod manducatio spiritualis sit omnium articulo, quod nemo sane mentis concederet: et quod manducatio non sit huic sacramento, et rei propria.
3. ITEM manducatio spiritualis est dicta ad similitudinem materialis: sed qui comedit materialiter, incorporat sibi cibum: qui autem credit, et diligit Christum, incorporatur Christo: ergo potius manducatur, quam manducet: ergo videtur quod manducatio spiritualis, qua quis manducat, in actu fidei, et charitatis non consistat.

CONCLUSIO.

Eucharistia spiritualis manducatio est recogitatio cibi, id est carnis Christi pro nobis exposita in pretium ad redimendum, et in cibum ad reficiendum, et incorporatio per amorem.

RESP. AD ARG. Dicendum quod manducatio primo, et proprie in corporalibus inuenitur, et ab illis ad spiritualia est translata: et ideo si velimus accipere rectam manducationem spiritualem, necesse habemus ad propriam acceptionem vocabuli nos transferre. Notandum ergo quod licet multiplex actus sit in manducatione corporali annexus, et consequens: iste tamen duplex est, qui est de integritate, masticatio scilicet, et incorporatio, ut patet aspicienti. Si ergo ratio manducationis congrue transferatur ad spiritualia, oportet haec duo in ea reperiri, et secundum ea, in quibus haec duo consistunt, manducatio spiritualis attenditur. Spirituales ergo masticatio est recogitatio cibi, scilicet carnis Christi pro nobis exposita in pretium ad redimendum, et in cibum ad reficiendum. Incorporatio vero attenditur, dum recogitans, charitatis amore ei, quod cogitatur, iungitur, et sic incorporatur: et dum incorporatur, reficitur, et magis assimilatur.

Expositio triu ratio num.

AD hoc ergo quod quis spiritualiter manducet, requiritur recogitatio fidei, et affectio charitatis. In primo enim est masticatio, in secundo incorporatio: et ex his duobus integratur spiritualis manducatio. Concedo ergo quod non sufficit qualicumque fides, sed necessario fides operans per dilectionem: et de hac currunt tres rationes ad primam partem.

1. AD illud ergo quod primo obijcitur in oppositum de fide informi, dicendum quod verum est quod illa non sufficit.

2. AD illud quod obijcitur, quod secundum hoc omnes articulos manducamus, dicendum quod proprie loquendo non quacumque discussio, et recogitatio fidei dicitur masticatio, sed illa quae est cibi: et ideo non quilibet actus credendi manducare nos facit, nisi ille sit qui est ipsius carnis Christi pro nobis ad redimendum exposita in cruce, ubi fuit eius decostio, et ad reficiendum in altari, ubi vera consistit refectio.

3. AD illud quod obijcitur de assimilatione, dicendum quod non est omnimoda similitudo: est tamen similitudo sufficiens ad translationem: quia sicut hic corporaliter est masticatio, et incorporatio, ita et in manducatione spirituali: sed in hoc est dissimilitudo, quia in corporali manducans conuertit in se cibum, quia dignior, et nobilior est cibo. In spirituali est econtrario, quia cibum est nobis dignior, et perfectior, et completior: ideo potius in ipsum immutatur, et incorporatur, quam econtrario. Ratio ergo non valet, quia non est omnino simile: et in translatione non oportet

ret omnimodam attendi similitudinem, sed sufficit reperire aliqualem.

QUESTIO III.

An ad manducare sacramentaliter sufficiat sola actio corporalis.

Alex. Alenf. 4. p. q. 12. Membr. 2. art. 2.
S. Th. 3. p. q. 80. art. 2.
Et 4. Sent. d. 9. q. 1. art. 2.
Richard. 4. Sent. dist. 9. q. 3.
Stephanus Brulef. 4. Sent. dist. 9. q. 3.
Petru de Tarent. 4. Sent. dist. 9. q. 3.

VIDE sit manducare sacramentaliter, siue pro quanto aliquis dicatur manducare sacramentaliter, et quaeritur: Vtrum sufficiat sola actio corporalis: Et quod sic, videtur per simile: qui enim mergitur, forma sacramenti baptismi feruata, si non habet aliquid resistens, baptizatur sacramentaliter: ergo videtur quod manducet sacramentaliter, qui recipit corporaliter ipsum sacramentum.

1. ITEM sola spiritualis masticatio, et incorporatio rei facit manducationem spiritualem: ergo videtur quod sola degustatio, siue masticatio specierum facit manducationem sacramentalem.

3. ITEM minima dispositio, quae possit haberi ad hoc sacramentum, est fides informis: sed sine hac potest manducari sacramentaliter: ergo videtur quod sola actio corporalis sufficiat. Probatio minoris: Haereticus sacerdos potest conficere, sicut infra videbitur: sed non minus est conficere, quam sacramentaliter sumere: ergo haereticus potest sacramentaliter sumere: ergo sine fidei actu potest sacramentaliter manducari: ergo sola actione corporali.

4. ITEM quaecumque inseparabiliter sunt vnita, quoad diu sunt, in nullo actu separantur: ergo qui sumunt, et manducant vnum et alterum. Sed species continent corpus Christi veraciter: ergo qui species comedit, comedit corpus Christi. Sed non comedit ex hoc spiritualiter: ergo sacramentaliter saltem.

CONTRA: Ad actum sacramentalem requiritur intentio, sicut supra probatum est: et si quis verba diceret, et non intenderet consecrare, non conficeret: ergo qui manducat, si non intendat, sacramentaliter non manducat.

ITEM fides est fundamentum omnium sacramentorum maxime huius, quia in forma huius dicitur: Mysterium fidei: ergo si aliquis degustat, et non credit, non sumit sacramentaliter.

ITEM duo sunt de integritate sacramenti, scilicet significatio, et sanctificatio: ergo ad hoc quod aliqua ratio sacramenti saluetur, necesse est aliquod istorum reperiri: sed ei, qui non credit sacramentum, nec significat, nec efficaciam sanctificationis praestat: ergo talis nullo modo manducat.

ITEM si sola masticatio corporalis sufficeret, tunc mus, et angelus assumpto corpore, et homo ignorans, sacramentaliter sumerent, quorum quodlibet est inconueniens: restat ergo quod non sufficit: Est igitur quaestio quid requiratur.

CONCLUSIO.

Eucharistia sacramentalis manducatio, est manducare sacramentum, ut sacramentum.

RESP. AD ARG. Dicendum quod sacramentaliter

AD OPPOSITUM.

Dist. 23. q. 2. art. 2.

FUNDAMENTA.

liter manducare, est manducare sacramentum, et verum sacramentum. Quoniam enim sacramentaliter manducare est dispositio actus manducandi, ideo ad hoc quod actus sit sacramentalis, necesse est quod respiciat ipsum sacramentum. Ad hoc autem quod aliquis manducet sacramentum manducando species, duo exiguntur, scilicet cibi existentia, et eius ad cibatum naturalis conuenientia. Primum exigitur, quia si non praecessit sacramenti consecratio, non potest sequi manducatio. Secundum exigitur, quia cibus iste solis hominibus est consecratus: Vnde sicut homo solus baptizatur, ita corpus Christi sacramentaliter a solo homine manducatur: et sicut solus homo suscipit sacramentum baptismi, ita solus homo suscipit sacramentum Eucharistiae. Ad hoc verum quod manducet verum sacramentum, necessaria est intentio, et intentionis regulatio, vel secundum fidem quae est in ipso, vel secundum fidem quae est in altero. Intentio inquam necessaria est: nam si quis iret ad mensam, et intenderet corpus reficere, et aliquis pro pane communi sacramentum sibi sicut panem offerret, et ipse intenderet omnino cibum corporalem sumere, nemo diceret eum sacramentaliter manducasse. Necesse est etiam quod illa intentio dirigatur, vel secundum fidem, quae est in ipso, vel in altero: quia vel oportet quod credat, quod sub illa specie aliquid spirituale lateat, quod sumere intendat: vel oportet, quod saltem intendat sumere, quod alios credere existimat, quamuis ipse non credat. Vnde credo, quod si aliquis haereticus intendit accipere quod existimat Ecclesiam credere esse corpus Christi, quamuis non credat, sacramentaliter tamen comedit: quia quamuis intentio sua non copuletur, nec attingat rem sacramenti per propriam fidem, attingit tamen mediante fide aliena. Vnde sacramentaliter comedit, quamuis non ita attingat sicut ille, qui credit fide propria. Et sic patet pro quanto dicatur sacramentaliter manducare, scilicet quia sacramentum primum vere existit, et ipse qui manducat illud verum sacramentum sumere intendit: siue quia credit esse verum sacramentum, siue quia existimat alios credere.

Responsio ad vlt. fundamentum.

AD illud quod obijcitur, quod sufficit sola manducatio corporalis, dicendum quod falsum est sicut ostendunt rationes ad oppositum, immo quattuor exiguntur, sicut tactum est.

1. AD illud quod obijcitur de mensione, dicendum quod non sufficit in adulto, sicut prius dictum fuit, nisi ad sit intentio regulata a fide, vel in se vel in alio: sic est in proposito.

2. AD illud quod obijcitur de spirituali manducatione, dicendum quod non est simile, quia in actu fidei, et charitatis semper spiritualis res attingitur: et ita res spiritualis non frustratur. Sed cum quis manducat corporaliter, potest esse quod non attingat aliquid, quod spiritualiter subest, nec intellectu, nec affectu, nec per se, nec per alterum, et ita non manducat verum sacramentum: et sic patet illud.

3. AD illud quod obijcitur de fide informi, dicendum quod falsum est, quia minor est cognitio aestimationis, quam fidei: et minus est intendere facere quod alius facit, quam intendere quod credit: et quia dispositio aliqua est, ideo aliquo modo est manducatio sacramentalis, quamuis non ita plene.

4. AD illud quod obijcitur de inseparabilitate, dicendum quod inseparabilia sunt quantum ad situm, non tamen sunt inseparabilia quantum ad actum: potest enim quis percutere, et perforare, et frangere speciem, et tamen nihil facit circa rem: ita et manducare. Et quoniam sacramentum dicitur comparationem ad rem, nihil dicitur attingere sacramentaliter, nisi etiam attingat rem, et hoc potest esse sicut visum est: et ideo non sufficit solum species manducare ad manducationem sacramentalem, nisi attingat rem per intentionem regulatam aliquo genere cognitio-

nis, scilicet vel existimationis, vel fidei informis, vel fidei formatae, vel etiam scientiae certae, ut in Christo.

QUESTIO IIII.

An Christi manducatio fuerit sacramentalis.

Alex. Alenf. 4. p. q. 12. Membr. 2. art. 2. §. 2.
S. Th. 3. p. q. 81. art. 1.
Et 4. Sent. dist. 22. q. 3. art. 1.
Stephanus Brulef. 4. Sent. dist. 9. q. 4.
Gabr. Biel. 4. Sent. dist. 9. q. 1.



TRVM Christus manducauerit quolibet supradictorum modorum. Et quod sacramentaliter, videtur: Cumq. de sanguine arietis. Glossa Esicij: Primo sacerdos, deinde filij sanguine intigebantur, quia Christus in coena prius sanguinem accepit, deinde discipulis dedit. Et rursus ibidem dicit Glossa: Bibit, et alijs bibere dedit.

FUNDAMENTA. Leuit. 8. c.

ITEM ratione videtur, quia baptismum accepit in exemplum: ergo si hoc sacramentum est magis arduum: ergo de hoc magis exemplum dare debebat.

ITEM quod spiritualiter manducauerit, videtur, quia spiritualiter manducatur per cognitionem, et dilectionem: sed Christus summe se cognoscebat, et diligebat: ergo, et cer.

ITEM Christus erat adhuc viator: ergo adhuc debebat vii viatico: sed corpus Christi spiritualiter est viaticum: ergo, et cer.

CONTRA: Quod non manducauerit spiritualiter, videtur, quia ubi est spiritualis manducatio, ibi est vnio: ubi autem vnio, ibi diuersitas nonnulla est: ergo cum idem non differat a se, patet quod Christus non comedit spiritualiter, cum fuerit idem sibi.

AD OPPOSITUM

2. ITEM ubi est spiritualis manducatio, sacramentum habet spirituale effectum: sed in Christo non habuit talem effectum manducatio: ergo, et cer.
3. ITEM quod non sacramentaliter manducauerit, videtur: quia manducare sacramentaliter est manducare sacramentum sub velamine: sed Christus sub velamine non manducauit: ergo, et cer. minor patet, quia aperte totum cognoscebat.

4. ITEM si sacramentaliter tantum, cum iste sit modus debitus malis, ipse autem aut sumpsit optimo modo, aut nullo modo sumpsit: et iste modus non est optimus: ergo non conuenit ei.

CONCLUSIO.

Christus Eucharistia sacramentum tantum sacramentaliter sumpsit, non sumendo rem sacramenti, quod in exemplum fecit.

RESP. AD ARG. Dicendum quod quidam dicere voluerunt, quod nullo modo sumpsit, quia sibi non competebar: verum tamen nunc communiter dicunt, quod Christus manducauit sacramentaliter, sicut dicit Esicij, quod primus bibit, ne alij potum sanguinis abhorrent. Sed de spirituali quidam dicunt quod sic: dicunt enim, quod fuit ibi vnio per actum amoris, et effectus fuit non in se, sed in membris: ut sicut Christus non sibi meruit, sed nobis, sic virtute illius manducationis meruit, ut membra corporis sui magis vnirentur sibi. Sed si istud verum esset, tunc haberet effectum in non manducante, et in dormiente. Amplius: ipso baptizato non sunt alij baptizati. Postremo, spiritualis manducatio dicitur aeternam vnionem manducantis ad manducatum actum, vel habitum, quorum neutrum fuit in Christo. Propterea dicent-

Opinio aliorum.

Opinio communis.

Opinio aliorum.

Improbatur.

dicendum quod sicut baptismum tantum sacramentaliter suscepit, et non rem: sic et hoc sacramentum. Et hoc quidem in exemplum fecit.

1. A D illud ergo quod obijcitur, quod manducavit spiritualiter, quia fuit in eo cognitio, et dilectio, dicendum quod hoc non sufficit nisi etiam sit ibi incorporatio, quæ non potuit esse in ipso, quia non erat diuersus ab eo, cui incorporatur ista manducatione.

2. A D illud quod obijcitur, quod erat viator, dicendum quod verum est: sed nihilominus erat comprehensor perfectissimus, et nullatenus poterat proficere nec charitatis habitu, nec feruoris motu. Vnde est quod quis quantumcumque perfectus, dum tamen non sit beatus, si recipiat digne sacramentum, intenditur in eo charitatis motu, vel habitu.

3. A D illud quod obijcitur, quod non manducavit sacramentaliter, quia non sub velamine, dicendum quod ad plenam rationem sacramentalis manducationis non oportet, quod veniat signum tamquam velamen velas, sed sufficit, ut veniat tamquam significans: quod autem velet, hoc est per accidens, quia oculus videns non est illuminatus plene: vnde velando illuminat, illuminando velat.

4. A D illud quod obijcitur, quod mali tantum comedunt sacramentaliter, dicendum quod aliquis sacramentaliter tantum recipit, quia non est idoneus ad spiritualem efficaciam. Sed hoc potest duplici esse de causa, aut propter gratiæ plenitudinem: et hoc perfectiois est, et in solo Christo fuit, aut hoc est propter ipsius inepitudinem, et indignitatem: et sic est in peccatoribus: et sic patet illud.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER quantum ad secundum articulum queritur de manducatione in speciali, siue de manducatione malorum. Et circa hoc queruntur quattuor. Primo queritur, vtrum mali sumant veraciter corpus Christi. Secundo, vtrum ille qui est in peccato ex certa scientia, manducet damnabiliter. Tertio, vtrum semper mortaliter peccet. Quarto queritur, vtrum peccet damnabiliter, qui corpus Christi dat ei, quem scit esse peccatorem.

QVÆSTIO I.

An mali sumant corpus Christi veraciter.

Alex. Alenf. 4. p. q. 11. Memb. 2. art. 2. §. 2. S. Tho. 3. p. q. 80. art. 4. Et 4. Sent. dist. 9. q. 2. art. 3. Guilel. Alisford. 4. Sent. tract. 5. c. 5. q. 2. Rich. 4. Sent. d. 9. q. 1. Tho. Arg. 4. Sent. d. 9. q. 1. art. 1. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 9. q. 5. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 9. q. 6. Gabr. Biel. 4. Sent. d. 9. q. 2.

FVNDAMENTA

V D mali sumant corpus Christi veraciter, videtur: quia ipse est in speciebus individualiter: ergo cum sumunt species, sumunt verum corpus Christi.

I T E M in baptismo qui tantum exterius abluitur, et nihil interius accipit, nullo modo baptizatur: ergo si mali rem interiore aliquam non percipiunt, nullo modo percipiunt sacramentum: sed percipiunt sacramentum: ergo, et cer.

I T E M æque effugit Dominus peccatū consecratis, vt manducatis: sed non subtrahit se propter peccatū consecratis: ergo nec propter peccatū manducatis.

A I T E M non magis nobilis est Filius Dei in carne humana, quam in propria natura: sed in propria natura non effugit malum hominem: immo etiam in quolibet est: ergo nec in humanitate.

I. C O N T R A : Spiritus discipline effugiet fictum: sed non magis est mundus Spiritus sanctus quam Christus: ergo et Christus effugiet fictum, siue malum.

2. I T E M : In malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis: si ergo corpus peccatoris est tale: non ergo introducit Christum.

3. I T E M manna scatebat in vasis eorum, qui indebite colligebant: ergo si veritas debet respondere figuræ, cum Christus non putrescit, saltem abscedit.

4. I T E M ratione videtur, quia Christus secundum suam veritatem non est cibus ventris, sed mentis, vt dicit Magister, et sancti: ergo cum non intret mentem peccatoris, nec ventrem: videtur ergo quod peccator nullo modo sumat.

5. I T E M summe sapiens nihil facit indecens: sed indecens, et inordinatum est, quod tam nobile corpus intret in tam vile hospitium: ergo, et cer.

6. I T E M quod Christus patitur se sumi a peccatore, aut est opus iustitiæ, aut misericordiæ. Iustitiæ non: quia peccator non est dignus. Misericordiæ non: quia misericordia facit quod homini salubrius est: ergo cum omne quod Deus facit sit misericordia, et veritas, videtur quod peccator nullo modo sumat.

C O N C L V S I O .

Mali sumunt rem sacramenti, qua est corpus Christi verum, natum de Virgine, et quod pendens in cruce, mortuum est, resurrexit, et est in calis.

R E S P. A D A R G. Dicendum quod sicut tangit Magister in littera, aliqui voluerunt dicere corpus Christi verum a malis non sumi, quia non decet tantam maiestatem, et carnem tam sanctam, et puram in corpus peccatis subditum introire. Vnde volebant dicere, quod corpus Christi verum a speciebus abscederet, ex quo peccator ipsum labijs, et ore polluto contingeret. Sed quoniam hoc in errorem ducit, et manifeste est contra auctoritates sanctorum: ideo communiter tenent doctores fideles tamquam certitudinaliter verum, quod in re media, quæ est corpus Christi verum, non est differentia inter iustum, et impiū, Quia ipse Dominus vtrique se offert nunc, sicut pro omnibus se tunc obtulit in cruce. Sed quantum ad vltimum, scilicet vnionem in corpore mystico, multum refert, quia boni recipiunt inde fructum, mali non, immo potius damnum. Vnde concedendum, quod recipiunt rem sacramenti, quæ est corpus Christi verum, quod natum est de Virgine, quod pendens in cruce, quod a mortuis resurrexit, et est in calis.

1. 2. A D illud quod obijcitur, quod Spiritus sanctus effugit, et de sapientia, dicendum quod illud intelligitur, quantum ad effectum gratiæ datum facientis, non quantum ad substantiam.

3. A D illud quod obijcitur de manna, dicendum quod illud præfigurabat malum, quod consequuntur suscipientes indigne, non aliquid quod sit circa sacramentum.

4. A D illud quod obijcitur, quod est cibus mentis non ventris, dicendum quod hoc non dicit, quia non inferatur in ventrem, sed quia venter ex illo non cibatur, quia non digeritur corporaliter Christi caro, vt exinde alimentum ad membra singula dirigatur, sicut carnales discipuli intellexerunt, sed veraciter reficitur bonus. Sed peccator quidem licet verum sacramentum recipiat, spiritualiter non reficitur: sicut fictus baptizatur, sed tamen non abluitur interius.

5. A D illud quod obijcitur, quod indecens est, quod tam nobile corpus intret in tam vile hospitium: ergo, et cer.

6. I T E M quod Christus patitur se sumi a peccatore, aut est opus iustitiæ, aut misericordiæ. Iustitiæ non: quia peccator non est dignus. Misericordiæ non: quia misericordia facit quod homini salubrius est: ergo cum omne quod Deus facit sit misericordia, et veritas, videtur quod peccator nullo modo sumat.

A D illud quod obijcitur, quod indecens est, quod intret in peccatorem, dicendum quod decentissimum, et summa misericordiæ, et dignationis est: et quamuis indecens videatur esse maiestati, non tamen Christi humilitati, ob quam in cruce decentissimum fuit. Præterea, non iniquatur propter hoc, nec etiam est in ipso peccatore, nisi quia est in speciebus sanctissimorum symbolorum.

6. A D illud quod obijcitur, vtrum sit iustitiæ, et c. dicendum quod misericordiæ. Quod obijcitur, quod est recipienti in malum, dicendum, quod sicut Dei benignitas occasionaliter ratione duritiæ peccatoris conuertitur in iram, sic in proposito, licet sit misericordia, tamen peccator misericordiam in irā conuertit, sicut dicitur: An ignoras, quod benignitas Dei, etc.

QVÆSTIO II.

An qui est in peccato ex certa scientia manducet corpus Christi damnabiliter.

Alex. Alenf. 4. p. q. 11. Memb. 2. art. 2. §. 2. S. Tho. 3. p. q. 80. art. 4. Et 4. Sent. dist. 9. q. 2. art. 3. Guilel. Alisford. 4. Sent. tract. 5. c. 5. q. 2. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 9. q. 5. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 9. q. 7. Marf. Inguen. 4. Sent. q. 6. art. 4.

FVNDAMENTA

1. Cor. 11. f.

I T E M peccator, qui est in peccato ex certa scientia, manducet corpus Christi damnabiliter. Et quod sic, videtur: Iudicium sibi manducat, et bibit: de malis loquitur. Et iterum: Reus erit corporis, et sanguinis Domini: ergo grauitur peccat.

I T E M Augustinus: Mala profunt bonis, vt angelus satanæ, Paulo: et bona, et sancta qbsunt malis: ergo, et cer.

I T E M ratione videtur, quia qui projecerit corpus Domini in sterquilinum, grauius peccat: sed non est maius sterquilinum, quam homo peccator: ergo, et cer.

I T E M in hoc sacramento Deus offert gratiam homini: sed peccator accipiens in peccato opponit se gratiæ: sed qui repellit gratiam Dei, peccat: ergo, et cer.

1. C O N T R A : Sacramentum illud est, de bonis nobilissimis: sed nobilissimis bonis siue maximis, sicut dicit Augustinus de libero arbitrio, non contingit male vti: ergo nec hoc sacramento: ergo peccator non peccat sumendo.

2. I T E M : Non egent qui sani sunt medico, sed qui male habent: ergo cum peccator male habeat, peccator indiget hac medicina: sed qui accedit ad medicinam, qua indiget, non errat: et si non errat, non peccat: ergo, et cer.

3. I T E M nullus faciendo illud, ad quod tenetur, peccat: sed peccator aliquo tempore tenetur manducare: ergo non peccat. Si dicit, quod peccat, quia non debite facit. Contra: Actus est in præcepto, non modus manducandi: ergo, et cer.

4. I T E M si manducare peccatum est: sed sicut peccator est indignus manducatione, ita et visone: ergo peccat videndo.

C O N C L V S I O .

Peccator sumit corpus Christi ad damnationem, quia ipsum contemnit, licet nullam corpus illud det anima maculam.

R E S P. A D A R G. Dicendum quod peccator

sumit sibi corpus Christi ad damnationem, non quia ipsum corpus aliquam maculam det animæ, sed quia peccator ipsum contemnit, dum se præparare, cum immundus sit, negligit: et Dominum in tam foedum hospitium introducit. Et est ibi peccatum omissionis, in hoc quod se non parauit tanto hospiti suscipiendo. Et peccatum contemptus, quia Christo, quantum in se est, contumeliam facit. Ideo dicit Apostolus quod reus est corporis, et sanguinis Domini, quia ei contumeliam facit, et ipsum contemnit.

1. A D illud quod obijcitur, quod hoc sacramento non contingit male vti, dicendum quod falsum est, quia non solum sacramento, sed Deo contingit male vti, cum ipse diligitur propter aliud. Quare autem virtutibus non contingat male vti, patet, quia ipsæ sunt boni vsus, et quibus vtitur homo formaliter: contingit tamen male vti ipsis virtutibus vt obiecto: sic in proposito intellige.

2. A D illud quod obijcitur de medicina, dicendum quod sicut corporalis medicina nocet imparato, sic spiritualis est imparato occasio nocenti: quia medicina querenda est cum præparatione, non tantum corporalis, sed etiam spiritualis, illa scilicet quæ nobilissima est.

3. A D aliud autem dicendum quod non peccat ratione actus, sed circumstantiæ: sicut si aliquis elemosynam daret in contemptum Dei, sic et ille peccat, quia bonum malo modo facit. A D illud quod subditur, quod modus non est in præcepto, dicendum quod est non sit expressus aliquo præcepto, maxime tamen est attendendus sicut patet per Apostolum.

4. A D illud quod obijcitur, quod videre sit peccatum, sicut manducare, dicendum quod non est simile. Primo quidem quia non est tanta irreuerentiæ videre, sicut manducare. Secundo vero, quia manducando sacramentum sumitur, et gratia offertur: et quando peccator perseverat in peccato, tempore, quo Dominus visitat ipsum personaliter, non tantum vocaliter, auget contemptum: ideo peccat mortaliter. Vnde dicendum, quod est peccatum in gustu propter quod, scilicet propter irreuerentiā, et propter negligentiam, quia debebat se præparare ad gratiā. In visu quantum ad neutrum est peccatum. In tactu vero est medio modo: nam si est peccatum, hoc est solum propter irreuerentiā, quia non est ordinatum sacramentum, vt tactu det gratiam. Sed qui est immundus, et factidus spiritualiter, peccat si tangit, quia tanta rei quantum in se est, facit iniuriam. Distinguitur tamen in tactu, quia aut præuenitur, et necessitas viget, vt puta quia corpus Christi in locum immundum caderet, nisi colligeret: et hoc modo si tangit, non peccat, quia non est irreuerentiā, alias peccat. Et si tu obijcias, quod semper est peccatum, quia Bethsames videntes arcam, sunt interfecti. Similiter Oza percussus est, quia arcam tetigit, dicendum quod hoc non fuit figura videntium, et tangentium Christum: sed Bethsames figuram gerunt simplicium huius sacramenti arcana videre volentium, qui propter timorositatem frequenter in fide pereunt, et moriuntur. Et Oza figuram gerit sacerdotum carnalium, qui in peccatis existentes ad conficiendum accedunt. Nam aliquid dicunt, quod nocte cum vxore iacuit. Litteralis autem ratio, quare illi interfecti sunt, est, quia contra Domini mandatum fecerunt, quia Dominus præceperat, quod nullus de plebe videret arcam. Præceperat etiam, vt sacerdotes eā ferrent, et tunc quia vtrique contra præceptum Domini fecerunt, ideo percussi sunt. Nunc autem dicendum est, quod quia gustus facit irreuerentiā, simpliciter peccat, qui gustat. Quia vero in tactu est irreuerentiā, licet non semper, nec tanta, ideo non tantum peccat: et potest esse quod sine peccato faciat, quia in visu irreuerentiā non est: ideo nulla culpa, nisi aliqua conditio superaddita faciat culpam ex sua deformitate.

Q V Æ S T I O III.

An peccator sumendo corpus Christi semper mortaliter peccet.

Alex. Alenf. 4. p. q. 11. Membr. 2. art. 2. §. 2. S. Th. 3. p. q. 80. art. 4. Et 4. Sent. d. 9. q. 2. art. 3. Scot. 4. Sent. d. 9. q. 1. Richardus 4. Sent. dist. 9. art. 2. q. 1. Durandus 4. Sent. dist. 9. q. 4. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 9. q. 6. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 9. q. 8.

AD OPPOSITUM.

TRVM peccator sumendo corpus Christi semper mortaliter peccet. Et quod sic, videtur: quia inter dignum et indignum nihil est medium: sed nullus peccator accedit digne: ergo omnis peccator accedit indigne, et omnis talis peccat: ergo peccator semper peccat sumendo.

1. Cor. 11. f

ITEM omnis qui accedit tenetur seipsum præparare, quia dicit Apostolus: Probet autem seipsum homo: sed si præparat se, facit quod in se est: et si hoc, tunc Deus facit quod in se est: et tunc non est peccator: ergo si est peccator, et accedit, non se præparavit: ergo omnis talis peccat.

1. Cor. 11. f

ITEM accipiens sacramentum, et non rem, sic accedit: sed omnis peccator manens in peccato mortali, qui accipit sacramentum, accipit illud sine re: ergo sic accedit: sed qui sic accedit peccat mortaliter: ergo, et cetera.

1. Cor. 11. f

ITEM sicut dicitur in Glossa: Indigne manducatur, qui accedit infidelis, vel indevotus: sed omnis peccator est indevotus, quia charitas facit devotum, quæ caret peccator: ergo omnis peccator indigne accedit.

ITEM si peccator qui habet peccati mortalis conscientiam, peccat mortaliter accedendo: aut ergo quia habet peccatum, aut quia habet conscientiam. Non quia conscientiam, quia non est malum cognoscere suum peccatum: ergo quia habet peccatum: et sic semper mortaliter peccat.

ITEM qui peccat, et ignorat, minus est dispositus ad medicinam: unde Ambrosius dicit, quod peccat gravissime, qui ignorat. Si ergo peccat, qui accedit cum peccato scienter, multo fortius qui accedit cum peccato ignoranter.

ITEM iustus credens se esse in peccato mortali peccat si accedit: sed iustus est magis dispositus, quam quilibet peccator: ergo multo magis peccat peccator.

FUNDAMENTA.

CONTRA: Si omnis peccator damnabiliter manducat, cum nullus sciat se esse iustum, omnis homo exponit se discrimini, sumendo.

1. Cor. 4. a

ITEM Apostolus: Nihil mihi conscientis sum, sed non in hoc iustificatus sum: sed non tenetur homo amplius se disponere, quam quod non habeat remorsam conscientiam: ergo si per hoc non est iustificatus, et qui accedit non iustificatus peccat, tunc quilibet sumendo peccat.

CONCLUSIO.

Manducans sacramentum Eucharistia preparatus minus sufficienter, et tantum probabiliter, gratiam non recipit, nec incurrit offensam: secus qui nullo modo preparatus est, quia peccat mortaliter.

RESP. AD ARG. Ad prædictorum intelligentiam, dicendum quod in hoc sacramento tenetur præcipiens se præparare, quia Deus venit ad habitandum

in homine. Preparatio autem non semper est sufficientis: sed hæc est sufficientis, quando inimicus Domini expellitur de hospitio per veram examinationem, et contritionem, siue iudicium penitentia. Rursus: Quia divina maiestas summa se dignatione humiliat, et divina bonitas offert gratiam, debet homo cum metu reverentia, et cum omni dilectione accedere, ad hoc quod digne manducet. Digne ergo manducare est sufficienter se præparare, scilicet peccati omnis expulsionem, reverentiam, et dilectionem. Quidam igitur sunt, qui se sufficienter præparant secundum veritatem. Quidam autem non sufficienter secundum veritatem: sufficienter tamen secundum probabilitatem. Quidam autem neutro modo se præparant, immo contemnunt. Qui ergo sufficienter se præparat, manducat digne. Qui se nullo modo præparat, manducat indigne. Qui autem minus sufficienter se præparat, scilicet secundum probabilitatem potius, quam secundum veritatem, non manducat digne, quia non se præparavit digne sufficienter: nec indigne, quia se præparavit tantum probabiliter: talis quamvis non recipiat gratiam, non tamen incurrit offensam.

1. Et sic patet illud quod obijcitur de digne et indigne sumente, quia est ibi medium, quamvis non sit medium inter dignum, et indignum.

2. Ad illud quod obijcitur de præparatione, dicendum quod nullus tenetur ad hoc sufficienter præparare se, quia nullus potest scire, utrum hoc faciat: sed quod se præparet secundum sufficientem conscientiam, et in hoc contentus debet esse probabilitate.

3. Ad illud quod obijcitur de indevoto, dicendum quod indevotus ibi dicitur contrarie, qui accedit cum peccandi proposito, sicut ibi patet in Glossa.

4. Ad illud quod obijcitur de eo, qui habet conscientiam peccati, dicendum quod non dicitur quis peccare, quia recognoscit peccatum suum, sed quia cognoscit peccatum, et de illo non penitet: et cum illo accedit: hoc autem non potest esse sine contemptu: secus est quando ignorat. Similiter patet sequens, quod ignorans minus est dispositus ceteris paribus. Sed ignorans proponens penitere, et volens scire, qui non vult in culpa persistere, non minus, sed magis est dispositus: unde ignorantia peccati non excusat ratione ignorantia, sed ratione probabilitatis, quod sit in gratia.

5. Ad ultimum dicendum quod iustus ex tali conscientia reddit se magis inhabilem, non propter culpam, sed propter conscientiam erroneam, quæ quamdiu persistit, obligat ut non recipiat, propter hoc quod non potest cum hac conscientia recipere, quin contemnat.

Manducare digne quid.

Q V Æ S T I O III.

An peccet damnabiliter qui dat corpus Christi peccatori.

Alex. Alenf. 4. p. q. 11. Membr. 2. art. 3. S. Th. 3. p. q. 80. art. 6. Et 4. Sent. dist. 9. q. 1. art. 5. Guil. Altrifod. 4. Sent. tract. 5. c. 5. q. 2. Richardus 4. Sent. dist. 9. art. 3. q. 1. Stephanus Brules. 4. Sent. dist. 9. q. 7. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 9. q. 10.

TRVM peccet damnabiliter ille, qui corpus Domini dat ei, quem scit esse peccatorem: Et quod sic, videtur: Nolite sanctum dare canibus. Et: Non est bonum sumere panem filiorum, et dare canibus.

ITEM Cyprianus: Quod histrionibus sacra commu-

AD OPPOSITUM Mat. 7. a Mat. 15. b Cipr. lib. 1. Epist. 10. in princ.

CONCLUSIO.

Sacerdos debet dare sacramentum Eucharistia peccanti publice, quantumvis sciat ipsum esse peccatorem, si est peccator occultus, si autem manifestus, dare non debet.

RESP. AD ARG. Dicendum quod sacerdos debet dare illi, quem scit esse peccatorem, si petat in aperto, si sit occultus peccator, et ipse solus scit. Si manifestus, nullo modo debet dare, siue petat, siue non, sicut dicit Dominus, et Cyprianus de histrionibus. Ratio autem quare debet dare, est multiplex. Prima est quia nescit utrum Deus occulte operetur. Secunda est, ne prodat crimen eius. Tertia est, ne alios scandalizet. Quarta, quia ille ius habet in facie Ecclesie, et tunc tenetur illi ius suum petenti reddere.

1. Ad illud ergo, quod primo obijcitur, dicendum quod Dominus prohibet, ut non dent, id est non offerant, non quin reddant.

2. Ad illud quod obijcitur de medicina, et de illo qui projicit, patet responsio, quia ipse non dat, sed reddit ut alienum.

3. Ad illud quod obijcitur, quod non est reddendus gladius furioso, dicendum quod in iudicio tenetur reddere, si non constaret eum esse furiosum: et quia hic peccator in iudicio, et facie Ecclesie perit, et non apparet suum peccatum: ideo debet ei dare.

4. Ad illud quod obijcitur de occulto, dicendum quod peccator indignus est, et in veritate non habet ius: habet tamen ius secundum iudicium Ecclesie, quia non constat de peccato, nec constare potest: et ideo quando operatur secundum veritatem, et iudicium suum, non tenetur dare, quando secundum iudicium Ecclesie tenetur: et ex hoc patet quod non facit contra veritatem, sed secundum veritatem. Iudex enim in foro Ecclesie iudicat secundum ea, quæ patent, non secundum ea quæ latent: unde scandalum non est tota causa. Ultimum patet, quia non deberet dare hostiam non consecratam: nam si daret, peccaret ille, et ipse simulando: nisi fortassis ipse peccator hostiam peteret obvitanda infamia, et in Dominici corporis reverentiam.

communio debeat dari, puto nec maiestati diuinae, nec Evangelicæ discipline congruere.

ITEM ratione videtur, quia medicus qui daret ægroto medicinam, de qua sciret eum moriturum, peccaret mortaliter: ergo similiter sacerdos peccat, qui dat peccatori corpus Christi, cui scit cadere in mortem.

ITEM quicumque daret corpus Domini, ut projiceret in latrinam, non tantum projiciens, sed et dans peccaret mortaliter: ergo similiter in proposito. Si dicas quod ipse non dat, sed reddit. Contra: Si furiosus peteret gladium suum, ut se interficeret, qui illi redderet, mortaliter peccaret: ergo, et cetera.

ITEM si peccator peteret in occulto, peccaret qui ei daret: ergo similiter in manifesto. Si dicas quod non, propter scandalum. Contra: Hoc est contra veritatem vitæ: sed contra veritatem vitæ nihil est faciendum propter scandalum: ergo, et cetera.

ITEM aliter potest vitare scandalum, ut si pro hostia daret panem benedictum: ergo propter scandalum non tenetur.

CONTRA: Dominus dedit corpus suum Iudæ, ne proderet peccatum Iudæ: ergo similiter et sacerdos ei, quem scit esse in peccato, debet dare.

ITEM Augustinus de consecratione: Non prohibet dispensator peccatorem mensam Domini manducare, sed exactorem moneat timere.

ITEM ratione videtur, quia ipse est dispensator: ergo non est suum quod dat, sed reddit alienum: ergo in facie Ecclesie tenetur dare: sed non peccat faciendum quod tenetur: ergo, et cetera.

ITEM non debet saluare ita animam unius, quod perdat animas multorum: sed multi possunt scandalizari, si non daret: ergo, et cetera.

ITEM si non dat, prodat crimen, et reuelat confessionem, quod tenetur non facere.

ITEM si non dat, ille nihilominus tamen peccat, quia facit totum quod in se est.

ITEM si dat simplicem hostiam, ille nihilominus peccat, et est ibi simulatio in sacramento veritatis: ergo si hoc nullo modo est faciendum, patet, et cetera.

D I S T I N C T. X. P A R S I.

D E H A E R E S I A L I O R V M, Q V I D I C V N T

corpus Christi non esse in altari nisi in signo, et eiusdem consulatio.

VNT et alij præcedentium insaniam transcendentes: qui Dei virtutem in modum naturalium rerum metientes, audacius ac periculosius veritati contradicunt: asserentes in altari non esse corpus Christi vel sanguinem, nec substantiam panis vel vini in substantiam carnis et sanguinis conuerti, sed ita Christum dixisse: Hoc est corpus meum, sicut Apostolus dixit: Petra autem erat Christus: Dicunt enim ibi esse corpus Christi tantum in sacramento, id est, in signo, et tantum in signo manducari a nobis. Qui errandi occasionem sumunt a verbis veritatis, unde prima hæres facta est in discipulis Christi. Cum enim diceret: Nisi quis manducauerit carnem meam, et biberit sanguinem meum, non habebit vitam æternam: illi non intelligentes, dixerunt: Durus est hic sermo: quis potest eum audire? et abierunt retro. Illis discedentibus instruxit duodecim qui remanserant. Spiritus est, inquit, qui vivificat: caro nihil prodest. Verba, qua locutus sum vobis, spiritus, et vita sunt. Intellexisti spiritualiter? spiritus et vita sunt, intellexisti carnaliter? etiam sic spiritus et vita sunt, sed tibi non sunt. Spiritualiter intellige, qua locutus sum. Non hoc corpus quod videtis manducaturus estis, et bibiturus illum sanguinem,

Mat. 26. c 1. Cor. 10. b

Aug. in ps. 54. c. 3.

Aug. super ps. 98. a medio 10. s.

quædam

Joan. 6. g. quem effusuri sunt qui me crucifigent. Sacramentum aliquod vobis commendavi spiritualiter
Habetur de conf. d. 2. c. 1. quidem, sanie fomitem ministrantia. Aut enim Augustinus: Donec seculum finiatur, sursum est Dominus: et simile, sed tamen etiam hic nobiscum est veritas Domini. Corpus enim in quo resurrexit, in vno loco
quid in 10. tra. 5. o. esse oportet: veritas autem eius ubique diffusa est. Item: Vna persona est Deus et homo, ubi- que per id quod est Deus, in celo per id quod homo est. Christus etiam dicit: Pauperes sem-
per habebitis vobiscum, et cet. His alijsq. vivuntur presati heretici in assertione sui erroris.

Determinatio pramissorum.

QVAE ex eadem ratione omnia accipienda sunt: Non enim verbis his negatur verum corpus Christi a fidelibus sumi, vel in altari esse: sed his veritas Apostolos et in eis nos instruxit, quod ipsius corpus non per partes discerptum, ut putaverunt illi discipuli, qui retro ierunt, sed integrum: nec visibiliter in forma humana, sed invisibiliter sub forma panis et vini corpus et sanguinem nobis traderet. Quem sensum Augustinus confirmat, dicens: Ipsam quidem, et non ipsum corpus quod videbatur manducatur: ipsum quidem invisibiliter, non ipsum visibiliter. Item: Est necesse est illud visibiliter celebrari, necesse est tamen invisibiliter intel- ligi. Ita etiam intelligendum est corpus Christi esse in vno loco, scilicet visibiliter in forma hu- mana: veritas tamen eius, id est divinitas ubique est, veritas etiam eius, id est: verum cor- pus in omni altari est, ubicumque celebratur. Sic etiam illud intelligendum est: Pauperes sem- per habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis, secundum corporalem presentiam sci- licet, qua cum eis conversabatur. Similiter per id quod homo est, in celo est, scilicet visibi- liter: invisibiliter autem est in altari, quia non in forma humana apparet, sed forma panis et vini operitur. Vnde et invisibilis caro eius dicitur, que vere est in altari. Sed quia in spe- cie sua non apparet, invisibilis dicitur. Ait enim Augustinus: Hoc est quod dicimus, quod mo- dis omnibus approbare contendimus: Sacrificium Ecclesie duobus confici, duobus constare, visi- bili elementorum specie, et invisibili Domini nostri Iesu Christi carne, et sanguine, sacramen- to, et re sacramenti, id est, corpore Christi: sicut et Christi persona constat et conficitur ex Deo et homine, cum Christus sit verus Deus et homo, quia omnis res illarum rerum naturam et veritatem in se continet, ex quibus conficitur. Conficitur autem sacrificium Ecclesie duobus, sacramento et re sacramenti, id est, corpore Christi. Est ergo sacramentum et res sacramenti, id est corpus Christi. Ecce invisibilem dixit carnem Christi, quia forma panis operita sumitur et tractatur. Idemq. corpus Christi dixit esse sacramentum et rem: ex quo confirmatur quod

Habetur in lib. sent. Prosperi. Non hoc. Mat. 26. a. De conf. d. 2. c. hoc est.

ubi ubi supra diximus. Deinde addit quod magis movet lectorem: Caro, inquit, eius est, quam sub forma panis operitam in sacramento accipimus: et sanguis eius, quem sub vini specie ac sapore potamus. Caro videlicet carnis, et sanguis sacramentum est sanguinis: carne et sanguine, utroque invisibili, intelligibili et spiritali, significatur corpus Christi visibile et palpabile, plenum gratia et divina maiestate.

Quae sit intelligentia pramissorum.

ATTENDE his diligenter, quia tropo quodam vitur hic Augustinus, quo solent res significantes rerum sortiri vocabula quas significant. Hic enim visibilis species panis vocatur nomine carnis, et visibilis species vini nomine sanguinis. Invisibilis vero et intelligibilis dicitur caro Christi: quia secundum illam speciem non videtur caro, sed intelligitur, et san- guis. Caro ergo invisibilis dicitur esse sacramentum carnis visibilis: quia species panis, secun- dum quam illa non videtur caro, est sacramentum carnis visibilis: quia in carne invisibili, id est specie, secundum quam caro Christi non videtur caro, significatur corpus Christi, quod est visibile et palpabile, ubi in sua forma apparet. Ita et de sanguine accipi debet.

De conf. d. 2. hoc est: scire dixerat: consequenter dicens ita panem vocari corpus Christi, cum vere sit sacramen- tum corporis Christi, quod in cruce positum est: sicut ipsa immolatio, que fit manibus sacer- dotis, vocatur Christi passio, non rei veritate, sed significandi mysterio: et sicut sacramentum fidei dicitur fides.

DIST.

DISTINCT. X. PARS I.

De sacramento Eucharistiae quantum ad cibum, qui manducatur, respondens sophisticis rationibus illorum, qui dicunt corpus Christi verum in altari non esse.

Sunt item alij praecedentium insaniam transcendentis.

Expositio textus.

SUPRA ostendit Magister corpus Christi verum sumi. In hac parte ostendit, quod corpus Christi verum est in altari, procedens a destructione minoris erro- ris ad destructionem maioris. Et dividit- tur haec pars in duas partes. In prima Magister re- spondet sophisticis rationibus illorum, qui dicebant corpus Christi verum in altari non esse. In secunda veritatem confirmat multiplici auctoritate, osten- dens quod corpus verum est in altari, et qua virtute hoc fiat, ibi: *Satis responsum arbitror esse hereticis.* Prima pars habet duas. In prima ponit auctoritates, et rationes. In secunda subiungit expositiones, et determinationes, ibi: *Quae ex eadem ratione omnia accipienda sunt.* Et illa similiter duas habet. In prima exponit, et determinat quasdam auctoritates, quas illi male intelligendo depravabant. In secunda vero incidenter exponit quendam locutionem tropicam Augustini, quae posset alicui ministrare fo- mentum erroris, ibi: *Attende hic diligenter, quia tropico quodam, et cetera.*

Diviso.

Sacrificium Ecclesia duobus, et cet. Dub. I.

Videtur Augustinus hic male dicere, quia ex corpore Christi, et signo visibili nihil fit vnum.

R E S P O N. Dicendum quod quamvis non fiat vnum per essentiam, fit tamen vnum sacramentum, quia sacramentum non dicit aliquid absolutum, sed magis ad aliquid. Vnde dicuntur facere vnum sacramen- tum, non quia fiunt vnum, sed quia ad vnum.

Sicut Christi persona constat. Dub. I. I.

Videtur improprie loqui, quia persona Christi est simplicissima: ergo non habet compositionem ali- quam. **I T E M** nulla videtur similitudo, quia est vno in persona, et vno omnino sempiterna, et inseparabilis. haec autem ad modicum tempus est.

R E S P O N. Dicendum quod similitudo atten- ditur quantum ad duo, et quantum ad ea, quae dicuntur componi, et quantum ad modum compositi. Quantum ad ea, quae dicuntur componi, quia sicut est ibi aliquid spirituale et invisibile, ut divina natu- ra, aliquid corporale et visibile, sic et in proposito. Quantum ad modum compositi, quia sicut divina natura, et humana dicuntur componi, non quia ex eis constet vnum, sed quia vniuntur in vno, scilicet in vna persona Christi: sic in proposito dicuntur com- poni, quia ad vnum. Quod ergo obijcitur de com- positione, dicendum quod large dictum est perso- nam Christi constare, et confici, quia illas duas natu- ras in se habet. Vnde dicitur composita, quia cum alio posita non ex alijs confecta. Quod obijcitur de inseparabilitate, dicendum quod quantum ad hoc non attenditur similitudo.

Conficitur autem, et cetera. Dub. I. I. I.

Obijcitur, cum illud sacramentum dicatur constare ex carne, et sanguine, et ex specie vini, et panis: **S. Bon. To. 5.**

A similiter ex specie, et vero corpore, quaeritur quo modo differunt. **I T E M** cum conficitur ex sacra- mento et re, quaeritur quo modo se habeant per modo partium, aut enim sunt partes subiectivae, aut integrales. Non subiectivae, quia ex eis non constaret. Si integrales: sed pars integralis non recipit denominationem totius: ergo sacramentum non habet confici ex sacramento, et re.

R E S P O N. Dicendum quod sacramentum no- uae legis duo habet, scilicet quod est signum, et res: quoniam ergo illud sacramentum habet rationem signandi a specie exteriori, sed rationem dandi gratiam a carne Christi vera: ideo signanter dicit Augu- stinus, quod sacramentum Ecclesiae duobus conficitur, scilicet sacramento vel signo, cui appropriat rationem sacramenti propter significationem, et rem sacramenti, quae efficit. Et per hoc patet illud, quod quaeritur, quia aliter sunt partes species sine re, scilicet panis, et vinum, quam species cum re, quia solum quantum ad alterum, scilicet quantum ad rationem significandi completam, sicut tactum, est supra.

Habetur de cōsec. d. 2. c. hoc est. posset dici ex. c. 26. de cath. rudi- bus 10. 4.

Caro videlicet carnis, et cet. Dub. IV.

Videtur male dicere, quia nihil idem est signum, si ipsius. Si tu dicas mihi quod idem sub diuersis sta- tibus potest esse signum, et signatum, ut caro prout est sub sacramento, sit signum sui prout est in celo, quod videtur dicere littera sequens. Contra: Signum debet esse notius sensibus, quam signatum: sed caro prout est sub sacramento est invisibilis, et impalpa- bilis: et in celo visibilis, et palpabilis: ergo non est signum eius. Si dicas tu, sicut dicit Magister quod caro accipitur pro signo carnis, scilicet pane. Contra: Species panis est visibilis, et palpabilis: sed Au- gustinus dicit quod carne invisibili significatur caro visibilis.

Trahitur ex sententia citata a Magistro.

R E S P O N. Dicendum quod tropologicus est fermo, nec tantum vno tropo, sed duplici, quia quod est signi attribuitur signato, et quod est signati attribuitur signo. Species enim panis est signum, quoniam est visibilis: sed caro interior contenta est signatum, quia est invisibilis gratiae: ergo quod caro invisibilis signet, hoc est dicere quod species pa- nis, quae est signum carnis invisibilis, signat corpus Christi visibile, et palpabile: et illa species panis est caro invisibilis, non quia non videatur, sed quia contentum eius quod est caro, est invisibile, et intel- ligibile, eatenus ut ibidem continetur: quasi vellet Augustinus dicere: Caro visibilis, et palpabilis signatur, et continetur a specie panis invisibiliter, et intelligibiliter.

Significatur corpus, et cet. Dub. V.

Videtur male dicere, quia dicit Gregor. homil. pas- chae: Quod palpari potest corrupti necesse est: ergo si corpus Christi est incorruptibile, est impalpabile.

Greg. hom. 20. in Eua- gel. 10. 3.

R E S P O N. Dicendum quod Gregorius intelli- git de palpabilitate secundum tactum corporis non glorificati, et de palpabilitate, qua aliquid dicitur palpari ex necessitate non potestate, quo modo est palpabile corpus Christi glorificatum.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam huius partis quaeruntur quin- que. Primo quaeritur, vtrum corpus Christi sit in altari secundum veritatem. Secundo, vtrum sit ibi secundum quantitatem. Tertio, vtrum sit ibi diffini- tiae. Quarto, vtrum sit dimensivae. Quinto, vtrum totum sit in qualibet parte hostiae.

I QVAE

Q V AESTIO I.

An Christus sit in sacramento altaris secundum veritatem.

Alex. Alex. 4. p. q. 10. memb. 7. ar. 3. §. 1. S. Thomas 3. p. q. 76. ar. 1. Et 4. Sent. d. 10. q. 2. ar. 1. Et 4. contra Gent. cap. 61. Scot. 4. Sent. d. 10. q. 1. Richard. 4. Sent. dist. 10. q. 1. Tho. Arg. 4. Sent. d. 10. q. 2. ar. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 10. q. 1. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 10. q. 1. Marf. Inguen. 4. Sent. q. 7. ar. 1. Gabr. Biel. 4. Sent. d. 10. q. 1.

FNDA- MENTA. Mat. 26. o Mar. 14. b Luc. 22. b

1. Cor. 10. b non intelligitur per identitatem, sed per significationem, sicut illud: Petra autem est Christus: ergo secundum hoc per significationem similiter posset dici de manna, agno paschali, et sacrificio Melchisedech. Tunc ergo non erit differentia inter sacramentum novae legis, et veteris.

1. Cor. 10. d ITEM: Panis, quem frangimus, corpus Domini est: ergo, et cetera. Si dicas quod hoc similiter dicitur per significationem. Contra: Apostolus postea,

1. Cor. 11. f subinfert: Itaque qui manducat, et bibit indigne, reus est corporis, et sanguinis Domini. Sed si hoc verum esset quia signum: tunc similiter, quia haec vox Christus est signum, qui pronuntiaret in peccato, esset reus corporis, et sanguinis Domini: quod falsum est.

ITEM: Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi. Constat quod hoc non dicitur quantum ad Apostolos, quia sunt mortui: ergo quantum ad credentes: sed non quantum ad effectum diuinitatis, et gratiae, quia secundum diuinitatem est cum omnibus hominibus, secundum gratiam non est semper cum fidelibus omnibus. Intelligit ergo secundum humanitatem, sed hoc non visibiliter, sed sub sacramento: ergo, et cetera.

ITEM ratione videtur, quia caro Christi vere est cibus: sed cibus qui non exponitur ad cibandum, est frustra: ergo si caro Christi non est frustra, exponitur ad cibandum. Sed non in se, scilicet visibiliter, ne generet horrorem: ergo est vera caro Christi sub sacramento.

ITEM Christus pro salute nostra carnem suam veram exposuit ad patiendum, cum adhuc essemus iniusti: ergo si multo magis debeat diligere iustos, carnem ergo suam veram exponit ad reiciendum, non tantum in signum: ergo, et cetera.

2. Esth. c. 3. ITEM Ars, et virtus est circa difficile, et quanto difficilius est credere, tanto magis meritorium. Sed quod Christus sit in sacramento sicut in signo tantum, nullam habet difficultatem: quod autem sit in sacramento veraciter sicut in caelo, hoc maximam habet difficultatem: ergo hoc maxime meritorium est credere: ergo si debuit facere quod magis esset meritorium: patet, et cetera.

ADOPPO- SITVM. 1. CONTRA ostenditur quod non sit ibi secundum veritatem. Primo per impossibilitatem, quia corpus Christi ante non erat in altari, et nunc est: ergo

A aliquo genere motus est mutatum: sed non mutatione locali, quia tunc a caelo recederet: ergo aliquo alio genere mutationis. Sed alia species motus solum cadunt circa mutabile, et alterabile, corpus autem Christi glorificatum impossibile est variari: ergo, et cetera.

2. ITEM nihil est, nec potest esse extra terminum substantiae suae: sed corpus Christi in caelo existens, habet ibi terminum suae substantiae: ergo impossibile est, quod sit alibi, quam in caelo: ergo impossibile est quod sit secundum veritatem in hoc sacramento: ergo si est ibi, est solum sicut in signo.

3. ITEM hoc ipsum ostenditur propter congruitatem, quia sacramenta instituta sunt propter humiliationem, ut homo in inferioribus se quereret, et inueniret salutem: ergo cum corpus Christi verum non sit inferius, non congruit sacramento.

4. ITEM omnia sacramenta sunt ad Dei honorificationem, et reuerentiam: sed si corpus Christi verum esset ibi, cum reuerentia sit a loco, in quo est, se elongare, sicut dictum est Moyfi: Solue calciamentum, et cetera. nullus deberet ad hoc sacramentum accedere. Si ergo institutum est, ut homo accedat salua reuerentia, non est ibi corpus verum.

5. ITEM hoc ipsum ostenditur etiam propter inutilitatem, quia dicitur quod caro non prodest quidquam: ergo caro secundum sui veritatem non reficit: ergo si non debet in hoc sacramento esse aliquid, quod non proficit: ergo non est ibi Christus secundum carnem.

6. ITEM gratia, quae datur in hoc sacramento, est a Deo: sed Deus Christus aequae bene operatur ubi non est secundum praesentiam corporis, sicut ubi est: sicut pater in filio reguli. Vnde reprehenditur regulus, quia corporalem praesentiam querebat: ergo nulla esset ibi utilitas.

CONCLUSIO.

Christus est in sacramento altaris secundum veritatem et realiter: et qui negat, facit contra pietatem fidei, et contra dignitatem sacramenti.

RESPON. AD ARG. sicut tangit Magister, opinio quorundam fuit, et error pessimus quod Christus non esset in altari, nisi tantum sicut in signo, et dicitur manducari, quia signum eius accipitur, et manducatur. Et hoc quidem volunt habere per simile in alijs, quia in aqua baptismi non est gratia sicut contenta, sed tantum sicut in signo. Et ad hoc quidem videntur pietate moueri, quasi nemo sit dignus tangere, necdum etiam comedere veram carnem Dei. Sed iste est error pessimus, et contra pietatem fidei, quae tantum sibi beneficium a Deo datum recognoscit, et gratias agit quod in carne sua, et natura propria nobiscum sit. Est etiam contra sacramenti dignitatem, et excellentiam, in quo relucet diuina potentia, et sapientia, et bonitas altius ceteris sacramentis. Vnde cetera sacramenta excellit, et quasi consummatum est aliorum omnium, sicut charitas omnium virtutum. Primum igitur hic manifestatur Dei potentia in operis singularitate. Cum enim panis in Christi corpus verum, et integrum in multis altaribus conuertitur, nullo remanente communi, et subito ostendit se Deus hoc posse supra omnem potentiam operatiuam in conuersione: supra imaginatiuam in hoc, quod idem est in pluribus locis: supra intellectiua in hoc quod tam magnum, et integrum in tam parua specie facit existere non contractum.

ITEM ratione videtur, quia caro Christi vere est cibus: sed cibus qui non exponitur ad cibandum, est frustra: ergo si caro Christi non est frustra, exponitur ad cibandum. Sed non in se, scilicet visibiliter, ne generet horrorem: ergo est vera caro Christi sub sacramento.

ITEM Christus pro salute nostra carnem suam veram exposuit ad patiendum, cum adhuc essemus iniusti: ergo si multo magis debeat diligere iustos, carnem ergo suam veram exponit ad reiciendum, non tantum in signum: ergo, et cetera.

2. Esth. c. 3. ITEM Ars, et virtus est circa difficile, et quanto difficilius est credere, tanto magis meritorium. Sed quod Christus sit in sacramento sicut in signo tantum, nullam habet difficultatem: quod autem sit in sacramento veraciter sicut in caelo, hoc maximam habet difficultatem: ergo hoc maxime meritorium est credere: ergo si debuit facere quod magis esset meritorium: patet, et cetera.

ADOPPO- SITVM. 1. CONTRA ostenditur quod non sit ibi secundum veritatem. Primo per impossibilitatem, quia corpus Christi ante non erat in altari, et nunc est: ergo

Exo. 3. b

Ioan. 6. g

Greg. hom. 28. in Euang. gel. 10. 2.

Ioan. 4. f

Haereticismo dornorum.

Improbatio

1. Ratio.

1. Congruentia.

2. Congruentia.

3. Congruentia.

Damaflib. 4. c. 14.

in multis locis non per mutationem, quae fit in Christo, sed in pane, qui conuertitur in ipsum.

2. Similiter patet aliud. Quamuis enim corpus Christi terminum habeat in caelo quantum ad existentiam naturalem, non tamen habet quantum ad potestatem conuersionis, secundum quam alibi potest corpus conuerti in ipsum: et ideo illa virtute supernaturali fit alibi, quae aliud conuertitur in ipsum, et hoc melius patebit in tertio problemate. Relucet autem sapientia in congruitate: Christus enim Dominus noster satis magnum populum Domino acquisierat ipsum in suo corpore mystico viuendo. In hoc autem corpore, quod est Ecclesia, sunt multi, et diuersi: sunt viatores, et infirmi: sunt etiam quotidiani peccatis circumdati. Quia sunt multi in vno corpore, indigent conuersione. Quia viatores, indigent refectioe. Quia quotidianis peccatis implicati, indigent oblatione multiplici: et haec non tantum interius scienda erant per gratiam virtutum, sed etiam exterius per gratiam sacramentorum. Congruum ergo fuit ut haberent exterius connectens, sicut habebat vnum interius. Sed illud vnum debuit esse, ubi erant membra: et ita cum in multis locis sint membra, debuit tale esse, quod congrueret esse in multis locis. Sed hoc non est nisi Deus, vel diuinitati vnitum: sed Deus est interius, diuinitati vnitum est corpus Christi: ergo corpus Christi debuit dari in sacramento exteriori, quod est vnum, in quo omnes fideles vniantur in manducando vnam et eandem escam. Congruerat etiam ut haberent exterius reficiens in sacramento, sed reficiens animam non est nisi Deus, vel Deo vnitum, et hoc est corpus Christi verum: et ita congruum fuit, ut corpus Christi verum in sacramento isto esset. Congruerat etiam ut haberent oblationem exteriorem. Sed Dominus vnica oblatione offerendo se, omnes alias oblationes euacuauerat: ergo si non debuit reficere, quod destruxerat, debuit nobis illam eandem, quam obtulit, et non aliam instituire oblationem. Ergo sicut corpus Christi verum fuit oblatum in cruce, ita sacrificatur in altari. Et ex hoc patet quod non valet, quod obijciatur propter congruitatem.

3. Quid autem obijciatur, quod homo non humiliatur in hoc sacramento, dicendum quod immo, quia in signo exteriori visibili est humiliatio. Præterea: In hoc super omnia humiliatur, et captiuatur intellectus hominis, quia credere compellitur quod nullatenus potest comprehendere. Præter hoc etiam in hoc sacramento est exemplum totius humilitatis: quia Dominus maiestatis tam modico, et paupere pallio adhuc in exemplum humilitatis, et paupertatis vestitur.

4. Ad illud quod obijciatur de reuerentia, dicendum quod reuerentia non tantum fit a Deo recedendo, sed etiam humiliter ad ipsum accedendo, maxime cum ipse vocat: quia si homo non irret cum vocatur, non esset reuerentia sed stultitia. Apparet etiam tertio diuina bonitas in utilitate. Nam ex hoc quod Christus est ibi corporaliter praesens, fidei meritum augetur, dum hoc credit quod nullatenus ratione cognoscit. Charitatis etiam deuotio inflammatur, quando sentit Dominum sibi praesentem in carne: sicut enim ad praesentiam ignis expellitur frigus, sic ad praesentiam carnis Christi expellitur tepor. Vnde Damascenus dicit, quod caro Christi est tamquam carbonis ignitus. ITEM Spei fiducia subleuatur: dum enim ipsum eundem offerunt Patri, qui oblatum est in cruce, quis est qui non confidat se exaudiri?

5. Per hoc etiam patet quod obijciatur de inutilitate, quia quod dicit Dominus: Caro non prodest quidquam, intelligitur de carnaliter intelligente. Ille autem intelligit carnaliter, non qui intelligit carnem esse praesentem, sed qui intelligit Christum manducari, secundum quod comeditur caro cuiuslibet animalis

6. SIMILITER patet aliud, quia praesentia corporis non auget Dei virtutem: sed congruum est quod Dominus ex sua praesentia corporali aliquid munus specialius tribuat: et licet non valeat illi, qui credit cum non posse operari, nisi ubi est corporaliter: credenti tamen multum valet, sicut multum valuit Zachaeo praesentia corporis Christi.

ITEM si non est ibi quantitas, deponit quantitatem: sed depositio accidentis absoluti inducit transmutationem secundum formam: ergo corpus Christi glorificatum transmutatur.

ITEM si non est ibi quantitas, deponit quantitatem: sed depositio accidentis absoluti inducit transmutationem secundum formam: ergo corpus Christi glorificatum transmutatur.

ITEM si non est ibi quantitas, deponit quantitatem: sed depositio accidentis absoluti inducit transmutationem secundum formam: ergo corpus Christi glorificatum transmutatur.

ITEM si non est ibi quantitas, deponit quantitatem: sed depositio accidentis absoluti inducit transmutationem secundum formam: ergo corpus Christi glorificatum transmutatur.

A per frustra. Sed tamen multum prodest eam veraciter assumentem sub sacramento.

6. SIMILITER patet aliud, quia praesentia corporis non auget Dei virtutem: sed congruum est quod Dominus ex sua praesentia corporali aliquid munus specialius tribuat: et licet non valeat illi, qui credit cum non posse operari, nisi ubi est corporaliter: credenti tamen multum valet, sicut multum valuit Zachaeo praesentia corporis Christi.

Q V AESTIO II.

An corpus Christi sit in altari secundum suam naturalem quantitatem.

Alex. Alex. 4. p. q. 10. memb. 7. ar. 3. §. 4. S. Thomas 3. p. q. 76. ar. 4. Et 4. Sent. d. 10. q. 3. ar. 2. Et 4. contra Gent. cap. 63. ar. 64. Et Quol. 7. q. 8. in corp. Richardus 4. Sent. dist. 10. q. 2. Tho. Argent. 4. Sent. d. 10. q. 2. ar. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 10. q. 2. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 10. q. 2. Marfilius Inguen. 4. Sent. q. 7. ar. 2. Gabr. Biel. 4. Sent. d. 10. q. 1.

AD OPPO- SITVM. suam naturalem quantitatem, an sit ibi a quantitate abstractam. Et quod magis abstractum videtur per Augustinum in expositione psalmi. 4. et ponitur de consecr. dist. 2. Corpus, in quo resurrexit, in vno tantum loco esse oportet: veritas autem eius ubique diffusa est: ergo in sacramento est veritas, non tamen est sua corporeitas, siue quantitas. 2. ITEM videtur ratione, quia in hoc sacramento solum est Christus, ut cibus spiritualis: sed quantitas nihil facit ad esse cibi spiritualis: ergo, et cetera.

3. ITEM impossibile, et non intelligibile est duas dimensiones esse simul: ergo si diuina maiestas contereperat se nostrae infirmitati in hoc sacramento: ergo non debet facere hoc, scilicet ut corpus Christi sit cum quantitate: et cum abstractio sit magis rationabilis, et magis intelligibilis, Deus facit quod rationabilis est.

4. ITEM multo congruentius est separari substantiam ab accidente, quae conuerso: sed in hoc sacramento separatur accidens a substantia in speciebus: ergo in re contenta substantia a quantitate.

CONTRA per Augustinum de verbis Euangelij: Totus per partes manducatur in sacramento, et manet integer totus in caelo: sed totus, et pars dicunt quantitatem: ergo, et cetera.

ITEM Corpus Christi est viuens: et si viuens, organicum: et si organicum, quantum: ergo si in altari non abstractitur a vita, igitur nec a quantitate.

ITEM Corpus Christi, siue Christus, ibi videt, et audit, quamuis non loquatur, ne deprehendatur: sed sensus exteriores praesupponunt quantitatem: ergo est ibi secundum quantitatem.

ITEM si non est ibi quantitas, deponit quantitatem: sed depositio accidentis absoluti inducit transmutationem secundum formam: ergo corpus Christi glorificatum transmutatur.

RESPON. AD ARG. Quidam dixerunt, quod in sacramento altaris est Christus, non tantum ut significatus, sed etiam contentus: sed tamen non est se-

AD OPPO- SITVM. Habetur de consec. d. 2. cap. Prima quidem: et forte in sen. su. sup. 107. tracl. 5. o. in fine.

3. Meth. 9.

FNDA- MENTA.

Opi. falsa.

est secundum suam quantitatem, nec etiam secundum alia accidentia, quia ista nihil faciunt ad finem huius sacramenti, qui est cibare. Et rationem huius habent ex hoc, quod ibi est corpus Christi, quia transfertur aliquid in ipsum; sed illud est pure substantia, et non accidens, quia alia accidentia manent: ideo transubstantiatur in substantiam, ita quod est abstracta ab omnibus accidentibus. Sed haec positio quamvis non sit erronea, sicut praedicta: est tamen errori propinqua: ideo quia est substantia corporea possit intelligi esse sine quantitate, et alijs accidentibus, numquam tamen intelligitur bene esse. Si ergo non habet, tunc male est. Et rursus: Quamvis substantia possit abstrahi a quantitate, tamen quod corpus vivat, et sit organicum, et non sit quantum, hoc nec esse, nec intelligi potest: et ex hoc sequitur corpus Christi nec bene ibi esse, nec vivere, quod nefas est dicere. Propterea dicendum quod in altari non tantum est corporis Christi veritas, immo etiam quantitas. Et ad intelligentiam obiectorum notandum quod est in hoc sacramento fieri debeant miracula, non tamen debent fieri, nisi quae congruant sacramento. Sacramentum autem illud est mysterium fidei: et ideo est verum, et occultum. Quia verum: ideo cum dicitur: *Hoc est corpus meum*: corpus panis transit in corpus Christi, et hic, et vbiicumque dicatur. Et ex hoc oritur duplex miraculum. Primum est, quia panis transit in corpus Christi integrum, et perfectum. Et aliud, quia corpus Christi integrum est vbiicumque sit haec transubstantiatio, ita totum, et perfectum in parvo loco, et vnum in pluribus locis. Quia vero occultum: ideo debent manere species, et omnia sensibilia ipso non apparente. Et ex hoc est duplex miraculum. Vnum, quia accidentia sunt sine subiecto. Alterum vero quod est ibi corpus clarissimum: et est praesens, et non videtur. Ex his patent obiecta.

Improbatio

Determinatio

Explicatio

1. 2. Primum enim quod dicit Augustinus, quod veritas vbiique, et cetera, non distinguit veritatem contra quantitatem, quae est de veritate corporis, sed contra apparitionem sensibilem, quia tantum in vno loco apparet. Pater etiam sequens, quia quantitas facit ad sacramenti veritatem, et perfectionem, ut corpus contentum sit, habens omnem perfectionem. 3. Ad aliud dicendum, quod diuinitas nostra infirmitati se contemperat, saluata integritate sacramenti. Et praeterea sic se contemperat, ut intellectum excedat, et fides locum, et meritum habeat. 4. Ad vltimum dicendum, quod si Deus vtrumque faceret, tamen nulla esset vtilitas nec quantum ad veritatem, nec quantum ad relationem, id est occultationem, si corporis Christi veritas a quantitate abstraheretur: et propter hoc non valet, quia non debet hic fieri, nisi quod congruit sacramento.

QUESTIO III.

An corpus Christi sit sub speciebus diffinitive.

Alex. Alenf. 4. p. q. 20. memb. 7. ar. 3. §. 6.
S. Thomas 3. p. q. 76. ar. 5.
Et 4. Sent. d. 10. q. 2. art. 3.
Richard. 4. Sent. dist. 20. ar. 2. q. 1.
Steph. Brulef. 4. Sent. d. 10. q. 20.
Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 10. q. 3.

FUNDAMENTA.

VTRUM corpus Christi sit sub speciebus diffinitive. Et quod non, videtur, quia illud loco diffinitur, quod est in vno solo loco: sed corpus Christi sub sacramento est in pluribus locis: ergo, et cetera. Probatio minoris: Omne quod est, vbiicumque consecratur, in

A pluribus locis est: sed corpus Christi est tale: ergo, et cetera. **I**TEM omne illud, in quod possibile est plura in pluribus locis conuerti, possibile est in pluribus locis esse: sed corpus Christi est huiusmodi: ergo, et cetera. sed nullum tale habet esse diffinitum: ergo, et cetera. **I**TEM vbiicumque se extendit virtus verbi, et elementum, extendit se etiam sacramentum: sed virtus verbi non est determinata ad locum, sicut patet: similiter nec elementum quod est panis: ergo nec hoc sacramentum: ergo nec corpus Christi interius contentum.

B **I**TEM quod est in vno loco, et potest sine sui mutatione esse in alio, non est ibi diffinitive: sed corpus Christi est huiusmodi: quia est in caelo, et potest sine mutatione sua esse in loco alio, vt in altari: ergo, et cetera.

C **C**ONTRA: Omne indiuiduum est hic, et nunc: sed corpus Christi est indiuiduum: ergo est hic et nunc: sed quod est hic, et nunc, est in loco diffinitive: ergo, et cetera. Si dicas quod corpus Christi quamvis sit indiuiduum, tamen est vnum substantiae immensa, et ratione illius vnionis habet esse in pluribus locis. Si ista est sufficiens ratio: ergo ab instanti conceptionis fuit in pluribus locis, quod stultum est dicere. Praeterea: Illa vnio non auferit ei, quin sit indiuiduum: ergo non auferit esse hic et nunc, nec esse diffinitiuum.

2. **I**TEM si Christus in sacramento potest esse in pluribus locis, esto quod tantum tria loca sint, in illis possibile est esse corpus Christi: ergo possibile est esse vbiique: sed hoc cum sit solius Dei, impossibile est alteri conuenire: ergo, et cetera.

3. **I**TEM quod sic est in aliquo, quod mouetur ad motum illius, in illo est diffinitive: sed Christus mouetur ad motum totalis speciei: et quodam modo probatio minoris: Cum transferretur species, vere dicitur transferri corpus Christi verum: ergo, et cetera.

CONCLUSIO.

Corpus Christi verum est sacramentaliter in pluribus locis, cum plura conuertantur in ipsum totum in pluribus locis.

RESPON. AD ARG. Sicut dicit Innocentius quemadmodum Dei Filius secundum diuinitatem habet triplicem modum essendi, in omnibus per essentiam, in iustis per gratiam, in Christo per vnionem: sic corpus Christi localiter est in caelo, personaliter in Verbo, sacramentaliter in altari: hoc tertio modo dicit ipsum reperiri in pluribus locis, quia plures sunt species continentes: vnde per se loquendo est in vno loco tantum, in quo diffinitur, sicut indiuiduum: Quia vero multa in ipsum conuertuntur, quae sunt in diuersis locis, et ipsum per consequens est in diuersis locis secundum illum modum, secundum quem multa in ipsum conuertuntur, et hoc sub sacramento. Vnde notandum ad intelligentiam obiectorum, quod corpus Christi est indiuiduum secundum se, et indiuiduum in quod plura conuertuntur. Quia indiuiduum secundum se, est in caelo tantum in proprio, et diffinitiuo loco. Quia vero in ipsum plura conuertuntur, non habet terminum substantiae limitatum ad vnum locum, sed extendit se ad locum conuersionis. Et quia conuersionis loca non possunt esse omnia, nec vnum solum, immo plura, quantum ad hoc, nec immensum est sicut Deus: nec omnino diffinitive sicut aliquod indiuiduum, sed medio modo: sicut Deus secundum modum essendi per gratiam, non in omnibus, sed in pluribus. Si ergo quaeratur ratio, quare corpus Christi est in pluribus locis, credo quod haec sit ratio: quia plura conuertuntur in ipsum totum, et in pluribus locis. Si quaeratur quare plura, dicendum, quia

AD OPPOSITUM.

Porphy. ca. de specie, et Aristot. 1. Peribor. c. 5. et 7. Metaph.

Explicatio.

Hanc rationem in fine dicit Scot. d. 20. q. 3. sed eandem accipit S. Th. 4. Sent. dist. 20. q. 2. ar. 2. c.

quia Dominus instituit. Et si quaeratur ratio institutionis, dicendum quod quia cibis spiritualis, et communis: ideo natum est cibare plures, et ideo plura conuertuntur in ipsum: aptitudinem autem cibandi spiritualiter habet ex vnione cum diuinitate, actum vero ex existentia sub sacramento: et ideo institutum est vt plura in illud corpus conuertantur, et sub hoc sacramento.

1. QVOD obijcitur primo de indiuiduo, patet, quia ultra rationem indiuidui habet, quod plura conuertantur in ipsum in diuersis locis. Vnde sicut indiuiduum in quod alia possunt conuerti secundum partem, potest esse in maiori loco: sic illud in quod alia conuertuntur totaliter in diuersis locis, potest esse in pluribus locis.

2. AD aliud patet responsio, quia non in omnibus potest esse conuersio, quia sacerdos non haberet locum, ad cuius ministerium sit. Posito autem per impossibile, quod tantum essent tria loca, tunc dicendum quod esset vbiique: sed non sicut Deus, quia Deus est vbiique propter sui immensitatem, vnde nulli potest abesse: sed corpus Christi esset vbiique propter locorum paucitatem.

3. AD illud quod obijcitur de motu translationis, dicendum quod corpus Christi medium tenet inter esse immotum, et esse diffinitum: et ideo quodam modo est immotum, et quodam modo mobile. Mobile quidem in vno loco, et immotum in alio: et in eadem hostia non mouetur ad motum partium, nec per se, nec per accidens, nisi transferatur tota hostia: si ergo simpliciter mutaretur et omnino, bene argueret: sed hoc non habet veritatem.

QUESTIO IV.

An corpus Christi sit dimensue sub illis speciebus.

Alex. Alenf. 4. p. q. 20. memb. 7. ar. 3. §. 7.
S. Thomas 3. p. q. 76. ar. 2.
Et 4. Sent. d. 10. q. 3. art. 2.
Et 4. contra Genes. cap. 63. et 64.
Scot. 4. Sent. d. 20. q. 1.
Richardus 4. Sent. d. 20. q. 1.
Steph. Brulef. 4. Sent. d. 20. q. 4.
Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 20. q. 4.

AD OPPOSITUM.

VTRUM corpus Christi sit dimensue sub illis speciebus, sive circumscriptiue. Et quod sic, videtur: quia omne quod habet extensionem sive dimensionem, et ab ista non abstrahitur, si est alicubi, est ibi dimensue: sed corpus Christi sub sacramento non abstrahitur a dimensione, cum sit organicum ibi, et habeat partem extra partem: ergo est ibi dimensue, sive circumscriptiue.

2. **I**TEM corpus Christi non abstrahitur a suis proprietatibus. Sed sicut dicit philosophus: Proprii est positionis primo loco adhaerere substantiae in sex principijs: ergo si non abstrahitur ab alijs proprietatibus magis remotis, nec a positione: sed positio est ordinatio partium in loco: ergo, et cetera.

3. **I**TEM omne corpus, quod est alicubi localiter, est ibi circumscriptiue: sed corpus Christi in sacramento est localiter: quia dicit Innocentius quod in pluribus locis existit: sed hoc non est nisi sub sacramento: ergo, et cetera.

4. **I**TEM omne corpus, quod est alicubi, ita quod nec excedit, nec exceditur ab eo, in quo est, non est tantum localiter, sed etiam conterminatiue, et per consequens circumscriptiue, et dimensue: sed corpus Christi taliter est sub sacramento: ergo, et cetera.

S. Bon. To. 3.

CONTRA: Esse diffinitive est superius ad esse circumscriptiue: sed corpus Christi non est diffinitive sub sacramento, vt probatum est: ergo, et cetera.

ITEM omne quod est dimensue alicubi, aequatur illi, in quo est: ergo si dimensue est, aequatur hostiae: scindatur ergo hostia, et tunc similiter aequatur parti: ergo vnum et idem est aequale parti, et toti: quod quidem Deus non potest facere, quia tunc idem esset maius, et minus seipso: et duo contradictorie opposita essent simul vera, et bicubitum aequale esset monocubito.

ITEM omne quod est in aliquo conterminatiue, si sit dimensue, necesse est quod sit configuratiue, hoc patet: ergo cum corpus Christi sit ibi conterminatiue, quia nec excedit, nec exceditur: si est dimensue, est eiusdem figurae: ergo orbicularis, et subtilis.

ITEM omne quod est alicubi inseparabiliter, si est ibi dimensue, mouetur ad motum eius, in quo est, siue transferatur, siue transuertatur: sed Corpus Christi est in hostia inseparabiliter: ergo si est ibi dimensue, sicut hostia vertitur, ita et corpus: et ita habebit aliquando caput superius, aliquando pedes. Si ad haec omnia respondeas per miraculum, quia illud esset verum, si esset per naturam, hoc non soluit: quia per miraculum numquam separatur diffinitio a diffinito: sed istae rationes procedunt non secundum accidentales proprietates, sed per proprias rationes, siue diffinitiones.

CONCLUSIO.

Corpus Christi vere existens in hostia consecrata, licet habeat ibi propriam dimensionem, non tamen est ibi dimensue.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod illud dicitur esse dimensue alicubi, quod ita est in illo quod totum in toto, et pars in parte secundum commensurationem: et huiusmodi non debuit esse corpus Christi sub sacramento, quia tunc necessarium esset illi aequari, et configurari, sicut probant rationes praedictae. Sed hoc non congruebat veritati sacramenti, quia (sicut supra probatum est) ad veritatem sacramenti requiritur, quod sit ibi in quantitate sua: et si aequaretur hostiae, non esset in sua quantitate, sed conformaretur vel configuraretur non in sua figura, et ideo hoc non debuit fieri: sed debuit fieri, vt corpus habens suam perfectionem esset in hostia illa, et ita habens suam dimensionem, non esset ibi dimensue. Concedenda ergo sunt rationes ad hoc inducenda.

1. AD illud quod obijcitur, quod habet dimensionem est dimensue, dicendum quod hoc verum est, si sit ibi sicut locatum in loco: sed non est ibi sic, sed tamquam signatum contentum in signo: et quia eodem modo significatur in parua hostia, vt in magna, eodem modo continetur.

2. AD illud quod obijcitur, quod non abstrahitur a proprietatibus, dicendum quod proprietates corporis Christi sunt duplices. Quaedam absolutae, vt esse bicubitum, et talis figurae: Quaedam relatae, vt videri, et tangi, et tantum locum occupare. Ab absolutis non abstrahitur, sed a comparatis abstrahitur: tum propter veritatem sacramenti, quia oportet vt magnum corpus sit in parua specie, tum propter vtilitatem fidei, qua oportet occultari. Secundum hoc sciendum quod positio est ordinatio partium in toto, et ab hac non abstrahitur, et de hac loquitur philosophus: et partium in loco, et ab hac abstrahitur propter sacramenti veritatem.

3. AD illud quod obijcitur, quod est ibi localiter, dicendum quod aliquid dicitur ibi esse localiter, aut quia est secundum corporalem praesentiam, aut quia secundum commensurationem corpori debita. Primo modo est ibi localiter, secundo

1 3 modo

modo non, immo tantum in caelo: unde Innocentius distinguit esse localiter contra esse sacramentaliter. 4. Ad illud quod obijcitur, quod conterminatiue est ibi, dicendum quod esse conterminatiue dicitur dupliciter. Vno modo priuatiue, quia nec excedit nec exceditur: et sic ex hoc non sequitur esse dimensiu. Alio modo positiue, quia primum respondet primo, et postremo postremo, et medium medio, et quod sic est, est ibi dimensiu, siue circumscriptiue. Sed sic non est ibi corpus Christi: et ideo non est ibi dimensiu, siue circumscriptiue, quamuis non excedat, nec excedatur, quia medium medio non respondet.

QVÆSTIO V.

An corpus Christi sit in qualibet parte hostie.

Alex. Alen. 4. q. 10. memb. 7. ar. 3. §. 5. S. Thomus 3. p. q. 76. ar. 3. Et 4. Sent. d. 10. q. 3. ar. 3. Et 4. contra Gent. cap. 67. Richardus 4. Sent. d. 10. ar. 6. q. 1. Tho. Arg. 4. Sent. d. 10. q. 2. ar. 3. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 10. q. 5. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 10. q. 5.

FVNDAMENTA.

TRVM corpus Christi sit in qualibet parte hostie. Et quod sic, videtur: quia ita dicit Hilarius et habetur de consecra. dist. 2. vbi pars est corporis, ibi et totum: ergo cum in qualibet parte hostie sit aliquid de Christo ponere: ergo in qualibet parte est totum.

ITEM signemus vnam partem æque magnam, impossibile videtur quod sit ibi pes, sicut quod sit totum corpus: ergo cum maior nobilitatis sit totum continere, quam partem, et non sit maius impossibile, videtur quod hoc sit tenendum.

ITEM constat quod post fractionem est totus Christus in singulis partibus, in quocumque fiat partitio: sed per fractionem nihil nouum ibi efficitur: ergo ante fractionem erat totum in qualibet parte. Si dicas quod est ex consequenti, sicut in speculo, non valet, quia in speculo generatur species in singulis partibus ab objecto: sed ibi non est aliquid amplius his faciens corpus Christi de nouo venire, quia verba longo tempore sunt ante dicta: ergo semper est ibi totum.

ITEM corpus Christi sub sacramento sublimatur ad excellentiorem modum essendi, quam spiritus: spiritus enim tãtũ in vno loco est, sed corpus Christi præfens est pluribus: ergo si spiritus est ita in toto quod dicitur in qualibet parte, multo fortius corpus Christi.

ITEM in conuersione panis est totum homogeneon: ergo quilibet pars habet rationem totius: ergo cum non sit maior ratio, quare ista pars conuertatur in hanc partem quam in illam, qua ratione in vnam, et in omnes: ergo si quilibet pars in totum, patet, et cetera.

ITEM hoc ipsum ostenditur per impossibile. Signemus aliquam partem hostie, aut est ibi totum, aut pars. Si totum, habeo propositum. Si pars, tunc diuidatur hostia in hic, aut est pars, aut est totum. Si pars: ergo Christus est diuisus. Si totum, et prius non erat: ergo plus continet hæc pars hostie quam prius: ergo de necessitate est aliquid ibi conuersum in partes, quod prius non fuerat: et vterius locus est mutatus, quia pars illa cessit alijs partibus, quæ de nouo esse ibi incipiunt.

ITEM esto quod fieret consecratio in pane, qui

A esset maioris quantitatis, quam corpus Christi; tunc vel aliqua pars hostie esset vacua a continentia corporis Christi, aut corpus Christi est ibi maius, quam sit per naturam, aut est in qualibet parte. Sed primum est contra perfectionem sacramenti. Secundum contra perfectionem corporis Christi: ergo tertium est ponendum.

1. SED CONTRA: Si vbi pars, ibi totum: et ergo vbi vna pars, ibi quilibet: ergo pars non est a parte distincta: ergo corpus Christi est ibi confusum.

2. ITEM si totum est in qualibet parte: ergo cum possibile sit hostiam diuidi in infinitum, videtur quod corpus Christi erit ibi infinitus.

3. ITEM tantumdem facit si est in toto totum, quantum si est in qualibet parte totum: ergo ponere quod sit in qualibet parte, est ponere superfluitatem.

4. ITEM ad hoc sacramentum concurrunt verbum, et elementum, et intentio: sed intentio ministris est quod sub totali specie totus sit Christus, nec fertur intentio eius super partes, quia partes sunt innumerabiles: ergo in illis non est totus.

CONCLVSIO.

Corpus Christi vere existens in hostia, est totum in toto, et totum in qualibet parte, in qua saluatur species totius.

RESP. AD ARG. Dicendum quod duplex est hic positio: Aliquorum enim positio est quod sub totali specie sit totum corpus, ita quod sub nulla parte totum ante fractionem: sed post fractionem est in qualibet parte totum: et hoc dicunt venire non a virtute conuertendi, quia hoc non est per conuersionem, sed per inseparabilem vnionem. Sicut enim, vbi corpus ibi anima Christi propter coniunctionem: sic cum hæc pars contineat aliquam partem corporis, et inseparabiliter: rursus illa pars non possit diuidi ab alijs, quia corpus est incorruptibile propter coniunctionem, quia separat partem hostie ab hostia, totum trahit, secum. Et ponunt exemplum in speculo, quia imago habet esse spirituale, quod non potest diuidi, et in altera parte speculi remanet pars imaginis, similiter et tota. Simile etiam dicunt in anima sensibilis, quæ nata est esse in corpore annuloso propter consimilem rationem in partibus, et toto: unde quando diuiditur pars a toto, remanet in ea tota anima.

ITEM modo in proposito. Unde quia non est ponendum in hoc sacramento, nisi quod necesse est, et ratio cogit post fractionem esse in partibus diuisis hostie, ante fractionem autem ponere esse in omnibus partibus ratio non cogit, nolunt amplius ponere. Aliorum opinio est, quod corpus Christi ita est in toto quod in qualibet parte, in qua saluatur species totius: Et hoc quidem ponunt non propter necessitatem, sed propter rationem inducentem, et in conuersione, et in fractione. In conuersione, quia cum totum sit homogeneum, non est maior ratio, quare magis vna pars in vnam partem, quam in totum conuertatur, ex quo non requiritur determinata pars. Unde Innocentius: Ego sane concesserim, quod talis panis in

totale corpus conuertitur, ita tamen quod nulla pars panis in aliquam partem corporis transit. In fractione similiter videmus quod qua ratione post in qualibet parte totus est, eadẽ ratione similiter et ante. Unde Innocentius: Reor, salua fide maiestatis, quod vbi est panis consecratus, totum in singulis partibus continetur: quod inde cognoscitur, quoniam in quocumque partes species diuidantur, in singulis est totus Christus. Et hæc positio est probabilior, et huic magis consentio, quia facit ad veritatem sacramenti, et vtilitatem fidei. Ad veritatem, quia Christus ibi continetur et signatus in signo: et quia ratio signandi vniformiter est in partibus, et in toto: ad veritatem sacramenti

ADOPPOSITVM.

Opin. 1.

Opin. 2.

sacramenti spectat, quod vniformiter sit in partibus, et in toto. Ad vtilitatem fidei facit, quia fantastica imaginatio multum impedit nos ab eleuatione ad contemplandum credenda. Sed si corpus Christi ponatur ibi, ita quod pars in parte, et totum in toto, non est omnimoda abstractio ab imaginatione. Sed quando ita ponitur, quod totus sub qualibet parte, hoc nullatenus cadit sub imaginatione. Unde multum subleuatur homo ad puritatem intelligentie.

1. AD illud ergo quod obijcitur in contrariũ, quod ibi est confusio, dicendum quod non est, quia et si partes non distinguantur secundum positionem in loco, distinguuntur tamen secundum positionem in toto: et ideo non est ibi confusio, quia est ibi positio, quæ est ordinatio partium in toto.

2. AD illud quod obijcitur, quod infinites esset, dicendum quod quamuis anima sit in qualibet parte

A corporis, tamen semel est, quia vnum est corpus: similiter in vna hostia, quamuis in omnibus partibus, est ibi tamen semel: nec hostia est diuisibilis in partes infinitas, ita quod ratio totius scilicet panis, vel proprietatis consequentis saluetur, quia in diuisione continui est status naturalis, quantum ad partes secundum formam.

3. AD illud quod obijcitur de superfluitate, patet responsio ex iam dictis. Quod enim corpus Christi sit in singulis partibus, hoc facit ad sacramenti veritatem, et fidei vtilitatem in promouendo ipsum intellectum, et ideo non superfluit.

4. AD illud quod obijcitur de intentione, dicendum quod non oportet quod specialiter discretæ feratur intentio ministris super omnes partes, sed quia omnes habent rationem totius, sufficit quod super totum: et sic in qualibet parte quod in toto.

Duplex pars secundum materiam, et secundum speciem. 2. de generatione. c. de augm. contem. 35.

DISTINCTIO X. PARS II.

RESVMIT ERROREM, QVOD IN ALTARI non sit verum corpus Christi.



ATIS responsum est hæreticis, et obiectionibus eorum, qui negant verum corpus Christi in altari esse, et panem in corpus, vel vinum in sanguinem mystica consecratione conuerti dicentes. Quis audeat manducare Dominum suum? Quis etiam audeat dicere, quod idie formari corpus Christi de materia vel substantia, quæ non fuit caro virginis?

Audoritatibus probat verum corpus Christi esse in altari, et in id panem conuerti.

HÆC et his similia obijciunt illi, in diuino mysterio legem nature scilicet: quorum perfidiam subdita conuincunt testimonia. Aut enim veritas: Accipite, hoc est corpus meum. Item Ambrosius: Si tantum valuit sermo Helie, ut ignem de celo deponeret: non valebit tantum sermo Christi, ut substantias mutet? De totius mundi operibus legitur, quia ipse dixit, et facta sunt, et cetera. Sermo igitur, id est, filius, qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non potest ea quæ sunt, in id mutare quod non erant? Non enim minus est creare, quam mutare nouas naturas rerum. Item: Si ordinem querimus, viro mixta femina generare consueuerat. Liqueat ergo quod præter nature ordinem virgo genuerit: Et hoc quod consecimus corpus ex virgine est: Quid ergo hic queris nature ordinem in Christi corpore, cum præter naturam sit ipse partus ex Virgine? Item: Ante benedictionem alia species nominatur, post consecrationem corpus significatur. Ante consecrationem aliud dicitur, post consecrationem sanguis nuncupatur. Tu dicis Amen, id est, verum est: Quod sermo sonat, affectus sentiat. Item Augustinus: In specie panis et vini, quam videmus, res inuisibiles, id est, carnem et sanguinem honoramus: nec similiter pendimus has duas species, sicut ante consecrationem pendebamus, cum fideliter fateamur ante consecrationem panem esse et vinum, quod natura formauit: post consecrationem vero carnem Christi et sanguinem, quod benedictio consecrauit. Item Ambrosius: Panis est in altari visitatus ante verba sacra: vbi accessit consecratio, de pane fit Christi caro. Quomodo autem potest quod panis est, esse corpus Christi? Consecrationem: quæ fit sermone Christi. Item: Si tanta vis est in sermone Domini, ut incipiant esse, quæ non erant: quanto magis operatorius est, ut sint quæ erant, et in aliud commutentur? Et sic quod erat panis ante consecrationem, iam corpus Christi est post consecrationem: quia sermo Christi creaturam mutat: et sic ex pane fit corpus Christi, et vinum cum aqua in calicem missum fit sanguis consecratione verbi celestis. Item Augustinus: Sicut per Spiritum sanctum vera Christi caro sine coitu creatur: ita per eundem ex substantia panis et vini idem corpus Christi et sanguis consecratur. Corpus Christi et veritas est, et figura. Veritas, dum corpus Christi et sanguis virtute Spiritus sancti ex panis, viniq. substantia efficitur. Figura vero est id quod exterius sentitur. Item: Eusebius Emisenus; inuisibilis sacerdos visibiles creaturas in substantiam corporis et sanguinis sui, verbo suo, secreta potestate commutat. Ex his alijsq. pluribus constat verum corpus Christi et sanguinem in altari esse, immo integrum Christum ibi sub vtraque specie, et substantiam panis in corpus, viniq. substantiam in sanguinem conuerti.

DIST.

Mat. 26. 6. Amb. li. de his qui mysterijs initiantur. c. 9. in medio 10. 4. 4. Reg. 1. b. c. Gen. 1. a. Pf. 148. a. Ibidem. Ibidem. Aug. in lib. sent. Pro. et de cons. d. 2. nos aut. Lib. de sacramentis 4. c. 4. 20. 4. Ibidem et de consecr. dist. 1. panis est.

De cons. dist. 2. cap. Quia corpus.

DISTINCT. X. PARS II.

Veritatem fidei confirmat, ostendens quod corpus Christi vere est in altari multiplici auctoritate.

Satis responsum est hæreticis, et obiectionibus eorum, et cetera.

Expofitio textus.

Verba reprobat Magister errorem ponentium corpus Christi non esse vere in altari, et hoc respondendo eorum sophisticis obiectionibus: in parte ista veritatem fidei confirmat, ostendens quod corpus Christi vere est in altari multiplici auctoritate: et similiter cum hoc ostendens, qua virtute sit ibi: Et habet hæc pars tres partes. In prima resumit errorem superius positum cum sua ratione, ut ipsum infringat veritatis ostensione. In secunda manifestando veritatem convincit errorem, ibi: Hæc et his similia obijciunt, et cetera. In tertia concludit veritatem iam probatam, ibi: Ex his alijsq. constat, et cetera. Prima parte, et vltima remanentibus indiuisis, media diuiditur in duas. In prima ostendit duplici auctoritate, quod corpus Christi vere potest esse in altari. In secunda ostendit, quod non solum potest esse, immo vere est post consecrationem, ibi: Item ante benedictionem alia species nominatur, et cetera. Et vtræque auctoritates habent secum rationes coniunctas. Nam primæ duæ dicunt, quod verbi virtus, et virtus Spiritus sancti, quæ ponit in vtero Virginis mirabiliter, et præter ordinem naturæ formare corpus Christi, potest similiter immo fortius substantias in id, quod non erat, mutare. Similiter duæ sequentes dicunt quod panis conuertatur in verum corpus, et ibi fit corpus, ubi erat panis. Hoc fit secreta potestate, et virtute Spiritus sancti.

Satis responsum est hæreticis, et cetera. Dub. I.

CONTRA: quia his duabus obiectionibus ipse non respondit, scilicet de manducatione Domini nostri, quod videtur esse irreuerentiæ: et de formatione corporis Christi, quod videtur esse dementiæ. RESPON. Dicendum quod solutio huius secundæ articuli patebit in sequenti distinctione de conuersione. Alterius vero, scilicet de irreuerentiâ, patet ex sequentibus, quia non manducatur manducatione carnali, sed spiritali, sicut medicina salutifera: et hoc non est irreuerentiâ, immo magis irreuerentiâ Domini contemnere medicinam.

Si tantum valuit sermo Elias, et cet. Dub. II.

Quæritur de hoc Ambrosij, verbo: vnde hoc habuit sermo. Aut a se, aut aliunde. Non a se, constat. Non aliunde, ut videtur, quoniam appetere, vel petere consumptionem aliorum non est charitatis, cum charitas dicat contrarium: sed si non est ex charitate, non est exaudienda petitio: ergo, et cetera.

RESPON. Dicendum quod sermo Dei dicitur valuisse, non quia potentia fuit in Elia, vel eius sermone ad illud faciendum, sed quia ad eius petitionem, affuit vis superior: et hoc non fuit tantum ratione charitatis, quæ erat in eo, sed potius ratione gratiæ miraculorum, quæ potissime vigeat in eo. Nec peccauit in hoc Elias, immo digne fecit, quia illi confidentes in multitudine comitum irreuerenter loquebantur, contemnentes virtutem Dei, quæ erat in eo: et ideo iuste experti sunt Dei iudicium iustum, et po-

tentiam viri sancti: et nos etiam instructi sumus quædam seruis suis velit Deus reuerentiam exhiberi.

Post consecrationem vero carnem Christi, et sanguinem, quod benedictio consecrauit. Dub. III.

Videtur Augustinus hic male dicere: quia in substantia formæ nihil est pertinens ad benedictionem, sed dicitur totum per modum narrationis, quod patet cum dicitur: Hoc est corpus meum.

RESPON. Dicendum quod verba, in quibus consistit vis consecrandi, dicuntur benedictio, tum ratione benedictionis præcedentis, tum quia ad eorum prolationem Dominus benedicit, quia conuertit in corpus, quod super omnia benedixit, ditando perfectis donis gratiarum animam, et sanctificatione, et puritate carnem illam sanctissimam.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam huius partis duo, principaliter quaruntur. Primo quæritur de sacramento Eucharistiæ per comparisonem ad virtutem transubstantiantem. Secundo per comparisonem ad virtutem apprehendentem. Circa primū quaruntur quattuor. Primo quæritur de virtute transubstantiandi per comparisonem ad virtutem creandi. Secundo per comparisonem ad virtutem concipiendi: Tertio per comparisonem ad verbum. Quarto per comparisonem ad elementum.

QVÆSTIO I.

An æqualis, vel maioris virtutis sit panem in corpus Christi conuertere, quanta est aliquid de nouo creare.

Alex. Alenf. 4. p. q. 10. memb. 4. ar. 2. §. 5. q. 1. Richardus 4. Sent. dist. 10. ar. 3. q. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 10. q. 6.

TRIVM æqualis virtutis, vel maioris sit panem in corpus Christi conuertere, quanta est aliquid de nouo creare. Et quod non sit æqualis virtutis videtur per verbum Ambrosij. Quoniam Ambrosius arguit sic: Si sermo Christi potuit facere quod non erat, non potest ea, quæ sunt in id mutare quod non erat: quasi dicat: potest: sed ista ratio nihil valet, nisi illud esset maioris potentie: ergo potentia creandi est maioris potentie, quam transubstantiandi.

ITEM ratione videtur, quia ubi est maior distantia, ibi est maior virtus reducens: sed inter ens et non ens est maior distantia, quam inter ens et ens: ergo maior est virtus in creatione, in qua de non ente fit ens.

ITEM maior est virtus, quæ agit paucioribus medijs, et auxilijs: sed virtus quæ producit ex nihilo sibi sola sufficit: quæ vero ex aliquo aliam rationem præsupponit: ergo, et cetera.

CONTRA: Maius est de impio facere pium, quam creare cælum, et terram: sed transubstantiatio panis in corpus Christi multo maior est, quam impium iustificare: ergo illud maioris virtutis est, quam creare.

ITEM illud est impossibilius, quod mens benedicta difficilius iudicat: sed omnis mens facilius credit aliquid de nouo fieri, quam aliquid in aliud transmutari sine illius augmento, et aliqua mutatione: ergo illud est difficilius.

3. ITEM

3. ITEM vbicumque est finita distantia inter extrema, aliquid manet commune: sed in transubstantiatione nihil commune manet: ergo inter extrema est distantia infinita: et si hoc, transubstantiatio talis est a virtute infinita: et sic non est maioris potentie illud, quam istud.

4. ITEM maioris potentie est facere, quod vnū sit in pluribus locis, quam quod vnū sit: sed hæc virtus, quæ facit corpus Christi esse in altari, facit ipsum in pluribus locis esse: ergo illud est maioris virtutis.

CONCLUSIO.

Maius est creare, quam transubstantiare, ex eo tamen quod corpus Christi superexcellit omnem creaturam, prout est cum anima et diuinitate, transubstantiatio superexcellit omnem rei alperius creationem.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod si loquamur de virtute creante, et transubstantiante, quæ maior sit quantum ad se, non est differentia, quia vna est, nec remissa, nec remissa. Si autem quantum ad effectum quis sit indicatius maioris potentie, siue magis declaratiuus potentie diuinæ, dicendum quod in qualibet harum operationum est considerare principium initiale, distantiam mediam, et terminum finalem. Quantum ad principium initiale maioris virtutis attestatio est creare, quam transubstantiare: quia ibi ex nihilo, hic operatur in aliquid, et ex aliquo. Quantum vero ad distantiam mediam est æqualitas virtutis: quia vtrouique nihil commune reperitur, nec manet secundum genus subiectum, licet secundum genus prædicabile in altero. Quantum vero ad terminum finalem, quia in creatione fit, ut quod non erat, sit: in transubstantiatione fit, ut quod erat alicubi, sine sui mutatione sit alibi, illud quid est maius, sed hoc rarius: et illud maius est, sed istud maius videtur. Quantum ergo ad terminum finalem maius est creare, sed maius videtur transubstantiare. Rationes ergo primæ veræ sunt, quia maior effectus est creare, et quantum ad terminum finalem, et quantum ad principium initiale. In hoc tamen quod corpus Christi superexcellit omnem creaturam prout est cum anima, et diuinitate, et transubstantiatio facit, ut illud corpus sit in altari: ideo excellit omnem rei alterius creationem, non tamen sui formationem, scilicet in vtero, sicut videbitur.

1. AD illud ergo quod obijciunt, quod maius est de impio facere pium, et cetera, dicendum quod illud dicitur maius, saluo libero arbitrio, quia hic ex parte liberi arbitrij est resistentia, ibi nulla: non sic in proposito.

2. AD illud quod obijciunt de iudicio mentis dispositæ, dicendum quod facilius iudicat vltiora. et quæ magis apparent quamuis maiora sint: vnde non valet.

3. AD illud quod obijciunt de distantia, dicendum quod hoc concedendum est quantum ad hoc, quod nihil commune remanet, sed non quantum ad distantiam in ratione generis prædicabilis.

4. AD illud quod obijciunt, quod maius est facere quod in pluribus locis, et cetera, dicendum quod cum aliquid non ens fit, aut est in potentia ut fit, aut nullo modo. Si aliquo modo est in potentia ut fit, tunc bene concedendum est quod maius est facere, quod in pluribus locis sit, quam quod sit, quia est in potentia ad esse, non ad plura loca simul. Sed quando nullo modo est in potentia ut fit, et congruitatem habet ad hoc ut in pluribus locis sit, primum est maius: et sic est in proposito, quia illud, quod creatur, nullam habet potentiam, nec ordinationem ad hoc ut sit. Sed corpus Christi iam conditum, et per-

fectum idoneitatem habet ad hoc ut sit pluribus locis sub sacramento.

QVÆSTIO II.

An virtus transubstantiandi sit in nobiliori virtute concipiendi Christum.

Alex. Alenf. 4. p. q. 10. memb. 4. ar. 2. q. 1. Richardus 4. Sent. d. 10. ar. 3. q. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 10. q. 7.

DE virtute transubstantiandi per comparisonem ad virtutem concipiendi. Et quod virtus transubstantiandi sit nobilior, ostenditur sic: Nobilitas, et magnitudo virtutis per actum dignoscitur, et actus per terminum: sed virtus conceptionis in Virgine determinata est ad corpus Christi passibile, et mortale, transubstantiatio autem ad corpus impassibile, et immortale, et hoc prout est perfecta atate, substantia, et quantitate: ergo, et cetera.

ITEM quanto illud ex quo incipit actio, minorem habet dispositionem ad terminum actionis, tanto virtus reducens est excellentior, et virtuosior: sed panis minorem habet dispositionem ad carnem Christi, quam caro beatæ Virginis: cum ergo virtus transubstantiationis panis transeat in carnem, et virtute conceptionis caro beatæ Virginis facta sit caro Christi, videtur quod virtus transubstantiationis, seu virtus transubstantians sit dignior, et excellentior.

ITEM quanto virtus magis se diffundit, et communicat, tanto potentior, et melior est: quia bonum est communicatum sui: sed virtus transubstantiandi est communis toti mundo, et Christi carnem facit esse vbicumque fideles sunt, virtus autem concipiendi solum fuit in Virgine, et Christum solum in vno loco fecit esse: ergo hæc virtus, scilicet transubstantiandi est nobilior, et excellentior.

CONTRA: Illa virtus est dignior, quæ subiectum facit dignius, et excellentius: sed virtus concipiendi data Virgini Mariae fecit eam multo dignior, quam virtus, siue potestas consecrandi data sacerdoti, vel verbo: ergo virtus concipiendi est excellentior.

ITEM opus illud est maius et excellentius, de quo tenetur quis secundum rectam rationem plus laudare Deum et ei reingratiari: sed magis tenemur laudare Deum de conceptione gloriose Virginis, quam de consecratione, quam facit sacerdos in altari: ergo, et cetera.

ITEM illa virtus est potentior, et maior, quæ potest in plus: sed beata Virgo vnica cōceptione concepit illud idem, et tantum quantum omnes sacerdotes omnibus consecrationibus faciunt a principio mundi vsque ad finem: et præterea nouum aliquod quod non erat nobis concepit: sed sacerdos non conficit, nisi quod erat: ergo virtus cōceptionis ad maiorem effectum, siue terminum se extendit: ergo nobilior.

CONCLUSIO.

Concipiendi Christum est virtus præstantior, quam virtus consecrandi sacramentum.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod dupliciter est loqui de vtraque harum virtutum. Aut prout sunt in suo fonte et primo principio, ut dicitur virtus concipiendi, quæ operata est conceptionem et principaliter, et propria auctoritate, et similiter virtus transubstantiandi: et sic non est comparatio secundum magis, et minus in se. Sed si comparatur ad manifestationem factam per effectum, iudicandum est quod se habent sicut excedentia, et excessiva. Licet.

Diuisio.

ADOPPOSITVM.

FVNDAMENTA.

FVNDAMENTA. Ambrosij de sacramentis li. 4. c. 4. or de iniriâ dist. ca. 9. in medio 10. 4.

ADOPPOSITVM. Aug. tract. 72. in 102. 10. p.

Licet enim vtrumque sit nobilissimum, et ostēdat Dei potentiam esse summam, in illo tamen magis laudatur maiestas diuina, et in hoc captiua magis ratio nostra. Alio modo possumus loqui de hac duplici virtute, prout dicitur communicari creaturæ, secundum quod dicitur, quod Virgini data est potestas concipiendi, et sacerdoti per verbum potestas consociendi: et sic loquendo simpliciter virtus concipiendi est dignior, et excellentior: quia subiectum magis nobilitat: maius enim est esse matrem Dei, quam esse sacerdotem. Quia etiam actio Virginis, est singularior, gloriosior, et præclatior: maius enim est concipere, quam consociere: quia terminus actionis plus accipit a concipiente matre, quam a consociente sacerdote.

1. Ad illud ergo quod obijcitur de nobilitate corporis Christi, iam patet responsio. Nam corpus Christi in consecratione non fit, quod si fieret, tunc virtute bene concederem rationem. Sed certe tunc non fit eius humanitas, quia facta est in conceptione. Non fit gloria corporis, quia facta est in resurrectione. Non fit perfecta ætas, quia triginta annorum spatium est perfecta. Vnde argumentum deficit, quia arguit, ac si fieret. Sed per consecrationem nihil nouum fit, sed hoc solum fit, vt quod erat in cælo perfectum, et gloriosum, virtute transubstantiandi idem sine mutatione sit in altari.

2. Ad illud quod obijcitur, quod minor est dispositio, dicendum quod ex vtraque parte erat potentia obediencie. Verum tamen esto quod minor sit dispositio, tamen virtus data verbo, vel sacerdoti non efficit, vel reducit ad actum, sicut virtus conceptionis data Virgini: et hoc melius patet in tertio problemate.

3. Ad illud quod obijcitur de communicatione, quod nobilior est virtus, quæ se magis communicat, dicendum quod hoc verum est ceteris alijs paribus: sed non sic est in proposito. Nam beatissima Virgo Maria tantam habuit diuinitati sibi collatam virtutem, quod recte mater Domini dicitur, et est verissime. Sacerdos autem nec Verbum, nec Pater, nec Mater Christi potest dici, quamuis ad eius ministerium conuertatur panis in beatissimum corpus Christi.

QVÆSTIO III.

An virtus transubstantiandi sit data verbo prolato.

Alex. Alenf. 4. p. q. 10. memb. 4. ar. 2. §. 5. q. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 10. q. 8.

AD OPRO SITVM. Ambros. de ijs. qui iniuriantur. cap. 4.

DE virtute transubstantiationis per comparisonem ad verbum. Et quaeritur, vtrum virtus transubstantiandi sit data verbo prolato, an solum sit virtus verbi increati. Et quod verbo prolato, videtur. Ambrosius: Sermo Christi creaturam mutat: sed omnis actio, quæ est ab aliquo, est mediante virtute: sed hæc est mediante verbo prolato: ergo, et cetera.

Vide de Conf. d. 2. c. Quia corpus assumptum.

ITEM ratione videtur, quia omne adueniens alicui, quod est in sola potestate ad aliquid, et faciens ipsum esse in actu, habet virtutem aliquam: sed verbo adueniente ad elementum, statim transit in corpus Christi: ergo in verbo est aliqua virtus ad hoc. ITEM cum non sit virtus in speciebus, si non est virtus in verbo: tunc ergo non est sacramentum, nouæ legis, cuius est efficere quod figurat.

ITEM in omni naturali operatione, vbi Deus operatur mediante creatura, data est virtus creaturæ, per quam operatur: ergo simili ratione in opere miraculi: ergo si illud operatur per verbum, patet quod verbo collata est virtus.

CONTRA per Augustinū de Verbis Domini: Sicut de Virgine per Spiritum sanctum Christi caro sine coitu creatur, ita per eundem ex substantia panis, et vini idem corpus Christi mystice consecratur: sed illud fit solum virtute increata: ergo et istud.

ITEM Ambrosius: Sermo Christi creaturam mutat: quis sermo? Hic, per quem omnia facta sunt: sed illud verbum est increatum, non creatum: ergo, et cetera.

ITEM ratione videtur, quia corpus Christi est nobilissimum inter creata: sed potentia transubstantiandi potest in illud, quia conuertit aliud in ipsum: sed nihil potest supra aliud, nisi quod est nobilius, et nihil creatum est ipso nobilius: ergo nulla virtute creata fit: ergo nec virtute verbi prolato.

ITEM si virtus est data verbo a Christo, aut verbo in mente, aut in scripto, aut in prolotione. Non in mente, nec in scripto: ergo in prolotione: sed verbum, quod Christus protulit, numquam refumi potest: ergo dicitur aliud, sed illud numquam fuit nisi nunc: ergo nec data est ei potestas, siue virtus.

ITEM si datur in prolotione, aut subito, aut successiue. Si successiue: ergo successiue operatur: quod stultum est dicere, vt manifestum est. Non enim dare est, quod vna pars panis primo transubstantiatur, quam alia, cum verbum respiciat æqualiter totum: nec quod vna pars Christi prius sit ibi, quam alia, quia tunc partes corporis Christi gloriificati essent, separabiles, quod stultum est dicere. Si subito, aut in principio, aut medio, aut in fine. Si in principio, est, statim cum est, operatur: ergo in principio fit transubstantiatio: ergo si non compleret verba, tamen factum esset. Similiter de medio. Si in fine: sed verbum in fine non est: ergo datur non enti.

ITEM si in fine, constat quod desinente verbo, definit et virtus: ergo in eodem instanti virtus incipit, et desinit, et est, et non est.

ITEM si datur virtus, aut toti, aut alicui parti. Si toti: ergo aut quælibet pars habet totam virtutem, aut partem. Si totam: ergo quælibet pars facit. Si partem virtutis, cum partes non sint simul, nec erit virtus simul, nec operatio simul. Si alicui parti: quæro cui.

ITEM si Deus dat virtutem verbo in prolotione, tunc cum verbum prolato deficit, videtur similiter quod illa nobilis virtus statim desinat esse, et inconueniens esset, quod Deus sic tam nobilem virtutem daret, quæ statim desinat esse.

ITEM si corrumpitur, quæro in quid cedit: aut in aliquid, aut in nihil. In aliquid non, quia non ex aliquo. Si in nihil, tunc videtur contra communem sententiam Sanctorum, et Philosophorum, quæ est quod nihil quod corrumpitur, cedit omnino in non ens.

CONCLUSIO.

Verbum non est data aliqua qualitas, per quam operetur transubstantiationem: sed diuina institutione firmatum est, vt ipso prolato cum intentione consociendi a sacerdote fiat transubstantiatio.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod hic est duplex opinio, sicut tactum est supra dist. 1. Quidam enim ponunt quod datur verbis aliqua virtus spiritalis, per quam operantur transubstantiationem, Deo nihilominus intime operante: Et hæc virtus verbi habet posse, et respicit panem. Non enim se extendit.

FVNDA-MENTA. Habetur de cōsec. d. 2. non inuenitur in August. Ambros. de Sacram. li. 4. c. 4.

Vide sup. d. 1. p. 2. ar. 2. q. 3. vltimā rationē an se fundam.

Improbatio

Opin. 2.

Dist. 5. p. 1. ar. 2. q. 4.

dit ad corpus Christi est exemplum: Et si Deus esset dator formarum, sicut aliqui posuerunt, agens particulare solum operaretur per comparisonem ad terminum a quo, non ad quem: Et datur hæc virtus verbo supra naturam, et supra intellectum: et datur subito, vt dicunt. Sed non oportet vt operetur statim, cum datur, quia operatur secundum nutum dantis. Et est virtus simplex operans instantanee. Et tamen est in subiecto composito, et successiue, quoniam est ibi supra naturam. Sed quia difficillimum est, et non intelligibile videri, quado ista virtus datur verbo, vbi tunc datur, vel ante sit data, et quo modo, et qualiter datur, et quo modo operatur, si ponatur esse aliqua qualitas data verbo. Propterea est alia via, quod virtus verbi extenso nomine dicitur, non quia aliqua qualitas sit data verbo, per quam operatur: sed ex diuina institutione hoc firmatum est, vt isto verbo prolato a sacerdote super panem cum intentione consociendi, panis transubstantiatur. Vnde ad prolotionem illius verbi, verbum increatum facit. Ista ergo ordinatio est infallibilis ad talem effectum virtus dicitur, quæ non est aliqua qualitas data verbo, nec aliquid de nouo creatum. Et ex hoc patent rationes ad vtramque partem, quia primæ procedunt de virtute communiter dicta, præter vltimum. Ad quod dicendum quod non est simile, quia natura est agens præcipuum, et efficiens, sed hic solus Deus est influens. Rationes ad oppositum patent, quia sicut rerum creatio est a sola virtute increata, sic et transubstantiatio. Sed in hoc est hic additio, quia hoc ad prolotionem verbi prolato, illud sine aliquo ministerio. Aliæ rationes omnes patent, quia nihil absolutū est verbi datum: sed Christus vnica institutione non tantum verbum quod protulit, sed omne consimile prolato a sacerdote supra naturam ordinauit, vt statim ipso prolato ipse sacerdos inuisibilis assistens conuerteret. Vnde nihil datur verbo de nouo, quando sacerdos illud pronunciat. Sed illa institutione primaria efficacem habuit ordinationem ad hoc, propter quod non immerito dicitur habere virtutem. Per hunc etiam modum intelligo sacramenta nouæ legis esse causam, et efficere, sicut supra determinatum est: non quia gratiam donent, sed quia efficacem ordinationem habent diuina pactione ad gratiam. Non sic sacramenta veteris legis excepta circumcissione. Habet nihilominus hoc sacramentum causalitatem ratione rei contentæ, scilicet carnis Christi, quæ ad gratiam disponit. Et hæc positio magnorum est, et bene intelligentium.

QVÆSTIO IV.

An virtus verborum possit conuertere quantamcumque materiam.

Alex. Alenf. 4. p. q. 10. memb. 4. ar. 2. §. 5. q. 3. S. Thomas 3. p. q. 74. ar. 2. Et 4. Sent. d. 11. q. 2. ar. 1. q. 3. Richar. 4. Sent. d. 10. ar. 7. q. 1. Duran. 4. Sent. d. 11. q. 6. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 10. q. 9. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 10. q. 11.

AD OPRO SITVM.

DE virtute transubstantiante per comparisonem ad elementum, et quaeritur, vtrum virtus verborum possit conuertere quantamcumque materiam. Et quod sic, videtur: quia æque facile est conuertere vnam hostiam, sicut duas: et ita duas, vt tres: et sic procedendo: ergo pari ratione æque facile est conuertere magnam, et paruum quantitatem.

2. ITEM conuercio ista est a virtute immensa: sed illa virtus potest super quantamcumque materiam: ergo, et cetera.

3. ITEM vnus sacerdos toti mundo posset consociere: eadem ratione si duplo plures essent, et sic ascendendo: ergo, et cetera.

4. ITEM panis est totum homogeneum: ergo eiusdem naturæ est in toto, et in partibus: et si secundum hanc partem conuenit ad conuersionem, et secundum omnem: ergo si addit verbum, et elementum, cum ista faciant sacramentum: patet, et cetera.

5. ITEM sicut medium corrumpitur per superfluum, ita per diminutum: sed in quantacumque parua quantitate potest verbum conuertere: ergo in quantacumque magna.

CONTRA: Omnia creauit Deus in numero, pondere, et mensura, sicut dicitur: ergo in hoc sacramentum concernitur determinata mensura: non ergo potest in quantacumque materia.

ITEM baptizans si intenderet verbo consecrare, totum mare, non tamen consecraret nisi eam partem, quæ venit in vsum: ergo videtur similiter, quod nec hic totum panem.

ITEM virtute sacramenti non deberet fieri aliquid, quod sit in contumeliam sacramenti: sed si virtute verbi hoc fieret, posset stultus sacerdos consociere totum panem de foro, et sic hoc sacramentum veniret in contumeliam: ergo, et cetera.

ITEM natura nihil facit frustra: ergo multo minus nec Deus: sed si in quantalibet quantitate fieret consecratio, esset frustra: ergo, et cetera.

CONCLUSIO.

Verborum virtute tanta materia panis conuerti potest in verum Christi corpus, quantum sacerdos conijciat esse ad vsum fidelium.

RESPON. AD ARG. Ad hoc voluerunt aliqui dicere, quod nedum non totum panem de foro, immo etiam nisi seruaret ritus ab Ecclesia institutus, non consociat sacerdos: quia sicut non potest consociere nisi sacerdos, sic nec ipse sacerdos consociat, nisi modum sacerdotum, et ritum seruet in consociendo. Et hoc dicunt fuisse reuelatum. Qui autem aliter facit, non sacerdos, sed sacramenti temerator secundum iudicium eorum reputatur. Sed hæc positio est nimis arcta, quia sicut dicit Augustinus, et habetur distinct. 8. Forma verborum, in quibus consistit vis consociendi, valde modica est: et constat addita esse huiusmodi ad sollempnitatem. Alia positio est quod si adsit intentio, et verbum, et elementum, est sacramentum in quantacumque materia. Vnde si sacerdos totum panem de foro intenderet consociere, consecrum esset, et similiter totum vinum de cellario. Sed hæc positio nimis ampla est: et dum nimis tribuit verbo, et ministro, infert contumeliam sacramentum. Nec credendum est, quod Christus hoc daret, cum nec sapiens homo diceret hoc esse dandum, et ipse sapientissime omnia fecit, et maxime sapienter hoc instituit sacramentum. Et propterea dicendum sine præiudicio, quod non fit virtute verborum conuersio, nisi adsit intentio, et intentio concors institutioni, et intentioni Ecclesie: quia sicut dicit Hugo, omne sacramentum irritum reputatur, si contra institutionem celebratur. Intentio autem Ecclesie, et instituentis est conuertere ad vsum fidelium. Vnde cum virtus verborum secundum intentionem regulatur, ad tantam materiam se extendit, ad quantam potest sacerdos conijcere, quod debeat, et congruit sumi in vsum fidelium.

1. ET per hoc patet, quod sacerdos volens consociere totum panem de foro nihil facit.

2. 3. AD illud quod obijcitur, quod ista virtus potest super quantamcumque materiam, dicendum quod verum est: sed hoc non venit ex impotentia verbi, sed ex defectu intentionis. Similiter patet sequens, quia si tot essent fideles, quibus necesse esset habere tantum

FVNDA-MENTA. Sap. 11. d.

Arist. 1. Coeli cõtex. 3. 2. et 3. An. context. 32.

Opin. aliorum.

Improbatio

Opinio 2.

Hæc est opinio. S. Th. 3. p. q. 74. ar. 2. q. 7. ar. 2. Improbatio

Determinatio.

F

tantum de hostijs, quantum de pane in foro, tunc ordinata intentione possit conficere.

4. 5. Ad aliud dicendum quod non est defectus ex parte materiae, sed intentionis ordinatae, ut dictum est: non inquam ad finem, quia talis ordinatio non facit ad hoc, quod fiat conuersio, vel non. Si enim aliquis conficit intentione lucri, nihilominus conficit: sed si aliquis conficeret non ad usum, sed ut projiceret in latrinam, dicitur ab aliquibus, quod nihil faceret. Quidquid sit de hoc, tamen illud verum est, quod oportet quod habitus sit ad usum secundum probabilitatis iudicium: et ideo non potest confici in quantacumque quantitate, propter hoc quod quantitas nimietas auferat videnti idoneitatem ex parte materiae. Sed quantacumque sit parua quantitas, siue indecentia potest venire ad usum, ideo quantitas parua non impedit, quia quantumcumque modica, potest venire in usum.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER quaeritur de virtute apprehendente existentiam Christi veram in altari. Et circa hoc quaeruntur duo. Primo quaeritur, vtrum talis existentia sit supra intellectum viatoris. Secundo quaeritur, vtrum sit supra sensum comprehensoris.

QUESTIO I.

An existentia corporis Christi in sacramento altaris sit supra intellectum viatoris.

Alex. Alen. 4. p. q. 1. o. memb. 7. ar. 2. §. 8. Richardus 4. Sent. d. 10. ar. 5. q. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 10. q. 10. Tho. Argent. 4. Sent. d. 10. q. 1. ar. 4. Petrus de Tarrant. 4. Sent. d. 10. q. 8.

FVNDAMENTA.

Ex libel. de sensu et sensibili.

In proemio Metaph. Greg. hom. 26. in Euangel. in principio 10. 3.

AD OPPOSITVM.

QVOD existentia corporis Christi in sacramento altaris sit supra intellectum viatoris, ostenditur sic: Omnis cognitio intellectiva secundum naturam conuenientem nostro intellectui incipit a sensu. Propter quod etiam dicit philosophus, quod nihil est in intellectu quod prius non fuerit in sensu: sed corpus Christi esse sub illis speciebus est tale quid, quod numquam fuit in aliquo sensu nec in se, nec in simili: ergo, et cetera.

ITEM quod est supra experientiam, est supra intelligentiam humanam, quoniam cognitio generatur in nobis per experientiam, ut dicit philosophus, sicut ex multis sensibus vna memoria, et cetera. Sed existentia corporis Christi sub sacramento, est supra experientiam, quia fides non habet meritum, vni humana ratio praebet experimentum: ergo est supra intelligentiam nostram.

ITEM intellectus noster supponit hoc tamquam principium per se notum, cui non potest contradicere ad minus ratione, quod omne continens corpus maius est, vel aequale illi quod continet: sed species, siue hostia nec est maior, nec aequalis, sicut dicit fides: ergo si intellectus hoc ponit: ponit ergo contra se.

ITEM omnis intellectus humanus hoc dicit, quod si aliquid est in aliquo toto, et fiat in minori: quod necesse habet contrahi, aut illud excedit simpliciter: sed fides nostra dicit, quod in hoc sacramento corpus Christi est in magna hostia, et contra intellectum secundum quod est intellectus humanus. Si autem loquamur de intellectu, secundum quod est fidelis, sic dicendum quod assensit secundum dictam fidem, et secundum regulam veritatis aeternae: ideo sufficit in assentiendo,

CONTRA: Nullus tenetur ad impossibile: ergo si hoc est omnino supra posse nostri intellectus, nul-

lusteneretur credere: ergo qui non credit ibi esse corpus, sicut fides praedicat, non peccat.

ITEM Augustinus dicit: Quod credimus debetur auctoritati, quod intelligimus rationi: sed multas rationes habemus ad monstrandum quod ibi sit verum corpus Christi: et quod si verum est, integrum est, et vnum: ergo videtur quod intelligamus.

ITEM quod est supra intellectum, est supra verbum, et sermonem, quia sermo ortum habet ab intellectu: ergo non videtur quod aliquis possit de hoc sacramento loqui.

Quaeritur etiam iuxta hoc, si totum est fidei quod est in hoc sacramento, videtur quod peccat quicumque se intromittit disputare de ipso.

ET iterum cum alij articuli fidei sint supra intellectum, propter quid magis dicitur de isto, quam de alijs.

CONCLUSIO.

Existencia corporis Christi in sacramento altaris est supra captum intellectus humani, non tamen supra captum intellectus fidelis.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod aliqui voluerunt hic subtiliari, et dicere quod hoc aliquo modo erat intelligibile. Et quamuis existentia talis sit supra naturam corporis humani non glorificati, non est tamen supra naturam corporis glorificati, quia corpus illud habet proprietates, et nobilitates lucis: corpus autem lucis tantae nobilitatis est per naturam, quod in maiori spatio, et in minori potest esse: ita quod ipsum nec sit maius, nec minus. Exemplum autem dant sic: Si lux candelae, siue lumen sit in magna domo, et postmodum transferatur in paruum, lux candelae tanta est in parua quanta in magna, non rarior, nec densior. Similiter radius, si dirigatur in propinquum, et longinquum. Similiter voluit dicere in corpore glorioso, et maxime in corpore Christi. Sed ista manu ductio ad intelligendum potius intellectum obfuscat, quam aperiat. Primum, quia exemplum non est conueniens in se: lumen enim non est corpus, nec defluxus corporis, nec rarefit, nec condensatur. Rursus non est conueniens ad propositum, quia diffusio luminis eo quod arctatur secundum spatium, configuratur secundum illud, in quod diffunditur. Si ergo corpus Christi sic esset in hostia, oporteret quod figura nasi, et aliorum membrorum configuraretur planicie hostiae. Et iterum non potest intelligi quod contrahatur, quin vna pars corporis intret sub alia, ac per hoc non maneret corporis quantitas, et figura, et multa inconuenientia ad hoc sequuntur. Ideo dicendum aliter quod est supra naturam corporis glorificati, nec proprietates illae possunt conuenire alicui per naturam: et si conueniant, hoc solum est per miraculum, et ideo non est querendum simile, per quod capiatur. Si ergo quaeratur ratio, per quam intelligatur, vel vtrum sit intelligibile, dicendum quod est loqui de intellectu nostro, ut est humanus, vel ut est fidelis. Si ut est humanus, sic intelligit conuersus ad imaginationem, et sensum, et iudicat secundum causas intrinsecas, et inferiores: et ideo deficit in assentiendo, quia non assentit nisi secundum manu ductioem, quae ortum habet ab imaginatione, et sensu. ITEM: Quia iudicat secundum causas intrinsecas, et creatas: et ita comparando potentiam continendi actiue ipsius hostiae ad potentiam continendi passiuie Christi ipsius corporis, et quia inuenit repugnantiam, et improportionabilitatem, ideo contradicit in ratiocinando: et ita iste articulus dicitur esse supra intellectum, et contra intellectum secundum quod est intellectus humanus. Si autem loquamur de intellectu, secundum quod est fidelis, sic dicendum quod assensit secundum dictam fidem, et secundum regulam veritatis aeternae: ideo sufficit in assentiendo,

De utilitate credendi. c. x. i. r. o. 6.

Ex proemio. lib. Petri.

Quest. la. teralis 1.

Quest. la. teralis 2.

Opin. aliorum.

Exemplum.

Improbatio.

Determinatio.

Expositio rationum.

Ad 1. q. la. teralem.

Ad 1. q. la. teralem.

AD OPPOSITVM.

assentiendo, et concordat in ratiocinando. Intellectus enim fidem habens statim credit, ex quo hoc propositum est sibi, scilicet quod Christus est sub speciebus illis, et hoc adiutus lumine fidei. Similiter concordat in ratiocinando, quia aspicit ad causas superiores: Sic enim dicit intellectus: Deus potest facere omne quod est congruum: Et fides assumit: Congruum est quod caro Christi exponatur in cibum: Et ideo ratio concludit, quod Deus hoc possit ibi facere. Item: Intellectus dicit, quod veritas non potest dicere falsum: Et fides assumit: Veritas dixit: Hec est corpus meum: et praecipit ut diceretur: ergo dixit verum. Cum ergo sit in nobis duplex intellectus, scilicet fidelis, et humanus: ideo sentimus in nobis aliquando colluctationes: fidelis tamen intellectus praevalet ei, qui est humanus, quia eleuat ipsum extra animalitatem: attamen non ita eleuat quod comprehendat, ut meritum fidei integrum maneat. Et hoc patet, quia intellectus humanus dicit, quod impossibile est quod maius contineatur a minori: et fidelis responder, quod verum est localiter, et corpus Christi magnum non est ibi localiter, sed sacramentaliter: et quamuis illud sit impossibile per naturam, tamen potest esse Deo possibile: et quia nescimus quid Deus posset mutato modo essendi, ideo licet intellectus sibi praevalet, tamen non dum comprehendit. Et sit parent rationes ad vtramque partem. Primae enim procedunt de intellectu secundum quod est humanus, et secundae de intellectu secundum quod est fidelis.

AD illud tamen quod quaeritur, quare plus hoc dicitur esse supra intellectum, dicendum quod in hoc quodam modo communicat nostra imaginatio, cum corpus Christi sit imaginabile: et quoniam illud dicitur ei, quia ut est sub sacramento subterfugit imaginationem, immo supra ipsam est, ut praehabitu fuit, cum accipiat modum essendi, quem habet spiritus: ideo cum repugnet imaginatio, magis est contra intellectum. Sed in articulis alijs, scilicet diuinitatis omnino desistit, et non adeo repugnat.

AD illud quod quaeritur, quare disputatur de hoc sacramento, cum totum sit fidei, dicendum quod non ad generandam fidem, sed ad nutriendam, ne propter ignorantiam aliquis concedat repugnans fidei, vel neget consequens ad fidem: et hoc quam vtilissimum, et necessarium est, quia multa ponuntur in hoc sacramento ab incautis, in quibus est periculum in asserendo. Vnde disputamus non ut melius credamus, sed ut fidem illibatam seruetur, dum ipsa cognita errores cauemus, et cauendo in veritate persistamus.

QUESTIO II.

An existentia Christi sub sacramento sit supra sensum comprehensoris.

Alex. Alen. 4. p. q. 10. Memb. 7. ar. 2. §. 8. q. 2. S. Thomas 3. p. q. 75. ar. 7. Et 4. Sent. dist. 10. q. 2. ar. 2. q. 2. Richardus 4. Sent. dist. 10. ar. 5. q. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 10. q. 11. Petrus de Tarrant. 4. Sent. dist. 10. q. 7.

AD OPPOSITVM.

TRVM existentia Christi sub sacramento sit supra sensum comprehensoris. Et quod non, videtur, quia Magister dicit in sequenti distinctione, quod haec est ratio, quare sub alia specie traditur corpus Christi, ut fides habeat meritum: sed in beatis fides non habet locum: ergo videtur quod debeat eis apparere in propria specie.

ITEM quoniam status gratiae sustineat aliquod velamen, et compatiatur, tamen statui gloriae omne velamen. S. Bon. To. 5.

lamen reuelatur: ergo si corpus Christi velatur sensui nostro per speciem, videtur quod beatis sit reuelatum.

ITEM sensus decipiuntur propter hoc quod ibi latet Christus sensus nostros: sed in beatis nulla cadit deceptio: ergo nullo modo potest latere sensum beatorum.

ITEM claritas corporis non gloriosi non potest latere visum non gloriosum: ergo nec claritas corporis gloriosi visum gloriosum: sed corpus Christi est clarissimum: ergo, et cetera.

CONTRA: Existencia illa, et modus existendi est supra intellectum: sed numquam sensus eleuatur supra intellectum: ergo est super omnem sensum, quantumcumque glorificatum.

ITEM corpus Christi sub sacramento habet modum existendi eleuatum ultra modum existendi spiritus creati, pro eo quod est in qualibet parte totum, et pro eo quod est in pluribus locis simul: sed numquam oculus gloriosus videt spiritum: ergo nec corpus Christi prout ibi existit.

ITEM sensus gustus est in beatis, sicut dicit Augustinus de quinque sensibus, et infra patebit: sed etiam quod beatus sumeret Christi corpus, constat quod gustus non sentiret saporem carnis: ergo pari ratione nec visus percipit, ut est ibi.

ITEM regula est in perspectiua, quod vbi duae magnitudines videntur in aequali spatio, maior magnitudo videtur sub angulo maiori. Videre enim est secundum triangularem directionem radiorum, ita quod basi est res visa, et angulus intelligitur fieri circa pupillam oculi: ergo cum corpus Christi maius sit ista specie, si videt intra speciem maiorem magnitudinem, maior angulus est infra minorem: sed hoc non potest esse nisi per miraculum: ergo impossibile est, quod per naturam corpus glorificatum videatur, immo videre ita est miraculum sicut existere.

CONCLUSIO.

Visus quantumcumque gloriosus ad hoc non attingit, ut videat corpus Christi sub sacramento altaris, sicut est.

RESP. AD ARG. Dicendum quod existentia corporis Christi sub sacramento est sublimata supra modum essendi, et omnis corporis, et omnis rei corporalis, et dimensionis. Et ideo cum visus non abstrahat a quantitate, quia est de ratione sensorum, et percipere habeat corpus secundum modum existendi corporalem: dicendum est, quod nullo modo visus quantumcumque gloriosus ad hoc attingit, ut videat ibi Christum sicuti est, etiam si praesens sit. Et si alicui miraculose ostensum est, numquam tamen ostensum fuit in forma, quam ibi habet, ut communiter dicitur, quia ostensum fuit in forma paruuli, et ipse est ibi secundum eandem quantitatem, quam habet in caelo, et sic est in qualibet parte: et iste modus existendi abstrahitur ab omni sensu: vnde concedenda sunt rationes ad hoc.

AD illud ergo quod obijcitur de merito fidei, et de relatione, dicendum quod quamuis sensus non percipiat, tamen intellectus hoc clare nouit. Vltimus: et si visus non videat, hoc non est, quia velatur illa specie, sed quia est ibi per modum alium, quam sit corpus ut est sensibile. Credo tamen quod aliquibus certis indicijs cognosceret quodam modo esse ibi corpus Christi intellectus conuersus ad sensum, sicut ponit Augustinus exemplum in vltimo de Ciuitate Dei de visu glorioso, vtrum videat Deum: vbi dicit, quod intellectus per sensum comprehendit, quod Deus est omnia in omnibus, sicut ego per visum cognoscere dicor, quod aliquis sit viuus et habeat animam, quando video eum loqui.

FVNDAMENTA.

Vide lib. de diligendo Deo in fine 10. 9.

Aug. li. 10. de Ciuit. Dei c. 9. 10. 1.

2. A d illud quod obijcitur de deceptione, dicendum quod in hoc sacramento nullus sensus decipitur, nec aliquid aliud, quia est sacramentum veritatis. Sed quod dicuntur sensus decipi, hoc dicitur, quia sunt via ut opinio in nobis fallatur, quae iudicaret ibi esse subiecta specierum, nisi intellectus fidelis purgaret errorem, multo magis in beatis purgat, et praevent, ut non decipiantur.

3. A d illud quod obijcitur de claritate corporis

non glorificati, dicendum quod neutra latet sensum, dum tamen corpus habeat modum existendi debitum corpori, quemadmodum corpus Christi passibile sub sacramento datum fuit impassibiliter, quamuis secundum veritatem esset passibile ante passionem: per hunc modum et visibile, et sensibile est, insensibiliter ratione modi essendi ibi: in hoc autem nolo praedudicare sensui beatorum, sed opus Dei in hoc sacramento mirificum praedicare.

D I S T I N C T. XI. P A R S I.

D E M O D I S C O N V E R S I O N I S
E T D E S P E C I E B V S.

Questio.
Responsio.
Positio catholica.

I autem queritur qualis sit illa conuersio, an formalis, an substantialis, vel alterius generis: definire non sufficio. Formalem tamen esse cognosco: quia species rerum, quae ante fuerant, remanent, et sapor, et pondus. Quibusdam esse videtur substantialis, dicentibus sic substantiam conuertere in substantiam, ut hac essentialiter fiat illa: cui sensui praemissa auctoritates consentire videntur.

Oppositio.

SED huic sententia sic opponitur ab alijs: Si substantia panis, inquit, vel vini conuertitur substantialiter in corpus vel sanguinem Christi, quotidie fit aliqua substantia corpus vel sanguis Christi, quae ante non erat corpus: et hodie est aliquid corpus Christi, quod heri non erat: et quotidie augetur corpus Christi, atque formatur de materia, de qua in conceptione non fuit factum. Quibus hoc modo responderi potest: quia non ea ratione dicitur corpus Christi confici verbo caelesti, quod ipsum corpus in conceptu Virginis formatum deinceps formetur: sed quia substantia panis vel vini, quae ante non fuerat corpus Christi vel sanguis, verbo caelesti fit corpus et sanguis. Et ideo sacerdotes dicuntur conficere corpus Christi et sanguinem: quia eorum ministerio substantia panis fit caro, et substantia vini fit sanguis Christi: nec tamen aliquid additur corpori vel sanguini, nec augetur corpus Christi, vel sanguis.

Augustinus in libro Sententiarum Prosperii.

SI vero queris modum, quo id fieri possit, breuiter respondeo: *Mysterium fidei credi salubriter potest, inuestigari salubriter non potest.* Quod ergo corpus Christi panis mutatione in id non augmentatur, nec sanguis ex vini conuersione, eius voluntati et potentie adscribatur, qui idem corpus de Virgine eduxit: fit ergo substantia illa ista sine eius augmento. Nec tamen concedunt quidam, quod substantia panis aliquando fit caro Christi, etsi fiat caro Christi: sicut farina facta est panis, et aqua facta est vinum: nec tamen dicitur farina est panis, et aqua est vinum. Alij vero concedunt illud quod erat panis vel vinum, post consecrationem esse corpus et sanguinem: Non tamen sequitur, panis est caro Christi, vel vinum est sanguis: quia substantia panis vel vini postquam facta est caro Christi vel sanguis, non est substantia panis vel vini, sed caro et sanguis. Ideo distinguendum videtur, cum dicitur substantia panis, vel id quod erat panis, modo est corpus Christi. Manens enim panis non est corpus Christi, sed substantia mutata, id est, id quod facta est, est corpus Christi: Nec dicimus substantiam panis vel vini materiam esse corporis vel sanguinis Domini, quia

De Trin. c. 4. in fi. de conf. d. 2. c. corpus.

non de ea, ut de materia, formatur corpus: sed ipsa formatur in illud, et efficitur illud. Vnde Augustinus: Corpus Christi dicimus illud, quod ex fructibus terrae acceptum, et prece mystica consecratum sumimus in memoriam Dominicae passionis. Quod cum per manus hominis ad

illam

illam visibilem speciem perducatur, non sanctificatur ut sit tam dignum sacramentum, nisi operante inuisibiliter spiritu Dei.

Afferunt quidam dictum panem transire in corpus Christi.

QUIDAM vero sic dicunt conuersionem illam esse intelligendam, ut sub illis accidentibus, sub quibus erat prius substantia panis et vini, post consecrationem sit substantia corporis et sanguinis: sic tamen, ut non eis afficiatur. Et sic afferunt dictum panem transire in corpus Christi: quia ubi erat panis, nunc est corpus Christi. Quod si est, quid ergo fit de substantia panis et vini? Illi dicunt vel in praesentem materiam resolui, vel in nihilum redigi. Alij vero putauerunt ibi substantiam panis et vini remanere, et ibidem corpus Christi esse et sanguinem: et hac ratione dicit illam substantiam fieri istam: quia ubi est haec, et illa, quod mirum est: et ipsam substantiam panis vel vini dicunt esse sacramentum. Sed quod non sit ibi substantia, nisi corpus Christi et sanguis, ex praedictis et subditis aperte ostenditur. Ait enim Ambrosius: Panem istum, quem sumimus in mysterio, illum intelligo utique, qui manu sancti spiritus formatus est in utero Virginis, et igne passionis decoctus in ara crucis. Panis enim angelorum factus est cibus hominum. Vnde veritas ait: Ego sum panis viuus, qui de caelo descendendi. Et iterum: Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Ex his namque duabus sententijs aperte datur intelligi, quia panis ille et iste, non duo, sed unus panis, et una caro proculdubio unum efficitur corpus. Illud vere, illud sane quod sumptum est de virgine, quod resurrexit, et in calum ascendit. Item Gregorius: Quis fidelium habere dubium possit, in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem celos aperiri: In illo Christi mysterio angelorum choros adesse, summa, et ima sociari, unum quid ex inuisibilibus atque visibilibus fieri? Idem: Eodem momento et in celum rapitur ministerio angelorum consociandum corpori Christi, et ante oculos sacerdotis in altari videtur. Sicut diuinitas verbi totum implet mundum, ita multis locis illud corpus consecratur. Nec sunt tamen multa corpora Christi, sed unum corpus et unus sanguis. Ideo, siue plus, siue minus quis inde percipiat, omnes aequaliter corpus Christi integerrime sumunt. Post consecrationem ergo non est ibi substantia panis vel vini, licet species remaneant. Est enim ibi species panis et vini, sicut sapor. Vnde aliud videtur, aliud intelligitur.

Haereticus Lutheri.

Confutatio erroris.

De sac. ec. allega. de conf. d. 2. c. omnia qua. Ioan. 6. e. In hom. pas. chali cap. quid sit sanguis et li. A. dial. c. 58. et hab. de. conf. d. 2.

D I S T. XI. P A R S I.

De Eucharistiae sacramento per comparisonem ad dispensantes, vel conficientes. Et primo de confectione.

A concedunt aliqui, et cet. Similiter secunda pars habet duas. In prima ponit opinionem. In secunda reprobatur, ibi: Sed quod non sit ibi substantia nisi corpus Christi, et cet.

Mysterium fidei credi salubriter potest, inuestigari salubriter non potest. Dub. I.

Si autem queratur qualis sit illa conuersio, an formalis, an substantialis, vel alterius generis.

Expositio textus.

VPRAEgit Magister de sacramento Eucharistiae in se, et in comparatione ad manducantem. In hac parte agit de ipso per comparisonem ad conficientem. Et diuiditur haec pars in tres partes. In prima parte agit de ipsa confectione. In secunda de consequentibus ad confectionem infra, ibi: Si autem queratur de accidentibus quae remanent, et cet. In tertia agit de potestate conficiendi, infra: Solet etiam queri, utrum praui sacerdotes, et cet. Prima pars habet duas partes. In prima parte agit de ipsa confectione quantum ad actum transubstantiandi. In secunda quantum ad materiam, ibi: Sub alia autem specie tribus de causis. Prima pars habet duas partes. In prima determinat veritatem. In secunda reprobatur falsas opiniones, ibi: Quidam vero sic dicunt conuersionem illam, et c. Prima pars habet duas. Primo enim determinat, quid sentendum est. Secundo vero quid loquendum, ibi: Nec tamen S. Bon. To. 5.

Diuisio.
Dist. 23.
Dist. 23.

Contra: Videtur enim secundum hoc quod omnes peccent grauius, qui disputant de his, quae ad fidem spectant.

B R E S P. Dicendum quod facienda est vis tam in hoc quod dicit, *Mysterium fidei*, quam in hoc verbo, *inuestigari*. Mysterium enim secretum est, et illud non est inuestigandum, ut homo velit ratione comprehendere, quod Dominus voluit occultare: et qui aliter facit, peccat, et presumptuosus est, dum se eleuat ad id, ad quod non potest pertinere. Qui autem disputat de fide non ad mysterium inuestigationem, sed potius ad defensionem, ille non facit contra hoc quod dicit Augustinus, et Magister.

C Alij vero concedunt illud, quod erat panis, vel vinum, post consecrationem esse corpus, et cet. Dub. II.

Videtur falsum dicere, quia, quod, est relatiuum identitatis: sed ibi nihil manet commune: ergo talis locutio est falsa. Praeterea: Quae pro quo supponit, cum dicitur quod erat panis, aut pro supposito panis, aut Christi. Si pro supposito panis.

Hanc tenet Henricus Quol. 9. q. 9. sed Scot. q. 4. impugnat.

m 2 Con.

contra: Isti numquam conuenit praedicatum. Si pro supposito corporis: ergo implicatio est falsa: quia corpus Christi numquam fuit panis.

Doctores in 1ra q. 6.

Lib. 2. de Trinitate c. 4. in fine to. 3.

R E S P. Dicendum quod proprie loquendo cum hoc relatiuum, quod, sit relatiuum identitatis, et suppositum non sit idem cum praedicato, quod simpliciter loquendo proprie falsa est, nec Magister dicit concedendam secundum opinionem suam. Si autem legatur a sanctis, exponendam esse credo. Vnde cum Augustinus dicit, quod corpus Christi dicimus illud, quod ex fructibus terrae collectum, et cetera, dicendum quod illud dictum est quantum ad signum exterius, et secundum metaphoram est intelligendum, secundum quod signum pro signato ponitur, et vocatur hoc corpus Christi sacramentum corporis Christi.

In ipsa immolationis hora ad sacerdotis uocem calos aperiri. Dub. III.

Videtur Gregorius hic male dicere, quia si aperiuntur, quero ad quid. Si ut descendat, videtur falsum: quia potest descendere sine apertione calorum. Item: Ad quid descendit, scilicet ut panis conuerteretur in corpus suum hic inferius. Si dicas hoc dictum tropice, quero in quo tropo.

R E S P. Dicendum quod panis iste, qui in altari conficitur, est panis caelestis: caelum autem dicitur aperiri, quando uehemens fit influentia de superius. Quoniam igitur immolationis hora nobis panis caelestis, et super substantialis tribuitur, hinc est quod Gregorius dicit calos aperiri, sicut in eius nativitate dicitur, quod per totum mundum mellisui facti sunt caeli, quia datus est nobis iste, qui dulcior est super mel, et fauam.

Psal. 18. b

In calum rapitur ministerio angelorum confociandum corpori Christi. Dub. IV.

Videtur falsum dicere, quia illud corpus sumitur a sacerdote: ergo non rapitur ministerio. Item: Quo modo conficiatur corpori Christi, cum idem sit corpus. Item: Queritur quo modo intelligitur illud, quod scribitur in canone: Tunc haec perfertur per manus sancti angeli tui, quid est: et quis est angelus, qui perfert.

R E S P. Dicendum quod sicut praedicta verba circa consecrationem figuratiue, et secundum tropum intelligenda sunt, sic et ista. Vnde sicut manus angelorum non intelliguntur corporaliter, sic nec rapi hoc sacramentum intelligendum est localiter, vel corporaliter, similiter nec confociari specialiter. Sed hoc intelligendum est, quod sicut angeli intelliguntur Deo offerre orationes nostras, et petitiones, similiter desideria, non propter ignorantiam Dei, sed propter commoditatem nostram: quia suis sanctis affectibus, et puris nos adiuuant, et merita nostra in conspectu Dei explicant, ut ex eorum puritate sancta, et affectione feruenti, ratione dignitatis nunciij sint acceptabilia. Sic intelligendum est offerre sacrificia, quia sacris mysterijs assistentes vna nobiscum precantur, ut nostra munera sint accepta, et vna nobiscum reuerentur sanctissimum corpus Christi, sicut in caelo: ideo dicuntur in caelum rapere, et confociare quantum ad hoc quod reputant honore dignum in altari, ut in caelo: per hunc etiam modum intelligenda est oratio canonis, quia sicut exponit Innocentius, angelus ille magni consilij est Christus: per manus illius oramus sacrificium perferr, id est ipsius meritis, et precibus nostrum sacrificium Deo acceptari. Vnde ipse est pontifex, et adlocutus noster, et apparet continue vultui Dei ad interpellandum pro nobis: et sic patet quaesita.

ARTICVLVS I.

AD intelligendam huius partis sex quaeruntur. Primo quaeritur, vtrum in hoc sacramento sit aliqua conuersio panis in corpus Christi. Secundo, dato quod sic, quaeritur vtrum totus panis conuertatur, an aliquid remaneat praeter accidentia. Tertio, dato quod conuertatur totus, quaeritur vtrum talis conuersio panis possit dici annihilatio. Quarto, dato quod non, quaeritur vtrum panis conuertatur in totum Christum, id est in animam, et diuinitatem, sicut in carnem. Quinto, vtrum haec conuersio sit subita, an successiua. Sexto, et vltimo quaeritur, quibus verbis sit exprimenda illa conuersio.

QUESTIO I.

An in sacramento Eucharistiae sit vera conuersio panis in corpus Christi.

Alex. Alenf. 4. p. q. 10. Membr. 5. art. 4. §. 1. S. Th. 3. p. q. 75. art. 4. Et 4. Sent. d. 1. q. 1. art. 1. Et 4. contra Gent. c. 63. Et Opus. 2. cap. 8. Scot. 4. Sent. d. 1. q. 3. Richardus 4. Sent. dist. 11. q. 1. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 11. q. 1. art. 2. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 11. q. 2. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 11. q. 1. Gabr. Biel. 4. Sent. d. 1. q. 1.



V D sit ibi vera conuersio panis in corpus Christi, videtur. Primo per ipsam formam, quia cum dicitur: Hoc est corpus meum, aut falsum dicit veritas, aut panem conuertit in corpus: sed non dicit falsum: ergo, et cetera.

I T E M hoc ipsum probatur auctoritate doctorum, auctoritate Ambrosij scilicet, et Eusebij, et Augustini, et Damasceni. Panis, et vinum supernaturaliter in corpus, et sanguinem transit. I T E M ratione videtur, quia constat, et verum est, quod corpus Christi secundum veritatem est in altari, et prius non fuit: ergo secundum aliquam mutationem sui, vel alterius. Non sui, quia est immutabile. Non alterius, nisi panis: ergo, et cetera. Si dicas quod corpus Christi est mutabile secundum locum, quia haec est mutatio entis completi, et haec est in corpore Christi. Contra: Omne, quod mutatur secundum locum, si accedit ad vnum, recedit ab altero: ergo secundum hoc Christus recedit a caelo. Praeterea: Nihil, quod mutatur secundum locum, simul tendit ad differentias diuersas positionum: sed simul consecratur corpus Christi Romae, et Parisijs: ergo si corpus Christi mouetur Romae, non ergo Parisijs: ergo, et cetera.

C O N T R A: Gregorius dicit et habetur in littera: Quis fidelium habere dubium possit in hora immolationis calos aperiri, summa et ima fociari: sed haec non fierent, si aliquid in corpus Christi conuerteretur: immo videtur secundum Gregorium quod descendat: ergo ibi non est conuersio.

I T E M Damascenus: Quia consuetudo est hominibus comedere panem, et bibere vinum, coniungit eis diuinitatem, et fecit ea sacramentum corporis, et sanguinis sui, si coniungit illis diuinitatem: ergo saluantur in sua natura: non ergo conuertuntur in aliquid.

I T E M ratione videtur, quia si aliquid conuertitur in corpus Christi, aut conuertitur corpus Christi quod

AD OPPOSITUM

Dam. de sim. de orth. lib. 4. c. 14. in med.

quod est, aut non est. Si quod non est: ergo corpus de nouo fit: ergo plura corpora simul. Si quod est: sed quandocumque aliquid conuertitur in id, quod est, augetur: ergo corpus Christi consecratione, siue conuersione fit maius.

I T E M in nullo alio sacramento elementum conuertitur in id, quod signat, sed sufficit illud adesse: ergo videtur quod similiter debeat esse in hoc sacramento.

I T E M miracula non sunt ponenda vbi bene potest fieri sine miraculo: sed corpus Christi cum sit gloriosum simul cum pane potest esse, et idem faciet, ac si panis conuerteretur, quod non potest esse sine miraculo: ergo, et cetera.

I T E M in nullum corpus conuertitur cibus, nisi quod indiget refectione: sed corpus Christi non est tale: ergo, et cetera. Si dicas quod non absorbet ut terra, sed ut radius aquam, scilicet non indigentia, sed potentia. Contra: Radius non conuertit aquam in se: ergo nec Christus panem in corpus suum.

CONCLUSIO.

In sacramento Eucharistiae est conuersio panis in verum Christi corpus, non in partem, sed in totum.

Opinio erronea.

Rupertus, Abb. Valeriani, Ioannis Parisiensis, et etiam Lutheri.

Concilio Trid. sess. 13. can. 2. De sum. Trin. c. 5. miter. C. 6. Trid. sess. 13. cap. 4. et can. 2.

R E S P. AD ARG. Sicut dicit Magister, quorundam fuit positio, quod non est ibi aliqua conuersio, sed ad innocationem verborum sine conuersione fit diuina virtute, ut corpus Christi sit ibi. Sed haec positio contraria est auctoritati sanctorum, et rationi. Rationi quidem, quia auferit sacramenti veritatem, congruitatem, et miraculi utilitatem. Veritatem, quia ponit ex hoc falsitatem in forma. Ponit etiam mutationem circa Christi substantiam, sicut probatum est in opponendo. Congruitatem tollit, quia cum manet ibi panis, non est adeo ductiuum in alterum, sicut cum manent sola accidentia, quae dependent, et per se stare non possunt. Utilitatem etiam, quia dum potestatem, et rationem quaerit, minuit meritum fidei. Propter haec ergo haec positio est reprobanda, et neminem habet ex doctoribus defensorem. Immo communiter tenet Ecclesia, quod est ibi conuersio panis in corpus Christi, non inquam in partem corporis, sed in totum.

1. 2. AD illud ergo quod obijcitur primo de verbo Gregorij, dicendum quod sermo ille est tropicus, et dicitur caeli aperiri, quia diuina bonitas large nobis tunc tribuit panem caelestem. Summa etiam, et ima dicuntur fociari propter corporis Christi praesentiam. E: rursus per manus angelorum dicitur deferri quantum ad deuotionem offerentis, qui mittit sacrificium, et orationem in caelum, quam ad angelos spectat Domino praesentare: sed hoc in litteralibus dubijs patebit. Quod autem dicit Damascenus intelligendum est quantum ad continentiam specierum visibilium, vel in ratione conuersionis substantiae panis: quia panis conuertitur in corpus diuinitati vnitum, et species post conuersionem continent illud: et sic diuinitas vtrisque dicitur coniugari.

3. AD aliud patet responsio, quia totum in totum conuertitur: ideo nec fit nouum, nec fit maius: illud autem intelligitur si in parte conuerteretur.

4. AD aliud quod obijcitur de alijs sacramentis, patet similiter responsio, quod non est simile, quia hoc est maius quantum ad rem contentam. Praeterea, in alijs res est gratia, quae creatur: sed corpus Christi non creatur tunc in sacramento.

5. AD illud quod obijcitur de miraculo, patet similiter, quia miraculum ponitur hic propter veritatem sacramenti, et congruitatem, et etiam vtilitatem, sicut visum est.

6. AD vltimum quod obijcitur de cibo, et cibis. S. Bon. To. 5.

bili, dicendum quod panis non conuertit in corpus Christi, sicut cibus in cibabile: nec corpus Christi conuertitur in se, sed Deus conuertit, ut vbi erat panis, qui est cibus corporalis, sit corpus Christi, non per mutationem in corpore Christi factam, sed in pane in ipsum prius existens transeunte.

QUESTIO II.

An totus panis conuertatur in Corpus Christi, vel aliquid remaneat.

Alex. Alenf. 4. p. q. 10. Membr. 5. art. 4. §. 2. S. Th. 3. p. q. 75. art. 2. Et 4. Sent. dist. 11. q. 1. art. 1. q. 1. Et 4. q. 7. art. 9. Richar. 4. Sent. dist. 11. q. 2. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 11. q. 2. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 11. q. 2.



TRVM totus panis conuertatur in corpus Christi, an aliquid remaneat praeter accidentia. Et quod totus non conuertatur, videtur, quia nihil est in genere, quod non sit in aliqua eius specie: sed transubstantiatio est mutatio, et in omni specie motus aliquid manet: ergo, et cetera.

2. I T E M sicut in naturali mutatione est potentia materiae, sic et in hac potentia obedientia: sed ex parte transmutati vbi est potentia materialis, non omnino tollitur: et ideo remanet illud; in quo fundatur: ergo videtur quod similiter in ista aliquid remaneat, in quo remanet obedientia potentia.

3. I T E M de ratione mutationis est, quod illud, quod mutatur, aliter se habet nunc, quam prius: sed panis mutatur in corpus Christi: ergo aliter se habet nunc, quam prius: sed quod aliter nunc se habet quam prius aliquo modo manet: ergo et panis secundum aliquid sui manet.

4. I T E M quandocumque duo extrema communicant in aliquo, illud, in quo communicant, manet idem in tota transmutatione: sed panis, et corpus Christi communicant in materia: ergo materia manet.

C O N T R A: Virtute verbi fit transubstantiatio: sed verbum demonstrat substantiam sub accidentibus, totam inquam substantiam panis: ergo totam conuertit.

I T E M si conuertit in totum corpus Christi: ergo conuertit et totum panem, quia si tantum materiam panis, tunc videretur quod esset conuersio in solam materiam.

I T E M si manet aliquid de pane, aut ut commune in transmutatione, aut non ut commune. Si ut commune: ergo corpus Christi haberet aliam materiam, vel aliam formam, quod stultum est dicere. Si non ut commune: tunc quaeritur, vtrum remaneat materia sine forma, aut forma sine materia: sed vtraque per se est otiosa: sed in sacramento nihil omnino est otiosum: ergo neutrum manet.

I T E M si conuertitur secundum partem suae essentiae, quero secundum quam, et ostenditur, quod secundum formam, quia illa est magis idonea conuersioni. Et praeterea sacramentum est institutum non ratione materiae, quae in omnibus communis est, sed ratione formae. Si ergo verba respiciant magis formam, tunc illam conuertunt. Sed contra: Tunc remanet materia incompleta: sed diuina virtutis non est incompleta facere, sed potius incompleta complere: ergo, et cetera.

CONCLUSIO.

Totus panis conuertitur in corpus Christi, in Eucharistia solis accidentibus remanentibus.

RESP. AD ARG. Dicendum quod opinio aliorum fuit, quam tamen Magister non ponit, quia modernorum est, vel etiam quia non multum est probabilis, quod non totus panis conuertitur secundum substantiam, sed aliqua pars essentialis remanet. Constat enim quod accidentia remanent secundum esse, et operationem. Quia videtur, quod remaneant secundum esse, fuerunt qui dicerent, quod remanet etiam materia, quæ illa sustinet, et transit forma. Sed hoc nihil est, quia materia non est nata sustinere accidentia, nec esse in actu nisi cum forma. Alij videntes quod accidentia habent operationem, et omnis operatio ortum habet a forma substantiali, dixerunt quod transit materia, et remanet forma. Sed hoc iterum nihil est, quia forma non operatur nisi in materia. Propter hoc quamuis illud sacramentum sit plenum miraculis, quia tamen non ponitur esse nisi quæ faciunt ad sacramenti veritatem, et eius occultationem, ideo ponunt communiter doctores, quod totum transit in totum, solis accidentibus remanentibus causa necessaria, et vtili. Et propterea relicta prima opinione, quæ tollit conuersionem materiae, relicta alia, quæ tollit conuersionem formæ, magis catholicam tenemus, quod totus panis in corpus Christi conuertitur, et optimo modo ista conuersio transubstantiatio dicitur. Si autem quæras, sub quo genere motus, vel mutationis contineatur, dicendum quod hæc est mutatio singularis, quæ nullum simile plenum habet. Assimilatur tamen in aliquo alijs. Quia enim in hac mutatione nihil commune manet, assimilatur creationi. Quia vero principium initiale non est nihil, sed aliquid: ideo dissimilis est creationi, et similis generationi. Quia vero terminum finalem non habet aliquid de nouo factum, sed prius existens: ideo est dissimilis generationi, et similis augmento. Quia vero corpus Christi ex hoc non crescit, sed in pluribus locis existit: ideo dissimilis augmento, & similis loci mutationi. Quia vero in alio loco existit, & a proprio non recedit, sed aliquid in ipsum transit: ideo omni motui, et mutationi dissimilis est, et est prorsus mutatio singularis. Corruptioni vero et diminutioni nullo modo assimilatur, quia operationes sunt imperfectæ, quæ non decent diuinam virtutem hæc operantem. Rursus, quia in alteratione variantur accidentia sensibilia, et hoc non contingit huic sacramento propter fidem, nec illi assimilatur.
1. 2. 3. Ex his patet primum, et secundum, et tertium, quia illud est verum de mutatione, in qua habent aliquid commune termini: sed hic nihil habent.
4. Ad illud quod obijcitur vltimo, quod habent commune, dicendum quod commune habent secundum naturam prædicationis, sed non secundum naturam mutationis. In illa enim mutatione nihil possunt habere commune, quia corpus Christi non potest habere nec nouam materiam, nec nouam formam: et si aliquid maneret, impossibile esset, quod corpus Christi idem esset omnino: cum autem totum transit, nulla omnino innouatio, nec formatio sit circa corpus Christi: vnde illud argumentum locum habet in naturali mutatione.

QVÆSTIO III.

An ista conuersio sit annihilatio:

Alex. Alenf. 4. p. q. 10. Membr. 5. art. 4. §. 3.
S. Tho. 3. p. q. 75. art. 3.
Et 4. Sent. dist. 11. q. 1. art. 2.
Et 2. uol. 5. art. 11.
Scotus 4. Sent. dist. 11. q. 4.
Richardus 4. Sent. dist. 11. q. 3.
Steph. Brul. 4. Sent. d. 11. q. 4.
Petrus de Tarrant. 4. Sent. d. 11. q. 3.
Gabr. Biel. 4. Sent. dist. 11. q. 1. dub. 6.

TRVM ista conuersio sit annihilatio. Et quod sic, videtur, quia omne illud quod sic mutatur, quod nihil de ipso remanet, annihilatur: sed taliter est de substantia panis in proposito: ergo est annihilatio.

AD OPPOSITVM

1. TEM succedens generatio non aufert corruptionem præcedentem: ergo succedens conuersio non aufert corruptionem præcedentem: sed hic corrumpitur materia, et forma, et ita totum: ergo quidquid succedat, nihilominus est annihilatus panis.
2. TEM esto quod pari virtute conuerteretur totum vniuersum in corpus Christi, ipsum esset annihilatum. Probatio: Toto vniuerso cedente in nihil, solo Christo remanente, nil minus remanet, quam si conuerteretur totum in Christum, quia tantum Christus est: ergo si ibi esset annihilatio, et hic.
3. TEM argumentum hoc est necessarium. A non est B, nec pars B, nec aliquid eius, nec aliquid aliud, et fuit: ergo est annihilatum: sed panis non est Christus, nec pars Christi, nec aliquid aliud: ergo, et cet.

FVNDAMENTA.

CONTRA: Nihil quod conuertitur in rem digniorem se, annihilatur: sed panis conuertitur in rem multo digniorem se: ergo, et cet.

ITEM actio penes terminum denominatur: ergo cum annihilatio denominetur ab hoc, quod est nihil, et annihilatione nihil fit: sed nihil non habet aliquid de bono: ergo nec annihilatio: sed nulla actio est a summo bono nisi bona: ergo, et cet.

ITEM a summo bono numquam id, quod est bonum, fit malum: ergo a simili numquam id, quod est ens, fit non ens, siue nihil.

ITEM Augustinus: Conditor nature nihil facit contra naturam: sed omnis natura appetit esse, sicut dicit Philosophus: naturam iniquimus desiderare quod melius est, et esse quam non esse.

ITEM in sacramento debet saluari ratio signi, siue conueniens signatio: sed hoc sacramentum non est corruptiuum, sed conseruatiuum, et melioratiuum: cont. 33. ergo in ipso non debet esse annihilatio.

CONCLUSIO.

Conuersio panis in corpus Christi non est annihilatio, sed in rem meliorem mutatio: ideo conuersio vel transubstantiatio, et non annihilatio dici debet.

RESP. AD ARG. Dicendum quod sicut tangit Magister in littera, quorundam positio fuit, quod esset annihilatio panis, cum nihil de eo remaneat. Quia videbatur indignum dicere, quod aliquid extraneum in corpus Christi transiret: ideo rationabilius videbatur eis, quod panis corpori Christi cederet non mutato loco, sed desinendo esse: et Christi corpus superueniret, quæ quod panis in ipsum conuerteretur. Sed hæc positio stare non potest, cum hoc non deceat Deum facere, qui est tota

5. Tho. 3. p. q. 75. art. 4. q. 4. licet in modo ponendi dissentire videntur.
tota causa in hac conuersione, nec deceat sacramentum opus tā vile. Ideo cōmuniter ponunt omnes, quod nō est annihilatio panis, immo in meliorē substantiā commutatio: et ideo transubstantiatio non annihilatio talis conuersio est: et sic appellari debet. Amplius: Si panis non conuerteretur in corpus Christi, non esset intelligere quo modo corpus Christi inciperet esse in altari sine sui mutatione, sicut prius ostensum fuit: propter quod conuersio panis non annihilatio dicenda est.

1. Ad illud ergo quod obijcitur: Nihil remanet de pane: ergo annihilatur, dicendum quod istud non sequitur, quia annihilatio est non tantum nihil de re manere, sed illud in nihilum cedere: sed hic non cedit in nihil, immo in aliquid melius.

2. Ad illud quod obijcitur, quod posterior generatio non tollit priorem corruptionem, et cet. dicendū quod verum est, quia forma corrumpitur, quæ non cedit in formam contrariam: sed si forma illa conuerteretur in contrariam, non diceretur omnino corrumpi, sed in aliud transire.

3. Ad illud quod obijcitur de vniuerso, dicendum quod propter hoc non annihilatur omnino. Quod obijcitur: Non plures res remanent, quā si in nihil, vel nihil cederet. Verum est, non plures res, sed tamen Christus fit in pluribus locis, et sub omnibus speciebus et locum omnium substantiarum supplet, et illa accidentia ex præsentia Domini corporis habent operationem, quam haberet substantia, sicut patebit infra. Et cum dicitur, aliqua operatio conueniens speciei eodem miraculo cedit forma panis, et eius materia, sicut melius patebit infra: ideo nil perit propter hoc in natura, sed quodam modo ad tempus cessat.

4. Ad illud quod vltimo obijcitur, dicendum quod illa diuisio est insufficientis, quia non sequitur, quod sit annihilatum, si non est hoc, nec aliud, quia hæc habet duas causas veritates: Non est hoc, nec aliud, aut quia cessit in nihil, aut quia transit in aliud: et ratione huius dicitur vera, et hoc non est annihilari.

QVÆSTIO IV.

An panis conuertatur in totum Christum.

Alex. Alenf. 4. p. q. 10. Membr. 5. art. 4. §. 6.
S. Tho. 3. p. q. 75. art. 4.
Et 4. Sent. d. 12. q. 1. art. 1. q. 2.
Richardus 4. Sent. dist. 11. q. 1.
Steph. Brul. 4. Sent. dist. 11. q. 2.
Petrus de Tarrant. 4. Sent. dist. 11. q. 2.

AD OPPOSITVM

TRVM panis conuertatur in totum Christum. Et quod sic, videtur: Quia ad id se extendit conuersio ad quod continentia: species enim non continent nisi virtute conuersionis: sed ibi continetur totus Christus: ergo panis conuertitur in totum Christum.

2. TEM quod specialiter panis conuertatur in diuinitatem, videtur: quia intentio consecrantis est, vt cibus corporalis conuertatur in spiritualem: sed cibus spiritualis est Deus, qui est cibus sanctorū spirituum: cum ergo conuersio elementi sequatur intentionem, videtur quod conuersio sit in Deum.

3. TEM quod in animam, videtur, quia anima Christi in vno loco est per naturam, sicut corpus: ergo si corpus Christi non fit in multis locis, nisi aliquid conuertatur in ipsum, pari ratione nec anima Christi: sed anima est sub sacramento, alioquin corpus esset exanime, quod est inconueniens: ergo, et cet.

4. TEM quod sanguis sit ibi, videtur, quia aut conuersio panis expectat conuersionem vini aut non. Si nō

expectat, ergo ante conuersionem vini virtute huius verbi: Hoc est corpus meum, est ibi sanguis. Sed ad id extendit se elementum passiuæ, ad quod verbum operatiue: ergo elementum panis conuertitur in sanguinem. Si expectat: ergo est cibi successio: ergo non deberet eleuari corpus in conspectu populi ante consecrationem vini, quod est contra communem ritum totius Ecclesie: tunc enim tota Ecclesia facit, quantum in se est, simplices idolatrare, cum nondum sit ibi Christus.

CONTRA: Quod in solum corpus conuertatur, et non in diuinitatem, videtur, quia si in diuinitatem, tunc creatura posset fieri Creator, quod est inconueniens.

ITEM diuinitas est vbique: ergo ex conuersione non potest de nouo in aliquo loco esse: ergo conuersio facit de nouo esse vbi res conuertitur: ergo non conuertitur nisi in corpus vnicum.

ITEM quod non in animam, videtur, quia sacramentum habet rationem significandi, et efficiendi, et ratio signandi tantum, vel amplius se extendit, quantum ratio efficiendi: sed constat quod panis non habet similitudinem ad Christi animam: ergo nec habet conuerti in ipsam. Præterea: Si in animam conuerteretur, cum illa pars sit dignior, ab illa deberet denominari: ergo deberet dici: Hoc est anima mea.

ITEM quod non in sanguinem, videtur, quia si panis conuerteretur in sanguinem sicut in carnem, frustra ergo sub duabus speciebus fieret hoc sacramentum. Præterea: Istæ duæ orationes: Hoc est corpus meum: Hic est calix sanguinis mei, habent distinctas signationes: ergo et efficacias.

CONCLUSIO.

Panis conuertitur in corpus Christi non in diuinitatem, nec in animam, nec in sanguinem: licet hæc omnia sint ibi.

RESP. AD ARGVM. Dicendum quod præcise panis in id conuertitur, cum quo habet similitudinē: super hanc enim similitudinem fundatur institutio, et aduenit verbi sanctificatio: Quia ergo panis habet similitudinem tantum ad corpus: ideo est institutum tantum conuerti in corpus. Et verbum sanctificans, scilicet: Hoc est corpus meum, signat conuerti in corpus, ideo non in diuinitatem, nec in animam, nec in sanguinem aliquid panis conuertitur: Nec est sub sacramento corpus sine istis, quia non sunt ibi propter conuersionem, sed propter inseparabilem coniunctionem, siue indiuisiōnem. Sanguis enim est ibi ratione commixtionis, anima ratione coniunctionis, sed deitas ratione vniōnis.

1. Ex his patent obiecta: quia etsi totus Christus contineatur, non tamen in totum est conuersio: vnde falsum est, quod quidquid continetur in sacramento est ratione conuersionis, immo ratione conuersionis, vel indiuisiōnis.

2. 3. Ad aliud patet responsio, quia corpus est cibus ratione vniōnis cum diuinitate. Similiter aliud de anima patet, quia corpus est in pluribus locis ratione conuersionis: sed anima consequenter ratione vniōnis, siue perfectionis.

4. Ad illud quod obijcitur de sanguine, similiter dicendum quod illæ conuersiones non se expectant, sed vtrobique est totum, siue totus Christus.

Panis tamen, et virtus suæ formæ ordinatur ad corpus primo, ad cetera sicut ex consequenti: si militer dicendum est de conuersione vini, sicut et panis.

QVÆ-

QVÆSTIO V.

An hæc conuersio sit subita, vel successiua.

Alex. Alenf. 4. p. q. 10. Memb. 5. art. 4. §. 7. S. Tho. 3. p. q. 75. art. 7. Et 4. Sent. dist. 11. q. 1. art. 2. Et 4. contra Gent. cap. 73. Rich. 4. Sent. d. 11. q. 4. Tho. Arg. 4. Sent. d. 11. q. 1. art. 3. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 11. q. 5. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 11. q. 5. Gabr. Biel 4. Sent. dist. 11. q. 1. sub. 4.

FVNDAMENTA.

TRVM hæc conuersio sit subita, an successiua. Et quod subita, videtur, quia successio est per resistētiam suscipientis, vt patet in diffusione lucis in aera, quia nihil est ibi resistens: sed ex parte panis nulla est resistētia: ergo nec successio aliqua.

Phys. ed. 21. et circa. Et 8. Phys. et 2. Meta.

ITEM quantum operatio est a virtute potentiori, tanto velocior, vt patet: sed hæc est a virtute infinita: ergo est in instanti.

ITEM non ob aliud est successio in operatione nisi propter preparationem, et inductionem proprietatū: sed hic nulla est preparatio: ergo nulla successio.

ITEM successio, aut hic est quia panis successiue abijciatur, aut quia corpus successiue introduciatur. Non quia panis, quia non est ponere, quare citius conuertatur vna pars quam alia, nec materia quam forma. Nec quia Christi corpus, quia illud non potest haberi nisi esse perfectum, et integrum.

AD OPPOSITVM.

1. CONTRA: Est diuina virtus ibi immediate operetur, operatur tamen ad verbi prolationem: sed verbi prolatio est successiua: ergo et conuersio.

2. ITEM si dicas quod non operatur per sermonem, tamen simul operatur cum sermone, quia nec ante nec post, quia sermonis prolatio est successiua: ergo cum successiuum non sit simul cum instantaneo, patet, et cet.

3. ITEM si conuersio est in instanti, quæro in illo instanti, in quo est mutatio, quid sit, aut panis, aut corpus. Non panis, quia panis est terminus a quo: Non corpus, quia est terminus ad quem est mutatio. Nec aliquid aliud: ergo nihil: sed hoc est impossibile: ergo mutatio non fit in instanti.

4. ITEM panis in illa conuersione habet esse vltimum, similiter corpus Christi primum: aut ergo in eodem instanti, aut in alio. Si in eodem: ergo simul est panis, et corpus. Si in alio, et alio: sed inter quælibet duo instantia cadit tempus medium, et in illo medio est conuersio: ergo, et cet.

CONCLUSIO.

Conuersio panis in verum Christi corpus fit in instanti, et non successiue, licet fiat ad verbi prolationem: nam sit per verbum increatum.

RESP. AD ARG. Dicendum quod hæc conuersio est subita, et in instanti. Quamuis enim fiat ad verbi prolationem, non tamen per verbum sicut per effectiuum principium, sed per verbum increatum, quod operatur in instanti.

1. 2. QVOD ergo obijciatur, quod non sunt simul, dicendum quod successiuum non est simul cum instantaneo nec secundum totum, nec secundum partem: sed tamen secundum aliquid sui, vt puta factum, vel dictū esse, quod est vel in ratione medij, vel principij, vel finis. Vnde certum est, quod quando totum dictum

A dictum est, totum factum est: sed quando Dominus facit, ipse nouit.

3. AD illud vero quod obijciatur de illo instanti, vtum sit panis, dicendum quod in mutatione subita est simul fieri, et factum esse: et simul desinere, et desistere: quia ergo in instanti desinit esse panis, non est panis. Rursus: Quia incipit esse corpus, vel conuertitur in corpus, est corpus Christi.

4. AD illud vero quod quaritur de vltimo panis, multiplex est positio. Quidam enim dicunt, quod quia panis habet esse temporale, sed corpus Christi esse æternum, quod vltimum esse panis non est nisi in tempore, primum esse corporis in instanti. Vnde sicut instans copulatur ad tempus, ita quod nihil est medium: sic et in proposito habere se dicunt. Sed hoc est fuga. Primo, quia si panis haberet esse in instanti, manet obiectio, et non est ibi solutio. Secundo, quia quod corpus Christi sit in altari, vel sub speciebus, hoc est temporale. Tercio vero, quia vtumque habet esse permanens, et ideo esse vtiusque est in instanti. Propter hoc est alia positio, quod in eodem instanti est vltimo esse panem, et primo esse corpus, eodem inquam secundum substantiam, differente secundum rationem. Quia secundum quod est mensura vltimi esse panis, est terminus præteriti. Secundum quod est mensura primi esse corporis Christi, vt hic, est principium futuri. Sed hæc positio non potest stare, quia quæcumque sit diuersitas in ratione in vno instanti, numquam tamen contradictoria sunt simul vera in eodem: ergo nec disparata de eodem. Et præterea, si præteritum in sui termino esset, et futurum esset in sui initio, numquam continuarentur per vnum instans, immo essent simul. Propterea est tertia positio, quod est in vno instanti secundum rem, sed tamen plura secundum virtutem. Sicut enim vnus punctus sit duo puncti diuisione lineæ, et commensuratione, vt puta si duarum linearum fiat contiguatio super lineam continuam substratam, ille vnus punctus, ad quem contiguantur, æquiualeat duobus: sic in instanti quamuis non multiplicetur, quia tempus non diuiditur, tamen duobus æquiualeat propter mensurationem duorum vltimorum durationis, scilicet panis, et corporis Christi. Sed illud non potest stare, quia in contiguis vltima simul sunt: sed in durationibus, quæ se habent secundum prius, et posterius impossibile est quod vltima sint simul: vnde in illa contiguatione punctus substratus non fit duo, sed duo puncti vniuntur in vno: nec tamē cedunt in vnum propter distinctionem corporū, in quibus sunt. Et iterum quantumcumque illud verū sit, quod duo indiuisibilia sint simul, numquam tamen verum est, quod duo contradictorie opposita simul insint eidem: quia sunt impossibilia, nec etiam ea, quæ necessario requirunt ordinem non tantum causaliter, siue secundum naturam, sed etiam secundum esse in actu, et durationem actualem. Propterea est quarta positio, quod est in alio, et alio instanti secundum rem eo modo, quo in tempore est ponere instantia multa: quia vnum est secundum suam essentiam, cuius fluxus est continuus: vnde non est ponere plura instantia, vt consequenter se habentia secundum se, sed tamen secundum quod mensurat duas actiones discontinuas est in eo duo signare. Sicut linea si fecerit aliam, signat duo puncta. Sed illud non potest stare, quia in nullo continuo nec esse, nec intelligi, nec signari possunt vere duo indiuisibilia ipso manente continuo, quæ se habeant consequenter, alioquin intelligitur de necessitate, vt multiplicatum: si ergo tempus manet non intercessum, patet, et cet. Et ideo dicendum est vltimo, quod tempus, siue instans mensura vltimi esse panis, et primi esse corporis potest dupliciter accipi. Vel in diuisione propria vniuersiusque, sicut dicit Philosophus, quod vnū quodque propria periodo mensuratur, quæ quidem cum ipsa re incipit, et desinit: et sic sunt diuersæ mensuræ discontinuæ, et diuersa instantia consequenter se habentia, sicut sunt duo esse, scilicet esse panis, et esse corporis. Si

Opinio 1.

Improbac.

Opin. 2.

Improbac.

Opin. 3.

Improbac.

Opin. 4.

Improb.

Opinio 5.

2. de Gen. per. et corr. cont. 57. et 7. Phys. cont. tex. 80. et seq.

ris. Si autem accipitur instans secundum communem mensuram, quæ est tempus continuum, et commune, non intercessum, vt est mensura motus primi mobilis, vel etiam vt tempus consideretur secundum essentiam non secundum esse, tunc accipitur determinatum instans secundum nostram signationem. Signetur ergo vnum instans in tempore, in quo vltimo est panis. Signetur, et aliud instans, in quo primo est corpus Christi: ego dico, quod non est signare duo instantia consequenter se habentia in continuo, manente continuo: vnde quodlibet horum per se signari potest, sed duo simul impossibile est signare. Et sic patet quod in alio, et alio instanti habet esse panis, et corpus secundum rem, et secundum quod est mensura realis, et propria: licet secundum mensuram communem duo instantia immediate signare non contingat. Hic autem modus soluendi rationabilior, et certior videtur omnibus prædictis, quoniam supra tria principia certa fundatur. Primum est, quod in eodem instanti simplici impossibile est contradictoria esse, quantumcumque instans habeat diuersitatem secundum considerationem. Secundum est, quod in continuo manente continuo impossibile est instantia esse consequenter, nec vere signari. Tertium est quod inter esse panis, et inter esse corporis Christi, vel inter duo contradictoria nihil est medium.

S. Th. 3. p. q. 75. art. 8. po nit primū esse panis, et primum esse corporis

QVÆSTIO VI.

An illa conuersio debeat exprimi per verbum substantiuum.

Alex. Alenf. 4. p. q. 10. Memb. 6. art. 1. et 2. S. Tho. 3. p. q. 75. art. 8. Et 4. Sent. dist. 11. q. 1. art. 4. Scot. 4. Sent. dist. 11. q. 5. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 11. q. 1. art. 4. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 11. q. 6. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 11. q. 7. Gabr. Biel. 4. Sent. dist. 11. q. 1. art. 3.

AD OPPOSITVM.

VI BV S verbis debeat exprimi ista conuersio. Et ostenditur, quod per verbum substantiuum, vt dicatur: Panis erit corpus Christi: et quod fuit erit corpus Christi: et hoc auctoritate, et ratione: Quia Ambrosius dicit, quod erat panis ante consecrationem, est corpus Christi post consecrationem.

Amb. lib. de his qui myser. in iust. c. 9. to. 4. habetur de cons. d. 2. c. ante, et in li. 4. de sac. c. 4. Dam. lib. 4. c. 14.

ITEM ratione videtur, quia vbi totum transit in totum fit maior vno, quam vbi pars in partem: sed vera est vbi pars in partem, vt puta secundum accidens album erit nigrum, et secundum substantiam, vt quod fuit sub forma ignis, modo est sub forma aeris: ergo multo fortius hic vbi totum transit in totum.

ITEM quod in verbo fiendis, videtur. Damasceus: Panem, et vinum fecit corpus, et sanguinem suum.

ITEM ratione videtur: quia quod mutatur, et non annihilatur, non fit nihil, sed aliquid: sed panis mutatur, et non annihilatur, nec fit aliud quam corpus Christi: ergo, et cet.

Amb. de sacram. ca. 4. et 5.

ITEM quod cum verbo possendi. Ambrosius: Quod est panis potest esse corpus consecratione, quæ fit Christi sermone.

ITEM ratione: quia omne quod mutatur in aliquid, habet posse ad illud, quia omnem actum antecedenti potentia aliqua: sed panis mutatur in corpus Christi: ergo, et cet.

Amb. de sacram. lib. 4. c. 4.

ITEM quod cum præpositione videtur: Ambrosius, de sacramentis: Vbi accessit consecratio, de pane fit corpus Christi.

ITEM ratione videtur: quia hic est transubstantiatio. Aut ergo de aliquo, aut de nihilo. Non de ni-

A hilo: ergo de aliquo: ergo de panē, cum non sit dare de alio.

CONTRA: Hoc verbum Est notat identitatem: FVNDAMENTA. sed panis ad corpus Christi non est identitas nec in forma, nec in materia: ergo talis locutio, scilicet cum verbo substantiuo, quod notat identitatem, est falsa.

ITEM omne fieri terminatur ad factum esse: sed in hoc sacramento nihil factum est, quia corpus non est nunc factum: ergo nec fieri est ibi: ergo sunt falsa cum verbo fiendi.

ITEM omnis potentia aut est actiua, aut passiua: in pane non est actiua, nec etiam passiua, quia tunc esset ad actum: ergo cum hoc verbo potest est falsa locutio.

ITEM hæc præpositio De, et Ex, dicit causalitatem, aut ordinem, vt de mane fit meridies. Hoc non potest stare secundum quod dicit causalitatem, nec secundum quod dicit ordinem: quia tunc est sensus: Post panem est corpus: pari ratione posset dici de Verbo: Corpus post verbum.

CONCLUSIO.

Cum ista conuersio sit singularis, solum illa propositio est vera et propria, in qua verbum signat non identitatem panis ad corpus, neque causalitatem, neque inuolutionem, neque vllam ad causas inferiores ordinationem: sed solum conuersionem cum præpositione importante transitum non causam.

RESP. AD ARG. Dicendum quod ista conuersio est singularis, quia totum in totum transit, et hoc virtute supra naturam: ideo panis ad corpus non est identitas, non est inuolutio in Christi corpore, nulla est causalitas in pane: nulla est secundum causas inferiores ordinatio. Ex his eliciuntur quattuor regulæ. Prima est, quod omnia verba signantia identitatem panis ad corpus Christi, faciunt sermonem falsum: Vnde omnes tales locutiones improprie sunt, et exponendæ: Panis erit corpus Christi, vel quod fuit panis, est corpus Christi: et simpliciter non sunt recipiendæ cū relatio, et verbo substantiuo. Et ideo non valet ratio, quam adducit. Quia enim totum in totum transit: non est maior identitas, immo minor, immo nulla. Secunda regula est, quod omnia verba signantia inuolutionem circa corpus Christi, sunt falsæ dicta: quæ autem signant conuersionem et transitum, vere dicuntur: et quia generari dicit inuolutionem, fieri potest dicere transitum: vt cum dicitur, hoc fit illud: ideo cū verbo fiendi potest concedi, non cum verbo generandi, et concedendæ sunt rationes ad hoc. Ratio ad oppositum non valet, quia obijci de fieri, prout dicitur, alicuius generationem, sed non sic accipitur hic: vnde hæc est magis propria: panis fit corpus, quam, de pane fit corpus: et hæc simpliciter est impropria: Corpus Christi fit: sed conceditur, fit hic. Tertia regula est, quia non est ordinatio panis ad corpus Christi secundum causas inferiores: ideo verba hoc signantia, sicut hoc verbum potest absolute dictum, faciunt locutionem falsam, vt si dicatur: Panis potest esse corpus. Sed si dicatur ordinatio secundum causas superiores, tunc est in locutione veritas, vt si dicatur: Panis potest conuerti a Deo: et sic dicit Ambrosius, et ratio concludit, quia actus ille est a potentia superiori. Quarta regula est, quia nulla est causalitas, sed solum transitus panis in corpus Christi, quod omnes præpositiones causalitatem importantes reddunt locutionem impropriam. Vnde improprie sunt cum hac præpositione De, vel Ex, secundum quod dicit causalitatem: sed cum est aliqua acceptio ordinis, nec tamē secundum illam omnino proprie. Et ideo dicendū quod illa est vera, et propria, in qua verbū signat non identitatem, nec inuolutionem, nec ordinationem naturalem, sed solum conuersionem cum præpositione importante transitum, non causam: vnde hæc est propria: Panis conuertitur in corpus Christi.

DIST.

QVARE SVB ALIA SPECIE.



Sub alia autem specie tribus de causis carnem et sanguinem tradidit Christus, et deinceps sumendum instituit: ut fides scilicet haberet meritum, que est de his que non videntur: quia fides non habet meritum, ubi humana ratio prebet experimentum. Et ideo etiam, ne abhorreret animus, quod cerneret oculus: quia non habemus in usu carnem crudam comedere, et sanguinem bibere. Quia ergo Christum vorari dentibus fas non est, in mysterio carnem et sanguinem nobis commendavit. Et etiam ideo ne ab incredulis religioni Christiana insultaretur. Unde Augustinus: Nihil rationabilius, quam ut sanguinis similitudinem sumamus: ut et ita veritas non desit, et ridiculum nullum fiat a paganis, quod cruorem occisi hominis bibamus. Ne ergo hoc fieret, et ne veluti quidam horror esset eruoris, in similitudinem accipimus sacramentum. Ex premissis iam liquet, quare sub alia specie et quare sub ista hoc sacramentum Dominus celebraverit, et celebrari a nobis instituerit.

Greg. Hom. 26. In Eua. golio.

De conf. d. 2. c. vtrū sub figura. Habetur de conf. d. 2.

Quare sub duplici specie.

SED quare sub duplici specie sumitur, cum sub alterutra totus sit Christus? Ut ostenderetur totam humanam naturam assumpsisse, ut totam redimeret. Panis enim ad carnem refertur, vinum ad animam: quia vinum operatur sanguinem, in quo sedes anime a physicis esse dicitur. Ideo ergo in duabus speciebus celebratur, ut anima et carnis susceptio in Christo, et utriusque liberatio in nobis significetur. Valet enim, ut Ambrosius ait, ad tuitionem corporis et anime quod percipimus: quia caro Christi pro salute corporis, sanguis vero pro anima nostra offertur, sicut prefiguravit Moyses. Caro, inquit, pro corpore nostro offertur, sanguis pro anima: sed tamen sub utraque specie sumitur, quod ad verumque valet. quia sub utraque sumitur totus Christus. Sed si in altera tantum sumeretur, ad alterius tantum, id est anime vel corporis, non utriusque pariter tuitionem valere significaretur. Sub utraque specie tamen totus sumitur Christus: nec plus sub utraque, nec minus sub altera tantum sumitur. Eadem enim ratio est, ut ait Hilarius, in corpore Christi, que in manna precessit. De quo dicitur: Qui plus collegerat, non habuit amplius: nec qui minus parauerat, habuit minus. Et licet sub utraque specie sumatur totus Christus, tamen non sit conuersio panis nisi in carnem, nec vini nisi in sanguinem. Nec debent dici duo sacramenta, sed vnum: quia sub utraque specie idem sumitur. Neque debet iterari sacramentum: quia benedictio non repetitur super speciem eandem. Neque alie substantie in sacrificium veritatis offerri debent: quia de alijs non potest consecrari corpus Christi vel sanguis.

Cōmētario ad 11. cap. Epist. ad Hebraeos, 20. 4.

Hilar. papa de conf. d. 2. c. vbi pars est. Exo. 16.

Quare aqua admiscetur,

AVERO admiscenda est vino, quia aqua populum signat, qui per Christi passionem redemptus est. Calix ergo Dominicus iuxta canonum preceptum, aqua et vino mixtus debet offerri: quia videmus in aqua populum intelligi, in vino ostendi sanguinem Christi. Cum ergo in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur: et credentium plebs ei, in quem credit, copulatur: que copulatio aque et vini sic miscetur in calice Christi, ut mixtio illa non possit separari. Nam si vinum quis tantum offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis.

De cōf. d. 2. c. cū omne.

Iulius Papa.

SI vero queritur: An irritum sit quod geritur, si aqua pretermittatur: audi quod sequitur in eodem canone: Non potest, inquit, calix Domini esse aqua sola, aut vinum solum, nisi utrumque misceatur. Item Cyprianus: Calix Domini non est aqua sola, aut vinum solum, nisi utrumque misceatur: sicut nec corpus Domini potest esse farina sola, nec aqua sola, nisi utrumque fuerit adunatum, et panis unius compage solidatum. Si quis tamen non intendens introducere heresim, obliuione uel ignorantia aquam pretermiserit, non videtur esse irritum sacramentum: sed ille graniter est corripiendus. Nam et Græcorum Ecclesia non apponere aquam dicitur. Quod etiam ex dictis Cypriani videtur posse colligi. Aut enim: Si quis de antecessoribus nostris, uel ignorant

Iulius papa De cōf. d. 2. c. nō debet. De cōf. d. 2. c. sicut in sanctifica.

De cōf. d. 2. c. et scripserat.

ranter uel simpliciter non hoc seruauerit, quod nos Dominus facere et exemplo, et magisterio docuit, potest simplicitati eius indulgentia Domini uenia concedi. Nobis uero non potest ignosci, qui nunc a Domino instructi sumus, ut calicem Domini cum vino mixtum, secundum quod Dominus obtulit, offeramus. Ex hoc uidetur, quod si quis simpliciter uel ignoranter uinum offerat sine aqua, sacramentum conficiat. Aqua uero nullatenus sine uino potest offerri in sacrificio: nec panis nisi de frumento: nec granum frumenti, nisi redactum fuerit in panem: quia Christus, et panem se dicit, et grano frumenti se comparat. Quod ergo supra dictum est non posse uinum solum offerri, determinari oportet. Recipit enim exceptionem. Non potest, nisi simpliciter uel ignoranter fiat: uel non potest, id est, non debet. Quibusdam tamen uidetur hoc generaliter uerum. Colligitur etiam ex predictis: quod Christus uinum aqua mixtum dedit discipulis. Corpus uero tale dedit, quale tunc habuit, id est, mortale et passibile. Nunc uero sumitur a nobis immortale et impassibile. Nec tamen maiorem habet efficientiam. Eucharistia quoque intincta non debet dari populo pro supplemento communionis: quia non legitur Christus alicui discipulo praeuississe panem intinctum nisi Iuda. Tunc uero non accepit Iudas corpus Christi, sed tantum panem: corpus uero et sanguinem Christi ante cum alijs discipulis perceperat.

Ioan. 6. f. Ioan. 12. Explicatio responsionis. Iulius Papa, et habetur de conf. d. 2. c. cum ordine.

DIST. XI. PARS II.

Agit de confectione quantum ad materiam, in qua debet fieri.

Sub alia autem specie tribus de causis carnem, et cet.

Expositio textus.



PRÆ egit Magister de confectione quantum ad transubstantiationem, siue conuersionem. Hic agit secundo, in qua specie, uel substantia debeat fieri talis confectio. Et habet hæc pars duas partes. In prima determinat, in qua specie, uel substantia nunc conficere debeat Ecclesia. In secunda ostendit, quod sic fuerit in confectione prima, quæ fuit in cœna, ibi: Colligitur etiam ex predictis, quod Christus, et cet. ubi ostendit in quibus substantijs conficit, et quale corpus discipulis dedit, et quale nos sumimus. Prima pars habet tres. In prima ostenditur, quare illud sacramentum, siue Christi corpus datur sub alia specie. In secunda, quare sub duplici specie, ibi: Sed quare sub duplici specie, et c. In tertia uero determinat, quod aqua uino commiscenda est, ibi: Aqua uero admiscenda est uino. Et illa pars duas habet. In prima ostendit modum commiscendi. In secunda uero inquit, utrum hoc spectet ad sacramenti necessitatem, ibi: Si uero quaritur, an irritum sit, quod geritur, si aqua, etc.

Diuisio.

Ne abhorreret animus, quod cerneret oculus. Dub. I.

VIDETUR nulla esse ista Magistri ratio, quia non est faciendum aliquid in solatium sensus, quod præiudicet intellectui. Sed sicut horridum est sensui comedere carnes, ita difficile est intellectui credere oppositum eius, quod sentit: ergo uidetur, quod melius esset horrorem generari in sensu, ut ita ueritas manifestaretur in intellectu.

RESPOND. Dicendum quod ista non est tota ratio, quare sub specie uelatur, quia fit in sensu solatium, sed quia fit in sensu solatium, et in fidei meritum, in quo capitur, et illuminatur intellectus: si autem occultaretur sensui, et intellectus non reuelaretur per fidem, tunc aliquod præiudicium fieret intellectui. Nunc autem non est ita: et ideo non ualet.

Colligitur ex Arist. 2. ethic. c. 15.

Vinum ad animam, etc. Dub. II. Videtur male dicere, quia regula est in philosophica scientia, quod termino semel posito non est

vtendum æquiuoce: ergo similiter nec signo. Si ergo uinum signat sanguinem Christi, non signat animam Christi: non ergo animam nostram.

RESPOND. Dicendum quod sicut in signis vitalibus duplex attenditur significatio, scilicet propria, et allegorica: ita et in hac duplici signatione similiter accipitur in theologia. Simile potest esse in signis sacramentalibus, quod vnam rem significant proprie, scilicet uel rem, quam continent, uel effectum, quem tribuunt: aliam allegorice, scilicet rem, a qua uirtutem trahunt, sicut a passione, et eius fide. Et licet fallit regula sophistarum in primis signis, quia in theologica scientia dictio simul accipitur moraliter, et litteraliter, et allegorice: sic fallit in his signis, quia vnum principaliter, et proprie significant, et aliud allegorice. Posset tamen dici, quod vnum signat per alterum, ut animam per sanguinem: et sic nullum est inconueniens.

Caro Christi pro salute corporis offertur. Dub. III.

SECUNDUM illud Ambrosij, uidetur quod istud sacramentum sanatur corporaliter: et hoc etiam uidetur Apostolus dicere: Ideo inter uos multi infirmi, et imbecilles, et dormiunt multi: loquitur de indignis accipientibus. Sed contra: Est cibus spiritualis, et remedium contra peccatum: ergo non uidetur, quod sanitatem corporis tribuat. Item si tribuat sanitatem corporalem: ergo uidetur quod corpore existente sano non deberent homines recipere nisi sanguinem, quod non est dicendum.

RESPOND. Dicendum quod Ambrosius loquitur de salute corporum, non quæ est in uia, sed quæ erit in patria, quæ annexa est spirituali: et Apostolus de infirmitate loquitur spirituali. Si quis autem de corporali uelit intelligere, hoc solum referendum, et intelligendum est per accidens, et ualde ex consequenti, quia nec ad hoc, nec propter hoc est institutum.

Aqua uero admiscenda est uino. Dub. IV.

QUÆRITUR, utrum sufficiat si admiscetur in dolio: et uidetur quod sic, quia ante inceptionem missæ misceri potest, et admixta transferri in uinum. Sed contra hoc est: quia talis admixtio nihil faceret ad sacramentum.

RESPOND. Dicendum quod admixtio aquæ cum uino est sacramentalis: Unde solius est sacerdotis. Et est ad signationem: et ideo tunc debet poni, quando iam inchoantur sacra mysteria. Et in missa sollempni poni debet post offertorium: in missa autem priuata propter periculum obliuionis, et propter hoc ut forte diuturno

diuturno tempore bene commisceatur, securius est po- nere statim, cum ponitur vinum in principio Miste. Quod ergo obijcitur de lymphatione in dolio, dicen- dum quod illa non est sacramentalis: et ideo nihil fa- cit ad sacramentum.

Utr mixtio illa non possit separari. Dub. V.

Videtur, quod possit separari, quia experimento est probatum, quod quantumcumque aqua misceatur, quod iuncus appositus attrahit aquam, et segregat: ergo videtur, quod nunquam ita possit misceri, ut Magister dicit.

Met. c. 9. Et 1. de gen. cont. 88

RESP. Sicut dicit Philosophus, quando prædomi- natur vinum, soluitur species aquæ, et cum solu- ta est, et conuersa in vinum, totum est vinum, et sic con- uerti potest: Non enim conuerti potest nisi panis, vel vinum. Aliqui tamen volunt dicere, quod aqua non conuertitur in sacramento, sed tenet semper rationem aquæ, et est ibi propter signationem solum, sicut si su- perinfunderetur aqua post transubstantiationem, siue conuersionem vini. Hanc duplicem opinionem ponit Innocentius in Decretali quadam de corpore Domini. Primam tamen magis approbat, et magis videtur ap- probanda. Vinum enim potest conuerti in aquam in se in parua quantitate, ut Philosophus dicit in primo de generatione. Fuerunt etiam aliqui dicentes aquam cõ- uerti in alios humores, et vinum in sanguinem. Sed hoc nihil est, cum solum substantia panis, et vini possit transubstantiari. Vnde si aliquis puram aquam in calicem poneret, omnino nihil conficeret. Non sic est de vino. Et ideo prima opinio tamquam probabilior est tenenda. Quod ergo obijcitur de iunco, dicendum quod non separat aquam mixtam, sed per naturam cõ- uenientem aquæ attrahit partes vini aquosas, totius inquam vini: non quia ibi sit aqua, sed partes debiles vini, quæ minus habent de virtute.

Nobis vero non potest ignosci. Dub. VI.

Obijcitur contra hæc Cypriani verba: aut enim hoc dicitur, quia tale peccatum est irremediabile, aut quia culpabile. Si quia irremediabile: hoc falsum est. Si quia culpabile: sed similiter fuit in ignorantibus, quia ignorantia iuris non excusat: ergo, et cetera.

RESP. Dicendum quod hoc dicitur non quia pecca- tum sit in nobis irremediabile: sed quia non habet co- lorem excusationis, si fiat ex certa scientia: sed qui ex ignorantia faciebant, habebant excusationem, quæ ta- men non excusat a toto, sed a tanto, quia forte non erat in eis mortale. Nec erat simpliciter ignorantia iuris, immo quodam modo dici poterat ignorantia facti, quia Dominum fecisse nesciebant, cum non habeatur ex scri- ptura: conijcitur tamen ex hoc, quod de latere eius exi- iit sanguis, et aqua: ubi etiam quodam modo præfi- gurata sunt sacramenta.

Aqua vero nullatenus sine vino potest offerri. Dub. VII.

Obijcitur: Ponatur ergo quod aliquis decipiatur credens aquam esse vinum, et percipiat hoc tempore perceptionis sacramenti, quid faciendum est ei?

RESPONDENT. quidam, quod debet vinum ponere, et non debet consecrare: sed panem frangere, et mittere in vinum. Sed ad quid hoc faceret? si enim vinum non consecratum non est maioris efficacæ quæ aqua, sufficit aquam ponere, vel positam tenere. Et ideo dicunt alij, quod debet formam verbi super vi- num dicere, ut plenum sit sacramentum, si percipit ho- ra debita, tum propter signationem, tum etiam quia credo, quod sanguis aliquo modo addat ad efficaciam:

sed tamen consulendum esset tali, quod prius contere- retur, et doleret de negligentia.

Corpus vero, et sanguinem Christi ante cum alijs disti- pulis perceperat. Dub. VIII.

Videtur hoc male dicere de Iuda, quia peccator erat, et malus: et hoc Dominum non latebat: ergo tantum sacramentum non debebat ei conferri, cum non debeat dari nisi digne accedentibus, et sine peccato. Item: Cum introisset satanas, Glossa: Non ut quidam putant, Iudas tunc recepit corpus Christi.

Ioan. 13. 8

RESP. Dicendum quod Dominus dedit corpus suum Iudæ ne eum proderet, ut formam sacerdotibus daret. Et quod obijcitur de Glossa, dicendum quod Glossa hoc non negat, sed negat quod non dedit ei tunc, quando dedit ei buccellam intinctam.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam huius partis secundum duo, quæ determinat Magister, duo principaliter quaruntur. Primo ad intelligentiam primi, quaritur de spe- ciebus, in quibus nunc conficit Ecclesia. Secundo qua- ritur de modo, quo confecit Christus. Circa primum primo quaruntur breuiter quattuor. Primo quaritur, vtrum hoc sacramentum confici debeat in specie panis, et vini. Secundo, vtrum vtraque harum specierum sit de integritate sacramenti. Tertio quaritur, vtrum aqua sit de integritate sacramenti. Quarto, vtrum in omni pane, et vino possit confici sacramentum hoc.

QVÆSTIO I.

An sacramentum Eucharistiæ debeat confici in spe- ciebus panis, et vini.

Alex. Alenf. 4. p. q. 10. Memb. 3. art. 2. et 5. S. Tho. 3. p. q. 75. art. 1. Et 4. Sent. d. 11. q. 2. art. 1. q. 1. Et 4. contra Genz. cap. 6. q. 1. et 68. Richardus 4. Sent. dist. 11. art. 2. q. 1. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 11. q. 2. art. 1. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 11. q. 7. Petrus de Tarrant. 4. Sent. dist. 11. q. 12. Gabr. Biel. 4. Sent. dist. 11. q. 2.



QVOD istud sacramentum debeat confici in speciebus panis, et vini, ipsa Domini insti- tutione, siue consecratio, et Ecclesiæ Catholi- cæ observatio sufficientem præbet auctori- tatem, et rationem. Sed quod non, videtur, quia se- cundum quod dicit Hugo: Crescente veritatis cog- nitione signa debuerunt esse euidentiora: ergo cum panis, et vinum fuerint sacramenta legis naturæ, nul- lo modo debent esse sacramenta legis gratiæ, in qua tantum concurret cognitio veritatis.

FVNDAMENTA.

1. I T E M lex scripta plus cognitionis dabat, et habe- bat, quàm naturalis: ergo eius signa erant certiora, et expressiora: ergo magis lex noua debuit conficere in sacramentis, siue signis traditis tempore legis scriptæ, quàm tempore legis naturæ, de quibus sunt species panis, et vini.

2. I T E M hoc ipsum videtur, quia in lege scripta agnus, et eius sanguis offerebatur: sed caro magis exprimit carnem, et sanguis sanguinem: ergo magis in illa specie debet confici sacramentum Eucharistiæ, quàm in ista.

I T E M

4. I T E M species sacramenti naturaliter habeant A repræsentare: sed panis, et vinum sunt ab artificio: ergo non congruunt sacramento.

5. I T E M hoc specialiter ostenditur de pane, quia in hoc sacramento specialiter debet signari Christus passus: vnde ipse dicit: Hoc facite in meam commemo- rationem: sed panis integer non signat passionem: ergo non congruit huic sacramento.

6. I T E M in hoc sacramento continetur Christus, vt cibus paruulorum, et humilium, qui prius erat cibus angelorum: sed cibus paruulorum est lac: ergo in lac- te debet confici.

7. I T E M obijcitur de vino, quia hic signatur Chri- stus, vt cibus, siue potus sanans: sed vinum non da- tur infirmis: ergo non debet in vino confici hoc sacra- mentum, quod est sanantium infirmitatis spiritualis.

Præf. 20.

8. I T E M effectus istius sacramenti est extinguere morbum concupiscentiæ: sed vini est accendere: Lu- xuriosa res est vinum: ergo, et cetera.

CONCLUSIO.

Sacramentum Eucharistiæ commode debuit ordinari, et confici in speciebus panis, et vini.

RESP. AD ARG. Dicendum quod istius sacra- menti duplex est res, scilicet corpus Christi verum, et mysticum: et quia signa sunt instituta propter expres- sionem rei signatæ, talia debuerunt esse, quæ de sui natura nata essent vtrumque exprimere. Et quoniam corpus mysticum est ex multis aggregatis in vnum, ta- lia elementa esse debuerunt, quæ ex multis aggregan- tur in vnum: tale autem est panis, quia est ex multis granis puris. Tale etiam est vinum, quod est ex multis racemis puris: ideo recte vniorem corporis Christi mystici signat. Corpus autem Christi verum continetur in hoc sacramento vt cibus, quia propter hoc insti- tutum est sacramentum, non vt cibus qualicumque, sed vt cibus conueniens, cibus efficax, cibus sanans, ci- bus omnibus communis: ideo debuit institui signum, quod quidem esset cibus habens istas proprietates. Ci- bus autem magis conueniens est panis de frumento, et vinum: et huiusmodi signum est, quod naturæ non gene- rat ex frequentatione fastidium, quod non conuenit de aliquo alio cibo. Est etiam efficax in confirmando, quia panis confortat, et vinum lætificat. Est etiam sanus, sicut dicit Isaac in dietis, quia vterque ad sanita- tem facit. Vterius, est cibus communis, et vilitatis ma- xime inter gentes rationabiliter viuentes. Vnde Dama- scenus: Conuetudo est hominibus manducare panem, et bibere vinum: ideo coniunguit eis Dominus diuini- tatē, et fecit ea corpus, et sanguinem suum: vt per hæc, quæ sunt secundum naturam consueta, in quibus vita conseruatur, ad ea, quæ sunt supra naturam, anima transferatur.

1. Ex his patent obiecta. Quod enim obijcitur, quod sacramenta in noua lege sunt euidentiora, dicen- dum quod euidentiora factum est ratione verbi additi, scilicet huius: Hoc est corpus meum: sed non oportuit a parte elementali, quia sufficiebat illa euidentia.

2. A D illud quod obijcitur de signis legis scri- ptæ, dicendum quod euidentiora signa erant passionis, quia sicut supra dictum est, ad illam signandam princi- paliter ordinabantur, sed non euidentiora quantum ad expressionem gratiæ sacramentalis: et hoc principaliter significatur in sacramentis nouæ legis. Et per hoc patet de carne, quia non signatur caro vt caro, sed vt reficiens.

4. A D illud quod obijcitur, quod sunt ab artificio, dicendum quod habitas est a natura, sed perfectio ab opere humano: sic et Christus a sua origine habuit ci- bandi habitatem, sed actu est cibus effectus decoctione in igne passionis, et compressione in torculari cru- cis: sic est in ipso signo, scilicet pane, et vino.

S. Bon. To. j.

5. E T per hoc patet sequens quod obijcitur, quod non signat passionem, dicendum enim quod falsum est, immo signat per decoctionem, vel etiam compressio- nem. Posset tamen dici, quod non exprimitur Christus vt passus principaliter, sed vt cibus.

6. A D illud quod obijcitur, quod est cibus paru- lorum, et humilium, dicendum quod est cibus paru- lorum, et humilium: eorum tamen qui aliquo modo creuerunt, non accedentium ad fidem: vnde Augusti- nus: Cibus sum grandium, cresce, et manducabis me, et cetera. Et ideo in pane non in lacte fuit institutum.

Li. 7. confes. c. 10. 10. 1.

7. A D illud quod obijcitur de vino, quod non fa- net, dicendum quod vinum datur iam conualescenti- bus, et non acti infirmantibus: in quo signatur, quod istud sacramentum dari debet iam confidentibus per bonam conscientiam, non iacentibus in lecto peccati.

8. A D illud quod obijcitur, quod auget luxuriam, dicendum est, quod hoc facit quando sumitur ad ebrie- tatem, non quando sumitur ad refectionem, et iucun- ditatem seruata sobrietate.

QVÆSTIO II.

An vtraque species sit de integritate sacramenti.

Alex. Alenf. 4. p. q. 10. Memb. 4. art. 2. S. Tho. 3. p. q. 72. art. 6. et 7. Et 4. Sent. dist. 11. q. 2. art. 4. q. 1. Richardus 4. Sent. dist. 11. art. 2. q. 1. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 11. q. 2. art. 3. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 11. q. 8. Petrus de Tarrant. 4. Sent. dist. 11. q. 12.



T R V M vtraque harum specierum sit de integritate sacramenti. Et quod sit, videtur: quia Dominus cum illud sacramentum tra- didit, in vtraque specie confecit: sed non est sacramentum completum, nisi secundum quod ipse in- stituit: ergo, et cetera.

FVNDAMENTA.

1. I T E M forma verbi est de integritate sacramenti: sed forma corporis non est nisi super panem, et forma sanguinis non est nisi super vinum: ergo vtraque spe- cies est de integritate sacramenti.

2. I T E M nullum sacramentum est iterandum, quam- diu manet: ergo nec consecratio supra consecrationem est addenda, cum est perfecta: sed ad consecrationem panis additur consecratio vini: ergo nondum est per- fecta: ergo, et cetera.

3. I T E M in hoc sacramento exprimitur mysterium nostræ redemptionis: sed hoc non fit in solo pane, siue etiam corpore, sed etiam sanguine: et sic, et cetera.

1. C O N T R A: In hoc sacramento quantum ad speciem panis totus Christus continetur: nec aliquid amplius in duobus, quàm in vno, nec aliud, sed omni- no idem: ergo videtur quod non sit de integritate spe- cies vini: quia illa remota remanet totum completum.

AD OP- POSITVM

2. I T E M fideles integrum, et perfectum sacra- mentum recipiunt: nec recipiunt nisi in altera specie tantum: ergo, et cetera.

3. I T E M quero, quæ necessitas est in hoc sacra- mento sanguinem Christi signari. Si quia est de inte- gritate, multo magis anima: ergo anima multo magis debet significari. Si dicas quod in hoc signatur anima, quia sedes animæ est in sanguine, vt dicit Magister. Contra: Anima vt perfectio est in toto corpore, et in singulis partibus: non ergo in sanguine. Præterea: Quæ- dam animalia sunt sine sanguine.

4. I T E M baptisimus est sacramentum valens ad remedium corporis, et animæ: et tamen non est ibi signum, nisi vnicum: ergo nec hic.

C O N T R A

CONCLUSIO.

Species panis et vini amba sunt de integritate sacramenti Eucharistie, quo ad significantiam, sed non quo ad efficaciam.

RESP. AD ARG. Dicendum quod in sacramento duo sunt, scilicet efficacia, et signantia. Esse igitur de integritate sacramenti dupliciter est. Aut quantum ad efficaciam: et sic neutra species est de integritate, sed quilibet est totum quod habet efficaciam. Aut quantum ad signationem, vel significantiam: et sic sunt de integritate, quia in neutra per se exprimitur res huius sacramenti, sed in utraque simul: et hoc patet sic:

Explicatio. Hic significatur Christus cibus perfecte reficiens manducantes sacramentaliter, et spiritualiter: perfecta autem refectio non est in pane tantum, nec in vino tantum, sed in utroque: ideo non in vno tantum perfecte signatur ut reficiens, sed in utroque. Reficit autem hoc sacramentum non quocumque, sed manducantes spiritualiter. Manducare autem spiritualiter est cognoscere, et affici circa eius passionem, quæ fuit in corporis eius multiplici afflictione, et sanguinis effusione, in quo manifestatur immensa Dei charitas, et in hoc anima perfecte reficitur, et delectatur: et ideo vtrumque distincte significatur, scilicet corpus, et sanguis. Rursus: Delectatio, et refectio non est in passione, quia passio, sed quia nostra redemptio: ibi enim mira utilitas nos delectat: et quia redempti sumus in corpore, et anima, ad hoc est perfecta redemptio, et Christus exposuit corpus, et animam: et ideo ut perfecta esset, vel signaretur redemptio, et ex hoc perfecta refectio, debuit signari corpus in pane, et anima, cuius sedes est in sanguine, et in vino. Ratio igitur integritatis est significantia Christi nos perfecte reficientis in meditatione suæ amantissimæ passionis, et nostræ iucundæ Redemptionis, quæ non per alterum horum perfecte signari potuit, sed per vtrumque. Rationes autem ad primam partem inductæ procedunt quantum ad signantiam.

1. 2. Ad illud quod obijcitur primo, ad oppositum patet responsio, quia est totum in utraque specie continetur, non tamen per alterum perfecte signatur: et ideo fideles recipiunt perfectum sacramentum sub vna specie, quia ad efficaciam recipiunt. Sed quantum ad signantiam sufficit quod Ecclesia facit in eorum presentiam, nec oportet ipsi recipiant propter periculum effusionis, et propter periculum erroris, quia non crederent simplices in altera specie totum Christum recipere. Exemplum patet de eo, cui exiit sanguis ab hostia, quia non crederet quod esset sanguis in specie corporis.

3. Ad illud quod obijcitur tertio, quæ necessitas est, quod oporteat sanguinem signari, dicendum quod hoc est tum propter passionem; tum propter animæ redemptionem. Anima enim cum sit spiritualis, non potuit in se signari, sed in annexo, vtpote in sanguine, in quo est sedes animæ, non quia in solo sanguine sit, sed quia anima rationalis vnitur mediante potentia sentiendi, et illa mediante potentia vegetandi: et quia illa habet tres vires, scilicet generatiuam, augmentatiuam, et nutritiuam: prima quæ est fundamentum omnium est nutritiua, et nutrimentum sanguinis, vel aliquid loco eius: ideo, et cetera.

4. Ad illud quod obijcitur de baptismo, dicendum quod baptisimus principaliter signat mortem, et sepulturam: sed hoc sacramentum signat eum passum: et quoniam passus est in anima, et in carne, passus corporis afflictione, et sanguinis effusione: ideo vtrumque hic signari debet. Vnde non est simile, quia ista non est tota causa, nec principalis, sed principalis est signatio refectiois perfecte secundum statum viæ. Causæ autem congruentiæ multæ sunt, et accipiuntur tum ex propria rei significatione, quam efficit sacramentum:

et hæc est nostra refectio, tum rei quam signat allegorice: et hæc est Christi passio. Refectio autem potest significari, ut perfecta: et sic significatur per hæc duo quantum ad modum duplicem, quia alij suauiter, alij cum maiori labore reficiuntur. Prima significatur per sanguinem, et speciem vini. Secunda per speciem panis. Vel quantum ad effectus, quia confortat: et hoc per speciem panis: et lætificat, siue delectat: et hoc per vinum. Quantum ad signationem allegoricam debet signari corpus, et anima, quia Christus vtramque assumpsit, et in utraque passus est, et vtramque redemit: et hæc omnia ad congruitatem faciunt, et similitudo, quæ præexistit, congruitatem: superueniens institutio inducit necessitatem.

QUESTIO III.

An aqua sit de integritate sacramenti Eucharistie.

Alex. Alenf. 4. p. q. 10. Memb. 4. art. 1. §. 5. S. Tho. 3. p. q. 74. art. 7. Et 4. Sent. d. 11. q. 2. art. 3. Richardus 4. Sent. dist. 11. art. 3. q. 2. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 11. q. 9. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 12. q. 17.

TRVM aqua sit de integritate sacramenti Eucharistie. Et quod sic, videtur. Cyprianus: Sicut in sanctificando calicem Domini offerri sola aqua non potest, sic nec vinum solum potest: sed vinum est de integritate, et sine illo non potest esse sacramentum: ergo nec sine aqua. 2. ITEM ratione videtur, quia sacramentum corporis non potest fieri in sola farina, nisi per commixtionem aquæ fiat panis: ergo nec sacramentum sanguinis sine commixtione aquæ. 3. ITEM aut Dominus posuit, aut non posuit. Si posuit, et quod ipse instituit est de integritate sacramenti, quia qui aliter facit, nil facit: ergo, et cetera. Si non posuit: ergo præsumptio fuit ponere. 4. ITEM quod signat aliquid quod est de substantia, et principaliter in sacramento, est de eius substantia: sed vnio aquæ cum vino significat vnionem membrorum ad caput, ut dicit Beda, et habetur in littera. 5. ITEM vinum significat sanguinem, qui fluxit de latere Christi: sed non tantum sanguis fluxit, immo sanguis et aqua: ergo imperfectum est sacramentum nisi vtrumque apponatur.

SED CONTRA: Nihil est de substantia sacramenti huius materialiter, quod non remanet neque secundum substantiam, neque secundum accidentia: sed aqua est huiusmodi: ergo, et cetera. ITEM elementum quod est de substantia vnus sacramenti non est de substantia alterius, cum sint sacramenta distincta: sed aqua est materia baptismi: ergo non est de necessitate huius sacramenti.

ITEM omne quod est de substantia, aut est quantum ad significantiam, aut quantum ad efficaciam. Non quantum ad significantiam, quia debent signare corpus Christi verum, et mysticum, et sanguis sufficienter signatur per vinum, et similiter vnio corporis mystici. Nec quantum ad efficaciam, quia sine aqua est transsubstantiatio.

1. ITEM quidquid sit de integritate, quæro de congruitate: et videtur quod non sit congruum aquam apponi, quia hoc sacramentum est rei habetis omnis saporis suauitatem: sed aqua est insipida: ergo non congruit. 2. ITEM pani nihil additur: ergo nec vino: vel si additur, quæritur quare.

3. ITEM

AD OPPOSITVM. Cypri. lib. 2. Epist. 1.

FVNDAMENTA.

AD OPPOSITVM.

FVNDAMENTA.

Quæst. Lat.

De cons. d. 2. omnia.

Dem. lib. 4. 15.

3. ITEM Dominus non legitur apposuisse: ergo videtur quod non peccet, qui non apponit, sed multo magis qui apponit.

QVOD autem sit de necessitate, et congruitate præcepti, Cyprianus ostendit dicens: Nobis ignosci omnino non potest, qui admoniti sumus, ut calicem Domini cum vino, et aqua mixtum, secundum quod Dominus obtulit, offeramus.

QVÆSTIO ergo est, si mortaliter peccat, qui omittit.

CONCLUSIO.

Aqua non est de integritate sacramenti Eucharistie, sed est quid annexum materia, et de congruitate.

RESP. AD ARG. Dicendum quod de integritate sacramenti huius sunt quattuor, scilicet materia, et forma, et ordo, et intentio consecrantis. De congruitate autem, et bene esse sunt, quæ sunt his annexa: Aqua ergo cum non sit aliquid horum, non est de necessitate, sed annexum est materie, scilicet vino, quia adiungitur vino, et in ipsum conuertitur, et post modum in sanguinem: et ideo est de congruitate. Ratio autem huius connexionis est expressio signatio, quia aqua signat populum, et per coniunctionem sui cum vino signat vnionem capitis cum membris, per vinum autem signatur vnio membrorum ad inuicem. Rationes igitur ostendentes, quod aqua non sit de substantia sacramenti, sunt concedendæ.

1. Ad illud ergo quod obijcitur de Cypriano, dicendum quod Cyprianus dicit illud non posse fieri, quod non bene potest, vel non de iure potest. Vnde Alexander, ubi Cyprianus dicit, potest, dicit, debet.

2. Ad illud quod obijcitur de farina, dicendum quod non est simile, quia farina non commixta, siue per se non est cibus, sed vinum potus est per se.

3. Ad illud quod obijcitur, vtrum Dominus apposuerit, dicendum quod sic, sed non tamquam necessariam, sed tamquam congruam: et hoc patet, quia vinum erat, ex quo confecit: ergo aqua transferat in vinum antequam conficeret, et quia apposuit, peccat qui non apponit, nihilominus conficitur.

4. 5. Ad illud quod obijcitur de vnione, dicendum quod illa vnio significatur per vinum, quia significatur vnio membrorum ad inuicem, et per consequens ad caput, non tamen ita expresse: ideo congruit. Similiter quod dicitur, quod fluxit simul, dicendum quod per aquam illam non signatur aqua ista, nec econuerso: sed aqua illa aquam baptismalem signat. Vel potest dici, quod ex hoc innuitur commiscendam aquam vino: vnde de illud fuit figura huius, non hoc sacramentum illius: hic enim sanguis non ille tantum, sed totus, qui fluxit de corpore signatur, et continetur.

1. Ad illud quod quæritur de congruitate, dicendum quod est de congruitate. Quod dicit de insipiditate, dicendum quod signat populum, qui est insipidus, et sapidus fit per coniunctionem cum sapientia Christo, sicut aqua cum adiungitur vino.

2. Ad illud quod obijcitur, quod non commiscetur aliquid pani, dicendum quod non est simile, quia non potest ei sic aliquid commisceri, ut transeat in ipsum, quia durior propterea non habet virtutem conuersiuiam, ut vinum. Præterea, principaliter refertur ad signandam nostram redemptionem.

3. Ad aliud, dicendum quod Dominus apposuit, et quidam hoc coniciunt propter Domini sobrietatē, quod non biberit vinum purum, maxime forte tale, quale est in terra promissionis. Sed hæc coniectura debilis est: sed scimus quod Apostoli qui cœnæ Domini interfuerunt, ita Ecclesiæ reliquerunt. Nec obiectio valet de Evangelio, quia non omnia scripta sunt, et ratio quare de aqua non est scriptum, est ne putetur de substantia sacramenti: ne autem putetur præter, necessitas. S. Bon. To. 5.

A sarium fuit in passione Domini insinatum, cum exiit sanguis, et aqua: et ideo peccat, qui omittit, et qui ex hæresi, vel contemptu omittit, peccat mortaliter: qui enim negligit ex hoc, quod nullam habet diligentiam, peccat mortaliter: qui negligit ex hoc, quod habet diligentiam semiplenam, peccat venialiter: sed tamen grauiter peccat, quia hoc sacramentum cum omni diligentia est consecrandum. Et quantum istud opus, et hoc sacramentum præcedit alia opera, tantum negligentia in hoc præponderat alijs negligentijs.

QUESTIO IV.

An sacramentum Eucharistie possit confici in omni pane, et vino.

Alex. Alenf. 4. p. q. 10. Memb. 4. art. 1. §. 4. S. Tho. 3. p. q. 74. art. 3. et 5. Et 4. Sent. dist. 11. q. 2. art. 2. q. 1. Et 4. contra Gent. cap. 68. Scot. 4. Sent. dist. 11. q. 6. et 7. Richardus 4. Sent. dist. 11. art. 2. q. 1. et 2. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 11. q. 2. art. 1. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 11. q. 10. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 11. q. 11.

TRVM hoc sacramentum possit confici in omni pane, et vino. Et quod sic, videtur: quia est cibus communis: ergo debet fieri in materia communi, sicut baptisimus propter excusationem pauperum: ergo in omni pane, et in omni vino, quæ habent rationem reficiendi, et potandi.

2. ITEM ostenditur quod possit confici in pane, et vino corrupto, quia dicit Innocentius: Et si diligenti studio vinum optimum sit quærendum, vitium tamen vini non maculat mundiciam sacramenti: eadem ratione nec panis: ergo, et cetera.

3. ITEM ostenditur quod in pane, et vino mixto, quia sicut vino commiscetur aqua, ita grana frumenti commisceri possunt alia grana: sed in vino mixto aqua fit, et debet fieri sacramentum: ergo similiter et in frumento mixto potest.

4. ITEM quod in omni aqua, videtur: quia omnis aqua potest conuari in vinum, et conuersa potest conuari in sanguinem: ergo, et cetera.

CONTRA: Quod non in omni pane, et vino, videtur: quia sicut Dominus baptizando dedit vim regeneratiuam aquis, ita consecrando instituit huius sacramenti materiam: sed consecrauit in pane de frumento, quia ille est solum cibus paschalis, et in vino vitis: ergo, et cetera.

ITEM quod nec in vino, nec in pane corrupto, videtur: quia vinum corruptum non est vinum, sicut homo mortuus non est homo: vnde acetum, sicut dicit Philosophus: Nec est vinum, nec potest esse: similiter de pane: ergo, et cetera.

ITEM quod nec de mixto, videtur: quia mixtio est miscibilium alteratorum vnio: vnde in mixtione transeuntur formæ mixtorum, et resultat tertium: ergo vinum mixtum non est vinum: et similiter panis: ergo, et cetera.

ITEM quod non in aqua non naturali, vel artificiali, videtur: quia baptisimus, qui est sacramentum necessitatis, non potest: ergo nec illud, quod debet fieri sollempnius.

AD OPPOSITVM.

FVNDAMENTA.

8. Metaph. contr. 14.

1. de Gen. et corr. con. tex. ult.

CON-

CONCLUSIO.

Eucharistia sacramentum non potest confici in alio pane quam de tritico, et in alio vino quam de vite, ut habetur in Concilio Carthagenensi.

RESP. AD ARGV. Dicendum quod materia congrua huic sacramento de natura sua est panis de frumento, et vinum de vite: propter hoc quod iste cibus inter omnes cibos, et potus ille inter omnes potus est conuenientior, efficacior, sanior, et communior: et ideo Dominus se grano frumenti comparauit: Et ligno vitis, et ex hac causa in his duabus speciebus confecit, et conficiendo instituit. Ideo in alio pane quam de frumento, vel in alio vino quam de vite non potest confici. Et hoc determinauit Concilium Carthagenense. In omni autem pane de frumento sicut in omni vino de vite, siue ibi sit differentia accidentalis, siue specifica, ut dicunt quidam, potest confici saluata specie illius panis, et illius vini.

1. AD illud ergo quod obijcitur de omni pane propter communitatem, dicendum quod non tantum communitas, sed etiam congruitas est hic consideranda. Præterea: Baptismus est sacramentum necessitatis, sed illud non: ideo non est simile. Præterea: Omnis aqua naturalis omni aquæ est eadem specie, non sic omne bladum.

2. AD illud quod queritur de corruptione, dicendum quod est quedam corruptio a statu optimo, non tamen ab esse simpliciter, ut puta quando vinum turbatur, vel acescit: quedam est corruptio ab esse simpliciter, ut quando simpliciter desinit habere formam panis, et vini, ut quando perfecte conuersum est in acetum. Prima corruptio non tollit potentiam conficiendi, sed secunda tollit. Hæc autem corruptio poterit discerni per gustum ab illis, qui noscunt naturas rerum.

3. AD illud quod obijcitur de mixtione, dicendum quod mixtio dicitur dupliciter, scilicet communiter, et proprie. Communiter, quando miscetur aliquid alicui alterius naturæ, quod tamen non habet proportionem in quanto, sed illud tamquam prædominans soluit speciem, et conuertit in se: et tunc non est mixtio proprie, et talis potest esse in hoc sacramento. Et de hac dicitur in fine primi de generatione, quod si gutta aque miscetur amphoræ vini non est mixtio, quia soluitur species. Est alia mixtio proprie dicta miscibilium alteratorum vno, et hæc repugnat: vnde tot grana possunt commisceri grani frumenti, et tantum de aqua vino, quod alterant a suis naturalibus saporibus: et hæc mixtio tollit potentiam conficiendi: et ideo frumenti grana diligenter sunt discernenda, et valde parum de aqua est apponendum, maxime quando vinum est debile.

4. AD illud quod vltimo queritur de aqua, dicendum quod nulla aqua rosacea, nec artificialis, sed solû naturalis, quæ dicitur aqua viua, est apponenda: et si apponatur alia aqua, ut trahatur in vinum, fit sacramentum: sed ille qui apponit, peccat, sicut ille qui omitteret ponere aquam: quod enim aqua signat populum, hoc est ratione multitudinis: et talis est aqua non artificialis, sed naturalis.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER quantum ad secundum articulum queritur de modo, quo Christus confecit. Et circa hoc queruntur duo. Primo queritur de modo conficiendi quo ad signum exterius. Secundo quo ad contentum interius.

Ioan. 12. c
Ioan. 15. a

2. de gen. eþ
sex. ult.

QVÆSTIO I.

An Christus confecerit in azimo, vel fermentato.

Alex. Alenf. 4. p. q. 10. Memb. 4. art. 1. §. 3.
S. Tho. 3. p. q. 74. art. 4.
Et 4. Sent. dist. 11. q. 2. art. 2. q. 3.
Et 4. contra Gent. cap. 68.
Et Opus. 1. cap. 61.
Guil. Alrifod. 4. Sent. tract. 5. c. 5. q. 7.
Richar. 4. Sent. dist. 11. art. 2. q. 3.
Steph. Brul. 4. Sent. dist. 11. q. 11.
Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 11. q. 12.

TRVM Christus confecerit in azimo, an in fermentato. Et quod in azimo videtur: Prima autem die azimorum.

ITEM: Et primo die azimorum: Et: Venit autem dies azimorum, in quo necesse erat occidi pascha: sed isto die non reperiebatur fermentatum in omnibus finibus Israel: ergo si conficiens in domo Iudæorum voluit comedere pascha, non potuit conficere nisi in azimo.

ITEM ratione videtur, quia Dominus non venit soluere legem, sed adimplere mandata legis: sed præceptum erat, quod comederent pascha cum azimis: ergo comedit azima: sed de illo pane confecit, quem in cœna comedit: ergo, et cœt.

ITEM Dominus debuit eo modo conficere, quo magis sacramento conueniret: sed azimum ratione integritatis magis conuenit huic sacramento: ergo in pane azimorum debuit conficere: vnde: Non in fermento veteri, sed in azimis sinceritatis, et veritatis.

CONTRA hoc est, quod Dominus præuenit diem azimorum: sed ante illum diem non comederant azima: ergo, et cœt. Quod autem præuenit, ostenditur, quia si figura debet veritas respondere, cû agnus qui erat figura huius, immolaretur xiiij. luna: Christus fuit crucifixus, xiiij. luna: sed ante diem crucifixionis confecit: ergo in fermento. Hoc ipsum probatur auctoritate, quia dicitur: Non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, sed manducaret pascha: ergo ante ductus est ad passionem, quam manducaretur pascha: ergo præuenit: et si hoc: ergo idem quod prius.

ITEM dies festus paschæ dicitur prima dies, in qua manducabatur pascha: sed dicitur quod ante diem festum paschæ fecit cœnam cum discipulis suis: ergo, et cœt.

ITEM hoc ipsum probatur: vbi dicitur, quod mulieres in die crucifixionis aromata parauerunt, in sequenti quiescerunt, et Glossa, dicit quod non licebat aliquid parare secundum legem: ergo magnus dies festus fuit in sequenti crucifixionis: sed magnus dies festus erat prima dies azimorum: ergo, et cœt.

ITEM ratione videtur, quia si Dominus noluit nos ritum iudæorum seruare, videtur quod nec ipse seruauerit: ergo nec confecit in azimis.

IVXTA hoc queritur de controuersia Græcorum, et Latinorum, vnde venerit: et videtur quod non poterit esse, quod ipsi acceperint ab Apostolis, et Apostoli ab ipso Domino: ergo vel Apostoli errauerunt, vel Græci finxerunt.

Queritur etiam, qui melius faciunt: et vtrum vtrique bene faciunt, cum aliqui modum Dominus non tenent.

FVNDAMENTA.

Mat. 26. 6
Mar. 14. 6

Exo. 12. b
Deut. 16. b

1. Cor. 5. c

AD OPPOSITVM.

Ioan. 18. e

Ioan. 13. a

Luc. 23. g

CON-

CONCLUSIO.

Christus confecerit in pane azimo, et non in pane fermentato, ut dicunt Græcorum quidam.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendum quod Dominus pascha celebravit xiiij. luna. Vnde non præuenit, sicut expresse tres Euangelistæ concordant, nec præuenire debuit. Si enim manducatio agni typici est figura manducationis agni veri, manducatio agni veri debuit illam sequi, non præire. Vnde quia in luna xiiij. pascha fecit, quando tantum comedebantur azima, patet quod in azimo confecerit.

1. AD illud quod obijcitur, quod præuenit, quia crucifixus est xiiij. luna. Respondent quidam, quod luna xiiij. est crucifixus, quia sollempnitates durant a sero vsque ad aliud sero: vnde primo sero comedit agnum, et ante quam veniret alterum sero, est crucifixus. Aliiter dicitur et melius, quod passio eius inchoata est statim post cœnam, quia fuit in agonia, et fuit comprehensus, et cœt. vnde optime est factum, quod agni comestio, et ipsius immolatio facta est xiiij. luna, non quia consummata, sed inchoata.

2. AD illud quod obijcitur, quod non introierunt prætorium, ut non contaminarentur, dicendum quod pascha tribus modis accipitur. Vno modo pascha cibus paschalis dicitur, ut azima quæ per septem dies comedebatur a iudæis. Alio modo pascha dicitur agnus paschalis: In qua necesse erat occidi pascha. Tertio modo dicitur pascha agnus verus: Pascha nostrum immolatus est Christus. Et primo modo accipitur in Ioanne.

3. AD illud quod obijcitur de die festo, dicendum quod illi septem dies omnes erant dies festi: sed primus erat per excellentiâ, festus dies hic est xv. amplius maiori excellentia sabbatum, quod erat inter illos dies festos, in quo nihil debebant parare, tum propter suâ celebritatem, tum propter azima: quod ergo dicit Ioannes loquitur de die xv. antequam facta est cœna. Quod autem dicunt iudæi non in die festo, intelligendum est de sabbato. Similiter quod mulieres quiescunt, hoc est ob reuerentiam sabbati, non quia primus dies, quia in primo die aliquid parare, sed in sabbato parare nil licebat.

4. AD illud quod obijcitur, quod Dominus non debuit facere nos iudaizare, dicendum quod Dominus de lege non retinuit, sed de nouo instituit, sicut patet de baptismo, quia illi aqua lustrabantur, et non aqua lustrantur: sed hic instituit, quia sacramento congruebat.

5. AD illud quod queritur de controuersia Græcorum, et Latinorum, dicendum quod sicut dicit Leo Papa, antiqui patres propter iudæorum institutionem, et quando error ille vigeat de legali obseruantia, decreuerunt ex concilio Spiritus sancti cessare, quousque error ille minueretur, sicut decreuerunt in Christi nomine baptizare: Vnde omnis Ecclesia primo in azimis conficiebat, postmodum ex hac causa in fermentato. Sed cessante iam illa causa redijt iam Romana Ecclesia ad ritum pristinum: Græci vero tamquam superbi noluerunt ad ritum primum redire: et ideo ex hoc ita coacti sunt defendere. Primo dicentes se ita accepisse. Secundo vero quia hoc non sufficiebat, addiderunt rationem, propter hoc, ne iudaizarent. Tertio, quia hoc non sufficiebat, si Dominus in azimis confecisset, ausi sunt hoc dicere, quod Dominus confecit de fermentato. Et quia Euangelistæ dicunt contrarium, ausi sunt dicere, quod falsum dixerunt: et a Ioanne correpti sunt.

Arist. lib. 2.
de calo, con
sex. 33.

Ecce quo modo error paruus in principio, multus est in fine: Tamen tam ipsi conficiunt, quam nos: hoc enim non est de substantia sacramenti, sed de congruentia. Et hoc patet ex imitatione, vel institutione sacramentorum.

S. Bon. To. 5.

QVÆSTIO II.

An Christus dederit discipulis in cœna corpus impassibile, et immortale.

Alex. Alenf. 4. p. q. 11. Memb. 2. art. 1. §. 3.
S. Tho. 3. p. q. 81. art. 3.
Et 4. Sent. dist. 11. q. 3. art. 2. q. 1. et 2.
Guil. Alrifod. 4. Sent. tract. 5. c. 5. q. 6.
Richar. 4. Sent. dist. 11. art. 4. q. 4.
Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 11. q. 11.
Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 11. q. 22.

DE modo, quo Christus confecit quo ad contentum interius: et queritur quale corpus dedit discipulis in cœna. Et quod impassibile, et immortale, videtur: Transfiguratus est ante eos, Glossa: Illud corpus, quod habuit per naturam, dedit discipulis suis in cœna non mortale, non passibile.

2. ITEM ratione videtur, quia omnis caro passibilis est conuertibilis: ergo si corpus passibile dedit, fuit conuertibile in manducantes: quod est inconueniens.

3. ITEM omni passibili potest inferri passio, et omne illud, cui potest inferri passio, læditur per contactum sortem agentis: si ergo Christus sub forma panis fuit tunc: ergo percussione dentium, et masticatione poterat lædi.

4. ITEM si passibile, et mortale, esto quod esset referuatum in triduo: tunc ergo moteretur: et si hoc, non esset ibi anima: ergo nec plenum sacramentum: cum ergo hoc non sit ponere, constat quod non moteretur: ergo, et cœt.

5. ITEM esto quod aliquis confecisset in triduo, constat quod verba eandem haberent virtutem: sed virtute verborum est ibi modo totus Christus: ergo totus Christus esset ibi: ergo simul esset viuus, et mortuus: viuus sub sacramento, mortuus extra: ergo pari ratione immortale sub sacramento, mortale extra.

6. ITEM quod illud sit, nullum inconueniens videtur, quia si aliquod corpus esset in pluribus locis, simul posset moueri, et quiescere, et simul moueri, et non moueri: ergo eadem ratione simul pati, et non pati, mori, et non mori: ergo, et cœt.

CONTRA: Dicit Glossa: Solet queri quale corpus discipulis suis dedit Dominus: et respondet: Dicitur tale, quale erat, quia passibile, et mortale.

ITEM si dedit impassibile, et immortale, cum haberet in se passibile, et mortale: ergo aliter dedit in signo, quam in se: ergo fuit ibi fictio.

ITEM si immortale, esto quod referuaretur, simul esset viuus, et mortuus: ergo simul viueret, et non viueret: et si hoc, duo contradictorie opposita essent simul vera de eodẽ, quod non potest credi, nec intelligi.

ITEM cum dicitur: Hoc est corpus meum, panis solum conuertitur in corpus, sed anima est ibi solû per concomitantiam: ergo si in triduo fuisset confectum, esset mortuum corpus, cum anima esset separata: ergo similiter si esset referuatum: ergo passibile, et mortale.

CONCLUSIO.

Christus tradidit discipulis corpus suum mortale et passibile in cœna, licet ibi non poterat passio illi inferri, quia in sacramento erat impassibiliter.

RESP. AD ARG. Circa hoc duplex est opinio. Opinio prima 3. Vna

AD OPPOSITVM.

Mat. 17. b

FVNDAMENTA.
1. Cor. 11. f

Mag. lib. 1. Vna Magistri Hugonis, et suorū sequaciū, quod Christi corpus suum immortale, et impassibile dedit sub sacramento. Et non est inconueniens, quod sit habens alterum, et alterum modum essendi habitū, et actū. Habitū quidem erat mortale, sed ex aliqua causa sumptit ad tempus immortalitatem, sicut subtilitatem in natiuitate, agilitatem in mari, claritatem in monte: sic immortalitatem sub sacramento. Nec est ibi contradictio vera, quia corpus Christi ex hoc quod in pluribus locis est, oppositas habet proprietates: sicut portare, et portari, quiescere, et moueri: sic pati, et non pati. Quantum enim ad hoc accipit rationem vniuersalis, licet vere sit singulare. Et secundum opinionem istorum si reseruatū fuisse, non esset mortuum in pyxide. Sed quia hæc opinio simul contradictoria ponit dici de eodem secundum quod idem, et hoc nõ est necessarium ponere in hoc sacramento: ideo minus est rationabilis. Propterea est alia opinio Magistri, et Innocentij, et sequacium, quod dedit tale corpus discipulis, quale habuit. Quamuis enim corpus Christi simul virtute sacramenti sit in pluribus locis, eandem tamen habet absolutas proprietates, tamquam vnum numero. Et propter hoc ad intelligentiam obiectorum in contrarium, dicendum quod duplex est proprietas, quæ conuenit corpori Christi. Quædam absoluta, quædam relata ad locum. Proprietas absoluta quæ conuenit corpori Christi, vt in vno loco est, cum sit vna, conuenit tamen vt in omnibus. Sed proprietas relata ad locum, cum sit in diuersis locis, etsi conueniat ei in vno loco, non tamen oportet, quod in omnibus. Vnde non oportet, quod si corpus Christi sit in multis locis, quod si mouetur in vno, moueatur in altero. Similiter nõ oportet, quod si aliquis percutit ipsum in vno loco, quod in alio similiter percutiat, quia talis operatio respicit præsentiam localem agentis. Ita similiter nõ oportet, quod si videatur in vno loco, quod in alio videatur, quia hoc respicit præsentiam visibilis. Concedendum ergo quod Christus corpus passibile, et mortale habebat sub sacramento, sed tamen non poterat ibi sibi passio inferri, quantumcumque homo percuteret: vnde dicendum quod sub speciebus illis erat passibile, sed erat ibi impassibiliter. Vnde loquendo de passione illata, si quaratur, vtrum posset ibi pati, ista distinguenda est. Aut enim hoc quod est, ibi, determinat actum, aut compositionem intellectam circa subiectum. Si determinat actum, falsa est, quia sensus est, quod sub sacramento poterat ei passio inferri: et hoc est falsum, quia sicut ibi non poterat sentiri, ita nec poterat ei passio inferri. Si autem determinat compositionem intellectam circa subiectum: sic locutio est vera: et est sensus: Existens ibi poterat pati: quia si passio in alio loco ei inferatur, etiam ibi passionem sentiret, et moreretur. Vnde si

fuisse reseruatū corpus illud, habuisset plagas sub sacramento sicut extra, sed tamen non esset illi ibi illata passio sub tali modo existendi. Propter hoc dicunt Magistri, quod ibi existens erat passibilis passione illata sibi alibi, tamen erat ibi impassibiliter. Et si sic Magister Hugo intellexit, habet veritatem. Sed tunc illa adaptatio de dotibus non valet. Si enim dotes dicunt qualitates aliquas, non video quo modo corpus non sit alteratum saltem ad tēpus. Constat autem quod quando dedit sacramentum, corpus eius actū, et habitu habebat proprietatem passibilitatis: ergo non habebat oppositam: modum tamen existendi in alio alium habebat, qui modus sublimabat ipsum supra habere passionem, ac per hoc supra possibilitatem sentiendi, vt erat ibi, vel contingendi. Vnde quamuis esset passibile, tamen nunquam poterat ibi palpari: similiter nec passio ibi inferri.

1. 2. Ex hoc patent obiecta, quia Glossa dicit quod dedit immortale, et impassibile, quia ibi passio ei non poterat inferri, vel mors: poterat tamen alibi. Sic patet similiter sequens, quare ibi non poterat conuerti, quia non erat ibi passibile.

3. SIMILITER patet tertium, quia passio poterat ei inferri, sed non secundum omnem statum: vtputa secundum illum, secundum quem erat indefensibile.

4. 5. 6. AD illud quod queritur, si in triduo fuisse reseruatū, dicendum quod mortuus esset sub speciebus: et similiter si aliquis confecisset, non esset ibi nisi corpus mortuum. Quod obijcitur, quod tunc imperfectum esset, et est. dicendum quod sacramentum esset perfectum ab efficacia, quia corpus erat vnitū diuinitati, et esset perfectum a signantia: sed tamen non a continentia. Et ratio huius est, quia imperfectio erat in ipso signato, quia corpus erat mortuum. Similiter dicendum quod non est esse ibi animam virtute verborum, sed propter coniunctionem. Vnde quia in triduo non erat coniuncta, ideo non esset ibi, non propter virtutem verborum, quæ modo sit maior, sed propter alium statum corporis: verba autem sacramentalia sunt ordinata ad conuertendum in corpus, quale erat secundum statum prolationis verborum. Sed numquid poterat Christus facere, si corpus erat mortuum sub sacramento, quod anima egrediens de corpore pendente in cruce intraret corpus sub sacramento, et ita simul esset viuum, et mortuum: dicendum quod hoc facerem nil aliud esset, quàm redire vnde exierat: vnde hoc esset corpus suum viuificare, quia omnino vnum est: et ideo est ibi imaginatio mala, quia imaginatur corpus Christi vnicum esse, vt diuersa corpora: et quod vnum sit et perfectum, et viuum, et aliud non: Hoc autem non debet intelligi, quia tantum vnum est corpus.

Improbab. Opin. 2. Explicatio rationis.

Explicatio.

DIST. XII. PARS I.

DE SVBIECTO ACCIDENTIVM, et de fractione, et de sacrificio, virtute quoque huius Sacramenti.



I autem queritur de accidentibus, quæ remanent, id est, de speciebus et sapore, et pondere, in quo subiecto fundentur. Potius mihi videtur fatendum existere sine subiecto, quàm esse in subiecto, quia ibi non est substantia nisi corporis et sanguinis Domini, quæ non afficitur illis accidentibus. Non enim corpus Christi talem habet in se formam, sed qualis in iudicio apparebit. Remanent ergo illa accidentia per se substantia ad mysterij ritum, ad gustum, fideiq. suffragium: quibus corpus Christi habens formam et naturam suam regitur.

Do

De fractione et partitione.

SOLET etiam queri de fractione et partitione, qua ibi videtur fieri, vtrum vera sit: et si ibi vera fractio est, cuius rei sit, vel in qua re fiat. Cumq. non sit ibi alia substantia quàm Christi, si in aliqua substantia est illa fractio, in corpore Christi videtur esse. Sed contra, cum ipsum corpus incorruptibile sit, quia immortale et impassibile, in ipso non posse esse videtur. Nam et Christus redarguit carnalem sensum discipulorum, qui putabant carnem Ioan. 6.2. Christi sicut aliam in partes diuidendam, et morsibus dilacerandam. Ideo quibusdam placet, quod non sit ibi fractio sicut videtur: sed dicitur frangi, quia videtur frangi. Quibus obijcitur quod ait Ambrosius: Nihil falsè putandum est in sacrificio veritatis: vel sicut sit in magorum prestigijs, ubi delusione quadam falluntur oculi, vt videant esse quod non est. Ad hoc illi dicunt: Non fallit nos visus, nec fallitur: quod esset, si crederetur ita frangi, vt videtur. Nec illusio est: quia ad utilitatem fidei, non ad deceptionem ita sit: sicut et Christus Luc. 24.6. se ostendit duobus discipulis in via in specie peregrini: nec in eo tamen talis forma erat, sed oculi eorum tenebantur ne cum agnoscerent.

Aliorum opinio.

ALII vero dicunt, quod sicut ibi species panis est, et non est ibi res, cuius vel in qua sit illa species: ita est ibi fractio qua non sit in aliqua re, quia nihil ibi frangitur, quod mirabiliter Dei potentia fieri dicunt, vt ibi sit fractio, ubi nihil frangitur.

Aliorum opinio.

ALII tradunt corpus Christi essentialiter frangi et diuidi, et tamen integrum et incorruptibile existere. Quod se colligere asserunt ex confessione Berengarij: qui confessus est coram Nicolao Papa, et pluribus Episcopis, panem et vinum, qua in altari ponuntur, post consecrationem non solum sacramentum, sed etiam verum corpus et sanguinem Christi esse: et sensibilibiter non solum sub sacramento, sed in veritate manibus sacerdotum tractari et frangi, et frustum dentibus atteri.

Confessio Berengarij: et habetur de conf. d. 2. c. ego Berengarius.

Sententia probabilior.

SED quia corpus Christi incorruptibile est, sane dici potest fractio illa et partitio non in substantia corporis, sed in ipsa forma panis sacramentaliter fieri: vt vera fractio et partitio sit ibi, quæ sit non in substantia corporis, sed in sacramento, id est, specie. Ne autem mireris, vel insultes si accidentia videantur frangi, cum ibi sint sine subiecto: licet quidam asserant ea fundari in aere. Est ibi vera fractio et partitio, quæ sit in pane, id est, in forma panis. Vnde Apostolus ait: Panis, quem frangimus: quia forma panis ibi frangitur, et in partes diuiditur: Christus vero integer manet, et totus est in singulis. Vnde Augustinus: Quando Christus manducatur, vita manducatur. Sed quis audeat manducare Dominum suum? Et tamen veritas inuitans nos ad manducandum ait: Qui manducat me, viuunt propter me. Nec occiditur Christus vt manducetur, sed mortuos viuificat, quando manducatur: reficit non deficit: viuunt manducatus, quia surrexit occisus: nec quando manducamus, partes de illo facimus, et tassel: quidem in sacramento sic fit. Item: Norunt fideles quo modo manducent carnem Christi: Vnusquisque accipit partem suam: Vnde et ipsa gratia partes vocantur. Per partes manducatur, et manet integer totus: per partes manducatur in sacramento, et manet integer totus in celo, et aliud intelligitur: videtur panis et calix, quod et oculi renunciant: quod autem fides instruenda postulat, panis est corpus Christi, calix est sanguis. Ex his datur intelligi, quod fractio et partes, quæ ibi videntur fieri, in sacramento sunt, id est in specie visibili. Ideoq. illa Berengarij verba ita distinguenda sunt, vt sensualiter non modo in sacramento, sed in veritate dicatur corpus Christi tractari manibus sacerdotum, frangi vero et atteri dentibus, vere quidem, sed in sacramento tantum. Vera ergo est ibi attritio et partitio: sed in singulis partibus totus est Christus: Vnde Hieronymus: Singuli accipiunt Christum Dominum, et in singulis portionibus totus est, nec per singulas minuitur: sed integrum se præbet in singulis. Item Hilarius: Vbi pars est corporis, ibi est et totum.

1. Cor. 10. d. In sermone verbis Euangeli de conf. d. 2. c. Inuissus Glossa.

1. Cor. 10. d. Ibid.

In sermone quodam: et habetur de conf. d. 2. c. singuli accipiunt.

Quid illa partes significant.

QVID autem partes illa significant: Sergius Papa tradit inquit: Triforme est corpus Christi.

De conf. d. 2. c. triforme.

Christi. Pars oblata in calicem missa, corpus Christi, quod iam surrexit, monstrat: pars co-

meffa, ambulans adhuc super terram: pars in altari usque ad finem missa remanens, corpus iacens in sepulchro significat, quia usque in finem seculi corpora sanctorum in sepulchris erunt. Et sicut partes illa mysticam tenent significationem, ita etiam et fractio passionis Christi, et mortis est representatio. Unde ipse ait: Hoc facite in meam commemorationem, id est, in memoriam passionis et mortis meae. Nam ut ait Ambrosius, Quia in morte Christi liberati sumus, huius in edendo et bibendo carnem et sanguinem memores esse debemus. Sed caueat quisque ne indigne percipiat, quia iudicium sibi manducat. Non est enim iste panis qui vadit in corpus, sed panis vite aeternae, qui anima nostra substantiam fulcit. Sic ergo viue, ut quotidie merearis accipere, nec accedas indignus. Indignus est, qui aliter celebrat mysterium, quam Christus tradidit: vel qui habens mortale peccatum accedit. Ergo est sint peccata quotidiana, vel non sint mortifera, antequam accedas, dimitte debitoribus tuis. Si dimittis dimittetur tibi: et sic securus accede. Panis enim salutaris est, non venenum. Si ita accedis, spiritualiter manducas. Spiritualiter enim manducat, qui innocentiam ad altare portat.

DIST. XII. PARS I.

De consequentibus ad confectionem corporis Christi quantum ad fractionem.

Si autem quaeritur de accidentibus, quae remanent, et cetera.

Expositio textus.



V FRA egit Magister de confectione sine consecratione. In hac distinctione agit de consequentibus. Et quoniam duo sunt consequentia, scilicet fractio, et iteratio, hinc frequentatio: ideo distinctio ista diuiditur in duas partes. In prima agit de fractione. In secunda de huius sacramenti frequentatione, ibi: Post haec quaeritur, si quod gerit sacerdos. Et quoniam fractio illa non potest esse nisi circa illud, quod remanet post transubstantiationem: et haec sunt accidentia. Ideoq; primo quaerit, vtrum ibi sint accidentia in seipsis subsistentia. Secundo vero quaerit, vtrum ibi sit fractio vera, ibi: Solet etiam quaeri de fractione. Et illa pars habet tres partes. In prima determinat quaestionem secundum aliorum opinionem. In secunda secundum veritatem, et opinionem propriam, ibi: sed quia corpus Christi incorruptibile est, ostendens, quod fractio illa est vera: et tamen est tantum circa accidentia. In tertia vero ostendit, quid partes illae significant, ibi: Quid autem partes illae significant. Subdiuisiones partium manifestae sunt in littera.

Christus se ostendit duobus discipulis in via in specie peregrini. Dub. I.

Videtur in hoc multiplicari inconueniens, non solum, quia Christus, qui est veritas, nullam falsitatem habere potuit in verbo: ergo pari ratione nec in facto: ergo cum non esset peregrinus, non debuit se in illa specie ostendere. Praeterea Corpus Christi erat gloriosum: ergo non erat visibile, nec vilius coloris: ergo videtur quod aliter se monstrauerit, quam fuit: ergo videtur quod in opere mendacium commisit.

R e s p. Dicendum quod Dominus ostendit se in specie peregrini, non vt ostenderet se esse peregrinum, sed vt talem se exhiberet oculis corporis, sicut dicit Gregorius, qualis erat coram oculis mentis. Vnde Dominus aliquando ostendit se dilectis suis sub diuersis modis apparenti, non vt talis esse credatur, sed vt potius homini manifestetur in ea forma, in qua potest percipere, vel etiam, vt potius occultetur. Dicendum ergo, quod in ista ostensione nulla fuit deceptio. Senfus enim exterior formam videbat veram, interior

Luc. 22. b. De conf. d. a. c. non iste. Hebr. 7. d. Super psal. 20. et habetur de cof. d. a. c. semel.

Luc. 24. c.

A non decipiebatur, sed claudubatur, sicut dicitur in littera: Oculi eorum tenebantur, ne eum agnoscerent: et ideo ista non fuit deceptio, sed veritatis occultatio, et veritatem occultare non est mentiri: vnde non est simile in proposito, quia cum tactus apprehendit partitionem, et numerum partium, sicut sensatum commune et per se, et sensus communis necessario sequatur ad completam apprehensionem sensus particularis, non posset hoc esse sine deceptio: et ideo quod inducunt pro simili, non est simile, sed dissimile.

B Manet integer totus in celo, et manet integer totus in corda tuo. Dub. II.

Videtur falsum, quia, sicut aliqui dicunt, adhuc Domini praepitium est in terra, et aliqui dicunt se habere de sanguine Domini: non ergo totus est in celo.

R e s p. Dicendum quod in Christo resurrexit totum quod fuit de veritate humanae naturae, et quod spectat ad decentiam: et ideo dicitur totus esse in celo. Quod ergo obijcit de praepitio, dicendum quod vel non fuit de carne secundum speciem, sed diuina dispensatione parum de carne secundum materiam ibi fuit, vt daretur vel in deuotione, sicut reliquiae: et sic dicendum est de sanguine. Vel aliquid fuit de veritate, et illud resurrexit cum Christo, et illud est in celo, et residuum mansit. Aliqui tamen dicunt quod circumcisi resurgent sine praepitio, quia illud signaculum est ad decorem. Et si tu obijcias quod totum resurget: dicunt quod verum est totum quod spectat ad esse, vel pulchritudinem: et ideo non est instantia de praepitio. Quod autem horum sit verius, difficile est scire: tamen quocumque modo dicatur, verum est, quod totus Christus, id est perfectus, quantum ad esse, et bene est in celo.

Manet integer totus in corde. Dub. III.

Videtur male dicere, quia corpus Christi non intrat cor tuum, cum sit quid corporale, quia solus Deus illabitur animae: ergo si Christus integratur ex anima, et corpore, non potest esse in corde, nec manere.

R e s p. Dicendum quod Christus habitat in cordibus nostris non corporaliter, sed spiritualiter sine per fidem, sicut dicitur. Hinc est quod Christus dicitur manere integer in corde, quia quantumcumque species frangatur, cor fidele credit corpus Christi manere integrum, et illibatum, non quod corpus secundum veritatem animam ingrediatur.

Ephes. 3. 6

Vbi pars est corporis, et cetera. Dub. IV.

Videtur secundum haec Hilarij verba, quod cum plures sint ibi partes, quod Christus sit ibi pluries, et cum infinita, infinities, quod non videtur esse conueniens.

R e s p. Dicendum ad hoc, quod dicunt aliqui, quod corpus Christi est in illa specie semel tantum, et tamen conceditur esse infinities quantum ad modum: et ponunt exemplum in figura incisionis, quae est in cera vna, et semel, quia vna imago potest fieri ex fructu vno cerae, et tamen infinitis modis potest formari. Na in qualibet parte cerae est oculus, et in qualibet est manus, et in qualibet est caput. Debet enim in cera esse quidquid manus artificis potest facere. Et ad hoc est auctoritas Philosophi in sex principijs, qui dicit quod in huiusmodi formis esse est a natura, formari vero ab actu. Et ad hoc etiam est auctoritas Hieronymi super prologum Bibliorum. Mollis cera, et ad formandum facilis, etiam si artificis manus cesset, tamen virtute totum est quidquid potest esse. Sed licet exemplum illud aliquid videatur superficierens habere similitudinis, plus tamen habet dissimilitudinis, quia tota imago non est in qualibet parte cerae, sicut in tota cera: hic autem quantumcumque parua pars signetur, tantum est quantum est in hostia tota. Praeterea: Quidquid dicatur ibi esse a natura, numquam est in actu nisi ars faciat: est tamen in potentia. Et ideo dicit Hieronymus quod totum est virtute, hic autem totus Christus in qualibet parte hostiae. Ideo dicendum aliter, quod corpus Christi cum sit in sacramento non quasi in loco, sed vt in signo: non tantum signante, sed etiam continente veraciter: et ratio continentiae non discedat a ratione sacramenti, sicut quaelibet pars potest significare, et signat, sicut totum sic quaelibet pars signat et continet totum: et quoniam quantumcumque partes significant, tamen vnum sunt cum toto: vnum inquam signum, non plura, nisi diuidatur: hinc est quod cum semel continetur, et Christus totus semel continetur, non potest inueniri exemplum in corporalibus, immo potius inueniretur contrarium. Sed exemplum quaerendum est in spiritualibus, non quia corpus Christi non sit verum corpus, sed modum essendi habet ibi supra naturam corporum. Sicut ergo in vnico corpore est vnica anima, et tamen in singulis membris existens tota, et est semel, quia vnum est perfectibile: sic et corpus Christi semel tantum in vno est sacramento.

Indignus est qui aliter, et cetera. Dub. V.

Videtur male dicere, quia omnes aliter celebramus: constans enim est, quod Christus nec tot orationes, nec tot crucis signationes fecit, quot nos facimus. Si tu dicas, quod hoc intelligitur quantum ad ea, quae sunt de substantia sacramenti. Quaeritur, quare Ecclesia addit istas sollempnitates, et tot crucis signationes.

R e s p. Dicendum quod quaedam spectant ad huius sacramenti necessitatem, et integritatem: et alia Christus per se tradidit. Quaedam ad sollempnitatem: et haec Ecclesia superaddit: haec autem non sunt diminuentia, sed saluantia illa, quae sunt de integritate sacramenti: et ideo non aliter celebrat, sed ita seruat. Si quis vero vitaret formam Christi, vel ea, quae tradita sunt ab Ecclesia, mutaret, vitique et talis esset indignus, et de tali loquitur. Ad illud quod quaeritur, quare Ecclesia addit huiusmodi sollempnitates, dicendum quod additio harum sollempnitatum est pro excitanda deuotione, et arctanda intentione: est etiam tertio propter expressiorem significationem. Vnde adduntur orationes ad excitandam deuotionem in sacerdotibus, et ad docendum quid debeant petere. Vnde sicut instituta sunt horae canonicae, ne propter negligentiam pertranseat hora, in

A qua non laudetur Deus, et vt populus accendatur ad deuotionem: sic et in proposito est intelligendum. Propter intentionem vero sunt crucis signationes, vt sacerdos actu cordis, et manuum conuertatur supra sacramentum: ideo quando nominat, signat propter expressiorem significationem. Illae enim crucis signationes, quae ibi sunt, quae sunt vigintiquinque, et sunt in septem vicibus, significant expresse passionem Christi, sicut tradit Innocentius. In prima vice sunt ter, ad significandum trinam traditionem Christi, scilicet a Deo, Iuda, et Iudaeo. In secunda vice sunt quinquies, ad significandum quinque personas, quae in traditione Christi fuerunt, scilicet personam traditi, tradentis Iudae, et ementium, qui fuerunt tres, scilicet pontifices, scribae, et pharisaei. In tertia sunt bis, ad significandam conuersionem duplicis elementi, scilicet panis, et vini. In quarta sunt quinquies, ad significandum quinque plagas. In quinta sunt bis, ad significandum vincula, quibus corpus fuit ligatum, et flagella, quibus sanguis effusus. In sexta sunt ter, propter crucifixionem factam in linguis Iudaeorum, quando ter dixerunt: Crucifige eum. In septima quinquies, ter de corpore super calicem, et bis a latere, vt significetur tres cruciatus, scilicet passionis, propassionis, et compassionis, et propter aquam, et sanguinem, qui de latere Christi fluxerunt. Haec omnes sunt vigintiquinque, qui est numerus cubicus, vt designetur quod quantumcumque multiplicetur sacrificium, semper est vnum: et sic patet quod nihil vacat a mysterio.

Signationum Mixtae explicatio.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam huius partis tria principaliter quaeruntur. Primo de existentia specierum, siue accidentium sine subiecto. Secundo de actione ipsarum, siue transmutatione. Tertio de fractione. Circa primum quaeruntur tria. Primo quaeritur, vtrum sit possibile, quod accidens sit sine subiecto etiam per miraculum. Secundo vtrum sit congruum. Tertio vtrum sit verum, siue verificetur in hoc sacramento.

QUESTIO I.

An accidentia possint esse sine subiecto.

Alex. Alenf. 4. p. q. 10. Membr. 7. art. 1. s. 1. S. Tho. 3. p. q. 77. art. 1. Et 4. Sent. dist. 12. q. 1. art. 1. Et 4. contra Gent. c. 63. et 65. Et Quol. 4. art. 5. Scotus 4. Sent. dist. 12. q. 1. Richardus 4. Sent. dist. 12. q. 1. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 12. q. 1. art. 1. Steph. Brul. 4. Sent. d. 12. q. 1. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 12. q. 1. Gabr. Biel. 4. Sent. d. 12. q. 1.

Q UOD accidentia sit possibile esse sine subiecto, sic ostenditur: Basilius in Hexameron: Cum enim Deus possit plus facere, quam intellectus noster intelligere, et intellectus intelligat accidens praeter subiectum: ergo Deus potest hoc facere, quod accidens sit sine subiecto.

CONTRA: Per miraculum non potest separari a diffinitione diffinitum, vela partibus diffinitionis, vnde non potest fieri quod aliquid sit homo, et non sit animal rationale, et mortale: sed accidens habet diffiniri per subiectum: ergo non potest per miraculum esse sine subiecto.

2. ITEM

Greg. hom. 23. in Evangelio. 20. 3.

2. I T E M accidens habet diffiniri per comparationem ad subiectum, et in comparationem ad suam operationem: et constat quod prior est comparatio accidentis ad subiectum, quam ad operationem, quia ab illo recipit esse: sed non potest aliquod accidens separari a diffinitione in comparatione ad actum per miraculum: unde non potest fieri quod sit albedo, et quod non sit color disgregatiuis visus: ergo nec a diffinitione per subiectum, accidens potest separari per miraculum.

3. I T E M sicut se habet esse ad ens, ita inesse ad inhaerens, quia accidentis esse est inesse: sed esse non potest separari ab ente ut sit ens, et non sit ens: ergo nec inesse ab inhaerente: ergo cum accidens sit inhaerens, impossibile est quod sit, et non inest.

4. I T E M facere quod aliquid non participans rationem alicuius fiat participans, est hoc transmutare in illud: sed ratio substantiae est ens per se: si ergo accidentia per miraculum fiant entia per se, hoc est facere, quod sint substantiae: ergo species illae sunt substantiae: cum ergo sint accidentia, illud constat: simul ergo sunt substantiae, et accidentia, quod nequaquam capere potest intellectus.

5. I T E M eadem est oppositio distantium specierum, quae est differentiarum, sicut patet, quia quae est oppositio hominis ad asinum, eadem est rationalis ad irrationalia. Rursus: Sicut opponitur asinus homini, sic opponitur rationali: unde sicut non potest fieri, quod idem sit homo, et asinus: ita nec quod sit asinus et sit rationalis: ergo a simili, immo multo fortius non potest fieri quod idem sit accidens, et ens per se: sicut nec quod idem sit substantia, et accidens.

CONCLUSIO.

Miraculo fieri potest, ut accidentia sint sine subiecto, cum Deus sua virtute possit ea a substantia separare.

RESP. AD ARG. Dicendum quod per miraculum potest fieri quod accidentia sint sine subiecto, siue substantia. Cum enim differant per essentiam, potest Deus sine omni inconuenientia per virtutem suam illa separare. Ad rationes ad oppositum respondent quidam, quod esse per se, et esse in alio dicunt rationem substantiae, et accidentis quo ad modos consequentes, qui sunt inseparabiles secundum potentiam naturalem: ideo per huiusmodi habent notificari, quia oppositiones currunt quo ad rationem dicentes essentiam. Similiter de oppositione quo ad differentias essentiales. Potest tamen dici aliter, quod est accidens ut est accidens, et est accidens secundum species, siue differentias speciales. Nam in quantum comparatur ad subiectum habet dici accidens, in quantum ad operationem, habet dici hoc. Notandum igitur quod sicut comparatio accidentis ad operationem est dupliciter, scilicet secundum actum, et secundum aptitudinem: ita etiam ad subiectum. Comparatio vero accidentis ad propriam operationem secundum aptitudinem est essentialis, et inseparabilis. Unde non potest esse quod sit albedo, et non sit visus disgregatiua. Comparatio vero secundum actum consequitur essentiam: unde posset accidens separari ab actuali operatione, unde albedo non semper disgregat. Sic dicendum quod comparatio accidentis ad subiectum secundum aptitudinem est essentialis: et haec numquam priuatur ab accidente, nec ab illis speciebus: verum est enim dicere, quod sunt nata esse in subiecto. Comparatio vero actualis, quamuis semper inest actu secundum naturam, tamen sequitur essentiam, et ideo potest separari sine aliquo inconuenienti potentia supra naturam: his visis patet responso ad obiecta.

1. 2. Quod enim obijcitur, quod diffinitum non potest separari a diffinitione, dicendum quod nomi-

na in diffinitione posita, similiter et verba dicunt interdum aptitudinem non semper actum; et ideo dico quod accidens quamuis non sit in subiecto, non tamen separatur a sua diffinitione, immo ei conuenit, quia aptum esse est in subiecto: Patet etiam responso ad sequens de operatione, quia si illa diffinitio intelligatur secundum actum, est separabilis: si secundum aptitudinem, neutra est separabilis.

3. A D aliud quod obijcitur de esse, dicendum quod non est simile, quia esse dicit actum entis absolute, sed inesse actum accidentis in comparatione ad rem alterius generis: et quia res alterius generis diuersa est, potest circumscribi intellectus eius a re illa, siue separari: non sic esse ab ente.

4. A D illud quod obijcitur de substantia, dicendum quod accidentia illa numquam participant rationem substantiae: nam substantia dicitur res per se existens, ita quod nata est per se existere, et nullo modo in alio: hoc autem nullo modo conuenit illis accidentibus, immo nata existere sunt in alio.

5. A D illud quod obijcitur de oppositione, dicendum quod differentiae debent dicere aptitudinem, sicut et diffinitiones: si ergo accipiantur secundum aptitudinem naturalem, ens per se, id est quod natum est esse per se, similiter ens in alio, id est quod natum est esse in alio: sicut accidens numquam participat nomen substantiae, ita nec differentiam dicto modo. Dicitur autem accidens ens per se quantum ad actum: et sic non dicit differentiam essentialem, sed modum consequentem essentiam: et in talibus differentiis non tenet obiectio.

QUESTIO II.

An in sacramento Eucharistiae congruat species esse sine subiecto.

Alex. Alenf. 4. p. q. 10. Memb. 7. art. 1. §. 3. S. Th. 3. p. q. 77. art. 1. Et 4. Sent. d. 1. 2. q. 1. art. 2. Et Quod. 1. art. 1. Scot. 4. Sent. d. 1. 2. q. 1. Richardus 4. Sent. dist. 1. 2. q. 2. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 1. 2. q. 1. art. 2. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 1. 2. q. 2. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 1. 2. q. 2.

TRVM congruat, quod in hoc sacramento sint species sine subiecto. Et quod non sit inconueniens, immo conueniens, patet: quia si ibi esset subiectum, nequaquam tanta esset dependentia specierum ad contentum, sicut est: et ita numquam esset signum ita ductiuum.

1. CONTRA: Minus inconueniens est corpus non glorificatum simul esse cum glorificato, quam accidens esse praeter subiectum: si ergo corpus glorificatum esset simul cum pane, multominus esset inconueniens, quam accidentia esse praeter subiectum, et magis credibile: ergo magis congruebat accidentia manere in subiecto, quam separari.

2. I T E M accidentia illa ducunt ad intelligendum, quod ibi sit substantia panis, quia sunt propria accidentia panis, et signa substantiae panis: ergo in hoc sacramento cum non sit substantia panis, est aliqua falsitas: sed non decet in sacramento veritatis esse falsitatem: ergo, et cetera.

3. I T E M opere miraculi non debet fieri praedictum naturae rei: sed cum res ponitur in loco, qui sit naturae non conuenit, quamuis sit nobilior, tamen sit ei praedictum: ut si vermis poneretur in caelo, vel pes in scapulis: ergo similiter quando datur ei proprietates, quae naturae suae non conuenit: sed esse sine subiecto est pro-

QUESTIO III.

An sit verum, accidentia esse sine subiecto.

Alex. Alenf. 4. p. q. 10. Memb. 7. art. 1. §. 2. S. Th. 3. p. q. 77. art. 1. et 2. Et 4. Sent. dist. 1. 2. q. 1. art. 2. Et Opus. 2. cap. 8. Scot. 4. Sent. d. 1. 2. q. 2. Rich. 4. Sent. dist. 1. 2. q. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 1. 2. q. 3. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 1. 2. q. 3.

CONCLUSIO.

In sacramento Eucharistiae congruum est accidentia remanere, id est sine subiecto propter efficaciorum significationem, conuenientem cibationem fidei, meritum, et diuinorum operum perfectionem.

RESP. AD ARG. Dicendum quod congruit ibi accidentia remanere, sicut dicit Hugo in solatium sensus, et in fidei meritum. Dum enim velatur verum corpus carnis, et fides magis meretur credendo quod non videt, et sensus libentius recipit. Congruum autem est, quod sola remaneant sine subiecto propter efficaciorum significationem, quia efficacius, et perfectius ducunt in signatum, cum non habeatur ibi stabilis per naturam propter conuenientem cibationem: quia enim iste cibus est spiritalis, ideo oportet animam subleuari a carnalitate sensus per fidem, et a carnali dilectione per charitatem: et ideo non debuit ibi remanere panis materialis propter fidei promotionem: dum enim subleuatur intellectus ad intelligendum quod est supra naturam, scilicet accidentia esse sine subiecto, fit habilior ad credendum, quod est supra seipsum, quod totus Christus sit in tam parua hostia. Quarta ratio propter diuinorum operum perfectionem, quae debet in hoc sacramento reperiri, cum sit perfectissimum. Et attenditur duplex perfectio in hoc sacramento, prima est in hoc quod accidentia accipiant modum nobilissimum essendi, scilicet esse per se: et in hoc quod substantia illa, quae suberatur, cum esset materialis, et corruptibilis, transubstantiatur in substantiam, siue in corpus spirituale, et incorruptibile, et in corpus diuinitati coniunctum, et gloriosum.

1. A D illud ergo quod obijcitur, quod minus est inconueniens, dicendum quod hoc non est inconueniens isti sacramento, immo valde conueniens.

2. A D illud quod obijcitur de falsitate, dicendum quod non est consentiendum sensui, sed fidei: et ideo nihil omnino falsitatis est ibi, sed veritatis.

3. A D illud quod obijcitur, quod non debet fieri praedictum naturae rei, dicendum quod duplex est ordo rerum, vnus scilicet vniuersalis, alius particularis, qui debetur isti rei, vel illi. Dico igitur, quod per miraculum non debet fieri aliquod praedictum ordini vniuersali, ut si pes esset in capite, esset in praedictum toti corpori: similiter nec quod sit in praedictum totius vniuersi. Sed licet alicuius rei natura melioretur, et statum recipiat magis nobilem, quam naturae suae competat, dum modo fiat ordinatio conueniens secundum ordinem vniuersi, conuenienter fit: et sic est in proposito, quia hoc ordinatur ad hominis utilitatem. Vel dicendum quod competit naturae vniuersi cuiusque rei obedire Creatori, et illud est conueniens suae naturae quod Creator iusserit, quod si prius non sit conueniens, postea fit conueniens.

4. A D illud quod obijcitur de infirmitate intellectus, dicendum quod hoc verum est, si non daretur aliud medicamentum ipsi: et hoc est gratia fidei, qua fortificatur intellectus ad credendum sine dubio quod non videt.

TRVM sit verum, accidentia ibi esse sine subiecto: Et quod non videtur, quia mouere, et operari debetur substantiae, quae est hoc aliquid: sed accidentia illa habent mouere, et operari in substantia: ergo sunt in substantia. 2. I T E M nullum accidens extenditur nisi in materia, quia omnis forma de se simplex est: sed constat quod accidentia illa habent extensionem, et maiorem possunt habere: ergo sunt in materia.

3. I T E M miraculum non aufert operationem, sed albedo est lux incorporata: cessante ergo materia corporali, manet pura lux: ergo albedo per se debet mouere visum.

CONTRA: Omne accidens quod est in subiecto aliquo denominat illud vel simpliciter, vel secundum quid: sed hoc non faciunt illa species, quia nec denominant panem, nec corpus Christi, nec aerem: ergo, et cetera.

I T E M accidentia naturalia non consequuntur materiam secundum essentiam, sed solum secundum esse: scilicet ut forma completur, nec aliter materia est accidentium subiectum: sed materia non est ibi sub forma panis, hoc constat, sed sub forma substantiali carnis: sed tales proprietates non sunt natae esse in carne Christi: ergo, et cetera.

I T E M quoadcumque in aliqua mutatione saluatur accidens secundum esse quod habet in subiecto, necesse est quod sit conueniens ei quod mutatur, et in quod mutatur: ut si de aere fiat ignis, manet calidum: sed panis conuertitur in corpus Christi: et color, et sapor, et odor non sunt conuenientia vtriusque: ergo vel non manent, vel non remanent in subiecto: sed manent: ergo sunt sine subiecto.

CONCLUSIO.

In sacramento Eucharistiae vere sunt accidentia sine subiecto, et non in aere circumfuso, ut aliqui dixerunt.

RESPON. AD ARG. Aliqui voluerunt dicere, quod species illae erant in aere circumfuso. Sed illud manifeste falsum est tum propter hoc quod non denominant accidentia aerem circumiacentem, tum etiam quia impossibile est accidens transmutare subiectum, vel transmigrare de subiecto in subiectum. Si ergo fuerunt in pane, non possunt esse in aere: et iterum, aere non mutato transferuntur de vno loco ad alium. Item locum replent, et aerem expellunt: sed nullo locatum comparatur ad locum ut ad suum subiectum, et nullum accidens expellit subiectum proprium. Propter haec, et his similia communiter tenent magistri, quod accidentia sunt ibi sine subiecto.

1. A D illud quod obijcitur de operationibus, dicendum quod quaedam sunt ibi operationes naturales, quaedam supra naturam, quaedam partim sic, partim sic: et ideo ex operationibus nihil potest concludi:

AD OPPOSITVM. 2. Polit. c. 6. et 6. Eth. c. 7. et 1. mor. in promissio.

FVNDAMENTA. Idem S. Th. 3. p. q. 77. art. 1. et 2. Auer. 2. Prior. cap. ult. et Aristot. 5. met.

Opinio aliorum. Improb. Opinio Doctorum.

Explicatio Doctoris.

di: sed quæ operationes sint ibi naturales, infra patebit. At tamen sicut miraculum est, quod accidentia sunt sine subiecto: ita miraculum est, ut operentur per se.

2. Ad illud quod obijcitur de extensione, dicendum quod quantitas, formaliter loquendo, habet extensionem de natura sui generis: unde non saluatur quantitas nisi etiam extensio, sed tamen casualiter habet a substantia: et ideo quia esse quantitatis, et natura ortum habet a substantia: sed diuina virtus facit, quod sit quantitas vere, et sine substantia: et hoc faciendum necesse est extensionem saluari sine materia: et hoc miraculi est, non naturæ.

3. Ad illud quod obijcitur de albedine, quod est lux incorporata, potest responderi dupliciter. Primo quod non est in actu, sed in potentia: et ideo adhuc cessante corpore manet adhuc in potentia. Secundo quia omnino non cessat corpus, immo quamuis cesset substantia, manet tamen dimensio, superficies, et terminatio: et ideo albedo secundum illum actum solum, quem prius habebat.

ARTICVLVS II.

QUANTVM ad secundum articulum, scilicet de actione, et mutatione illorum accidentium, queruntur similiter tria. Primo queritur, vtrum illa accidentia possint conuerti in alimentum. Secundo, vtrum possint alias species siue naturas conuerrere in sacramento. Tertio, vtrum aliquas operationes habeant per naturam, an aliquas habeant per miraculum.

QUESTIO I.

An illa accidentia possint conuerti in alitum, seu alimentum.

Alex. Alenf. 4. p. q. 10. Memb. 7. art. 2. §. 1. S. Tho. 3. p. q. 77. art. 3. Et 4. Sent. dist. 12. q. 1. art. 2. q. 5. Richardus 4. Sent. dist. 12. art. 4. q. 2. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 12. q. 2. art. 1. Steph. Brul. 4. Sent. d. 12. q. 4.

FVNDAMENTA.

TRVM species illæ, siue accidentia possint conuerti in alitum, seu alimentum. Et quod sic, videtur per testu, et Glossam vbi dicitur: Vnusquisque carnem suam præsumit ad manducandum: et alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Et Glossa hoc exponit de diuitibus, qui offerebant panem ad consecrandum in magna abundantia, et alij non dabant: ergo si panis, et vinum non solum reficere poterant, verum etiam inebriare post consecrationem: ergo in alimentum, vel alitum cedere.

ITEM sicut calor ignis ordinatur ad conuertendum in cinerem illud, quod offertur in pabulum, sic calor naturalis ad conuertendum in carnem, et sanguinem: sed species proiecta in ignem comburitur, et conuertitur in cinerem agente exteriori calore: ergo pari ratione in sanguinem potest conuerti agente calore interiori.

ITEM sicut putrefactio ordinatur ad generationem vermibus, sic digestio ad generationem humoris, et etiam carnis: sed species illæ conuertuntur in vermes, si putrescant: sicut experimento patet, si quis probare vellet: et credo quod per negligentiam aliquando contingat: ergo pari ratione in carnem.

ITEM hoc probatur deducendo ad inconueniens duplex. Primum quod illud sacramentum est in præ-

judicium naturæ, quia quando, et quotiens fit trans substantiatio, perit cibus naturalis, vel carnalis irruocabiliter, ex quo nullo modo conuertitur in aliquid, quod natum est cibare. Secundum in inconueniens est, quod illud sacramentum si est ita, est in præiudicium fidei: si enim accidentia non habent operationem substantiæ, deprehendi potest illud sacramentum sensibili experimento, et ita meritum fidei euacuari: sed vtrumque horum est maximum inconueniens, et contra illud sacramentum, cum sit in meritum fidei institutum.

1. SED CONTRA: Ex eisdem nutrimur, ex quibus sumus, sicut dicit Philosophus: sed non sumus ex accidentibus, sed ex substantijs: ergo cum species illæ sint accidentia, patet quod non nutrimur. Si dicas, quod miraculose conuertuntur in substantiam. Contra: Si conuertuntur in substantiam, cum sint multa accidentia, ergo in multas substantias debent conuerti: ergo quot accidentia sunt ibi, tot substantiæ debent generari. Si ita dicas, quod quantitas conuertitur in substantiam, quæ est aliorum fundamentum: ergo si conuertitur in substantiam, definit esse quantitas: ergo definit esse quantum: sed omne alimentum auget per naturam quantum: ergo illud alimentum non poterit augete. Illud etiam alimentum generatum carebit quantitate, quod est impossibile.

2. ITEM sacramentum istud est cibus spiritualis: et ideo etiam est vna ratio congruitatis, quæ substantia transit, ne quaeratur refectio corporalis: ergo si ob hanc causam transeunt, non videtur quod ultra remaneat illa virtus.

3. ITEM si cibus est corporalis: ergo sacerdos, qui cantauit vnã Missam, non poterit cantare aliam, quia frangit ieiunium, quo fractio licitum non est cantare. Vnde indicitur sacerdotibus, vt eo die, quo plures Missas cantare debent, in prima non faciant purificationem: quod si ita esset, quod species istæ alerent, nulla videretur esse hæc institutio.

4. ITEM hoc probatur auctoritate Ambrosij, qui dicit de hoc sacramento, quod non est cibus ventris, sed mentis: sed si conuerteretur in alimentum, vel alitum, vere esset cibus ventris: ergo, et cet.

CONCLUSIO.

Percipiens sacramentum Eucharistia alitur et nutritur: siue accidentia conuertantur in alimentum, siue prima substantia ueneratur.

RESP. AD ARG. Dicendum quod circa hoc duplex fuit opinio. Aliqui dixerunt, quod accidentia illa non reficiunt, nec conuertuntur in alimentum, quia nec accidentia possunt, nec huic competit sacramento. Tamen species habent odorem, et saporem: et odor quamuis sit accidens, tamen immutando aere cerebrum inebriat, sicut patet, quod multi inebriantur ex odore vini: et sic dicunt intelligendum esse verbum Apostoli, et Glossæ. Sed quoniam manifeste apparet in combustione specierum, quod resoluntur in cineres: et si non alerent, non appareret, quo modo hoc sacramentum latere possit, immo necesse esset deprehendi. Ideo communior est opinio, quod percipiens sacramentum alitur, et nutritur: et illud satis probari potest ad sensum. Manifestum enim est percipienti, quod per summptionem vini, siue illius speciei, sitis extinguitur.

1. Ad illud autem quod obijcitur in contrariu, quod alimentum est substantia, diuersimode respondetur a diuersis. Aliqui enim dicunt, quod virtute supra naturam accidentia conuertuntur in substantiam. Ille enim qui virtute increata potens est supra naturam accidentia illa sustentare sine materia, ille virtutem dat vt desinentibus proprietatibus non in nihil, sed in sub-

AD OPPOSITVM 2. de gen. et cor. cont. c. 50.

Ambr. lib. 5. de sacr. c. 4. 10. 4. et de his qui myst. instit. sur lib. 6. c. 9.

Opinio 2.

Opinio 2. approbatur

Vtraque opinio probabilis.

substantiam conuertantur, in quam conuerteretur ipsa panis substantia, si adesset. Et hoc dicunt ipsum sacramentum exigere, ne deprehendatur, et fides amittat meritum: ne etiam sacramentum faciat aliquid naturæ præiudicium. Et si tu obijcias, quod incineratio non est a virtute supra naturam, sed naturalis: similiter nec inebriatio, nec combustio, immo sunt a virtutibus naturalibus, maxime cum fiant ab exteriori virtute: fiant nihilominus successiue, terminantur etiam ad rem minus perfectam: ipsi dicunt, quod ibi est potentia actiua, et potentia passiuæ: potentia agens est naturalis, sed potentia passiuæ in accidentibus est supra naturam quantum ad hoc, scilicet vt in substantiam conuertantur. Nam residuum quod fit ante conuersionem, et quod fit per conuersionem, totum potest esse a potentia naturali tam agente, quam patiente. Et hi dicunt quod primum accidentium conuertitur in substantiam, non quia de quantitate fiat substantia tantum, sed quia fit substantia quanta. Et hæc opinio satis est probabilis. Aliorum opinio est, quod suscipiens species alitur, non quia accidentia in substantiam conuertantur, sed quia substantia reuertitur, quæ prius ibi fuerat: vt sicut in alijs miraculis, et apparitionibus dicitur, quod in præiacentem materiam resoluuntur, et redeunt, sicut dicitur de columba, et stella, et consimilibus: sic etiam dicunt, quod sicut panis conuertitur in corpus, vt sit sacramentum: sic peractio officio sacramenti, ex quo definit esse sacramentum, definit ibi esse corpus Christi: et ideo sicut mirabiliter prius substantia panis conuertitur, ita etiam miraculose reuertitur. Et ista fuit positio Innocentij in libro suo, quem fecit de Ecclesiasticis officijs, vbi dicit in libro tertio, capitulo de fractione: Si ergo quaeritur quid a mure comeditur, cum sacramentum corroditur, vel quid incineratur, cum sacramentum crematur. Respondendo dicendum, quod sicut miraculose substantia panis conuertitur in corpus Dominicum, et incipit esse sub sacramento: sic ipsa quodam modo miraculose reuertitur, cum ipsum ibi definit esse. Hunc autem modum dicendi credo probabilem, et securum, maxime cum tanti viri habeat auctoritatem. Cautus tamen quisque qualiter intelligit, quia in hoc secretum fidei latet. Et secundum hanc positionem patet responso ad quaestionem. Concedendum enim est, quod recipiens hoc sacramentum alitur, et nutritur, non quia accidentia in substantiam conuertantur, sed quia aliquid conuertitur in substantiam comedentis, non inquam accidens, sed substantia.

1. Et sic non est contra illud philosophi, quod ex eisdem nutrimur, ex quibus sumus.

2. Ad illud quod obijcitur, quod est cibus spiritualis, dicendum quod illud verum est quantum saluatur ratio sacramenti: non enim bibit spiritualiter nisi in quantum sacramentum, quia ad cibationem spirituale est ordinatum: cum ergo incipit cibare, definit esse sacramentum: et ita patet quod ratio illa bona est. Cum enim non sit ibi, quantum est sacramentum, nisi corpus Christi verum: et hoc non alit corporaliter, et accidentia, et hæc similiter non alunt: ideo sacramentum recte dicitur spiritualis cibus, quamuis recedente ratione, et officio sacramenti cibus corporalis incipiat esse, sicut fuerat ante.

3. Ad illud quod obijcitur, quod soluit ieiunium, dicendum quod non soluit, tum quia sacramentum dum sumitur non est cibus corporalis, tum etiam ratione corporis Christi interius contenti, qui tantum est cibus mentis: et ideo non est simile de vino, quod recipitur ad purificationem: et ideo patet illud.

4. Patet etiam sequens. Ambrosius enim loquitur de corpore Christi: et hoc est tantum cibus mentis, non ventris. Vterque prædictorum modorum dicendi satis probabilis videtur, nec facile est improbare, quia Sancti non multum de hoc loquuntur. Nec ratio. S. Bon. To. 5.

tioni hic multum innitendum est, quia vtraque opinio fundatur hic supra miraculum, et potentiam operantem supra naturam. Quis autem scit, vtrum Deus sic, vel sic faciat, cum vterque modus dicendi satis sit rationabilis, et probabilis? Nec videtur omnino improbabile quod aliquid accidens in substantiam conuertatur in hoc sacramento, cum accidens hic subsistat sine subiecto. Nec videtur improbabile quod sicut substantia panis conuertitur, ita reuertatur. Cum enim in substantiæ panis conuersione corpus Christi non generetur, nec fiat, sed tantum sub illis speciebus esse incipiat, sicut tenet fides recta, quis audeat hoc tamquam irrationabile repudiare, quod corpore Christi non corrupto, sed desinente esse sub speciebus, substantia illa, quæ sustentabat accidentia, reuertatur, cum accidentia illa non sint ob alia sine subiecto, nisi ob dignitatem, et præsentiam contenti? Quod si quaeras, vtrum sit creatio, vel generatio, vel alia mutatio: sane potest dici quod sicut conuersio est mutatio singularis, sic est et reuersio. Quidquid etiam horum dicatur, dum tamen non asseratur pertinaciter, nullum est ibi periculum: solum hoc caueatur, ne nostræ capacitatis intelligentia totaliter in obsequium Christi captiuetur.

QUESTIO II.

An accidentia habeant vim conuertendi alia in Sacramentum.

Alex. Alenf. 4. p. q. 10. memb. 7. art. 2. §. 3. S. Thomas. 3. p. q. 77. art. 8. Et 4. Sent. d. 12. q. 1. art. 2. q. 6. Richardus 4. Sent. dist. 12. art. 3. q. 1. Tho. Arg. 4. Sent. d. 12. q. 2. art. 4. Steph. Brul. 4. Sent. d. 12. q. 5.

AD OPPOSITVM.

TRVM accidentia habeant vim, et potentiam conuertendi alia in sacramentum, vt pote si vino consecrato apponatur aqua. Et quod sic, videtur: quia equalis, vel maioris virtutis est consecratio in hoc sacramento, quam benedictio in aqua: sed aqua benedicta iuncta aquæ non benedictæ facit totam esse benedictam: vinum ergo non consecratum iunctum consecrato, fit consecratum: ergo, et cetera.

2. ITEM accidentia in hoc sacramento habent eandem virtutem, quam haberent in esse proprio et naturali: unde Innocentius: In quo similitudo desiceret, in eo sacramentum non esset, scilicet in esse proprio, et naturali haberent potestatem conuertendi in sui naturam. Cum ergo conuersio naturaliter fiat, videtur quod appositum debet conuerti potius in simile conuertenti, quam in vinum, scilicet in purum accidens: non possunt hæc accidentia illud appositum conuerrere, nisi fiat illius transubstantiatio. Saltem quaeritur, si aqua modica conuertitur in vinum a specie vini.

3. ITEM quando apponitur aqua, vel vinum, species illæ occupant maiorem locum: ergo sanguis Christi est sub maiori specie: sed sanguis Christi non est in maiori loco, nisi quia aliquid in ipsum conuertitur: ergo illud quod apponitur, conuertitur in ipsum sanguinem: ergo species, quæ est sacramentum, aliquid aliud in sacramentum conuertit.

4. ITEM hoc ostenditur ratione, quia accidens cum substantia non occupat maiorem locum, nec facit maius: similiter nec corpus glorificatum cum non glorificato: sed in calice non est nisi substantia sanguinis glorificati, siue corporis Christi, et accidens: ergo si illud, quod apponitur, manet in substantia, videtur quod in eodem loco esse possint, ita quod non occupet maiorem locum: quod est manifeste.

Dubitatio. Solutio.

esse falsum, vt patet insipienti. Restat igitur, vt illud quod apponitur, no saluetur in ratione substantiae, sed solum speciei, sicut species, quae est ibi: ergo necessario est ibi conuersio.

5. I T E M si apponatur alius liquor, vt aqua in magna quantitate, totum conuerteretur in substantiam aquae, ita quod vere esset aqua: ergo pari ratione si ita parum ibi apponatur, quod species praedominetur, videtur quod conuertatur in verum sacramentum, cum non plus possit supra consecratum, quam econuerso.

6. I T E M hoc ipsum ostenditur per impossibile, quia quando apponitur vinum, vel aqua, fit vna superficies: quare ergo, aut illa superficies est in subiecto, aut sine subiecto. Si in subiecto: ergo si modicum quid apponatur, definit esse sacramentum. Si sine subiecto: ergo totum est sacramentum. Si sine subiecto, et in subiecto: ergo duo contradictorie opposita sunt vera de eodem, quod numquam fit. Si dicas mihi, quod secundum vnam est in subiecto, et secundum aliam extra subiectum. Contra: Esto quod apponatur aqua, et misceantur vsque ad minima, tunc non est assignare diuersas partes: ergo necesse est, quod saltem tunc conuertatur.

FVNDAMENTA.

CONTRA: Nihil conuertitur in sanguinem nisi per transubstantiationem: sed virtus transubstantiandi non est in elemento, sed in verbo: ergo quantumcumque addatur elementum aliud speciei, non fit transubstantiatio: ergo manet substantia cum accidentibus: ergo non conuertitur in sacramentum.

I T E M si conuertitur: aut ergo virtute sanguinis, aut virtute vini. Virtute sanguinis non, quia sanguis ille est glorificatus: ergo non habet potentiam conuertendi aliquid aliud in se.

I T E M non virtute vini, quia vinum quod conuertitur, ratione substantiae non ratione proprietatum conuertitur, et ibi non est substantia vini: ergo nulla vis est, quae possit conuertere.

I T E M aqua non est nata de se conuerti in sanguinem: ergo si apponatur vino consecrato, non transit in sanguinem: ergo manet substantia eius: et sic, et c.

CONCLVSIO.

Nullum est incommodum siue aqua in sacramento alteretur et forma eius remaneat, siue quod ipsa mutetur in vinum virtute specierum.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod accidentia non habent virtutem conuertendi aliam substantiam in sacramentum. Et ratio huius est, quia in hoc sacramento est transubstantiatio: transubstantiatio autem non fit sine verbo: ideo quantumcumque apponatur aliquid aliud elementum, nisi adsit verbum, non fit sacramentum. Et si tu obijcias quod aqua benedicitur per verbum, et oleum benedicitur: et tamen si non benedictum proportionabiliter apponatur, efficitur benedictum, respondetur quod non est simile, quia consecratio in oleo, et benedictio in aqua non ponunt nisi accidens aliquod, et proprietatem quamdam sanctificationis: Sed hic consecratio ponit conuersionem in veram substantiam, et continentiam eiusdem, quae est a sola virtute increata assistente ipsi verbo. Alia etiam est ratio, quia aqua benedicta tota attingitur, et secundum totum quod habet in se commiscetur aquae superuenienti, et oleum benedictum non benedicto oleo: sed sanguis ibi contentus nulli humori miscetur, pro eo quod non est ibi diffusus, sed est sanguis glorificatus intra venas Christi contentus: et ideo a nullo liquore attingitur: et ideo nihil per mixtionem, vel contactum potest in ipso conuerti. Si ergo aliquid conuertatur, necesse est quod per transubstantiationem, et nouam consecrationem conuertatur. Concedendum est etiam

Conuenit S. Tho. 3. p. 1. q. 77. ar. 8.

ago quod species vini iuncta alij liquori non conuertitur in sacramentum.

1. Et patet responsio ad primum obiectum, quod non est simile tum ratione eius, quod est hic conuersio in substantiam, tum quia non est mixtio talis, nec tanta sicut in aqua benedicta.

2. Ad illud quod quaeritur. Si aqua modica conuertitur a specie vini, responderetur dupliciter secundum diuersos. Vno modo quod non conuertitur, ita quod soluitur forma substantialis aquae, sed conuertitur ibi est solum alterari, quia mutatur sapor, et color, et odor, et participat proprietates vini: et ideo quantum ad sensum nostrum conuersa est. Et talis conuersio disponit ad conuersionem in sacramentum si adesset verbum, sed cum non adsit, non conuertitur, sed manet substantia habens proprietatem vini per actum, et virtutem illius speciei. Alius modus dicendi est quod aqua conuertitur in vinum: et hoc virtute illarum specierum, non inquam in vinum quod fit vnum secundum speciem: sed est vinum solum, secundum materiam, sicut caro secundum speciem, conuertit carnem secundum materiam. Et si tu obijcias, quod nihil dat quod non habet, verum est secundum substantiam, vel secundum virtutem: et species illa quamuis non habeat substantiam vini, habent tamen virtutem, et operationem: et ideo sicut verum vinum solueret speciem aquae modicam, et conuerteret secundum veritatem, ita intelligendum est in proposito. Vterque modus dicendi est probabilis satis, et quocumque horum modorum dicatur, non sequitur quod aqua iuncta vino fiat sacramentum, et consecratur.

3. Ad illud quod obijcitur, quod corpus Christi est sub maiori specie, dicendum quod non est sub maiori specie, quia aliquid sit appositum speciei, ita quod sit in illo, sed quia species illa magis est diffusa, sicut si species vini, quae est in calice profundo ponatur in calice latori, magis dilatur species. Sic intelligendum in proposito, quia cum miscetur alius liquor, partes illius speciei magis diffunduntur, maxime si liquor ille penetret, et diuidat, et separet partes speciei ab inuicem.

4. Ad illud quod obijcitur, quod accidens non occupat maiorem locum cum substantia, dicendum quod istud verum est de accidente secundum existentiam naturalem: tale enim accidens in substantia non ponit in numerum cum illa, sed sicut dimensio in illis speciebus locum habet naturalem, pro eo quod non tantum est ibi mathematica, immo etiam naturalis dimensio, licet sit supra naturam praeter subiectum, et ideo locum occupat: ita cum alia dimensio occupat maiorem locum, quam per se solum, non per naturam substantiae, sed dimensionis naturalis.

5. Ad illud quod obijcitur, quod alius liquor potest facere quod non sit sacramentum, dicendum quod non est simile, quia facilius est destruere, quam construere. Mus enim, et quodlibet aliud manducans potest facere quod desinat sacramentum: sed nullus potest facere, quod illud sit nisi adsit verbum, et sacerdotale mysterium.

6. Ad illud quod obijcitur, quod fit vna superficies, dicendum quod liquor additus, quamuis non faciat vnam substantiam, tamen dimensio continuatur dimensionem, et ita fit dimensio vna, et quantitas vna. Si ergo quaeras, vtrum in subiecto, vel praeter subiectum, responderetur: Non diuidis sufficienter, quia partim est in subiecto, partim extra subiectum: et illud non est inconueniens, sicut una pars superficiei potest esse nigra, et alia alba: sic in proposito intelligendum quod pars speciei consecrata est sine subiecto, reliqua vero in subiecto. Et si obijcias, ponatur quod perfecte misceatur cum mixto, sic vsque ad minima, tunc sequitur inconueniens quod id sit in subiecto, et praeter subiectum, dicendum quod mixtio liquoris

4. Phys. 10. ar. 45.

quoris cum liquore non est vsque ad minima secundum quantitatem, sed intelligitur secundum virtutem, quia ita est in alijs mixtionibus: et ipse obijcit, quod sit vsque ad minima secundum quantitatem.

Durandus tenet quod si spes misceantur vi no non desinit esse sacramentum: si autem sit alius liquor praedominans et corumpes species, desinit

Si autem talis sit mixtio, quod fiat in speciebus vniuersalis alteratio, vel etiam quod species illae vini transfunderentur in liquorem consimilem, sed praedominantem, ita quod nulla esset distinctio quod hic esset species consecrata, et ibi non consecrata, nec secundum naturam, nec secundum virtutem, sicut est in mixtione naturali, tunc dico quod desinere esse sacramentum, sicut definit per aliam transmutationem: et totum esset vnum corpus, et esset vna superficies secundum partes, et totum existens in vno subiecto: quando autem hoc fiat, difficile est discernere.

QUESTIO III.

An operatio specierum sit naturalis, vel miraculosa.

Alex. Ales. 4. p. q. 10. memb. 7. ar. 2. S. 1. q. 2. Richard. 4. Sent. d. 12. ar. 3. q. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 12. q. 6.

FVNDAMENTA.

DE operationibus, quas habent illa accidentia. Vtrum habeant per naturam, an per miraculum. Et quaeritur primo de immutationis operatione, quae est illarum specierum, vtrum sit naturalis, vel miraculosa. Et quod naturalis, videtur: quia quod per se inest alicui, non solum inest illi coniuncto materiae, sed etiam abstracto, et separato: sed mouere sensus per se inest sensibilibus: ergo per se inest illis a materia separatis: sed quae per se insunt, naturaliter insunt: ergo, et cetera.

I T E M forma substantialis numquam mouet sensum separatam a formis accidentalibus: ergo forma substantialis nihil facit, nihil priuat, quin accidentia moueant sensum, dummodo accidentia habeant esse: ergo per naturam mouentur.

I T E M sensus est susceptiuus specierum praeter materiam, tamen sub conditionibus materialibus hic, et nunc: si ergo est aliqua species sensibilis sine materia, habens tamen materiales conditiones, illa maxime habet mouere sensum: ergo cum huiusmodi sint istae species: patet, et cetera.

I T E M hoc patet per simile: si idolum relinquatur in speculo abstracto corpore obiecto, moueret visum: et tamen idolum in speculo habet esse spirituale: ergo videtur quod species illae cum sint ibi relictae sine materia, quod habent naturaliter immutari.

I T E M si nauis per miraculum leuaretur in aera, licet existentia nauis in aere esset miraculosa, tamen existentia nauis in mari esset naturalis, et operationes consequentes illam existentiam essent naturales: cum igitur accidentia fundentur in quantitate, et quantitas in materia, subleuatio quantitatis a materia est miraculosa, sed existentia aliorum accidentium est naturalis: ergo operatio in sensibus consequens illam existentiam, est naturalis.

ADOPPOSITVM. De ani. 1. c. 23. et 5. Phys. 10.

CONTRA: Philosophus in 1. de anima: Rectum in quantum rectum contingit tangere aeneam sphaeram secundum punctum: tangit autem numquam separatum, quia aenea sphaera non est nata tangi nisi a naturali: si ergo rectum separatum tangeret aeneam sphaeram, hoc esset supra naturam, vel contra: cum igitur sensus particularis sit natus immutari a specie existente in materia, si immutetur a separata, immutatio ista non est naturalis.

I T E M sicut se habet sensus interior ad speciem sine materia, sic exterior ad speciem in materia: ergo permutatum, sicut interior ad speciem in materia, sic S. Bon. To. 5.

exterior ad speciem sine materia: sed interior numquam naturaliter apprehendit speciem in materia, sed abstractam: ergo nec exterior speciem separatam a materia.

I T E M formae conuenit esse hic, et nunc ratione materiae: sed per eam naturam, per quam est, hic et nunc, habet mouere sensum: ergo cum hoc sit a materia naturaliter, ergo habet mouere: ergo si fiat separatio a materia, iam non mouebitur naturaliter.

I T E M illa species motiua sensus habet triplicem comparisonem, scilicet ad subiectum, ad medium, et ad organum: et sunt istae comparationes ordinatae: ergo destructa prima, et destructum aliae consequenter: ergo si habeat species illa comparationes duas sequentes sine prima, non habet naturaliter, sed miraculose.

Secundo quaeritur de opere transmutationis, et maxime de putrefactione, vtrum scilicet sit naturalis. Et quod sic, videtur: quia quod conuenit alicui naturaliter, saluata natura adhuc illi conuenit: sed speciebus illis naturaliter conuenit corrumpi, et deficere, vel propter defectum virtutis naturalis, vel quia causantur a contrarijs qualitibus: et habent contraria: et constat quod illae species saluantur in eadem natura: ergo, et cetera.

I T E M corruptio per contrarietatem est naturalis, hoc patet: sed species ibi existentes habent vere naturam contrarietatis: ergo sunt corruptibiles naturaliter. Minor patet sic: Vbi contraria sunt secundum esse spirituale, simul possunt esse in eodem, et secundum idem, vt in eodem medio, vt in sensu, et intellectu contrarij colores: cum ergo hic non possint esse contrarij colores, nec saporibus simul, immo mutuo se expellunt, habent igitur naturam vere contrarietatis.

I T E M vbi sunt species secundum spirituale esse, excellentia talis speciei non est corruptiua: si igitur in speciebus sacramentalibus excellentia sensibilibus, contristat sensum: ergo est ibi species habens naturam vere contrarietatis: sed quod sic est, est corruptibile naturaliter: ergo, et cetera.

I T E M Anselmus de conceptu virginali distinguit triplicem cursum, naturalem, voluntarium, et mirabilem: et dicit quod mirabilis a Deo administratur immediate. Cum igitur Deus nihil immediate corrumpat, illa corruptio, siue putrefactio non est a Deo immediate: ergo non est mirabilis: ergo est naturalis vel voluntaria: sed non voluntaria: ergo naturalis.

CONTRA: Forma de sui natura est in simplici, et in inuariabili essentia consistens: si ergo accidat ei variatio, hoc est per materiam: ergo separata a materia est inuariabilis per naturam: si ergo variatur, hoc est supra naturam: ergo, et cetera.

I T E M ad transmutationem physicam concurrunt tria principia, scilicet subiectum, et duo contraria: ergo vbi deficit materia, non est intelligi mutationem physicam: sed hoc est in his speciebus: ergo putrefactio illa non est physica.

I T E M sicut a forma est agere, ita est a materia pati: sed non conuenit agere physice nisi per formam: ergo nec pati nisi per materiam: ergo vbi deficit materia, per consequens ibi non est passio physica: ergo nec transmutatio.

I T E M non est vere contrarietas sine subiecto: sed materia prima est subiectum contrarietatis corporalis: ergo vbi deficit prima materia, non est vere contrarietas: sed actio naturalis est per veram contrarietatem: ergo, et cetera. Similiter posset argui de contactu quod est formae in materia, et actio, et passio propter contactum.

Tertio quaeritur de opere nutritionis, vtrum scilicet nutritio sit naturalis, vel supernaturalis.

1. Quaest.

2. Quaest. FVNDAMENTA.

3. Quaest.

Ans. de eb. cept. Virg. cap. 11.

AD OPPOSITVM. Sex prim. Gill. Porr. tract. 1. c. 11.

2. De Gen. contex. 53. et 2. de An. ni. 24.

3. Quaest.

CONCLUSIO.

Operationes specierum Eucharistia, si fiat comparatio ad principium, sit supra naturam: Si autem ad obiectum, sunt naturales.

RESPON. AD ARG. Dicendum ad intelligentiam prædictorum secundum unum modum dicendi est, quod ex factis probabile comparatione virtutis ad operationes ex virtute egredientes, operationes habent regulari secundum potentias, et virtutes, a quibus egrediuntur. Propter quod notandum, quod aliquando datur alicui potestas conformis nature, et actus egrediens ab illa potentia est naturalis, sicut cum cæco redditur potentia videndi. Aliquando datur potestas alicui partim conformis nature, et partim supra naturam: et tunc actus egrediens quodam modo est naturalis, quodam modo supra naturam, sicut cæco videre nocte. Quandoque datur potestas omnino supra naturam: et tunc actus egrediens ab illa potentia est miraculosus simpliciter, et supra naturam: sicut virgini data est potestas parienti. Considerandum est igitur, quod in hoc sacramento est hæc omnia reperire. Nam prima quantitas naturaliter habet subsistere alijs accidentibus, et alia accidentia naturaliter sustentari ab illa. Si ergo detur quantitati potentia sustentandi alia accidentia, illorum existentia in quantitate est naturalis, et operatio sequens habet potentiam naturalem. Unde dico quod operationes illarum specierum in sensu sunt naturales, quia in quantitate habent esse conveniens immutationi sensuum. Omnes igitur rationes hoc ostendentes sunt concedendæ.

AD oppositionem manifesta est responsio, quia quantitas est ibi loco materie, et per illam sunt hic, et nunc, et habent esse materiale, et conueniens immutationi sensuum, et accidentia primo sunt in quantitate: et hoc potest satis videri per exemplum supra de nauis positum. Quia vero datur ulterius quantitati illi potentia subsistendi transmutationibus illarum formarum, talis potentia partim est conformis nature, partim supra naturam. Conformis est quantum ad subsistentiam contrarietatis, quia quantitati per se intunt contraria. Sed supra quantum ad hoc quod manet eadem secundum se, facta mutatione: hoc enim est proprium solius substantie: et ita supra naturam contrarietatis.

AD illud quod queritur de transmutatione, vtrum sit naturalis, vel miraculosa, dicendum quod ratione naturarum illarum specierum, quæ habent naturam contrarietatis, illa transmutatio est naturalis, sed ratione subsistentiarum est supra naturam: ita partim naturalis, et partim supra naturam. Rationes igitur ad partem oppositam factæ in secundo problemate currunt secundum has duas vias. Nam quæ probant quod sunt naturales, sumuntur a natura contrarietatis formarum illarum: quæ vero probant, quod sunt supra naturam, procedunt secundum viam subsistentiarum: sic patet secundo queritum de transmutatione. Si vero datur illis accidentibus potentia conuertendi in substantiam, cum desinunt esse, et cum corpus Christi ibi definit esse, talis potentia omnino est supra naturam: et ideo talis actus est omnino supra naturam, et miraculosus.

AD illud quod queritur de nutritione, dicendum quod ibi triplex est operatio. Prima est quod species illæ, per actionem virtutis agentis transmutantur: et hæc partim est naturalis, partim supra naturam. Secunda, est quod in fine transmutationis cedunt in substantiam, ita quod in illam conuertuntur: sicut conuenteretur substantia panis, si esset præsens: et hæc est miraculosa. Tertia est, quia substantia illa postea conuertitur in carnem: et hæc est simpliciter natura-

lis. Sed quamuis iste modus dicendi probabiliter possit sustineri, aliter tamen potest dici securius, et breuius quod operationes accidentium, siue virtus operans habet comparari ad illud, a quo egreditur, et ad illud, circa quod operatur. Si loquimur per comparationem ad illud a quo egreditur, sic dico quod cum per naturam omnis virtus operans vel sit substantialis, vel saltem ab illa depēdeat, et reguletur, quod substantia circumscripta, si ulterius accidens operetur, ita miraculum est quod operetur per se, sicut miraculum est quod per se maneat: et ita omnis operatio est miraculosa. Si autem loquamur per comparationem ad obiectum, siue sit ad organum sensus, siue aliud quodcumque corpus, sic dico quod accidentia multas habent ibi operationes naturales: unde quod albedo moueat visum, et sapor gustum, hoc non est supra naturam, nec contra, sed secundum naturam. Quoniam ergo albedo non separatur ibi, vt habeat esse mathematicum, sed saluatur esse naturale, et singulare: ideo illæ operationes, quæ incrant albedini, et alijs accidentibus, adhuc naturaliter insunt. Concedendum ergo est quod immutatio, et transmutatio quodam modo naturaliter est in relatione ad obiectum, quia saluatur ibi natura accidentium: quodam modo est supra naturam in comparatione ad subiectum, quia accidentia per se agunt: et secundum hoc currunt rationes ad partes oppositas adductæ.

ARTICVLVS III.

CONSEQUENTER quantum ad tertium articulum queritur de fractione illarum specierum. Et circa hoc tria principaliter queruntur. Pimo queritur, vtrum vera fractio sit in corpore Christi. Secundo, vtrum sit in speciebus. Tertio queritur, quid partes significant.

QUESTIO I.

An corpus Christi in Eucharistia frangatur.

Alex. Alenf. 4. p. q. 10. memb. 9. ar. 1. S. Thomas 3. p. q. 77. ar. 7. Et 4. Sent. d. 12. q. 1. ar. 3. q. 1. Et 4. contra Gent. cap. 67. Richardus 4. Sent. d. 12. ar. 2. q. 1. Tho. Argent. 4. Sent. d. 12. q. 2. ar. 3. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 12. q. 7. Gabr. Biel. 4. Sent. d. 12. q. 1. dub. 4.

AD OPPOSITIONEM. Vob corpus vere frangatur, videtur Augustinus dicere. Norunt, inquit, fideles quando manducant carnem Christi, vnusquisque accipit partem suam: quod si verum est: ergo diuiditur.

ITEM ostenditur ex confessione Berengarij, quæ acceptata fuit a Nicolao Papa: confessus est enim corpus Christi verum sacerdotis manibus attrahari, et frangi: ergo si ista confessio vt fidelis acceptata est: patet, et cetera.

ITEM ratione videtur, quia corpus Christi verum manducatur: sed quod manducatur atteritur, et quod atteritur, frangitur: ergo, et cetera.

ITEM hoc sacramentum est memoriale passionis, et ita memoriale quod non tantum est signum, sed etiam veritas: sed in passione vere fuit corpus Christi fractum, et diuisum: ergo in hoc sacramento vere frangitur.

SI dicas quod est incorruptibile, ideo non potest frangi, hoc nihil est, quia corpus Christi quod natum est esse in vno loco, est in pluribus per miraculum: ergo similiter per miraculum potest incorruptibile frangi.

AD OPPOSITIONEM. Habetur de consec. dist. 2. Damasc. d. 1. c. Ego Bereng.

SEB

FVNDAMENTA. SED CONTRA: Corpus animatum quod diuiditur, corrumpitur: ergo cum corpus Christi sit animatum, si frangitur, et diuiditur, corrumpitur: et si corrumpitur, non manet verum sacramentum: ergo, et cetera.

ITEM si potest frangi, et masticari: ergo et eadem ratione et digeri: ergo et eadem ratione et in secessum emitti, quod nefas est dicere.

ITEM de manna quod fuit figura huius sacramenti, nec qui plus colligebat, habuit plus, nec qui minus habuit, minus: si ergo fuit vera figura, necesse est corpus Christi tantum esse in parua parte hostie quantū in vtraque, vel in magna parte: ergo non diuiditur.

CONCLUSIO.

Corpus Christi verum in Eucharistia non frangitur: quinimmo in quot partes diuidatur hostia, in qualibet est integrum.

OPINIO FALSA. RESPON. AD ARG. Quidam dixerunt, quos tangit Magister in littera, quod corpus Christi verum frangitur in sacramento, et tamen non corrumpitur: et hoc quidem sit per virtutem supra naturam, sicut factum est quod corpus Christi passibile datum est discipulis: et tamen non est ab eorumdem dentibus passum. Et in assertionem suæ positionis habere voluerunt confessionem Berengarij. Sed hæc positio non potest stare, quia si est incorruptibile, non diuiditur: sed si frangitur, diuiditur: ergo simul diuiditur, et non diuiditur: tunc ergo Deus faceret duo contradictorie opposita simul esse vera, quod nunquam faciet. Propter hoc, dicendum quod corpus Christi verum non frangitur, immo in quocumque partes diuiditur hostia, est totum, et integrum.

ITEM ergo obijcitur de confessione Berengarij, et verbo Augustini, dicendum quod vtrumque dictum est ratione specierum exteriorum, circa quas conuenit esse attritionem, fractionem, et masticationem. Nec modus iste loquendi est tenendus. Recepti tamen Ecclesia confessionem Berengarij, et publicauit, quamuis minus expressam ad elidendum suum errorem, qui non concedebat corpus Christi ibi esse verum, nisi sicut in signo. Unde propter hoc recepit, vt intelligeretur ibi vere esse, non vere diuidi.

AD illud quod obijcitur, quod corpus Christi verum manducatur, dicendum quod in manducatione tria sunt. Masticatio, in ventrem traectio, et incorporatio: et hæc tria respondent tribus, quas sunt in sacramento. Masticatio namque est specierum tantum: incorporatio est quantum ad corpus Christi mysticum: in ventrem traectio est non solum specierum, sed etiam corporis Christi veri, quod ibi est quamdiu est species panis: non ergo dicitur corpus Christi verum vere manducari corporaliter, quia corporaliter masticatur: sicut enim non frangitur, sic nec masticatur.

AD illud quod obijcitur, quod est signum passionis, dicendum quod non est signum passionis, quæ sit tunc: quia sic semper pateretur Christus, sed passionis quæ semel fuit. Et quod obijcitur, quod est ibi veritas, dicendum quod non est ibi veritas passionis: sed veritas eius, qui est passus.

AD illud quod obijcitur, hoc posse fieri per miraculum, dicendum quod non est simile de esse in pluribus locis, quia ibi nulla est contradictio: hic autem sic.

S. Bon. To. 5.

QUESTIO II.

An in speciebus sit vera fractio.

Alex. Alenf. 4. p. q. 10. memb. 9. ar. 2. S. Thomas 3. p. q. 77. ar. 7. Et 4. Sent. d. 12. q. 1. ar. 3. q. 2. Et Opusc. 2. cap. 8. Richardus 4. Sent. dist. 12. ar. 2. q. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 12. q. 5.

TRIVM in speciebus sit vera fractio. Et quod non, videtur: quia quod vere fit in signo, significatur fieri in signato: sed in signato non est fractio, vt probatum est: ergo nec in signo.

ITEM omnis actio terminatur ad hoc aliquid: sed non est ibi substantia aliqua nisi substantia corporis Christi: ergo non frangitur ibi aliquid, et videtur frangi: ergo est ibi tantum fractio apparens.

ITEM licet videantur ibi esse accidentia in subiecto, tamen in nullo subiecto sunt: nec est ibi falsitas aliqua: ergo videtur similiter quod quævis videatur esse ibi fractio, si non sit, quod non est ibi falsitas.

CONTRA: Dicitur in Euangelij Mathæi, Marci, Lucæ, quod benedixit, et fregit: sed ibi fuit vera benedictio: ergo et vera fractio: alioquin ipsa Veritas in sacramento veritatis, et Euangelium veritatis narrat quod apparet esse verum, et est falsum.

ITEM species illa panis alba est vere, et vere potest denigrari: ergo eadem ratione vere potest diuidi.

ITEM diuisio sequitur quantitatem: ergo si est vera quantitas: ergo vera diuisio, et fractio: non ergo tantum apparens.

ITEM si tantum apparens: ergo non oportet aliam violentiam digitis fieri, nec aliquo actu corporis vti, sed solus actus animæ sufficeret: cum ergo oporteat violentiam digitis inferri, patet ergo quod est ibi vera diuisio.

CONCLUSIO.

In fractione specierum Eucharistia est vera fractio, cum ibi sit vera diuisio, quantitas vera, et vera soliditas.

RESPON. AD ARG. Quorumdam opinio fuit, quod ibi non est vera diuisio, sed tantum apparens. Nec tamen est ibi falsitas, vel deceptio, quia non fit ad fallendum, sed ad instruendum: sicut etiam Dominus alio modo apparuit, quam esset discipulis euntibus in Emaus, nec vlla fuit ibi falsitas. Sed ista opinio stare non potest: quia si non est ibi vera fractio: ergo nec vere masticantur species, et ita totum videtur esse fictio. Propter hoc fuit alia opinio, quæ dixit, quod homo frangit, quia actus est a parte hominis: sed tamen nihil ibi frangitur, quia accidentia frangi per se non possunt. Hæc positio etiam non potest stare: quia si actio completur, infert passionem necessario. Et propter hoc est alia positio rationabilis: quod diuisio est ibi vera, quantitas vera, soliditas vera: et quia diuisio consequitur quantitatem per se, sicut est ibi vera quantitas, ita et vera fractio.

AD illud vero quod obijcitur, quod non est fractio in signato, dicendum quod fractio illa non signat fractionem corporis Christi ibi contenti, sed significat passionem, quæ praterijt.

AD illud quod obijcitur, quod actio terminatur ad substantiam, dicendum est quod verum est per naturam: sed si accidens posset per se stare, vti que susceptiuum esset actionis, nunc autem miracu-

3 lo stat

lo stat: et ideo accidens est actionis susceptivum. .
 3. A D illud quod obijcitur, quod sicut accidentia apparent, et cetera, dicendum quod illud est ex consequenti: sed diuisio primo apparet, inde accidentia apparent: et per consequens ducunt in cognitionem subiecti: et antequam veniatur ad hoc, potest fides obuiare. Sed ibi prima fronte apparet diuisio: et ideo necesse est ibi esse deceptionem sine aliqua veritate: ex alia parte veritatem esse sine deceptione.

QVÆSTIO III.

An fractio Eucharistie aliquid significet.

Alex. Alenf. 4. p. q. 20. memb. 9. ar. 4.
 Richardus 4. Sent. d. 12. ar. 6. q. 2.
 Steph. Brulef. 4. Sent. d. 12. q. 9.

AD OPPO
SITVM.



VID significant partes, et earum significatio his versibus continetur.

Hosia diuiditur in partes: Tincta beatorum. Plane secca nocet vinos, seruata sepultos.

Objicitur primo contra significationem diuisionis, quia in corpore Christi mystico non est diuisio, sed vnio: ergo si sacramentum est verum signum, in sacramento diuisio fieri non debet: aut si fit, falsum significat.

2. I T E M videtur quod sufficeret in duas tantum partes diuidere, quia Ecclesia sufficienter diuiditur in viuos, et mortuos. Si dicas quod mortui sunt in duplici differentia, quia quidam sunt in purgatorio, et quidam in paradiso: hoc non soluit, quia beati non indigent sacrificio: ergo non debent in nostro sacrificio signari.

3. I T E M videtur quod in plures partes, quia viui sunt in multiplici differentia. Quidam enim sunt actiui, quidam contemplatiui, quidam prelati, quidam sunt boni, quidam mali: sed debent significari vini, sicut mortui: ergo multo plures debent esse partes. Si dicas quod mali non debent significari. Contra: Christus pro omnibus se obtulit in cruce: sed hæc oblatio est rememoratio illius: ergo, et cetera.

4. I T E M obijcitur contra hoc quod dicitur, quod pars intincta signat beatos. S E D C O N T R A: Calix signat passionem: ergo nullo modo congruit ad signandum beatos.

5. I T E M dicitur quod pars comesta signat ambulantes super terram. S E D C O N T R A: Illa pars comesta incorporatur: sed ambulantes minime possunt

A incorporari: ergo per illam non debent signari.
 6. I T E M dicitur quod pars seruata signat mortuos. Contra: Pauci, aut nulli referuant: ergo nulli perficiunt sacramentum.

C O N C L V S I O.

Eucharistie fractio passionem Christi significat: sed partes corporis mystici partes representant.

R E S P O N. A D A R G. Dicendum quod sicut dicit Magister, ipsa fractio signat passionem, sed partes istæ signant partes corporis Christi mystici. Et quia partes in corpore Christi mystico sunt in triplici differentia: quidam enim regnant in paradiso, quidam securi expectant in sepulcro, quidam autem pugnant in merito: ergo tantum tres partes fiunt in hoc sacramento.

1. A D illud quod obijcitur primo, quod falsum est diuisio, dicendum quod non est, immo signat diuisionem, quæ fuit in passione.

2. A D illud quod obijcitur, quod deberent esse tantum duæ partes, patet responsio, quia mortui sunt in duplici differentia: vnde duæ partes sunt ad significandum illos: ad illud quod obijcitur, quod non deberet esse pro beatis, dicendum quod hoc sacrificium non tantum offertur in expiationem, sed etiam in gratiarum actionem: et ideo pro miseris, et beatis.

3. A D illud quod obijcitur, quod viui sunt in multiplici differentia, sicut mortui, dicendum quod non sunt in tanta differentia, quia omnes viui indigent sacrificio expiante a culpa, quidam autem mortui liberante a pœna: alij solum laudis memoria: ad illud quod obijcitur de malis, dicendum secundum Augustinũ, quod sacrificium corporis Christi solum pro his offerri debet, qui sunt de corpore Christi. Nec valet quod Christus pro omnibus est oblatus, quia hic nõ signantur omnes, pro quibus est oblatus, sed tantum illi, qui sunt de corpore Christi mystico.

4. A D illud quod obijcitur, quod calix signat passionem, dicendum quod alia proprietas est, scilicet facilis sumptionis, per quam beati signantur, qui sine aliqua retardatione degustant.

5. A D illud quod obijcitur, quod comestio dicit incorporationem, dicendum quod non tantum incorporationem dicit, sed etiam dicit perditam reiterationem: et per hoc significat ambulantes.

6. A D vltimum dicendum quod modo non seruatur propter periculum: tamen in diuisione trimembri triplex status membrorum Christi signatur, et referuatio partium solum ad euidenciam est.

D I S T I N C T. X I I. P A R S I I.

A N I L L V D S I T S A C R I F I C I V M,

et si sæpius immoletur Christus.

In prefat. 2. expof. ps. 21. de consec. d. 2. ca. Semel Christus. Epistol. 23. et habetur de consec. d. 2. ca. Semel immolatus. Super epist. ad Heb. et allegatur de cons.



O S T hæc queritur: Si quod gerit sacerdos proprie dicatur sacrificium vel immolatio: et si Christus quod die immoletur, vel semel tantum immolatus sit. Ad hoc breuiter dici potest, illud quod offertur et consecratur a sacerdote vocari sacrificium et oblationem: quia memoria est et representatio veri sacrificij, et sancte immolationis factæ in ara crucis. Et semel Christus mortuus in cruce est, ibiq. immolatus est in semetipso, quotidie autem immolatur in sacramento: quia in sacramento recordatio fit illius quod factum est semel. Vnde Augustinus: Certum habemus quia Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, et cetera: tamen ne obliuiscamur quod semel factum est, in memoria nostra omni anno fit, scilicet quoties pascha celebratur. Nec tamen toties Christus occiditur,

occiditur, sed tantum anniuersaria recordatio representat quod olim factum est: et sic nos facit moneri, tamquam videamus Dominum in cruce. Item: Semel immolatus est Christus in semetipso, et tamen quotidie immolatur in sacramento. Quod sic intelligendum est, quia in manifestatione corporis et distinctione membrorum semel tantum in cruce pependit, offerens se Deo Patri hostiam redemptionis efficacem, eorum scilicet, quos predestinavit. Item Ambrosius: In Christo semel oblata est hostia ad salutem potens. Quid ergo nos? Nonne per singulos dies offerimus? Et si quotidie offerimus, ad recordationem eius mortis fit: et vna est hostia non multa. Quomodo? vna et non multe, quia semel immolatus est Christus. Hoc autem sacrificium exemplum est illius, id ipsum, et semper id ipsum offertur: proinde hoc idem est sacrificium, alioquin dicitur, quoniam in multis locis offertur, multi sunt Christi, non: sed vnus vbique est Christus: et hic plenus existens, et illic plenus: sicut quod vbique offertur, vnus est corpus, ita et vnus sacrificium. Christus hostiam obtulit, ipsam offerimus et nunc: sed quod nos agimus, recordatio est sacrificij. Nec causa sue infirmitatis repetitur, quia perficit hominem: sed nostra, quia quotidie peccamus. Ex his colligitur esse sacrificium et dici, quod agitur in altari, et Christum semel oblatum, et quotidie offerri: sed aliter tunc, aliter nunc. Et etiam quæ sit virtus huius sacramenti ostenditur, remissio scilicet peccatorum venialium, et perfectio virtutis.

De causa institutionis.

I N S T I T V T V M est enim hoc sacramentum duabus de causis. In augmentum virtutis, scilicet charitatis, et in medicinam quotidianæ infirmitatis. Vnde Ambrosius: Si quoties effunditur sanguis Christi, in remissionem peccatorum effunditur, deo semper accipere, qui semper peccat, deo semper habere medicinam. Item Augustinus: Iteratur quotidie hæc oblatio, licet Christus semel sit passus: quia quotidie peccamus peccatis, sine quibus mortalis infirmitas vivere non potest. Et quia quotidie labimur, quotidie Christus mystice immolatur pro nobis. Dedit enim nobis hoc sacramentum salutis, ut quia nos quotidie peccamus, et ille iam mori non potest, per hoc sacramentum remissionem consequamur. Quotidie comeditur ipse, et bibitur in veritate, sed integer et viuus manet. Item: Myserium fidei dicitur, quia credere debes quod ibi salus nostra consistat. Si autem queratur, vtrum quotidie communicandum sit, audi quid inde tradit Augustinus: Quotidie, inquit, Eucharistiam accipere nec laudo, nec vitupero: omnibus tamen Dominicis diebus communicandum hortor. Si tamen mens in affectu peccandi est, grauari magis dico Eucharistie perceptione, quam purificari. Et licet quis peccato mordeatur, si peccandi tamen de cetero non habeat voluntatem, et satisfaciatur lacrymis et orationibus, accedat securus, sed hoc de illo dico, quem mortalia peccata non grauant. Si vero non frequentius, saltem ter in anno homines communicent, nisi forte quis criminalibus impediatur: in Pascha scilicet, et in Pentecoste, et in Natali. Omnes ergo communicent, qui noluerint carere ecclesiasticis liminibus.

D I S T I N C T. X I I. P A R S I I.

A Quia in hoc sacramento recordatio fit illius, quod factum est semel. Dub. I.

De consequentibus ad consecrationem corporis Christi, quantum ad frequentationem.

Post hæc queritur, si quod gerit sacerdos, et cet.

Expositio textus.



V P R A egit Magister de fractione, hic agit de frequentatione. Et quoniam hoc sacramentum frequentari contingit et a sacerdote conficiente, et a populo: et vtraque frequentatio respicit suum finem: nam sacerdotalis præcipue respicit significationem: sed populi frequentatio respicit sanationem: ideo pars hæc habet duas partes. In prima querit, quare sacerdos frequenter conficit. In secunda determinat, quare fideles frequenter recipiunt, ibi: Institutum autem est hoc sacramentum, et cetera. Prima pars habet duas. In prima mouet quæstionem. In secunda determinat, ibi: Ad hoc breuiter dici potest. Similiter secunda pars duas habet. Primo determinat huius sacramenti efficaciam. Secundo vero mouet quæstionem de frequentia, ibi: Si autem queritur, vtrum quotidie communicandum.

Diuisio.

Si hoc verum est: ergo tantum semel deberet fieri ab vno sacerdote, et semel manducari. I T E M baptisimus qui signat passionem Christi, non iteratur: ergo nec illud sacramentum.

R E S P O N. sicut dicit Magister in littera, hic signatur passio Christi tamquam in signo, et tamquam in signo rememoratiuo: et quoniam frequenter rememorari debemus Christi semel passi: ideo illud sacramentum iteratur pluries. Sed si tunc obijcias de sacramento baptismi, dicendum quod non est simile, quia baptismus signat passionem, prout nos per illam morimur peccato originali, quod traximus ab Adam: et hoc non facit passio in quolibet nisi semel, hinc est quod baptismus non potest iterari: et si quis iterat, facit contumeliam sacramento. In hoc autem significatur Christus passus, ut nos reficiens: et quoniam sæpe reficit in omni memoracione: ideo sæpe iteratur illud sacramentum sine contumelia: nec dicitur proprie iterari sacramentum, sed frequentari, quoniam vnus et idem continetur in hostia hesternæ, et hodiernæ: tunc autem iteraretur, si super eandem hostiam fieret iteratio formæ: et hoc non posset fieri scienter absque peccato.

R16

Et si quotidie offerimus, ad recordationem mortis eius fit. Dub. I I.

CONTRA: Est enim instantia in die veneris sancto, quando sacerdos non conficit sacrificium: et videtur quod tunc magis deberet: si enim hoc est memoriale passionis: ergo cum illo die specialiter memoria habeatur, videtur quod tunc magis esset conficiendum. I T E M quæritur iuxta hoc, quare sacramentum reservatur sub forma panis, non vini.

ET respondetur ad primum, quod aliud est conficere, siue consecrare, aliud est offerre: et quamvis in illo die non fiat confectio, fit tamen oblatio, quia sacerdos corpus in præcedenti die consecratum offert in altari. Si vero quæras, quare fiat oblatio, et non consecratio. Respondetur quod oblatio, siue sumptio fit a sacerdote, ne oratio Dominicalis, quæ dicitur quotidie in illo die ab Ecclesia, in qua petitur: Panem nostrum quotidianum, vacua fiat. Sed consecratio non fit, sed reservatio propter hoc, quod in illo die fuit Dominus passus in propria effigie, non in signo. Et quia tota dies est memoriale passionis, et totum officium: ideo non fit consecratio a cena usque ad sabbatum, in quo est memoria resurrectionis: unde cantatur missa de resurrectione. Quod quæritur de sanguine, quare non reservatur. Aliqui dicunt quod non oportet, quia vinum quod sacerdos ponit in calicem, per appositionem corporis consecratur: Sed illud non potest habere veritatem, sicut probari potest de facili, quia nullo modo fit transubstantiatio sine verbo. Et ideo dicunt alij, quod triplici de causa non reservatur. Una est propter periculum effusionis. Alia propter verbum Domini, quod dixit super calicem: Non bibam de hoc genimine, et cetera, et ideo non sumit sanguinem sacerdos a cena usque ad resurrectionem. Tertia est, quia sacerdos magis sumit ad refectionem, quam ad significationem, quoniam totus Christus est perfecte sub specie panis, quamvis non perfecte significetur: ideo solum in specie panis sumitur, et solum sacrificium, siue sacramentum corporis reservatur.

Semel immolatus est Christus. Dub. I I I.

CONTRA: Si enim semel immolatus est Christus, videtur quod saltem in die non liceat sacerdoti pluries conficere. Quæritur ergo quo modo liceat sacerdoti pluries conficere, et sumere in eodem die, cum populo non liceat, nisi semel: et videtur quod magis sit licitum populo, cum minus sit horum alterum, scilicet sumere, quam vtrumque, scilicet conficere, et sumere.

RESPON. Dicendum quod propter reuerentiam sacramenti sunt duo instituta circa modum sumendi hoc sacramentum, scilicet quod sumatur ieiunio stomacho, et quod tantum semel, vt ab alijs cibis discernatur. In primo communicat sacerdos, et populus: oportet enim quod sacerdos ieiunus sit sicut populus: et hoc habetur in quadam Decretali de celebratione missarum ex parte nostra: et ita semper sacerdos vino profundere debet postquam accepit totum Eucharistiæ sacramentum, nisi cum eodem die aliam missam celebrare debuit, quia si forte vinum perfusionis acciperet, aliam celebrationem impediret. Sed in illo differt, quia alicui de populo bis communicari non licet, sed licitum est sacerdoti propter hoc quod est persona communis, et debet celebrare Missam omni populo: et quia potest esse quod vnus sacerdos propter tenuitatem, et vicinitatem deseruit duabus Ecclesijs, vel quia in eadem Ecclesia propter sollempnitatem officij oportet plures Missas cantare, sicut in nativitate Domini, et quodcumque celebrant, tenentur communicare: ideo indulgentiam est eis plures Missas celebrari in eodem die, et pluries hoc sacramentum sumere.

Quia quotidie peccamus peccatis, sine quibus mortali iniquitate vivere non posset. Dub. I V.

Videtur hic male dicere Augustinus: quia nullus peccat in eo quod vitare non potest: ergo talia non videntur esse peccata.

RESPON. Dicendum quod ad hoc dupliciter potest responderi. Vno modo, quod quamuis peccata non possint vitari generaliter, et vniuersaliter: possunt tamen vitari particulariter hoc, et illud. Et ponitur exemplum in nauis, in quam ingreditur aqua. Sed quo modo possunt vitari motus, qui veniunt ex surreptione, et in particulari difficile est dicere. Et ideo alius modus est dicendi, quod est distinguendum in necessitate, et in peccato. Est enim necessitas ex naturæ institutione, et est necessitas ex corruptione. Prima est data. Secunda est, quam incurrit homo ex culpa. Prima necessitas omnino excludit culpam: Secunda vero excludit culpam actualem, mortalem, non tamen venialem. Unde sicut vult Augustinus de perfectione iustitiae hominis, quia homo noluit vitare peccatum, cum potuit: inflictum est ei non posse, cum velit.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam huius partis secundum duo, quæ determinat hic Magister, duo principaliter quærentur. Primo quæritur de huius sacramenti efficacia. Secundo quæritur de frequentatione. Circa primum quærentur tria. Primo quæritur, vtrum sacramentum habeat efficaciam in quolibet viro iusto. Secundo, vtrum habeat efficaciam in aliquo peccatore, existenti scilicet in mortali peccato. Tertio quæritur de ipsa efficacia in se.

QVÆSTIO I.

An sacramentum habeat efficaciam in quolibet viro iusto.

Alex. Alenf. 4. p. q. 10. memb. 8. ar. 3. §. 2. S. Thomas 3. p. q. 77. ar. 7. Et 4. Sent. d. 12. q. 2. ar. 2. q. 1. Richar. 4. Sent. d. 12. ar. 6. q. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 12. q. 10.

VO D habeat efficaciam in quolibet viro iusto, ostenditur, quia sacramentum habet efficaciam nisi habeat obicem: sed in nullo viro iusto habet obicem: ergo in quolibet habet efficaciam.

I T E M sacramentalis manducatio quando coniuncta est spirituali, semper habet efficaciam: sed semper coniuncta est spirituali in viro iusto, quia spiritualiter manducare est in ipso manere, vt dicit Augustinus, sed omnis iustus manet in ipso: ergo, et cetera.

I T E M Damascenus dicit, quod caro Christi est sicut carbo ignitus: sed habet sensum corporalem semper calefit per contactum carbonis materialis: ergo similiter habens sensum spiritualem per contactum carbonis spiritualis: sed omnis iustus sensum habet spiritualem: ergo, et cetera.

I T E M si aliquid requiritur ultra charitatem in suscipiente, quæritur quod sit illud, et quæ, et quot.

CONTRA. Baptismus non habet efficaciam in adulto, nisi se præparet: ergo a simili nec hoc sacramentum habet efficaciam in iusto, nisi se præparet: et ad hoc facit verbum beati Pauli: Probat autem seipsum homo.

I T E M possibile est quod iustus habeat conscientiam se grauitere

AD OPPOSITVM.

Lib. 21. de Ci. Dei. ca. 25. to. 5. Damasc. lib. 4. ca. 14. ad mod.

FVNDA-MENTA. I. Cor. 11. g.

se grauitere peccasse, vel esse in graui peccato, quia frequenter peccatum veniale perpetratum reputatur mortale a perfectis, propter hoc tamen non cadit a iustitia: sed si talis accedat accedit indigne, et talis non recipit efficaciam: ergo, et cetera.

I T E M efficacia huius sacramenti consistit in deletione venialium, et augmento virtutum: sed venialia non dimittuntur, nisi homo se præparet per contritionem, cum ex actu nostro sint commissa: similiter nec virtutes augentur: ergo non in omni iusto habet efficaciam.

CONCLUSIO.

Eucharistia habet efficaciam in digne accedente tantum, et debite præparato per sui diiudicationem.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod sacramentum hoc non habet efficaciam in aliquo, nisi in digne accedente. Digne autem accedere in hoc consistit, quod homo se præparet, sicut debet. Tantum enim sacramentum recipere, sicut recipitur alius cibus, non est congruum, nec fructuosum. Et quia in hoc sacramento præsens est diuina maiestas, et summa exprimitur charitas: ideo debet recipi cum honore, et deuotione. Et quia cum honore, et deuotione non suscipitur tam nobilis hospes in immundo hospicio, necesse est, quod homo hospitium Deo præparet per sui diiudicationem. Et quia non præparat hospitium hospiti, nisi ipsum cognoscat, necesse est quod cibum istum ab alijs discernat. Ad hoc ergo quod sacramentum hoc habeat in aliquo efficaciam, primo oportet cibum istum ab alijs discernere per fidem. Secundo hospitium præparare per sui ipsius probationem. Tertio in hospitium paratum recipere cum honore, et deuotione. Et primum, et secundum habemus ab Apostolo: Secundum ibi: Probat seipsum homo. Primum ibi: Non diiudicans corpus Domini. De tertio habemus exemplum in Zachæo. Et quia multi recipiunt hoc sacramentum, qui se non debite præparant: ideo multi imbecilles, et infirmi, et dormiunt multi.

I. Cor. 11. g. Luc. 19. a.

S. Tho. 3. p. q. 79. ar. 7. augetur gratia habitualis, sed non sensus actualis, nisi refectio spiritualis dulcedinis.

Exempli.

quando aliquis verbotenus narrat passionem Christi, et illud partim est viuum, et partim mortuum. Viuum est in corde bonorum prædicatorum, sed mortuum in corde tepidorum, et malorum. Vel viuum in corde, et cogitatione, non viuum in voce: et hoc est ad auditum. Auditus autem non ita apprehendit de longinquo. In sacramento vero est memoriale, cum ipsum corpus Christi significatur, et continetur in specie panis, et sanguis in specie vini: et hoc est memoriale viuum, quia ipse Christus seipsum ibi præbet, offerens nobis corpus, quod pro nobis fuit effusus: et hoc est ad gustum, qui de proximo apprehendit, vt iam non quasi speculatione, sed quadam experientia passionis eius memores simus. Si ergo accendit affectum nostrum passio descripta, et amplius feruenter prædicata, multo magis inflammare, et afficere debet in hoc sacramento expressa: et hoc absque dubio facit, si quis sensum habet, et illum conuertit ad hoc sacramentum: ille ergo est qui ex hoc sacramento efficaciam reportat, qui se conuertit. Ille vere audit Missam, non qui tantum verba dicit, vel audit sine deuotione, sed ad hoc memoriale totam mentis intentionem conuertit.

QVÆSTIO II.

An sacramentum habeat efficaciam in aliquo peccatore.

Alex. Alenf. 4. p. q. 10. memb. 8. ar. 3. §. 2. S. Thomas 3. p. q. 79. ar. 7. Et 4. Sent. d. 12. q. 2. ar. 2. q. 2. Richar. 4. Sent. dist. 12. ar. 5. q. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 12. q. 10.

TRVM habeat efficaciam in aliquo peccatore, videlicet qui est in mortali peccato. Et quod sic, videtur per illam collectam: Sit ablutio scelerum, sit fortitudo fragilium: sed scelera non dicuntur nisi magna peccata: ergo, et cetera.

AD OPPOSITVM.

I T E M Damascenus: Corpus Christi omnis læsionis est vnctio, omnis fordis purgatio: ergo fordis mortalis.

Damasc. lib. 4. ca. 14. da fide. De consec. dist. 2.

I T E M Iulius Papa de consecratione: Cum omne crimen, atque peccatum oblati Deo sacrificijs deleatur, et cetera. Sed crimen pro maioribus peccatis accipitur: ergo, et cetera.

I T E M ratione videtur, quia illud sacramentum est expressissimum signum passionis: ergo cum efficacia sequatur signantiam, et omnia sacramenta efficaciam habeant a passione, hoc habebit potissimam: ergo si baptisimus, et poenitentia habent efficaciam, in peccatore, videtur similiter quod et illud.

I T E M in sacramento isto realiter continetur auctor, et mediator, et fons gratie, quod in nullo alio: ergo videtur quod si aliquod sacramentum potest fugare culpam, quod hoc multo magis: sed aliquod potest vt baptisimus: ergo, et cetera.

I T E M esto quod aliquis peccator attritus accedat ad hoc sacramentum, non tamen sufficienter, si talis accederet ad baptisimum, et poenitentiam iustificaretur, quia non habet obicem: ergo pari ratione cum non habeat obicem, iustificatur in hoc sacramento.

I T E M accedens sicte ad baptisimum, fictione recedente habet efficaciam: ergo similiter videtur quod istud sacramentum: et ita est vtile peccatori. CONTRA per Augustinum ad Renatum: Quis offerat corpus Christi, nisi pro his, qui sunt de corpore Christi: sed nullus peccator est talis: ergo pro eo non debet offerri.

FVNDA-MENTA. Aug. lib. 1. de orig. an. c. 9. to. 7.

I T E M

ITEM Ambrosius: Spiritualiter manducat; qui innocentiam ad altare portat: sed nullus existens in mortali, portat ad altare innocentiam: ergo, et cet.

ITEM ratione videtur, quia accedens ad hoc sacramentum, aut accedit digne, aut non. Si digne accedit: ergo dignus est, et ita non habet culpam. Si non digne: ergo non reportat efficaciam: ergo non habet efficaciam in peccatore.

ITEM hoc sacramentum habet efficaciam mediante manducatione spirituali: sed manducatio spiritualis fit mediante charitate: ergo praesupponit charitatem: ergo qui accedit sine charitate, non reportat efficaciam.

CONCLUSIO.

Est virtus Dei non sit limitata, quo minus per Eucharistiam possit remittere culpam: tamen de communi lege non prodest nisi existentibus in charitate.

RESPON. AD ARG. Non limitamus largitatem Dei, quin in hoc sacramento possit, et aliquando faciat remissionem omnis culpae. Sed secundum forum commune, et generalem rationem institutionis sacramenti, dicendum quod istud sacramentum datum est in cibum illis, qui sunt de corpore Christi, et omnes tales habent charitatem: ideo effectum habet in solis iustis. Effectus autem in iustis est liberando a culpa veniali, et praeservando a mortali, ut patebit.

1. 2. Ex hoc patet responsio ad duo prima, quia illud intelligitur per praeservationem, vel quantum ad aliquas reliquias.

3. 4. 5. Ad tria sequentia, dicendum quod sacramentum tantam habet efficaciam, quantum congruit habere his, quibus datur, et haec solis iustis datur: ideo non valet de baptismo, et poenitentia. Si ergo obijcias quod nobile est illud sacramentum inter cetera: dicendum quod nobile est ratione contenti, non ratione effectus ceteris alijs. Sed tunc obijcitur, quia adhuc non videtur solui: cum enim Christus sit hic praesens, videtur quod abundantius congrueret, hic gratiam eius comitari. Nam in adventu Christi abundanter gratia collata est. Ad hoc dicendum quod hoc spectat ad nobilitatem sacramenti, quod non deletur ibi culpa mortalis: tam enim est nobile sacramentum, et tam nobile panis, quod non debet dari nisi filijs, et iam iustificatis: et qui tales sunt, non habent culpam mortalem. Ideo de speciali dignitate huius sacramenti est, quod non ordinetur contra mortalem culpam: et sic patet responsio ad illa tria.

6. 7. Ad illud quod obijcitur de recessu fictionis, dicendum quod non est simile, quia in baptismo manet character, ex quo est susceptibilis gratiae: non sic in proposito.

QVAESTIO III.

An efficacia Eucharistiae sit venialium remissio, et virtutum augmentatio.

Alex. Alenf. 4. p. q. 20. memb. 3. ar. 1. §. 1. et ar. 2. S. Tho. 3. p. q. 79. ar. 4. Et 4. Sent. d. 12. q. 1. ar. 1. q. 1. Richardus 4. Sent. d. 12. ar. 5. q. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 12. q. 11. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 12. q. 13.

FVNDAMENTA. Inoc. 3. 14. Lib. de alt. myst. c. 44.



VAE sit efficacia huius sacramenti. Et dicit Magister quod est venialium remissio, et augmentatio virtutum. Et quod ita fit, videtur. Innocentius dicit: Eucharistia liberat a malo, et conseruat in bono, delet venialia,

A et cauet mortalia. Huius etiam virtute sacramenti vniuersae virtutes augentur, et omnium gratiarum fructus exuberat.

ITEM ratione videtur, quia hoc dicitur esse sacramentum vnionis: aut ergo quia de nouo vnire, aut quia magis vnire. Non quia de nouo vnire: ergo quia magis vnire: sed si magis vnire: ergo auget virtutes.

ITEM si magis vnire: ergo repugnat ei quod minus: sed hoc est veniale, quia dicit Augustinus: Minus te amat, qui tecum aliquid amat: et hoc dicitur de veniali: ergo, et cet.

ITEM caro Christi est sicut carbo ignitus: sed carbonis igniti est pellere frigus, et intendere calorem: ergo hoc sacramentum reprimat motus frigidus culpae, et intendit motus viuos gratiae: ergo delet, et auget.

ITEM hoc sacramentum quotidie offertur: ergo si non frustra est: dat ergo aliquid, quo quotidie indigemus: sed illud quo quotidie indigemus, est liberatio a veniali malo, et profectus in bono: quia charitas aut deficit, aut proficit: ergo, et cet.

CONTRA: Vnius sacramenti vnus debet esse effectus praecipuus: ergo non est ad hos duos effectus praedictos.

2. ITEM quod non fit ad remissionem venialium, ostenditur primo: quia qui accedit ad hoc sacramentum, aut accedit contritus, aut non. Si contritus: ergo remissa est ibi culpa. Si non contritus: ergo remanet culpa: ergo nullum habet Eucharistia effectum super venialia. Si dicas quod contritio non semper sufficit, esto quod tanta sit quod sufficiat, tunc non habebit hoc sacramentum effectum, et tamen melius est dispositus.

3. ITEM si effectus huius sacramenti est deletio venialium: ergo qui peccat venialiter, irritat effectum eius, sicut qui peccat mortaliter, irritat effectum baptismi: sed homo habet necesse peccare venialiter: ergo et hoc sacramentum irritare: ergo nunquam accipi debet, quia nunquam debet quis contumeliam huic sacramento inferre.

4. ITEM quod augmentum virtutum non sit effectus huius sacramenti videtur: quia si hoc, tunc ergo valde cito fieret aliquis perfectus, qui hoc sacramentum quotidie recipit: sed hoc videmus esse falsum: ergo, et cetera.

5. ITEM augmentum virtutum est effectus baptismi, et confirmationis, sicut supra dixit Magister, et similiter remissio venialium: non ergo huius sacramenti.

CONCLUSIO.

Efficacia sacramenti Eucharistiae est magis vnire, fortificare, tollere peccata venialia, et ad augmentum virtutum, et charitatis prodest.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod cum hoc sacramentum sit vnionis, effectus eius primus, aut est vnire, aut magis vnire: sed non de nouo vnire, ut supra ostensum est: sed iam vnitos magis vnire. Magis autem vnire est tripliciter. Aut quia quis vnitur maiori vinculo: ut ille magis vnitur, qui maiorem habet charitatem. Aut quia eodem vinculo vnitur strictius: ut ille qui secundum eundem habitum feruentius amat. Aut quia eodem firmitus: ut ille qui in eodem habitu est magis radicatus. Dicitur ergo hoc sacramentum magis vnire, quia digne accedentem reddit feruentiorem, ut carbo ignitus: et iterum reddit fortiorem, ut bonus cibus. Et ex hoc quod reddit charitatem magis ignitam, adiuuat ad consumendam peccati venialis rubiginem. Ex hoc quod magis firmat, adiuuat ad vitandum omnia scelerata: et ratione vtriusque valet ad augmentum virtutum, et maxime charitatis, quae est vinculum, non quantum.

Lib. 10. com. sess. ca. 29.

Damas. lib. 4. c. 14.

AD OPPOSITVM.

Idem. S. Tho. 3. p. 70. ar. 1. et Rich. an. 3. q. 1.

Damas. lib. 4. cap. 14.

Tho. ar. 7. augetur bonitas quo ad habitum, etiam sine dulcedine.

quantum ad essentiam, sed quantum ad feruorem, vel radicationem. Feruorem enim minuitur quotidie per venialia, et radicatio: ideo oportet per hunc cibum restaurari deperditum.

1. Ex his patet obiecta. Nam rationes ad primam partem sunt concedenda. Quod vero obijcitur, quod vnus est effectus, dicendum quod verum est primus: et ille est magis vnire, et per illum habet hos duos consequentes.

2. Ad illud vero quod obijcitur, quod venialia delentur in contritione, dicendum quod iste non est effectus primus: sed ex consequenti fit, quando homo indiget: ut puta quando feruor charitatis per se non est ita intensus, quod peccata venialia delet, adiungitur carbo diuinitus, per quem vigoratur, et vigorata delet venialia: nihilominus tamen si non habet venialia, charitatis feruor vigoratur.

3. Ad aliud dicendum quod non irritatur huius sacramenti effectus per aliquod veniale, quia veniale non tollit gratiam, sicut mortale tollit, et possibile est vnus veniale remitti altero non remisso: vnde veniale nec irritat antecedenter faciendum fictum, nec consequenter euacuando fructum: nec oportet alia venialia deleri: sed secundum quod homo melius se disponit, et charitas contra illa vigoratur: vnde plus et minus in diuersis.

4. Ad illud quod obijcitur de augmento, dicendum quod augmentum intelligitur quantum ad feruorem, non quantum ad essentiam. Et quantum ad feruorem non omnes ita procedunt propter multa venialia, quae committuntur, quae illum diminuunt. 5. Victimam manifestum est, quia neuter horum est primus, et proprius effectus huius sacramenti, sed magis vnire, ut visum est.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER quaeritur de huius sacramenti frequentatione. Et circa hoc quaeruntur tria. Primo quaeritur, vtrum necesse sit accedere ad hoc sacramentum, siue vtrum teneamur accedere. Secundo quaeritur, quid sit melius habenti libertatem accedendi, scilicet frequentare, an tarde accedere. Tertio, vtrum homo debeat se retrahere ab hoc sacramento propter immunditiam corporalem.

QVAESTIO I.

An sit necessarium accedere ad sacramentum Eucharistiae.

Alex. Alenf. 4. p. q. 11. memb. 2. ar. 4. §. 1. q. 1. et 4. S. Tho. 3. p. q. 73. ar. 3. Et 4. Sent. d. 12. q. 3. ar. 2. q. 1. Richardus 4. Sent. dist. 12. ar. 2. q. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 12. q. 13.

AD OPPOSITVM. Ioan. 6. f.

Cap. omnis vtriusque sexus.

Innocent. in concil. Lar. can. 2. lib. 5. Decret. tit. 28. cap. 12.

VD fit necesse ad hoc sacramentum accedere, ostenditur hoc modo: Nisi manducaueritis carnem, et biberitis eius sanguinem, non habebitis: et cetera.

2. ITEM Ecclesia excommunicat non accedentes ad hoc sacramentum determinatis temporibus: sed non excommunicat pro veniali culpa vel leui: ergo grauis culpa est non accedere: et si hoc, necesse est accedere.

3. ITEM Innocentius: Necessario manducandus est agnus, ut a vastante Angelo protegatur: nec exire possumus de Aegypto, nisi celebrando phase, Paschalem agnum comedamus. Et ante hoc dicit,

A quod necesse est, quod homo se praeparet, ne cessando sumere, incurrat periculum.

4. ITEM de sacerdote specialiter ostenditur. Nam ut dicit Ambrosius in quadam oratione: Graue est quod ad mensam tuam mundo corde, et innocentibus manibus non venimus: sed grauius est si peccata meruendo sacrificium non reddamus: sed primum est mortale: ergo et secundum.

5. ITEM ratione videtur: quia sacerdoti impositum est officium: sed officium sine vsu est otiosum. Et amplius: Qui habet talentum, tenetur illo vti, ne damnetur cum seruo nequam: ergo tenetur sacrificium offerre. Et est exemplum: Si aliquis habet officium praedicandi sibi impositum, et videret expedire executionem, et negligeret, graniter peccaret.

CONTRA per Augustinum: Quid paras dentem, et ventrem? crede, et manducasti: si ergo sufficit ad manducationem credere: non ergo tenemur sumere sacramentum.

ITEM effectus huius sacramenti est deletio venialium, et augmentum virtutum: sed neutrum est de necessitate salutis: ergo, et cetera.

ITEM si necesse esset accedere: ergo paruuli qui non accedunt, nec manducant, omnes damnarentur.

CONCLUSIO.

Eucharistia sumptio non est de necessitate, quantum est de sua institutione, sed est necessarium ex precepto superaddito, et officio sumpto.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod sacramentum hoc non est de necessitate quantum est de sua institutione: sed si est, hoc est ex assumpto officio, vel mandato superaddito. Ex assumpto officio quod scilicet necessarium est exequi: ut cum sacerdos viuit de altari, ut parochianus proficit, debet seruire altari: si autem non viuat de altari: sed in libertate sua remaneat, non tenetur magis, quam alius homo ex debito, sed magis ex bono, et aequo. Ex mandato superaddito quod instituit Ecclesia, ut fideles communicarent semel in anno, et in morte. Vnde si quis negligit, non est sine contemptu: ideo peccat mortaliter. Ratio autem quare Ecclesia instituit, est quia hoc sacramentum est salubre, et multi erant negligentes de sua salute. Institutio autem Ecclesiae fuit sub precepto, ut patet in Decretal. de poenitent. et remiss. libro sexto: Omnis vtriusque sexus fidelis cum ad annos discretionis peruenerit, recipiat reuerenter ad minus in Pascha Eucharistiae sacramentum, nisi forte de proprii sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ab eius perceptione ad tempus duxerit abstinentium: alioquin et viuens ab ingressu Ecclesiae arceatur, et moriens Christiana careat sepultura. Constat autem quod haec est poena excommunicatorum.

1. Ex his patet obiecta. Nam verbum Ioannis, siue Domini in Ioanne intelligitur de manducatione spirituali, quae est per fidem, et charitatem sine qua nemo adultus saluatur: et haec etiam est in paruulo aliquo modo ad incorporationem.

2. 3. Ad illud quod obijcitur de Ecclesia, patet responsio, quia Ecclesia instituit: et ut institutio esset firma, addit poenam. Similiter illud Innocentij intelligitur aut de manducatione spirituali, aut de sacramentali ratione institutionis Ecclesiae.

4. Ad illud quod quaeritur de sacerdote, dicendum quod si sacerdos est qui habet curam, tenetur, nisi alius eius defectum suppleat. Ad illud quod obijcitur de Ambrosio, dicendum quod loquitur de talibus, qui tenentur. Vel si de omnibus, tunc loquitur de immunditia veniali non mortali.

5. Ad aliud, dicendum quod officium sacerdotale non imponitur, ut homo necessario exequatur: sed pro loco, et tempore, ut sibi videbitur expedire: et ideo

FVNDAMENTA. In 10. tract. 26. ca. 9.

Vide de cõ. sec. d. 2. ca. est non se quentius. Consentit S. Tho. 3. p. q. 73. ar. 3.

et ideo si conscientia dicitur, quod sit abstinentium ob sui indignitatem, et reuerentiam sacramenti, non peccat: nec etiam praedicator nisi quando videt imminere periculum, vel negligit officium per inobedientiam: est enim ei iniunctum, vt illud exequatur.

QVÆSTIO II.

An habenti libertatem sit melius frequenter accedere, quam tarde

Alex. Alenf. 4. p. q. 11. memb. 2. ar. 4. §. 1. q. 2. et 3. S. Thoms 3. p. q. 80. art. 10. Et 4. Sent. d. 12. q. 3. ar. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 12. q. 14.

FVNDAMENTA. Act. 14. d.

Habente libertatem accedendi, quid sit ei melius, frequentare, an tarde accedere. Et quod frequentare, videtur: quia in primitiua Ecclesia, secundum quod dicitur, quotidie communicabant: ergo si optime fuit ab Apostolis instituta, videtur quod eorum exemplo melius sit quotidie communicare.

Mat. 6. b Luc. 11. a

ITEM ostenditur auctoritate Domini: Dominus enim docuit nos orare, et petere quotidie panem subsistentialem, et alius Euangelista nominat ipsum quotidianum. Et Ambrosius dicit: Panis iste quotidianus est, quotidie accipe, vt quotidie tibi proficiat: ergo videtur auctoritate Domini, et Ambrosij quod quotidie sit melius.

Ambrosio Sacramentis li. 4. c. 6. et Aug. de Ver. Dom. ser. 28. 10. 10.

ITEM ratione videtur: quia hoc sacramentum est in remissionem venialium: sed semper peccamus venialiter: ergo debemus quotidie accipere. Et hoc est quod dicit Ambrosius: Cum sanguis Christi effunditur, in remissionem peccatorum effunditur: semper ergo accipere debeo, qui semper pecco.

Ambr. li. 4. ca. 6. de Sacramentis.

ITEM alia ratione videtur: quia sacramentum illud auget in homine virtutem, et charitatem: sed quanto hac magis augetur, tanto melius est homo dispositus: et quanto melius dispositus, tanto frequentius debet accedere: ergo a primo ad vltimum ad sacramentum hoc semper est accedendum.

AD OPPOSITIVM. Ca. 37. 10. 3

CONTRA per Augustinum, de Ecclesiasticis dogmatibus: Quotidie Eucharistiam accipere nec laudo, nec vitupero: sed si semper deberet percipi, laudaret: ergo, et cetera.

In Ioan. tract. 26. 10. 9.

ITEM per Augustinum: Quid paras dentem, et ventrem? crede tantum, et manducasti: ergo nulla est vtilitas in accipiendo corporaliter, quia si aliqua esset vtilitas: male ergo diceret Augustinus: Quid paras dentem, et ventrem? quia diceretur ei, propter vtilitatem.

ITEM ratione videtur: quia possibile est manducare spiritualiter non accedendo, et non est ibi periculum, sed accedendo, nisi homo sit bene paratus, est periculum: ergo si via securior est eligenda: tunc ergo est raro communicandum sacramentaliter, et saepe spiritualiter.

ITEM Gloria Dei nostro commodo est praefenda: sed qui dimittit accedere propter sacramenti dignitatem, principaliter dat gloriam Deo: qui autem accedit propter sacramenti efficaciam, attendit commodum suum: ergo melius facit qui cessat, quam qui accedit. Iuxta hoc queritur de diuersitate institutionis, quia secundum quod dicitur de consecratione dist. 2. Anacletus instituit, quod quodcumque venirent ad Ecclesiam. Fabianus quod ter in anno. Socher Papa quod in cena Domini: et Decretalis dicit, quod semel in anno.

CONCLUSIO.

Eucharistia frequens sumptio est bona, si accedens videat se esse paratum: si vero frigidum se agnoscat, melius est abstinere: et si medio modo se habeat, mediocriter debet accedere.

RESPOND. AD ARG. Dicendum quod si quis semper esset paratus, semper vtile esset hoc sacramentum recipere, vt scilicet haberet habitaculum mundum, et spiritualiter comederet hunc cibum cum honore, et deuotione. Quia igitur tempore Ecclesiae primitiuae erant mundi per baptismi innocentiam, et charitate ardentes per donationem Spiritus sancti: ideo congruebat eis quotidie communicare. Quia vero postmodum charitas refriguit, et per peccata munditia baptismalis vt in pluribus perditam fuit: relicta fuit iudicio, et conscientiae vniuscuiusque, vt reciperet quando se dispositum videret, ne aliter manducaret ad suam damnationem. Et quia homines incoeperunt fieri negligentes: oportuit vt iterum institueretur a summo Pontifice frequentatio. Sed quia frequentabant multi, et non bene se praeparabant: instituit Fabianus, vt tribus anni sollempnitatibus, in quibus homines melius parantur, et quas desiderabilius expectant, communicarent, scilicet, Natali, Paschate, et Pentecoste. Et quia homines adhuc processu temporis in his tribus temporibus negligenter se praeparabant: ideo hoc ad extremum est ad Pascha reductum, quod praecedit tempus praeparationis, scilicet quadragesima. Si ergo queritur, vtrum expediat frequentare alicui, dicendum quod si videat se esse in statu Ecclesiae primitiuae, laudandum est quotidie communicare. Si autem in statu Ecclesiae finalis, vt pote frigidum, et tardum, laudandum est: quod raro, Si autem medio modo, medio modo debet se habere: et aliquando debet cessare, vt addiscat reuereri: aliquando accedere, vt inflammetur amore: quia tali hospiti debetur honor, debetur et amor: et tunc secundum illam partem, secundum quam viderit se melius proficere, ad illam magis declinet, quod homo solum experientia discit. Omnes ergo rationes ad primam partem intelliguntur salua debita praeparatione, quae in paucissimis est vt semper.

1. AD illud quod obijcitur in contrarium, quod Augustinus non laudat, sed relinquit conscientiae, dicendum quod hoc dicit, quia quibusdam, vt tactum est, magis est vtile frequentare, quibusdam raro: quia maiorē efficaciam credo quod recipiat homo in vna Missa, vel manducatione, cum bona praeparatione, quam in multis si non se praeparat diligenter.

2. AD aliud quod dicit Augustinus, dicendum quod hoc dicit Augustinus, non quia manducatio sacramentalis non sit fructuosa, sed contra illos, qui carnaliter hunc cibum spiritualem comedebant, quia nullum fructum reportabant.

3. AD illud quod obijcitur, quod securius est, dicendum quod quamuis istud sit securius, tamen istud est vtilius, quia sicut plus prodest baptismus sanguinis, et fluminis, quam sanguinis tantum: sic plus manducatio spiritualis quando coniuncta est sacramentali, quam quando est per se solum.

4. AD aliud, dicendum quod vterque dat gloriam Deo, et qui manducat cum reuerentia, et qui ex reuerentia dimittit. Sicut enim dicit Augustinus, et

Centurio Dominum honorauit, cum noluit quod domum eius intraret: et Zachaeus, qui in domum introduxit.

Idem. S. Tho. 3. p. q. 80. art. 10. et art. 6. q. 1.

Mat. 8. a

Luc. 19. a

QVÆSTIO III.

QVÆSTIO III.

An homo propter immunditiam debeat se retrahere ab hoc sacramento.

Alex. Alenf. 4. p. q. 12. memb. 2. ar. 2. §. 3. S. Tho. 3. p. q. 80. art. 2. Et 4. Sent. d. 9. q. 2. ar. 4. Et de Verit. q. 28. ar. 3. ad 6. Rich. 4. Sent. d. 9. art. 2. q. 3. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 12. q. 15.

TRVM homo debeat se retrahere ab hoc sacramento propter immunditiam corporalem. Et quod sic videtur, quia in lege mulier, quae menstrua patiebatur, reputabatur immunda. Similiter vir, qui patiebatur feminis fluxum. Similiter mulier post partum: et propter istas immunditias arcebantur ab ingressu in templum, et esu agni abstinebant: ergo videtur quod mulier post partum, et esu agni veri homines arceri debent propter immunditiam corporalem.

AD OPPOSITIVM

Leui. 11. et 12.

ITEM Gregorius dicit, quod pollutus ex cogitatione praecedenti non debet accedere: aut ergo hoc est propter immunditiam corporalem, aut spiritualem. Non spiritualem, quia propter illam cogitationem, si non esset secuta pollutio, non impediretur: ergo propter immunditiam corporalem.

ITEM: Habebis locum, et cetera. Glossa: Munditiam corporalem diligit Deus: ideo praecipit, nihil foedum manere in castris: ergo et cetera.

ITEM ratione videtur, quia si aliquis immundis manibus consecraret, peccaret vti que quantumcumque sanctus: ergo et cetera.

ITEM In hoc sacramento non tantum est quid spirituale, sed etiam corporale: ergo debet esse munditia corporalis.

SED CONTRA: Iste cibus non est cibus ventris, sed mentis: ergo retrahi debet aliquis sola immunditia mentis, non carnis.

ITEM magis displicet Deo immunditia peccati venialis, quam quaelibet immunditia corporalis: sed propter peccatum veniale commissum non debet se retrahere: ergo nec propter aliquam immunditiam corporalem.

ITEM immunditia corporalis, vt pollutio, non impedit manducationem spiritualem, quae est nobilior: ergo multo minus nec sacramentalem.

FVNDAMENTA.

CONCLUSIO.

Corporalis immunditia coniuncta ab ea, quae est mentis, impeditur: non impedit sumptionem dignam Eucharistiae: secus, si mentis immunditiam habet annexam.

RESPOND. AD ARG. Dicendum quod immunditia corporalis quadruplex est. Quaedam est coniuncta spirituali secundum veritatem, vt pollutio veniens ex turpi cogitatione, vel crapula. Quaedam est coniuncta spirituali secundum conformitatem, vt pollutio veniens ex diabolica illusionē, vel ex naturae superfluitate, in qua sentitur pruritus, et delectatio inordinata. Quaedam vero est quae non est coniuncta spirituali, tamen est generans horrorem immunditiae in anima, vt pollutio veniens ex infirmitate. Quaedam autem est pure corporalis nullum horro-

S. Bon. To. 5.

rem immunditiae in anima generans: vt immunditia in pede. Prima immunditia impedit, propter hoc quod homo debet reputare se immundum. Vnde non recipit sacramentum cum peccatis, qui sic immundus est, nisi necessitas compelleret propter irreuerentiam priuatur fructu, et incurrit damnationem. Secunda immunditia, quae est in illusionē diabolica, arceri debet ex congruo: quoniam quamuis non sit certum, quod sit anima ibi maculata, tamen probabiliter potest dubitari: et ideo qui se reputat immundum, bene facit. Vnde Isidorus de cons. dist. vj. Quisquis nocturna illusionē polluitur, quamuis extra memoriam turpium cogitationum sese praesentiat inquinatum: tamen hoc vt tentaretur culpa suae attribuat, suamque immunditiam statim fletibus tergat. Tertia immunditia est indifferens, quia tantum est poena: et ideo non arceri. Si tamen ratione horrores abstineat, deuotio, et reuerentia est laudanda: vnde nec mulier menstruata arceretur, nec etiam mulier post partum, sicut dicunt iura. De primo reperies in Decreto. dist. vj. De secundo extra lib. iij. de purificatione post partum. Quarta simpliciter est indifferens inter omnes has immunditias. Prima magis impedit, vltima nullo modo: omnes tamen impediunt de congruo secundum gradus. Vnde si quis querat, vtrum semper quando polluitur corporaliter, cessare debeat, dicendum est, quod si sentit iniquationem illam multum animam inclinasse, quia in actu illo sit homo caro, siue in fomnis, siue in vigilijs, consulendum esset ei facere reuerentiam sacramento. Si autem sentit naturam magis expeditam, et vltimus deuotio trahat ad perceptionem: et sollempnitas trahat, vel aliquid quod multum recompetet; tunc arbitraret ipsum sine remorsu posse accedere. Concedendum ergo, quod solum propter carnis immunditiam non impeditur: sed quia haec immunditia coniuncta est immunditia mentis, nec solum propter immunditiam mentis, quia cogitatio cito transit, sed immundicia carnis horrorem relinquit, et diutius durat, et inordinat: et ideo quamuis pollutio sit peccatum veniale, magis tamen impedit, quam aliud veniale, propter horrorem diuturnitatem et maiorem deordinationem.

ITEM Ad illud quod obijcitur, quod immunditia corporalis, quia corporalis impedit per legē, dicendum quod non valet, quia lex data est in onus, et in figuram, et per illas immunditias figurabantur spirituales immunditiae.

ITEM Ad illud quod obijcitur de coniunctione cum vxore, dicendum quod raro contingit, quod homo coniungatur secundum illum actum debitum exigendo, quin sit ibi aliqua culpa: si autem solum reddēdo debitum, non credo quod debeat retrahi nisi de congruo, vel etiam causa prolis: et hoc dicit Gregorius: et habetur de consecr. dist. ij.

ITEM Ad illud quod obijcitur, quare pollutio impedit, dicendum quod ratione pollutionis carnis coniunctae pollutioni mentis: quia ex hac pollutione se immundum, et indispositum reputare debet, ad hoc sacramentum ratione praedicta.

ITEM Ad illud quod obijcitur, quod diligit Deus munditiam corporalem, dicendum quod verum est eatenus, quod excitat deuotionem mentis: e contrario abominatur immunditiam corporalem, quae est via ad irreuerentiam mentis: et talis bene impedit: Et per hoc patet sequens, quia immundis manibus non tractat Christi corpus, nisi homo qui modicam aut nullam adhibet reuerentiam.

ITEM Ad aliud de immundicia veniali patet solutio, quia non ita durat, nec ita mens abhorret, nec ita deordinat.

ITEM Ad vltimum, dicendum, quod in manducatione sacramentali venit Christus corporaliter in hominem, non in spirituali: ideo non est simile.

Vide S. Th. 3. p. q. 80. art. 7.

Expositio rationis.

P DIST.

SI HAERETICI EXCOMMUNICATI hoc sacramentum conficiant.

Questio. Responso.

In lib. de corpore Domini et al. legatur. 1. q. 1. c. intra catholicam Ioan. 1. c. 1. q. 1. Multi faculariū.

1. Cor. 12. b. 1. d. li. est. primo.

Hic magister non tenetur.

August. in ser. de cor. Christi.

Greg. maledicā benedictionibus vestris. id est, his quibus benedictionibus eorum se asserit maledicturam veritas, quid erit de hostia? Ergo dicemus illam posse benedici ab illo, quem scimus a Deo sorte maledictum cum sua benedictione? Si enim Deus maledixerit benedictionibus hereticorum, et schismaticus benedixerit: quis eorum praeualebit? Numquid benedictio maledicti ad nihilum poterit redigere verba verissima comminantis Dei? Ex his colligitur dicitur, vel quoniam non benedicunt sanctis ex hoc mysterium temerarie celebrare praesumit. Non enim dubitari licet, ubi corporis Domini et sanguinis mysteria geruntur, supernorum civium adesse conuentus. In huius autem mysterij expletione vel quia sicut formam seruari, ita ordinem haberi, scilicet ut sit sacerdos: et intentionem adhiberi oportet, ut agens bene illud facere intendat. Sed si non credit de illo mysterio sicut veritas habet, numquid potest intendere illud conficere? et si non intendit, numquid conficit? Aliqui dicunt etiam non recte de illo mysterio sentientes posse intendere, non quidem illud conficere, quod iam esset recte credere, sed id agere, quod geritur ab alijs dum conficitur: et sic adhibetur intentio: est intentio dicatur deesse conficiendi modo dicitur illud ministerium, tamen ex quo intendit ea dicere et agere, quae ab alijs geruntur, impletur mysterium. Illud etiam sane dici potest, quod a brutis animalibus corpus Christi non sumitur, esse videtur.



SOLET etiam quari, Vtrum pravi sacerdotes hoc sacramentum conficere queant. Ad quod dici potest, quod aliqui, licet sint pravi, consecrant vere, scilicet, qui intus sunt nomine et sacramento, et si non vita: quia non in merito consecrantis, sed in verbo efficitur Creatoris. Vnde Augustinus: Intra catholicam Ecclesiam in mysterio corporis et sanguinis Domini, nihil a bono maius, nihil a malo minus perficitur sacerdote: quia non in merito consecrantis, sed in verbo perficitur Creatoris, et virtute Spiritus sancti. Credendum est enim quod in verbis Christi sacramenta conficiantur. Sicut ipse est qui baptizat, ita ipse est qui per Spiritum sanctum suam efficit carnem et sanguinem. Item Gregorius: Putant quidam communionem corporis minus esse sanctificatam, si illorum fiat officio, quorum vita eorum oculis videtur ignobilis. Hec inquam magnum laqueum incidunt: ut divina et occulta mysteria plus ab alijs sanctificata posse fieri credant: cum unus idemque Spiritus sanctus in tota Ecclesia invisibiliter ea mysteria et operando sanctificet, et sanctificando benedicat. Mysterium ideo dicitur, quod secretam, et reconditam habeat dispensationem: sacrificium vero, quasi sacrum factum: quia prece mystica consecratur pro nobis in memoriam Domini passionis. Sacramentum est in aliqua celebratione, cum res ita sit, ut aliquid significata rei accipiamus. Sacramenta sunt, Baptisma, Chrisma, Corpus Christi: quae ideo sacramenta dicuntur, quia sub tegumento visibilium rerum divina virtus secretius salutem eorundem sacramentorum operatur. Vnde a secretis virtutibus, vel sacris sacramenta dicuntur. Panis et calicis sacramentum graecae eucharistia dicitur: latine bona gratia interpretatur: et quid melius corpore, et sanguine Christi? Sive ergo per bonos, sive per malos ministros intra Ecclesiam dispensetur, sacramentum tamen est, quia Spiritus sanctus vivificat: nec bonorum dispensatorum meritis ampliatur, nec malorum attenuatur. Hoc de corpore Domini, hoc et de baptisate, et chrismate dicendum est et tenendum: quia virtus divina secretius operatur in eis, et divina solummodo est hac virtus sine potestas, non humana efficacia. Illi vero qui excommunicati sunt, vel de heresi manifeste notati, non videtur hoc sacramentum posse conficere, licet sacerdotes sint: quia nemo dicit in ipsa consecratione, offero, sed offerimus, quasi ex persona Ecclesiae. Et ideo cum alia sacramenta extra Ecclesiam possint celebrari, de hoc non videtur. Quod etiam Augustinus iradere videtur, dicens: Recolite nomen, et adverte veritatem. Missa enim dicitur eo quod caelestis nuncius ad consecrandum vivificum corpus adveniat: iuxta dictum sacerdotis dicentis: Omnipotens Deus iube haec perferri per manus sancti Angeli tui in sublime altare tuum, et cetera. Idcirco nisi Angelus venerit, Missa nequaquam iure vocari potest. Numquid enim si hoc mysterium hereticus ausus fuerit usurpare, Angelus de caelo mittit Deus oblationem eius consecrare? maxime cum eisdem per prophetam comminatus sit dicens: Maledicam benedictionibus vestris. Quod si benedictionibus eorum se asserit maledicturam veritas, quid erit de hostia? Ergo dicemus illam posse benedici ab illo, quem scimus a Deo sorte maledictum cum sua benedictione? Si enim Deus maledixerit benedictionibus hereticorum, et schismaticus benedixerit: quis eorum praeualebit? Numquid benedictio maledicti ad nihilum poterit redigere verba verissima comminantis Dei? Ex his colligitur dicitur, vel quoniam non benedicunt sanctis ex hoc mysterium temerarie celebrare praesumit. Non enim dubitari licet, ubi corporis Domini et sanguinis mysteria geruntur, supernorum civium adesse conuentus. In huius autem mysterij expletione vel quia sicut formam seruari, ita ordinem haberi, scilicet ut sit sacerdos: et intentionem adhiberi oportet, ut agens bene illud facere intendat. Sed si non credit de illo mysterio sicut veritas habet, numquid potest intendere illud conficere? et si non intendit, numquid conficit? Aliqui dicunt etiam non recte de illo mysterio sentientes posse intendere, non quidem illud conficere, quod iam esset recte credere, sed id agere, quod geritur ab alijs dum conficitur: et sic adhibetur intentio: est intentio dicatur deesse conficiendi modo dicitur illud ministerium, tamen ex quo intendit ea dicere et agere, quae ab alijs geruntur, impletur mysterium. Illud etiam sane dici potest, quod a brutis animalibus corpus Christi non sumitur, esse videtur.

deatur. Quid ergo sumit mus, vel quid manducat? Deus novit hoc. De hoc caelesti mysterio aliqua perstrinximus, a catholicis fideliter tenenda. Qui enim his contradicit, haereticus iudicatur.

Quid faciat haereticum, et quid sit haereticus.

NE autem ignores quid faciat haereticum, vel quid sit haereticus, audi breuiter quid inde sancti doctores tradant. Hilarius ait: Extiterunt plures qui caelestium verborum simplicitatem, non veritatis ipsius absolutionem susceperunt: aliter interpretantes quam dictorum virtus postularet. De intelligentia enim heresis, non de scriptura est: et sensus, non sermo, fit crimen. Idem in lib. viij. Intelligentia sensus in crimine est. Hieronymus dicit, quod ex verbis inordinate prolatis incurritur haeresis. Augustinus definiens quid sit haereticus, ait: Haereticus est qui alicuius temporalis commodi, et maxime gloriae, principatusque sui gratia, falsas ac novas opiniones gignit vel sequitur.

1. q. 1. cap. multi facularium, ad finem Hie. maledicam benedictionibus vos, id est, quidquid a vobis benedicetur, per me erit maledictum, et habetur 2. q. 1. c. maledicā. Gre. sup. Et ec. ho. 1. o. Qui in expositione sacri eloquij ut auditoribus placeat aliquid fingit, sua verba loquitur nō Dei, qui autem in verbis Domini aliter quam is qui protulit senserit, est sub alio intellectu, tamen ad adificationem charitatis tendit. Domini sunt verba qua dicit. Lib. 2. de Trinitate princ. Tom. 6. de vit. cred. in princ.

DISTINCTIO XIII.

De potestate conficiendi.

Solet etiam quari, vtrum pravi sacerdotes et c.

Expositio textus.

Diuisio.

VERA egit Magister de confectioe, hic agit de potestate conficiendi. Et diuiditur haec pars in tres partes. In prima quaerit Magister, et determinat, qui possint conficere. In secunda qui possint sumere: et ostendit, quod soli homines, ibi: Illud etiam sane dici potest, quod a brutis animalibus et c. In tertia vero incidenter determinat, pro quanto dicantur aliqui errare, siue heresim incurrere, ibi: Ne autem ignores quid faciat hominem haereticum. Prima pars habet duas. In prima determinat, siue tangit, quae sunt necessaria ad conficiendum hoc sacramentum licite. In secunda tangit illa, quae sunt de necessitate huius sacramenti simpliciter, quae scilicet sunt intentio, et ordo, ibi: In huius autem mysterij exploratione, et cetera. Quamuis enim bonitas sit necessaria sacerdoti ad hoc quod conficiendo non peccet, saltem quod probabiliter sit bonus: sed tamen non est necessaria ad hoc, quod conficiat. Sed ordo, et intentio ad conficiendum simpliciter sunt necessaria: altero enim deficiente non conficitur, sed deficiente bonitate sic. Et sic duo determinantur in hac dist. Primum spectat ad conficiendi potestatem. Secundum vero ad sumptionem.

Nihil a bono magis, nihil a malo minus perficitur sacerdote: quia non in merito et c. Dub. 1.

Videtur ex his verbis Augustini, quod malus sacerdos aequaliter perficiat ea, quae spectant ad Missam, ut bonus: et ita videtur, quod sicut bonus sacerdos non peccat, ita nec malus. Quaeritur ergo de sacerdote, qui scienter malus est: et tenetur conficere propter hoc quod habet parochiam, quid debet facere: si dimittit, peccat: si conficit, facit contra conscientiam: et ita videtur esse perplexus. Quaeritur etiam de sacerdote, qui non tenetur celebrare, si postquam indutus fuerit, occurrat ei remorsus de aliquo mortali, vtrum debeat desistere, an procedere.

RESP. Dicendum quod sacerdos aut tenetur ad celebrandum, aut non: si non tenetur, credo quod non debeat accedere, nisi prius fuerit contritus, et etiam quantumcumque contritus sit, nisi prius confiteatur, si remorsus est de mortali. Si autem non est de mortali, credo quod beneficiat celebrando, siue accedendo. Si autem occurrat ei aliquis casus in Missa, vel mortale peccatum, de quo non fuit contritus, in tali statu potest occurrere, quod si habet sacerdotis copiam, debet confiteri, si habet aptitudinem honoris ante canonis inchoationem: Si non, dixerunt aliqui, quod si adest populus sufficit contritio cum proposito confitendi, quia scandalizaret populum, si

A dimitteret: si autem non timeret scandalum, consulunt dimittere, maxime cum nihil cogat. Verum tamen credendum est, quod sine peccato potest, quod inchoatum est perficere, si propositum confitendi habet, et si cum contritione totum suppletur: nec video ibi contemptum. Si autem tenetur cantare, et non habeat copiam sacerdotis, dico, quod tenetur se preparare per contritionem, et propositum confitendi: et ita videtur, quod non peccet, si accedat cum verecundia, et reuerentia. Si autem non se prepararet, et cantat, dico quod peccat peccato omissionis: cum omittit contentum: alio etiam peccato, si est occultus, si manifestus, dico quod scandalizat: si autem prohibitus ab Ecclesia, peccat omnibus his modis, et peccato transgressionis. Sed intelligendum est semper, quod vnus est peccatum, et reliqua omnia sunt sicut annexa, siue circumstantiae aggravantes, sicut si aliquis occidat homines propter lucrum. Sed quid dicemus de eo, cui accedit remorsus de irregularitate? tunc ibi non est remedium contritionis, nec confessionis. Ad hoc respondendum aliqui, quod cum irregulari sit prohibiti conficere hoc sacramentum, et cum irregularitas non deleatur per contritionem, sed solum per dispensationem, quod quantumcumque adfit populus, et scandalum timeatur, cum non sit faciendum contra veritatem vitae propter scandalum, et contra praecceptum, quod tenetur aut deponere conscientiam irregularitatis, aut dimittere Missam: et hoc dico ante consecrationem, et maxime ante inchoationem Canonis. Aliqui dicunt, quod prohibitio propter irregularitatem ad ipsum non se extendit, maxime cum accessit sine conscientia irregularitatis. Vnde propter reuerentiam sacramenti, et scandalum populi dicunt, quod si dolet, et libenter faceret quod in se esset, dicunt a Domino esse dispensatum ut tunc. Si vero quaeritur de illo, qui solet habere conscientiam, quod non esset sacerdos, hic dicendum dupliciter. Aut debet dimittere Missam ante consecrationem, aut debet conscientiam fingere infirmitatem: ideo sanum consilium est, quod homo se ante diligenter preparet, et in Missa non cogitet de se, sed magis de sacramento.

Nec bonorum dispensatorum meritis ampliatur. Dub. II.

Quaeritur, quis magis peccet, vtrum scilicet sacerdos malus, qui conficit, et non sumit, an ille qui vtrumque facit. Et videtur quod ille magis, qui vtrumque facit, quia plus presumit, et maior est irreuerentia. ITEM quaeritur quis plus peccet, vtrum ille qui propter timorem, et reuerentiam nihil audet facere, an ille, qui conficit. Et videtur, quod magis ille qui conficit, quia facit maiorem contumeliam sacramento, alter reuerentiam. Similiter quaeritur de illo, qui tantum sumit corpus, et non sanguinem.

RESP. Dicendum quod grauius peccat ille, qui simulat se facere, quam ille qui conficit, et non sumit: et grauius ille qui conficit, et non sumit, quam ille qui conficit, et sumit.

et sumit totum. Et ratio huius est, quia irreuerentia potest fieri sacramento vno modo, quia ille qui ministrat est indignus, tamen facit, sicut Ecclesia instituit. Alio modo, quia non solum est indignus sed etiam in ipsa celebratione non seruat ritum, quem debet: et tunc non solum exhibet irreuerentiam, sed etiam facit contumeliam, quia sacramento non perficit, sed dimittit incompletum: nam ordinatum est, vt nullus se simulet celebrare: in Decre. de Missarum celebratione. lib. vi. De hoc, et infra: Licet is qui pro sui criminis conscientia reputat se indignum, peccet grauius, si se ingerat irreuerentia ad illud: grauius tamen videtur offendere, quia fraudolenter illud presumpserit simulare, cum ille in solius Dei misericordis manum incidat, iste vero non solum Deo non veretur illudere, sed populo, quem decipit, se astringat. Ordinatum etiam est, vt qui conficit communicet: de consecra. dist. ij. ex Concil. Tol. xij. Certum est, quod hi qui sacrificantes non edunt, rei sunt Domini sacramenti. Quicumque ergo sacerdotum deinceps diuino altari sacrificium oblaturus accesserit, et se a communione suspendit, ab ipsa, qua se indecenter priuauit gratia communionis, vno anno repulsus nouerit. Ordinatum est etiam, vt sanguinem sumant: vnde de consecra. dist. ij. Gelasius Papa: Aut integra sacramenta percipiant, aut ab integris arceantur, quia diuisio vnus, et eiusdem ministerij sine grandi non potest sacrilegio prouenire.

Recolite nomen, et aduertite veritatem. Dub. I I I.

Quæritur circa hæc verba Augustini: quare, scilicet Missa sic nominetur: et si in omni sacrificio mittatur hostia. I T E M quæritur, quare non dicitur: Ite, missa est in qualibet missa. I T E M quæritur de hoc quod dicit, quod celestis missus ad consecrandum, et viuificandum corpus adueniat. Contra: Ex hoc Augustini verbo videtur, quod Angelus consecrat corpus Domini, et conficiat. Contra hoc est, quod actio ista est omnino supra naturam angelicam.

R E S P O N. Dicendum quod (sicut tangitur in littera) Missa dicitur, quia mittitur celestis missus. Celestis iste missus (sicut exponit Innocentius) est magni consilij Angelus. Iste, inquam, mittitur ad consecrandum, quia iste est sacerdos inuisibilis, qui consecrat, et conficit hoc sacramentum, vbi cumque conficiatur: vnde valet illa ratio in contrarium, qua obiicit de angelico ministerio: non tantum enim est hic missus, sed etiam missio sacrificij ad Deum per summum Angelum, scilicet Christum, assistentibus magnis Angelis: propter quod in fine dicitur, Ite, missa est: et propter hoc Missa recte appellatur: vnde Hugo: Ipsa hostia sacra Missa vocari potest, quia transmissa est primum, scilicet a Patre, vt esset nobiscum: postea a nobis Patri, vt apud Patrem pro nobis intercederet. Primum a Patre nobis per incarnationem. Secundum a nobis Patri per passionem. Similiter in sacramento primum a Patre nobis per sanctificationem, qua nobiscum esse incepit, postea a nobis Patri per oblationem, qua pro nobis intercedit. Sed tunc est quæstio, quare non dicitur in fine cuiuslibet Missæ: Ite, missa est. Respon. dicendum quod etsi qualibet Missa totum corpus Christi mysticum respiciat, sicut patet per triplicem hostie partitionem, tamen secundum istam differentiam triplicem, contingit Missas tripliciter appropriari. Quædam enim celebratur spiritualiter ad honorem Sanctorum: et quia ipsi sunt in tuto iam, et sunt coram Deo: ideo in talibus licentur populus, et ideo dicitur: Ite, missa est: quasi festinate ingredi in illam requiem. Quædam specialiter ad salutem viuorum:

Hug. p. 9. c. 14.

Ite, Missa est, cur non dicatur in qualibet Missa.

et quia non sumus certi de salute nostra, ideo debemus continue solliciti esse, ne per nostram ignauiam in nobis Missæ efficacia euanescat: ideo dicitur in Missa in fine, omni tempore: Benedicamus Domino, secundum illud propheta: Benedicam Dominum in omni tempore. Quædam specialiter ad requiem defunctorum, et in illis dicitur: Requiescant in pace.

Ne autem ignores, quid faciat hæreticum. Dub. I V.

Quæritur, vnde dicatur, et pro quanto dicatur hæreticus. Si enim dicas, quod hæreticus dicitur, quia errat, hoc est contra Augustinum, qui dicit primo de Trinit. Errare potero. Si tu dicas, quod hæreticus dicitur, quia diuersus a communione fidelium: ergo excommunicatus, et schismaticus dici debet hæreticus. Quæritur ergo pro quanto quis dicatur hæreticus, et in quo differat hæresis, secta, et superstitio.

R E S P O N. sicut dicit Isidorus in lib. ety. Hæreticus dicitur ab hæresis græce, quod est electio latine: et quamuis electio sit bonis, malisq. communis: tamen hæreticus ipse non ex dono Dei, sed ex propria auctoritate, et ex proprio sensu accipit aliquam sententiam falsam. Nam omne verum a Spiritu sancto est a quocumque dicitur. Hanc autem non dicitur eligere, quâdodcumque opinatur aliquid falsum, sed quando falsum præparat, et pertinaciter credit, et paratus est defendere, siue ipse finxerit, siue alius: vnde talis definitio potest dari. Hæreticus est qui diuinæ legis ignorantia, vel contemptu perinax inuentor proprii erroris, aut alieni sectator catholicæ veritati mauult aduersari, quàm subijci. Et hæc definitio concordat rationi. Et vt ait Augustinus xxi v. q. iij. Qui sententiam suam quamuis peruersam nulla pertinaci animositate defendunt corrigi parati, nequaquam sunt inter hæreticos computandi. Et differt hæresis a schismate, quia hæc est contra fidem, schisma contra mores, vel vinculum charitatis. Sententia autem contra fidem ratione adinventionis dici potest superstitio, id est superflua institutio, ratione adhesionis hæresis: ratione defensionis secta, loquendo per appropriata. Vel hæresis, quia contra veritatem: secta, quia contra communitatem: superstitio, quia contra vtilitatem, quasi superflua institutio. Vel hæresis ab eligendo, secta a persequendo, superstitio a superstando. Vnde hæresis dicit præsumptuosam et deliberatam falsi adinventionem, secta, superaddit imitationem, superstitio diurnitatis inueterationem, sicut senes superstites delirant, sic et hæretici: ideo dicitur superstitio, quia vetustati et superstiti concordant. Prius autem superstitio dicitur quasi a superstando: nam sicut in fide intellectus captiuatur, sic in superstitutione errore inflatur, et eleuatur.

Psal. 33. 4

Ibi non est sed colligitur rest ex inuio.

Isid. libr. 8. Etym. ca. 3.

Hæreticus quid.

Aug. episto. 162. et habetur in Decret. 24. q. 3. c. Dixit.

ARTICVLVS I.

AD intellectum huius partis duo principaliter quærentur. Primo quæritur de potestate conficientis. Secundo quæritur de sumente. Circa primum quærentur quatuor. Primo quæritur vtrum omnis sacerdos possit conficere. Secundo, vtrum soli sacerdotes. Tertio quæritur, in quo residet maior potestas ad consecrandum, an in sacerdote, an in verbo. Quarto quæritur vtrum melior sit Missa boni Sacerdotis, quàm mali.

QVÆ-

QVÆSTIO I.

An omnis sacerdos possit conficere.

Alex. Alenf. 4. p. q. 10. memb. 5. ar. 1. §. 1. S. Th. 3. p. q. 82. ar. 1. Et 4. Sent. d. 13. q. 1. ar. 1. q. 1. Et d. 17. q. 3. ar. 3. q. 1. Scot. 4. Sent. d. 13. q. 2. Rich. 4. Sent. d. 13. q. 1. Duran. 4. Sent. d. 13. q. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 13. q. 1. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 13. q. 1. Gab. Biel. 3. Sent. d. 13. q. 1.

AD OPPOSITVM

I R C A quam sic proceditur: Augustinus in libro sententiarum Prosperi: Non est locus veri sacrificij extra catholicam Ecclesiam: sed hæreticus est extra catholicam Ecclesiam: ergo in eo non est verum sacrificium: et sic, et cetera.

2. I T E M Hieronymus: Panem pollutum comedunt hæretici: sed panis iste non potest pollui: ergo non comedunt hunc panem.

3. I T E M idem Hieronymus: Odit Deus sacrificia hæreticorum, detestatur factorem: ergo non mittit nec se, nec Angelos: nec ipsi per consequens mittunt in celum: ergo non conficiunt, nec missam dicunt, et falso dicunt: Ite, Missa est.

4. I T E M Cyprianus: Hæreticorum sacramenta sacrilegia sunt: sed iste panis sanctus est: ergo et c.

5. I T E M ex Concilio Laudacen. Non oportet benedictiones hæreticorum accipere: sunt enim magis maledictiones.

6. I T E M ratione videtur, quia hoc sacramentum est sacramentum vnionis: ergo qui separati sunt ab Ecclesia, omnino alieni sunt ab hoc sacramento: et si hoc, non possunt conficere.

7. I T E M qui separati, et hæretici sunt, quamuis habeant ordinem, non tamen possunt soluere, et ligare: et si soluunt, nihil faciunt: ergo eadem ratione nec conficere.

8. I T E M priuilegium meretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate: sed hæreticus, et schismaticus abutuntur potestate conficiendi: ergo sicut Deus dedit potestatem, ita et debet auferre.

9. I T E M potestatis superioris est compescere inferiorem; si ordinata sunt potestates: ergo si Papa, vel Episcopus vetat sacerdoti, ne conficiat, amplius non potest conficere. Si dicas, quod si non potest de iure, potest tamen de facto. C O N T R A: Hoc solum potest homo apud Deum, quod de iure potest: sed potestas conficiendi est potestas quantum ad Deum: ergo si non potest de iure, nullo modo potest.

FVNDAMENTA. Aug. lib. 2. c. 20. Parm. 2. p. 17.

S E D C O N T R A: August. cõtra Parmenianum loquens de hæreticis, et schismaticis dicit: Sicut in eis mansit baptismus, sic et ordinatio integrat in precissione fuerat vitium, quod in vnitatis pacis est correptum, non in sacris, quæ vbi cumque sunt, ipsa vera sunt.

I T E M in quest. in cap. Remissionem, dicitur: Sacramenta in modum lucis, ab immundis coinquinari non possunt.

I T E M sacerdos conficit, aut quia bonus, aut quia sacerdos. Si quia bonus, sed nõ est certus de bonitate: ergo nec certus est, vtrum conficiat. Si quia sacerdos, cum propter hæresim non desinant esse sacerdotes: patet et cõtra.

A I T E M ad sacramentum ex parte dispensantis nõ plus requiritur quàm ordo, et intentio, et actio: sed hæc omnia sunt in præcisio: ergo et cõtra. Si dicas, quod requiritur bonitas, tunc salus nostra in manu alterius posita est.

C O N C L V S I O.

Eucharistia sacramentum vbi fuerit ordo, intentio, verbi prolatio, et debitum elementum, est verum sacramentum, etiam quod sacerdos malus vel hæreticus fuerit, licet hæreticorum sit in damnationem ipsorum, et assistentium.

B

R E S P. A D A R G. Aliqui voluerunt distinguere, ex quibus videtur fuisse Magister, quod sacerdotis mali quidam occulte sunt mali, et de Ecclesia saltem nomine, et numero, et quo ad exteriorem faciend: et tales possunt. Alii vero sunt manifeste mali, et ab Ecclesia præcis: et tales non possunt. Sed hæc positio videtur consonare positioni Cypriani, qui posuit, quod hæretici non habeant sacramenta vera, quod satis improbat Augustinus. Propter hoc dicendum, aliter, quod in sacramento duo attenduntur, scilicet sacramenti veritas, quæ consistit quantum ad rem primam: et sacramenti vtilitas, quæ consistit quantum ad rem vltimam, quæ est incorporatio, vel vnio quantum ad corpus mysticum. Si de veritate sacramenti loquamur, veritas saluatur, vbi est ex parte ministri, ordo, et intentio, et verbi prolatio, cum adest debitum elementum. Si autem loquamur quantum ad vtilitatem, dicendum quod sacerdos bonus conficit ad vtilitatem suam, et assistentium: malus occultus ad damnationem suam: nihilominus tamen ad vtilitatem assistentium, qui cum fide, et deuotione Missam audiunt. Sed præcisus, et hæreticus ad damnationem suam, et omnium assistentium. 1. 2. 3. 4. 5. Quia ergo in præcisus, et hæreticis manifestis priuatur sacramentum omni fructu, quamuis sit ibi corpus Christi verum: ideo loquuntur sacri canones, et auctoritates sanctorum ipsorum sacrificia detestantes, non ratione operis operati, sed damni. Et sic soluunt auctoritates: et sic credendum, est intellexisse Magistram.

Opinio aliorum.

Improbatio

Determinatio.

C

A D illud quod obiicitur, quod non possunt præcis, quia est sacramentum vnionis, dicendum quod sacramentum vnionis est ratione efficiendi, et præcis sine efficacia, et fructu conficiunt.

D

A D illud quod obiicitur, quod non possunt soluere, dicendum quod non est simile, quia potestas soluendi est potestas ad alterum ordinata, quæ non tantum consistit in ordine, sed in iurisdictione, quam non habet hæreticus.

E

A D illud quod obiicitur, quod priuilegium debet amittere, dicendum quod dignus est de se, sed tamen Dei largitas non subtrahit quod imprimit vt perpetuum: et quia talis est character sacerdotalis, ideo manet ad diuinam largitatis gloriam, et malorum perpetuam damnationem, et ignominiam: et per consequens ad manifestandam Dei iustitiam.

F

A D illud quod obiicitur, quod superior potestas potest cohibere inferiorem, dicendum quod secundum illud potest cohibere secundum quod superior, sed non est superior quantum ad potestatem conficiendi: omnes enim sacerdotes æqualiter possunt conficere. Sed quantum ad debitam, et ordinatam executionem est superior: et quantum ad hanc bene cohibet. Vnde si præcisus, vel excommunicatus conficiat, facit quidem hoc ad quod debet habere potentiam, sed tamen non facit debite, et ordinate, immo ad damnationem suam.

QVÆSTIO II.

An soli sacerdotes possint conficere.

Alex. Alenf. 4. p. q. 10. memb. s. art. 1. §. 2. S. Tho. 3. p. q. 82. ar. 1. Et 4. Sent. d. 13. q. 1. ar. 1. q. 1. Et d. 24. q. 2. ar. 1. q. 2. Rich. 4. Sent. d. 13. q. 2. Steph. Brul. 4. Sent. d. 13. q. 2. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 13. q. 2. Gabr. Biel. 4. Sent. d. 13. q. 1. art. 2.

FVNDAMENTA.

VTRVM soli sacerdotes possint conficere. Et quod sic videtur, quia dicit Hugo: Ad istud sacramentum cõcurrit ordo, intentio, et actus. Et hoc etiam dicit Magister, et habet consuetudo sanctæ Ecclesiæ.

ITEM ratione videtur, quia in veteri testamento ex quo templum est factum, solis sacerdotibus licebat offerre sacrificium: ergo si figura fuit vera, et debet ei veritas respondere: patet et cetera.

ITEM sacramentum est habendum in magna reuerentia: ergo eius dispensatio non omnibus debuit concedi: ergo aliquibus est concessa: ergo alii non habent potestatem: sed illos, quibus hæc potestas data est, dicimus sacerdotes: ergo et cetera.

Heb. 2. b et 3. a

ITEM Apostolus ad Hebræos dicit quod pontifex constituitur, ut dona, et sacrificia offerat pro peccatis: ergo qui non est constitutus sacerdos, non potest.

ITEM in omni gente etiam inter idololatras, in quibus ponitur cultus, aliquibus personis specialiter committitur potestas offerendi, quæ dicuntur sacerdotes: ergo si Ecclesia est ordinatissima: ergo videtur quod Christus aliquibus hoc officium debuit dare: sed distributio officiorum in Ecclesia debet esse ordinata ad vnum: ergo hi solum hoc possunt, qui ad hoc per principes, et pontifices Ecclesiæ ordinantur: sed hi sunt sacerdotes: ergo et cetera.

AD OPPOSITVM.

1. SED CONTRA: Et si soli sacerdotibus ex officio competat baptizare, tamen si laicus baptizat, baptismatum est: ergo similiter si conficit, consecratum est.

2. ITEM magis dignus est ministrare Deo bonus laicus, quam impius sacerdos: ergo si ad sacerdotis mali inuocationem Dominus conuertit panem in corpus: multo fortius ad verbum laici boni.

Matt. 26. c et 28. d Mar. 14. c Luc. 24. g

3. ITEM sicut Dominus solis discipulis dixit: Accipite, et quotiescumque feceritis et cetera. ita dixit: Docete omnes Gentes, baptizantes: sed potestas baptizandi est concessa omnibus: ergo a simili et potestas conficiendi.

1. Pet. 2. b et cetera.

4. ITEM beatus Petrus: Vos estis gens sancta, regale sacerdotium: loquitur ad omnes bonos: ergo et cetera.

CONCLUSIO.

Eucharistia sacramentum soli sacerdotes possunt conficere: et si alius tentet non sacerdos, nihil facit.

RESP. AD ARG. Dicendum, quod soli sacerdotes possunt conficere, et si alij cõficiunt, nihil omnino faciunt. Et hoc quidem docet fides nostra, quam ab Apostolis percepimus, et ipsi a Domino. Vnde ordinauerunt Ecclesiam secundum Dei institutionem. Et quia Apostoli, et eorum postmodum, successores potestatem conficiendi personis speciali-

Idem s. Tho. 3. part. 9. 82. artic. 1.

bus contulerunt, quas et sacerdotes appellauerunt: ideo solum illis tenet fides licitum esse. Huic consonat ratio, quod sacramentum illud, quod in magna reuerentia habendum fuit, specialibus personis commissum est, et committi debuit: aut ergo ratione sanctitatis, aut ratione auctoritatis. Si sanctitatis, ut dicunt hæretici: tunc ergo nemo est certus vtrum conficiat, et salus nostra pendet ex aliena bonitate. Si auctoritatis, et auctoritas potest tam bonis, quam malis concedi, et hanc vocamus ordinem sacerdotij: constat ergo quod illi soli possunt.

1. AD illud quod obiicitur de baptismo, dicendum quod non est simile, quia illud est sacramentum primum, et necessarium, nec in tanta veneratione habendum.

2. AD illud quod obiicitur, quod bonus laicus est magis dignus, dicendum quod non consideratur in potestate conficiendi dignitas, sed tantum auctoritas, quæ est in sacerdotibus ratione characteris.

3. AD illud quod obiicitur, quod solis Apostolis dictum est: Accipite, et comedite: similiter: Ite, et baptizate, patet responsio. Sicut enim ipsi exposuerunt factum, aliter est hoc commissum, aliter illud. Sicut enim in Ecclesia instituerunt, patet quod indifferenter baptizari permiserunt, et specialem potestatem, et auctoritatem personis specialibus contulerunt, maxime ad hoc sacramentum conficiendum: hanc autem dicimus ordinem, et personæ potestatem illam habentes vocantur sacerdotes.

4. AD illud quod obiicitur, quod sancti dicuntur sacerdotes, dicendum quod non dicuntur sacerdotes ab oblatione corporis Domini, sed sui, quia vnusquisque corpus suum offert hostiam viuentem.

Rom. 12. a

QVÆSTIO III.

An potestas consecrandi magis resideat in Sacerdote, quam in verbo.

Alex. Alenf. 4. p. q. 10. Mem. s. ar. 1. §. 4. S. Tho. 3. p. q. 82. ar. 5. Et 4. Sent. d. 18. q. 2. art. 2. q. 3. Rich. 4. Sent. d. 13. q. 3. Steph. Brul. 4. Sent. d. 13. q. 3. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 13. q. 3.

VTRVM potestas sacerdotalis concurrat ad consecrandum, et verbi virtus, quæritur circa quod magis resideat potestas, an circa verbum, an circa sacerdotem. Et quod maior potestas circa ministrum, videtur, quia Deus communicat virtutem rebus secundum congruentiam ipsarum: sed anima ministri, cum sit spiritualis, et Dei imago, maioris virtutis est capax, quam verbum sensibile: ergo penes ipsum magis residet virtus.

ITEM sacerdos operatur per verbum sicut per instrumentum: sed nobilior est potentia agentis, quam instrumenti, siue virtus operandi magis est penes agentem, quam penes instrumentum: ergo et cetera.

ITEM verbum est effectus sacerdotis: sed effectus non est maioris virtutis, quam causa, quia causa prima plus influit, quam secunda: ergo sacerdos plus influit, quam verbum, cum sit causa verbi.

CONTRA: Sacerdos non potest nisi per virtutem verbi: sed propter quod vnusquodque, et illud magis: ergo et cetera.

ITEM sacerdos non recitat illud verbum sicut suum, sed sicut Christi: sed verbum Christi plus potest, vel habet, quam minister Christi: ergo magis residet penes verbum.

ITEM verbum est de sacramento isto: sed ergo est

Ex lib. de causis causæ.

AD OPPOSITVM 1. Post com. tex. 4.

est aliud sacramentum: ergo sacramentum magis per accidens respicit consecrationem, quam verbum, et si hoc patet et cetera.

CONCLUSIO.

Vna est potestas conficiendi sacramentum Eucharistia consistens in ministro et in verbo.

Vide sup. d. 1. q. 4. et d. 10. p. 2. q. 3. 1. Opinio.

Opinio 2.

Alex. tenet quod maior sit in sacerdote. Exemplum

Explicatio.

RESP. AD ARG. Ad hanc quæstionem dupliciter respondetur secundum duplicem opinionem de virtute verbi. Quidam enim dicunt, quod verbum habet virtutem quandam, quæ est qualitas absoluta, et sic est causa efficiens consecrationis. Et hi ponunt quod potestas conficiendi principaliter residet penes verbum, et verbum illam virtutem habet, quia est verbum Christi. Et est exemplum de præcone, siue nuncio, qui compellit populum per edictum regis; potestas quidem compellendi consistit principaliter in edicto, et hanc habet, quia exit a rege. Per hoc patet obiecta ad oppositum. Alia positio est, quod virtus verbi non est aliqua qualitas absoluta, sed solum ordinatio ad talem effectum, ut ad eius prolationem fiat, non ad prolationem factam a quolibet, sed ab habente Christi signaculum. Et secundum hanc positionem dicendum, quod vna est potestas conficiendi consistens in ministro, et in verbo. Sicut in litteris papalibus. Si quæritur, ubi est maior vis, an in verbo, siue in scripto, an in sigillo, dicendum quod vna vis est in vtroque, quia vni dat vim alii. Nam charta scripta sine sigillo non habet aliquam vim, similiter nec charta sigillata sine scripto. Obiectiones ad vtramque partem procedunt, ac si essent diuersæ potestates omnino. Et si quæras, quo modo est vna potestas in duobus, dicendum quod vna ordinatio est, et virtus, et potestas illa est per ordinationem ad hunc effectum: et nihilominus hæc tria, quasi vna ordinatione concurrunt, scilicet ordo, verbum, et elementum. Penes elementum est ordinatio per modum potentie passivæ, penes verbum ordinatio potentie actiue, similiter penes sacerdotem. Sed in sacerdote potestas est ad modum generalis, et mediate, in verbo per modum specialis, et immediate. Cum enim potestas sit in sacerdote ad conficiendum, et absolendum: verbo tamen cum intentione prolato arctatur ad hoc vt conficiat. Potestas autem illa in sacerdote ponit characterem, quæ est qualitas absoluta nobilitans animam sacerdotis. In verbo secundum hanc opinionem nihil ponitur nouum, quod sit aliquid absolutum, sed ad aliquid. Et ideo si quaeratur ad substratum loquamur, posset dici quod nobilior est potestas sacerdotis quantum ad id, quod est in eo.

Resp. ad 1. ad opposit.

Et quod obiicit in contrarium, quod non potest nisi per virtutem verbi, dici potest quod verbum prolaturum et habet ordinationem, et habet virtutem diuinam assistentem. Ratione primi se habet ad sacerdotem sicut instrumentum: ratione vero virtutis assistentis sicut agens nobilior: et de illa virtute concedo quod nobilior est. Sed tamen propter hoc non sequitur, quod verbum sit nobilior: bene tamen sequitur, quod est immediatus. Sic igitur duobus modis respondetur secundum duas opiniones. Quæ autem harum opinionum verior sit, difficile est iudicare, et difficilius videtur aliquam harum improbare. Nam prima quæ dicit, quod in verbo est virtus diuinitus, dicit hoc esse supra naturam secundum immensitatem diuinæ potentie: et quis posset negare, quod Deus posset hoc facere: et si potest, quis neget, quod det sacerdotibus si placet: et etiam multæ auctoritates videntur hoc dicere. Similiter quis audeat alteram improbare, quæ dicit, quod in verbo est efficax ordinatio: et amplius sibi asserere, non præsumit: et hæc quidem vera est. Si quis au-

tem audeat arguere, si amplius non vult asserere, cum nec fides cogat, nec auctoritas compellat amplius dicere, maxime ad hæc perspecta, quæ non possit satis exponi hoc modo sine sensu distortionem. Et ideo quia magis est sobria, et magis intellectui consona, potest cui placet huic positioni satis secure adhærere.

QVÆSTIO IV.

An melior sit Missa boni Sacerdotis, quam mali.

Alex. Alenf. 4. p. q. 10. memb. s. ar. 1. §. 4. S. Tho. 3. p. q. 82. ar. 6. Et 4. Sent. d. 13. q. 1. ar. 1. q. 5. Steph. Brul. 4. Sent. d. 13. q. 4. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 13. q. 4.

VTRVM melior sit Missa boni Sacerdotis, quam mali. Et quod non, videtur Augustinus in libro de corpore Christi: In mysterio corporis, et sanguinis Domini nihil a bono maius, nihil a malo minus perficitur sacerdote.

ITEM ratione videtur, quia vnus non baptizat melius, quam alius: nulli enim data est potestas excellentiæ: ergo pari ratione nec melius conficit.

ITEM nihil quod in bonitate non potest crescere, nec decrescere, fit a bono melius, vel a malo peius: sed corpus Christi in bonitate non potest crescere, nec decrescere: ergo sacramentum est æquale a bono, et a malo ministratum.

ITEM si Missa dicitur melius ab vno, quam ab alio, videtur secundum hoc, quod spes possit poni in homine, quod est inconueniens.

1. SED CONTRA: Plura bona paucioribus bonis sunt meliora: sed in missa mali sacerdotis hoc solum acceptat Deus, scilicet Christi corpus, in missa boni acceptat omnes orationes, et deuotiones: ergo missa boni est melior.

2. ITEM melius est quod est fructuosius: sed Missa boni sacerdotis est fructuosior, quia melius exauditur, et magis in ea ad deuotionem homines prouocantur: ergo est melior.

3. ITEM si æque bona est: ergo male prohibent sacri canones audire Missam ab hæreticis, et schismaticis, et simoniacis, et fornicarijs notorijs. Propter hoc quæritur, quare horum magis Missam prohibet. Et qui dicantur notorij fornicarij.

FVNDAMENTA.

AD OPPOSITVM.

Quæstio la- teralis.

CONCLUSIO.

Missa mali Sacerdotis quo ad substantiale est æqualis Missa boni, licet istius oblatio quo ad circumadiacentia præcellat.

RESP. AD ARG. Dicendum quod de Missa est loqui quantum ad substantiale quod est ibi, et hoc est consecratio corporis, et sanguinis Domini. Et quantum ad hoc æqualitas est in omnibus, quia vnum, et idem ab omnibus fit. Sunt etiam in Missa aliqua circumadiacentia, sicut petitiones, orationes, obsecrationes, et deuotus motus, et affectus. Et quantum ad hoc, melius valet Missa boni Sacerdotis: quia magis prouocat ad deuotionem. Et si quis libentius audiat Missam sacerdotis deuotioris; credo quod benefacit, dum tamen credat ipsum in substantiali non superexcedere peccatoris missam, alioquin periculose erraret. Rationes procedunt ad partes oppositas secundum has duas vias.

AD illud vero quod quæritur, quare quorundam missæ audiri prohibentur, dicendum quod hoc est in pæ-

Resp. ad vlt. ad opposit.

in peccatum peccatorum, quia non sunt digni con-

Respon. ad quæst. lateralem.

AD illud quod queritur, quare magis illa quatuor genera peccatorum, dicendum quod hoc est, quia directe repugnant huic sacramento. Nam in hoc sacramento est secretum fidei: et ideo repelluntur hæretici. Est vinculum charitatis: ideo schismatici. Et gratia, unde eucharistia dicitur; ideo simoniaci, qui gratiam emunt, et vendunt. Est eleuans hominem ad statum spiritualem: ideo repelluntur notorii fornicarij, qui omnino sunt carnales. Et dicuntur notorij fornicarij non propter suspicionem tantum, vel alia signa probabilia, sed secundum ordinem iuris condemnati de tali crimine, vel sponte in iudicio confessi, vel canonicè conuicti, vel etiã propter euidentiã facti, siue sceleris. Et voco euidentiã, quando factum ita notorium est, quod non indiget testibus, cum nulla possit tergiverbatione celari. Et hoc dicitur in quadam Decretali de cohabitatione clericorum, et mulierum: Vestra. Et infra: Sine dubitatione teneatis, quod a clericis, et presbyteris quamquam fornicarijs, quamdiu tolerantur, nec habent operis euidentiã, licite diuina mysteria audiantur, et alia recipiantur ecclesiastica sacramenta. Ex hoc patet, quod omnes tales, quando conficiunt peccata: et similiter qui præter necessitatem audiunt, quia faciunt contra Ecclesiã statuta.

Decr. lib. 3. Tit. 2. c. 7.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER quantum ad secundum articulum queritur de sumente. Et circa hoc duo queruntur. Primo queritur, vtrum corpus Christi traiciatur in ventrem muris. Secundo, vtrum descendat in ventrem hominis.

QVÆSTIO I.

An corpus Christi traiciatur in ventrem muris.

Alex. Alef. 4. p. 9. l. 2. memb. 2. ar. 2. S. Tho. 3. p. 9. q. 90. art. 3. Et 4. Sent. dist. 12. q. 1. art. 2. q. 2. Steph. Brul. 4. Sent. d. 13. q. 5. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 13. q. 10.

AD OPPOSITVM

QVOD mus traiciat in ventrem, videtur: quia qui sumit aliquid, sumit et illud, quod inseparabiliter ei est vnitum: sed mus sumit species, et in illis speciebus est corpus Christi inseparabiliter: ergo et cetera. 2. I T E M Deus magis refugit peccatum, quam creaturam quamlibet: sed corpus Christi traicitur in ventrem peccatoris, si peccator sumat: ergo et in ventrem muris, si vorer et sumat. 3. I T E M quero quid mus comedat, aut substantiam, aut accidentia. Si substantiam: sed non est ibi nisi substantia corporis Christi: ergo manducat corpus Christi: Si accidentia: sed accidentia non sunt sine subiecto, nisi quamdiu est ibi corpus Christi: ergo si in ventrem muris descendunt accidentia, similiter videntur, quod et corpus Christi. 4. I T E M quod esset hoc inconueniens, cum videamus corpus Christi ita esse in vase polluto, sicut in mundo,

SED CONTRA: Magister dicit in littera, quod non sumit corpus Christi.

FVNDAMENTA.

I T E M ratione videtur, quia qui masticando traicit in ventrem aliquem cibum, illum manducat: ergo si mus in ventrem traicit aliquem cibum, illum manducat: ergo si mus in ventrem corpus Christi traicit, manducat: sed non sacramentaliter, nec spiritualiter: ergo nullo modo.

I T E M si mus baptizetur in nomine Trinitatis, nihil reciperet magis, quam si in aqua simplici laueretur, quia non est susceptibilis sacramenti: ergo pari ratione nihil plus sumit, quam si comederet panem simplicem.

CONCLVSIO.

Corpus Christi non descendit in ventrem muris comedentis Eucharistiam, quia corpus Christi est ibi in ordine ad usum humanum.

RESP. AD ARG. Dicendum quod circa hoc duæ fuerunt opiniones. Quidam enim dicunt, quod corpus Christi continetur in illis speciebus inseparabiliter, quamdiu sunt sacramentum. Sacramentum autem sunt per naturam panis, et per naturam consecrationis verbi: et ideo cum consecratio non dimittat hostiam, quamdiu salua est forma panis, tamdiu sacramentum est, quamdiu forma panis salua est: et ideo cum sacramentum sit contentiuum veri corporis secundum quod sacramentum: tamdiu continet, quamdiu salua est species panis in modica parte. Et isti dicunt, quod vbi cumque ponantur species siue in loco mundo, siue immundo, siue in ventre muris, siue in alio loco, dicunt quod ibi est corpus Christi. Et quia hoc videtur corpori Domini derogare, et sacramento: dicunt quod hoc potius est in laudem vtriusque. Nam corpus Christi non patitur iniuriam aliquam, cum sit glorificatum; et inquinari nullo modo possit. Sacramentum etiam laudatur, quod adeo est sacrum, et rei nobili coniunctum, quod non potest separari, vel auferri sibi continentia ab aliquo, dum salua est forma. Et quia vbi cumque est sacramentum, et species illæ sunt sanctissimorum symbolorum, in quibus Christus est; vbi cumque est, nobiliter est. Dicunt etiam, quod nos in hoc reprehendimur, quod loca humilia despiciamus; et vestimenta mutamus, cum Christus vbi cumque collocetur, illa species esse habeat, cum etiam nõ relinquat illud operimentum, quousque sit corruptum. Et si tu obicias tunc, quod mus manducat; respondet quod falsum est, quia nec sumere debet corpus Christi, nec manducare: cum nullo modo ipsum attingat, nec per conuenientiam in natura, nec per cognitionem quantulamcumque, nec per dilectionem. Quantumcumque autem hæc opinio munitur, numquam tamen adeo munitur, quando aures piæ hoc abhorreant audire, quod in ventrem muris, vel in cloaca sit corpus Christi, quamdiu species ibi subsistant. Propter hæc est alia opinio, quod corpus Christi nullo modo descendit in ventrem muris. Ratio autem, quæ hos mouet, est, quia Christus non est sub illo sacramento nisi eatenus, quod ordinabile est ad usum humanum, scilicet ad manducationem: sed sicut mus rodit, ita et inhabile facit, et ita sacramentum esse desinit, et corpus Christi ibi esse desinit, et substantia panis redit: sicut Innocentius dicit, et auctoritas supra habita est in distinctione præcedenti, vbi quaesitum est, vtrum accidentia nutriant. Et hæc opinio communior est, et certe honestior, et rationabilior.

1. Opinio.

Improbatio

2. Opinio.

Di. 12. p. 2. ar. 2. q. 1.

AD illud quod obiicitur, quod magis detestatur peccatum, dicendum quod in peccatore est et natura, et est culpa: et quamuis displiceat culpa, tamen naturam, quam fecit, non odit, immo tantum diligit, quod paratus est remittere culpam, si ipse consentiat, et ratione habitatis naturalis idoneus est peccator sumere magis, quam mus, quãuis mus non sit peccator, quia numquam peccator ita vitiat, nec corrumpit naturam rationalem, quin sit nobilior, quam irrationalis. 3. AD illud quod queritur, quid comedit. Respondetur dupliciter secundum duas opiniones, vel quod comedit accidentia, quæ sunt virtute supra naturam possibilia conuerti in substantiam: vel quod comedit substantiam panis, quæ redit sicut superius tactum fuit. Si queras, quid sit de corpore Christi, numquid euolat, dicendum quod sicut in panis conuersione corpus Christi non descendit localiter, nec mutatur aliqua mutatione, sed sola panis conuersione incipit esse sub illis speciebus: sic sola panis reuersione desinit esse ibi, ita quod nulla fit in eo mutatio nec localis, nec alia. Qui potest capere, capiat, et qui non, credat, et hoc sibi sufficiat. 4. AD illud quod obiicitur de vase polluto, dicendum quod non est simile, quia adhuc pollutio vasis non aufert habilitatem ad usum, ac per hoc non aufert, quin sit sacramentum, et ita non tollit contentum.

Matt. 19. b

QVÆSTIO II.

An corpus Christi descendat in ventrem hominis.

Alex. Alef. 4. p. 9. l. 2. memb. 2. ar. 4. §. 3. Steph. Brul. 4. Sent. d. 13. q. 6.

AD OPPOSITVM

TRVM corpus Christi descendat in ventrem hominis. Et quod sic videtur auctoritate de consecrat. dist. ij. in c. tribus gradibus. Qui residua corporis Domini, quæ in sacratio relictæ sunt, consumunt, non statim ad percipiendos cõmunes cibos conueniant, ne putet sacra portioni miscere cibum, qui per aqualiculos digestus in secessum effunditur: sed hoc nõ diceret, nisi descenderet in ventrem: ergo et cetera. I T E M Beda ibidem: Si quis per voracitatem, vel ebrietatem eucharistiam euomuerit quadraginta diebus paniteat: sed non vomitur, nisi quod traicitur: ergo et cetera.

I T E M Corpus Christi coniunctum est illis speciebus, quamdiu manent sub formis suis: sed non statim transmutantur, immo descendunt in ventrem sub suis proprietatibus: ergo et corpus Christi cõ eis. I T E M corpus Christi aut vadit in ventrem, aut in mentem: non in mentem, quia solus Deus illabitur menti: ergo in ventrem.

I T E M pro quanto dicitur corpus Christi manducari sacramentaliter? Si propter masticationem tantum: ergo si quis masticeat species, et spueret, diceretur sacramentaliter manducasse, quod falsum est: ergo oportet, quod nõ solum fiat masticatio, sed etiam incorporatio: sed si species sine contento transmittuntur in ventrem, desinant habere sacramenti rationem: ergo propter hoc non erit manducatio sacramentalis: necesse est ergo quod manducetur corpus Christi verum.

I T E M quod inconueniens est si descendat in ventrem: videmus enim corpus lucis per omnia transire in coquinatum, nec aliqua refugit, nec munda, nec immunda: ergo similiter, immo multo fortius, Christi corpus gloriosum.

SED CONTRA: Omne quod in os intrat, in ventrem vadit, et in secessum emittitur: sed corpus Christi non emittitur in secessum: ergo constat quod ab ore non vadit in ventrem.

Ambros. de sacramentis lib. 5. cap. 4

et Aug. de verb. Dom. ser. 28. t. 10

I T E M Ambrosius: Non est iste panis, qui vadit in corpus, sed panis vitæ æternæ, qui animæ substantiam fulcit.

I T E M ratione videtur, quia constat quod corpus Christi non est cibus ventris, sed mentis: ergo non transit in ventrem, sed in mentem.

I T E M si transit in ventrem, vadit ad officia ventris, quæ sunt digerere, et distribuere, et ad singulas partes transmittere, vel emittere in secessum: sed hoc est falsum: ergo et cetera.

CONCLVSIO.

Corpus Christi descendit in stomachum ad sumptionem sacramenti, et quamdiu sunt species ibi hæc: et si species euomuntur, Eucharistia quoque euomitur, ut putatur probabiliter.

RESP. AD ARG. Dicendum quod in ventrem ire est dupliciter, aut quantum ad substantiam, aut quantum ad cibandi efficaciam. Primo modo descendit aliquod corpus in ventrem, etiam si non sit cibus. Secundo modo non, nisi sit cibus. Similiter in mentem recipi est dupliciter. Aut quantum ad substantiam: et sic vadit illud, quod illabitur animæ: et hoc est solus Deus. Aut quantum ad efficaciam: et sic dicitur in mentem ire, quod ipsam reficit. Si ergo loquamur quantum ad cibandi efficaciam: sic certum est, quod corpus Christi non vadit in ventrem, sed in mentem, quia caro Christi non reficit ventrem, sed mentem: sicut ostendunt quattuor rationes vltimæ. Si autem loquamur quantum ad substantiam: sic certum est, quod non vadit in mentem.

Sed vtrum sic vadat in ventrem, dubium est propter diuersitatem opinionum. Vnde notandum quod quattuor fuerunt hic opiniones. Aliqui enim dixerunt, quod non solum in ventrem, sed etiam vadit quocumque illæ species deferuntur, salua natura illarum, siue in ventrem muris, siue in locum immundum. Aliqui dixerunt, quod non solum in ventrem hominis vadit, sed etiam ibi manet, quamdiu species illæ sunt ordinabiles ad refectionem. Vnde dixerunt, quod in ventrem vadit, et moratur, quousque refectionis operatio compleatur. Aliqui dixerunt, quod ad ventrem peruenit quousque sumptio compleatur, et amplius non moratur. Aliqui dixerunt, quod solum cum illis speciebus, quamdiu sunt cum aliquo sensu, et visu, vel gustu. Et hi dicunt, quod idem sensit Hugo, qui dicit: In visu, tactu, et sapore tecum est: et quamdiu sensus corporalis afficitur, præsentia corporis non aufertur: postquam sensus corporalis percipiendõ deficit, deinceps corporalis præsentia querenda non est, sed spiritualis retinenda: quia dispensatio completa est, perfectum est sacramentum, virtus manet, Christus de ore transit ad cor: melius est enim vt eat in mentem tuam, quam in ventrem. Ratio autem harum opinionum est hæc: omnes enim in hoc consentiunt, quod tantum est corpus Christi in illis speciebus, quamdiu est ratio sacramenti. Dicunt ergo primi, quod species panis consecrati tamdiu est sacramentum, quamdiu est species panis, cum virtus consecrationis ipsam respiciat secundum quod est panis: ideo numquam desinit illa proprietate salua: et ex hoc oritur positio prima. Alii vero dicunt, quod ratio sacramenti tantum saluatur, quamdiu species habilis est ad refectionem humanam: ideo enim instituta est, et ad hoc ordinatur: et hoc patet, quando est extra, et in stomacho, quia ibi reficit: et ex hoc oritur secunda ratio. Tertij dicunt, quod tantum saluatur, quousque

Opinio 1.

Opinio 2.

Opinio 3.

Opinio 4.

Hugl. 2. de sacra. p. 8. c. 2. 2. 13.

Ratio opinionum.

recipiatur in usum manducationis, et quando manducatio completa est, iam sacramentum non est, sed sicut ex hoc habet ortum tertia positio. Alij dicunt quod quia sacramentum est signum, et signum est, quod se offert sensibus, tamdiu species est sacramentum, quamdiu nata est sentiri ab aliquo sensu: et ideo cum deficit perceptio sensuum, deficit ratio sacramenti, et presentia corporalis. Quid autem in tanta diuersitate tenendum est, difficile est iudicare. Videtur tamen prima opinio, quae dicit, quod defertur, quousque species deferantur, nimis ampla: quia tunc et mus in ventrem traiceret, et in cloacam descenderet, quod aures pie abhorrent: et si diceremus, haereticj et infideles deriderent nos, et irriderent. Similiter quarta opinio quae dicit, quod deficit deficiente sensu illarum specierum, videtur esse nimis arcta: Numquam enim secundum hoc posset dici corpus Christi sumi vere, cum non dicatur sumptus esse cibus, qui non percipitur, nec peruenit usque ad stomachum. Vnde nec verbum Hugonis intelligendum est quantum ad actum sentiendi, sed quantum ad idoneitatem. Et praeterea sensus non tantum est in gustu linguae, sed etiam sentit homo descensum cibi, quousque quiescat in stomacho. De duabus positionibus medijs, quae sit verior, non est facile iudicare, cum utraque multum sit probabilis. Probabile enim est, quod sumptione completa, et manducatione, cum iam sacramentum habuit finem suum, propter quem erat, desinit esse sacramentum: et hoc dicit Hugo de sancto victore, et videtur hoc sensisse. Dicit enim sic: Postquam manducasti, si corporalem praesentiam Christi quaeris, in celo quaere, ubi est ad dexteram Patris: et hoc videtur satis probabile: quamdiu enim Christus est sub speciebus illis, est adorandus: sed stultus esset, qui adoraret Christum in ventre manducantis. Secundum hanc positionem satis patet re-

Improbatio primae opinionis.

Improbatio 4. opinionis

2. et 3. improbatio.

Expofitio rationum.

A sponso ad obiecta, exceptis his, quae de commixtione, et vomitu obijciuntur, ad quae potest responderi. A d primum quod decretum non dicit, quod commisceantur, sed commisceri putentur. Ad secundum vero quod dicit Beda, quod aliquis vomit, hoc dictum est de specierum vomitu, et poena imposta non est, nisi quia species illae fuerunt contentivae dominici corporis: et ideo in magna reuerentia sunt habendae, maxime quia fuerunt sanctissimis symbolis consecratae: et ideo comburantur, et cinis debita reuerentia referretur. Ille autem, qui vomit, grauius punitur, quia quantum in se est, vomit corpus Christi: et sic de illo dicendum esset, ac si proijceret in cloacam. Sic potest ista opinio satis probabiliter sustineri. Nihilominus tamen alia videtur securior, et auctoritatibus magis concordare, quia corpus Christi cum illis speciebus descendit ad stomachum, et sub illis est, quamdiu illae sunt sub propria forma: et habent rationem reficiendi, et secundum ordinationem ad refecionem humanam sacramentum erat, vnde concedunt, quod corpus Domini est in stomacho, quia ibi sunt species, ut cibus, et ideo si euomuntur species, euomitur eucharistia: et si species possit ab alijs discerni, sumenda esset. Si autem species istae transeant stomachum indigestae propter aliquam infirmitatem, sunt tunc extra proprietatem refecionis: et ideo si vadant in secessum, non est ibi corpus Domini: vtrum autem hoc sit verum, nescio: tamen securum mihi videtur, quod si quis euomat species perceptibiles, magna reuerentia est exhibenda: et magna diligentia adhibenda, ne quis euomat: et periculum est ei dare, de quo praesumitur, quod non possit tenere. Secundum hanc positionem satis patet responsio ad obiecta. Poena autem imponenda euomentibus determinatur satis de consecratione distinctione secunda.

Resp. ad 1. et 2. ad opp

Doctores humilitas.

DIST. XIV. PARS I.

De poenitentia in generali.

Post haec de poenitentia agendum est.

Expofitio textus.



DETERMINATIS tribus partibus principalibus, in quibus Magister egit de tribus sacramentis. Hic incipit quarta pars, in qua agit de sacramento poenitentiae. Diuiditur autem haec pars in duas. In prima parte agit de poenitentia in generali. In secunda agit specialiter de eius partibus, infra: In perfectione autem poenitentia tria obseruanda sunt. Prima pars habet duas. In prima Magister determinat veritatem. In secunda elidit duos errores circa poenitentiam, infra eadem dist. ibi: His verbis quidam vehementius, et cet. Prima pars habet tres partes. In prima determinat ordinem ipsius ad baptismum. In secunda parte determinat eius multipliciter, ibi: Baptismus tantum est sacramentum, sed poenitentia et c. In tertia post distinctionem multipliciter ponit notificationes poenitentiae virtutis, ibi: Poenitentia dicitur a poenitendo, quia quis poenit illicita et cet. Ibi ponit rationem a parte nominis, et a parte rei.

Diuisio.

Dist. 1. c.

Secunda tabula post naufragium. Dub. I. Obijciunt contra haec Hieronymi verba. Cum enim secundum dicatur respectu primi, et prima tabula sit baptismus, et secunda poenitentia, tunc videtur quod secundum sacramentum sit poenitentia: ergo male ordinat Magister quarto loco. I T E M quaero a te pro quanto dicitur poenitentia tabula, et quid est naufragium. Si tu dicas quod est casus in mortale, tunc videtur quod sit prima tabula, quia si quis cecidit per mortale, necesse est recurrere ad poenitentiam.

Psal. 103. c.

Prou. 31. b.

R E S P O N. Dicendum quod mare est mundus iste secundum illud Psalmi: Hoc mare magnum etc. nauis per quam homo transit super vndas huius maris est gratia Spiritus sancti. Vel nauis est Ecclesia, quae iuncta est glutino charitatis secundum illud: Facta est quasi nauis infirmitatis. Naufragium vero fuit corruptio, et fractio in Adam, in qua fractioe omnes filij eius iactati sunt super vndas huius maris per concupiscentiam, et per poenam. Ab hoc naufragio primo liberatur homo per baptismum, qui restituit innocentiam, et gratiam perditam: et ideo est prima tabula: et quia frequenter relinquunt plures gratiam baptismalem, et illam tabulam per quam liberantur in vndis maris, et per illam amplius non possunt se defendere: ideo indigent secunda: et haec est poenitentia. Vtraque tamen dicitur tabula, quia sustinet, ne quis periclitetur per culpam: non tamen ita ponit in tuto, sicut erat homo in statu innocentiae. Quod ergo obijciunt, quod secunda tabula: ergo secundum sacramentum, non valet, quia non omne sacramentum est tabula, quia non omne liberat a naufragio. Et est simile: Hic est secundus archidiaconus: ergo est secunda persona in hac Ecclesia. Quod quaeritur, quid vocatur naufragium, dicunt aliqui, quod quilibet casus in mortale: et quia duplex est differentia mortalis, scilicet originale, et actuale: ideo duplex tabula, scilicet baptismus, et poenitentia. Melius tamen potest dici, quod humana natura sit naufragata in Adam: nobis autem data est tabula baptismi, quae nos sustentat per innocentiam: et quia hoc sacramentum iterari non potest, ideo datur aliud sacramentum, et hoc est poenitentia.

Poenitentia dicitur et sacramentum, et virtus mentis. Dub. I I.

C O N T R A: Est enim poenitentia interior, et exterior: ergo similiter est virtus et sacramentum baptismus, quia est baptismus interior, et exterior.

D I S T I N C T. XIV. DE POENITENTIA, QUID SIT.



DO S T haec de poenitentia agendum est. Poenitentia longe posita a Deo necessaria est, ut appropinquent. Est enim, ut ait Hieronymus, secunda tabula post naufragium: quia si quis vestem innocentiae in baptismo perceptam peccando corruperit, poenitentia remedio reparare potest. Prima tabula est baptismus, ubi deponitur vetus homo, et induitur nouus. Secunda, poenitentia, qua post lapsum resurgimus, dum vetustas reuersa repellitur, et nouitas perditam resumitur. Post baptismum prolapsi per poenitentiam renouari valent, sed non per baptismum. Licet homini sapius poenitere, sed non baptizari. Baptismus tantum est sacramentum: sed poenitentia dicitur et sacramentum, et virtus mentis. Est enim poenitentia interior, et est exterior. Exterior sacramentum est: interior, virtus mentis est: et utraque causa salutis est, et iustificationis. Virum vero omnis exterior poenitentia sit sacramentum, vel si non omnis, qua hoc nomine censenda sit, consequenter inuestigabimus. A poenitentia cepit Ioannis predicatio dicentis: Poenitentiam agite, appropinquabit enim regnum caelorum. Quod autem praeco docuit, illud post Veritas predicauit, exordium sumens sermonis a poenitentia. Poenitentia dicitur a puniendo, quia quis poenitendo, quae commisit. Poenitentia virtus timore concipitur: Vnde Isaias: A timore tuo Domine conceptus, et peperimus spiritum salutis. Est autem poenitentia, ut ait Ambrosius, mala praeterita plangere, et plangenda iterum non committere. Item Gregorius: Poenitere est anteacta peccata deslere, et stenda non committere. Nam qui sic alia deplorat, ut alia tamen committat, adhuc poenitentiam agere aut ignorat, aut dissimulat. Quid enim prodest si peccata luxurie quis desleat, et adhuc auaritia esibus anhelat?

Commenta rio ad 3. ca. Isai. postmodum eiusdem in tomo 5. et 10. 2. epist. de Virgin. ser. ante medi. um eiusde.

Matth. 3. a

Isai. 26. a Ambros. in ser. quarta. g. l. 5. m. Rom. 3. 4. in Enan. 10. 3.

6. Top. c. 1.

Dubium incidens.

2. Eth. c. 1.

Matth. 3. Li. de vera et fals. poenit. c. 8. r. 4. Li. de poenit. mod. r. 9. et ad Scler. cianu. epist. r. 8. r. 2. com.

commisso. Quantum ad secundum modum dantur tres aliae, quae habentur in littera, differentes similiter secundum maiorem expressionem. Prima est Ambrosij in sermone: Pœnitentia est praeveniens mala plangere, et plangenda &c. Secunda est Gregorij: Pœnitentia est antea mala delere &c. Tertia Magistri: Pœnitentia est virtus, vel gratia, quae commissa mala cum emendationis proposito et cert. In omnibus istis rationibus non tantum ponitur actus principalis, qui est plangere, et odire culpam perpetratam, sed etiam annexus, scilicet nolle aliam perpetrare. Quantum ad tertium modum dantur aliae tres differentes similiter secundum maiorem expressionem. Prima a Damasceno: Pœnitentia est ab eo quod est praeter naturam, in id quod est secundum naturam conversio. Secunda in Glossa: Pœnitentiam agite: Pœnitentia est correctio male mentis. Tertia Augustini in lib. v. responsionum; Pœnitentia est quaedam res optima, et perfecta, omnes defectus reuocans ad perfectum. In omnibus illis rationibus tangitur secundum plus, aut minus effectus pœnitentiae, qui est animam reparare: et sic patet quaesitum de differentia diffinitionum, quae dantur de pœnitentia.

Greg. hom. 34. in Euā. Magi. in 2. parte huius diff. ca. His verbis

Mat. 3. a

Aug. 3. Hypognosticon 10. 7.

ARTICVLVS I.

AD intelligētiā huius partis quaeritur de pœnitentia virtute: et circa hoc duo principaliter quaeruntur. Primo quaeritur de ipsa absolute. Secundo in comparatione. Circa primum quaeruntur tria. Primo quaeritur, vtrum pœnitentia sit virtus. Secundo, dato quod sic, quaeritur, vtrum sit virtus generalis, an specialis. Tertio quaeritur, vtrum sit virtus theologica, vel cardinalis.

QVÆSTIO I.

An pœnitentia sit virtus.

Alex. Alenf. 4. p. q. 12. membr. 1. ar. 1. §. 1. S. Tho. 3. p. q. 85. ar. 1. Et 4. Sent. d. 14. q. 1. ar. 1. q. 2. Scot. 4. Sent. d. 14. q. 2. Richar. 4. Sent. dist. 14. q. 1. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 14. q. 1. ar. 1. Steph. Brul. 4. Sent. d. 14. q. 1. Petrus de Tavant. 4. Sent. d. 14. q. 1. Marsil. Inguon. 4. Sent. q. 10. ar. 1. Gabr. Biel. 4. Sent. d. 14. q. 1.

FVNDAMENTA. Mat. 3. a

2. Esbi. cap. 6. cir. inib.

IRCA quam proceditur sic: Pœnitentiā agite. Glossa: prima virtus est per pœnitentiā perimere veterem hominem: hoc ipsum dicit Magister in littera. **I**TEM sicut dicit Philosophus, virtus est quae habentem perficit, et opus eius bonum reddit: sed talis est pœnitentia: ergo est virtus. **I**TEM nullus actus est laudabilis, nec meritorius nisi actus virtutis: sed pœnitere est laudabile, et meritorium: ergo est actus virtutis: sed est actus pœnitentiae: ergo pœnitentia est virtus. **I**TEM nihil expellit vitium, et peccatū nisi gratia, vel virtus: sed pœnitentia expellit hoc: ergo pœnitentia est gratia, vel virtus: sed non est gratia, quia gratia dicit pure, quod a Deo est: pœnitentia autem actum nostrum et cetera. **I**TEM Pœnitere non ideo bonum est, quia praecipit, sed magis econverso: ergo per se bonum: et

A iterum arduum, et difficile est modo debito pœnitere, et circa ipsum contingit errare: ergo necessario indigemus virtute ordinante ad hoc: sed haec non est nisi pœnitentia: ergo et cetera. **S**ED CONTRA: Sacramentum, et virtus ex opposito diuiduntur, sed pœnitentia est sacramentum: ergo non est virtus: Si dicas, quod pœnitentia dupliciter accipitur: et secundum duas acceptiones est virtus, et sacramentum. Quaeritur quare magis pœnitentia, quam baptismus, vel aliud sacramentum. **I**TEM pœnitentia est passio: sed omnis virtus (vt dicit Philosophus) est habitus: ergo pœnitentia non est virtus. **I**TEM omnis virtus habet obiectum bonum sicut scientia verum: sed pœnitentiae obiectum est peccatum: pœnitens enim non pœnitet recte nisi de culpa: ergo et cetera. **I**TEM omnes virtutes sunt connexae, et manent aliquo modo in patria, et fuerunt in Christo, et in primo homine: sed pœnitentia non fuit in Christo, nec in primo homine, nec etiam erit in patria: ergo et cetera.

AD OPPOSITIVM

2. Esbi. 4. et 6. 1. Mag. moral. c. 5.

CONCLUSIO.

Pœnitentia est virtus, sacramentum, actus, et passio, propter diuersas in ea repertas naturas: et hoc secundum analogiam quandam non aequiuocam.

RESP. AD ARG. Dicendum quod circa hoc multiplex opinio fuit. Quidam enim dicere voluerunt, quod pœnitentia non est virtus, sed actus virtutis, non vnus, sed omnium: et concurrunt omnes ad hunc actum, sicut omnes chordae citharae ad vnū sonum secundum regulam tangentis: sic omnes virtutes secundum dictamen prudentiae. Sed ista positio non est conueniens. Si enim iste actus est bonus, et difficilis, et circa quem contingit errare: sicut iraper zelum est habitus, quo homo irascitur vitis alienis: sic pœnitentia est habitus, quo homo irascitur vitis proprijs. Si enim non esset habitus, tunc non diceretur habere pœnitentiam, nisi actu pœnitens. Secunda opinio fuit, quod est habitus non virtutis, sed gratiae: nec tantum nominat gratiam secundum substantiam, sed etiam secundum actum, vt sicut gratia baptismalis dicitur innocentia, sic gratia iustificationis pœnitentia. Sed haec positio non debet stare: quia gratia non dirigit lib. arb. ad aliquem motū specialem per se nisi mediante virtute, quod facit pœnitentia. Tertia positio est, quod pœnitentia est virtus, sed non est virtus nisi extenso nomine virtutis. Nam virtus proprie est in dirigendo ad bonum (virtus enim est qualitas mentis, qua recte viuatur) sed pœnitentia reuocat a malo. Sed haec positio non videtur adhuc sufficiens, quia pœnitentia non facit tantum dolere de culpa perpetrata, sed etiam facit emendare: vnde eius est obiectum punire, et ideo reconciliare: et hoc patet ex diffinitione eius: et ita est virtus proprie. Vltima positio est, quod pœnitentia est habitus virtutis, et virtutis secundum propria acceptionem, non tantum secundum communem: Et haec probabilior est, vt credo, sicut patebit melius in sequentibus. Ad intelligētiā autem obiectorum notandum, quod pœnitentia est expulsiua peccati actualis, quod est macula animam deformans, et iterum ad malum inclinans, siue a bono dehabilitans, et iterum naturam vulnerans: quam etiam perpetravit quis per actum voluntatis cum delectatione, et libidine. Quia igitur delere culpam vt deformantem est gratiae reformantis, vt dehabilitantem est virtutis habilitantis, et vt vulneratē naturam est sacramenti curantis, vt actu perpetrata per actū voluntatis cū delectatione et libidine, similiter est

Opinio 1.

Improbatio

Opinio 2.

Improbatio

Opinio 3.

Ex diff. Mag. giff. l. 2. di. 27.

Improbatio

4. Opinio. Consentit. S. Thom. 3. p. q. 85. cui contradicit Duran. hic Explicatio.

AD OPPOSITIVM Lib. 3. hypogn. a media 10. 7.

2. de anim. cont. 33.

est actus voluntatis, et cum passione contraria: ideo pœnitentia recte dicitur gratia, virtus sacramentum, actus passio: et iste modus est secundum diuersas naturas in ea repertas, tamen per ordinationem ad vnum: vnde non dicitur pœnitentia his modis omnino aequiuoce, sed analogice: propter hoc concedendae sunt rationes ad primam partem.

1. AD illud autem quod obijciunt in contrarium, quia est sacramentum, et passio, patet responsio, et ratio illius analogiae: non sic enim est de alijs sacramentis. Quia enim pœnitentia respicit culpam actuale, in cuius deletionem concurrunt motus liberi arbitrij concordans gratiae, ad culpae expulsionem, qui quidem motus rectus, et virtuosus est, et propter displicentiam peccati quod necesse est esse perpetratum, non potuit esse sine passione doloris, patet quare pœnitentia magis est virtus, quam alia sacramenta: patet etiam, quare magis habet passionem coniunctam, quam alia.

2. AD illud quod obijciunt, quod omnis virtus habet obiectum bonum, dicendum quod falsum est. Instantia enim est in temperantia, in pietate, et etiam in fortitudine: sed sufficit, quod actus sit bonus. Nihilominus pœnitentia duplicem habet actum, scilicet restitutus, vel detestari malum, et emendare: isti sunt actus ordinati, et ratione secundi habet obiectum bonum.

3. AD illud ergo quod obijciunt de connexionione virtutum, et huiusmodi, dicendum quod virtutes habent connexionem, et durationem secundum id quod perfectionis est in ipsis: pœnitentia autem habet aliquid perfectionis, et haec est velle emendare, si in aliquo contingat offendere: et haec quidem voluntas est in omnibus iustis. Impossibile est enim, quod sit voluntas recta sine hoc. Habet etiam aliquid imperfectiois, sicut est luctus pro peccato perpetrato: et ratione huius non attenditur connexio, nec duratio, immo potius fit euacuatio, tamquam eius quod est ex parte.

QVÆSTIO II.

An pœnitentia sit virtus generalis, vel specialis.

Alex. Alenf. 4. p. q. 12. Membr. 1. ar. 1. §. 2. S. Tho. 3. p. q. 85. ar. 2. Et 4. Sent. d. 14. q. 1. ar. 1. q. 3. Richardus 4. Sent. dist. 14. q. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 14. q. 2. Petrus de Tavant. 4. Sent. dist. 14. q. 2. Gabr. Biel. 4. Sent. dist. 14. q. 1.

AD OPPOSITIVM Lib. 3. hypogn. a media 10. 7.

TRVM pœnitentia sit virtus generalis, an specialis. Et ostenditur quod generalis. Augustinus in libro quinque responsionū: pœnitentia est quaedam res optima, et perfecta omnes defectus reuocans ad perfectum. Sed alio habitu restauratur defectus concupiscibilis, et irascibilis: ergo pœnitentia respicit omnes habitus: sed hoc non potest facere, si esset specialis virtus: ergo, et cetera.

1. ITEM ratione videtur, quia eiusdem virtutis est delectari, cuius est tristari, et detestari oppositum: sed continentiae est delectari de actu castitatis: ergo eiusdem est detestari actum incontinentiae, et sic de alijs: sed pœnitentia detestatur omne peccatum, siue expellit: ergo pœnitentia est virtus communis, et generalis.

2. ITEM habitus cognoscuntur per actus, et actus per obiecta: sed obiectum pœnitentiae est peccatum in communi, quia ipsa omne peccatum detestatur, et omne peccatum expellit: ergo pœnitentia est virtus generalis, et communis.

S. Bon. To. 5.

CONTRA: Specialis virtutis est diligere bonum, quia bonum scilicet charitatis: ergo a simili specialis virtutis est odire, vel detestari malum, quia malum: sed hoc est pœnitentia: ergo, et cetera.

ITEM specialis doni est refugere malum facientium, siue declinare a malo, vt timoris: ergo specialis virtutis est refugere malum iam factum: sed hoc est pœnitentia: ergo, et cetera.

ITEM pœnitentia ordinatur ad vnum actum tantum liberi arbitrij non ad omnes: quia solum ad pœnitere, et dolere: ergo, et cetera.

CONCLUSIO.

Pœnitentia est specialis virtus, quia respicit malum sub ratione mali proprii, a se contra Deum perpetrati, prout homo ex hoc dignus est puniri.

RESP. AD ARG. Dicendum quod hic fuit duplex positio. Quidam enim voluerunt dicere, quod est virtus generalis: et est pars iustitiae generalis, cuius est facere bonum, et declinare a malo: vnde sicut facere omne bonum est iustitiae generalis, sic declinare ab omni malo factio est iustitiae generalis, et hoc est pœnitentia: et ideo pœnitentia est pars iustitiae generalis. Et quoniam iustitia generalis dicitur non per praedicationem, sed per quamdam virtutum aggregationem, quia comprehendit multas virtutes, sicut vna vinea multas vites, vt dicit Chrysostomus: sic pœnitentia comprehendit omnes virtutes: quoniam quando pœnitet de malo luxuria, tangit chordam continentiae: quando de malo superbia, chordam humilitatis: vt sic venter conscientiae resonet in fletu, quasi cithara, secundum illud: Venter meus ad Moab quasi cithara sonabit: quia si secundum omnes virtutes flenda sunt peccata aliena, multo magis propria. Sed haec positio non potest stare: quia et si pœnitentia respiciat malum in communi, tamen respicit sub propria ratione, et habet actum specialem, qui indiget virtute non tantum praecipiente, sed eliciente: vt sicut ira per zelum, quae detestatur omne peccatum in proximo est specialis virtus, quia respicit illud sub ratione digni poenae: et obedientia est spiritualis virtus, quia respicit exequendum sub ratione mandati: sic etiam pœnitentia specialis est virtus, quia respicit sub ratione mali proprii a se contra Deum perpetrati, prout homo ex hoc dignus est puniri.

1. AD illud ergo quod obijciunt in contrarium, quod effectum habet generalem, dicendum quod illud est verum ratione connexionis virtutum, quia omnes defectus reparat: et magis est verum de ipsa, quam de alia, quia aliorum actus est in formando, sed actus pœnitentiae est in reformando.

2. AD illud quod obijciunt, quod eiusdem virtutis est gaudere de aliquo, et de opposito tristari, dicendum quod verum est imperatiue, sed non elicitue: et hoc patet, quia charitas dicitur, et imperat fugere peccatum: sed tamen timor elicit motum fuga. Alterius enim virtutis est imperare, et alterius elicere: vt obedientia dicitur Deo obediendum in hoc pracepto: Non mœchaberis, et continentia elicitur.

3. AD illud quod obijciunt de obiecto, dicendum quod et si non contrahatur ad speciale peccatum, tamen illud considerat sub speciali, et propria ratione, hoc est in quantum a se perpetratum, et Dei offensiuum, cui vult reconciliari, et emendam facere: et ideo est virtus specialis, quia virtus ponitur specialis, vel generalis, non ratione obiecti, quod est materiale, sed secundum quod habet rationem motiui.

q. QVÆSTIO II.

Q V A E S T I O III.

An penitentia sit virtus Theologica, vel Cardinalis.

Alex. Alenf. 4. p. q. 1. 2. Membr. 1. art. 1. §. 3. et 4. Richardus 4. Sent. dist. 14. art. 2. q. 1. et 2. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 14. q. 3. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 14. q. 3. Marsil. Inguen. 4. Sent. q. 1. o. art. 2.

AD O P P O S I T I U M

TRVM sit virtus Theologica, vel cardinalis. Et quod Theologica, videtur: quia penitentia est reconciliare Deo, et detestari peccatum in quantum Dei offensum; ergo respicit ipsum Deum non tantum ut finem, sed etiam in ratione obiecti: sed omnis talis virtus est Theologica: ergo, et cetera.

2. I T E M videtur quod sit charitas, quia penitentia est detestari peccatum, quia peccatum est Dei offensum: sed non detestatur aliquis separationem ab aliquo, nisi quia diligit coniungi cum eo: sed hoc est charitatis: ergo penitentia est charitas.

3. I T E M eadem vi naturali, qua homo refugit malum ne fiat, aspernatur cum factum est: sed charitate refugit homo separari a Deo: ergo eadem refugit separationem iam factam: sed hoc est penitentiae: ergo, et cetera.

FV N D A M E N T A

C O N T R A: Quod sit virtus Cardinalis, videtur, quia omnis virtus Theologica secundum actum suum transit in Deum, ut in obiectum: sed penitentia non transit in Deum, ut in obiectum, quantum ad actum penitendi: ergo, et cetera.

Psal. 4. b

I T E M quod sit iustitia videtur super illud Psalmi: Sacrificate sacrificium iustitiae, et sperate in Domino: multi dicunt, quis ostendit nobis bona? Glossa: Quid iustius, quam ut suis quisque peccatis potius, quam alienis peccatis irascatur, seque puniens per penitentiam, et satisfactionem Deo offerat?

I T E M Isidorus: Tunc iudicium homo de se sumit, quando per dignam penitentiam sua prava facta damnat: sed iudicium sumere, est iustitia: ergo, et cetera.

C O N C L U S I O.

Penitentia non est virtus Theologica, sed Cardinalis, et propria est iustitia, licet sibi aliarum virtutum motus ei commisceantur.

Opin. 1.

R E S P. A D A R G. Dicendum quod hic duplex fuit opinio. Quidam enim voluerunt dicere, quod penitentia non est aliud quam charitas secundum substantiam, differens secundum statum. Dicitur enim charitas in quantum amat Deum: sed penitentia in quantum refugit et detestatur malum in quantum Dei offensum. Sed certe si timor, qui facit declinare a malo, differt a charitate, non video, quare penitentia non differat. Sed quia habitus cognoscuntur per actus, non quoscumque, sed formales, siue elicitos, et primos. Notandum quod penitentiae actus est detestari culpam, siue peccatum, quia Dei offensum: et hoc in reconciliationem, siue emendam: et quia haec ratio est ipsius iustitiae, dico quod penitentia est virtus Cardinalis contenta sub iustitia. Sicut enim fortitudo multos habet ramos ab vna radice procedentes scilicet patientiam, perseverantiam, fiduciam, quae induunt vnam rationem: sic etiam iustitia, ut puta largitatem, pietatem, humilitatem, obedientiam, penitentiam, quae forte sunt partes potentiales ipsius virtutis iustitiae, sicut melius patebit infra.

Improb. Opin. 2. S. Tho. 3. p. q. 85. art. 3.

Alex. Alenf. 4. p. q. 1. 2. Membr. 2. art. 3. §. 1. S. Tho. 3. p. q. 85. art. 4. Et 4. Sent. dist. 14. q. 2. art. 3. q. 1. Richardus 4. Sent. dist. 14. art. 3. q. 1. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 14. q. 1. art. 2. Steph. Brulof. 4. Sent. dist. 14. q. 4. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 14. q. 4. Marsil. Inguen. 4. Sent. q. 1. o. art. 3.

Explicatio

A D intelligentiam autem obiectorum notandum, quod virtutes se invicem adiuvant, et invicem sibi imperant, sicut patet consideranti motus eorum, ut patet.

Art. seq. per totum.

tet. Aliquis enim obedit ad hoc solum quod praecipitur: et hoc est obedientiae pura. Aliquis obedit praecipio Domini, quia amat eum: et hoc est obedientiae imperatae a charitate. Aliquis obedit etiam hoc praecipio continentiae, quia diligit ipsam: et hoc est obedientiae imperatae a continentia. Vnde obediunt semper ab obedientia elicitur, aliquando per se, aliquando ab alijs imperata. Similiter patet in alijs, quia continere est actus elicitus a continentia. Si quis autem continet amore castitatis, talis actus est elicitus, et imperatus a castitate. Si quis amore Dei, sic est elicitus a castitate, et imperatus a charitate. Si propter praecipium Dei, sic est imperatus ad obedientiam. Similiter dicendum quod penitentia detestatur peccatum, aut quia Dei offensum, ut ei reconcilietur, et emendet, et hoc facit secundum se: aut quia a Deo separatum, et hoc facit imperata a charitate: aut quia specialis virtutis corruptivum, et hoc facit imperata, et adiuta a qualibet speciali virtute: et sic patet, quod proprie est iustitia, tamen contingit aliarum virtutum motus sibi commisceri.

1. A D illud ergo quod obijcitur, quod est Theologica, quia habet Deum pro obiecto, dicendum quod falsum est, quia sicut obedientia proprie respicit Dei mandatum, et laetitia honorem Deo debitum: sic penitentia offensam Deo factam, et emendam faciendam.

2. A D aliud patet responsio, quia ille motus est a charitate per modum imperantis, sed a penitentia per modum elicientis: unde quamvis charitas moveat ad detestandum, quod separata a Deo: non tamen elicit, quia est ibi specialis difficultas, sicut in alijs actibus virtutum: unde sicut charitas movet nos ad omne bonum imperando sed non eliciendo, immo speciales virtutes sunt necessariae: sic in actu penitentiae intelligendum.

3. A D illud quod obijcitur de virtute naturali, dicendum quod non est simile: quia virtus naturalis non dicit tantam approximationem ad actum, sicut virtus infusa, vel acquisita: et ideo magis diversificatur, quam naturalis: et hoc patet quia plures virtutes sunt in eadem potentia naturali: et ideo non sequitur, quod si naturalis eadem est, quod propter hoc sit eadem virtus moralis.

A R T I C V L V S II.

C O N S E Q V E N T E R quantum ad secundum articulum quaeritur de penitentia in comparatione. Et circa hoc quaeruntur tria. Primo quaeritur de ipsa per comparationem ad subiectum. Secundo quantum ad actum, siue originem. Tertio quantum ad ordinem.

Q V A E S T I O I.

An penitentia sit in potentijs animae ut in subiecto.

Alex. Alenf. 4. p. q. 1. 2. Membr. 2. art. 3. §. 1. S. Tho. 3. p. q. 85. art. 4. Et 4. Sent. dist. 14. q. 2. art. 3. q. 1. Richardus 4. Sent. dist. 14. art. 3. q. 1. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 14. q. 1. art. 2. Steph. Brulof. 4. Sent. dist. 14. q. 4. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 14. q. 4. Marsil. Inguen. 4. Sent. q. 1. o. art. 3.



V A E vis animae sit subiectum virtutis penitentiae: et ostenditur, quod sit in vi animae irascibili. Augustinus in libro de penitentia, penitentiam diffiniens, dicit quod

FV N D A M E N T A. Aug. de vera et falsa penit. c. 8. 10. 3.

Psal. 4. a

quod est quaedam dolentis vindicta: constans autem est, quod vindicta est ipsius irascibilis, et vindictam appetere: ergo, et cetera.

I T E M super illud Psalmi: Irascimini, et cetera. Glossa: Quid iustius, quam ut suis quisque irascatur peccatis potius, quam alienis, seque puniens per penitentiam, et satisfactionem Deo offerat? ergo irasci peccatis est per penitentiam. Sed constat, quod irasci est ipsius irascibilis: ergo et penitere.

I T E M Iohannes Chrysostomus: Perfecta penitentia cogit penitentem omnia libenter sufferre: sed hoc est ipsius irascibilis: ergo penitentia est in vi irascibili.

Aug. in rra. Aug. de vii. lit. penit. 10. 9.

I T E M penitere, sicut patet ex ratione nominis, est penam tenere: et ipse Augustinus hanc etymologiam ponit: sed vis quae respicit penam et sustinet, est irascibilis: ergo et cetera.

I T E M penitentia virtus est non solum secundum quod respicit culpam, sed secundum quod est in subiectum scilicet in hominem, qui offendit ut puniatur, et per penam emenda fiat: et hoc patet per duo, quae Magister dicit in littera. Dicit enim quod penitentia dicitur a puniendo. Dicit etiam, quod per penitentiam mala plangimus cum emendationis proposito: ergo cum virtus, qua volumus proximum peccantem puniri, sit in irascibili, scilicet ira per zelum, pari ratione, et penitentia erit in irascibili.

AD O P P O S I T I U M

1. S E D C O N T R A: Videtur quod penitentia sit in syndere, quia cuius est actus, eius et habitus. Sed actus penitentiae est gemere, et gemere est in syndere: ergo et penitentia. Prima patet. Secunda probatur, quia scribitur: Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Sed Glossa dicit, quod spiritus est syndere: ergo, et cetera.

Rom. 8. c

2. I T E M videtur quod in rationali, quia in ea vi est penitentia, cuius est agere penitentiam: sed agere penitentiam est ipsius rationis: ergo et Penitentia. Prima patet. Minor probatur, super illud Psalmi: Spera in Domino, et cetera. Glossa, id est de peccatis penitentiam agam. Et vt habetur in Glossa: Quare tristis, et cetera. ratio confortat animam sensualem: ergo ratio agit penitentiam: ergo, et cetera.

Pf. 42. b

Pf. 42. a

Ex post pra. dic. cap. de opposit.

3. I T E M videtur, quod in concupiscibili, quia opposita nata sunt fieri circa idem: sed delectatio, et tristitia sunt opposita, similiter dolor, et gaudium, amor, et odium: sed in penitentia est dolor, tristitia, et odium peccati, et horum opposita, scilicet amor, et gaudium sunt in concupiscibili: ergo et per praedictam regulam penitentia est in concupiscibili: non ergo in irascibili.

4. I T E M videtur, quod sit in qualibet vi animae, quia quae mutuo se expellunt habent esse circa idem susceptibile: sed penitentia expellit omnia peccata: ergo cum diversis genera peccatorum sint in diversis viribus, penitentia non est in vna vi, sed in diversis.

C O N C L U S I O.

Penitentia cum perveniat ad affectivam animi partem, et dicat odium ut vindicta et punitionis, ipsa subiicitur in facultate irascibili.

Opinio 1.

R E S P. A D A R G. Dicendum quod circa hoc varie opinati sunt diversi. Quidam enim dixerunt, quod penitentia circui omnes vires, quia expellit omnia peccata et omnia deflet. Et quoniam pro omnibus virtutum, et ad expulsionem vitiorum concurrunt habitus virtutum omnium, voluerunt quod penitentia in omnibus viribus esset, tanquam iustitia generalis. Et hoc nituntur ostendere per Glossam super illud: Venter meus ad Moab quasi cithara sonabit: Glossa interlinearis exponit: Sonabit plangendo. Et S. Bon. To. 5.

Ipsa. 16. d

A Glossa ordinaria dicit: Sicut cithara compositum sonum non emittit, si vna chorda rupta fuerit: sic spiritualis venter prophetae si vna chorda virtutum rupta fuerit, dulces melodias non resonabit. Et ex hoc volunt habere, quod similiter est in luctu penitentiae: et ita quod penitentia sit in omni vi. Et ideo dicunt, quod penitentia diffinitur per actus diversarum virium: et dicunt, quod ei respondet actus virium diversarum. Satisfacit enim penitens orando: et hoc est rationalis. Ieiunando: et hoc est concupiscibilis. Miserendo, siue eleemosynam tribuendo: et hoc est similiter concupiscibilis. Penam sufferendo: et hoc est irascibilis. Sed ista positio partim supra improbata est. Si enim penitentia est habitus specialis et vnus, ut supra monstratum est, et vnus habitus in vna est potentia, cum vnus accidens sit in vno subiecto, et subiectum virtutis sit potentia, necesse est quod penitentia non in omnibus, sed in aliqua vi sit determinate. Sed illud est quod decipit ponentes penitentiam in omnibus viribus esse, quia penitentia ab omnibus imperatur, et hinc est, quod ad luctum penitentiae omnes virtutes concurrunt ut annexae: ergo videtur, quod penitentia sit in omnibus viribus, et virtutes ceteras complectatur. Istud etiam decepit eos, quia actum specialem, et proprium penitentiae non respexerunt, qui non est communis, sed alicuius specialis vis: et ideo haec positio non est multum probabilis. Secunda positio est, quod penitentia est in vi determinata, sed non est in aliqua trium virium praedictarum, sed in vi superiori ad illas tres: et hanc vocant liberum arbitrium, in quo coniugatae sunt vis cognitiva, et motiva, et quod imperat alijs viribus, et ei non imperatur, et circa quod residet meritum ex parte nostra. Et quia virtus a nulla potentia imperatur, quia etiam virtus est ad merendum, posuerunt omnes virtutes, et penitentiam esse in libero arbitrio, tanquam in subiecto. Quia vero liberum arbitrium regit potentias inferiores, et per vnam virtutem potest regere multas potentias, sicut per iustitiam, et penitentiam: hinc est quod penitentia videtur esse in inferioribus viribus, videtur etiam esse in pluribus, quamvis subiective sit in vna sola. Verum tamen sicut alibi melius patet, liberum arbitrium non dicit aliam potentiam ab his, scilicet rationali, concupiscibili, et irascibili, licet dicat per alium modum, quia dicit per modum mouentis, et imperantis: sed istae potentiae sunt ei obediens, ita quod eadem potentia in quantum libera, imperat sibi ut natura: et ideo si ista positio velit dicere quod liberum arbitrium dicat potentiam secundum rem, et naturam distinctam ab his, scilicet rationali, concupiscibili, et irascibili, tunc eam non intelligo, nec credo, quod habeat veritatem. Sed si vult dicere, quod nomen eandem potentiam, sed tamen secundum alium modum se habendi, hoc ego non nego. Sed adhuc remanet eadem dubitatio, si potentiae animae diversae sint, in qua sit secundum rem, quia vel oportet ad hoc venire, quod illae tres potentiae sint vna potentia secundum rem, vel quod liberum arbitrium sit potentia distincta ab illis: vel quod omnis virtus sit in aliqua istarum trium scilicet vel in rationali, vel in concupiscibili, vel in irascibili, in quibus consueverunt communiter a doctoribus, et a patribus nostris tres virtutes theologice poni, cum actus harum virium immediate tendant in Deum: et certe, si theologice ibi reponuntur, quare non et Cardinales secundum aspectum earum ad inferius? Tertia positio est, quod penitentia est in rationali: et ratio huius positionis haec est, quia penitentia est pars iustitiae Cardinalis: est enim sit virtus, et non sit Theologica, necesse est quod reducatur ad aliquam virtutem: cum ergo virtus Cardinalis sufficienter et secundum sanctos, et secundum philosophos diuidatur in quatuor, et penitentia non sit sub aliqua aliarum, constat quod penitentia, ut praemissum est, sub iustitia contineatur. Iustitia autem cum sit habitus vnus, non potest esse in pluribus.

Improb. Art. praec. q. 2.

Opin. 2.

Improb. Lib. 2. d. 25 et deinceps.

Opin. 3.

ribus viribus: ergo necesse est quod sit in vna: Rursus: Cum actus iustitiæ, qui est reddere unicuique quod iustum est, proprie sit rationis, quia iste est actus iudicialis, et ratio est iudex in regno animæ: dicunt quod iustitia est in ratione ut est iudex, sicut prudentia in ea ut est dux, siue consiliarius. Et quoniam ratio ut est iudex, imperat toti animæ: hinc est quod iustitia Cardinalis dicitur omnes vires animæ circuire: et hinc est quod habitus continet, qui videntur ad affectionem pertinere, sicut obedientiam, et poenitentiam: et hinc est quod poenitentia in vna vi est, tamen multas circuire videtur: et ideo in rationali est, ut est regitua irascibilis, et concupiscibilis, ut moueat concupiscibilem ad gemendum pro culpa, et irascibilem ad puniendum ipsam animam. Sed nec illud est multum rationale inspicienti, quod poenitentia, quæ est in affectu maxime, et humilitas, quæ est species iustitiæ, sit in rationali. Et ulterius: Habitus virtutis non debet poni circa virtutem imperantem, sed elicientem. Nam in eliciendo est difficultas, et respectu illius, siue ratione illius est habitatio: vnde motus virtutis non dicitur esse huius proprie, vel illius nisi virtutis elicientis: sicut si charitas imperet continere, vel iustitia pugnare: tamen continere semper est continentia, et recte pugnare est fortitudinis: sicut ergo poenitere non est nisi poenitentia: sic et habitus est non in virtute imperante, sed eliciente: hæc autem non est vis rationalis, sed vis affectiua, et maxime irascibilis, sicut patet ex rationibus prius visis. Nam poenitentia non tantum respicit vitium, quod abominatur, quantum subiectum peccati contra quod insurgit, et quod insurgendo punit: et non tam respicit culpam, siue offensam, quam etiam emendam: et ista emenda est in poenitentia: et ideo recte dicitur vindicta. Et ideo est alia opinio, quod poenitentia, ut est specialis virtus, est in irascibili. Hanc positionem credo probabiliorem. Non enim capio, quo modo poenitentia in omnibus viribus esse possit, cum sit habitus specialis. Sic nec secundum capio, quo modo omnis virtus sit in vna vi, supposito quod potentia rationales sint plures, quæ sunt proprie ipsius animæ ut rationalis, siue sint plures potentia, siue, ut dicunt alij, plures vires. Nec tertium quo modo poenitentia, et humilitas sint in ratione, cum dicant, quod est affectionis, ut etiam ipsa spes, vel charitas. Et ideo dicendum quod cum poenitentia de se dicat habitum affectionis, quod est in potentia affectiua. Cum autem dicat affectionem odij, vel doloris, ut vindictæ, et ut punientis, sicut patet ex multiplici auctoritate, et ratione in opponendo, et illud odium, quod est cum insurrectione, sit in irascibili potentia, dico quod ipsa poenitentia est in irascibili. Si obijciatur quo modo hoc potest esse, cum sit species iustitiæ: iustitiæ autem necesse sit esse in vna potentia, tamquam habitum vnum: hæc autem non potest esse irascibilis, quia magis est vis rationis ius reddere, quam potentia irascibilis, dicendum quod ipsa iustitia est in tribus viribus, secundum quod dicit Glossa super Genesim, quod comparatur iustitia Eufraiti. Si obijcias, quo modo potest esse habitus vnus, dico quod iustitia Cardinalis potest esse habitus vnus, non sicut conclusio particularis dicitur habitus vnus, sed sicut vna totalis scientia dicitur vnus: ut grammatica, quæ multos continet habitus particulares, et geometria: sic et iustitia obedientiam, humilitatem, poenitentiam, et largitatem, et veritatem, et secundum istos habitus particulares potest esse in diuisis potentijs. Nam veritas est in rationali, et largitas in concupiscibili, poenitentia, et humilitas in irascibili. Vniuntur tamen omnes in vnam rationem, quæ est reddere unicuique ius suum: et ideo subiunguntur rationem vnus virtutis Cardinalis. Si ergo iustitia Cardinalis esset vnus habitus particularis, et simplex omnino, et indiuisus tunc haberet locum obiectio: quod cum non sit, patet illud, et cetera.

1. Ad illud ergo quod obijciatur, quod sit in syn-

deresi, dicendum quod illud argumentum deficit, quia gemere non est synderesis ut elicientis, nec ut perfecte imperantis: quia sic nihil potest imperare libero arbitrio. Sed potius est ut remurmurantis malo, et dicentis bonum, quia naturaliter remurmurat de malo: et in hoc errare non potest. Et quoniam virtus est in potentia, penes quam residet facultas, et imperij eliciendi actum: ideo non est in synderesi, sed in libero arbitrio: libertas autem arbitrij non solum est in ratione, sed etiam in concupiscibili, et irascibili, quia complectitur rationem, et voluntatem: et voluntas continet potentiam amandi, et detestandi secundum concupiscibilem, et irascibilem.

2. Ad illud quod obijciatur, quod sit in rationali, dicendum quod ratio dicitur multipliciter: tamen quantum pertinet ad propositum, dicitur communiter, et proprie. Communiter comprehendit totam portionem animæ diuisam contra sensualitatem, in qua ponuntur tres potentia: et sic accipitur in Glossa prædicta. Proprie accipitur pro potentia diuisa contra concupiscibilem, et irascibilem: et sic obijciatur, et sic non valet obiectio.

3. Ad illud quod obijciatur, quod sit in concupiscibili propter hoc, quod odium est in eadem, dicendum quod odium dicitur dupliciter. Aut cum quadam displicentia, aut cum insurrectione, et vindicta, et ira: et primum est in concupiscibili, secundum in irascibili: et tale est poenitentia. Sicut enim per iram, et per zelum irascitur homo, et indignatur peccatis proximi: sic per poenitentiam peccatis suis.

4. Ad illud quod obijciatur, quod sit in omnibus, dicendum quod expellere omnia vitia est dupliciter, vel per modum detestantis, vel per modum informantis. Per poenitentiam expelluntur omnia vitia per modum detestantis, et satisfaciendi. Sed per modum informantis vnumquodque vitium expellitur per virtutem sibi oppositam. Quod primo modo expellit, necesse est esse in eadem potentia: sed quod secundo modo, non: et sic patet illud.

QUESTIO II.

An poenitentia concipiatur per timorem.

Alex. Alenf. 4. p. q. 12. Membr. 3. art. 1. §. 1. et 2.
S. Tho. 3. p. q. 85. art. 5.
Et 4. Sent. dist. 14. q. 1. art. 2. q. 2.
Richardus 4. Sent. dist. 14. art. 4. q. 1.
Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 14. q. 5.
Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 14. q. 12.

DE origine poenitentia: et dicit Magister in littera, quod poenitentia virtus timore concipitur. Sed contra hoc est, quia si est virtus, est per infusionem: non ergo per conceptionem.

1. Item cum conceptio non sit sine generatione, quare magis dicit, concipitur, quam generatur.

2. Item quare magis timore quam alio principio: et videtur quod magis amore, quia timor nascitur ab amore: ergo prima ratio generandi, et concipiendi est in amore: ergo, et cetera.

3. Item tam timor, quam amor est ex fidei cognitione: ergo deberet dicere, quod fide concipitur.

4. Item: si timore, aut feruili, aut initiali, aut filiali. Non feruili, quia cum illo manet voluntas peccandi. Non initiali, neque filiali, quia antequam habeat timorem filialem, vel initialem, necesse est, quod de peccato poeniteat.

6. ITEM

5. ITEM timor est donum: sed poenitentia virtus est ante dona naturali ordine: ergo non concipitur timore aliquo.

CONCLUSIO.

Origo poenitentia effectiua Deus est, sed dispositiua nos sumus.

RESP. AD ARG. Dicendum quod origo poenitentia virtutis effectiua Deus est, sed dispositiua a nobis, quia qui creauit nos sine nobis, non iustificat nos sine nobis. Dispositio autem hoc ordine procedit. Primo necesse est Dei bonitatem, et iustitiam cognoscere, cui displicet omne malum, et inordinatio, et ab illa offenditur, et nullo modo malum relinquit impunitum: et se debet cognoscere aliquid fecisse, quod suæ displicere debeat bonitati, et hæc est cognitio culpæ: et ex hoc cognoscit se homo ex diuina sententia obligatum ad poenam. Necesse est etiam secundo cognoscere Dei misericordiam, qua paratus est omni reuertenti, et dolenti de culpa commissa sibi remittere, et indulgere. Ex prima cognitione generatur timor: ex secunda generatur spes remissionis: et ex his voluntas reuertendi, confederandi Deo, et satisfaciendi per gemitum, et alias poenas: et si incipiat facere quod in se est, dispositus est ad iustificationem.

1. 2. Ex hoc igitur patet responso, quo modo poenitentia virtus concipitur per dispositionem suscipiendi eam: et quare magis dicitur quod concipitur, quam quod generatur, quia generare est efficientis, et principij effectiui, sed concipere receptiui.

3. Ex hoc patet etiam, quare magis dicitur timore, quam amore, quia peccator non habet amorem Dei, sed sui: et iste amor numquam generat poenitentiam, nisi quia timet: vnde quamdiu amat, et credit, non refugit peccatum, sed quando timet: et ideo non concipitur fide, quia ante timorem non est poenitentia seminarium, quod est cessare a malo. Ex hoc etiam patet, quare magis timore, quam spe: quia timor concipit, sed spes promouet.

4. Ex hoc patet ulterius, quod concipitur timore feruili. Necesse est inueniens, quia conceptio ista non est per productionem in esse, sed per dispositionem, et preparationem: et ideo non oportet, quod poenitentia sit cum timore feruili, sed sufficit, quod timor præparet ad poenitentiam.

5. Ad illud quod obijciatur, quod poenitentia est ante dona, dicendum quod est donum Spiritus sancti, cum quo est Spiritus sanctus, et datur: et hoc est gratia gratum facientis, et de hoc verum est, quod obijcit. Et est donum quod est sine Spiritus sancti donatione proprie dicta, quæ est per inhabitationem: et hoc donum est gratia gratis data, et tale donum est timor feruili: et hic antecedit virtutes, et tali timore concipitur poenitentia: et ideo non valet obiectio.

QUESTIO III.

An poenitentia sit prima virtus.

Alex. Alenf. 4. p. q. 12. Membr. 3. art. 2.
S. Tho. 3. p. q. 85. art. 8.
Et 4. Sent. dist. 14. q. 1. art. 1. q. 6. 1. et 2.
Richardus 4. Sent. dist. 14. art. 1. q. 2. et 2.
Stephanus Brulef. 4. Sent. dist. 14. q. 6.
Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 14. q. 12.

FUNDAMENTA. **D**E ordine poenitentia ad alias virtutes, et quod sit prima virtus, videtur. Poenitentiam agite, Glossa: Prima virtus est per poenitentiam perimere veterem hominem.

S. Bon. To. 5.

ITEM ratione videtur, quia prius est declinare a malo, quam facere bonum: sed per poenitentiam est declinare a malo, per alias facere bonum: ergo, et cetera.

ITEM egressus vitij, virtutis operatur ingressum: sed poenitentia est peccata expellere: ergo, et cetera.

CONTRA: Fides est fundamentum totius spiritualis machinae secundum Apostolum ad Hebreos: et hoc patet ratione, quia prius est actus intellectus, quam affectus: sed fides dirigit intellectum, poenitentia affectum: ergo, et cetera.

1. **C**ONTRA: Fides est fundamentum totius spiritualis machinae secundum Apostolum ad Hebreos: et hoc patet ratione, quia prius est actus intellectus, quam affectus: sed fides dirigit intellectum, poenitentia affectum: ergo, et cetera.

2. **I**TEM cum dicitur poenitentia virtus prima, aut hoc est quantum informis, aut quantum formata. Informis non, quia ipsa generatur ex fide, et spe, et timore, ut ostensum est, virtus enim poenitentia timore concipitur. Si formata. Contra: Omnes simul infunduntur: ergo poenitentia infunditur cum alijs: ergo, et cetera.

3. **I**TEM primus actus est viuere: sed iustus ex fide viuit, vel ex charitate, non ex poenitentia proprie: ergo prius est charitas, et fides, quam poenitentia.

4. **I**TEM nulli displicet offensa alicuius, nisi quia diligit illum: si enim odiret, placeret: ergo diligere Deum per naturam præcedit odium peccati: sed primum est charitatis, secundum poenitentia: ergo, et cetera.

5. **I**TEM naturaliter prius est intentio ad terminum ad quem, quam separatio a termino a quo: sed charitas dirigit ad terminum ad quem, poenitentia separata a termino a quo, scilicet peccato: ergo charitas prior.

CONCLUSIO.

Poenitentia secundum regressum, et reparationem, atque expulsiorem culpa præcedit alias virtutes, licet secundum imaginis informationem præcedat fides: et secundum substantiam omnes sunt simul.

RESP. AD ARG. Dicendum quod prius dupliciter dicitur, v. l. secundum substantiam, vel secundum usum. Secundum substantiam omnes sunt simul. Secundum usum distinguendum est. Aut enim secundum imaginis informationem: et sic est fides prima, aut secundum regressum, et reparationem: et sic actus poenitentia est primus, quia immediatior est. Nam est simul sicut motus liberi arbitrij cum contritione, qui quidem motus a pluribus dicitur motus fidei: tamen gratia adueniens per modum reparantis, et expellentis culpam, immediate respicit motum, vel actum poenitentia. Sicut enim gratia prius culpam expellit per naturam, quam habilitet ad bonum: sic necesse est, quod homo ex parte sua in iustificatione primo aspernetur culpam, quam dirigatur in bonum opus.

1. 2. **P**ER hanc duplicem distinctionem solutio ad primum, et secundum. Primum quia fides est prima informando. Secundum quia omnes virtutes simul infunduntur, et simul sunt quantum ad substantiam, et essentiam.

3. **A**D illud quod obijciatur de actu viuendi, dicendum quod prior actus est viuificare, quam viuere: vnde etiam fides, et charitas faciunt viuere, poenitentia tamen est viuificare: et sic potest dici prior.

4. **A**D illud quod obijciatur, quod displicet offensus propter dilectionem, dicendum quod non est necesse actu præcedere dilectionem ipsam displicentiam, sed sufficit quod comitetur in habitu.

5. **A**D vltimum dicendum quod verum est vbi eodem motu receditur, et acceditur: sed in spiritualibus non tenet, vbi alio motu receditur a termino, et fertur in terminum, tunc enim necesse est, quod primo resiliat, si vult accedere: vnde prius oportet exire domum, quam ire ad Ecclesiam.

9 5 DIST.

Improb.

Opin. 4.

S. Tho. 3. p. q. 85. art. 4. remouet quod est in voluntate. Obiectio.

Responso.

Gen. 2. Obiectio. Responso.

AD OPPOSITVM

PONIT ERROREM CVM CONFIRMATIONE,

adducens auctoritates, quod vera pœnitentia non

est qua quis recidiuet.

Opinio erronea.

Lib. 2. de summo bono c. 16. et habetur de pœn. d. 3. c. Irrisor.

Isa. 1. d

Lib. soliloquiorum, et habetur de pœn. d. 3. c. Inanis. Pastor. parte 3. ad mon. 31. de pœn. d. 3. alijq. pluribus utuntur in assertionem sua opinionis. Sed Ambrosius dicit: Hec vera pœnitentia est cessare a peccato. Et iterum: Magni profectus est renunciaſſe errori. Imbutos enim vitij animos exuere atque emendare, virtutis est perfectio et celeſtis gratia, et ideo sane ita deſiniri poteſt: Pœnitentia eſt virtus vel gratia, qua commiſſa mala cum emendationis propoſito plangimus et odimus, et plangenda vltierus committere nolimus: quia pœnitentia vera eſt in animo dolere, et odire vitia. Vnde illa verba premiſſa: Pœnitere eſt ante acta deſerere, et ſtenda non committere: recte ſic accipi poſſunt, ut non ad diuerſa tempora, ſed ad idem referantur: ut ſcilicet tempore quod deſet commiſſa mala, non committat voluntate vel opere ſtenda. Quod innuitur ex verbis conſequentibus: Nam qui ſic alia deplorat, et cetera. Hinc Auguſtinus ait: Cauendum eſt ne quis exiſſimet neſanda illa crimina, qualia qui agunt, regnum Dei non poſſidebant, quotidie perpetranda, et eleemoſynis redimenda. In melius eſt enim vita mutanda, et per eleemoſynas de peccatis præteritis propitiandus eſt Deus, non ad hoc emendandus quodam modo, ut ea ſemper liceat impune committere. Nemini enim dedit laxamentum peccandi, eſt miſerando deleat commiſſa peccata, ſi non ſatisfactio congrua negligatur. Item Pius papa: Nihil prodeſt homini ieiunare et orare, et alia religionis opera agere: niſi mens ab iniquitate reuocetur. Qui ergo a malis ſic mentem reuocat, ut commiſſa plangat, et plangenda committere non velit, nec ſatisfacere negligit, vere pœnitet. Nec ideo non eſt vera pœnitentia, quia forte poſt, non de propoſito, ſed caſu vel inſirmitate peccabit. Ille autem irriſor eſt, et non pœnitens, qui ſic commiſſa plangit, ut plangenda voluntate vel opere committere non deſinat. Ille etiam qui poſt lacrymas repetit que ſleuit, lauatur ad tempus: ſed mundus non eſt, id eſt, illa munditia non eſt ei ſufficiens ad ſalutem, quia eſt momentanea, non perſeuerans. Item illud: Inanis eſt pœnitentia, quam ſequens culpa coinquinat, ſic intelligendum eſt: Inanis eſt, ſcilicet carens fructu illius pœnitentia, quam ſequens culpa non inquinat. Illius enim fructus eſt, uitatio gehenna, et adoptio glorie. Mortificatur enim illa pœnitentia, et alia anteacta bona per ſequens peccatum, ut non ſortiantur mercedem, quam meruerunt cum fierent, et quam haberent ſi peccatum non ſuccederet. Sed eſt de peccato ſuccedenti pœnitentia agatur: ei pœnitentia que præceſſit, et alia anteacta bona reuiuſcunt: ſed illa tantum que ex charitate prodierunt. Illa enim ſola viuunt, que ex caritate fiunt. Ideoq. ſi per ſequentia peccata mortificantur, per ſubſequentem pœnitentiam reuiuſcere poſſunt. Que vero ſine charitate fiunt, mortua et inania generantur: et ideo per pœnitentiam reuiuſcere non valent. Similiter intelligendum eſt illud: Nihil proſunt lamenta, et cetera. Et illud: Nihil valet, et cetera.

In Ench. c. 70. to. 3.

Ambr. lib. 2. de vnica pœnit. c. 10 et habetur de pœn. d. 3. c. Reperiuntur.

De pœnit. d. 3. c. Nihil prodeſt.

Solutio probationum.

Opinionis erroneæ.



HIS verbis quidam vehementius inherens, contendunt vere pœnitentem ultra non poſſe peccare damnabiliter: eſt grauius peccauerit, veram non præceſſiſſe pœnitentiam. Quod etiam alijs muniunt testimonijs. Ait enim Iſidorus: Irrisor eſt et non pœnitens, qui adhuc agit quod pœnitet. Nec videtur Deum poſcere ſubditus, ſed ſubſannare ſuperbus. Canis reuerſus ad vomitum, et pœnitens ad peccatum. Multi lacrymas indefinenter fundunt, et peccare non deſinunt. Quosdam accipere lacrymas ad pœnitentiam cerno, et effectum pœnitentia non habere: quia inconfiantia mentis nunc recordatione peccati lacrymas fundunt, nunc reuiuſcente uſu, ea que ſteuerunt iterando committunt. Iſaias de peccatoribus dicit: Lauamini, mundi eſtote. Lauatur et mundus eſt, qui et præterita plangit, et ſtenda iterum non committit. Lauatur, et non eſt mundus qui plangit que geſſit, nec deſerit, et poſt lacrymas ea, que deſteuerat, repetit. Idem Auguſtinus: Inanis eſt pœnitentia, quam ſequens culpa coinquinat. Nihil proſunt lamenta, ſi replicantur peccata. Nihil valet veniam a malis poſcere, et male denuo iterare. Item Gregorius: Qui commiſſa plangit, nec tamen deſerit: pœna grauiori ſe ſubijcit. Item Ambroſius: Reperiuntur qui ſapius agentem pœnitentiam putant, qui luxuriantur in Chriſto. Nam ſi vere pœnitentiam in Chriſto agerent, iterandum poſtea non putarent: quia ſicut unum baptiſma, ita eſt vna pœnitentia. His alijsq. pluribus utuntur in aſſertionem ſua opinionis. Sed Ambroſius dicit: Hec vera pœnitentia eſt ceſſare a peccato. Et iterum: Magni profectus eſt renunciaſſe errori. Imbutos enim vitij animos exuere atque emendare, virtutis eſt perfectio et celeſtis gratia, et ideo ſane ita deſiniri poteſt: Pœnitentia eſt virtus vel gratia, qua commiſſa mala cum emendationis propoſito plangimus et odimus, et plangenda vltierus committere nolimus: quia pœnitentia vera eſt in animo dolere, et odire vitia. Vnde illa verba premiſſa: Pœnitere eſt ante acta deſerere, et ſtenda non committere: recte ſic accipi poſſunt, ut non ad diuerſa tempora, ſed ad idem referantur: ut ſcilicet tempore quod deſet commiſſa mala, non committat voluntate vel opere ſtenda. Quod innuitur ex verbis conſequentibus: Nam qui ſic alia deplorat, et cetera. Hinc Auguſtinus ait: Cauendum eſt ne quis exiſſimet neſanda illa crimina, qualia qui agunt, regnum Dei non poſſidebant, quotidie perpetranda, et eleemoſynis redimenda. In melius eſt enim vita mutanda, et per eleemoſynas de peccatis præteritis propitiandus eſt Deus, non ad hoc emendandus quodam modo, ut ea ſemper liceat impune committere. Nemini enim dedit laxamentum peccandi, eſt miſerando deleat commiſſa peccata, ſi non ſatisfactio congrua negligatur. Item Pius papa: Nihil prodeſt homini ieiunare et orare, et alia religionis opera agere: niſi mens ab iniquitate reuocetur. Qui ergo a malis ſic mentem reuocat, ut commiſſa plangat, et plangenda committere non velit, nec ſatisfacere negligit, vere pœnitet. Nec ideo non eſt vera pœnitentia, quia forte poſt, non de propoſito, ſed caſu vel inſirmitate peccabit. Ille autem irriſor eſt, et non pœnitens, qui ſic commiſſa plangit, ut plangenda voluntate vel opere committere non deſinat. Ille etiam qui poſt lacrymas repetit que ſleuit, lauatur ad tempus: ſed mundus non eſt, id eſt, illa munditia non eſt ei ſufficiens ad ſalutem, quia eſt momentanea, non perſeuerans. Item illud: Inanis eſt pœnitentia, quam ſequens culpa coinquinat, ſic intelligendum eſt: Inanis eſt, ſcilicet carens fructu illius pœnitentia, quam ſequens culpa non inquinat. Illius enim fructus eſt, uitatio gehenna, et adoptio glorie. Mortificatur enim illa pœnitentia, et alia anteacta bona per ſequens peccatum, ut non ſortiantur mercedem, quam meruerunt cum fierent, et quam haberent ſi peccatum non ſuccederet. Sed eſt de peccato ſuccedenti pœnitentia agatur: ei pœnitentia que præceſſit, et alia anteacta bona reuiuſcunt: ſed illa tantum que ex charitate prodierunt. Illa enim ſola viuunt, que ex caritate fiunt. Ideoq. ſi per ſequentia peccata mortificantur, per ſubſequentem pœnitentiam reuiuſcere poſſunt. Que vero ſine charitate fiunt, mortua et inania generantur: et ideo per pœnitentiam reuiuſcere non valent. Similiter intelligendum eſt illud: Nihil proſunt lamenta, et cetera. Et illud: Nihil valet, et cetera.

Si enim

Si enim replicentur peccata: nihil valet ad ſalutem, vel ad veniam in ſine procedens lamentum: quia nihil relinquitur de vita munditia: quia aut peccata dimiſſa redeunt, ut quibusdam placet, cum replicantur: vel ſi non redeunt, eis tamen deletis propter ingratiudinem ita reus et immundus conſtituitur, cum adhuc in expiandis implicatur, ac ſi iam deleta redirent. De hoc tamen, ſcilicet an peccata redeant, poſt plenius agemus. Similiter nihil valet ad ſalutem obtinendam, vel ad munditiam vite habendam, veniam de malefactis poſcere, et malefacta denuo iterare. Ita etiam intelligendum eſt illud quod idem Auguſtinus alibi ait: Pœnitentia eſt quedam dolentis vindicta, ſemper puniens in ſe quod dolet commiſſiſſe. Et infra: Continue, dolendum eſt de peccato, quod declarat ipſa diſtinctionis virtus. Pœnitere enim eſt pœnam tenere: ut ſemper puniat in ſe ulciſcendo, quod commiſit peccando. Ille autem pœnam tenet, qui ſemper vindicat quod commiſſiſſe ſe dolet. Pœnitentia ergo eſt vindicta ſemper puniens in ſe, quod dolet commiſſiſſe. Quid reſtat nobis, niſi dolere in vita? ubi enim dolor finitur, deſicit et pœnitentia. Si vero pœnitentia finitur, quid relinquitur de venia? Tandem gaudeat et ſperet de gratia, quamdiu ſuſtentatur a pœnitentia. Dicit enim Damianus: Vade, et amplius noli peccare: Non dixit: Ne pecces, ſed nec voluntas peccandi in te oriatur. Quod quo modo ſeruabitur, niſi dolor in pœnitentia continue cuſtodiat. Sed ſemper doleat, et de dolore gaudeat: et non ſit ſatis quod doleat, ſed ex fide doleat, et non ſemper doluiſſe doleat.

Determinatur intelligentia diſtorum.

DE pœnitentia perfectorum, vel ad ſalutem ſufficienti intelligendum eſt quod ſupra dixit, ſcilicet: Pœnitentia eſt vindicta ſemper puniens quod commiſit: et alia huiusmodi. Illud vero: Si pœnitentia finitur, nihil de venia relinquitur: dupliciter accipi poteſt. Si enim iuxta quorundam intelligentiam peccata dimiſſa redeunt, facile eſt intelligere nihil de venia relinqui: quia peccata dimiſſa iterum replicantur. Sicut enim ille, qui ex ſeruitute in libertatem manumittitur, interim vere liber eſt, et tamen propter offenſam in ſeruitutem poſtea reuocatur: ſic et pœnitentia peccata vere dimittuntur, et tamen propter offenſam, que replicatur, iterum redeunt. Si vero non redire dicantur, ſane poteſt dici etiam ſic nihil de venia relinqui: non quod dimiſſa peccata iterum imputentur, ſed quia propter ingratiudinem ita reus et immundus conſtituitur, aſi illa redirent.

De ſollemn, at vnica pœnitentia.

ILLUD autem quod Ambroſius ait: Reperiuntur, et cetera. Sicut unum baptiſma, ita et vna pœnitentia: non ſecundum generalem, ſed ſecundum ſpecialem morem Eccleſie de ſollemn pœnitentia dictum intelligitur: que apud quosdam ſemel celebrata non iteratur. Item illud aliud Ambroſii: Pœnitentia ſemel uſurpata, nec vere celebrata, et fructum prioris aufert, et uſum ſequentis amittit: de ſollemn intelligitur. Sollemnis ergo pœnitentia, ut Ambroſius in eodem ait, eſt que fit extra Eccleſiam in manifeſto; in cinere et cilicio, que pro grauioribus horrendiſq. ac manifeſtis delictis tantum imponitur. Et illa non eſt iteranda pro reuerentia ſacramenti, ut ne vileſcat et contemptibilis fiat hominibus. Vnde Auguſtinus: Quamuis caute et ſalubriter promiſum ſit, ut locus illius humillima pœnitentia ſemel in Eccleſia concedatur, ne medicina vilis vel minus vilis eſſet agrotis, que tanto magis ſalubris eſt, quanto minus contemptibilis fuerit: quis tamen audeat Deo dicere: Quare huic homini, qui poſt pœnitentiam primam rursus ſe laqueis iniquitatis obſtringit, adhuc iterum parcis? Origenes quoque de hac ſollemn pœnitentia, que pro grauioribus criminibus iniungitur, ait: Si nos aliqua culpa mortalis inuenierit, que non in crimine mortali, vel in blaſphemia fidei, ſed in ſermonis, vel in morum vitio conſiſtat: hac culpa ſemper reparari poteſt: nec interdicitur aliquando de huiusmodi pœnitentiam agere: ſed non ita de grauioribus criminibus. In grauioribus enim criminibus ſemel tantum pœnitentia conceditur locus. Communia que frequenter incurrimus, ſemper pœnitentiam recipiunt, et ſemper redimuntur. Communia dicit venialia peccata, et forte mortalia quedam alijs minus graua: que ſicut ſape committuntur, ita frequenter per pœnitentiam redimuntur. Sed de grauioribus criminibus ſemel tantum agitur pœnitentia, ſcilicet ſollemnis. Nam et de illis, ſi iterentur, iteratur pœnitentia, ſed non ſollemnis. Quod tamen in quibusdam Eccleſiis non ſeruatur.

Auctoritatibus probar, quod non ſemel tantum, ſed frequenter peccata dimittantur per pœnitentiam.

QVOD vero pœnitentia non ſemel tantum agatur, ſed frequenter iteretur, et per

et cetera

*In li. de ve-
ra, et falsa
penit. c. 5. in
initio. to. 4.
Rom. 12. a*

eam frequenter iterum venia praestetur: pluribus sanctorum testimonijs probatur. *Aut enim Au-
gustinus scribens contra quosdam hereticos, qui peccantibus post baptismum semel tantum dice-
bant vtilem esse penitentiam, ita: Adhuc instant perfidi, qui sapiunt plus quam oportet:
non sobrii, sed excedentes mensuram, dicunt: Etsi semel peccantibus post baptismum valeat
penitentia, non tamen saepe peccantibus proderit iterata: alioquin remissio ad peccandum esset
incitatio. Dicunt enim: Quis non semper peccaret, si semper per penitentiam redire posset?
Dicunt enim Dominum incitatore mali, si semper peccantibus subvenit: et ei peccata placere,
quibus semper praesto est gratia. Errant autem. Constat enim multum ei peccata displicere, qui
semper praesto est ea destruere. Sed si ea amaret, non semper ea destrueret. Idem ad Macedo-
nium: In tantum hominum iniquitas aliquando progreditur, ut etiam post peractam penitentiam,
et post altaris reconciliationem, vel similia, vel graviora committant. Et tamen Deus facit etiam
super tales oriri solem suum, nec minus tribuit, quam ante tribuerat, largissima munera vitae, et
salutis. Et quamvis eis in Ecclesia locus humillima penitentia non concedatur: Deus tamen super
eos suae penitentiae non obliuiscitur. Ex quorum numero si quis vobis dicat: Dicite mihi, utrum
aliquid profuit ad vitam futuram, si in ista vita illecebrossima voluptatis blandimenta contempsero,
si me penitendo vehementius quam prius excruciauero, si uberius stenero, si melius vixerero, si
pauperes largius sustentauero, si charitate ardentius flagrauero? Quis vestrum ita desipit, ut
huic homini dicat: Nihil tibi ista in posterum proderunt? Vade, saltem huius vitae suavitatem
fruere. Auertat Deus tam insanam, sacrilegamque, dementiam. Item: Ioannes Chrysostomus de
reparatione lapsi: Talis mihi crede, talis est erga homines pietas Dei: Numquam spernit peniten-
tiam, si ei sincere et simpliciter offeratur: etiam si ad summum quis perueniat malorum, et in-
de tamen velit reuerti ad virtutis viam: suscipit libenter et amplectitur, et facit omnia, qua-
tenus ad priorem reuocet statum. Quodq. est adhuc praestantius et eminentius, etiam si non po-
tuerit quis explere omnem satisfaciendi ordinem, quantulumcumque tamen et quantumlibet bre-
ui tempore gestam non respuit penitentiam: suscipit etiam ipsam, nec patitur quamvis exigua
conuersionis perdere mercedem. Exemplis etiam hoc idem astrui potest. Dauid enim per peni-
tentiam adulterij simul et homicidij veniam impetrauit: et grauius tamen postea deliquit in po-
tuli enumeratione, quod populi multitudo inspirata ostendit. Illud autem mirabile est, quod
angelo ferienti plebem se obtulit dicens. Grex iste quid fecit? fiat manus tua in me, et in do-
mum patris mei. Quo facto statim sacrificio dignus iudicatur, qui absolutione estimabatur in-
dignus. Nec mirum si tali sua oblatione pro populo peccati sui adeptus est veniam: cum Moy-
ses offerendo se pro plebis errore peccata diluerit. His alijsq. testimonijs pluribus euidenter
ostenditur, per penitentiam non semel tantum, sed saepius nos a peccatis surgere, et veram peni-
tentiam saepius agi. Voluntarie enim peccantibus nobis, ut ait Apostolus, pro peccatis non relin-
quitur hostia, secunda scilicet, quia semel tantum Christum oportuit pati: nec relinquitur se-
cundus baptismus. Relinquitur vero secunda penitentia, et tertio, et deinceps, ut Ioannes
Chrysostomus super hunc locum ait: Sciendum, inquit, quod hic quidam exurgunt, horum ver-
borum occasione, penitentiam auferentes: quasi per penitentiam non valeat peccator post la-
psum resurgere secundo, et tertio, et deinceps. Verum etiam in hoc penitentiam non excludit, nec
propitiationem, qua saepe fit per penitentiam: sed secundum baptismum, et hostiam.*

*Epist. 54. lo-
ge a princ.
to. 2. de pec-
dis. c. 1. in
tantum.
Matt. 5. g.
Ibid. paulo
post.
Paulo post
quasi ad
verbum.
Ad Theodo-
ru lapsum:
et habetur
de pen. d. 3
c. Talis.
I. Reg. 12. d
Ambros. in
Apologia.
Dauid. c. 7.
in fl. 10. 4.
I. Par. 21. c
Exod. 32. g
Hebr. 10. e
Ad e. 10. ad
Hebr. Ho-
mil. 20.*

DIST. XIV. PARS II.

Elidit errores eorum, qui dicunt, quod penitentia non iteratur.

His verbis quidam vehementius inhaerentes contendant vere penitentem ultra non posse peccare damnabiliter.

Expositio textus.

SUPRA egit Magister de penitentia in generali determinans virtutem, scilicet, quid sit, et quo modo diuidatur, et ad sacramenta alia ordinetur. In hac parte ostendit duos errores ex praedictis ortum habentes. Quorum vnus est, quod penitentia non iteratur. Alius est, quod penitentia potest fieri de vno peccato sine alio. Ideo di-

Auiditur haec pars in duas. In prima elidit primum errorem. In secunda secundum: infra: Et sicut praedictis auctoritatibus illorum errorum, et cetera. Prima pars habet tres. In prima ponit errorem cum confirmatione. In secunda respondet ipsorum auctoritatibus, ibi: His alijsq. pluribus vniuntur. In tertia adducit multiplices auctoritates ad elidendum istum errorem, ibi: Quod vero penitentia non tantum semel agatur, sed et c. Prima pars duas habet secundum duos membra erroris. In prima adducit auctoritates, quae ostendunt, quod vera penitentia non est, a qua quis reciduat. In secunda probat, quod post reciduum non est iteranda, ibi: Item Ambrosius: Reperiuntur qui sapiunt, et cet. Similiter secunda pars duas habet. In prima respondet auctoritatibus, quae videntur ostendere primam partem erroris. In secunda respondet auctoritatibus, quae ostendunt secundam, ibi: Illud autem quod Ambrosius ait, et cet. Similiter tertia pars diuiditur in duas. In prima adducit auctoritates ad improbationem illius erroris. In secunda exempla. Primum facit,

Diuisio. Dist. 13.

facit, ibi: Quod vero penitentia non semel tantum agatur, et cetera. Secundum, ibi: Exemplis etiam astrui potest.

Lauamini, mundi estote, et c. Dub. I.

Super illud dicit Isidorus: Lauatur, et non est mundus, qui plangit, quod gessit, et cet. Videtur male dicere, quia lauare non est aliud quam mundificare: ergo lauare, et non esse mundum non est aliud, quam mundificari, et non esse mundum, et ita sunt opposita. I T E M cum dicit: Lauatur qui plangit, et cet. aut intelligit de planctu exteriori, aut de interiori. Si de exteriori, tunc ex hoc non lauatur. Si de interiori, tunc constans est quod viuificatur, si ex corde hoc faciat: ergo est mundus.

R E S P. Dicendum quod differenter exponunt aliqui hunc locum. Quidam enim dicunt quod differt lauare, et esse mundum, sicut actus, et habitus: et sic qui penitet, sed statim recidit, lauatur quidem, quia habet actum penitentiae, sed paulo post cadit: et ita non habet habitum: et ideo non dicitur mundus. Aliter exponitur, quod differt lauare, et esse mundum, sicut via, et terminus, siue dispositio, et preparatio ad aliquid. Fletus enim, et dolor attritionis disponit ad penitentiam: cum quis ergo dolet, et atteritur, lauatur, quia ad munditiam disponitur. Sed tamen dum recidit se iterum inquinat: et ideo non est mundus. Et est exemplum: Si mulier pannum lauet, et statim post aliquantulum lotionem in lutum immergetur. Vnde sermones sunt tropici, et sunt secundum quandam metaphoram exponendi. Quod queritur, cuiusmodi sit illa lotio, dico quod est interior, et non est contritionis, sed attritionis: vel si est contritionis, non tantum denominat mundum, quia non perseuerat, ut passio in tertia specie qualitatis.

Nihil profunt lamenta, si replicantur peccata. Dub. I I.

Videtur Augustinus hic falsum dicere, quia profunt ad remissionem praeteritorum peccatorum, quia salte illa dimittuntur: aliquid ergo profunt: non ergo nihil. I T E M si tu dicas, sicut Magister dicit, quod nihil profunt ad salutem: ergo pari ratione deberet dicere, quod nihil profuit baptismus, cum replicantur peccata.

R E S P. Dicendum quod intelligit de replicatione habituali, quia nihil profunt lamenta, cum est voluntas replicandi, quia deest penitentiae fundamentum: et ideo lacrymae illae sunt fictae. Vel dicendum, sicut dicit Magister, quod nihil profunt ad salutem. Nec est simile de baptismo, quia quamvis ad salutem non profuit, quando peccata replicantur, prodest tamen propter impressionem characteris: et quia confertur fundamentum omnium sacramentorum: ideo non est simile. De penitentia autem, cum homo peccat, nihil manet: et ideo iterari potest et debet.

Qui commissum plangit, nec tamen deserit, poena grauiori se subiicit. Dub. I I I.

Videtur Gregorius hic male dicere, quia plangere commissum non est peccatum: sed homo non subiicit se poena grauiori nisi propter culpam: ergo, et cet. I T E M plangere bonum est et poenale: ergo potius disponit ad gratiam, quam ad poenam.

R E S P. Dicendum quod hoc non dicit de quocumque fletu, sed hypochritarum, qui in lacrymis exterius praetendunt sanctitatem, et in corde portant iniquitatem: et isti peccant dupliciter, et quantum ad tales loquitur Gregorius. Aliter potest dici, quod loquitur de eo qui fiet ordinate, et in detestationem culpa, quod poenae grauiori se subiicit non propter fletum, sed propter contemptum. Fletus enim ille est ab aliquo dono Dei: et

qui iterat peccatum, contemnit donum Dei. Praeterea in ipso fletu consideratur peccati enormitas: ideo cum iteratur, augetur offensa propter actualem considerationem. Vnde sicut habitus scientiae aggrauat, et tamen bonum est scire peccatum, et cognoscere: ita considerare, et plangere peccati enormitatem est bonum, et si quis post hoc peccat, aggrauatur culpa per accidens.

Penitentia est virtus, qua commissum mala, et cet. Dub. I V.

Videtur ista definitio Magistri non esse conueniens: quia definitio totum esse rei debet indicare, et partes penitentiae sunt confessio, et contritio, et satisfactio: vnde videtur, quod non solum per actum contritionis, qui est plangere, et odire peccatum, sed etiam per actus alios deberet diffiniri. I T E M penitentia est respectu praeteritorum, et non respectu futurorum: ergo male diffinitur respectu futuri, cum dicit: Et plangenda iterum non committere.

R E S P. Dicendum quod actus principalis penitentiae est actus cordis, et actus interior: et ideo per illum magis diffinitur: et ideo illum tangit explicite. Vnde planctus non attenditur hic quantum ad effusionem lacrymarum exteriorum, sed interiorum, quia istae exteriores non sunt de esse, sed de bene esse: nihilominus alios actus includit, cum dicit, cum emendationis proposito, quia emenda fit per confessionem, et satisfactioem: et quoniam penitentia secundum quod virtus est respicit emendam, et emenda non fit cum iteratione culpa: ideo ex consequenti respicit culpam non iterandam. Et ideo Magister diffinit per futurum: quia quamvis penitentia, ut est afflictio, sit respectu praeteriti: tamen penitentia virtus etiam futurum respicit. Vnde in diffinitione penitentiae tangit Magister triplicem actum. Vnus est actus penitentiae secundum quod penitentia: et hic est dolere de culpa commissam. Alius est actus secundum quod penitentia est virtus: et iste actus est velle emendare: et hunc tangit, cum dicit: Cum emendationis proposito, et cet. Et tertius est annexus vtrique, scilicet nolle offendere, vel committere: et iste perficit vtrumque. Nullus enim vere penitet de praeterito, nec proponit emendam facere, nisi proponat ultra non offendere.

Sed est de peccato succedenti, et cet. Dub. V.

Videtur secundum hoc, quod viuificare sit actus penitentiae. Sed contra: Videtur quod magis iustitia, quia mortuum viuificare non est aliud quam iustificare: sed iustificatio est per generalem iustitiam: ergo et viuificatio: et hoc videtur: In iustitia, quam operatus est, viuet, et non morietur. I T E M videtur quod hoc sit fides: Et iustus ex fide sua viuit. I T E M videtur quod hoc sit charitas, quia charitas est vita animae, sicut dicit Augustinus, et Magister Hugo de sancto Victore: I T E M videtur multo magis esse gratia, quia vita diuiditur in vitam naturae, gratiae, et gloriae.

Exec. 18. e
Heb. 10. g
Abac. 2. a
Hug. lib. 2. p. 23. c. 6.

R E S P. Dicendum sicut viuere in naturalibus aliquando dicitur actus primus, aliquando dicitur signum vitae: sic etiam aliquando attribuitur vita ei, a quo est, aliquando ei, in quo manifestatur, dicendum ergo, quod illud quod viuificat, proprie gratia est: illud autem per quod manifestatur, virtus est: Potest igitur manifestari vita, ut in fieri, vel ut in facto esse. Si ut in fieri, sic attribuitur virtuti penitentiae, per quam manifestatur ipsa viuificatio, quia in contritione percipiuntur signa expulsionis peccati. Si ut in facto esse, sic potest manifestari vita quantum ad intellectum: et sic per fidem captiuantem. Aut quantum ad affectum et sic per charitatem vigorantem. Aut quantum ad effectum: et sic per iustitiam regulantem: et ita patet responsio, quare his attribuitur, et responsio ad obie-

cta, qui

Et, quia non attribuitur his vita tamquam principio, sed tamquam manifestatione: et talia possunt esse plura.

Poenitentia est quaedam dolentis vindicta, et c. Dub. VI.

Videtur Augustinus hic male dicere, quia nullus in eadem causa potest esse reus, et iudex: ergo si quis peccauit, non potest rationabiliter se punire. I T E M homo magis tenetur ex charitate se diligere, quam alium: sed homo debet alij parcere, non vindicare: ergo non debet vindicare, nec vindictam de se exigere. I T E M vindicta est solius Dei sicut dicitur: Mihi vindictam: ergo poenitentia est solius Dei, siue vindicta in poenitentia.

Rom. 12. d

R E S P. Dicendum quod ista ratio, id est iudicium est conueniens, quia poenitentia virtus est ad destructionem veteris hominis ordinata, et nemo potest vitam nouam inchoare, nisi repudiet veterem: et nemo potest Domini amicus effici, nisi odiat, quod Deus odit: quia ergo Deus odit peccatum odio vindictae, et ipsum peccatorem: ideo poenitens etiam ipsum debet odire, et de se rationem et vindictam expetere. Ad illud ergo quod obijcitur, quod non pertinet, dicendum quod non pertinet ad ipsum in quantum reus est iudicare: pertinet tamen iudicari in quantum reus est, et iudicare in quantum iustus. Vnde ipsa ratio conformata legibus aeternis seipsum punit, vt conformis fuit legi peccati: et sic accipit auctoritatem a Deo, et non ipsi punit, sed Deus. I T E M Deus inferuit homini naturale iudicium, cui commisit regnum animae iudicandum, et libero arbitrio, illi conformatum debet vindicare transgressionem, et in seipso, non auctoritate sua, sed Dei, et naturalis iudiciorij, quod non errat. Cum ergo dicitur, quod non est idem reus, et iudex: verum est idem secundum idem. Quod obijcitur, quod debet parcere, dicendum quod et si homo debeat parcere iniuriam suam: tamen iniuria Dei est iudicanda ab eo, cui commissa est: et quia homo iniuriatus est Deo, ideo debet esse minister Dei in parte ista. Ex hoc patet vltimum, quod vindicta est Dei: verum est de vindicta qua aliquis vindicat se, quia nullus debet se vindicare: sed debet vindicare alium de se, vel de alio. Vel dicendum quod Dei est tamquam principalis auctoris, hominis tamquam ministri.

Sed semper dolent, de dolore gaudent, et non se fatis, quod dolent, sed ex se dolent. Dub. VII.

Videtur Augustinus hic male dicere, quia gaudium et dolor sunt opposita, et opposita non sunt nata simul inesse eidem: ergo impossibile est quod semper doleat, et gaudeat. Si tu dicas, quod dolor est de peccato, et gaudium de dolore: et sic non habent oppositionem. C O N T R A: Videtur quod habent oppositionem, quia siue de eodem, siue de diuersis, impossibile est quod eadem anima simul sit tristis, et gaudens: ergo impossibile est quod semper doleat, et gaudeat. I T E M in dolore mouetur cor secundum contractionem, in gaudio secundum dilatationem: sed non potest simul, et semel moueri oppositis motibus: ergo, et cetera. Si tu dicas, quod gaudium est secundum quid, et dolor simpliciter. C O N T R A: Nulla est virtus, in qua non sit delectatio: et si est virtus simpliciter, est delectatio simpliciter: virtus enim delectat suum possessorem: I T E M gaudium est de praesentia rei amatae: ergo si poenitens multum desiderat dolere, videtur quod si multum dolet, gaudeat simpliciter.

R E S P. Dicendum quod vtrumque est in vere poenitente, scilicet dolor, et gaudium: nec vnum dimittit alterum, sed perficit, sicut velle dolere, et desiderium doloris dolorem non minuit, immo auget: sic

A et gaudium, nam in poenitentia cum sit virtus non tantum est dolor, sed dolor voluntarius: et tamen quia, habet quod amat, et desiderat, necessario gaudet. Ideo poenitens cum habet dolorem, quem desiderat, gaudet: nec gaudium remouet dolorem, immo perficit: et simul est dolor, et gaudium sicut Augustinus de se dicit in confessionibus: quod solus fletus erat sibi dulcis, loquens de amico mortuo, hoc erat propter doloris vehementiam: sic et in proposito. Quod ergo obijcitur, quod impossibile est simul inesse eidem, et cetera, dici potest, quod vel non sunt in eadem potentia, sed in diuersis, vt dolor sit in sensualitate, et gaudium in ratione: et tunc nullum est impossibile, quod vna vis gaudeat de dolore existente in alia. Vel dicendum quod sunt in eadem, vt secundum quod supra se conuertitur: vnde sicut non cum actu simplici sed composito vis conuertitur supra peccatum, et supra dolorem: sic nec affectus. Vnde sicut in ratiocinatione dicimus, quod est actus vnus, tamen intellectus conuertit se supra plura, quae diuersimode agnoscit: sic et affectus consequens sine aliqua repugnantia diuersimode afficitur: et sic patent obiecta.

Aug. lib. 4.

Poenitentia est vindicta semper puniens quod commisit, et alia huiusmodi. Dub. VIII.

Dicit hic Magister, quod intelligitur de poenitentia perfectorum. Contra: Videtur enim male dicere Augustinus: quia si poenitentia finitur, nihil relinquuntur de venia: ergo semper punire spectat ad omnes.

R E S P. Dicendum quod perfectus dicitur dupliciter aut quantum ad temporis durationem, aut quantum ad status sublimitatem. Prima perfectio est, quae diuiditur contra incipientes proficientes, secundum profectum temporis. Alia perfectio consistit in operibus supererogationis. Magister autem intelligit de perfectione primo modo, et vocat perfectorum poenitentiam, quae durat vsque ad finem vitae: et de hac dicit intelligi illud Augustini: quod semper punit. Notandum tamen quod semper punire debet non simpliciter, sed quamdiu durat culpa: et sic patet illud.

Sollemnis ergo poenitentia, vt Ambrosius in eodem ait: est qua fit extra Ecclesiam in manifesto. Dub. IX.

Hic quattuor sunt notanda. Primo qualis sit, siue quae sit eius forma, et dicendum quod poenitentia sollemnis est poenitentia addens super publicam, quia non tantum est in manifesto, sed quia fit cum sollemnitate quadam. In capite enim quadragesimae eijcitur poenitens extra Ecclesiam, nec admittitur vsque ad diem coenae: et tunc etiam non communicat. Eijcitur autem a persona authentica sicut ab Episcopo praesentibus sacerdotibus, qui nouerunt culpam. De hoc lib. distinct. poenitentes, et cap. sequenti. Secundo notanda est ratio huius sollemnitatis triplex. Vna est ad terrorem aliorum, alia propter erubescientiam delinquentis, et tertia propter significationem electionis Adae de paradiso. Vnde hoc debet cum crebris suspirijs denunciar.

F Episcopus, et ita eijcitur, sicut Adam eiectus fuit de paradiso: et ideo non est iteranda, et de hoc habetur lib. distinct. poenitentes, et c. sequenti, et eadem distinct. cap. si quis post remissionem, §. potest et aliter. Tertio notandum est, quod haec poenitentia non imponitur nisi pro graui, et enormi culpa, maxime pro culpa, quae totam urbem commouit, sicut ibidem dicitur. Nec imponenda est sacerdotibus propter reuerentiam ordinis. Et potest quidem imponi publica poenitentia pro peccato manifesto. Quarto notandum quod poenitens non reconciliatur sollemniter nisi ab Episcopo, vel sacerdote de mandato Episcopi, praesertim in articulo necessitatis. Reconciliari autem potest in octaua Paschae si

schae si bene poeniterit, et habere ingressum Ecclesiae: sin autem manebit sic, vsque ad finem vitae: et de hoc habetur, 28. quaestione 2.

Quod tamen in quibusdam Ecclesiis non seruatur. Dub. X.

Obijcitur: Videntur enim tales Ecclesiae peccare, cum faciant contra rationem sacramenti, et signationis sollemnis poenitentiae.

R E S P. Dicendum quod hoc non est de necessitate poenitentiae, sed solum de bene esse, tamen vbi sunt gentes durae, haec poenitentia iteratur ex causa, vt duritia constingatur multiplici confusione, quae vnica non confundebatur, et vix talibus possit imponi poenitentia occulta ita diuturna, quod susciperent, vel seruaent: ideo talis poenitentia iteratur ex causa.

Quod vero poenitentia, et cetera. Dub. XI.

Amos 1. d Videtur male dicere, qui super illud Amos: Super tribus sceleribus Damasci, et super quattuor non conuertam eum: Glossa ibi: Quarto eadem peccata committenti, nec poenitentiam, nec indulgentiam se daturum denunciat: ergo non videtur, quod frequenter, si tantum ter.

R E S P. Dicendum quod Hieronymus intelligit, quod primum peccatum sit consentire in corde, secundum est facere in opere, tertium est vertere in consuetudinem. Quartum est finaliter non poenitere, et de hoc nec poenitentiam dat, nec veniam, quia post mortem non est locus poenitentiae. Ab alijs tribus liberat, et dat poenitentiam, et veniam simul, sicut probatur, et innuitur in resuscitatione trium mortuorum, quorum vnum suscitauit in domo, alium in porta, et tertium in sepulchro.

Etiam si ad summum, et cet. Dub. XII.

Videtur male dicere Chrysostomus, quia nullus est ita malus, quin adhuc possit peccare: ergo nullus est ita malus, quin adhuc possit fieri deterior. I T E M in Psalmo dicitur: Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper: ergo si est semper, et crescit, numquam est status quantum ad actum.

Psal. 73. d

R E S P. Dicendum quod hoc potest intelligi secundum actum, vt ita sit malus, quod nullus peior, et quod non intelligatur secundum potentiam: vel dicatur, quod hoc intelligitur secundum genus peccati, quod si aliquis peccet enormissimo peccato, adhuc Deus paratus est punire, dum est in via: et hoc vocat summum malorum, quia est malum contra gratiam diuinam, vt fornicatio: et est malum contra gratiam, et rationem, vt periurium: et est malum contra gratiam, et rationem, et naturam, vt sodomiticum, et illud est pessimum. Vel si quod aliud genus peccati sit peius, vt blasphemiam in Deum, siue spiritus blasphemiae.

Deliquit ia populi enumeratione. Dub. XIII.

Num. 26. a Videtur illud verbum Augustini falsum, quia Moyses numerauit populum: et similiter Saul: Et tamen neuter peccauit: ergo pari ratione, nec David. I T E M David peccauit: ergo non debuit populus puniri, sed potius ipse, qui peccauerat.

1. Cor. 11. f

1. Reg. 11. b

R E S P. Ad primum, dicendum quod Moyses numerauit mandato Domini, et Saul propter expeditionem ad pugnam: sed David propter superbiam, volebat enim gloriari in multitudine populi numerosa. Quod quaeritur, quare punitus est populus. Respondetur propter connexionem populi ad principem, propter quam etiam puniti sunt filij Israel in peccato Achae: scilicet si

Vel potest dici, et melius, quod Dominus punit principem in populo, vt in eodem puniretur, in quo gloriabatur, sicut aliquis punitur in sua possessione. Estimant tamen aliqui, quod iusto Dei iudicio permiffum sit hoc, vt illi punirentur, qui adhaerant Absalon. Figura tamen, et instructio in hoc magna fuit, vt ostendatur quantum malus praelatus, et eius peccatum obest subditis, et quantum eius oratio prodest in ipsius poenitentia, et seueritate.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam huius partis duo principaliter quaeruntur. Primo quaeritur de iteratione poenitentiae. Secundo de effectu poenitentiae iteratae. Circa primum quaeruntur tria. Primo quaeritur, vtrum contingat cadere a vera poenitentia. Secundo, vtrum contingat per poenitentiam resurgere. Tertio, vtrum omnis agens poenitentiam super culpam inueniat veniam a Deo.

QVÆSTIO I.

An contingat cadere a vera poenitentia.

Alex. Alenf. 4. p. q. 14. Memb. 5. art. 1. S. Tho. 2. 2. q. 24. art. 11. Et 4. Sent. dist. 14. q. 1. art. 4. q. 1. Et de Verit. q. 2. art. 12. Richardus 4. Sent. dist. 14. q. 1. art. 9. q. 1. Steph. Brul. 4. Sent. d. 14. q. 7. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 14. q. 15.

IRCA quam proceditur sic: et ostenditur, quod contingat a vera poenitentia cadere exemplo David, qui de peccato mortis Viriae poenituit, et Dominus eius poenitentiam accepit, qui tamen post peccauit in enumerando populum.

FVNDAMENTA. 2. Reg. 12. d et 24. a

I T E M auctoritate Domini, vbi dicit paralytico: Vade, et amplius noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Sed non fuisset comminatus malum propter reciduum, nisi posset cadere: ergo, et cetera.

Ioan. 5. 6

I T E M ratione videtur, quia poenitentia habet esse in libero arbitrio, secundum statum viae: et hoc non est coactum. Sed tale est vertibile, et per vertibilitatem potest cadere a statu gratiae, et iustitiae: ergo et poenitentiae.

I T E M gratia baptismatis est maior, quam poenitentiae, et confirmationis similiter: sed post veram gratiam baptismatis, et confirmationis contingit cadere: ergo post gratiam poenitentiae.

1. C O N T R A: Ambrosius, et Augustinus sic diffiniunt poenitentiam: Poenitentia est perpetrata plangere, et plangenda non committere: ergo si admittit, vel committit post plangenda, prius non poenituit. Si ergo poenituit, patet quod vltra non committet. Si dicas, quod refertur ad idem tempus, hoc superfluit, quia nemo in eodem tempore, in quo plangit, peccata admittit.

AD OPPOSITVM. Ambr. ser. Quadrages.

2. I T E M Isidorus: Inanis est poenitentia, quam sequens culpa inquinat: ergo si post peccat, prima poenitentia fuit inanis: ergo ab oppositis si fuit vera, poenitentia non peccauit.

Isid. li. 2. de sum. bo. ca. 26. et de poen. d. 3. c. Irrisor.

3. I T E M Ratione videtur, quia offensa est infinita: ergo et satisfactio si vera est, debet esse infinita: ergo cum non sit infinita intensiue, saltem est infinita duratione: ergo si non semper durat, non est vera poenitentia, nec satisfactio.

4. I T E M

4. I T E M vere pœnitentis est semper dolere: ergo eius semper est peccatum detestari: sed semper detestanti gratiam impossibile est resurgere: ergo vere pœnitentem, cum semper detestetur culpam, impossibile est cadere.

CONCLUSIO.

Pœnitentia, quæ vera est quantum ad substantiam habitus, quæ detestatur peccatum commissum, et pro illo tempore nullum committere, et de futuro non committere, potest deperdi.

Error. RESP. AD ARG. Dicendum quod sic errauerunt aliqui circa pœnitentiam, sicut circa charitatem, Dixerunt enim quod habens semel veram charitatem numquam perdit eam: similiter et habens veram pœnitentiam, numquam eam perdit. Sed hoc est manifestus error, et contra scripturam. Ratio autem quæ istos decepit, fuit, quia non considerauerunt quid dicatur, vel quid importetur per hoc nomen Verum, cum dicitur vera pœnitentia, vel vera charitas. Quamuis enim vnum dicat indiuisiōnem principiorum entis, et verū indiuisiōnem entis ab esse, siue actu absoluto, (prout tamen natum est notum fieri apud intellectum) et bonum indiuisiōnem ab actu vti in finem relatio: tamen quando verum reflectitur supra bonū, vt cum dicitur, vera virtus: vtrumque potest importare, et vtroque modo accipi potest. Et ideo intelligendum, quod veritas pœnitentiæ dupliciter accipitur, sicut et cuiuslibet virtutis. Vno enim modo dicitur virtus vera, quæ habet verum virtutis opus, vel nata est habere quantum est de se: et sic hæc veritas est de essentia virtutis. Alio modo dicitur virtus vera, quæ perducit in finem, et hæc veritas non est essentialis virtuti, sed tantum dicit virtutis statum, siue continuationem. Secundum hoc dicendum quod si primo modo dicatur pœnitentia vera, quæ verum virtutis habet actum: sic de veritate pœnitentiæ est detestari malum commissum, et pro illo tempore nullum committere: et de futuro proponere non committere, et ab omnibus his potest homo cadere, et ita a pœnitentia vera, veritate primo modo dicta. Si autem dicatur vera, quia perducit in finem: vt finalis, et continuata: ab hac non est cadere. Sed hanc non est dicere hominem habere nisi in fine: et post non contingit cadere.

Improb. 1. 2. AD illud ergo quod obijcitur primo, quod ad veritatem eius spectat plangenda non committere, dicendum quod si loquamur de veritate primo modo, ad veritatem spectat non committere tunc nec actu, nec proposito, sed non post: et sic accipitur in illis diffinitionibus. Vel si accipitur pro futuro simpliciter, tunc erit pœnitentiæ dictæ veræ veritate perseverantiæ, siue ducente in finem: et per hoc pater illud Isidori: quia dicit inanis propter frustrationem finis.

3. AD illud quod obijcitur, quod offensa est infinita, dicendum quod Deus remittit offensam per gratiam, et pro delectatione exigit pœnam per pœnitentiam: et ideo non oportet, quod sit infinita.

4. AD illud quod obijcitur, quod semper dolere debet, dicendum quod semper dolere debet habitu: sed qui habitu dolo de peccato præterito, nihil impedit quin actu committat futurum: vel referendum est ad pœnitentiam finalem, sicut dictum est.

QVÆSTIO II.

An contingat per pœnitentiam resurgere, et an iterari possit.

Alex. Alonf. 4. p. q. 14. Membr. 3. art. 2. S. Tho. 3. p. q. 84. art. 10. Et 4. Sent. dist. 14. q. 1. art. 4. q. 2. Richardus 4. Sent. dist. 14. art. 9. q. 2. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 14. q. 1. art. 3. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 14. q. 8. Petrus de Tavant. 4. Sent. dist. 14. q. 16. Gabr. Biel. 4. Sent. dist. 14. q. 3. art. 2.

TRVM contingat per pœnitentiam resurgere, hoc est pœnitentiam iterare. Et quod sic, videtur exemplo Dauid, qui primo peccauit homicidio, et pœnituit. Rursus peccauit numerando populum, et pœnituit, et Deus vtrumque acceptauit.

ITEM auctoritate: Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis, et ceteris omnium iniquitatum eius non recordabor amplius: sed non distinguit peccatorum: ergo verum est de eo, qui recidauit, quia terminus in conditionali in antecedente tenetur vniuersaliter.

ITEM esto quod semper iste dum fuit in pœnitentia, fuisset in culpa: constat quod peior fuisset: sed non fuisset ei præclusa salutis via: ergo si tunc potuisset per pœnitentiam surgere, et nunc potest.

ITEM ratione videtur, quia Deus prior est ad miserendum, quam ad condemnandum: sed quantumcumque homo Deo seruierit, si pœnitet de bono facto, Deus obliuiscitur bonorum: ergo si pœnitet de malo, remittit.

ITEM si non potest resurgere secundo, aut hoc est, quia non potest secundo pœnitere, aut quia Deus non acceptat. Non primo modo, quia liberū arbitrium, est in nobis vertibile, et tota die verti videmus. Non secundo modo: pœnitere enim est conteri, et humiliari de peccato: sed dicitur in Psalmo: Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum, et humiliatum, etc.

CONTRA: Impossibile est eos, qui prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam.

ITEM: Qui peruersis graditur vijs, concidet semel.

ITEM Ambrosius dicit, quod vnica est pœnitentia, sicut vnicum baptisma. Et Origenes dicit: quod in grauioribus criminibus semel tantum pœnitentiæ conceditur locus.

ITEM ratione videtur, quia sacramentum pœnitentiæ habet effectum a Christi passione, vt baptisimus: sed passio Christi est vnica, et amplius non potest pati: ergo nec pœnitentia iterari. Et hoc est quod dicit Apostolus: Rursus crucifigunt sibi filium Dei.

ITEM baptismus non iteratur, nec iterari potest ne fiat contumelia sacramento, et veniat in contemptum: ergo pari ratione nec pœnitentia.

CONCLUSIO.

Pœnitentia, quotiescumque homo est in hac vita, potest iterari, licet post hanc vitam reiterari nequeat.

RESP. AD ARG. Dicendum quod pessimus error est, et crudelissimus, quod pœnitentia non possit iterari: quia claudit viscera diuinæ misericordiæ: et tunc omnes peccatores, vel fere omnes cogeret desperare. Et ideo dicendum quod iterari potest, quotiescumque

FVNDAMENTA. 1. Reg. 12. d. et 24. a.

Excc. 18. e.

Pf. 50. b. AD OPPOSITVM. Heb. 6. a. Prou. 28. a.

Amb. lib. 2. de pœn. ca. 16. to. 1.

Hebr. 6. b.

Baptismus quare non iteretur.

Hebr. 10. e.

Dist. 6. ar. 1. q. 6.

AD OPPOSITVM. 2. Mach. 9. e. Hebr. 12. e.

Isid. de ord. creaturarū

cumque homo est in hac vita: sed post hanc vitam non potest. Et ratio quare pœnitentia possit, et debet iterari, et baptisimus nō, est triplex. Vna est, quia in baptismo imprimitur character, qui est indelebilis: in pœnitentia nō. Secūda ratio est, quia baptisimus est contra morbum non iterabilem, qualis est morbus peccati originalis: sed pœnitentia contra morbum iterabilem, qualis est morbus peccati actualis. Vnde quia medicina debet aptari morbo, patet, et cetera. Tertia ratio est, quia baptisimus habet totam efficaciam a passione Christi, sed nec passio: pœnitentia vero iteratur, secundum quod voluntas nostra conuertitur, et reuertitur: inde est quod in baptismo omnis pœna remittitur, in pœnitentia nō. Et si baptisimus iteratur, daretur nobis occasio peccandi: non sic est in pœnitentia, quia bene punit.

2. AD illud ergo quod obijcitur in contrarium de verbo Apostoli: Impossibile est, et cetera. potest fieri vis in hoc quod dicit impossibile, quia non ex viribus humanis. Vel impossibile, id est difficile: loquitur enim de imperfectis, qui difficulter resurgunt. Vel vt fiat vis in pœnitentia, quia loquitur de renouatione, quæ est in pœnitentia, quam sequitur baptisimus: hæc enim virtutem totam habet ab hostia passionis: et de hac dicit Apostolus: Non relinquitur hostia pro peccato.

3. 4. AD illud Ambrosij, et Origenis, dicendum quod intelligi debet de pœnitentia sollempni: et hoc secundum morem aliquarum Ecclesiarum, sicut patet in littera.

5. AD illud quod obijcitur de baptismo, et contumelia sacramento, patet responsio ex prædictis, quod non est simile. Hic enim non fit contumelia sacramento, quia sic institutum est, et efficaciam habet: sed secundum, vel iteratus baptisimus nullus est efficaciam. Nō fit etiam contumelia passioni, quia non sic totam, et plenam efficaciam a passione recipit, vt baptisimus, sicut in præcedentibus visum est, et infra de pœnitentia videbitur.

QVÆSTIO III.

An agens pœnitentiam super culpam, inueniat veniam.

Alex. Alonf. 4. p. q. 14. Membr. 5. art. 3. S. Tho. 3. p. q. 86. art. 1. Et 4. Sent. dist. 14. q. 2. art. 1. q. 1. Et 4. contra Gent. cap. 1. q. 6. Et Opusc. 3. cap. 1. q. 6. Scot. 4. Sent. dist. 14. q. 1. Richardus 4. Sent. dist. 14. art. 7. q. 1. Stephanus Brules. 4. Sent. dist. 14. q. 10. Petrus de Tavant. 4. Sent. dist. 14. q. 17.

AD OPPOSITVM. 2. Mach. 9. e. Hebr. 12. e.

TRVM omnis agens pœnitentiam super culpam inueniat veniam etiam quantumcumque peccauerit: Et quod non, videtur: Orabat sceleratus Dominum, a quo nō erat misericordiam consecutus: loquitur de Antiocho, qui veniam petijt, et propter multa scelera non inuenit.

2. ITEM Paulus de Esau loquens, dicit: Non inuenit locum pœnitentiæ, quamquæ cum lacrymis postulasset eam: constans est, quod pœnitebat, et petebat veniam, et non inuenit: et tamen nō fuit multum enormis peccator: ergo multo minus illi, qui sunt in grauioribus peccatis.

3. ITEM de angelo, et dæmonibus dicit Isidorus in libro de ordine creaturarum: Non pœnituerunt, et si pœnituisent veniam non inuenissent.

4. ITEM sententia diffinitiuā est irreuocabilis: ergo si aliquis damnatus est per sententiam diffinitiuā, S. Bon. To. 5.

quantumcumque pœniteat, non inuenit veniam: sed damnati pœnitebunt, sicut dicitur: Dicentes intra se, pœnitentiam agentes, et cetera. ergo cum eis numquam datur venia, non omnis agens pœnitentiam apud Deum inuenit veniam.

CONTRA: Quoties peccauerit in me, et cetera. Et post: Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies, Glossa: Finitum ponit pro infinito: ergo si præcepit nobis misericordiam ad infinitas culpas: si queratur ei venia, cū maiorem misericordiam faciat, quam præcipiat: et ipse sit misericordissimus, multo magis videtur quod ipse petenti sibi veniam parcat.

ITEM Bernardus in libro de gradibus humilitatis dicit de diaboli damnatione: Sic Deus temperauit in vindictam pœnitentiam, vt si vellet respicere, Deus veniam non neget.

ITEM misericordia Dei superexcellit omne peccatum intus: vnde quia ipsa est infinita, videtur quod quantumcumque iteretur peccatum, adhuc superexcellit: ergo plus potest Deus remittere, quam homo possit peccare: ergo si veniam petit, misericordiam non negat.

ITEM Chrysostomus dicit: Etiam si ad summum quis perueniat malorum, et inde velit reuerti, suscipit libenter, et amplectitur: ergo videtur quod omnis agens pœnitentiam, apud Deum inueniat veniam.

CONCLUSIO.

Quilibet pœnitentiam agens super culpam commissam propter Dei offensam, et propter emendam, veniam inuenit.

RESP. AD ARG. Dicendum quod agere pœnitentiam, siue dolere de culpa commissā est dupliciter, aut propter læsionem naturæ, aut propter offensionem Maiestatis diuinæ, et ipsius iustitiæ. Primam pœnitentiam super culpa commissā habere potest, quis ex sola natura, sine aliqua gratia. Sicut enim homo naturaliter se diligit, ita etiam odit omne, propter quod malum incurrit. Et hæc pœnitentia est in malis, et in damnatis, et erit aliquando in angelis malis, cum absorpti erunt a pœnis. Sed in hac viuūt, et regnat mala voluntas, cum sit proprii boni amica. Ideo Deus eam non acceptat, nec quis sic pœnitens inuenit gratiam, vel veniam. Alia est pœnitentia, qua quis pœnitenter propter Dei offensam paratus est facere emendam. Et hæc non est sine diuina gratia gratum faciente, vel gratis data: Et hæc adeo disponit ad gratiam, quod nullus est sic pœnitens, quin inueniat gratiam, et veniam. Et ideo Deus nulli eam dat, nisi cum quo proponit facere misericordiam. Et quoniam diabolus hæc habere non potest: ideo non potest habere veniam: Sed si per impossibile poneretur, quod diabolus hanc haberet: vtique Dominus daret ei gratiam. Hæc igitur est potissima causa irremediabilitatis peccati diaboli, quia non potest pœnitere, nec liberum arbitrium eius verti ad veniam petendam. Quæ autem huius sit ratio, habet locum in secundo Libro. Concedendum igitur, quod omnis agens pœnitentiam super culpam secundum assignationem prædictam, quantumcumque peccauerit, inueniat veniam.

1. AD illud ergo quod obijcitur de Antiocho, dicendum quod pœnituit propter læsionem naturæ, quæ incurrerat, non propter diuinam offensam. Vnde non intendebat satisfacere pro offensa, sed, sicut pater ex littera, desperabat, quauis mētiendo contrariū diceret.

2. AD illud quod obijcitur de Esau, dicendum quod ipse similiter pœnituit propter amissionē benedictionis, et præterea volebat facere emendam, sed potius de fratre querebat vindictā, sicut pater ex textu.

3. AD illud quod obijcitur, quod diabolus, et dæmones veniam non habent, si pœnitent, dicendum quod loquitur de petitione veniæ quantumcumque ad pri-

Sap. 5. a

FVNDAMENTA. Mat. 18. d

Bern. in fi. c. 6. gradus superbia.

Dist. 7. per totum.

ad primum modum, scilicet propter pœnas non propter iustitiam: si enim alio modo pœniterent, haberent, sicut dicit Bernardus, sed non possunt.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER quantum ad secundum articulum queritur de effectu pœnitentiæ iterata. Et circa hoc queruntur tria. Primo queritur, vtrum sit necesse resurgere in equali charitate, vel etiam in maiori. Secundo queritur, vtrum perfecta pœnitentia restituat in pristinum gradum. Tertio, vtrum perfecta pœnitentia restituat homini opera bona prius mortificata per culpam.

QVÆSTIO I.

An sit necesse resurgere in maiori, vel minori charitate.

Alex. Alenf. 4. p. q. 12. Memb. 4. art. 5. S. Tho. 3. p. q. 86. art. 1. Et 4. Sent. dist. 14. q. 2. art. 1. q. 1. Scotus 4. Sent. dist. 22. q. 1. Durandus 4. Sent. dist. 31. q. 1. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 14. q. 1. 1. 1. Mayfil. Inguen. 4. Sent. q. 1. 1. art. 1. Gabr. Biel. 4. Sent. dist. 14. q. 3. art. 3. dub. 3.

AD OPPOSITVM Rom. 8. e

IRCA quam proceditur sic: Diligentibus Deum omnia cooperatur in bonum, Glossa: Etiam lapsus in mortale. Sed si resurgere in minori charitate non cooperaretur eis in bonum: ergo, et cetera. Si dicas, quod casus reddit cautiore, et diligentiores. Contra: Augmentata vna virtute, augmentantur et omnes: ergo si aliquis est prudentior, et cetera.

Exec. 18. d

2. ITEM Dominus dicit per Ezechielem de peccatore pœnitente: Omnium iniquitatum eius non recordabor amplius: sed si in minori resurgit charitate, recordatur: ergo, et cetera. Si dicas, quod intelligitur de recordatione ad pœnam æternam. Contra: Diminutionem gratiæ sequitur diminutio gloriæ: ergo si in minori charitate resurgit, minorem gloriam habebit: ergo cum ablato gloriæ, et diminutio boni æterni sit pœna: patet, et cetera.

Aug. epist. 5 ad Maced. 10. 2.

3. ITEM Augustinus ad Macedonium loquens de reciduantibus: Deus facit oriiri super tales lumen suum, nec minus tribuit, quam ante tribuerat largissima dona vitæ, ac salutis. Et si dicas quantum est de se. Contra: Mensura gratiæ est secundum donationem illius: ergo si prius magna, et larga: ergo et nunc: et sic, et cetera.

4. ITEM ratione videtur, quia sicut determinat Magister, per pœnitentiam opera mortificata viuificantur, quia sunt remuneratione digna: ergo remunerabuntur opera prius facta: sed constat secundum quod meruerunt: ergo tantum habebunt gloriæ ex quanta charitate sunt facta: et tantam gloriam, ex quanta charitate sunt facta: ergo necesse est quod in equali resurgat, cum nullus possit premiari ultra quantitatem charitatis finalis.

5. ITEM difficilior est resurgere, quam resistere: ergo maioris virtutis, et gratiæ: cum ergo per gratiam, quam habuit, non restiterit peccato, ad hoc quod resurgat, necesse est habere maiorem.

6. ITEM Deus nihil mali permittit fieri, de qua non eliciat bonum æquale, vel maius: quia si hoc esset, aliquando turpitudine remaneret in vniuerso: ergo si permittit hunc peccare peccato quod admittit tantum de gratia, necesse est quod tantam, vel plus restituat.

CONTRA: Contingit perfectum cadere: sed cum resurgit, statim non est perfectus, quia nemo repente fit summus: ergo non necesse est, quod resurgat in equali.

ITEM minima charitas potens est delere omnem culpam: sed non est necesse de gratia, nisi quantum sufficit ad delendam culpam: ergo necesse non est quod in equali, si potest in minori.

ITEM Deus in donatione gratiæ de congruo considerat dispositionem suscipientis: sed possibile est, quod qui magnam charitatem habuit, parum se disponat: ergo possibile est ipsum parum charitatē accipere.

ITEM quanto gradus altior, tanto casus grauior, et quanto grauior est casus, tanto minus est homo dispositus ad gratiam: ergo ex hoc quod maiorem habuit charitatem, minus est dispositus: ergo potius resurget in minori, quam in equali.

ITEM iste nihil meretur propter charitatem, a qua cecidit, similiter nec aliqui, quod habebat: ergo gratiæ donatio omnino est a liberalitate Dei: ergo potest esse maior, minor, et æqualis.

CONCLUSIO.

Resurgens per pœnitentiam a peccato potest resurgere in maiori, in minori, et in equali gratia, secundum quod se melius preparat.

RESP. AD ARG. Ad hoc dixerunt quidam quod semper in equali, vel maiori oportet resurgere: Et ratio eorum super hoc est, quod Dominus non permittit electum cadere, nisi videret, quod deberet sibi prodesse. Vterius dicunt, quod Dominus semper electos in meliori statu vitæ accipit. Tertio, quod remuneratur opus quantum meruit radix, ex qua fuit. Sed hanc positionem credo falsam, sicut monstratum est, et rationem positionis minus congruam, tum quia fundatur super falsum, tum quia super incertum. Super falsum, in hoc quod dicit, quod remuneratio operum meritoriorum respicit radicem, ex qua facta sunt, quod falsum est: sed potius radicem, in qua reuiuiscunt. Numquam enim remunerarentur, nisi finalis charitas superueniret. Nihil enim efficaciter est dignum remuneratione sine finali perseverantia. Alia duo sunt dubia, scilicet quod Deus semper electos in meliori statu accipiat, et quod semper profit casus ad augmentum gratiæ, cum videamus signa ad contrarium. Ideo credo, quod probabilior est alia opinio, quod resurgat in equali, et maiori, et minori, secundum quod se melius preparat, et diuina largitas dispensat.

1. AD illud quod obijcitur, quod casus cooperatur in bonum, dicendum quod hoc dicitur non ratione gratiæ augmentandæ, sed recuperatæ conferuandæ. Et melius est modicum habere de gratia usque in finem, quam multum ad tempus tantum.

2. AD illud quod obijcitur, quod non recordatur Deus iniquitatum, dicendum quod verum est: unde non dat ei minorem gratiam merito peccatorum, sed quia non bene se preparat ad tantam gratiam.

3. AD illud Augustini ad Macedonium, dicendum: quod Deus paratus est, si homo se disponeret, et hoc dicit pro aliquibus, non pro omnibus, quia illud Apostoli: Vbi abundauit delictum, et cetera, verum fuit alicubi, sed non vbique.

4. AD illud quod obijcitur de viuificatione, dicendum, sicut patebit, quod opus viuificari est dignum remuneratione fieri, et opera remunerabuntur secundum mensuram charitatis finalis.

5. AD illud quod obijcitur, quod fortius est resurgere, dicendum

Opinio aliorum.

Improb.

Scot. videtur tenere quod resurgit ad maiorem gloriam, quia resurgunt omnia prius bona et ultra hoc habet actum pœnitentiæ. d. 22. q. 1. c. 1. ar. 2. sed quo ad gratiam concordat cum D. Thoro.

Rom. 5. e

endum quod fortius quantum ad actum, sed non oportet quod ex fortiori habitu, quia nec in resistendo, nec in resurgendo operari est necesse secundum totam virtutis nobilitatem.

6. AD aliud dicendum quod elicit bonum non facienti semper, sed in vniuerso, et hoc est declaratio summæ misericordiæ, et iustitiæ: et aliquo modo facienti, nisi negligat, quia habet maiorem occasionem feruoris, et humiliationis ex ipso casu.

QVÆSTIO II.

An perfecta pœnitentia restituat in pristinum gradum.

Alex. Alenf. 4. p. q. 12. Memb. 4. art. 5. S. Tho. 3. p. q. 89. art. 3. Et 4. Sent. d. 14. q. 1. art. 3. Rich. 4. Sent. d. 14. art. 8. q. 1. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 14. q. 1. 1. 1.

FVNDAMENTA. Aug. 3. Hypog. a mod. 10. 7.

TRVM perfecta pœnitentia restituat in pristinum gradum. Et quod sic, videtur per August. in lib. 5. responsonum. Pœnitentia est res quedam optima, et perfecta, omnes defectus reuocans ad perfectum, sed si non reuocaret in gradum pristinum, non esset perfecta reuocatio: ergo, et cetera.

ITEM ratione videtur, quia peccator Deum offendit, non tantum quia contra eius imperium facit, sed etiam in hoc quod se seruum suum, et eius imaginem deformat, et peiorem reddit: ergo non potest perfecte reconciliari, quamdiu aliquid manet minus bene, quam ante, quia non tantum Deo restituit, quantum abstulit.

ITEM perfectus medicus perfectum largitur antidotum: sed perfectum antidotum non est, nisi pristinam plene restituat sanitatem: cum ergo Dominus sit perfectus medicus animarum: patet, et cetera.

ITEM Dominus cum sanauit in corpore, semper restituat sanitatem pristinam perfecte: ergo similiter cum sanat spiritu: sed sanat in spiritu per pœnitentiam: ergo pœnitentia perfecta restituat in pristinam sanitatem.

AD OPPOSITVM

1. CONTRA: Possibile est, vt dictum est, resurgere in minori charitate, et in eadem suam perficere pœnitentiam: ergo pœnitentia perfecta non restituat semper in sanitatem pristinam.

2. ITEM aliquis per peccatum amisit virginitatē: sed impossibile est ipsum vterius virginem fieri: ergo impossibile est per pœnitentiam in statum pristinum redire.

3. ITEM gloria magna est homini in hoc, quod nunquam offendit Deum: sed eum, qui pœnitet post peccatum, necesse est Dominum offendisse: ergo nunquam in statum pristinum, et gloriam redibit.

4. ITEM potentior est baptismus, et efficacior, quam pœnitentia: sed baptismus nunquam reparat omnes defectus, quos incurramus per originale, quod patet, quia remanet quadruplex pœna animæ, et pœna corporis multiplex: ergo nec pœnitentia restituit omnia, quæ incurrimus per actuale.

CONCLUSIO.

Pœnitentia quantum ad habitus substantiam et gratiam, et habitatem naturalium, pristinam restituat peccatori sanitatem, licet non semper quo ad decorem accidentalem.

RESP. AD ARG. Dicendum quod pœnitentia S. Bon. To. 5.

perfecta potest considerari dupliciter, aut quantum ad durationem, aut quantum ad durationem, et feruorē. Si quantum ad durationem, vt scilicet ieiunet, quamdiu imponitur, et compleat, quod sibi imponitur secundum rectam taxationem sacerdotis: non est necesse restituere in statum pristinum, quia ita negligenter potest exequi, quod non præparet se ad tantam gratiam, quam amisit. Si autem sit perfecta quantum ad feruorem, et durationem: sic dico, quod si ita feruenter pœnitet, et dolet de culpa, secundum quod congruit ei, qui de tanto statu cecidit, credo quod per hanc redit in pristinam sanitatem. Et de hac intelligit Augustinus, et concurrunt prædictæ rationes, quia antidotum illud operatur secundum congruentiam suscipientis. Intelligendum est tamen, quod dupliciter est loqui de sanitate, aut quantum ad substantiam, et habitum gratiæ, et habitatem naturalium, et sic restituat in sanitatem pristinam. Est etiam loqui quantum ad aliquem statum, siue integritatem, vel decorem accidentalem: et quantum ad hoc non est necesse restituere, et hac est continuatio innocentiam, et integritatis carnis, et cetera.

1. AD illud quod obijcitur, quod potest in minori resurgere, et pœnitentiam perficere, dicendum quod si non negligenter perficit pœnitentiam, ad vltiorem gratiam se disponit.

2. 3. AD illud ergo quod obijcitur de virginitate, et gloria, et ad illud de innocencia, dicendum quod quantum ad hoc non restituat, sed quantum ad omne quod fuit substantiale circa meritum.

4. AD illud quod obijcitur de baptismo, quod non restituat, dicendum quod verum est, et ratio huius est, quia sanat tantum personam. Sed originale inficit, et naturam, et personam, et ideo non omnes pœnæ tolluntur: non sic autem est in pœnitentia, ipsa enim sanat morbum personalem tantum; et ideo totaliter, et omnino sanat, cum perfecta est.

QVÆSTIO III.

An pœnitentia restituat homini opera bona mortificata per culpam.

Alex. Alenf. 4. p. q. 12. Memb. 4. art. 6. Richardus 4. Sent. dist. 14. art. 8. q. 2. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 14. q. 1. 1. 1. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 14. q. 1. 1. 1. Gabr. Biel. 4. Sent. dist. 14. q. 3. art. 3. dub. 5.

TRVM pœnitentia restituat homini opera bona prius mortificata per culpam. Et quod non, videtur. Hugo: Nemo in spe correctionis peccare debet, quia quod semel amittitur, ipsum amplius non recuperatur: ergo si bona opera prius facta sunt amissa per culpam, impossibile est ea restituere: ergo nec viuificari.

2. ITEM omne quod viuificatur, est aliquo modo: sed quod omnino præterijt, nullo modo est, et talia sunt opera bona prius facta: ergo nec viuificari, nec recuperari possunt.

3. ITEM impossibile est habitum semel amissum, amplius illum eundem recuperare: ergo a simili, impossibile est opera bona prius mortificata, et amissa eadem recuperari, et viuificari.

4. ITEM si opera mortificantur, et viuificantur: ergo idem actus secundum idem sui, esset susceptibilis oppositarum conditionum, quod est impossibile: quia impossibile est, quod motus vnus secundum eandem partem primo sit velox, et postea tardus.

CONTRA: Reddam vobis annos, et cetera. Glossa: Non patitur perire vbertatem, quam cum perturbacione amisistis: sed vbertas illa erat ex multitudine

Concordat S. Th. 1. 2. d. 16 q. 2. art. 2. ubi dicitur: hanc esse mentem S. Th.

Explicatio.

AD OPPOSITVM. Hug. li. 2. p. 146. 4.

FVNDAMENTA. 1. ad. 2. f.

bonorum operum : ergo si illam non patitur perire, a pœnitentia restituit opera bona mortificata per culpa.

ITEM ratione videtur, quia opera bona facta prius, digna erant remuneratione æterna, sed quod huic non remunerentur, hoc est quia iste non perseverat in gratia: ergo si iste resurgit, et perseverat in gratia, opera illa remunerabuntur: ergo, et cet.

ITEM iste gaudet de bonis, quæ facit ante lapsum, et ordinate: ergo in gloria gaudebit: sed non gauderet in gloria, nisi illa fecisset: ergo ex illis operibus mortificationis per culpam accreuit gaudium æternum: ergo, et cet.

ITEM plus potest gratia pœnitentiæ, quam culpa: sed culpa opera viua mortificat: ergo gratia mortificata viuificat.

CONCLUSIO.

Opera bona prius facta, cum peccator reuertitur ad pœnitentiam, reuiuiscunt, et manent viua.

RESP. AD ARG. Dicendum quod hoc verum est: et communis tenet opinio, quod opera, quæ prius fuerunt viua, quia ex charitate facta, et digna vita æterna, postea adueniente culpa mortificantur in isto, quia amplius in hoc quamdiu est culpa, in eo non sunt digna remuneratione propter indignitatem ipsius: sed rursus gratia redeunte, quæ istum facit dignum vita æterna, iam opera in hoc sunt digna remuneratione: et ideo restituntur, et viuificantur. Et concedendæ sunt rationes ad hoc. Ad intelligentiam obiectorum notandum, quod quidam dicunt, quod opera bona in charitate facta, quia bona sunt, et a Deo, sunt in laudem Dei: et inde debet laudari Deus. Quia vero in vnitatem corporis mystici, et quia in charitate, pertinent ad corpus mysticum. Quia ex libera voluntate, et iusta, ad radicis præmium, siue facientis meritum. Vnde quia iste cadit, qui fecit: opera nihilominus remanent in corpore mystico, quia inde alia membra gaudebunt, et Deus inde laudabitur: sed tamen non manent ad gloriam facientis, et ideo moriuntur ista, isti scilicet homini, cum iste moritur: sed ipso resurgente a culpa, et facta de corpore mystico, sibi bona opera reuiuiscunt: et quantum ad hoc dicunt intelligi illud: Tene quod habes, et cet. Tamen quidquid sit de hoc, siue remaneant in corpore mystico, siue non: verum est, quod manent in memoria eius, qui fecit: et dubium etiam non est, quin maneat in me-

moria Dei opera prius facta: et quamdiu manet culpa, manent in Dei cognitione cuncta respicientis, et in memoria peccatoris. Sed ibi non manent ad remunerandum: nec in memoria peccatoris ad gaudendum, sed magis ad dolendum, quod de tantis bonis ad tanta mala deuenit. Sed cum resurgit, manent in Deo ad remunerandum, et in memoria ipsius peccatoris ad gaudendum: et ideo prius aliquo modo manebant, sed mortua, post modum manebunt, et manent viua.

1. Ad illud ergo quod obijcitur de Hugone, dicendum quod intelligit de illo opere bono, quod homo potuisset facere, vel fecisset illo tempore, quo peccauit, quod quidem non recuperabit, quia si alio tempore velit facere opus quod omisit, perdit opus quod deberet in illo tempore facere. Vnde Seneca dicit, quod grauissima est iactura temporis, quia non potest recuperari.

2. Ad illud quod secundo obijcitur, potest responderi dupliciter. Vel quod manent in corpore mystico, sicut tactum est, vel quod manent in memoria eius qui fecit, et Dei, pro quo fecit.

3. Ad illud quod obijcitur, quod impossibile est recuperare habitum amissum eundem numero, dicitur quod aliud est viuificari, aliud recuperari. Recuperatio enim respicit esse: sed viuificatio respicit ordinatum esse, siue ordinem, vel tale esse. Et quoniam quod desinit esse, si iterum incipiat esse non est idem numero, sed aliud: ideo habitus si corrumpatur, et amittatur, idem non recuperatur: sed quia possibile est, quod idem manens idem habeat alium, et alium ordinem, secundum hoc attenditur viuificatio, et mortificatio in operibus, et fortassis in habitibus: ideo possibile est opus mortuum viuificari, ita quod maneat idem.

4. Ex hoc soluitur vltimum: quia quod dicitur opus viuum, et mortificatum, hoc non dicit diuersas dispositiones circa opus, sed dicit circa opus diuersas ordinationes, scilicet ordinationem ad remunerationem, dum viuit, et priuationem illius cum iam mortuum est, siue mortificatum. Sed in suscipiente, siue homine dicit diuersitatem penes qualitatem gratiæ, quæ est accedens absolutum ipsius subiecti, secundum cuius subiectionem, et amissionem subiectum alteratur, et dicitur modo homo mortuus, modo viuus, modo peccator, modo iustus, et ita alteratus. Sed opus ex consequenti est ordinatum ad vitam, vel hoc ordine priuatum: et hoc non dicit motum, quia in ad aliquid per se non est motus.

Opinio Doctõris.

Opinio aliorum.

Apoc. 3. c

DISTINCT. XV. PARS I. QUOD PLVRIBVS IRRETITVS PECCATIS non potest pœnitere de vno vere, nisi de omnibus pœniteat.

Opinio erronea.

Probatio eius.

Nab. x. c

Hac omnia fere huius cap. et seq. habetur de pœn. dist. 2. s. auctori- s. dist. 2. s. dist. 2. s. dist. 2. s.

Presbyter

T sicut predictis auctoritatibus illorum error conuincitur, qui pœnitentiam sepius agendam non putant, et per eam a lapsu peccantes, frequenter surgere desistentur, ita eisdem illorum opinio eliditur, qui pluribus irretitum peccatis asserunt de vno vere pœnitere, eisdemq. veniam a Domino consequi posse sine alterius pœnitentia. Quod etiam auctoritatibus astruere conantur. Aut enim propheta: Non indicabit Deus bis in idipsum; vel ut alij. transtulerunt: Non consurget duplex tribulatio. Si ergo, inquam illi, aliquis sacerdoti fuerit confessus vnum de duobus, vel pluribus peccatis, et de illo iniunctam sibi pœnitentiam a sacerdote, satisfactione expleuerit ceteris tacitis, non pro illo peccato amplius iudicandus est, de quo satisfecit ad arbitrium sacerdotis, qui vicem Christi in Ecclesia gerit. Ideoq. si de eo iterum indicetur, bis in idipsum indicatur, et consurget duplex tribulatio. Sed de his oportet illud tantum intelligi, qui presentibus supplicij commutantur in bonum, et sic perseverant: super quos non consurget duplex tribulatio. Qui vero inter flagella duriores, et deteriores fiunt, ut Pharaõ, presentibus æterna connectunt: ut

temporale

temporale supplicium sit eis æternæ pœnæ initium. Vnde Augustinus: Ignis succensus est, et cet. id est, vindicta Dei hic incipiet: et ardebit vsque ad extremam damnationem. Hoc contra illos notandum est, qui dicunt illud, scilicet: Non indicabit Deus bis in idipsum, ad omnia pertinere flagella: quia quidam hic flagellis emendantur, alij hic et in æternum puniuntur. Quinque enim modis flagella contingunt, vel ut iusti per patientiam merita augeantur, ut Iob: vel ad custodiam virtutum, ne superbia tentet, ut Paulo: vel ad corrigenda peccata, ut Marie lepra: vel ad gloriam Dei, ut de cæco nato: vel ad initium pœnæ, ut Herodi: quatenus hic videatur quid in inferno sequatur, secundum illud: Duplici contritione contere eos Domine. Illa ergo auctoritas Nabum non cogit nos sentire, omnia que temporaliter puniuntur non ulterius a Deo punienda: nam est super eundem locum Hieronymus dicat, Sodomitas, Aegyptios, et Israelitas a Deo temporaliter punitos, ne in æternum punirentur: non est tamen de omnibus generaliter intelligendum. Aut enim sic: Quod genus humanum diluio, Sodomitas igne, Aegyptios mari, et Israelitas in eremo perdidit, scitote ideo temporaliter pro peccatis punisse, ne in æternum puniret: quia non vindicabit Deus bis in idipsum: Qui ergo puniti sunt, postea non punientur: alioquin mentitur Scriptura: quod nefas est dicere.

Super Canticum. Dent. 22. d. Et allegatur de pœn. dist. 23. ca. Ignis Glos. Beda super Matthæ. Iob 1. 2. Cor. 12. c. Num. 12. b. Iob. 9. d. Ad. 12. d. Ierem. 17. c. Hieronym. Cõment. in Nabum, c. 1. 10. 6. Gen. 19. c. Exod. 14. g. Num. 11. a.

Quæ sit intelligentia præmissorum.

ATTENDE Lector his verbis, et caue ne de omnibus generaliter intelligas: sed de his tantum, qui inter ipsa flagella pœnitentiam egerunt, credentes in Deum Hebraeorum: quam etsi breuem et momentaneam, tamen non respuit Deus. Quod autem qui per temporale flagellum non corriguntur, post æternaliter puniantur, ibidem ostendit, agens de fidei deprehensio in adulterio, qui decollatur. Vbi ostendit leuia peccata breui et temporali supplicio purgari, magna vero diuturnis æternisq. supplicij reservari, ita inquam: Quærat hic aliquis, si fidelis deprehensus in adulterio decollatur, quid de eo postea fiet? Aut enim punietur, et falsum est quod dicitur: Non indicabit Deus bis in idipsum: aut non punietur: et optandum est adulteris ut hic breui et cita pœna puniantur, ut frustrentur cruciatus æternos. Ad quod respondemus: Deum ut omnium rerum, ita suppliciorum quoque scire mensuras: et non proueniri sententiam iudicis, nec illi in peccatore exercenda dehinc pœna auferri potestatem: et magnum peccatum magnis diuturnisq. cruciatibus. Si quis vero punitus sit temporaliter, ut ille qui israelita maledixerat, et qui in sabato ligna collegerat, tales postea non puniri: quia culpa leuis presentis supplicio compensata sit. Leuis enim culpa leui supplicio compensatur. His satis innuit Hieronymus graua peccata et hic puniri graui supplicio: et in futuro punienda æternaliter, de quibus pœnitentia non agitur inter flagella. Leuia vero que hic puniuntur, leui pœna compensationem recipere: quod in bonis fieri non ambigimus, et in malis forte etiam sit ita. Satis iam apparet quod illi de prophetia induxerunt, non facere pro eis qui dicunt ei, qui crimen sibi reseruat, de alio veniam præstari per pœnitentiam.

Hier. ibid. paulo inferius. Leuit. 24. b. Num. 15. d.

DIST. XV. PARS I.

De pœnitentia specialiter quantum ad eius partes, elidens errorem eorum, qui dicunt, quod pœnitentia potest fieri de vno peccato sine alio.

A prima respondet auctoritati. In secunda expositioni, ibi: Nam est super eundem locum Hieronymus, et cet. Quælibet harum partium duas habet. In prima opponit. In secunda soluit: et hoc satis manifestum est in littera.

Et sicut predictis auctoritatibus illorum error conuincitur, et cet.

Expositio textus.

Non consurget duplex tribulatio. Dub. I.

Videtur contrarium: Error, et tenebræ peccato Eccl. 11. b. ribus concreta sunt. Item In Psalmo: Induatur si- Psal. 108. d. cur: diploide confusione sua.

VERA reprobauit Magister errorẽ, qui attendebatur quantum ad pœnitentiæ iterationem. Hic reprobatur error, qui consistit quantum ad pœnitentiæ diuisionem: et hoc maxime ratione satisfactionis. Dicebant enim aliqui, quod poterat quis pœnitere, et satisfacere de aliquo crimine, ita quod de alio esset impœnitens. Et quoniam iste error suam habebat defensionem: ideo hæc pars diuiditur in duas. In prima respondet, et excludit defensionem, quam habebat ex auctoritate Scripturæ. In secunda defensionem, quam habet ex auctoritatibus patrum, ibi: Alius quoque auctoritates inducunt. Prima diuiditur in duas. In S. Bon. To. 5.

Diuisio.

1 3 tum

tum non confurget duplex tribulatio, quia semper Deus punit citra condignum: et hoc modo intelligitur auctoritas prophetae. Secundum alias vias multae inveniuntur auctoritates, sic est etiam intelligendum dictum Hieronymi sequens.

Quinque enim modis flagella contingunt. Dub. 11.

Videtur insufficienter tangere modos, cum multo plures assignari possint. Flagella enim sunt ad vitam ordinata ad probationem, et ad multa alia, quae hic non tanguntur: ergo videtur quod sit insufficientis.

Re s p. Dicendum quod utilitates flagellorum possunt accipi ex scripturis in generali, vel in speciali. In generali omnes, modi flagellandi ad hos reducuntur: et hoc patet, si consideretur sufficientia. Omne enim flagellum contingit, et est ordinatum aut ad utilitatem flagellati, aut ad gloriam flagellantis. Si ad utilitatem flagellati, aut ut promoveatur in bono: et sic primus modus: et est exemplum de Iob. Aut ut conferuetur: et sic secundus: et est exemplum in beato Paulo. Aut ut reducat ad bonum: et sic tertius: et est exemplum in Maria sorore Moysi. Aut ad gloriam flagellantis: et hoc dupliciter, aut ut manifestetur potentia in miserando: et sic est quartus: et est exemplum in caco nato, quem Dominus illuminavit. Aut ut manifestetur potentia in iudicando: et sic est quintus: et est exemplum in Antiocho. Aliter possunt distingui: quia omne flagellum aut est ordinatum ad bonum, aut contra malum. Si ad bonum, aut promovendum, aut demonstrandum. Si contra malum, aut evitandum, aut corrigendum, aut vindicandum: et secundum hoc accipiuntur quinque modi. Unde versus: Iob probat, inclinans Paulum, purgatq. Mariam: Hierolem punit, in caco se manifestat.

Sunt et alij modi speciales, et utilitates, quae his verbis continentur: Erudit, verit. probat, et latum facit, arctat. Confortat, satiatur, consummat, deinde coronat.

Ier. 6. b Erudit: Per omne flagellum erudieris Hierusalem. Verit, id est conuertit: Multiplicatae sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt. Probat: Vasa figuli probat fornax. Latum facit: Omne gaudium existimate fratres, et cetera. Arctat Isaias: Vexatio dabit intellectum auditui. Confortat Iob: Haec mihi consolatio, ut affligens, et cetera. Satiatur, id est fecundat: Quanto magis opprimebant, tanto magis multiplicabantur. Consummat: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Coronat: Id quod in praesenti est momentaneum, et leue tribulationis, et cetera. Omnes autem ad praedictos modos reducuntur. Hic tanguntur flagellorum utilitates, quae sub tribus modis assignatis continentur, et amplius sunt duo modi.

Vi in istis per patientiam merita augeantur. Dub. 111.

Videtur hic de primo modo male exemplificare: quia dicitur: Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui. Item Gregorius in Moralibus. Quidquid mali patimur, pro peccatis nostris accidere est manifestum.

Re s p. Dicendum quod causa dupliciter dicitur, scilicet proprie, et communiter. Communiter, et sic dicitur causa sine qua non: accipiendo igitur causam large pro causa sine qua non, sic omnino poena dicitur venire ob meritum culpae originalis, quia nisi peccatum praecessisset, nulla esset poena. Si autem accipitur proprie pro causa meritoria vel finali, sic non meruit Iob illam poenam. Et quod dicitur: Vtinam appenderentur, hoc est potius ad oppositum: quia sicut ipse dicit consequenter, quod poena disproportionabiliter excedit meritum.

Vel ad initium poenae, ut Herodotus. Dub. 114.

Videtur male dicere, quia Augustinus de poenitentia: Quidquid Deus permiserit pati, scias esse flagellum corrigentis non damnantis. Item quamdiu homo vivit, potest conuerti, et potest mereri, et est in statu viae: ergo non debet inchoari poena.

Re s p. Dicendum quod flagellum infligendum habet comparationem ad infligentem, et illum, cui infligitur. De infligente autem est loqui aut quantum ad voluntatem antecedentem, vel consequentem. Si quantum ad voluntatem antecedentem, sic omne quod Deus nobis facit, et infligit in praesenti vita, ordinationem aliquam habet ad gloriam, quia secundum voluntatem istam vult fieri. Si autem quantum ad voluntatem consequentem, quia secundum hanc voluntatem vult Deus secundum quod praescit, et praescit istum in malitia permanurum, poenam dicitur infligere in vindictam grauis culpae. Similiter de flagellato est loqui dupliciter: aut quantum ad statum: et quia ipse est in statu in quo potest reuerti, tam ipse, quam poena aliquam ordinationem habent ad bonum: aut contingit loqui quantum ad obstinationem animi, quae conuertit benignitatem in iram, et gratiam impugnat: et sic sunt ei poenae in damnationem: et sic patet utraque pars.

Et non praeniri sententiam, et cetera. Dub. 115.

Videtur male dicere, quia qui semel iudicatus est, et punitus a sacerdote, amplius non iudicabitur, nec punietur: ergo sententia iudicis praenitur.

Re s p. Dicendum quod sacerdos aut absolutus non absolutum, et imponit minorem poenam, quam debet: et sic iudicat sententia hominis, et non iudicis superni: et hoc modo si videatur praeniri sententia iudicis, non tamen praenitur, quia oportet hominem puniri in foro Dei. Aut sacerdos seruato ordine recto, et qualitate puni, et sententia sacerdotis est sententia Dei hic homo minem absoluentis: et tunc non praenitur, quia ipse iudex iudicat per ministrum suum, cui commisit ministerium: tamen casum est, nisi praecedat ministerium Dei absoluentis.

Louis enim culpa leui supplicio compensatur. Dub. 116.

Praemittit hic exempla de Israelita, qui collegit ligna in sabbato: et vterius de eo, qui Israelitae maledixerat, et qui etiam blasphemauerat, et videtur in utroque male exemplificare tum ratione poenae, tum ratione culpae. Ratione poenae, quia vterque occisus est, et lapidatus: et haec est grauissima poenarum, scilicet poena mortis. Item de culpa videtur falsum, quia blasphemiam est grauissimum peccatum. Praeterea: Transgressio mandati decalogi non est leue peccatum, maxime quia punitur poena mortis, quae erat poena debita enormissimis peccatis.

Re s p. Dicendum quod Hieronymus non vocat supplicium mortis leue absolute, sed in comparatione ad poenam aeternam: et leuem culpam vocat, tum propter hoc quod semel perpetrata est, tum etiam quia neutrum habebat deformitatem notabilem: et ideo si vterque voluit poenitere, de facili potuit misericordiam innescire, et graues poenas euadere: et vterque illorum occisus fuit ex rigore legis, quae data erat in timorem. Et quod obijcitur de blasphemiam, dicendum quod secundum Richardum de sancto Victore: Non omnis blasphemiam est peccatum in Spiritum sanctum, sed quae dicitur spiritus blasphemiam, quando quis voluntate habet blasphemiam Deum. Sed illa quae dicitur ex quadam surreptione, et sine conturbatione, non est semper inter peccata enormia reputanda grauius, licet ipsa graue possit esse peccatum.

ARTI-

ARTICVLVS I.

Ad intelligentiam huius partis sex incidunt hic quaerenda. Primo quaeritur, vtrum possibile sit Deo reconciliari per satisfactionem. Secundo, vtrum sit possibile Deo satisfacere de vno peccato, alio retento. Tertio, vtrum extra charitatem abstinenter a peccatis, possibile sit satisfacere. Quarto, vtrum opera satisfactoria facta extra charitatem viuificentur adueniente charitate, et debeant computari in sortem. Quinto quaeritur, vtrum per talia opera aliquid mereatur. Sexto et vltimo quaeritur, quid sit illud quod mereatur.

QVÆSTIO I.

An sit possibile reconciliari Deo per satisfactionem.

Alex. Alenf. 4. p. q. 24. Memb. 1. S. Thomas in Suppl. 3. p. q. 5. art. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 15. q. 1. Petrus de Tarrant. 4. Sent. dist. 5. q. 1.

FVNDAMENTA. Anselmus lib. 2. cur Deus homo c. 6. et 11.

Vobis sit possibile Deo reconciliari ostenditur per definitionem eius, quod est satisfacere. Quia dicit Anselmus: Satisfacere est honorem debitum Deo reddere: sed hoc est possibile homini: ergo possibile est satisfacere.

Item quanto is, contra quem delinquitur, misericordior est, tanto minorem exigit poenam: et quanto minorem exigit poenam, tanto facilius, et possibilis est ei satisfacere: sed Deus est multo misericordior homine: ergo si potest homini satisfieri, et Deo.

Item sufficienter aliquis punitur, quando tantum ei tormentum, quantum fuit delectamentum, quia hoc est iustitia legis Moisaica: Iuxta mensuram peccati erit et plagarum modus, et cetera. Et legis diuinae: Quantum se glorificauit, et cetera. Sed aliquis potest sibi hoc facere: ergo potest Deo satisfacere.

Contra: Tanta est offensa, quantus is est qui offenditur: sed Deus est infinitus, qui offenditur in peccato: igitur et offensa. Sed quanta est offensa, tanta debet esse satisfactio, alioquin non fit satis: ergo in infinitum oportet quod homo se puniat: sed hoc est impossibile alicui: ergo non potest Deo satisfacere homo de peccato.

Item peccatum diaboli peccatum nostrum non excedit in infinitum: immo quanto eius culpa excedit humanam, tanto virtus naturae ad sustinendum mala, et faciendum bona est fortior: sed diabolus non potest satisfacere: ergo nec homo.

Item primus patens non potuit de culpa sua satisfacere, quia cum esset homo, voluit in scientia assimilari Deo: ideo ad satisfactionem necesse fuit, quod Deus fieret homo: sed quilibet peccator praefert voluntatem suam voluntati diuinae: ergo non potest satisfacere.

Item nullus de originali potuit satisfacere nisi per mortem Christi: sed multo minus ponderat originale, quam actuale: ergo, et cetera.

CONCLUSIO.

Possible est homini satisfacere Deo, et per satisfactionem se reconciliare Deo, licet offensa fuerit infinita: quia libido fuit finita, et nostra satisfactio innitur satisfactio Christi, a qua accipit virtutem.

1. Modus S. Th. 3. p. q. 5. art. 2.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod hic est vnus modus dicendi satis probabilis, quod de omni eo quod est in peccato, non fit satisfactio, quoniam hoc est impossibile. Unde et Deus non exigit satisfactionem de omni eo, quod est in culpa, sed aliquid con-

donat per misericordiam, de aliquo requirit satisfactionem per iustitiam, ut simul sit hic misericordia, et veritas. Nec vnquam est satisfactio, nisi praecedat condonatio, sicut numquam est meritum nisi praecedat donum gratuitum. Unde notandum, quod in peccato duo sunt, scilicet offensa Dei, et libido deo ordinata. Sed offensa Dei est infinita, et pro illa non fit satisfactio, sed Dei misericordia illam remittit, suam dedit gratiam, libido autem peruersa finita est. Et quia Deus iustus est, non totum remittit, sed pro illa exigit poenam condignam: et quantum ad hoc possibile est Deo satisfacere.

1. 2. 3. 4. Et sic patet responsio ad duo prima. Ad primum, quod non fit satisfactio de offensa. Ad secundum, quod diabolus non potest satisfacere propter impossibilitatem percipiendi gratiam, in qua remittatur sibi diuina offensa. Patet etiam responsio ad tertium. Deus enim per misericordiam relinquit omnino offensam dando gratiam, sed satisfactionem exigit de ipso damno, quod intulit sibi peccator per culpam, et delectationem libidinosam. Et quia Adam intulit sibi damnum mortis, et toti posteritati: ideo non potuit plene satisfacere, nisi ille, qui non esset mortis debitor, et valeret totum genus humanum. Sed peccator quilibet dum peccat, infert damnum in imaginis deformatione, quae reparabilis est, et infert damnum sibi, non alijs: et ideo non est simile. Alius est modus dicendi etiam satis probabilis, et videtur rationabilis, quod et si diuina misericordia relinquit offensam homini dando gratiam, non tamen ita omnino relinquit, quin etiam exigit de offensa satisfactionem per iustitiam. Et quia homo non potuit pro tanta offensa satisfacere, ideo Deus dedit ei mediatorem, qui satisfaceret pro offensa. Unde in sola fide passionis Christi remittitur omnis culpa, et sine fide eius nullus iustificatur. Et secundo hoc dicunt, quod omnis satisfactio nostra virtutem habet a satisfactione Christi. Sed ipsa satisfactio Christi habet effectum in membris per sacramentum baptismi plenum, per sacramentum poenitentiae secundum partem, per fidem ante nouam legem, et etiam post in his, qui non possunt confiteri, effectum habet adhuc minorem. Unde omnis satisfactio non tantum de peccato primi parentis, sed etiam de alijs fundata est super satisfactionem mediatoris.

2. Modus.

1. 2. 3. 4. Et secundum hanc viam facilis est responsio ad obiecta. Sicut enim offensa est infinita, sic quod Deus patitur, est satisfactio infinita. Similiter secundum patet, quia diabolus non habuit mediatorem, sumper quem posset fundari eius satisfactio. Similiter patet tertium de Adam: quoniam sicut ipse non potuit satisfacere de peccato suo, sic nemo potest sufficienter satisfacere de suo, nisi super satisfactionem passionis Christi per fidem esset fundatus.

QVÆSTIO II.

An sit possibile satisfacere Deo pro vno peccato sine alio.

Alex. Alenf. 4. p. q. 15. Memb. 3. art. 2. §. 4. S. Th. 3. p. q. 86. art. 3. Et 4. Sent. dist. 15. q. 1. art. 3. Et in Suppl. 3. p. q. 14. art. 1. Rich. 4. Sent. dist. 15. q. 6. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 15. q. 2. Petrus de Tarrant. 4. Sent. dist. 15. q. 6.

AD OPPOSITVM.

TRVM possibile sit Deo satisfacere de vno peccato sine alio. Et quod sic, videtur: Pietas valet ad omnia. Glossa: Summa Christianae disciplinae in pietate, et misericordia est: quam qui sequitur, etiam si lubricum carnis

carnis patitur, sine dubio vapulabit, non tamen peribit. Et constat, quod intelligit de lubrico mortali, quia si de veniali, etiam sine illa non periret: ergo, etc.

2. I T E M ratione videtur, quia satisfactio respondet transgressioni ex opposito: ergo cum impossibile sit transgredi nisi successiue, primo vno modo, deinde alio, videtur similiter quod et possit satisfacere primo de vno peccato, deinde de alio.

3. I T E M alij peccato alia debetur pœna, et alia satisfactio: vnde et alia imponitur: esto ergo quod pro aliquo peccato imponatur pœna debita, si exequatur illam, amplius non potest, nec debet exigi ab eo aliquid, sed potest exequi committendo aliam culpam: ergo, et cœt.

4. I T E M plus desiderat Deus satisfactionem sibi fieri a peccatore, quam aliquis creditur solutionem a debitore: sed creditor qui multum desiderat solutionem: recipit solutionem de vno sine alio: ergo et Deus satisfactionem de vno peccato sine alio.

5. I T E M homo potest satisfacere de vno veniali committendo etiam aliud: ergo pari ratione de mortali. Aut quaeritur, quare non.

FVNDAMENTA.

CONTRA: Ecce ad lites, et contentiones ieiunatis, et percussis pugno impie. Et post: Numquid tale est ieiunium quod elegi? quasi diceret, non: ergo non placet Deo pro peccato ieiunium, quando ieiunando committuntur peccata.

Greg. hom. 24. in Eu. I T E M Gregorius in homilia: Qui sic alia plangit, ut alia committat, pœnitentiam agere, aut ignorat, aut dissimulat.

I T E M ratione videtur, quia in hoc peccator est pœna dignus, quia Dei imaginem deformat: ergo numquam satisfacit nisi per reformationem imaginis: sed in eo qui satisfacit, et rursus peccat, numquam reformatur imago: ergo talis numquam satisfacit.

I T E M in peccato est conuersio, et auersio, et pœna debetur peccatori ratione auersionis: sed peccata omnia conueniunt in auersione: ergo satisfactio respicit peccata secundum id, in quo conueniunt: ergo impossibile est satisfacere de vno sine alio.

CONCLUSIO.

Non potest peccator de vno peccato satisfacere quin de alijs satisfaciat alioquin simul esset auersus, et conuersus ad Deum, quod implicat.

Opinio erronea.

RESP. AD ARG. Quod aliqui posuerunt, quod de peccato poterat fieri satisfactio peccatore persistente in alio. Et ratio eorum erat diuina largitas, et benignitas, quæ acceptat satisfactionem quantumcumque modicam. Sed tamen hi non considerauerunt sufficienter, quid sit satisfacere: Non enim satisfacere dicit tolerantiæ pœnæ tantum, quia Deus in malis nostris non delectatur, sed delectatur in iustitia voluntatis nostræ, et reconciliatione: quæ non potest haberi de vna culpa sine alia, tum propter connexionem virtutum in vna gratia, quæ delet culpam omnem mortalem, cum habeat omnem virtutem annexam, tum propter diuinam largitatem, quæ secundum partem non gratificat, immo omnem offensam condonat: tum propter peccata mortalia, quæ omnia communicant in auersione, et contemptu Dei: et omnia sunt contra Deum, et contra vnum: et ideo si Deus remitteret culpam de vno sine alio, simul esset is, cui remittitur, amicus, et inimicus, conuersus, et auersus. Et ideo, sicut dicit Magister, error est hoc ponere, quod homo satisfaciat Deo offendendo Deum, quia semper manet auersio, et imaginis deformatio, et inimicitia. Et ideo dicitur: Qui in vno peccauerit, multa bona perdet. Et beatus Iacobus: Qui offendit in vno, factus est omnium reus: quia qui peccat in vno

Improb.

Eccl. 9. d. lac. 2. b. I T E M ratio videtur, quia in hoc peccator est pœna dignus, quia Dei imaginem deformat: ergo numquam satisfacit nisi per reformationem imaginis: sed in eo qui satisfacit, et rursus peccat, numquam reformatur imago: ergo talis numquam satisfacit.

A non satisfacit pro aliquo, eo quod in omni peccato vnus offenditur, et impossibile est quod Deus sit amicus, et inimicus eiusdem.

1. A D illud ergo quod obijcitur de illa Glossa: quod non peribit, dicendum quod intelligitur, quod operibus pietatis præparatur quis ad gratiam, per quam satisfaciat de omnibus.

2. A D illud quod obijcitur de transgressione, dicendum quod non est simile: quia enim mala facimus, ideo mali sumus: et ideo quia actus non sunt conueniunt, nec transgressiones: sed non quia bona facimus boni sumus, sed e contra: ideo oportet, quod ante sit amicus, quam pro aliquo peccato satisfaciat: et si amicus: ergo nullum peccatum habet mortale.

3. A D aliud quod obijcitur, dicendum quod isti peccato debetur tanta pœna de se, nisi remittatur per gratiam, quam impossibile est illi persolvere, quia infinita: et ideo numquam taxari potest pœna debita, quousque manet in culpa.

4. A D illud quod obijcitur, quod Deus vult plus satisfactionem, quam creditor solutionem, dicendum quod Deus similiter recipit satisfactionem paulatim: sed quamdiu est in aliqua culpa, non est in soluendo aliquid, immo in obligando se potius: et ideo Deus non recipit.

5. A D illud quod obijcitur de veniali, dicendum quod non est simile, quia veniale stat simul cum gratia, per quam contingit satisfacere: non sic mortale, immo quodlibet mortale tollit fundamentum satisfactionis, sicut melius patebit in sequenti problemate.

QVÆSTIO III.

An extra charitatem abstinens a peccatis, possibile sit Deo satisfacere.

Alex. Alenf. 4. p. q. 24. Memb. 4. art. 1. Rich. 4. Sent. dist. 15. q. 7. Stephanus Brules. 4. Sent. dist. 15. q. 3. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 15. q. 8. Marfil. Inguen. 4. Sent. q. 11. art. 2.

M T R V M extra charitatem, abstinens a peccatis possibile sit satisfacere. Et quod sic, videtur: Date elemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis: constat quod ibi loquitur de peccatoribus: ergo potest satisfacere quis per elemosynam sine gratia. Et hoc ipsum dixit Daniel Nabuchodonosor: Peccata tua elemosynis redime: et constat quod ille erat peccator magnus: ergo, et cœt.

I T E M Venatione ceperunt me, Glossa: Et si fides deesset, pœna satisfaceret: sed vbi deest fides, non est charitas: ergo, et cœt.

I T E M ratione videtur, quia ad nullum præceptum diuinum tenetur homo ex charitate: hoc constat, quia si quis pro loco, et tempore parentes honorat, etiam non habens charitatem, non peccat: ergo multominus tenetur ex charitate implere sacerdotis mandatum: sed satisfactio est mandatum sacerdotis: ergo potest fieri extra charitatem.

I T E M si tenetur ex charitate satisfacere, cum nullus sit certus, vtrum amore an odio sit dignus, semper est in dubio: ergo semper debet satisfacere. Si tu dicas quod conclusio est vera, quia semper conueniunt peccata tibi vsque ad mortem: ergo esto quod impossita sit alicui pœnitentia dare centum marcas, videtur secundum hoc quod semper tenetur dare: sed hoc est impossibile: ergo tenetur ad impossibile.

I. CON-

FVNDAMENTA. CONTRA: Non respicit Dominus quantum, sed ex quanto: sed voluntas sine charitate non placet Deo: ergo nec opus, nec satisfactio.

I T E M quamdiu homo est extra charitatem, est inimicus: sed satisfactio est reconciliatiua: ergo talis non potest satisfacere.

1. Cor. 13. d. I T E M Apostolus: Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest: ergo, et cœt.

I T E M nullus damnatur pro culpa, pro qua satisfacit: et nullus damnatur nisi propter culpam: ergo nullus satisfaciens damnatur: sed nullus euadit damnationem, nisi qui habet charitatem: ergo nullus satisfaciit, nisi qui est in charitate.

CONCLUSIO.

Extra charitatem existens non potest Deo satisfacere, quia satisfactio importat acceptationem, reconciliationem, et amicitiam.

RESP. AD ARG. Dicendum quod satisfacere quantum est de vi nominis, importat diuinam acceptationem, et reconciliationem, et amicitiam. Et quoniam sine gratia gratumfaciente, et charitate impossibile est aliquem Deo placere, et opera eius acceptari: ideo nec satisfacere est possibile. Potest tamen homo antequam habeat charitatem præparare se ad habendam charitatem, et ad exequendam satisfactionem: Et sic intelligitur consilium Domini, et consilium Danielis, vt se præparent per elemosynam ad gratiam, qua accepta multiplicando elemosynas, satisfacerent.

A D illud quod obijcitur de Glossa in Trenis, dicendum quod fides ibi dicitur conscientia peccati. Aliquando enim habens gratiam per pœnam satisfacit de culpa, cuius non habet memoriam: vnde tantum valet dicere, si fides deest, quantum si deest conscientia.

A D illud quod obijcitur, quod nullus tenetur ex charitate implere mandata, dicendum quod quando satisfactio operis ab homine imponitur homini, non tenetur illud opus facere ex charitate, siue in charitate, quia præceptum: sed necesse habet in charitate facere ad hoc, quod sit emendatorium, et Deo placitum. Et ideo dico quod opere illo iniuncto completo non tenetur illud iterare. Sed si dubitat probabiliter se Deo non satisfecisse, non debet a satisfactione cessare, quousque per signa probabilia habeat certitudinem de culpa dimissa, et pœna. Vnde, sicut dictum est de alijs sacramentis, maxime de Eucharistia, quod non valet nisi habenti charitatem, non tamen tenetur quis accedere ex charitate secundum veritatem, sed se probabiliter disponere: ita etiam de satisfactione dicendum quod opera iniuncta in satisfactionem tenetur facere, et tenetur se disponere quantum est in se: et absolutus est in foro Ecclesiæ, et a pœna suæ conscientie: et in foro Dei absolutus est, vt non peccet in hoc faciendo. Sed tamen per hæc opera non absoluitur omnino: et ideo sanum consilium est, quod homo semper pœniteat. Sufficit tamen cum signis probabilibus fecisse pœnitentiam iniunctam, nec oportet eam iterare: vnde si centum dedit, non debet iterare, nec sacerdos debet iterum imponere, nisi pro aliqua culpa de nouo commissa. Satisfecit enim talis in foro Ecclesiæ, et suæ conscientie. Vnde notandum, quod duplex potest distingui forum secundum duplex iudicium, scilicet forum conscientie, et forum diuine iustitie. Primum est manifestum, secundum est occultum. Si quis igitur impleat pœnitentiam impositam sine remorsu conscientie, sed tamen extra charitatem, non tenetur satisfacere amplius nec iudicio sacerdotis, nec

Ad tertium.

Diff. 12. p. 2. art. 1. q. 1.

Tren. 3. §

Dan. 4. §

Eccl. 9. §

Forum duplex.

Forum duplex.

Forum duplex.

Forum duplex.

Forum duplex.

Forum duplex.

Forum duplex.

A suo. Tenetur tamen iudicio Dei, quia adhuc Deus exigit pœnam: Illud autem forum distinguitur contra forum Ecclesiæ. Illud vero vocatur forum Ecclesiæ, quod est in facie Ecclesiæ, et secundum iudicium publicum.

QVÆSTIO IV.

An opera satisfactoria facta extra charitatem, charitate adueniente reuiviscant.

Alex. Alenf. 4. p. q. 24. Memb. 4. art. 2. §. 3. S. Tho. 3. p. q. 89. art. 5. Et 4. Sent. dist. 14. q. 2. art. 3. Steph. Brul. 4. Sent. d. 15. q. 4. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 15. q. 10.

M T R V M opera satisfactoria facta extra charitatem, adueniente charitate reuiviscant, siue viuificentur, et an debeant computari in fortem. Et quod sic, videtur: Super illud: Si attenuatus frater tuus, et cœt. Glossa exponit, quod fructus bonæ conuersationis debent ei computari ab eo tempore, ex quo peccauit: et ex hoc videtur quod charitate adueniente possunt bona opera computari.

2. I T E M baptismus acceptus a fideo extra charitatem adueniente charitate incipit valere: ergo similiter cum satisfactio sit opus sacramentale, poterit valere adueniente charitate. Si tu dicas, quod non est simile, quia in baptismo imprimitur character. Contra hoc est de restitutione, quæ tunc valet ad salutem cum aduenit charitas, nec oportet iterari.

3. I T E M facilius est in natura viuificare quod non vixit, quam quod vixit, et est mortuum, siue mortificatum: primum enim est naturale, secundum super naturam: ergo cum opera mortificata adueniente charitate viuificentur, multo magis mortua, vel saltem æqualiter.

4. I T E M bonum moris magis propinquum est gratiæ, quam bonum nature: sed naturalia viuificantur, et gratia reformantur: ergo et bona in genere prius facta.

5. I T E M ratio quare Deus remittit culpam, et non remittit pœnam, est, ne peccatum remaneat impunitum: ergo si iste peccator punitus est ante aduentum gratiæ, numquam debet puniri post gratiam: vel in parte debet, aut nullo modo puniri debet, aut non tantum: ergo bona opera computantur.

CONTRA: Quod nullo modo viuunt, nec est a principio viuente, nec habet potentiam ad vitam, non potest viuificari: sed tale est opus extra charitatem factum: ergo, et cœt.

I T E M omne opus satisfactorium est meritorium: sed nullum est meritorium nisi ex charitate: sed opus illud non fuit ex charitate, nec amplius potest esse, quia impossibile est quod mutet originem: ergo impossibile est inter opera satisfactoria computari.

I T E M peccator ante satisfactionem est obligatus ad pœnam infinitam: sed ab infinito nihil adimitur: ergo quantumcumque peccator se affligat, tenetur ad æqualem pœnam: ergo non debent talia opera computari.

I T E M opus ex charitate procedens excedit improporcionabiliter opus extra charitatem factum: sed quod improporcionabiliter excedit aliud, non accrescit ex additione illius: ergo quantumcumque, vel quæcumque opera fecerit ante charitatem, nihil addunt ad opera post charitatem, sicut nec punctus ad lineam: ergo in nihilum debent computari.

AD OPPOSITIVM.

Leuit. 25. d.

FVNDAMENTA.

CON-

CONCLUSIO.

Valde probabile est quod quodlibet opus satisfactorium factum extra charitatem, aduentione charitate remittit: sed tutius est oppositum tenere.

Opin. 1. Hanc dicit Alex. esse falsam et reprobandam.

RESP. AD ARG. Dicendum quod circa hoc fuit duplex opinio. Vna quidem fuit, quod opus satisfactorium quantum est de sua ratione perfecta, meretur collationem gloriæ, et meretur remissionem pœnæ. Collationem gloriæ, quia fit ex charitate. Remissionem pœnæ, quia fit in charitate in quantum sacramentale est: et ideo sufficit, quod fiat in charitate quantum ad hoc, quod per charitatem pœna debita satisfaciens sit proportionabilis pœnæ, quam sustinet. dicunt ergo quod opera illa viuificari quantum ad meritum, vel retributionem vitæ æternæ est impossibile, quia non fuerunt ex charitate: et amplius impossibile est esse ex charitate: Sed quantum ad meritum, remissionis pœnæ, quia non erat alius defectus, nisi quia pœna non erat proportionabilis. Isto posito in charitate, et pœna facta proportionali, viuificant quantum ad hoc, quod computari debent in sortem. Et ita aliter viuificantur quam opera mortificata, quia illa ad æternam retributionem, hæc solum ad pœnæ dimissionem. Alia est positio, quod omne opus satisfactorium est meritorium vitæ æternæ: et oportet fieri ex charitate mouente imperio coniuncto, vel saltem præuio, vel primo: sicut est de eo, qui vadit ad sanctum Iacobum: vnde dicunt quod talia nullo modo viuificantur, nec computantur. Prima positio est multum probabilis, sed hæc securior est.

Opinio 2.

Collatio opinionum.

1. AD illud ergo quod obijciunt in contrarium, huius, quod debent fructus computari, dicendum, quod illud intelligitur si statim post peccatum incepit confiteri, et tunc opera satisfactoria fuerunt ab illo tempore, etiam antequam absolueretur a sacerdote. Vel dicendum, quod fructus computantur quantum ad superexcrecentiam vsurarij, quia merito illorum fructuum diabolus non traxit illum ad multa scelera.

1. Reg. 16. b

2. AD illud quod obijciunt de baptismo, dicendum quod est opus Dei ad hominem, et hoc nunquam est mortuum: tamen propter inconuenientiam suscipiendi priuatur effectu: et tale est baptisimus. Est opus hominis ad hominem, et tale consideratur solum exterius, quia homo non videt nisi ea, quæ extra se sunt: et talis est restitutio, et hoc non oportet esse viuum. Aliud est opus hominis ad Deum, et tale potest esse mortuum: sed debet esse viuum ad hoc, quod satisfactorium: aliter enim Deo non est acceptum: et tale est opus satisfactionis, quo homo reconciliatur Deo. Et ideo non est simile de baptismo, et satisfactione.

3. AD illud quod obijciunt, quod viuificare quod nunquam vixit est facilius, dicendum quod hoc verum est in his, quæ ideo viuunt, quia recipiunt vitam, sed non in his, quæ ideo possunt viuere, quia procedunt a vita: et talia sunt opera.

4. AD aliud dicendum quod non est simile de habitibus, et potentijs, et actibus, quia isti manent, illi non: nec informari, nec viuificari possunt.

5. AD illud quod obijciunt, quod causa satisfaciendi est, ne sit peccati impunitas, dicendum quod illa non est tota ratio, sed et hæc, quia homo est amicus Dei effectus per gratiam, et dignus aliquando beatificari, ideo solum ad pœnam temporalem restrictus est: et ideo antequam sit amicus, ad æternam restringitur. Præterea: Opus factum ex charitate impropotionaliter, sicut tactum est in opponendo, excedit opus factum extra charitatem: et ita pœna supportata ex charitate, et mera voluntate excedit pœnam supportatam sine charitate: et ideo Deus pœnam æternam æternaliter portandam ex mala voluntate, cuiusmodi est

A in damnatis, rationabiliter in pœnam temporalem commutat ex charitate importandam, quia tantum placet ei talis tolerantia: et ideo alia pœna extra charitatem portata tamquam omnino impropotionalis non augmentat illam, quia illam solum reputat satisfactoriam, cuius tolerantia, et assumptio sumitur ex charitate, quia in aliam non commutat pœnam.

QUESTIO V.

An homo per opera bona moralia aliquid mereatur.

Alex. Alenf. 4. p. q. 24. Membr. 4. art. 3. §. 1. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 15. q. 5. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 15. q. 1.

OPPOSITO quod per opera facta extra charitatem non fiat satisfactio, nec viuificentur: Quæritur, utrum homo per ea aliquid mereatur. Et quod sic, videtur: quia sicut dicit auctoritas communis: Nullum malum impunitum, et nullum bonum irremuneratum: sed diuina iustitia nunquam malum quantumcumque dimittit, quin puniat: ergo nec quantumcumque bonum, quin remuneret.

FVNDAMENTA.

ITEM si non remuneratur: ergo æqualiter se habet iudex ad eum, qui nullum bonum fecit, et eum qui fecit multa bona: ergo stultum est alicui peccatori consulere, quod faciat aliquod bonum opus.

Exod. 20. d

ITEM: Honora patrem tuum, vt sis longæuus: aut hoc dicitur habenti charitatem, aut non habenti. Si habenti tantum: hæc est parua remuneratio, quia ipse non amat istam vitam, sed aliam. Si non habenti: ergo meretur aliquid, si honorat: et sic, et cet.

Matt. 6. a

ITEM Dominus dicit de hypocrita: Qui facit opus bonum propter gloriam, recepit mercedem suam: esto ergo quod aliquis faciat opus bonum propter Deum, non propter gloriam, cum non sit peius, quam illud quod fit ad gloriam, immo melius: ergo dignum est mercede aliqua.

AD OPPOSITVM

CONTRA per Augustinum: Peccator non est dignus pane, quo vestitur: ergo si peccator non est dignus viuere, multominus est dignus remunerari.

ITEM qui nihil est in conspectu alicuius, apud illum nihil meretur: sed peccator nihil est in conspectu Dei. Psalmus: Ad nihilum redactus est in conspectu eius malignus: ergo, et cet.

Psal. 14. b

ITEM: Similiter odio sunt Deo impius, et impietas eius: sed impietas omnino displicet Deo: ergo et impius: sed qui omnino displicet alij, nihil meretur apud ipsum: ergo, et cet.

Sap. 14. a

ITEM nihil meretur organum, nisi viuum in operatione seruitij: vnde ligo nihil meretur, quamuis cum eo operetur homo in vinea: sed peccator organum est non viuum: ergo, et cet.

CONCLUSIO.

Homo faciens opera bona moralia ad bonum finem, existens extra charitatem, meretur de congruo, licet non de condigno.

RESPON. AD ARG. Aliqui dicunt, quod peccator nihil omnino meretur apud Deum neque ex congruo, neque ex condigno: sed tamen Deus ratione abundantissimè largitatis bona eius opera non dimittit irremunerata, immo remunerat, et est bonum peccatori bene operari, quamuis non sit iustum eum remunerari, sed magis benignum. Alij dicunt, et probabilius,

Opin. 1.

Opin. 2.

abilius, quod est mereri de congruo, et de condigno: peccator autem apud Deum nihil meretur de condigno, sed mereri potest de congruo. Peccator enim aliquando facit bonum opus in genere ad gloriam suam, vt cum dat elemosynam propter gloriam: et ex hoc opere non meretur mercedem, sed pœnam, quia procedit ex contumelia. Aliquando facit ad Dei gloriam, et propter amorem Dei, quem habet, et hoc non potest esse sine aliqua gratia gratisdata, quæ disponit de congruo ad gratiam gratumfacientem, quam Deus aliquo modo acceptat, et ex hoc meretur de congruo. Illud autem meritum comparatum merito charitatis est impropotionalabile, sicut linea latitudini, et superficiæ. Vnde sicut linea nihil est in comparatione ad superficiem, aliquid tamen est in se: sic est de peccatore comparato ad iustum, et de eius amore ad amorem charitatis, et de merito ad meritum.

AD bonum, magis punitur: ergo illud propter quod sunt bona opera, minus: et ita, et cet.

CONTRA: Augustinus in Enchyridion dicit, damnatis non prodesse suffragia Ecclesiæ: sed ista sunt potentiora, cum sint ex charitate quam opera extra charitatem facta: ergo illa multominus profunt.

AD OPPOSITVM. Aug. in Enchyrid. ca. 120. 10. 3.

ITEM si meretur remissionem pœnæ, aut intentione, aut duratione. Non duratione, quia pœna est infinita. Si intentione: sed quantum ad hoc est finita: ergo intantum possunt multiplicari bona opera, quod nulla erit pœna.

ITEM tanta culpæ debetur tanta pœna: sed opera bona extra charitatem facta non immutant, nec minuunt culpam: ergo nec pœnam. Quæritur ergo, ad quid valeant huiusmodi opera bona.

CONCLUSIO.

Opera facta extra charitatem valent ad tolerabiliorem pœnam, et damnationem ex consequenti: quia impediunt culpam commissam aggravari, retrahunt hominem a malo, et a contemptu.

RESP. AD ARG. Dicendum quod huiusmodi opera bona extra charitatem facta quando bona sunt intentione valent ad multa. Ad temporalium multiplicationem: Si volueritis, et audieritis me, bona terra comedetis. Ad temporalis pœnæ diminutionem: Nonne vidisti Achab coram me humiliatum? idcirco non inducam, et cet. Ad gratiæ impetrationem sicut Raab: inuenit gratiam propter opera, quæ fecit nuncijs. Ad bonæ vitæ assuefactionem: Bonum est viro cum portauerit iugum, et cet. Ad peccati resistentiæ, quia peccatum trahit suo pondere ad aliud: Ignem ardentem extinguit aqua, et elemosyna resistit peccato.

Ista. 1. 8

3. Reg. 21. g

Ios. 6. c

Tren. 3. d

Eccli. 3. d

AD tolerabiliorem pœnam æternam sicut dicit Augustinus quod valet, vt tolerabilior sit damnatio. Sed illud diuersimode intelligitur a diuersis. Quidam enim dicunt, quod faciat pœnam tolerabiliorem non mutando pœnam, sed fortificando subiectum. Sed hoc non est congruum dicere, quod virtus aliqua detur damnato propter opera illa, quæ facit mitius sustinere, quia aut daretur ad semper, aut ad tempus, et vtrumque est inconueniens. Illa enim virtus aut est naturalis, aut gratuita, quorum neutrum facile est intelligibiliter assignare. Aliqui dicunt quod valent ad remissionem pœnæ vermis, quia non tantum habebunt remorsum conscientiæ, quantum si nulla opera bona fecissent. Sed illud non valet, quia remorsus conscientiæ erit secundum quantitatem culpæ, sicut et ignis: ergo si non valet ad ignem, nec ad vermem. Ideo tertio modo dicendum quod valent ad tolerabiliorem damnationem ex consequenti, quia impediunt culpam factam aggravari: et etiam retrahunt hominem a peccati frequentia, et ab intentione libidinis, et contemptus, quia non ex tanta libidine peccat, qui aliquando opera bona facit, sicut qui Dei obliuiscitur: Et ad vermem: quia minus cruciabitur, et minore habebit remorsum, quam si opera illa non fecisset: non de illa culpa, quam commisit, sed de malis, quæ commisit, et de bonis, quæ omisit, et sic illa opera bona non fecisset. Et ita intelligendum est de eo, qui statim moritur, et de eo qui magis moritur, quam negat Christum. Et de consimilibus. His visis patet responso ad vtramque partem. Rationes ad primam partem procedunt de pœna, quam posset incurrere, si illa opera negligeret. Rationes vero ad oppositum procedunt de pœna, quæ debetur culpæ iam factæ, et sic patet totum circa hoc.

Opinio 1.

Improb.

Opinio 2.

Improb.

Opin. 3.

QUESTIO VI.

An opera extra charitatem facta valeant ad tolerabiliorem pœnam.

Alex. Alenf. 4. p. q. 24. Memb. 4. art. 3. §. 1. Richardus 4. Sent. dist. 15. q. 5. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 15. q. 6.

FVNDAMENTA. Aug. in Enchyrid. ca. 120. 10. 3. Cap. 20. 4.

VAERITVR utrum bona opera extra charitatem facta valeant ad tolerabiliorem pœnam. Et quod sic, videtur, quia Augustinus dicit de talibus in Enchyridion, quod ad hoc eis profunt vt tolerabilior sit damnatio.

ITEM Augustinus libro de patientia: Hæreticus, et Schismaticus tolerando supplicia ne Christum neget, tolerabilis in inferno habebit.

ITEM ratione videtur, quia probatum est supra, quod aliquid meretur illo opere: ergo esto quod statim moriatur post illud: ergo cum non sit irremuneratum, et non præmitur in collatione boni: ergo saltem in diminutione mali.

ITEM declinare a malo semper vitat pœnam, quamuis non semper consequatur palmam: sed melius est bonum facere: ergo multo fortius vitabit pœnam.

ITEM peccatum aggravatur ex sequenti euentu, seu effectu, et grauius punitur, vt patet in peccato otij: ergo peccatum quod reddit hominem magis otiosum

DISTINCT. XV. PARS II.

RATIONES QVAE VIDENTVR FACERE ad huius opinionis defensionem.

Super Ezechiel. li. 1. dom. 10. et habetur de pen. d. 3. c. pluit. Super psal. 118. in principio. 18. 10. 4. Et habetur de penit. d. 3. c. prima consolatio.



LIAS quoque auctoritates inducunt. Ait enim Gregorius: Pluit Dominus super unam civitatem, et super alteram non pluit: et eandem civitatem ex parte compluit, et ex parte aridam relinquit. Cum ille qui proximum odit, ab alijs vitijs se corrigit, una eademq. civitas ex parte compluitur, et ex parte arida remanet: quia sunt quidam, qui cum quedam vitia rescent, in alijs gra- uiter perdurant. Item Ambrosius: Prima consolatio est, quia non obliuiscitur misereri Deus. Secunda per punitionem: ubi est fides desit, poena satisfacit et releuat. Ratione quoque utuntur dicentes: Siquis unum peccatum confitetur altero tacito, satisfactio- nem a sacerdote iniunctam expleuerit, numquid et si peccatum tacitum conuersus fuerit con- fessus, pro utroque ei poenitentia imponetur? Longe hoc videtur a ratione, et Ecclesie consue- tudine, quae pro eodem peccato nisi reiteretur, nulli bis poenitentiam imponit. Fuit ergo illa peccati condigna satisfactio, unde et peccatum deletum videtur.

Quo modo accipienda sint praemissa.

De pen. d. 3. c. Quae- rat hic ali- quis illud etiam Gre- gor. vsque ad fidem c.

HIS responderi potest sic. Illud Gregorij, Pluit Dominus, et cet. non ad criminis ve- niam, sed ad operis prauis desertionem referendum est: ut ideo pars civitatis dicatur complui: quia ab actu et delectatione peccati, cui ante seruiebat, modo cessat: non quod eius veniam ha- beat. Vocaturq. pluvia illa talis continentia, quae ab opere peccati renouatur: quia ex fonte puniatur qui diuturniori delectatione, et actu peccati maius sibi accumulasset tormentum. Si vero ad indulgentiam reatus pluvia referatur, Evangelice sententiae contraire videbitur. Si enim propter misericordiam, quae quis proximo suo non miseretur, etiam quae dimissa sunt re- plicantur ad poenam, multo magis quae nondum sunt dimissa propter odium fraternum, ad poe- nam referuari probantur. Et si ille qui arbiter suae voluntatis constitutus est, non potest inchoa- re nouam vitam, ut ait Augustinus, nisi poeniteat eum veteris vitae: quo modo ad nouitatem indulgentiae perueniet, qui odij vetustatem non deposuit? Illud etiam quod ait Ambrosius: Et si fides desit, poena satisfacit, et cet. non de fide intelligitur, quae creditur in Deum: sed de conscientia delicti. Deest enim fides, cum conscientia peccati non subest. Nam cum delicta om- nia nemo intelligat: est aliquando in homine peccatum, cuius non habet conscientiam. Unde Apostolus: Nihil mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. Cum ergo quis flagellatur pro peccato, cuius non est conscius, si patienter fert poenam et humiliter amplectitur, cogitans se forte peccatum habere, quod non intelligit, et pro eo puniri a Deo, poena illa satisfacit et releuat grauatam. Ad hoc autem quod obijciatur de satisfactioe illa: si satisfactio non fuit, ite- leuat imponenda est. Si vero iterum imponenda non est, satisfactio fuit, et si satisfactio fuit, veniam impetrauit. Responderi potest satisfactioem non ideo fuisse, quia ille dignos fructus poenitentiae non fecit. Est enim satisfactio poenitentiae, ut ait Augustinus, peccatorum causas ex- cidere, nec suggestionibus eorum aditum indulgere. Item: Sane qui scelerate viuunt; nec cu- rant talem vitam morisq. corrigere, et inter ipsa facinora sua eleemosynas frequentare non cessant: frustra ideo sibi blandiuntur, quia Dominus ait: Date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis. Hoc enim quam late pateat non intelligunt. Multa enim sunt genera elemosy- narum: quae cum facimus, adiuuamur. Non solum qui dat esurienti cibum, sitienti potum, et huiusmodi: sed etiam qui dat veniam petenti, eleemosynam dat: et qui emendat verbere in quem potestas datur, vel coercet aliqua disciplina, vel orat ut ei peccatum dimittatur, eleemosynam dat, quia misericordiam praestat. Multa enim bona praestantur inuitis, quan- do eorum consultatur utilitati, et non voluntati: sed ea maior est, quae ex corde dimittimus quod in nobis quisque peccauit. Minus enim magnum est erga eum esse beneuolum, qui tibi nihil mali fecit: Illud multo grandius ut tuum etiam inimicum diligas, et ei qui tibi malum vult, et si potest facit, semper bonum velis, faciasq. quod possis. Quod ergo Do- minus ait: Date eleemosynam, et omnia munda sunt vobis: ita ne intellecturi sumus, ut

Mat. 13. g

Lib. 5. ho- miliarium hom. 5. 10. 10.

1. Cor. 4. a

Hucusque Gratianus Aug. in lib. de Eccle- siast. dogm. 34. 10. 3.

Aug. in En- chir. c. 75. in principio eiusdem. Lucae 11. f. Aug. serm. 203. de tempore 10. 10. et in En- chir. c. 7. Ibid.

Ibid. c. 35. In eodem c. 76.

non credentibus in Christum, munda sint omnia, si eleemosynas istas dederint: qui enim vult or- dinate eleemosynam dare, a se debet incipere, et etiam primum sibi dare. Est enim eleemosyna opus misericordiae: verissimeq. dictum est: Miserere anima tua placens Deo. Non ergo se fallant, qui per eleemosynas largissimas fructuum suorum, vel pecunie impunitatem se emere aestimant, in peccatis permanentes: quae ita diligunt, ut in eis optent versari. Qui vero diligit iniquitatem, odit animam suam, et qui odit animam suam non est misericors ei, sed crudelis. Diligendo quippe eam secundum saeculum, odit eam secundum Deum. Si ergo vult ei dare eleemosynam, per quam sit munda, odiat eam secundum saeculum, et diligit eam secundum Deum. Hac eleemosyna, quam sibi homo primitus debet, mundantur interiora. Ad quod hortans Christus, ait: Mundate quae intus sunt. Immundis enim nihil est mundum: sed polluta sunt eorum mens et conscientia, ut ait Aposto- lus: Immundi vero sunt omnes, quos non mundat fides, quae creditur in Christum: de qua scri- ptum est: Mundans fide corda eorum. Sed ne istas eleemosynas, quae fiunt de fructibus terrae, res- puerit Christus videretur: Haec, inquit, oportuit facere, scilicet iudicium et charitatem Dei, et illa non omittere, id est eleemosynas fructuum terrenorum. Ex his datur intelligi quod in peccato mortali permanentes, etsi eleemosynas largas faciunt, non tamen per eas satisfaciunt: quia inordinate agunt, dum a se non incipiunt. Nec proprie dicitur eleemosyna tale opus, dum sibiipsis crudeles existant, non placentes Deo. Non ergo dicenda est illa peccati satisfactio, quam quis agit pro vno peccato, dum perdurat in altero. Quia nihil prodest ieiunare, et orare, et alia bona agere, nisi mens re- uocetur a peccato: et si aliquando conuersus tacitum peccatum sacerdoti fuerit confessus, de utro- que imponenda est ei satisfactio: quia de primo condigne non satisfecit.

Eccli. 30. d

Psal. 10. b

Cap. 75. in sensu. Luc. 11. e Tit. 1. d Act. 15. c In eodem cap. 76.

Luc. 11. f

De pen. d. 3. nihil prodest. Pius Papa.

Secundum quosdam fuit satisfactio.

Quibusdam tamen videtur fuisse satisfactio, sed instructuosa, dum in peccato altero persistit: percipitur tamen fructus eius, incipietq. proficere, cum peccati alterius poenituerit. Tunc enim utramque dimittitur peccatum, et satisfactio procedens viuificatur, quae fuerat mortua: sicut baptismus illi, qui sicte accedit, tunc primitus valet; cum scitio a mente recedit per poenitentiam. Et in huius opinionis munimentum auctoritates inducunt. Ait enim Augustinus: Pium est credere, et nostra fides exposulat, ut cum gratia Christi in homine destruxerit mala priora, etiam remunc- ret bona: et cum destruxerit quod suum non inuenit, diligit bonum quod in peccante plantauit. Item Hieronymus: Si quando videris inter multa peccata quemquam facere aliqua iusta opera, non est tam iniustus Deus, ut propter multa mala obliuiscatur paucorum bonorum: sed faciet ea metere et in borrea congregare, quae bona in terra seminauit. Sed haec dicta intelligimus de illo, qui in charitate quodam tempore bona facit et bonus est, alio vero tempore malus est, et multa peccata facit. Non ergo intelligendum est eum inter multa peccata iusta opera fecisse, quasi simul eodemq. tempore peccata fecerit et iusta opera: sed diuersis temporibus utraque fecisse. Nisi enim bonus foret quando bona fecit, non seminasse diceretur in terra bona. Destructis ergo malis post opera bona commissis, priora bona in charitate, scilicet facta, quae sequentia mala mortificauerant, poeni- tentia de illis malis habita viuificantur. Unde Apostolus: Iacientes fundamentum poenitentiae ab operibus mortuis: opera mortua nominans, priora bona significat, quae per sequens peccatum erant mortua: quia hi peccando priora bona irrita fecerunt. Haec sicut peccando fiunt irrita, ita per poenitentiam reuiuiscunt, et ad meritum aternitatis prodesse incipiunt. Similiter et illud bonum amat Deus quod plantauit in peccante, in illo scilicet, qui post illud bonum peccauit, non simul peccans et bonum operans exitit: quia talis hominis opus non diligeret Deus ad remunerationem. Potest etiam accipi de operibus bonis, quae ab aliquo fiunt dum malus est, et in peccato mortali per- sistit, vel ad tempus, vel usque in finem: quae dicuntur a Deo remunerari et non dari obliuioni, non quia proficiant ad vitam aeternam obtinendam, sed ad tolerabilius extremi iudicij supplicium sentiendum: sicut de fide et ceteris quae sine charitate habentur Augustinus ait: Si quis non ha- bens charitatem, quae pertinet ad unitatem spiritus et vinculum pacis, quo Ecclesia connectitur, in aliquo schismate constitutus, ne Christum neget patitur tribulationes, famem, persecutionem, vel flammam, vel bestias, vel ipsam crucem timore gehennae: nullo modo ista culpanda sunt, immo et haec laudanda est patientia. Non enim dicere poterimus melius ei fuisse, ut Christum ne- gando nihil horum pateretur, quae passus est confitendo: sed aestimandum est fortasse tolerabilius ei esse futurum iudicium, quam si Christum negando nihil horum pateretur: ut illud quod ait Apostolus: Si tradidero corpus meum ita ut ardeat, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest: nihil prodesse intelligatur ad regnum obtinendum, nisi ad extremi iudicij tolerabilius subeundum

Li. de vera et falsa poe. c. 14. in fi. 10. 4. Com- mentario ad illud Ag- gai primo: Semina stis multum, et c. 10. 6.

In epist. ad Hebr. c. 6.

Solutio 2. Hac habetur de poe- nit. d. 3. ca. Quid ergo paras. 5. Po- test etiam Lib. de pa- nentia ca. 26. 10. 4.

1. Cor. 13. a

Ench. cap. 22. subeundum supplicium. Et supra: Hac propter charitatem dicta sunt, sine qua in nobis non potest esse vera patientia: quoniam in bonis charitas Dei est que tolerat omnia.

Perstringit dictorum summam, ut alias addat.

Epilogus. EX his ostenditur bona, que sine charitate sunt, prodesse quidem ad tolerabiliorem penam sentiendam, sed non ad vitam obtinendam. Illa enim que in charitate quis facit, si postea prolapsus fuerit nec exurrexerit, non esse in memoria Dei. Etzechiel dicit: Si auerterit se iustus a iustitia et fecerit iniquitatem, numquid uiuet? omnes iustitie eius quas fecerat, non recordabuntur: in peccato suo morietur: et non erunt in memoria iustitie quas fecit. In cuius loci expositione Gregorius ait: Hoc nobis maxime considerandum est, quia cum mala committimus, sine culpa ad memoriam transacta bona renocamus: quoniam in perpetratione malorum nulla debet esse fiducia bonorum prateritorum. Intelligendum est hoc, ad vitam percipiendam bona praterita non dare fiduciam, etsi ad mitiorem penam. alioquin premissa auctoritati Augustini obuiaret. Et bona in charitate facta, que concomitantur mortalis culpa, quam non delet sequens penitentia: ad sensum mitioris pena proficiunt, non ad vite fructum.

Auctoritates alias inducit contra eos, qui dicunt de vno peccato penitentiam agi, altero tacito.

Lib. de vera et falsa pen. ca. 9. to. 4. et habetur de pen. d. 3. c. sunt plures. Luc. 8. f. Mar. 7. c. Mar. 5. b. Satis arbitror illis esse responsum, qui asserunt de vno crimine penitentiam agi, et veram penam prestari, alio in delectatione retento, vel per confessionem non exposito, qui non modo premissis auctoritatibus confutantur, sed etiam subditis: ait enim Augustinus: Sunt plures qui penitent peccasse, sed tamen omnino reseruantes sibi quedam in quibus delectentur: non animaduertentes Dominum simul mutum, et surdum a demonio liberasse, per hoc docens nos numquam nisi de omnibus sanari. Si enim vellet peccata ex parte reseruari: habenti septem demonia, manente vno proficere potuit, sex expulsis. Expulit autem septem, ut omnia crimina simul eiciens doceret. Legionem vero demonum ab alio eiciens, nullum reliquit de omnibus, qui liberatum possideret: ostendens quod etsi peccata sint mille, oportet de omnibus penitere.

Ioan. 7. d. Numquam aliquem sanauit Dominus, quem non omnino liberauit. Totum enim hominem sanauit in sabbato: quia et corpus ab omni infirmitate, et animam ab omni contagione liberauit: indicans penitentem oportere simul dolere de omni crimine. Scio enim Dominum inimicum omni criminoso. Quomodo ergo qui crimen reseruat, de alio reciperet veniam? sine amore Dei consequeretur veniam, sine quo nemo unquam inuenit gratiam. Hostis enim Dei est, dum offendit perseueranter. Quedam enim impietas infidelitatis est ab illo qui iustus et iustitia est, dimidiam sperare veniam. Iam enim sine vera penitentia inueniret gratiam. Penitentia enim vera ad baptismi puritatem conatur adducere. Recte enim penitens quidquid sordis post purificationem baptismi contraxit, oportet ut abluat, saltem lacrymis mentis, sed satis durus est, cuius mentis dolorem oculi non declarant. Sed sciat se culpabiliter durum, qui desit damna temporis, vel mortem amici, et dolorem peccati non ostendit in lacrymis. Quem ergo penitet, omnino non penitet. Idem: Penitentes, si vere estis penitentes, et non estis irridentes, mutate vitam, reconciliamini Deo. Penitentiam agis, genua figis, et rides: subsannas Dei patientiam. Si penitentiam agis, penitet te: si non penitet te, non es penitens. Si ergo penitet, cur facis que male fecisti? Si fecisse penitet, noli facere: si adhuc facis, certe non es penitens: Item Innocentius secundus: Admonemus fratres nostros, ne falsis penitentibus laicorum animas decipi, et in infernum pertrahi patientur: Falsam autem penitentiam esse constat, cum spretis pluribus de vno solo penitentia agitur: vel cum sic agitur de vno, ut non discedatur ab alio.

Repetit de vera penitentia.

Mat. 27. a. Comment. ad illud. Matth. 27. Quid ad nos? 9. Pf. 108. a. EX premissis perspicua fit notitia vera penitentia vel satisfactionis. Illa enim vera est penitentia, que peccatum abolet: quod illa sola facit, que scelus corrigit: illa vero scelus corrigit, que odium commissi criminis et committendi curi desiderio satisfaciendi affert. Iudas enim penituisse legitur sine ascensione venie, quia tali penitentia non correxit crimen. Vnde Hieronymus: Nihil Iude profuit sera penitentia, per quam scelus corrigere non potuit. Sic quando frater peccat in fratrem, ut emendare non valeat quod peccauit, potest ei dimitti: sin autem permanent opera, frustra voce assumitur penitentia, hoc est quod de eo infelicissimo dicitur: Et oratio eius fiat in peccatum: ut non solum emendare nequiuertit proditionis nefas, sed proprii homicidij scelus addiderit.

addiderit: Cane qualiter intelligas illud: Ut emendare non valeat quod peccauit, et cetera. Non enim emendatio hic intelligenda est rei dempta recompensatio: sed delicti exprobratio et abominatio cum satisfactionis desiderio. Demit enim iniuste quis alicui quod restituere non valet, ut oculum, vel vitam, et huiusmodi, et tamen si penituerit peccati cum amore condigna satisfactionis; veniam habet. Nec ideo quisquam putet, qui rem alienam iniuste abstulerit quam reddere potest, de illo peccato penitere ac veniam consequi, nisi restituat ablatum. Quamdiu enim res, propter quam peccatum est, non redditur si reddi potest, non agitur penitentia, sed fingitur.

Aug. in epi. 2. ad Mace. epif. 34. post med. 10. 2.

DISTINCT. XV. PARS II.

Elidit errorem eorum, qui dicunt quod penitentia potest fieri de vno peccato sine alio, respondens rationibus sumptis ex auctoritatibus Sanctorum, et consuetudine Ecclesie.

Alias quoque auctoritates inducunt, et cet.

Expositio textus.



PRÆ respondit Magister rationi sumptæ ex sacra Scriptura. In hac parte respondet rationibus sumptis ex auctoritatibus Sanctorum, et consuetudine Ecclesie. Habet autem hæc pars quatuor. In prima ponit rationes, quæ videntur facere ad huius opinionis defensionem. In secunda vero ponit veras responiones, ibi: Responderi potest, et cet. In tertia improbat falsam, grauem, et probabilem responionem, ibi: Quibusdam tamen videtur fuisse satisfactio, et cet. In quarta ad veritatis confirmationem, et erroris confusionem, adducit auctoritates probantes quod non possit fieri penitentia de vno peccato, si quis permaneat in alio, ibi: Satis arbitror illis esse responsum. Quælibet autem partium posset subdividi in duas partes. Nam in prima ponit duas rationes. In secunda ponit duas responiones ad prædictas rationes. In tertia primo ponit aliorum responionem, deinde improbat. In quarta primo confirmat veritatem per auctoritates, secundo epilogat partes, ut cuiuslibet infipienti pareat.

Diuisio.

Quia ex fonte gratia, et cetera. Dub. I.

Videtur secundum illud verbum Gregorij, quod gratia detur paulatim, et quod paulatim expellatur peccatum. Contra: Supra lib. 2. dist. 26. dicitur quod gratia præueniens est fides cum dilectione: et hæc non compatitur secum culpam.

RESPON. Dicendum quod Deus non tantum dicitur instillare donum gratiæ gratum facientis, sed etiam donum gratiæ gratis datæ. Et gratia præueniens vtraque dicitur, vel quæ præuenit, et disponit voluntatem ad susceptionem gratiæ, et hæc est gratia gratis datæ: vel quæ præuenit opus, sed tamen facit voluntatem bonam. Magister igitur loquitur hic de gratia gratis datæ. In secundo de gratia gratum faciente.

Multa enim sunt genera eleemosynarum. Dub. II.

Notandum hæc, quod quedam est eleemosyna corporalis, quedam spiritualis. Eleemosyna corporalis septimembris est, sicut in hoc versu continetur:

Visto, potu, cibo, redimo, tego, colligo, condo. Sufficientia autem harum potest assignari sic: Hæc differentia ordinantur contra defectus corporis, et animæ ut vnita corpori. Sicut autem diffinitur homo: Homo est substantia animata, per hoc tagitur vegetabilis, quæ indiget duplici restauratione, scilicet calidi, et ficci; et hoc est per cibum: et frigidi, et humidii; et hoc est per potum. Sic est duplex opus misericordiæ S. Bon. To. 5.

A sensibilis, et huic necessarium est duplex cooperimentum contra exteriora nociua, scilicet remotum; et hoc est hospitium: et proximum; et hoc est vestimentum. Et sic est duplex opus misericordiæ rationalis: et hæc est substantia libera, et hæc nata est habere libertatem, scilicet a carcere, et a seruitute. Contra ergo inclusionem in carcere est visitatio, contra seruitutem redemptio. Postremo est vnum opus misericordiæ mortalis: et secundum hanc inest ei mors, et post indiget sepultura: et sic est septimembris. Vel aliter: Defectus, siue miseria aut est corporis, aut coniuncti. Si corporis, sic est sepultura. Si coniuncti, aut ab intrinseco, aut ab extrinseco. Si ab intrinseco, aut propter improprietatem, et sic est infirmitas: aut propter consumptionem: et hoc vel calidi, et ficci, et sic fames: aut humidii, et sic fitis. Si ab extrinseco: aut voluntaria, et sic est incarcerationio: aut naturalis: et hoc est vel naturæ superioris, et contra hanc est hospitium: vel inferioris: et contra hanc est vestimentum. Similiter eleemosyna spiritualis est septimembris, sicut in hoc versu continetur: Doce.

Confite, castiga, solare, remitto, ser, ora.

Sufficientia autem sumitur sic: Defectus enim spiritualis, aut est talis quod non potest ei subueniri per hominem immediate, sed per Deum: et tunc aut est cognitium, scilicet oratio. Aut potest: et tunc aut est cognitium, aut effectiue. Si cognitium, aut est ignorantia cognoscendorum: et tunc est doctrina. Aut agendorum: et sic est consilium. Si affectiue, aut est culpa, aut pena. Si culpa, aut in nos: et tunc est remissio. Aut in alios: et tunc est correptio. Si autem est pena, aut tunc releuandus est verbo: et sic consolatio. Aut factio: et sic supportatio: et sic est septimembris, videlicet. Doctrina, consilium, remissio, correptio, consolatio, supportatio, et oratio.

Sed ea maior est, qua ex corde dimittimus. Dub. III.

Quæritur hic, quæ sit maior eleemosyna, vtrum corporalis, an spiritualis. Et quod corporalis, videtur: quia Dominus non faciet mentionem in iudicio, nisi de corporali. Sed contra hoc est, quia sicut se habet substantia spiritualis, ut anima ad corpus: ita eleemosyna ad eleemosynam: sed anima multo pluris est quam corpus: ergo eleemosyna spiritualis, quam corporalis.

Mat. 25. d

RESPON. Dicendum quod sicut dicit Augustinus, et habetur in littera, eleemosyna spiritualis dignior est et nobilior: corporalis autem est manifestior: et quia Dominus populo rudi loquebatur, ideo mentionem fecit de corporali, innuens de spirituali a maiori, si quis habeat intellectum.

Ench. c. 73. in prim. 73. 3.

Qui vult ordinate eleemosynam dare, a se debet primum incipere. Dub. IV.

CONTRA: quia maius, et perfectius est diligere inimicos, quam amicos: ergo a simili perfectius diligere alium, quam diligere se, et miserere alij, quam sibi: ergo rectus ordo est prius alteri misereri. ITEM Homo per penitentiam debet esse sibi austerus, et seipsum iudicare, et ita non debet misericordia incipere a nobis, sed iustitia.

f 2 RES.

RESPON. Dicendum quod duplex est in nobis portio, scilicet corporalis, et spiritualis, et secundum hanc duplex defectus est, et duplex misericordia: est enim misericordia respectu incommodi, et mali, quod est anime, et quod est corporis. Primum incommodum odire est viri spiritualis, secundum incommodum est viri carnalis. Dico ergo quod respectu anime vnusquisque debet esse prouidus, et nullus in hoc debet sibi esse durus, quia hoc non est iustitia, sed nequitia. Sed in corporali dummodo non excedat, laudabile est, quod est sibi durus, et alijs pius. Augustinus autem intelligit de spirituali, non de corporali.

Est enim eleemosyna opus misericordie. Dub. V.

Mat. 6. a Videtur male dicere, quia super illud: Nesciat sinistra, et cetera. Glossa: Eleemosyna est pars iustitie. I T E M satisfactio est pars iustitie, et eleemosyna est pars satisfactiois: ergo, et cetera.

RESPON. Dicendum quod dare eleemosynam indigenti hoc potest esse dupliciter, aut solum quia considerat indigentiam, et sic est pietatis: aut quia considerat indigentiam, et debitum, quia impositum, vel quia ipse debet, cum habeat superfluum, et sic est pars iustitie, et sic est in satisfactioe: tamen pietas ad iustitiam reducitur.

Quod in peccato mortali permanentes est eleemosyna largas, et cetera. Dub. VI.

Quaritur, verum vtilius sit facere eleemosynas largas, quam paruas. Et videtur quod non, quia aut homo est extra charitatem, aut in charitate. Si extra, ita amittit magnas vt paruas: et econuerso, sicut dicit Magister in littera. Si in charitate: sed Deus pensat opera secundum quantitatem charitatis: ergo siue parum, siue multum fiat, ex quantitate charitatis, tantum valet vna quantum alia. I T E M Deus non pensat quantum, sed ex quanto, sicut patet. Dominus enim dixit de vidua, que misit duo aree minuta in gazophylacium: Amen dico vobis, quia hęc vidua plus omnibus misit. Sed contra: Si hoc esset: ergo stultus esset diues, qui daret magnam pecuniam Deo: nec faceretur deberet ei imponere nisi obolum, si tantum ei valet quantum vna marca.

Lnc. 21. a

RESPON. Dicendum quod de quantitate eleemosynę est loqui vel per comparisonem ad eundem, vel ad diuersos. Si ad eundem, sic melius, et vtilius est dare plus, quam minus. Et est triplex vtilitas. Prima, quia si est in charitate, amplius satisfactio. Secunda, quia si est extra, magis disponit se ad gratiam. Tertia, quia siue sit extra, siue intra, multiplicat intercessores: et hoc est quod Dominus suadet: Facite vobis amicos, et cetera. Si autem per comparisonem ad diuersos, eleemosyna non precellit eleemosynam secundum proportionem quantum ad meritum, et satisfactioem. Tantum enim meretur pauperula in donatione modici panis, quantum diues in donatione maioris. In hoc tamen precellunt diuitie, quia possunt multiplicare intercessores, qui pro eis tenentur orare.

Lnc. 16. c

Quia inordinato agunt, dum a se non incipiunt, et cetera. Dub. VII.

Videtur secundum hoc, quod ordo sit necessarius ad eleemosynam: ergo si quis dat eleemosynam prius, cui debet dare postea, non satisfactio. Contra: Esto quod non det minus indigenti, cum non teneatur dare alij, et vterque posset licite recusare, non seruat ordinem: et tamen non peccat: ergo non videtur perdere fructum eleemosynę. I T E M quaritur, vtrum in ordine dandi eleemosynam sit attendenda bonitas, vel indigentia. Et quod indigentia, videtur, quia qui

A dat diuiti, eleemosynam non facit, sed facit eleemosynam qui dat pauperi malo, cum sit proximus, et sustentandus. Contrarium huius habetur: Da iusto, ne receperis peccatorem. Quaritur ergo de ordine dandi eleemosynam. Eccl. 12. a

RESPON. Dicendum quod quedam sunt que faciunt ad ordinationem eleemosynę quantum ad esse. Quedam quantum ad bene esse. Ex parte scilicet dantis ad esse facit misericordia vera, et pietas, et hęc est que procedit ex charitate recta, et sine hac non est eleemosyna. Prima: Si distribuero in cibos pauperum, et cetera. Quedam ex parte suscipientis, et hoc est indigentia vel vera, vel apparens. Vera, et cetera. Lnc. 14. d

B Cum facis conuiuium, voca pauperes, et debiles. Quedam ex parte muneris, et hoc est quod poscit illud dare propter hoc quod illius habet dominium: Honora Dominum de tua substantia: Immolantis ex iniquo oblatio est maculata. Quedam ex parte intentionis, scilicet quod sit intentio recta, quia dicitur de hypocritis, quia receperunt mercedem suam: et ideo ibi dicitur: Te autem faciente eleemosynam nesciat, et cetera. Quedam autem de bene esse, scilicet, quod sit in recipiente sanctitas, et bonitas, et de hoc: Da bono, et ne receperis peccatorem: hoc non dicit abijciendo, sed postponendo. Vel intelligit de heretico, cui non est facienda eleemosyna nisi in necessitate extrema. Exigitur etiam quod in dante sit hilaritas: Hilarem datorem diligit Deus. Exigitur quod in dono sit abundantia, vel vere vel proportionabiliter: Si multum tibi fuerit, abundanter tribue. Exigitur quod in donatione sit velocitas, quia qui cito dat, bis dat: Ne dicas amico tuo, vade, et reuertere: Non protrahas datum angustianti. Et sic patet, quod octo sunt conditiones, quatuor de esse, et cetera. quatuor de bene esse: et ordinate dare quantum ad primas conditiones est de esse, quantum ad secundas minime.

1. Cor. 13. a

Lnc. 14. d

Prout. 3. a

Eccl. 34. c

Mat. 6. a

Eccl. 12. a

2. Cor. 9. b

Thob. 4. b

Prout. 3. d

Eccl. 4. a

Ad vitam eternam, et cetera. Dub. VIII.

Loquitur de his, que per peccatum postmodum sunt mortificata. Sed contra: Illa opera fuerunt digna vita eterna: ergo si alio remunerentur, videtur quod remunerentur citra condignum: ergo videtur quod possit ex illis vitam eternam sperare, cum remuneret bona vltra condignum. I T E M videtur quod nihil faciat ad mitiorem pœnam, quia mala prius facta extra charitatem non minuunt gloriam, quando homo est in celo: ergo nec bona pœnam. I T E M videtur augere pœnam, quia: Melius illis erat viam veritatis non agnoscere, quam post agnitam retro conuerti.

RESPON. quod bona illa faciunt ad mitiorem pœnam, non quod minuunt pœnam debitam peccato, sed quia minuunt tempus peccandi: et tunc non fuit in peccatis, quando fuit in gratia. Sed ratione peccatorum post commissorum non minuit, sed occasionaliter auget contemptum: et ideo bona conuertit sibi in mala, sicut pœnitenti Deus mala conuertit in bona. Quod ergo obijciatur, quod sunt meritoria vite eterne, dicendum quod non sunt digna nisi supposita perseverantia: et ideo cum cadit quis, sunt indigna, et dicuntur mortificata: et ideo non sunt digna remunerari vita eterna. Nec tamen omnino remanent irremunerata, quia ille qui fecit, habuit gaudium: et vterius de illis operibus gaudent, qui permanserunt in corpore mystico: potest etiam esse quod Deus merito illorum retrahit hominem a multis peccatis.

2. Pet. 2. a

Numquam aliquem sanauit Dominus, quem non omnino liberauerit. Dub. IX.

Videtur hic falsum dicere, quia dicitur de cæco, quem Dominus illuminauit, quod primo vidit homines

Mar. 8. c

QUESTIO I.

An diffinitio satisfactiois Augustini sit bona?

Alex. Alen. 4. p. 9. 24. memb. 3. S. Thomas in suppl. 3. p. 9. 2. art. 3. Guiliel. Altrifod. 4. Sent. trañ. 6. cap. 4. Richar. 4. Sent. dist. 15. q. 1. Tho. Argent. 4. Sent. d. 15. q. 1. ar. 2. Franc. de Mayr. 4. Sent. d. 15. q. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 15. q. 7.

homines velut arbores ambulantes. Si dicas quod paulatim totum sanauit: Quaritur, cum possit sanare subito, quare sanauit successiuo.

RESPON. Dicendum quod totus sanatus fuit, quia corpore et mente: salus enim corporalis non est vtilis, nisi prout ordinata est ad spiritualem: et quia Dominus perfecte, et vtiliter faciebat, ideo vtrumque restituerebat. Quod ergo quaritur, quare paulatim, dicendum quod ibi signatur curatio a sequela cuiusmodi est cæcitas: quamuis autem culpa curetur in instanti, non tamen pœna. Vnde Glossa ibi: Quem vno verbo sanare poterat, paulatim curat, vt magnitudinem humane cæcitatıs offendat, quæ vix, et quasi per gradus ad lucem redit.

Pœnitentia enim vera ad baptismi puritatem conuertit ducere. Dub. X.

Amos 5. a

Amos 8. d

Videtur hoc falsum, quia dicitur: Non adijciet vltra, vt refurgat Virgo Israel. Et: Cadent, et non resurgent. Glossa: Non reuertetur ad priorem felicitatem.

RESPON. Dicendum quod differt dicere resurgere ad priorem dignitatem, et puritatem. Nam dignitas respicit status gloriam, puritas vero respicit emundationem ab omni macula: possibile autem est per pœnitentiam omnem culpam deleri et quantum ad maculam, et quantum ad reatum, cum completa est: et quantum ad hoc intelligit, quia hoc fuit in baptismo: quantum vero ad dignitatem innocentie non surgit pœnitens, sicut nec Adam resurrexit.

Sicut se culpabiliter durum qui desert, et cetera. Dub. XI.

Et peccati dolorem non ostendit lacrymis. Videtur male dicere, quia non est in potestate nostra lacrymari: ergo videtur quod nullus sit culpabilis, si non lacrymatur. I T E M lacrymę sunt exteriores: ergo cum ita possit pœnitere cæcus, sicut habens oculos, videtur quod lacrymatio nihil faciat.

RESPON. Dicendum quod aliquis est durus dupliciter. Quidam ex natura, vel siccitate capitis: et talis est durus ad lacrymas exteriores. Aliquis est promptus ad lacrymas exteriores pro damno, sed non pro peccato: et iste dicit esse durus culpabiliter, vel quia est sequela culpę preterite, vel negligentie presentis, quia peccatum non discutit, vt debet, nec odit, vel quia debet se culpabilem reputare: et fortassis his modis voluit Augustinus dicere ipsum culpabiliter durum: de vltimo tamen modo est dubium.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam huius partis, quia supra quæsitum est de potentia satisfaciendi, quaritur hic de modo. Et circa hoc duo principaliter quaruntur. Primo quaritur de modo in generali. Secundo quaritur de modo in speciali. Circa primum quaruntur quatuor. Primo quaritur, quid sit satisfactio. Secundo cui sit satisfaciendum. Tertio, per qualia opera. Quarto, per quę.

S. Bon. To. 9.

IRCA quam sic proceditur: Augustinus diffinit satisfacere, et habetur in littera: Satisfacere est peccatorum causas excidere, et earum suggestionibus aditum non indulgere. Videtur primo ista diffinitio, siue notificatio superflua, quia idem est proflus peccatorum causas excidere, et non consentire suggestionibus. 2. I T E M videtur diminuta, quia hoc totum vere dicitur de eo, qui a peccato cessat: ergo secundum hoc cessare a peccato habet completam rationem satisfactiois: ergo non oportet amplius satisfacere. 3. I T E M videtur falsa, cum dicit peccatorum causas excidere, quia hoc est solius Dei: ipse enim est qui delet peccata. 4. I T E M videtur falsi implicatiua, cum dicit, peccatorum causas, peccatum enim nihil est: ergo non habet causas: quia causa est, ad cuius esse sequitur aliud. Si dicas quod non habet causam efficientem, sed deficientem: sed tunc cum talis sit nostra voluntas, videtur quod oportet excidere voluntatem, sed non voluntate potentiam, quia hoc est impossibile. Non voluntatem affectionem, quia hoc est per Dei gratiam. Non voluntatem actum, quia ista est per ipsum peccatum. Si dicas quod causa idem est quod occasio. CONTRA: Non est in nostra potestate vitare occasiones. Et iterum: Esto quod eas non vitet, dummodo non peccet, satisfactio.

ADOPPOSITVM.

Aug. de Eccl. dogm. ca. 54. to. 3. et habetur de pen. d. 3. c. satisfactio.

Aug. de Ci. Dei. lib. 12. c. 4. to. 5.

Lib. Cmv. Deum homo cap. 12. 19. et 20.

CONCLUSIO.

Satisfactio requirit emendam presentem pro culpa preterita, et propositum firmum pro vitanda futura: et hic est sensus diffinitionis data ab Augustino.

RESPON. AD ARG. Ad prædictorum intelligentiam notandum, quod hæc notificatio tripliciter exponitur. Vno modo vt sequens pars sit expositio præcedentis, vt sit sensus: Satisfacere est peccatorum causas excidere, idest motiua, et occasiones: et hoc quidem est eorum suggestionibus aditum non indulgere: Tunc enim exciduntur, quando nullo modo admittuntur. Aliter exponitur quod motiua ad peccatum sunt duplicia. Quedam intra nos: et ista sunt excidenda, sicut pronitas ad malum, et difficultas ad bonum, vel etiam radices peccatorum. Quedam extra: et ista non sunt introducenda: et quantum ad hæc duo genera duas ponit differentias. Sed tamen primę expositioni repugnat negatio. Similiter secunda repugnat relatio eius, quod est earum. Et ideo tertio modo dicitur, quod ad satisfactioem completam duo requiruntur, scilicet emenda præsens pro culpa preterita, et propositum firmum in vitando futura: et ista duo tangit in hac notificatione. Quantum ad emendam pro culpa preterita dicit: Peccatorum causas excidere: Non enim potest pro culpa

1. Expositio

2. Expositio

Improbatio

3. Expositio

f 3 culpa.

culpa melius emenda fieri, quam ea a se dolore, et pœna præcendendo remouere, quæ cum amore sequendo perpetravit. Quantum ad firmum propositum de futuro dicitur: Et suggestionibus aditum non indulgere.

1. Et per hoc patet responsio ad obiectum primo, quia non est nugatio. Et ultra quæ sit differentia diffinitionum: quia hæc diffinitio tangit recessum a malo: ista Anselmi accessum ad bonum.

2. Ad illud quod obijcitur secundo, quod totam habet rationem satisfactionis, quæ potest a peccato cessare, dicendum quod peccatorum causas excidere dupliciter est. Vno modo per declinationem solum, alio modo per pugnam, et violentiam. Primo modo opponit, secundo modo accipit hic excidere causas peccatorum per pœnalitates assumptas, et contrarias, per quas violenter exciduntur.

3. Ad illud quod obijcitur, quod Deus solus excidit, dicendum quod est excisio quædam per cautelam et præventionem. Et est excisio per absolutionem causæ in effectu. Prima potest fieri ab homine. Secunda non, nisi a Deo.

4. Ad illud quod obijcitur, quod peccatum non habet causam, et cetera, dicendum quod causas hic vocat occasiones. Occasiones autem duplices sunt. Quædam proximæ, vt cœna splendida est occasio edacitatis. Quædam remotæ, vt inuitatio ad bonam cœnam. Et qui bene vult satisfacere, necesse habet occasiones propinquas excidere: et tales sunt in nostra potestate, remotæ autem non.

QVÆSTIO II.

An satisfactio fit facienda Deo.

Alex. Alenf. 4. p. q. 24. memb. 3. consequenter. 2. S. Tho. in suppl. 3. p. q. 13. ar. 2. Et 4. Sent. d. 15. q. 1. ar. 2. Richar. 4. Sent. d. 15. q. 2. Tho. Arg. 4. Sent. d. 15. q. 1. ar. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 15. q. 8.

FVNDAMENTA. Lib. Cur Deus homo ca. 11. 29. et 20.

VI fit satisfactio facienda. Et quod Deo videtur. Anselmus ita diffinit satisfactio: Satisfacere est honorem debitum Deo impendere: sed ei satisfit impendendo honorem, cui honorem impendimus: cum ergo honorem impendamus Deo, satisfaciendum est Deo.

ITEM illi fit satisfactio, qui exigit pœnam, et emendam: sed iste qui exigit pœnâ a peccatore Deus est. Gregorius: Aut homo punit, aut Deus: ergo satisfactio fit Deo.

ITEM huic fit satisfactio, cui iniuriatum est per culpam: sed hic est Deus, quia peccatum est spreto incommutabili bono rebus commutabilibus adherere: ergo satisfactio proprie fit ipsi Deo.

ITEM Christi satisfactio fuit exemplar nostræ satisfactio: et inde non tantum exemplum trahitur, sed etiam fundamentum nostræ satisfactio: sed Christus satisfecit Patri, quia semel seipsum obtulit oblationem, et hostiam Deo: ergo nostra satisfactio similiter est Deo facienda.

ITEM si satisfactio non fieret nisi Ecclesiæ, videtur quod cum peccator exiret forum Ecclesiæ, non teneretur ad pœnam aliquam: ergo omnes euolarent: ergo frustra fiunt suffragia Ecclesiæ: et errant, qui ponunt pœnam purgatoriam: sed hoc est contra fidem: ergo, et cetera.

ITEM si Deus peccatori quotiescumque iustificaretur totum condonaret, malum remaneret multum, et daretur vnicuique libertas transgredi contra Deum simpliciter: et hoc est inconueniens: quia si

hoc, vniuersum fieret inordinatum: ergo, et cetera. 1. CONTRA per Augustinum, et Magistrum in littera: Infidelitatis impietas est ab eo, qui iustus est, et iustitia, dimidiam sperare veniam. Sed si hoc est erroneum dicere, quod dimidiam veniam donet: ergo si dimittit, totum condonat: ergo pœnam, et culpam: ergo ipse amplius non exigit, nec oportet ei satisfacere: ergo soli Ecclesiæ.

2. ITEM Deus in contritione dimittit culpam, et pœnam æternâ, quæ excedit omnem pœnam temporalem improporcionabiliter: ergo cum contritio non excedat confessionem improporcionabiliter, nec quantum ad pœnam, nec quantum ad meritum, multo fortius in confessione absoluitur peccator ab omni pœna temporali, quantum ad Deum: ergo Deus non exigit ampliozem satisfactioem.

3. ITEM tanta potest esse contritio, quod delet omnem pœnâ, et culpam: et tunc constat quod Deus nihil exigeret satisfactio: sed si talis veniat ad penitentiam, pœna satisfactoria est ei imponenda: ergo videtur quod satisfactio non fiat Deo, sed Ecclesiæ, quæ est eius sponsa.

4. ITEM confessio ultra contritionem est solum necessaria propter reconciliationem faciendam Ecclesiæ, et ideo fit homini: ergo multo fortius de satisfactioe, quæ consequitur confessionem.

5. ITEM videmus quod Ecclesia absoluit a maiori parte pœnæ satisfactoriæ in huiusmodi relaxationibus. Sed nullus potest alicui relaxare, nisi quod sibi debetur: ergo videtur quod ista debeatur Ecclesiæ: ergo videtur quod satisfactio non fiat Deo, sed magis Ecclesiæ.

CONCLUSIO.

Satisfactio proprie fit ipsi Deo, sed in Ecclesiâ, et per Ecclesiâ, vt innotescat voluntas Dei per sacerdotes.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod cum peccator peccat, se ad pœnam æternam obligat: Cum autem diuina misericordia iustificat, seu viuificat, omnem remittit culpam, et reatum pœnæ æternæ, qui inseparabiliter adheret culpæ: sed quia misericordia non potest præiudicare iustitiæ, cuius est mala punire, ideo sic soluit a culpa, et pœna, vt tamen remaneat obligatus ad aliquantulam pœnam temporalem. Sed quoniam peccator ipsum Deum offendit, et Ecclesiâ damnificauerat, commisit Dominus iudiciariam potestatem super peccatores rectoribus Ecclesiæ, et in eos compromisit tamquam in arbitros, vt sic innotescat voluntas Dei penitentibus per sacerdotes, et per illos imponatur pœna peccatoribus, et Dominus satisfiat principaliter, et Ecclesiæ per consequens. Vnde satisfactio proprie de peccato fit ipsi Deo: tamen per Ecclesiâ, et in Ecclesiâ: et concedo rationes ad hoc inductas.

1. Ad illud quod obijcitur, quod non est speranda dimidia venia, dicendum quod tunc venia dimidiatur quando vnum mortale dimittitur, et reliquum tenetur: et hoc est inconueniens ponere, quod Deus qui iustus est, possit confœderari, et reconciliari homini in sua iniustitia permanenti: alioquin simul esset amicus, et inimicus. Non sic autem est de aliqua pœna temporali, quia obligatio ad pœnam non facit iniustitiam in eo, qui vult soluere.

2. Ad aliud quod obijcitur, quod in contritione dimittit pœnam æternam, dicendum quod hoc est, quia ibi principaliter operatur misericordia relaxans, sed in satisfactioe iustitia, in confessione vero vtraque: vnde quasi medium tener. In cuius signum fit ibi ligatio, et solutio: et ideo non est simile.

3. Ad illud quod obijcitur, quod tanta potest esse contritio quod totum remittitur, dicendum quod

AD OPPOSITVM. Aug. lib. de vera et falsa pœna. c. 9. to. 4.

verum est: sed quia Ecclesiæ non constat, ideo debet a sacerdote imponi: si autem sacerdoti constaret, reputaret omnino sibi satisfactum, et tunc pœnam non imponderet, sed absolutum ostenderet. Nunc autem in aliquibus decipitur, sed deceptio est fructuosa, quia semper merita cumulantur, et Ecclesiæ imponenti, et vltius satisfaciendi: quia enim Dominus non vult, ultra sortem, reliquum in thesauris Ecclesiæ habetur repositum.

4. Ad illud quod obijcitur, quod confessio est propter reconciliationem, dicendum quod non est solum propter hoc, sed ad arbitrandum pœnam inter hominem, et Deum, qua soluta, tunc fit reconciliatio perfecta.

5. Ad illud quod obijcitur, quod Ecclesia absoluit a maiori parte, et cetera, dicendum quod non est remittendum, sed pro eo soluendo de thesauris suis, vel quia Deus plenarie compromisit in eos, quibus plenitudinem tradidit potestatis. Quod autem horum verum sit, infra, scilicet distinct. 20. videbitur, cum de relaxationibus agetur.

QVÆSTIO III.

An satisfactio debeat fieri per opera pœnalia.

Alex. Alenf. 4. p. q. 24. memb. 2. ar. 2. S. Thomas in suppl. 3. p. q. 15. ar. 1. Richardus 4. Sent. d. 15. q. 3. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 15. q. 9. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 15. q. 7.

FVNDAMENTA.

ER qualia opera debeat fieri satisfactio. Et videtur quod tantum per pœnalia. Gregorius in quadam homilia: Iustum est, vt peccator tanto maiora inferat sibi lamenta per penitentiam, quanto maiora intulit damna per culpam.

ITEM ratione videtur, quia peccator eo ipso quod peccauit, est debitor pœnæ: sed in satisfactioe soluit quod debet: ergo per pœnam satisfactio: ergo, et cetera.

ITEM vniuersum remaneret inordinatum, si peccatum remaneret impunitum: sed post satisfactioem peccatum non punitur: ergo necesse est quod ante puniatur, scilicet per satisfactioem.

ITEM Gregorius dicit, et verum est quod sicut, in corporalibus, ita et in spiritualibus est curatio per contrarium: sed peccatum libidinosum per delectationem committitur, et per satisfactioem curatur: ergo satisfactio debet esse per pœnam.

ITEM in penitentia et eius partibus sumit peccator de se iustitiam, et vindictam sicut supra patuit: sed vindicta non nisi per pœnam sumitur de peccato: ergo, et cetera.

1. CONTRA per Anselmum in libro cur Deus homo: Satisfacere est honorem debitum Deo impendere: sed hoc fit omni opere bono: ergo non solum per opera pœnalia, sed per omnia alia potest fieri satisfactio.

2. ITEM non delectatur Deus in pœnis nostris: ergo non magis placent opera pœnalia Deo, quam alia: sed per id quod magis placet ei, cui debetur satisfactio, melius satisfit: ergo, et cetera.

3. ITEM quædam sunt peccata, quæ perpetrantur cum tristitia: sed satisfactio debet esse per contrarium: ergo sine pœna debet de his peccatis satisfactio fieri, vt puta sunt inuidia, et accidia, et cetera.

4. ITEM si satisfactorium est pœnale, per se loquendo: ergo magis pœnale magis satisfactorium: sed auaro est magis pœnale dare obolum, quam lar-

Dist. 24. p. 1. dub. 6. AD OPPOSITVM. Cap. 11. 19. et 20.

go marcâ: ergo magis satisfactio per obolum, quam ille per marcâ. Similiter potest obijci in ieiunio, et oratione: et hoc est inconueniens, quod mali de malitia sua commodum reportarent.

CONCLUSIO.

Satisfactio fit per opera pœnalia, quibus redditur honor Deo: quia ordinatur deordinatum, curatur infirmus, et soluitur debitum.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod est satisfactio per opera pœnalia. Et huius ratio est quadruplex. Prima est, quia ibi est honoris ablati redditio: vnde honorem istum debet homo reddere amplius, quam si non abstulisset: et ideo requiritur, vt non tantum Deo famuletur per operationem bonam, verumetiam seipsum deiciat per pœnam assumptam.

Secunda ratio est, quia est primo deordinati reordinatio: et quia deordinatum per culpam optime ordinatur in pœna: ideo, et cetera. Tertia ratio est, quia ibi est infirmati curatio, quia infirmatus per delectationis calorem, curatur per pœnalitatis algorem: et ideo, et cetera. Quarta ratio est, quia ibi est debiti ab-

solutio: et quia peccator est debitor pœnæ, ideo debet per pœnam satisfacere.

1. Ex hoc patet primo obiectum. Quoniam est debitum honoris veniens ex bono collato: et hunc debemus per gratiarum actionem. Et veniens ex mandato iniuncto: et hunc debemus per obedientiam, et subiectionem. Et veniens ex maiestatis imperio: et hunc debemus per patriæ adorationem. Et veniens etiam ex peccato commisso: et iste honor redditur Deo per sui ipsius punitionem: et hoc est in satisfactioe.

2. Ad illud quod obijcitur, quod non delectatur in pœnis Deus, dicendum quod verum est ea ratione qua pœnæ, sed ea ratione qua curantes culpam nostrâ, et honorantes diuinam iustitiâ, bene delectatur in eis.

3. Ad aliud, dicendum quod est in quibusdam peccatis comitetur tristitia, radix tamen est ex delectatione libidinosâ.

4. Ad vltimum dicendum, quod aliquid est pœnale naturæ, quia natura est, vt puta ieiunij abstinencia, et erogatio bonorum, in quibus sustentatur humana infirmitas. Aliquid ratione culpæ, et inordinacionis voluntatis. Prima pœnalitas respicitur per se in satisfactioe. Secunda vero non: et de ista secunda opponit.

QVÆSTIO IV.

An satisfactio debeat fieri per ieiunium, orationem, et eleemosynam.

Alex. Alenf. 4. p. q. 25. memb. 1. S. Thomas in suppl. 3. p. q. 15. ar. 3. Richardus 4. Sent. dist. 15. q. 8. Tho. Argent. 4. Sent. d. 15. q. 1. ar. 3. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 15. q. 10. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 15. q. 11.

ER quæ opera contingat satisfacere, et assignantur tria, scilicet ieiunium, oratio, et eleemosyna. Et obijcitur primo, quod videtur superflua. Primo ratione eleemosynæ, quia dicitur: Hoc genus demoniorum non eiicitur nisi per orationem, et ieiunium: et non facit mentionem de eleemosyna.

2. ITEM Hieronymus dicit, quod ieiunio sanantur pestes corporis, oratione pestes mentis: sed omne peccatum aut est inquinatum carnis, aut spiri-

1. Ratio.

2. Ratio.

3. Ratio.

4. Ratio.

AD OPPOSITVM.

Mat. 17. d.

Glos. super pradiâ. ca. Mathai.

tus: ergo omne peccatum sanatur ieiunio; aut oratione: et sic, et cetera.

3. I T E M videtur superfluere oratio, et ieiunium, quia dicitur: Date eleemosynam, et ecce omnia mundata sunt vobis: ergo eleemosyna est contra omne peccatum: ergo superfluum alia.

4. I T E M videtur quod diminuta, quia contraria contrarijs curantur: sed multo plura sunt genera peccatorum: ergo multo plura remedia.

5. I T E M cum opus fortitudinis, et patientiae sit maioris poenalaris, videtur quod eius opus sit magis satisfactorium, quam ista.

6. I T E M queritur quod istorum trium sit magis satisfactorium. Et videtur quod oratio, quia satisfactio Deo reconciliat: sed oratio est quae maxime unit Deo: ergo, et cetera. Sed videtur quod ieiunium, quia illud opus est magis satisfactorium, quod est magis poenale: sed magis poenale est affligere carnem: ergo, et cetera. Quod autem eleemosyna, videtur: Exerce te ipsum ad pietatem: pietas enim valet ad omnia: ergo, et cetera.

7. I T E M obijciunt de peregrinationibus, et flagellis diuinis, quae poenae satisfactoriae sunt: et non videtur sub his contineri.

CONCLUSIO.

Satisfactio fit ieiunio, oratione, et eleemosyna, cum his omnibus reconciliemur Deo.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod oratio, et ieiunium, et eleemosyna quodlibet horum accipitur proprie, communiter, et communissime. Proprie oratio est ascensus ad Deum ad aliquid degustandum, vel impetrandum, vel exoluendum. Communiter oratio dicitur, secundum quod comprehendit omnem actum contemplatiue ad Deum relatum. Communissime, secundum quod comprehendit omnem bonum actum, secundum quod dicitur: Non cessat orare, qui non cessat benefacere, in Glossa: Similiter ieiunium dicitur proprie afflictio carnis secundum gustum. Communiter omnis carnis afflictio, quae consistit in vigilijs, et flagellis, et ieiunijs proprie dicitur. Communissime dicitur ieiunium abstinentia ab omni mortali: Hoc est ieiunium, quod elegi: dissolue, et cetera. Similiter eleemosyna dicitur proprie opus pietatis impensum proximo ad releuandam indigentiam corporalem. Communiter omne opus pietatis proximo impensum, siue spirituale, siue corporale. Communissime dicitur omne opus misericordiae, siue proximo, siue sibi impensum, secundum quod dicit Augustinus, quod eleemosyna hominis debet incipere a semetipso. Iuxta illud: Misereere animae tuae placens Deo. His praesuppositis, dicendum quod haec tria prout partes satisfactionis dicuntur, accipiuntur non communissime, nec proprie, sed communiter: et tunc patet eorum distinctio, et sufficientia manifeste. His praemissis, dicendum quod sufficientia quadruplex.

1. Suffic. 1. Iam. 2. c.

2. Suffic. 1. Tim. 2. d. 3. Suffic.

3. Suffic. 1. Tim. 2. d. 3. Suffic.

4. Suffic. 1. Tim. 2. d. 3. Suffic.

5. Suffic. 1. Tim. 2. d. 3. Suffic.

6. Suffic. 1. Tim. 2. d. 3. Suffic.

7. Suffic. 1. Tim. 2. d. 3. Suffic.

8. Suffic. 1. Tim. 2. d. 3. Suffic.

9. Suffic. 1. Tim. 2. d. 3. Suffic.

reconciliamur. Sed sicut dicit Augustinus in sermone Domini in monte. Si vis orationem tuam volare in caelum, fac duas alas, scilicet ieiunium, et eleemosynam. Thobias: Bona est oratio cum ieiunio, et eleemosyna. Aliter accipitur sufficientia, quia duplex est vita, scilicet actiua, et contemplatiua, quantum ad contemplatiuam, oratio: quantum ad actiuam, eleemosyna: vt autem homo sit dispositus ad vtramque, sic est ieiunium.

1. 2. 3. Ex dictis patet obiecta. Quod enim dicitur, quod oratio sufficit cum ieiunio, dicendum quod accipitur ibi communissime oratio, non secundum quod est pars satisfactionis. Similiter cum dicitur, quod eleemosyna omnia mundat.

4. AD illud quod obijciunt, quod deberent esse plura, dicendum quod ista secundum quod communiter dicuntur, multa genera operum comprehendunt, non tria tantum, et sic patet illud.

5. AD illud ergo quod obijciunt de patientia, patet responsio: nam patientia prout importat remissionem, continetur sub eleemosyna: prout afflictionem, et macerationem, continetur sub ieiunio communiter dicto: et sic altera pars satisfactionis.

6. 7. AD illud quod queritur, quod est magis satisfactorium, dicendum quod vnumquodque horum secundum appropriationem suam. Tamen si generaliter loquamur, dicendum quod in satisfactione tria sunt, scilicet vitatio culpae: et contra hanc valet maxime oratio. Secundum est augmentum gratiae: et ad hanc maxime valet eleemosyna, quia homo facit sibi amicos, qui impetrant gratiam. Tertium est solutio poenae: et hoc maxime est in ieiunio, et hoc est infimum in satisfactione, alia duo praeponderant.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER quantum ad secundum articulum queritur de modo satisfaciendi in speciali. Et circa hoc quattuor queruntur. Primo queritur de quibus debeat fieri eleemosyna. Secundo, vtrum ieiunio contingat satisfacere. Tertio, vtrum contingat satisfacere oratione. Quarto, et vltimo queritur de restitutione.

QUESTIO I.

An eleemosyna debeat fieri de rebus proprijs iuste acquisitis.

Alex. Alex. 4. p. q. 29. memb. 1. S. Thomas 2. 2. q. 32. ar. 7. Et 4. Sent. d. 15. q. 2. art. 4. q. 2. Et Quod. 12. ar. 30. Richardus 4. Sent. d. 15. ar. 2. q. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 15. q. 12. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 15. q. 12.

IRCA quam proceditur sic: Communiter dicitur, quod eleemosyna debet fieri de rebus proprijs iuste acquisitis, et necessarijs. Et quod solum de rebus proprijs, videtur: quia dicit ius quod non potest alienari possessio nisi a Domino: sed cum eleemosyna datur, possessio alienatur, quia fit ipsius pauperis recipientis: ergo nullus potest dare eleemosynam, nisi qui habet proprium, et super rem temporalem habet dominium.

I T E M hoc probatur ex textu Bibliorum: Honora Deum da tua substantia, et de primitijs frugum tuarum de pauperibus. Quod autem solum de iuste acquisitis, ostenditur: Immolantis ex iniquo oblatio est

Aug. Enar. in ps. 42. in ser. 10. 8. et ser. 59. in ps. illud Mart. ib. Audias quia dicitur est: Diliges proximum 10. 10.

FVNDAMENTA. Tho. 2. 2. q. 32. ar. 7.

Prou. 3. 4. Eccli. 3. 4. est

est maculata. Et infra: Dona iniquorum non probat Altissimus.

I T E M Gregor. in Moral. Eleemosyna Redemptoris oculis placet, quae non ex illicitis, vel iniquitate congeritur, sed quae de rebus concessis, et iuste acquisitis. Et iterum ipse dicit: Non est computanda eleemosyna, si pauperibus dispenferetur, quod ex illicitis rebus acquiritur.

I T E M quod de necessarijs, videtur: Illud enim non est satisfactorium ad quod quis alias tenetur: sed quilibet tenetur ad dandum superflua pauperibus, quantumcumque sit sine peccato: Quod superest, date eleemosynam: ergo, et cetera.

I T E M Gregor. in homilia super illud: Facite dignos fructus poenitentiae: Qui se nouit nonnulla illicita commisisse, debet a licitis abstinere: ergo si abstinentia satisfactoria non est illa, quae est ab illicitis, sed quae a licitis, videtur similiter quod eleemosyna satisfactoria sit illa, quae non de superfluis, sed quae de necessarijs.

1. AD oppositum quod non debeat esse de necessarijs, vt resoluendo, siue destruendo incipiamus, videtur: quia vnusquisque tenetur se magis, quam alterum diligere: ergo tenetur sibi necessaria reseruare.

2. I T E M dare necessaria vita humanae est supererogationis: sed nullus facerem potest imponere opera supererogationis: ergo nec talem eleemosynam: si ergo eleemosyna, quae est imposita a sacerdote, est satisfactoria, non oportet quod sit de necessarijs.

3. I T E M videtur quod possit esse de iniuste acquisitis, quia dicitur: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Glossa: Iniquitas bene dispensata vertitur in iustitiam. Augustinus in quaestionibus: Qui habetis aliquid de malo, facite inde bonum.

4. I T E M hic queritur, si meretrix vel vsurarius, vel aleator de lucro suo possint facere eleemosynam, cum omnes hi malo modo acquirant.

5. I T E M videtur quod non oportet fieri ex proprijs, quia filij Israel abstulerunt vasa Aegypti: et postea obtulerunt in vsum tabernaculi.

6. I T E M si hoc esset verum, cum mulier, et filius, et monachus non habeant dominium, videtur quod nullam eleemosynam possint facere, quod falsum est, cum magis teneantur esse hospitales: et frequenter mulieres plus debent, quam viri.

CONCLUSIO.

Eleemosyna, vt sit satisfactoria, iusto titulo debet possideri: vt res qua pro eleemosyna datur, vltra sit eleemosyna.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod illud est necessarium ad hoc quod eleemosyna sit satisfactoria, scilicet quod ille qui tribuit, iusto eam titulo habeat, et tenere, et possidere possit: si enim aliter habeat, potius tenetur reddere, quam dare. Quod ergo queritur, vtrum necesse sit eleemosynam dare de proprio, dicendum quod aut dicitur proprium, quia habet principale dominium alienandi, aut quia ab alio habet sibi commissum officium administrandi. Primo modo simpliciter potest facere ille qui habet proprium. Secundo modo non potest facere superiore prohibente: vt monachus qui administrat res, et bona monasterij ex mandato Abbatis, potest vtique eleemosynam dare, si autem iste vetet, non potest, nec debet. Vnde canon. 12. q. 1. Certum est quod monachus nihil habere, vel dare, vel accipere sine superioris licentia debet, nisi forte ille, qui indiget, sit in extrema necessitate, tunc non debet obedire Abbati, quia manifeste faceret contra Deum. Similiter iudicandum est de muliere, si non habeat dotem, vel aliquid iuxta dotem, quod contra mandatum viri non potest eleemosyna facere, si conscientia dicit ei, quod vir nullo modo

Explicatio

do velit: sed non debet sibi formare conscientiam quod vir prohibeat medium, sed superfluitatem, nisi manifeste viderit voluntatem viri ad oppositum. 5. 6. Si ergo obijciatur de filijs Israel, qui furati sunt, dicendum quod Dominus transfudit dominium, et re vera non fuit ibi furtum. Ad illud quod obijciunt, quod sunt mala conditionis monachi, dicendum quod non, quia vnica temporalium dimissione si vere dimiserunt temporalia, meruerunt tantum quantum in multis: et praeterea bona voluntas supplet, quod deest ex manu. 4. AD illud quod queritur de male acquisitis, dicendum quod quaedam sunt male acquisita, in quibus transfert dominium, et non competit repetitio: et talia non est necesse restituere, et possunt licite retineri, vt pretium prostibuli, et lucrum histronis, et talia possunt dari in eleemosynam: sed tamen non debet recipi in oblationem, si sit publicum, propter reuerentiam altaris, et confusionem peccati, vt respiciant. Et hoc est quod dicitur: Non offeras mercedem prostibuli. Quaedam autem sunt in quibus non transfertur dominium, sed competit repetitio, vt in furto, et rapina: et de talibus non potest fieri nec oblatio, nec eleemosyna, sed debet fieri restitutio. Ad huiusmodi autem genus reducuntur omnia, quae iniusto titulo, et mala fide possidentur, quia iniustus titulus pro nullo est habendus. Mala autem fidei possessor dicitur, qui contra legem interdictionem mercatur, talia sunt quae habentur per symoniam, et vsuram: et ideo de talibus nullo modo nec potest, nec debet fieri eleemosyna. Si vero queritur de aleatore, dicendum est generaliter, quod male fidei possessor est, et iniusto possidet titulo: et ideo nullo modo potest, nec debet sibi tenere quod lucratus est, cum talis ludus sit turpis, et reprobus, et contra Deum, et contra omnia iura. Vtrum tamen teneatur restituere, distinguunt aliqui, quia aut ille penes quem lucratus est, est talis persona quae rebus suis praesens non potest, vtputa minor, siue pupillus, surdus, et mutus, perpetuo morbo languidus: et sic tenetur restituere. Si autem sit talis persona, quae potuit amittere, aut tractus est ab illo, et inductus, aut non. Si tractus fuit ab illo, non tenetur illi restituere, quia illi non competit repetitio in vindictam peccati, sed potest inde facere eleemosynam. Si autem ipse traxit eum, non potest eleemosynam facere, sed tenetur restituere saltem in foro conscientiae: quia licet nullus velit amittere, tamen qui non vult amittere, nec ludere, sed inducitur, minus culpabilis videtur, et alius qui inducit magis: et ideo iste non debet damnificari, nec auctor, nec inductor in aliquo meliorari: nulli tamen licet ex hoc aliquid lucri acquisiti in proprios vsus conuertere. Similiter iudicandum est de torneamentis, et dicendum quod in illis pactionibus, quas habet intra se, bona non transferuntur iniucem, sed in vsu pauperum conuertuntur propter ludi inhonestatem, et turris interdictionem: Et ex his patent obiecta. QVOD enim dicitur, quod de iniquo non potest fieri eleemosyna, intelligitur de eo, quod inique possidetur, et iniusto titulo. 1. QVOD obijciatur ad contrarium, procedit secundum aliam viam. 2. 3. AD illud quod obijciunt de necessarijs, et superfluis, dicendum quod necessarium dicitur dupliciter. Vel secundum naturae arctitudinem, vel secundum communem vsu viuendi. Si secundum arctitudinem, non tenetur, nec oportet ei imponi, qui peccauit, quia hoc est perfectio illorum, qui totum victum expectant a Christo: sicut sunt viri, qui sunt in statu perfecto: et ideo si fiat eleemosyna, debet fieri de eo, quod superest huic necessario, et bene est satisfactoria. Alio modo dicitur necessarium quod expectat homini secundum comunem modum viuendi. De quo dicit Augustinus, quod multa superflua habere probabitur; si sola necessaria teneamus, et de talia sit proprie eleemosyna.

Ad rationes post q. lateralem.

Ad q. later.

Deut. 23. c

Explicatio.

Questio in cident.

Resp. ad 2. pro Fund.

eleemofyna satisfactoria : de superfluo vero non fit...

QVÆSTIO II.

An ieiunio contingat satisfacere.

Alex. Alenf. 4. p. q. 18. memb. 1. S. Tho. 2. 2. q. 147. ar. 1. Et 4. Sent. d. 15. q. 3. ar. 1. q. 2.

FVNDAMENTA.

TRVM ieiunio contingat satisfacere. Et quod sic, videtur: quia si satisfacere est...

ADOPPOSITVM. Joel. 2. c. 1. Tim. 4. c.

1. CONTRA: Scindite corda vestra, et non vestimenta: ergo non facit vim Deus in afflictione...

Mat. 15. b

2. ITEM: Corporalis exercitatio ad modicum utilis est, pietas ad multa: sed satisfactio multum est...

Gal. 5. c

3. ITEM: cum satisfacere sit causas excidere peccatorum, illud punire est satisfacere quod est causa...

Mat. 5. g

4. ITEM: iudex iustus puniendo non animaduertit in instrumentum, sed in auctorem sceleris. Vnde non punitur gladius, sed homicida: ergo cum caro sit instrumentum...

Ephes. 5. f

5. ITEM: caro est inimicus nostri spiritus: Hæc sibi ad inuicem aduersantur: sed dicitur: Diligite inimicos vestros, benefacite, et cetera.

Habetur de Conf. d. 5. c. non medic.

6. ITEM: quod commune est apud omnes, est naturale. Sed dicitur: Nemo unquam carnem suam odio habuit: ergo naturale est carnem fouere: ergo affligere est contra naturam: sed penitentia est regressio ab eo quod est præter naturam: ergo ieiunium non est ad satisfaciendum in penitentia.

7. ITEM: qui carnem affligit, amittit vitam, et accelerat mortem, quia est in eo maior consumptio, et minor restauratio: sed qui accelerat mortem, est homicida, et si longo tempore differat non refert. Vnde Hieronymus: Non refert vtrum paruo tempore, vel magno te interimas: ergo qui ieiunat, est homicida.

8. ITEM: omne opus discretum, et virtuosum consistit in medio: sed ieiunium non consistit in medio, immo declinat ad indigentiam: ergo nec penitentia est, nec virtutis.

CONCLUSIO.

Ieiunium est opus satisfactorium cum sit penale, et Deo placet, quia corporis et spiritus est reordinatum.

Mat. 17. c

RESPON. AD ARG. Dicendum quod ieiunium est opus satisfactorium, secundum quod ipse Dominus dicit: Hoc genus demoniorum non eicitur nisi in oratione, et ieiunio. Est inquam satisfactorium liberando a pœna, cum sit penale, et Deo est placitum, quia corporis, et spiritus est reordinatum. Vt corpus spiritui non repugnet cõtumaciter: Qui delicare a pueritia nutrit seruum suum, sentiet illum contumacem. Vt spiritui subijciatur totaliter: Castigo corpus...

1. Cor. 9. d

ITEM

meum, et in seruitutem redigo, et cetera. Vt non crucietur æternaliter: Est qui multa redimat modico pretio. Et: Diem pro anno dedi tibi. Vt glorificetur æternaliter: Id quod est in presenti momentaneum, et leue tribulationis nostræ, et cetera.

1. AD illud ergo quod obijcitur in contrarium, quod non placet Deo, et cetera. dicendum quod Deo non placet afflictio carnis, siue eius maceratio secundum se, sed quantum in ea punitur spiritus, quia dolor non est carnis, sed anime in carne, vt dicit Augustinus, et in quantum talis pœna procedit a pœna doloris spiritualis, vt non sicut hypocrita exterius tatum puniat, et contra hoc est illud loelii, quia non dolebant animo, sed signo.

2. AD illud quod obijcitur, quod ad modicum valet, dicendum quod hoc est, vel quia vni soli, vel ad modicum comparatione pietatis.

3. AD illud quod obijcitur, quod caro non est causa, dicendum quod etsi non sit causa, est tamen occasio: occasiones autem sunt præcidendæ.

4. AD illud quod obijcitur, quod est instrumentum, dicendum quod duplex est instrumentum, scilicet separatum, et hoc non est puniendum: et coniunctum, quale est caro, et hoc est puniendum, quia hoc punitur, punitur spiritus.

5. AD illud quod obijcitur, quod fouendus est iniamicus, dicendum quod caro fouenda est, et seruanda, sed inimicitia carnis non est fouenda, immo ad concordiam spiritus reuocanda: et quia hoc fit per ieiunium, et flagella, ideo est punienda: et per hoc patet quod naturale est carnem diligere, et fouere: sed carnis lasciuia fouere est corruptionis, et vitij.

6. AD illud quod obijcitur, quod diminuit vitam, dicendum quod diminueret vitam, vel accelerare, aut est ex intentione, aut præter. Si ex intentione, peccatum est: et sic intelligit Hieronymus. Aut præter intentionem, et tunc aut dando operam rei licite, aut non licite, vel vitij, sed illicitæ, vel male: primo modo non est peccatum, vel secundo. Aliqui tamen dicunt quod abstinentia nõ accelerat mortem, sed tamen non credo, immo grauis abstinentia bene accelerat.

7. AD illud quod obijcitur, quod non est medium in ieiunijs, dicendum quod immo: sed hoc non est medium sobrietatis, sed medium iustitiæ, quia ieiunium punit quis suam carnem: sed in hac punitione seruandum est ita mediũ, vt nec nimis lente puniat, ita quod vitia carnis viuant, nec ita acerbe, vt natura deficiat. Vnde Bernardus: Oportet carnem reprimere, non extinguere. Nec istud impedit, quin sit medium, quia ad extremum declinat. Nam in patientia medium est fere omnia sustinere, et in continentia etiam semper abstinere.

8. AD illud quod obijcitur, quod non est medium in ieiunijs, dicendum quod immo: sed hoc non est medium sobrietatis, sed medium iustitiæ, quia ieiunium punit quis suam carnem: sed in hac punitione seruandum est ita mediũ, vt nec nimis lente puniat, ita quod vitia carnis viuant, nec ita acerbe, vt natura deficiat. Vnde Bernardus: Oportet carnem reprimere, non extinguere. Nec istud impedit, quin sit medium, quia ad extremum declinat. Nam in patientia medium est fere omnia sustinere, et in continentia etiam semper abstinere.

QVÆSTIO III.

An oratione contingat satisfacere.

Alex. Alenf. 4. p. q. 16. memb. 1. S. Thomas 2. 2. q. 83. ar. 1. Et 4. Sent. d. 15. q. 4. ar. 1. Richardus 4. Sent. d. 15. ar. 4. q. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 15. q. 13. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 15. q. 14.

TRVM contingat satisfacere oratione: et cum duplex sit oratio, scilicet mentalis, et vocalis, quæritur, quæ magis sit satisfactoria. Et videtur quod mentalis, quia veraciter orare est, vt dicit Gregorius, amarus in compunctione gemitus, non ornata verba resonare: ergo videtur quod vera oratio, et satisfactoria non sit in verbo, et cantu, sed in lacrymis, et fletu.

ITEM: Orantes nolite multũ loqui, sicut ethnici faciunt: sed si vocalis oratio adderet ad satisfactionem, nõ esset parum loquendum, sed multum: ergo, et cetera.

ITEM

ITEM oratio facit hominem tendere sursum: sed ratio non potest ferri sursum, quamdiu felicitas est circa ea, quæ sunt deorsum: sed quando profert sermonem, intenta est circa quid creatum: ergo si oratio quæ magis fert sursum, est oratio mentalis, et ista est magis placita, hæc est magis satisfactoria.

AD OPPOSITVM. Eccles. 10. d

1. CONTRA: Oratio est satisfactoria, quæ est pœnalis: sed hæc non est oratio mentalis, sed vocalis. Nam mentalis est oratio suauis, sicut dicitur: Muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti.

2. ITEM illa quæ est præcipue satisfactoria, præcipue debet imponi a sacerdote: sed sacerdos imponit orationem vocalem, non mentalem: ergo, et cetera.

3. ITEM oratio mentalis si qua est satisfactoria, est illa qua oratur cum gemitibus: sed hæc est contritionis, scilicet plangere peccatum, et contritio diuiditur contra satisfactionem: ergo talis oratio non est pars satisfactionis.

4. ITEM plus laborat qui laborat corde, et lingua, quam qui corde tantum: sed laborare primo modo est in oratione vocali, corde vero tantum in mentali: ergo videtur quod vocalis sit magis satisfactoria.

CONCLUSIO.

Oratio vocalis ordinatur ad mentalem, et econuerso, et qualibet est satisfactoria: licet ea, qua ad gemitum accenditur homo, plus sit satisfactoria.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod vocalis oratio ordinatur ad mentalem, et non econuerso: sed secundum hoc intelligendum, quod quædam oratio est pure mentalis, quædam vocalis, quædam media. Pure mentalis est, quando labia non mouentur, sed cor ad Deum loquitur. Pure vocalis est, quando nihil cogitat in his, quæ dicit nec in generali, nec in speciali, ita quod referat intentionem ad sensum verborũ, vel finem: sed cum orat, fabricat caltra et sic mentalis simpliciter excedit vocalem. Alia est mixta, in qua, scilicet orat mentaliter, et vocaliter: Et de ista distinguendum, quia aut verba illa impediunt affectum, quia sic inflammatus est quod immediate fertur in Deum: et tunc melior est oratio mentalis: si autem iuuatur, melior est vocalis: et multi sunt tales, et maxime illi, qui non sunt viri spirituales, ad quorum affectus prouocandos instituta sunt vocales orationes. Si quæretur, quæ oratio sit satisfactoria: credo quod omnis, quia nulla est, in qua non laborent virtutes animales: et quantum delectantur spiritus, tantum caro frequenter tabescit, et virtutes animales minus sunt intentæ regimini corporis. Credo tamen quod illa inter ceteras est satisfactoria magis, in qua accenditur homo ad gemitum, quia hæc est, in qua Deus maxime delectatur. Vnde quia illud est gratiæ specialis: ideo non imponitur a sacerdote, sed præambulum ad illud, scilicet oratio vocalis. Et quia non est status in vocibus, sed ordinatur ad intellectum: hinc est quod Dominus, et Gregorius mittunt a vocali oratione ad mentalem.

Resp. ad vlti. pro Fundam.

A D illud quod obijcitur, quod impedit ne feratur, dicendum quod falsum est, immo excitat affectum tepidum, nec est homo diuisus, immo vis inferior superiori cooperatur.

Lac. 18. c

1. AD illud quod obijcitur, quod vocalis magis est pœnalis, dicendum quod verum est ceteris paribus.

2. AD illud quod obijcitur, quod oratio gemebunda spectat ad contritionem, dicendum quod verum est: sed super illam addit postulationem, sicut publicanus petebat a Domino in templo remissionem: et sic patet illud.

3. AD illud quod obijcitur, quod vocalis magis est pœnalis, dicendum quod verum est, quod omnis oratio ex charitate facta, si recte fiat, pœnalis est, et satisfactoria potest esse, quia numquã est ita delectationis, quin sit pœnalis antedecenter, vel cõsequenter, vel concomitanter. Illa tamen inter omnes præcipue

satisfacit, quæ est magis gemebunda, et in qua maior clamor cordis est ad Deum pro venia peccatorum, hæc autem in aliquibus est mentalis, in aliquibus vocalis.

Vnde notandum quod triplex est ratio, quare vocalis oratio est instituta. Prima, et potissima est ad affectus accensionem: Vnde Beda super illud: Pater noster, et cetera. Non his solis verbis oratur, sed alijs contentis sub eodem sensu, quibus cor nostrum accenditur. Secunda ratio est ad intellectus instructionem. Vnde Beda ibidem: Orationem breuibus verbis composuit, quibus nec opus est loqui ad eum, qui omnia nouit, sed vt qui cum Deo agit, disceret res, quas oraret, non verba quæ diceret. Tertia ratio est ad faciliorem recordationem: vnde super illud: Nolite affirmari eis: Glossa. Non apud Deum agendum est verbis sed rebus, intentione cordis, affectu simplici: quæ enim dicimus, non eum docemus, sed nos temporis orandi recordamur. Et sic patet ratio institutionis orationis vocalis, quia propter mentalem est, quam Deus præcipue acceptat, et illam magis ad remissionem, et satisfactionem, in qua cor magis contra peccatum intenditur: ideo perutile est peccatoribus orationes frequentare, in quibus fiat mentio de male commissis, sicut fuit oratio Manasse.

Oratio qua re instituta. Mat. 6. b

Mat. 6. b

2. Par. 33. a

QVÆSTIO IV.

An restitutio sit pars satisfactionis.

Alex. Alenf. 4. p. q. 24. memb. 5. ar. 1. Richardus 4. Sent. dist. 15. ar. 5. q. 1. Tho. Arg. 4. Sent. d. 15. q. 1. ar. 4. Franc. de Mayr. 4. Sent. d. 16. q. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 15. q. 14. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 15. q. 15.

TRVM restitutio sit pars satisfactionis. Et quod sic, videtur: quia aliquo peccato peccamus in Deum tantum, aliquo in Deum, et proximum, vt rapina. Sed constat quod satisfactio responderet iniuriæ: ergo satisfieri debet in hoc Deo, et proximo: sed satisfieri proximo per restitutionem: ergo, et cetera.

2. ITEM qui peccat per gulositatem, nullo modo melius satisfacit, quam per ieiunij sobrietatem: ergo qui peccat rem alienam auferendo, non melius satisfacit, quam restituendo: ergo, et cetera.

3. ITEM per signum ostenditur, quia si duo sunt raptores, quorum alter est restituendo, alter non, minorem penitentiam imponit sacerdos ei, qui potest restituere, maiorem ei qui non: ergo restitutio facit ad satisfactionem.

4. ITEM satisfacere est causas peccatorũ excidere: sed quare raptor in peccato est, est quia rem alienam abstulit, et detinet: ergo satisfactio est per rei retentionem: quia hic peccati causa exciditur.

5. CONTRA: Peccatum eo ipso est peccatum, quia in Deum est, et quia Dei deformatur imago, non quia in alium similem, quia tunc leo peccaret, cum aliud animal comederet. Vnde et in Psalmo: Tibi soli peccaui: ergo satisfactio facienda est soli Deo: sed hoc non est per restitutionem, quia restitutio respicit proximum directe: ergo, et cetera.

6. ITEM satisfactio est per pœnam, ad quam homo non tenetur alias nisi per culpam, et secundum iudicium sacerdotis: sed ad restitutionem rei alienæ tenetur, eo ipso quod est res aliena ex iudicio. Dei sine sacerdote: ergo, et cetera.

7. ITEM si est pars satisfactionis, cum satisfactio nulla, Ad oppositum.

8. ITEM si est pars satisfactionis, cum satisfactio nulla, Psal. 50. a

nulla sit sine charitate, nec restitutio est sine charitate: A sed hoc est falsum: ergo, et cer.

4. I T E M cum sint tres partes satisfactionis, scilicet ieiunium, oratio, et elemosyna, quaeritur sub qua illarum contineatur, et cum sub nulla: patet, et cer.

CONCLUSIO.

Restitutio non est pars satisfactionis proprie sumpta, quia restituere tenetur qui rem possidet alienam secundum omne ius: si autem satisfactio communiter tenetur, sic est pars eius, quia opus poenale est.

Opin. 1. RESPON. AD ARG. Dicendum quod circa hoc duplex est opinio. Quidam dicunt quod restitutio non est pars satisfactionis, sed fundamentum. Quaedam enim requiruntur ad poenitentiam, siue satisfactionem, ut fundamenta: et talia sunt peccati dimissio, et aliena rei restitutio. Quaedam ut expedientia, ut vitare prauam societatem. Quaedam ut satisfactoria, ut ieiunium, oratio, elemosyna. Quaedam ut perfectiva, ut sunt opera supererogationis: Quodcumque supererogaueris, reddam tibi. Et ratio eorum est, quia culpa proprie est in Deum, et quia satisfactio per poenam arbitratam, fit arbitrio sacerdotis. Sed alia opinio est, quia restitutio est opus satisfactorium, si fiat in charitate: alioquin non, sed sic nec alia opera. Posset tamen dici, quod satisfactio dicitur communiter, et proprie. Communiter, omne opus poenale voluntarie assumptum, siue ad quod tenetur iudicio Dei, siue iudicio sacerdotis: et sic restitutio est opus satisfactorium, et eius pars. Si autem dicatur satisfactio proprie per poenam voluntarie assumptam, ad quam non tenebatur nisi ex culpa, et iudicio sacerdotis: sic non est pars eius, quia restituere tenetur, qui habet rem alienam secundum omne ius, etiam si sacerdos numquam imponat. Rationes igitur ad primam partem procedunt de satisfactione dicta communiter, aliter procedunt omnes ex insufficienti.

1. A D illud vero quod obijcitur ad oppositum, quod peccatur solum in Deum, et cer. dicendum, quod verum est per se: sed tamen quia homo est imago Dei, et honor, et dehonoriatio imaginis ad prototypum refertur: ideo quia proximus ex charitate diligitur, diligi debet homo in quantum imago: sic etiam in proximum peccari potest. Vel aliter dicendum quod aut intelligitur de eo, qui non habet superiorem ad puniendum: aut intelligitur primo, et principaliter. Aut de peccato quod non est in proximum extra, sed per superbiam intra.

2. A D aliud patet responsio, quia obijcitur de satisfactione proprie dicta.

3. A D illud quod obijcitur, quod non est sine charitate, dicendum quod satisfactio quia Deo non potest esse nisi in charitate, restitutio quia proximo extra potest esse: sed ad hoc quod placeat Deo oportet esse in charitate.

4. A D vltimum, dicendum quod ad nullam illarum partium reducitur, quia sunt satisfactionis proprie dictae.

1. 2. A D illud autem quod obijcitur ad contrarium, quod peccatur in proximum, dicendum quod non peccatur in proximum nisi per accidens, scilicet quia offenditur Deus in proximo: et ideo soli Deo satisfaciendum est. Nec illi qui dicunt restitutionem esse satisfactoriam: ideo dicunt, quia per ipsam homo satisfaciatur proximo, sed quia dum aliquo modo reddit rem, quam diligit, et posset de facto tenere: amore Dei, et mandato sacerdotis restituit. Verumtamen non est restitutio proprie satisfactio, sed inchoatio. Sed cum de proprio aliquid dat, tunc recte dat honorem Deo, et superaddit: ideo satisfactio.

3. A D illud, quod maior poenitentia imponitur: dici potest, quod hoc est, quia rem proximi dissipauit.

4. A D illud quod obijcitur, quod non potest melius curari, dicendum quod falsum est, immo melius curatur quis, si dat de proprio.

Resp. ad arg. ad opp.

Resp. ad arg. pro Fundam.

DISTINCT. XVI. PARS I.

DE TRIBVS, QVAE IN POENITENTIA CONSIDERANDA SVNT.

Habetur de poen. d. 1. et d. 3. capitulum perfecta poenitentia.



IN perfectione autem poenitentiae tria observanda sunt, scilicet compunctio cordis, confessio oris, satisfactio operis: Vnde Ioannes os aureum: Perfecta poenitentia cogit peccatorem omnia libenter ferre, in corde eius contritio, in ore confessio, in opere tota humilitas: Hac est fructifera poenitentia, ut sicut tribus modis Deum offendimus, scilicet corde, ore, et opere: ita tribus modis satisfaciamus. Sunt enim tres peccati differentia, ut ait Augustinus, et in corde, et in facto, et in consuetudine, tamquam tres moles. Vna quasi in domo, scilicet cum in corde consentitur libidini. Altera quasi prolata iam extra portam, cum in factum procedit libidini assensio. Tertia cum vi male consuetudinis tamquam mole premitur animus, vel noxia defensionis clypeo armatur, quasi in sepulchro iam fixens. Haec sunt tria genera mortuorum, quae Deus legitur suscitasse. Huic ergo triplici morti triplici remedio occurritur: contritione, confessione, satisfactione. Compunctio nobis commendatur ibi: Scindite corda vestra, et non vestimenta vestra. Confessio ibi: Iustus in principio sermonis accusator est sui. Vere enim confitetur qui se accusat, qui execrando malum sibi imputat. Et ibi: Effundite coram illo corda vestra. Et iterum: Consitemini alterutrum peccata vestra. Satisfactio a Ioanne praecipitur, ubi ait: Facite dignos fructus poenitentiae, scilicet ut secundum qualitatem et quantitatem culpe, sit qualitas et quantitas poenae. Non enim par debet esse fructus boni operis eius qui nihil vel minus peccauit, et eius qui grauius cecidit. Ideo discretio poenitentis valde necessaria est, ut illa generat, qua tradit Augustinus, dicens: Consideret qualitatem criminis in loco, in tempore, in perseverantia, in varietate persona, et quali hoc fecerit tentatione, et in ipsius vitij multiplici executione. Oportet

De ser. Domini in mō. li. 1. ser. 23. post medium 10. 4. Joel. 2. 9. Pron. 18. c. Psal. 61. b. Mat. 3. b. Luc. 3. b. De vera et falsa poen. cap. 24. in prin. 10. 4.

et enim poenitere fornicantem secundum excellentiam sui status vel officij, vel secundum modum meretricis, et in modum operis sui: et qualiter turpitudinem egerit, si in loco sacro, si in tempore orationi constituto, ut sunt festiuitates et tempora Ieiunij. Consideret quantum perseverauerit, et desinat quod perseveranter peccauerit: et quanta vitus fuerit impugnatione. Sunt enim qui non solum non vincuntur, sed vltro se peccato offerunt: nec expectant tentationem, sed praeventiu voluptatem. Et pertractet secum, quam multiplici actione vitij delectabiliter peccauit. Omnis ista varietas constituenda est et deslenda, ut cum cognouerit quod peccatum est, cito inueniat Deum sibi propitium. In cognoscendo augmentum peccati, inueniat cuius aetatis fuerit, cuius sapientiae et ordinis. Immoretur in singulis istis, et sentiat modum criminis, purgans lacrymis omnem qualitatem vitij, desinat virtutem, qua interim caruit. Dolendum est enim non solum quod peccauit, sed quia virtute se priuauit. Desinat etiam quoniam offendens in vno, factus est omnium reus. In hoc enim extitit, qui plenus virtutibus Deum omnino non timuit. In hoc enim quisque peccator fit culpabilior, quo est Deo acceptior. Ideo enim Adam plus peccauit, quia omni bono abundauit. Alio etiam modo offendens in vno, factus est omnium reus: quia omnis virtus patitur detrimentum ab vno vitio. Ponat se omnino in iudicio et potestate sacerdotis, nihil sui reseruans sibi: ut ibid. c. 5. omnia eo iubente paratus sit facere pro recipienda vita anime, quae faceret pro vitanda corporis morte, et hoc cum desiderio, quia vitam recuperat infinitam. Cum gaudio enim facere debet immortalis futurus, quae faceret pro differenda morte moriturus, semper deprecetur Deum, offerat Deo mentem, et cordis contritionem, deinde et quod potest det de possessione, et tunc si quid offeret, securus offerat. Respexit Dominus ad Abel, et ad munera eius. Prius dicit Abel quam ad munera eius. In iudicio ergo cordis conferenda est elemosyna tribuentis. Nec considerandum est quantum sed qua mente, qua affectione dat quod potest. Qui ergo sua peccata redimere vult temporalium oblatione, prius offerat mentem. Caueat etiam ne ductus verecundia, diuidat apud se confessionem, ut diuersa diuersis velit sacerdotibus manifestare. Quidam enim uni celant, quod alteri manifestandum conseruant: quod est se laudare, et ad hypocrisim tendere, et semper venia carere: ad quam perfrusta putat peruenire. Caueat etiam ne prius ad dominicum corpus accedat, quam confortetur bona conscientia, et doceat quod nondum audeat sumere, quem multum desiderat cibum salutarem. Cohibeat etiam se a ludis, a spectaculis seculi, qui perfectam uult consequi remissionis gratiam. Isti sunt digni fructus poenitentiae, animam captiuam elaqueantes, et in libertate seruantes. Et infra: Querat anima dignos fructus, etsi non dignos poenitentiae. Sunt enim digni fructus uirtutum, qui non sufficiunt poenitentibus. Poenitentia enim grauius postulat, ut dolore et gemitibus mortuus impetret uitam. Ex his ostenditur qui sint digni fructus poenitentiae, quibus uera satisfactio expletur: quod non omnes digni fructus sunt digni fructus poenitentiae: quod de illa poenitentia intelligitur, quae maiorum est criminum. Non enim sufficiunt grauius delinquentibus, quae sufficiunt minus, vel parum peccantibus.

Que sit falsa satisfactio.

ET sicut sunt digni fructus poenitentiae, ac uera satisfactio: ita et indigni fructus, et falsa satisfactio, id est, falsa poenitentia. Vnde Gregorius: Falsas poenitentias dicimus, quae non secundum auctoritates sanctorum pro qualitate criminum imponuntur. Ideo miles, vel negotiator, vel alicui officio deditus, quod sine peccato exerceri non possit, si culpis grauioribus irretitus ad poenitentiam uenerit, vel qui bona alterius iniuste detinet, vel qui odium in corde gerit: recognoscat se ueram poenitentiam non posse peragere, nisi negotium relinquat, vel officium deserat, & odium ex corde dimittat, & bona quae iniuste abstulit, restituat. Nec tamen desperet: interim quidquid boni facere potest, hortamur ut faciat, ut Deus cor eius illustret ad poenitentiam. Et cum sit poenitentia interior, & exterior, de utraque per praemissa satis apparet quae sit uera, & quae sit falsa.

De poenit. dist. 5. cap. Falsas.

DIST. XVI. PARS I.

Assignat partes poenitentiae, ut est Ecclesiae sacramentum, et determinat primo de partibus integralibus poenitentiae.

In perfectione autem poenitentiae tria observanda sunt. Expositio textus.

VPRA eger Magister de poenitentia in sua generalitate. In parte ista agit de eius partibus. Et quoniam principalis pars poenitentiae, ut est sacramentum Ecclesiae, est confessio: ideo primo assignat partes poenitentiae. Secundo uero principaliter, & spiritualiter agit de confessione, & de his, quae spectant ad eam, infra: Hic ostenditur questio multiplex, et cetera. Prima pars duas habet secundum duo genera partium: quaedam enim sunt partes integrales, quaedam subiectiuae. Ideo primo agit de integralibus, ex quibus constat poenitentia perfecta. Secundo de subiectiuis, ibi: Praedictum uero adijciendum est, quod tribus modis agit poenitentia. Prima pars habet tres. In prima assignat illas partes, ex quibus poenitentia integratur, confirmans auctoritate Chrysostomi et Augustini. In secunda tradit modum, secundum quem uera poenitentia constituitur, ibi: Ideo discretio poenitentis. In tertia determinat modum, quo modo quidam non uera poenitentia faciunt, sed falsam, ibi: Et sicut sunt digni fructus poenitentiae.

Diuisio.

S. Bon. To. 5.

Dist. 17.

In per-

In perfectione autem poenitentia tria observanda sunt. Dub. I.

Quæritur, utrum ista tria sint partes poenitentia subiectivæ, vel integrales. Et quod non sint integrales, videtur, quia totum non prædicatur de parte integrali: sed conteri est poenitere, et similiter confiteri est poenitere, et satisfacere: ergo non sunt partes integrales. Si tu dicas, quod istud fallit in toto homogeneo, quia quælibet pars panis est panis: obijcitur quia totum homogeneum habet partes vnius naturæ: poenitentia autem non habet partes vnius naturæ, et conformis. Nam poenitentia continet contritionem, et confessionem, et satisfactionem, quæ sunt diuersa secundum formam. I T E M partes integrales constituentes aliquod totum siue homogeneum, siue heterogeneum debent esse simul, sed hæ partes poenitentia non sunt simul: ergo &c. Quod autem non sint subiectivæ, videtur, quia tota natura totius vniuersalis saluatur in qualibet parte: unde ratio tota animalis est in homine: sed contritio non est tota, et perfecta poenitentia, nec confessio: ergo non sunt subiectivæ. I T E M numeratis partibus subiectivis numeratur totum. Si ergo ista sunt partes poenitentia subiectivæ, cum sint tres, tres sunt poenitentia: aut ergo poenitentia tres virtutes, aut tria sacramenta, quorum vtrumque falsum est.

R E S P. Dicendum ad hoc, quod poenitentia sumitur dupliciter, scilicet pro poenitentia virtute, et pro poenitentia sacramento. Si loquamur de poenitentia virtute, sic contritio, et confessio, et satisfactio non sunt partes integrales, sed potestatiuæ. Sicut enim ab vna essentia plures egrediuntur potentia, sic ab vno habitu plures actus consequuntur: virtus enim poenitentia ordinat hominem ut puniendo se faciat emendam secundum omne forum: et ideo quilibet horum actuum denominationem recipit ab habitu, ut poenitere dicatur: et sic videtur habere rationem partium subiectiuarum. Sed re vera non habent, quia confessio, et satisfactio non est poenitentia, sed actus egrediens a poenitentia: similiter satisfactio, et contritio. Si autem loquamur de poenitentia sacramento, sic sunt partes integrales quantum ad esse perfectum: unde rationabiliter loquitur Magister cum dicit, quod in perfectione poenitentia &c. sic patet, quod nullum horum est perfectum sacramentum sine alio. Et si tu obijcias, quod non habent esse simul, dicendum quod quamuis non sint simul actus, sunt tamen simul voto, vel effectu. Unde quando quis conteritur, habet confessionem, et satisfactionem in proposito: et quando quis satisfacit, conteritur, et habet duorum præcedentium effectum: et sic patet illud.

Ut sicut tribus modis Deum offendimus, et cetera. Ita tribus modis satisfaciamus, et cetera. Dub. II.

Secundum hoc videtur, quod satisfactio non debet distingui contra alias partes. I T E M si tribus modis est satisfacere secundum triplicem modum peccandi: ergo qui peccauit in corde, non videtur quod debeat sibi imponi poena in carne: quia per quæ quis peccat, per hæc et punietur: tunc ergo pro nullo peccato spirituali est imponenda satisfactio: et illud est manifeste falsum, cum peccata spiritualia sint grauiora carnalibus: ergo grauius puniuntur a Deo, et grauius debent puniri a sacerdote.

R E S P. Dicendum quod satisfactio dicitur dupliciter. Vno modo satisfactio dicitur ipsa reconciliatio, et sic quia omnes partes poenitentia sunt ad reconciliationem ordinata, quælibet potest dici satisfactio, siue satisfactoria. Alio modo dicitur satis-

Sap. II. 0

A factio per solutio poenæ debita: et sic competit proprie vni parti poenitentia, quæ est assumptio, siue adimpletio poenæ iniunctæ: Nihilominus tamen alijs partibus competit per accidens, ut pote contritioni ratione doloris coniuncti, qui est in parte sensibili: similiter confessioni ratione erubescencia. Et sic patet primum. Ad illud quod obijcitur, quod non debemus satisfacere exterius pro peccato cordis, dicendum quod illud verbu Chrysoptomi, similiter et Augustini, per appropriationem intelligitur, quoniam ista tria responderet omni peccato mortali: quia quodlibet meretur poenam eternam animæ, et corporis, et cuilibet poena interior, et exterior, nisi tanta sit interior, quod exterior non sit opportuna, et eius locum suppleat. Unde sicut certum est, quod non sufficit confiteri peccatum oris, immo etiam pro illo oportet conteri, et satisfacere: ita et in proposito intelligendum est.

Aug. de sermo. Domini in more li. 1. paulo ante medium 20.4.

Compunctio nobis commendatur. Dub. III.

Videtur accipere compunctionem pro eodem, et contritionem. Sed contra: Super illud psalmi: In cubilibus vestris compungimini. Glossa: Quibusdam stimulis excitat vos, non pro dolore peccatorum, sed ad videndam lucem Christi, et vt inuisibilem amore inardescatis. Sed contritio est de peccatis tantu: ergo non sunt idem: male ergo accipit pro eodẽ.

Psal. 4. b

R E S P. Dicendum quod dolor dicitur contritio, et dolor dicitur compunctio. Contritio, quia conteritur, vel peccata in corde illo dolore teruntur: sed compunctio, quia cor compungitur. Sed compungitur cor secundum duplicem aspectum aut carentiam gloriæ, aut consideratione offensæ: et secundum hoc attenditur duplex dolor, et duplex irriguum, scilicet superius, et inferius: et ita compunctio communior est, quam contritio, sicut patet ex Glossa illa. Magister autem appropriat hic compunctionem ad dolorem de peccatis, ex quorum consideratione pungitur cor quasi quibusdam aculeis.

Iustus in principio sermonis accusator est sui. Dub. IV.

Videtur male dicere, quia aut accusat se iustus in quantum iustus, aut in quantum peccator. Si in quantum iustus: sed omnis qui accusat iustum in quantum huiusmodi, accusat iustitiam, et omnis qui accusat iustitiam, est iniustus: ergo si accusat se in quantum iustus, est iniustus. Si accusat se secundum quod peccator: sed omnis qui accusat peccatorem secundum quod peccator, accusat peccatum, et omnis talis iuste accusat, et est iustus: ergo si accusat secundum quod peccator, accusator est iustus, et ita secundum quod peccator est iustus.

R E S P. Dicendum quod in accusatione est accusans, et accusatus: et cum iustus accusat se, adeest accusans, et accusatus, sed tamen habens quasi duplicis persone rationem, et proprietatem: et secundum quod tenet duplicis persone rationem, ita et duplicis proprietatis, quia ille idem secundum quod iustus accusat se, secundum quod peccator est: & sic patet quod sophisma est de illa reduplicatione, quod potest referri ad actum accusandi ratione subiecti, vel ratione obiecti.

Satisfactio a Iohanne præcipitur. Dub. V.

Videtur male dicere, quia Iohannes non potuit sacramenta nouæ legis instituire: ergo nec satisfactio- nem præcipere.

R E S P. Dicendum quod Iohannes præcepit instituendo, vel prædicando: sed Christus mandauit tam-

Matt. 3. 8 Matth. 4. d tamquam principalis auctor, quia Iohannes præcurrit, vt dicitur: sed Saluator confirmauit, et instituit, vt habetur in Matthæo.

Facite dignos fructus poenitentia. Dub. VI.

Videtur non esse præceptum conueniens, quia digni fructus poenitentia sunt Deo accepti: sed non est in nostra potestate, nec in nostra cognitione ea facere, quæ sunt in diuina acceptione: ergo &c. Item si satisfactio est in præcepto, cum nemo sciat, utrum satisfecerit, quia nemo scit se esse in charitate, videtur quod semper est iteranda satisfactio.

R E S P. Dicendum quod dignitas fructus dupliciter potest accipi, aut per comparationem ad meritum culpæ, aut in comparatione ad diuinam acceptionem. Et nota quod hic vocat dignos fructus poenitentia non in comparatione ad diuinam acceptionem, quia hoc non præcipitur, sed quantum ad meritum culpæ. Similiter intelligendum, quod satisfacere Deo dupliciter est, vel secundum forum suum, et secundum veritatem, et sic non est in præcepto: vel secundum probabilitatem conscientia, et sic est in præcepto. Sed tunc videtur, quod ille peccator, qui non vult suscipere satisfactionem condignam a sacerdote impositam, mortaliter peccet, dicendum quod indignitas fructus dupliciter potest accipi, aut per comparationem ad meritum culpæ, aut in comparatione ad meritum poenæ. Si in comparatione ad meritum poenæ est præceptum affirmatiuum, quod non obligat ad semper: et præterea commissum in potestate sacerdotis: et ita si poenitens hic condignam poenam a sacerdote suscipit, et plenam poenitentiam facit: si propter hoc, quod sacerdos non imponit attendens fragilitatem peccatoris, Dominus expectat, et soluet in purgatorio.

Vt secundum qualitatem, et c. Dub. VII.

Quæritur quæ sit differentia inter qualitatem culpæ, et quantitatem. Cum enim non habeat culpam quantitatem molis, sed virtutis, et hæc sit qualitas, videtur quod non differunt. I T E M si secundum quantitatem culpæ est quantitas poenæ: sed tanta est culpa, quanta est offensæ: et tanta est offensæ, quanta est is qui offenditur: sed ille est infinitus: ergo debet imponi poena infinita. I T E M quo modo poena potest esse secundum qualitatem, cum sint diuersorum generum culpa, et poena.

R E S P. Dicendum quod possibile est quantitatem, et qualitatem culpæ causari ab eodem principio: sed amen secundum aliam rationem, sicut cognoscere conjugatam auget culpam, et vterius ponit in speciem peccati: unde qualitas culpæ attenditur secundum id, quod distinguit peccatum, secundum quod dicitur, quod est inquinamentum carnis, et spiritus: quantitas secundum quod aggravat in eodẽ genere: et his duobus modis respondet qualitas poenæ, vt peccato spirituali poena spiritualis, scilicet oratio: peccato carnali poena in carne, scilicet ieiunium et quantitas quætitati in eodem genere. Et nota quod quantitas peccati non accipitur hic penes eum, contra quem, sed penes libidinem peccantis: et sic patet obiecta, quia hæc quantitas est finita: et assimilatio quætitatis poenæ, et culpæ attenditur in eodẽ genere.

Purgans lacrymis omnem qualitatem vitij. Dub. VIII.

Quæritur, aut hoc est præceptum, aut consilium. Si præceptum est, videtur periculum, quia pauci, aut nulli ita discurrunt descendendo singula: et constans est quod vnica contritione iustificatur homo, qui non potest omnes qualitates considerare. Si consilium: S. Bon. To. 5.

A contra: Sicut dicit Philosophus, species delectationis mouet appetitum: ergo si aliquis ita sigillatim vitium recogitet, videtur quod det sibi occasionem tentationis, et lapsus: ergo melius est obliuisci, quam ita ante oculos reducere.

R E S P. Dicendum quod quantum ad aliquam qualitatem vitij est in præcepto, vt pote quantum ad illam, quæ trahit in genus peccati aliud: quantum ad aliquas est in consilio, scilicet quantum ad illas, quæ non mutant peccati genus. Siue autem sit consilium, siue præceptum, non obligat ad semper. Sed quando est locus, et tempus, et quando poenitens ita maceravit se, et domuit sensualitatem, ita quod ad recognitionem circumstantiarum ignis non incalescit, sed magis indignatio voluntatis, tunc debet talia recogitare, maxime quando est in actu orationis, et gemitu, alias potius debet abigere, quam talia ruminare, maxime in peccatis carnis, in quibus habet homo incitationem intra, propter quod signanter dicitur: Fugite fornicationem: quasi dicat non tantu in opere, vel in volutate, sed etiã in recogitatione.

Defleat virtutem, qua interim caruit. Dub. IX.

C O N T R A: Contritus non debet dolere nisi de culpa: ergo si debet dolere de carentia virtutis, videtur quod hoc sit culpa: sed in infinitis instantibus caruit: ergo in infinitis peccauit. I T E M cum multæ sint aliæ circumstantia, sicut determinat Tullius, scilicet quis, quid, cur, quando, vbi, quo modo, quibus auxilijs: et illa, quæ est quis, diuidit in duodecim circumstantias, scilicet numerus, mora, conditio, scientia, et cetera, quæ ibi patent: videtur quod Augustinus nimis insufficienter hic tangat.

Aug. de vera et fals. poen. cap. 14. 1.4.

R E S P. Dicendum quod non solum contritione deflentur peccata, sed etiam poenæ peccatorum: poenæ inquam, quæ sunt sequelæ, et quæ dehabilitant, et reddunt hominem ineptum ad bonum. Inter has præcipua est carentia virtutum: et per hanc Augustinus intelligit alias sequelas vitiorum, quæ considerandæ sunt, et descendæ: non quia sunt culpa, sed poenæ, non inflicta, sed acta. Ad illud quod obijcitur, quod plures ponit Tullius, dicendum quod Augustinus non ponit hic omnes circumstantias, sed solum aggravantes: Tullius vero omnes circumstantias, quæ contingunt negotium, vel personam. Possunt autem omnes circumstantia reduci ad quattuordecim, quæ his versibus notantur.

Aug. ubi supra.

Aggravat ordo, locus, persona, scientia, tempus, actus, conditio, numerus, mora, copia, causa. Est modus in culpa, sicut alius, lucta, pusilla.

Ex his autem, sex respiciunt personam, scilicet scientia, ordo, aetas, conditio, persona, et status. Tres respiciunt crimen, siue actum, scilicet numerus, mora, et modus agendi. Tres respiciunt causam, scilicet copia, causa, lucta pusilla. Et duæ sunt adiacentes, scilicet locus, et tempus.

Cum gaudio enim debet facere immortalis futurus. Dub. X.

Videtur male dicere, quia poenitentia maxime consistit in dolore, et lacrymis: ergo non debet facere cum gaudio, sed potius cum dolore. Si tu dicas, quod vtrumque ibi concurrat, quæritur quare potius dicit cum gaudio esse faciendum.

R E S P. Dicendum quod ideo hortatur ad gaudium, quia illud est conseruatiuum omnium virtutum, et maxime virtutum quæ consistunt circa poenitentiam. Unde Philosophus dicit, qui continet, et hoc ipso gaudet, iure castus est. Et ille vere habet perfectam fortitudinem, qui non solum nõ succumbit, sed etiã in poenitentialibus, vel poenalibus gaudet: et hæc est principalis ratio, quare hortatur ad gaudium, quia aliter

1. Cor. 6. d

aliter assumptio pœnalitatis non est virtuosa. Ratio autem quare gaudendum est in pœnitentia, est multiplex. Prima est consideratio æquitatis. Secunda est consideratio vilitatis. Æquitas est maxime ibi: vt caro quæ traxit peccatum, et subiugauit per delectationem, et inimica est spiritui veritatis: econtra subiiciatur per afflictionem, et per hoc reconciliatur, et de inimico vindicta sumatur. Vnde sicut homo carnalis multū gaudet in depressione inimici, ita spiritualis debet gaudere de afflictione carnis. Et sicut iudex iustus gaudet in exercitatione iustitię, sic pœnitens debet gaudere: et ideo dicitur: Gaudium est iusto facere iustitiam. Et: Cor quod nouit amaritudinem animæ suę, et cetera. Alia est consideratio multiplicis vilitatis, quæ est tabula liberationis a naufragio. Vnde sicut gaudet quis, quando de naufragio euadit, sic pœnitens debet gaudere. Alia ratio potest esse ex parte boni, quia renouat hominem, secundum illud Psalms: Renouabitur vt aquilę iuuentus et cetera. Damna etiam spiritualia ibi restantur. Et sic patet multiplex ratio gaudij. Et quod obijcit, quod debet facere cum dolore, dicendum, quod istud non impedit, quia quando quis vehementer dolet, in solo dolore inuenit delectationem. Vnde exemplum est de Augustino, qui narrat quod quando mortuus erat socius, in nullo delectabatur nisi in gemitu: et pœna erat ei omnis alia delectatio, et in hac sola quiescebat: quanto magis igitur debet quis in dolore de propria morte lætari? et ideo recte dicit, quod cum gaudio facere debet, et cetera.

Prout. 2. 1. b
Prout. 1. 4. b

Psal. 102. d

Aug. lib. 4. confess.

Caneat ne ductus verecundia diuidat apud se confessionem. Dub. XI.

Videtur male dicere, quia quanto pluribus reuelat, tanto maior erit verecundia, et plus habet vnde erubescat. Vnde videtur quod hoc non sit ex verecundia, sed contra verecundiam.

RESP. dicendum quod verecundia potest esse maior dupliciter, aut quia reputatur quis peccator enormis, et magnus, aut quia a pluribus esse peccator cognoscitur: et prima verecundia maior est: et ideo pro vitanda maiori, vnde assumeret quis minorem, ac per hoc derogaret veritati confessionis, quæ non est diuidenda, sicut patebit infra.

Dist. 21. p. 2. adu. 3. dist.

Caneat etiam ne prius ad Dominicum corpus accedat, quã confortet se bona conscientia. Dub. XII.

Quæritur quid vocatur hic confortari bona conscientia. Videtur enim, quod qui est in gratia, possit accedere sine culpa: et talis est contritus ante confessionem. Sed in contrarium est, quod dicit Hugo in epistola ad Bernardum: Audacter dico, si fuerit contritus, non tamen debet communicare, antequã confessus fuerit: propter hoc est quæstio, vtrum aliquis contritus in casu aliquo possit accedere ad communionem.

RESP. dicendum quod tunc aliquis confortat se bona conscientia, dum probabiliter percipit culpam sibi esse dimissam: hoc autem percipit quando facit, quod in se est ad obtinendam veniam. Tunc autem plene facit quod in se est ante communionem, si habet sacerdotis copiam: tunc enim si confitetur exterius, conscientia interior confortatur, et bene potest accedere. Si autem habet copiam, et non confitetur, male facit si accedit. Si vero non habet copiam aut habet necessitatem conficiendi, vt sacerdos parochialis: et tunc potest accedere cum dolore, et proposito confitendi. Aut non habet necessitatem: et sic nullo modo debet accedere ante confessionem, quia qui fuit per mortale peccatum excommunicatus, ad sacramentum vnitatis Ecclesię non debet accedere,

A nisi prius reconciliatus Ecclesię, nisi alias cogatur: et tunc euidenter excusatio habetur.

Cohibeat etiam se a ludis, a spectaculis. Dub. XIII.

Quæritur, quare notantur ista duo, et quare dicit ipsum debere se cohibere: aut enim sunt mala, aut bona, et licita. Si mala: tunc ergo omnes debent se cohibere. Si vero bona, et licita: ergo nullus debet se cohibere.

RESP. Dicendum, quod sicut dicitur in Glossa: Ludus est gesticulatio libidinosa, cuiusmodi est in choreis. Spectacula sunt sicut dicit Augustinus, ci-thara, et venatio, et huiusmodi: dico igitur quod ludus chorearum non est malus secundum se, sicut patet de sorore Moysi: sed sit malus quadruplici de causa. Propter modum, quando est modus lasciuus. Propter finem, quando fit ad procreandam libidinem. Propter tempora, vt si fiat tempore tristitię. Propter personam, vt si fiat a persona religiosa: his remotis potest fieri. Quoniam igitur pœnitens persona est, cui non competit, et quamdiu vere pœnitet, est in tempore tristitię: ideo ei non competit. Similiter iudicandum est de spectaculis, his enim quattuor de causis possunt male fieri, et fiunt: his exclusis bene possunt fieri.

1. Cor. 10. b
Aug. de ve
ra et falsa
pœni. c. 15.
1. 4. sup. p. 149.
Exo. 15. c

Non omnes digni fructus sunt digni fructus pœnitentia. Dub. XIV.

Videtur male dicere, quia opera quæ facit pœnitens ex virtute pœnitentię sunt fructus virtutis, et non nisi pœnitentię: ergo et cetera. Præterea, sicut virtus pœnitentię est circa bonum, et difficile: ita alię virtutes: ergo et cetera. ITEM cum fructus dicatur a fruendo, quo modo opera pœnitentię possunt dici fructus?

RESP. Dicendum quod opera pœnitentię dicuntur fructus non quia eis fruamur, sed quia ad fruitionem ducunt. Vel fructus metaphorice, sicut ex arbore nascitur pomum, quod dicitur fructus arboris, ita ex voluntate pœnitentis bonum opus. Et nota, quod differt dicere bonum fructum, et dignū fructum pœnitentię. Bonus fructus potest dici omne opus bonū, dignus fructus plus dicit, scilicet bonum opus, cum conuenientia ad statum. Bonū enim est opus, et ita perfectum, si competat statui. Sed dignus fructus pœnitentię non dicitur solummodo bonum opus, prout competit statui, sed etiam vt competit merito peccati: quia qui plus peccauit, ampliora debet pati, vt Gregorius determinat in homilia.

Ideoq. miles vel negotiator, vel alicui officio deditus, quod sine peccato exerceri non potest, si culpis grauioribus irretitus ad pœnitentiã venerit. Dub. XV.

CONTRA: Si hoc verum est: ergo nullus negotiator, vel miles saluatur: et hoc est contra sacrã Scripturam. Nam beatus Ioannes militiã non reprobauit, sed dixit: Contenti estote stipendijs et cetera. Item de negotiatoribus: Zabulon in litore maris habitabit, vbi secundum litteram terra Zabulon benedicatur negotiatoribus. Itē si hoc verū esset, periret militia, quę necessaria est ad defendendam fidē: periret negotiationes, sine quibus multę terrę nõ possent viuere.

Luc. 3. c
Gen. 49. b

RESP. Dicendum quod militia, et negotiatione, et officio telonij, siue vectigalium exactione, a qua dicitur Mattheus publicanus, potest quis recte vti, si facit eo modo quo instituta sunt: vt miles nemini iniurietur: negotiator neminem circumueniat: et telonearius nõ exigat vectigal immoderatū, sed quod institutum est ex certa causa, et vili: et hoc totum potest esse sine peccato, et hoc modo pœnitens potest

test in hoc statu saluari. Sed his propinquissimæ sunt abusiones: in militibus violentiæ, in negotiatoribus deceptiones, in alijs immoderatę exactiones: et ideo huiusmodi sunt periculosa. Et quantum ad tales abusiones dicit Gregorius: Non pœnitet quis quousque dimittat hæc, scilicet quantum ad abusionem.

A sentit quis a peccatis, videtur quod non dolor, sed gaudium est contritio.

4. ITEM contritus dolet de peccato facto: aut ergo quia vult ipsum esse factum, aut quia nõ vult. Si quia vult, cum factum sit, tunc euenit quod vult. Si quia non vult: sed omnis voluntas est indiscreta, quæ appetit impossibile, et refugit necessarium: ergo cum voluntas contriti non sit talis: patet et cetera. Si dicas quod verum est de voluntate absoluta, sed non de velleitate: et talis est contritio.

5. CONTRA: Contritus habet voluntatem a virtute, et gratiam informatam: sed omnis talis consistit in pleno consensu: ergo voluntas contriti non est velleitas, sed plena voluntas: et ita nulla est ista responsio.

6. ITEM differt dolor, et timor, quia dolor est affectio de præfenti malo, sed timor de futuro: sed peccatum est præteritum, et de eo est contritio: ergo non est dolor. Si dicas, quod non est præfens secundum effectum, sed secundum aspectum: similiter et futurum est præfens secundum aspectum: ergo sicut est dolor de præterito, ita etiam de futuro.

7. ITEM cum contritio sit dolor, vt quid magis denominatur nomine cõtritionis, quã doloris?

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam huius partis quæritur de cõtritione: et circa hoc principaliter quattuor queruntur. Primo quæritur de contritione quantum ad quidditatem. Secundo quantum ad quantitatem. Tertio quantum ad durationem. Quarto quantum ad intentionem. Quantum ad primum quæritur duo. Primo quæritur de contritione, quid sit quantum ad suam substantiam. Secundo quid sit in genere moris.

QVÆSTIO I.

An contritio sit dolor voluntarie pro peccatis assumptus.

CONCLUSIO.

Contritio est dolor per essentiam, sumendo dolorem pro dissensu voluntatis, non pro passione in sensu.

RESP. AD ARG. Dicendum quod sicut peccatum perpetratur per consensum, sic econtra deletur, et destruitur per dissensum voluntatis rationalis: et quia dissensus ab ea re, quam impossibile est non esse, generat dolorem, sicut dicit Augustinus: ideo dicendum, quod contritio est dolor per essentiam. Sed attendendum, quod dolor dicitur dupliciter. Vno modo ipse dissensus voluntatis, alio modo passio resultans in sentientem, vel sensualitatem ex illo dissensu, per quam prorumpit homo in lacrymas, et ille dissensus est de essentia contritionis, sed illa passio est effectus eius.

Aug. 14. de
citi. Dei. c.
15. r. 5.

Explicatio.

FVNDAMENTA-

Ambrosius ser. Quadrage sima.

Aug. de vera et falsa pœni. cap. 14. 8. 4.

AD OPPOSITIVM.

Di. 14. cap. His verbis. Aug. Enc. c. 19. p. 3.

Aug. 14. de cini. Dei c. 15.

IRCA quam proceditur sic. Magistri dicunt, quod contritio est dolor voluntarie pro peccatis assumptus: et quod ita sit, videtur: quia sicut dicit Ambrosius: Pœnitentia est commissi delere. Eriturum: Pœnitentia est dolor, et amaritudo mentis pro peccatis, quæ quisque commisit: sed hoc non est confessio, neque satisfactio.

ITEM Augustinus: Dolendum est, et dolore purgandum: sed contritio est illud in pœnitentia, quod peccata purgat: ergo contritio est dolor.

ITEM ratione videtur, quia primum quod est in pœnitentia est dissentire a peccato facto: sed quod factum est, necesse est esse factum: sed cum aliquid displicet alicui vehementer, quod tamen non potest facere, quin fuerit, generat dolorem: ergo et cetera.

CONTRA: Sicut vere pœnitentem necesse est dolere, ita et oportet pudere: ergo pudor est de pœnitentia, et non est confessio, nec satisfactio: ergo contritio, et sic et cetera.

2. ITEM in pœnitentia non tantū est dolere, verū etiam gaudere: vnde in præcedenti distinctione: Dolet, et de dolore gaudeat: ergo quemadmodum contritio dicitur dolor, ita etiam debet dici gaudiū.

3. ITEM videtur quod nõ sit dolor, quia sicut dicit Augustinus: Dolor est dissensus ab his rebus, quę nobis nolentibus accidunt: Sed contritio est dissensio a peccatis, quæ nobis volentibus accidunt: ergo et cetera. Si dicas, quod peccata prius sunt placita, et volita, post autem displicent, et non sunt volita, et pro illo tempore est dolor. Contra: Dolor est, ex conjunctione disconuenientis: ergo ab oppositis est dissensio: dissensio autem non est dolor, sed gaudium: ergo si peccata displicent, et per contritionem dif-

1. Quod ergo obijcitur, quod sit pudor, et gaudiū, sicut et dolor, dicendum quod pudor consequitur ad illum dissensum, secundum quod dissensio a peccato tamquam a turpi. Consequitur etiam gaudium secundum quod ex illo dissensu sentit se elõgari a peccato, immediatius autem consequitur passio, quæ est dolor. Nam ipse dissensus vehemens a re, quam nolimus esse, et tamen est, immediate dolorem generat, quia dissensus: sed quia a turpi generat pudorem, et quia ab illo elongat gaudium.

3. AD illud quod obijcitur, quod peccatum nobis volentibus accedit, dicendum quod peccatum est voluntarium quo ad delectationem, sed non voluntarium ratione malitię, et deformitatis, et pœnæ. Sed illud non soluit, quia dolor non tantum est de deformitate, immo etiam de delectatione. Ideo dicendum, quod ad hoc quod doleat, sufficit quod illud de quo dolet, sit nolitum pro tempore in quo dolet: et non oportet, quod pro omni tempore. Et quod in contrarium adducit, quod dissensus a re disconuenienti generat gaudium, verū est quando est tantum dissensus, vt puta cum refugit, ne faciat peccatum, non dolet, sed gaudet: sed quãdo est dissensus cum conjunctione, tunc est dolor: et ita est in contritione, quia nollit peccasse: et tamen necessarium est ipsum peccasse.

4. AD illud quod obijcitur, quod contritus vult impossibile, dicendum quod velleitate vult, non voluntate absoluta: sicut aliquis ex pietate de illo, qui mortuus est, vult quod viuere.

5. ET quod obijcit, quod virtus est in pleno consensu.

QVÆSTIO II.

An contritio sit actus virtutis.

Alex. Alenf. 4. p. q. 17. memb. 2. ar. 1. §. 2. S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 1. ar. 2. Et 4. Sent. dist. 16. q. 1. ar. 1. q. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 16. q. 2. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 17. q. 3.

QVID sit contritio in genere moris. Et quod sit actus virtutis, videtur, quia omnis actus difficilis et meritorius est actus virtutis, vel doni, vel beatitudinis: sed contritio est humilium, et non est doni, nec beatitudinis: ergo est virtutis.

ITEM omnis actus meritorius spiritualis, qui egreditur a potentia determinata, est virtutis spiritualis: sed contritio est huiusmodi: ergo contritio est virtutis spiritualis.

ITEM Pœnitentia est dolor, et amaritudo mentis: sed constat illud esse dictum per causam, quia pœnitentia (vt dicit Ambrosius) facit dolere: ergo si contritio est dolor, contritio est actus virtutis pœnitentiæ: ergo et cetera.

SED CONTRA: Contritio est dolor: sed dolor est passio, et passio non est actus virtutis, nec gratiæ: ergo nec contritio: quod dolor sit passio, patet: quia dolor opponitur delectationi.

ITEM contritio est expulsiva peccati: sed peccatum expellere est ipsius gratiæ: ergo contritio est gratiæ actus. Si tu dicas hoc esse virtutis. Contra: Aut hoc est virtutis per gratiam, aut econverso. Constat quod virtutis ratione gratiæ, quæ est vita: et ideo expellit mortem: cum ergo contritio per se sit expulsiva peccati, patet quod contritio est actus gratiæ.

ITEM contritione omnia peccata expelluntur: sed omne tale est commune ad omnem animæ potentiam, et habitum: ergo contritio non est actus virtutis: aut si est, non est actus virtutis specialis.

CONCLUSIO.

Contritio est specialis motus virtutis pœnitentiæ.

RESP. AD ARG. Dicendum quod circa hoc triplex fuit opinio. Quædam, quod contritio est motus liberi arbitrij informati gratia, non virtute: propter quod est expulsiva peccati. Alia, quod est motus omnium virtutum, quia contra omnia peccata. Tertia, quod est motus virtutis specialis, scilicet pœnitentiæ. Et habent istæ tres opiniones ortum ab opinionibus de pœnitentia: quia quidam dicebant, quod pœnitentia esset gratia, quidam quod virtus generalis, quidam quod specialis. Sed cum supra ostensum sit ipsam esse virtutem specialem, cuius motus est peccatum detestari commissum ad emendam: et hæc est arbor: dicendum quod contritio est motus specialis virtutis, scilicet pœnitentiæ.

AD illud quod obiicitur, quod est passio, dicendum quod dolor dicitur dupliciter. Vno modo dissensus voluntatis rationalis. Alio modo passio redundans in sentientem, vel sensualitatem. Primo modo est motus voluntatis: et sic contritio est dolor per essentiam. Alio modo est passio: et sic contritio est dolor per concomitantiam.

AD illud quod obiicitur, quod delere culpam est gratiæ, dicendum quod etiam delere culpam sit gratiæ: tamen in adulto qui præparat se per vsum liberi arbitrij, infunditur gratia, vt in tali vsu est: et delentio culpæ

FVNDAMENTA.

AD OPPOSITVM

Opinio 1.

Opinoi. 2.

Opinio. 3.

Dist. 14. p. 1. ar. 1. q. 2.

Prout. 13. a

sensu, dicendum quod consensus semiplenus aut est propter defectum voluntatis, sicut piger vult, et non vult: et talis velleitas non est gratiæ, sed pigritiæ. Aut est propter defectum voluti, quia non est natum eligi, cum sit impossibile: et talis bene est a virtute, vt patet in pietate, et hic est plenus consensus a parte voluntatis, quia reflectitur voluntas supra se, et vult se sic velle.

AD illud quod obiicitur, quod dolor est de presenti, dicendum sicut dictum fuit, quod est de presenti secundum aspectum. Quod obiicitur in contrarium, quod non sufficit quod sit præsens secundum aspectum. Respondent aliqui, quod est præsens secundum reputationem, quia pro tali reputat se vere contritus, et csi esset infectus peccato prius factio. Sed illud non soluit, quia esto quod constaret sibi de iustitia præsentis: tamen adhuc doleret de præterito. Ideo dicunt alij, quod est præsens secundum effectum, quia remanent reliquiæ. Sed tunc esto quod nullæ reliquiæ remanerent, adhuc tamen doleret homo de malo, quod fecit. Ideo dicendum, quod ad dolorem faciendum sufficit, quod res quæ displicet voluntati, sit præsens aspectui, non secundum coniecturam, sed secundum certitudinem quia ita est, et non potest aliter esse, et tunc est dolor, siue illud de quo genitus est, sit præsens, siue præteritum, siue futurum. Vnde cum dicitur mihi certitudinaliter, quod aliquis quem diligo, cras morietur, generat in me dolorem: multo magis de præterito, in quo est perfecta certitudo.

AD illud quod quæritur, quare magis denominatur nomine contritionis, et quæ conuenientia doloris ad contritionem. Dicunt aliqui, quod ideo hoc nomine censetur, quia sicut vnguentum sanatum conficitur ex multis herbis in mortariolo contritis, sic vnguentum compunctionis conficitur ex herbis peccatorum, quæ natæ sunt in terra nostra, cum conteruntur in mortariolo conscientiæ: ita videtur Bernardus super cantica dicere. Sed tunc ab hac contritione non diceretur homo contritus, sed conterens. Ideo addendum, quod in hac contritione tria sunt attendenda, quod conteritur, a quo conteritur, et ad quid contritio terminatur. Quod conteritur est cor peccatoris, quod est tamquam vas fictile repletum veneno peccati: iuxta illud: Fel draconum vinum eorum et cetera. A quo conteritur est duplex mola, vna superius sursum eleuans, et hæc est spes veniæ ex consideratione misericordiæ. Alia mola deorsum deprimens, est timor pœnæ, veniens ex consideratione diuinæ iustitiæ. Et de his molis dicitur: Non accipies loco pignoris inferiorem, et superiorem molam. Istud vas ad hoc conteritur, vt emollescat, quia durum est. Cor enim durum male habebit in nouissimo. Vel melius, vt peccati delectatio totaliter effundatur: ideo dicitur contritio, non fractio: quia fractio est in maiores partes, contritio in minores: et quando in maiores partes est fractio, sapor aliquo modo remanet: vt autem non remaneat, nec sapor, nec veritas, ideo in partes minimas conteritur. Et hæc delectatio totaliter remouetur per pœnam æternam, et remouetur per gratiam: et ideo vtrouique dicitur contritio et in pœna æterna, secundum illud: Conteretur cum delinquente delictum. Et per gratiam: Cor contritum et humiliatum Deus non despicies. Sed aliter, quia ibi conteritur in puluerem, non vt aliud vas fiat: quia de impijs dicitur: Non sic impij, non sic, sed tamquam puluis et cetera. Sed in contritione gratiæ est contritio ad generandum vas nouum et solidum per humorem gratiæ, et lacrymarum: et ideo recte dicitur contritio, non attritio: quia partium tritarum est vnio, vt fiat vas in honorem secundum illud de Paulo: Vas electionis est mihi. Si quis emundauerit se ab his, erit vas et cetera. sic patet ratio dicti.

Ber. in ser. 10. super Cantica.

Dent. 32. e

Dent. 24. a

Eccli. 3. d

Eccli. 27. b

Psal. 50. c

Psal. 3.

Act. 9. f

2. Tim. 2. c

culpæ in illo sit per gratiam, vt induit rationem virtutis: et ideo per pœnitentiam, quæ concernit gratiam, et habitum virtutis.

AD illud quod obiicitur, quod omnia expellit, dicendum quod expellit per modum detestantis, et vnus virtutis est omne malum detestari sub ea ratione, quæ est Dei offensum, et quia commissum est contra Deum: et sic contritio detestatur, et expellit, et est virtus pœnitentiæ. Vnde sicut obedientia opera omnium virtutum respicit sub ratione mandati, nec propter hoc est virtus generalis, quia licet ista differant per essentiam, tamen ratio formalis est vna secundum speciem: sicut in proposito. Et est simile de visu, quia qui videt hominem, et plantam, quæ non solum differunt specie, sed etiam genere: videt tamen, quia sunt colorata: videt etiam albū, et nigrum, quæ sunt obiecta per se, et differunt specie, et tamen ipse non differt, quia videt per naturā lucis: sic contritio detestatur superbiam, et luxuriā in quantum malum contra Deum perpetratum ab ipso, qui conteritur. Et si tu obiicias, quod contritio est vis concupiscibilis, et pœnitentia est in irascibili, supra solum est. Nam dolor, et odium cum insurrectione consistit in irascibili, tamen cum illo est dolor quidam in concupiscibili: et iste est imperatus a pœnitentia, et coniunctus cum illo dolore: et sic patet quod non est contrarium prædictis, quia vtrumque concurrat ad contritionem: sed primus dolor est præcipuus, et principalis.

Exemplum

Dist. 14. p. 1. ar. 1. q. 3.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER quantum ad secundum articulum quæritur de contritione quantum ad quantitatem. Et circa hoc duo quærentur. Primo quæritur, vtrum necesse sit dolorem contritionis esse maximum. Secundo, vtrum possibile sit in illo dolore cadere excessum. De quantitate enim contritionis a parte gratiæ non est dubium, quia tantum est Deo accepta, quantum est gratia.

QVÆSTIO I.

An sit necesse dolorem contritionis esse maximum.

Alex. Alenf. 4. p. q. 17. Mem. 2. ar. 1. §. 5. S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 3. ar. 1. Et 4. Sent. d. 16. ar. 3. q. 1. Guil. Alif. 4. Sent. 17. ar. 6. c. 2. q. 3. Steph. Brul. 4. Sent. d. 16. q. 3. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 17. q. 9.

FVNDAMENTA.

Glos. interlinearis. lere. 6. g

Aug. de ciui. Dei. 1. 2. 6. 26. 1. 5.

VRUM necesse sit dolorem contritionis esse maximum, id est vtrum ad hoc quod contritio sit sufficiens, necesse sit plus dolere de peccato, quam de aliquo temporali. Et quod sic, videtur: Lucum vnigeniti fac tibi. Glossa: Docet pœnitentem, quid facere debeat. Et alia Glossa: Nihil dolentius morte vnigeniti: ergo tantum debet quis dolere de peccato, quod de nullo magis.

ITEM Augustinus: Necesse est vt tantum vrat dolor, quantum hæserat amor: ergo si dolet plus de amissione rei temporalis, quam de amissione Dei per culpam: plus ergo diligit rem temporalem, quam Deum: sed nullus talis pœnitet vere: ergo et cetera.

ITEM ratione videtur, quia dolor fundatur in amore, et omnis affectio, vt dicit Augustinus:

sed amor Dei debet esse maior omni amore creaturæ: ergo et dolor ex amissione Dei.

ITEM dolor contritionis est a gratia, et libero arbitrio, sed alius tantum a culpa, et libero arbitrio: sed gratia plus roborat in bono, quam culpa inclinet ad malum: ergo motus doloris fortior.

ITEM animus iustus plus Deo vnitur, quam sibi per amorem: sed de eo, cui magis vnitur, magis dolet cum separatur: ergo magis dolet se per peccatum separatum esse a Deo, quam de morte proximi, et morte sua, si esset possibile.

ITEM omnis habens animum ordinatum plus dolet de amissione maioris boni: sed Deus est summum bonum, et omnis contritus habet animum ordinatum: ergo plus dolet de amissione Dei, quam de amissione alterius boni creati.

SED CONTRA: Ostenditur quod non oportet esse maiorem, quam de aliquo temporali, quia albius est, quod est nigro impermixtus: ergo maior est dolor, qui minus habet de gaudio: sed dolor contritionis est mixtus gaudio, alius sine aliquo gaudio est quandoque: ergo ille maior.

ITEM magis dolendum est de eo, quod recuperari non potest, quam de eo, quod recuperari potest, et recuperatum est: sed amissio filij non potest recuperari, amissio Dei in pœnitente est recuperata: ergo non tantum dolere debet de amissione Dei, quantum de amissione filij.

ITEM quod non oportet tantum dolere, videtur, quia quantumcumque parua sit gratia, delet omnem culpam: ergo similiter ex parte doloris quantumcumque paruus est, dum tamen gratia sit informatum, delebit omnem culpam: ergo non oportet, quod sit maior omni alio.

ITEM si hoc oporteret, tunc pauci essent contriti: pauci enim sunt qui mallent esse cæci, quam nunquam peccasse. Videmus etiam multos viros pœnitentes, qui flent ex morte confanguineorum, qui non possunt flere pro peccatis.

CONCLUSIO.

Contritionis dolor quo ad sensum non est necesse quod sit maximus, neque secundum difficultatem rationis absolute, sed bene in comparatione ad alios dolores.

RESP. AD ARG. Dicendum quod cum quæritur de quantitate doloris, dolor potest dici difficultatis rationis, vel passio ex hac resultans in sensualitate. Si hoc secundo modo accipiatur, dico quod non est necesse magis dolere de peccato, quam de re temporali: nec etiam necesse est dolere, quia non est in potestate cuiuslibet: talis enim dolor non consequitur amorem, sed consequitur ipsam affectionem, et affectio experimētalem cognitionem: et quia non omnes habent experimētalem dilectionem, ideo non omnes ita sensibilibiter dolent de peccatis: tamen quod magis etiam sensibilibiter doleat aliquis de peccato, quam de aliquo damno, hoc est perfectionis, et congruum, non necessarium. Sed in quantum dolor dicitur difficultatis rationis, sic dico quod difficultatis mensuratur secundum quantitatem charitatis.

Quantitas autem charitatis dupliciter potest accipi, vel in se, vel in comparatione ad alios amores. In se, sic dico quod est parua, et maior, et maxima. In comparatione ad alios, sic dico quod vendicat sibi dominium in corde, quamdiu est: nec vnquam ibi est, nisi sit domina: vnde dico quod ad hoc quod aliquis habeat charitatem, necesse est quod diligat Deum super omnia. Hoc autem est diligere Deum super omnia, quod pro nullo damno, vel commodo velit offendere Deum: sic intelligendum est de difficultate contritionis. Vnde dico, quod peccatū debet

Trahitur ex 1. 4. d. ci. Dei ca. 15. tom. 5.

Deficit arg. vltimum.

AD OPPOSITVM Arist. 3. Top. 4. loco 9.

debet tantum displicere rationi, quod nullo pacto, nullo commodo, vel incommodo velit in ipsam consentire, vel concessisse: quoniam voluntas, quae ex aliqua causa consentit in peccatum, iusta non est. Vnde sicut non oportet habentem charitatem velle mori pro Christo: sed in casu, in quo vel oportet ipsum amittere charitatem, vel vitam: tunc tenetur magis velle mori pro Christo, quam charitatem amittere: sic in proposito est intelligendum, quod non tenetur nunc pro satisfactione, vel reconciliatione peccati omnem poenam sustinere, quia Deus non exigit: et ideo sicut ego possum saluari non sustinendo martyrium, sic possum reconciliari Deo sine multis doloribus. Haec sunt dicta de amissione reum temporalium. Si vero de comparatione, et praeelectione culpae, vel poenae quaeratur: Respondent aliqui, et faciunt in hoc vim, quia potest intelligi respectu praeteriti, vel futuri. Sed ego non video in hoc vim, quia iusta voluntas, et vere poenitens ita detestatur praeteritum peccatum, quod fecit, sicut futurum ne fiat: et ita est peccatum velle peccasse, sicut velle peccare. Ideo de peccatis praecedentis dolore, et detestatione, dicendum quod in casu in quo oportet praeligere, vel consentire in peccatum, siue complacentiam peccati, vel tolerantiam poenae, quilibet tenetur praeligere, siue magis eligere poenam quam velle peccare, vel peccasse. Praeter casum necessitatis dico, quod praeligere omnem poenam est perfecta virtus, dubitare vero est infirmitatis, quia timor naturalis valde facit dubitare: et ista dubitatio simul potest stare cum charitate: sed praeligere culpam alicui poenae, hoc est iniquitatis, si est cum deliberatione, et plena voluntate, quia omnis voluntas est iniqua, quae peccatum vult vel absolute, vel conditionaliter. Vnde periculum est, et stultitia quaerere hoc ab aliquo infirmo, vel etiam a seipso, quia hoc est hominem ponere in tentationem: vnde nullus confessor debet hoc ab aliquo, qui sibi confitetur, quaerere: sed si poenitens se offerat, et dicat se malle mortuum esse, quam peccasse, vel simile aliquid, gaudendum est, quia signum bonae voluntatis est. Si ergo quaeritur, utrum dolor contritionis necesse sit esse maximum. Si dicatur de dolore sensualitatis, manifestum est quod non. Si de displicentia rationis, aut quantum ad intentionem motus absolute: et sic ne hoc modo oportet esse maximum. Si in comparatione ad alios dolores, dico sicut de amore, quod oportet quod habeat praedominium: et sic procedunt rationes probantes ipsum inter omnes alios dolores de rebus creatis obtinere principatum. Quod si intelligatur de dolore sensualitatis, ad omnes per interemptionem solvendum est, sicut tactum est, quia sequitur experientiam, et delectationem, et etiam complexionem, vel aliquod tale: ideo sensibiliter magis dolet quis de morte vniuersali.

A d illud tamē quod obiicitur ultimo, quod semper superior mouet inferiores, dicendum quod verum est in his, in quibus naturae sunt simpliciter obedire, sicut in motu manuum, vel pedum: sed non est ita in affectionibus nisi per multam assuefactionem.

1. A d illud quod obiicitur, quod paruus quia admixtus gaudio, dicendum quod dolor contritionis quando est in anima bene disposita, valde magnus est, et gaudium mitigat dolorem, et intendit: ideo enim dolet, quia vult dolere: et quanto magis appetit dolere, tanto magis dolet, et quanto videtur se magis dolere, magis gaudet: ideo patet quod non remittitur, quia non habet oppositionem, immo vnum est causa alterius: tamen bene concedo, quod mitigatur, et minus laedit: vnde intenditur, et mitigatur. Intenditur respectu peccati, et mitigatur respectu poenitentis. Intenditur respectu obiecti, mi-

Idē s. Tho. di. 17. q. 1. ar. 3.

A tigur respectu subiecti. Vel intenditur sub ratione displicentiae, mitigatur sub ratione poenae.

2. A d illud quod obiicitur, quod potest recuperari, dicendum quod hoc etiam mitigat dolorem, ut dolor contriti non sit cum desperatione, sed cum spe. Tamen quia contritus de se non sperat quantum est de se, ita se affligit dolore, ac si omnino perdidisset: respirat tamen in misericordia Dei. Et quod obiicitur, quod magis est dolendum de re irrecuperabili, dicendum quod verum est ceteris paribus.

3. A d illud quod obiicitur, quod minima gratia delet omnem culpam, dicendum quod dolor quantumcumque sit paruus, sufficit si sit gratia informatus: sed tamen numquam gratia informat, quin vendicet sibi in corde dominium quo ad actum, vel motum voluntatis rationalis, non sensualitatis.

4. A d illud quod obiicitur, quod pauci, vel nulli mallent esse caeci, quam peccasse, iam patet responsio secundum viam praedictam. Si enim in necessitate essent positi, scilicet vel quod a detestatione peccati defisterent, vel quod oculos amitterent: et loquor de detestatione interiori, necessario haberet praeligere: nunc autem non habent.

QUESTIO II.

An sit possibile in dolore contritionis cadere excessum.

Alex. Alenf. 4. p. q. 17. memb. 2. ar. 1. §. 4.
S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 3. art. 2.
Rich. 4. Sent. d. 17. art. 1. q. 8.
Steph. Brul. 4. Sent. d. 16. q. 4.

VTRUM possibile sit in dolore contritionis cadere excessum. Et quod sic, videtur, quia omnis motus, cui ad hoc quod sit bonus, debet admisceri aliquid de contrario, potest esse nimius: sed dolori contritionis debet admisceri gaudium: ergo potest nimis intendi.

2. I T E M omnis virtus, quae habet obiectum creatum, potest habere nimium, quia si creatum est: ergo habet sibi debitum limitatum amorem, et odium: sed contritio, siue poenitentia est huiusmodi: ergo potest habere excessum.

3. I T E M in contritione dolor est passio: sed omnis passio in re corporali facta, potest magis et magis intendi, et per suam intentionem potest inducere mortem: et quae mortem inducit, est superflua: ergo et cetera.

AD OPPOSITVM

FVNDA-MENTA

1. C O N T R A : Contritio est motus gratiae informatus: sed gratia non potest nimium intendi, nec motus eius, quia omnis motus eius est laudabilis: ergo nec contritio.

2. I T E M quantum diligenda est alicuius boni praesentia, tantum detestanda est eius amissio, et absentia: sed Deum non potest aliquis nimis amare, et appetere: ergo peccatum quod est a Deo separatium, non potest nimis detestari.

3. I T E M Anselmus appetebat viscera exiccari ex intensione diuini amoris: ergo non est malum ex intensione diuini amoris talia appetere propter Deum: eadem ratione nec malum ex intensione doloris propter recuperandum Deum.

C O N -

C O N C L V S I O .

Contritio secundum quod dicit displicentiam rationis de peccato, non potest esse nimia: sed quo ad sensualitatem, potest habere excessum.

Quaest. praecedenti.

R E S P. A D A R G. Sicut dictum est, in contritione est dolor prout est displicentia voluntatis rationalis, et est dolor passio redundans in sensualitatem: quantum ergo ad displicentiam rationis, concedo quod non potest esse contritio nimia, quia peccatum nulli potest displicere nimis inquantum peccatum. Quantum autem ad passionem redundantem in sensualitatem, vix, aut numquam est nimia: tamen potest esse tantus dolor, quod humana infirmitas non posset sustinere sine magno detrimento: et tunc dico, quod temperandus esset. Sed esto, quod non temperaret quis, quia non aduerteret, et raperetur a feruore, non credo, quod in tali casu peccaret, quia daret operam rei licitae. Si autem aduerteret, debet temperare: tamen paucis hoc consilium est necessarium. Si autem non temperaret, vel per affectionem gaudij, vel per consolationem spei, credo quod transcederet metas virtutis, et ita contritionis. Contritio enim, sicut charitas, nominat quid informatum gratia. Vnde dolor contritionis manens contritionis non potest esse nimius, quia displicentia peccati numquam tantum potest intendi, quod possit esse nimia cum sit ex consideratione recta. Rationes ergo quae probant, quod dolor possit esse nimius secundum quod displicentia, solvenda sunt.

1. Q V O D obiicitur, quod debet esse gaudium, dico quod si esset dolor sine gaudio, ut in desperatis bene esset excessus: sed talis non est motus contritionis, quae est praesupposita spe de venia: vnde talis quando videt se dolere, necessario gaudet: et ideo non est superfluum.

2. 3. A d aliud, dicendum quod poenitentia est in subiectum, et in peccatum, et prout punit subiectum, bene potest excedere: sed prout detestatur peccatum: quia separat a summo bono, secundum illam rationem respicit infinitatem, et non habet excessum. Tertium argumentum est concedendum: procedit enim de contritione, secundum quod nominat dolorem passionem, non ipsum motum displicentiae peccati.

1. 2. A d illud quod obiicitur in contrarium, quod non potest esse nimius, quia gratia informatum, dicendum quod informatum ipsa displicentia, et per consequens passio sensualitatis: tamen tantum potest illa passio intendi, quod gratia, quae mouet ordinat, non informaretur. Alia ratio concedenda est, quia loquitur de detestatione.

3. A d illud quod obiicitur de Anselmo, dicendum quod non intelligit viscera secundum veritatem sibi velle siccare, sed vocat ibi viscera intimos carnis appetitus. Vel dicendum, quod siccationem viscerum vocat vulnera charitatis, quae anima languet ex absentia ipsius Christi.

A R T I C V L V S III.

C O N S E Q V E N T E R quantum ad tertium articulum quaeritur de duratione contritionis. Et circa hoc duo quaeruntur. Primo quaeritur utrum contritio sit motus instantaneus, vel successiuus. Secundo quaeritur de diuturnitate contritionis, utrum homo debeat semper conteri.

Q V A E S T I O I .

An contritio sit motus successiuus, vel instantaneus.

Alex. Alenf. 4. p. q. 17. memb. 2. ar. 2. §. 1.
Guil. Altif. 4. Sent. traht. 6. c. 2. q. 5.
Steph. Brul. 4. Sent. d. 16. q. 5.
Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 17. q. 13.



QUOD contritio sit motus successiuus, ostenditur hoc modo: Omnis actus circa quem est successiuus: sed talis est contritio: ergo et cetera.

AD OPPOSITVM

2. I T E M nostrum intelligere est cum continuo tempore, ut dicit Philosophus: quia est anima ut corpori vnita: sed contritio similiter est anima ut corpori vnita: ergo et cetera.

3. I T E M omnis aspectus collatiuus est successiuus: sed in contritione est aspectus collatiuus, quia dolet de peccato in comparatione ad Deum, quem offendit: ergo et cetera.

4. I T E M quod successiuus inducatur contritio, videtur, quia omnis forma habens partem, et parte inducitur successiuus: sed contritio habet partem, et partem, quia potest intendi, et remitti: ergo inducitur successiuus.

5. I T E M omnis forma, quae habet contrariam dispositionem in materia, inducitur successiuus: sed contritio habet induci in liberum arbitrium subiectum peccato, per quod priuatur gratia, et fit ad malum prona, quae pronitas ex opposito respondet contritioni, sicut culpa ex opposito gratiae: ergo inducitur successiuus.

FVNDA-MENTA

C O N T R A : Contritio necessaria est iustificationi impij, et illa est in instanti: ergo et contritio.

I T E M dicit Augustinus xiv. de Trinit. quod si oculus esset actu videns, et obiectum ex opposito crearetur, simul esset, et videretur: ergo si actus visus potest esse in instanti, multo fortius actus intellectus, et affectus: ergo et contritio.

I T E M delectatio est in instanti, sicut vult Philosophus, quia est habens se per modum quietis, et non ipsius coniunctionis conuenientis cum conuenientibus: ergo et dolor qui opponitur ei: sed contritio est dolor: ergo et cetera.

I T E M ad illuminationem distantia localis exigitur: et tamen illuminatione in oculo, et esse luminis est in instanti: ergo multo fortius in primo actu gratiae est mutatio subita.

C O N C L V S I O .

Contritio quo ad preparationem in fieri, et quo ad durationem, est successiuus: quantum ad inductionem forma, quae est consensus animae, et quantum ad esse, est in instanti.

R E S P. A D A R G. Dicendum quod est loqui de contritione quantum ad durationem, et quantum ad esse, et quantum ad fieri. Si quantum ad durationem, cum duret longo tempore: sic dico quod est successiuus, sicut est viuere hominis. Si quantum ad esse, quia est actus fixus in detestatione peccati, et actus ut quies: sic dico, quod esse eius est in instanti. Si quantum ad fieri est distinguendum, quia in fieri est preparatio, et formae inductio: dico ergo quod preparatio ad actum contritionis est successiuus, quia

Alex. Alē. tenet quod iste actus sit successiuus.

quia multa oportet prius considerare, sed ipse diffensus animæ postea in instanti fit. Rationes autem probantes, quod sit instantanea, quia probant quo ad inductionem in esse, et ipsum esse, veræ sunt.

1. 2. Primæ duæ rationes quæ probant successiōnem, intelliguntur de inductione, et præparatione naturæ, diuturnitas enim est ratione successiōnis. Similiter nostrum intelligere cum ratione acquisitionis speciei per sensum, et phantasiā.

3. SED quod obijcitur, quod habet successuum et collatiuum, dicendum quod collatio potest esse dupliciter. Vno modo discursus ab vno in aliud: et hæc successiua est, et alio modo duorum comparatio secundum aliquem respectum: et tunc accipiuntur plura in vna ratione, et talis potest esse in instanti, et simul de pluribus: alioquin nunquam de consonantia musica posset iudicari, cum vna vis iudicet de duobus ad inuicem comparatis.

4. AD illud quod obijcitur, quod habet partem, et partem, dicendum quod forma quæ habet partem, et partem aut educitur de materia, aut ab ægēte exit. Si educitur de materia, sic quia ibi habet partem suæ essentia, cum est ibi contrarium, pro eo quod contraria habent vnam naturam communem, educitur successiue, vt albedo. Forma vero quæ totaliter est ab extrinseco, tota et simul datur, qualis est forma luminis, quæ quamuis habeat partem, et partem: nō tamen in materia, quia eius oppositum est priuatio: contritio talis est cum motus procedens a gratia, et libero arbitrio, non sit de materia educus.

5. AD illud quod obijcitur, quod dispositionem contrariam habet in materia, dicendum quod est habere contrariam dispositionem in materia, nullo tamen modo resistentem: et hæc non facit successiōnem in inductione formæ, nec in præparatione: vt cum Deus de aqua vinum fecit. Er est habere vt resistentem non informationi, sed vsui: et sic pronitas ad peccatum resistit vsui gratia, et contritioni, non informationi, quia simul est: et hæc ponit successiōnem in duratione, et in vsu contritionis, et non in prima inductione. Pronitas enim quia pœna est, simul stat cum contritione: culpa vero quia priuatio est, nō resistit: sicut nec tenebra inductioni lucis.

QVÆSTIO II.

An homo debeat semper conteri.

Alex. Alens. 4. p. 9. 17. memb. 2. art. 2 §. 2. S. Tho. in Suppl. 3. p. 9. 4. art. 2. Guilel. Al. 4. Sent. tra. 6. c. 2. q. 4. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 16. q. 6. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 17. q. 11.

FVNDAMENTA. Aug. de vera et falsa pœn. c. 19. 10. 4. Et habetur de pœ. d. 3. c. pœnit. Aug. de pœnit. c. 8. et 9. Iob. 14. d. Eccli. 5. 6

DE diuturnitate contritionis, vtrum debeat homo semper conteri. Et quod sic videtur. Augustinus in tractatu de pœnitentia: Semper doleat, et de dolore gaudeat. Er post: Vbi dolor finitur, ibi deficit pœnitentia: si pœnitentia finitur, quid relinquitur de venia? tādū gaudeat, et speret de gratia, quam diu sustentatur a pœnitentia: semper igitur debet homo pœnitere.

ITEM Gregorius super Iob: Anima eius super semetipso lugebit. Dignū est vt in seipso homo semper mœrores inueniat, qui in se gaudia relicto Creatore quarebat.

ITEM: De propitiati peccatorum noli esse sine metu: similiter nec sine spe debet esse: ergo semper debet esse inter istas duas molas: sed hoc est conteri: ergo semper debet homo conteri.

ITEM sicut se habet vera innocentia, et perseverans ad peccatum de futuro, ita pœnitentia contra peccatū de præterito: sed perseverans in innocentia semper refugit peccatum ne fiat: ergo et pœnitentia peccatum factum.

ITEM sicut culpa est velle peccare, ita culpa est velle peccasse: sed homo semper tenetur nolle peccare: ergo et nolle peccasse: sed ex hoc quod non vult peccasse, et peccauit, generatur dolor: ergo et cetera.

ITEM: CONTRA per Augustinū: Doleat, et de dolore gaudeat: non ergo semper est dolendum, immo aliquando gaudendum.

ITEM: ratione videtur, quia dolor est ex præsentia disconuenientis: sed contingit peccatum amotum esse ab anima secundum se, et secundum suum effectum: ergo non est ibi aliquid quod generet dolorem: ergo non semper est dolendum.

ITEM: contritio est æque bene pars pœnitentia: vt confessio, et satisfactio: sed non oportet semper conteri, ergo nec semper conteri.

ITEM: contritio est medicina: sed contingit hominem perfecte esse sanatum, vt puta si baptizatur, vel etiam si perfecit pœnitentiam condignam, quæ omnes defectus reducit ad perfectum: ergo si post recuperationem sanitatis cessat vsus medicina: debet igitur cessare contritio.

ITEM: contritio est pœna, quia peccator se punit: ergo esto quod sufficienter sit punitus pro peccato, tunc si amplius punit se per contritionem, punit se supra condignum: sed hoc est impietatis, et crudelitatis: ergo et cetera.

CONCLUSIO.

Semper obligatur homo conteri de culpa commissa, non tamen ad semper, sed tantum pro loco, et tempore.

RESP. AD ARG. Dicendum quod sicut dicit Hugo, cum Deus absoluit hominem a culpa, ligat eū vinculo perpetua detestationis. Tenetur enim semper malum, quod fecit, detestari. Sed quia tentio talis est præcepti affirmatiui, quod semper obligat, sed non ad semper: ideo dico quod semper tenetur conteri, sed non ad semper, sed pro loco, et tempore, videlicet cum recogitat mala sua, in quibus offendit Deum. Concedendæ sunt igitur rationes hoc probantes.

1. AD illud quod obijcitur, quod non semper quia aliquando est gaudendum, dicendum quod nō tantum gaudere, immo alia cogitare debet: nec Augustinus vult quod teneatur semper in omni instanti, sed quod semper teneatur pro loco, et tempore: ita quod voluntas conterendi semper sit in habitu, sed in actu pro loco, et tempore.

2. AD illud quod obijcitur, quod dolor est ex præsentia disconuenientis, dicendum quod quidam est dolor illatus, vt puta in sectione carnis: quidam est dolor voluntarie assumptus, vt quando dolet de morte amici, et iste dolor nō causatur ab amici morte, sed causatur a voluntate mortem amici refugiete. Et quia refugit quod necesse est esse: ideo necesse habet dolere: sicut si ego nollem vehementer te infirmari: et si tu infirmareris, dolerem: sic quia ego nollem me peccasse, et video me peccasse, doleo: vnde de dolore causato a voluntate nō oportet quod illud, pro quo quis dolet, sit præsens affectu, nec effectu, nec reputatione, sed solum aspectu certo.

3. AD illud quod obijcitur, per simile de confessione, dicendum quod dolor contritionis potest dici prout est quedā pars pœnitentia diuisa contra confessionem et satisfactionem. Er est purgatiua culpa: Alio modo prout motus interior voluntatis: cui subijcitur anima pœnitens: et dolor iste est pœna satisfactoria,

AD OPPOSITVM Aug. de vera et falsa pœn. c. 19. tom. 4.

Hug. 2. de sacr. p. 2.

Explicatio.

Aug. de vera et falsa pœn. c. 19. tom. 4.

factoria impetratiua augmenti gratia, et gloria. Primus dolor est sacramentalis proprie et per se, quia est effectiuis remissionis culpa, ad quem solum semel tenetur pœnitens. Alius non est sacramentalis, proprie et per se, sed est elicitus a virtute, et ad illum tenetur semper, sed non ad semper.

4. AD illud quod obijcitur de medicina, dicendum quod quedam medicina est sanatiua tantum: et hæc est quando est morbus. Quedam præseruatiua, et melioratiua: et talis est contritio: et hanc semper habere bonum est.

5. AD illud quod obijcitur, quod est pœna, dicendum quod nunquam peccator se tantum potest punire, quin maiori pœna sit dignus secundum rigorem iustitiæ. Er quia homo sibi rigidus debet esse, et alij pius: nunquam tantum se affligit per contritionem, quod sit superfluum, dum tamen hoc possit sustinere, quia totum est ei ad gloria cumulum. Tamen nota, quod contritio ratione dispendit peccati semper est necessaria saltem in habitu: ratione vero gemitus, et planctus, vel doloris sensibilis non est necessaria, maxime viris perfectis, qui audierunt voce interna, quod audiuit Magdalena: Dimituntur tibi peccata tua: sicut dicit Bernardus in cantica circa principium. Sed vltimus possunt, et debent meditationem suam ad dulcedinem patrie supernæ conuertere. Ante vero hunc statum sanum consilium est peccata sua ante oculos reuocare ad gemitum, et dolorem. Præterea displicentia non dicit semper pœnam, immo frequenter magnam habet lætitiā, coniunctā, dum considerat in se liberationem plenā.

Luca 7. d

nimo non est minus: ergo et cetera. 2. ITEM nihil intenditur quo non potest cogitari, vel esse maius: sed illo, quod habet effectum infinitum, nihil potest esse maius, cum sit infinitum: ergo nihil tale potest intendi: sed contritio est huiusmodi, cum deleat omnem culpam, quod est virtus infinita: ergo et cetera.

ITEM: omne quod intenditur, aut intenditur per accessum ad veram nominis impositionem, vel per depurationem a contrario: sed contritio non intenditur per depurationem a contrario, cum statim cum est, expellat totaliter omnem culpam, quia habet gratiam coniunctam. Nec per accessum ad impositionem nominis veram, quia eius impositio est in termino: ergo et cetera.

ITEM: si intenditur, aut ergo a gratia, aut a libero arbitrio. A libero arbitrio non, quoniam contritio est motus gratuitus: et talis mensuratur secundum quantitatem gratia: sed augmentum gratia, et charitatis non potest esse a libero arbitrio, sed a Deo. Si a gratia. Contra: Gratia vniformiter mouet liberū arbitrium quantum est de se: ergo non videtur intendere in eo contritionem. Præterea, secundum illud attenditur intentio, vel augmentum, penes quod consistit ratio quantitatis: sed quantitas est ex parte materia, formalis vero contritionis ratio potius conuenit gratia quam materialis: ergo secundum illam nō intenditur, nec augetur.

CONCLUSIO.

Contritio potest intendi, atque augmentum sumere, quemadmodum charitas, et pœnitentia augetur.

ARTICVLVS IV.

CONSEQUENTER quantum ad quartum articulum quaritur de contritionis intentione: et circa hoc quaruntur duo. Primo quaritur, vtrum contritio possit intendi. Secundo, vtrum oporteat intensius conteri de vno peccato, quam de alio.

QVÆSTIO I.

An contritio possit intendi.

Alex. Alens. 4. p. 9. 17. memb. 2. art. 1. §. 1. Steph. Brul. 4. Sent. d. 16. q. 7. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 17. q. 14.

FVNDAMENTA.

Dist. 17. p. 1. art. 1. q. 1 c. 2.

QUOD possit intendi, videtur: quia contritio est actus alicuius virtutis: sed quælibet virtus potest intendi, vt in primo probatū est de charitate: sed augmentata eius virtute augetur eius motus: ergo et cetera.

ITEM: in contritione non sunt nisi duo, scilicet dolor, et gratia: et vnus est sicut formale, reliquum sicut materiale: sed est possibile dolorem in nobis intendi, possibile est etiam gratiam augetur: ergo et cetera.

ITEM: si non potest intendi, ergo in omnibus est æqualis: sed contritione existente æquali, æqualis est iustificatio, et glorificatio: ergo omnes secundum hoc essent æqualiter iusti.

ITEM: in omni actu animæ, in quo cōtingit proficere, per assuefactionem et continuationem cōtingit ipsum intendi, hoc patet: sed profectus est in multiplicatione contritionis, et frequentatione, ergo et cetera.

AD OPPOSITVM

ITEM: CONTRA: Nihil intenditur, cuius impositio est in termino: sed impositio contritionis est in termino, quia contritio est diuisio in minima: sed in mi-

RESP. AD ARG. Dicendum quod contritio est motus virtutis habens quantitatem virtutis, sicut est virtus, a qua est. Vnde et augmentum, et intensiōnem habet secundum id a quo recipit quantitatem. Hoc autem est virtus pœnitentia. Vnde sicut certum est charitatem augetur, ita et pœnitentiam: ac per hoc certum est contritionem et intendi, et augetur. Vnde notandum, quod quemadmodum charitas dicitur intendi quantum ad feruorem, et augetur quantum ad essentialem virtutem: et primum est a cooperatione liberi arbitrij, secundum vero est a dono cælesti: ita et in proposito oportet intelligi, quod motus contritionis feruentior esse potest secundum cooperationem liberi arbitrij. Vnde ex æquali gratia aliquando magis feruens elicitur motus, aliquando minus, secundum cooperationem liberi arbitrij: sed proprie loquendo non dicitur maior, nisi virtute pœnitentiæ augmentatæ: et hoc est per gratiā. Concedendæ sunt igitur rationes ostendentes, quod contritio possit intendi.

1. AD illud quod obijcitur, quod est diuisio in minima, dicendum quod contritio habet respectū ad obiectum supra quod dirigitur, et ad virtutem, a qua oritur, siue dicatur habitus, siue liberū arbitriū, secundum comparisonem ad obiectum, quia omne mortale expellit, et quasi in puluerem redigit: ideo secundū illam viā non habet intendi. Habet etiā comparisonem ad vim, a qua exit: et secundum illam non habet intendi, et prima via ratio procedit, et ideo non concludit.

2. AD illud quod obijcitur, quod est virtutis infinite, dicendum quod contritio nō delet nisi virtute gratia: gratia autem est donum, per quod inhabitat in nobis ille, cuius virtus est infinita: et illa est, quæ potest in infinitum effectum: et illi virtuti attribuitur expulsio primo, et per se, et cōtritionis per illam: & ideo non sequitur quod contritio sit infinita: sed quod coniuncta est cum virtute, cuius operatio est infinita.

3. AD

3. Ad illud quod obijcitur, quod non accedit magis, et quod non recedit, dicendum quod vtrumque falsum est: immo ratione gratiæ magis accedit, ratione vero doloris dico quod magis recedit. Dolor enim non tantum habet oppositionem ad culpam, sed etiã ad sequelas, et pronitates peccati, quæ quodam modo odor doloris intensio in nobis remittuntur paulatim, et expelluntur prout dolor est purior, et intensior: accessus autem ad veram impositionem non attenditur in hoc, quod non habeat verum nomen, sed quia non participat illud in termino secundum rationem gratuiti.

4. Ad illud quod quaeritur, vtrum intendatur secundum intensioem doloris, aut gratiæ, siue a libero arbitrio, an a gratia, iam patet responsio. Si enim loquamur de feruore, dico quod est a libero arbitrio. Si autem loquamur quantum ad veram augmentationem, sic dico, quod immediate venit a cumento penitentiæ, qua augmentata augetur dolor rationalis partis, qui est detestationis, vel displicentiæ. Et si quaeras vnde veniat, dico quod a Deo effectiue, a libero arbitrio dispositiue, a gratia completiue. Et si tu obijcias, quod gratia vniuersalis est, et præterea est forma, dicendum quod quamuis ipsa vniuersaliter gratificet, dum tamen magis a Deo infunditur, et abundantius datur, magis gratificat. Et rursus. Quamuis a gratia cum sit forma, nõ habeat principaliter ortum quantitas molis, quæ est a materia principaliter: habet tamen ortum quantitas virtutis, quæ est a forma: et hoc genere quantitatis est contritio quanta: et ex hoc patet, quo modo, vel vnde habeat quantitatem, et vnde habeat intensioem, et qualiter.

QVÆSTIO II.

An oporteat intensius conteri de vno peccato, quam de alio.

Alex. Alenf. 4. p. q. 17. memb. 2. ar. 1. §. 2. S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 3. art. 3. Steph. Brul. 4. Sent. d. 10. q. 8. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 17. q. 10.

AD OPPOSITVM

TRVM per contritionem plus, vel intensius oportet conteri de vno peccato, quam de alio. Et quod non, videtur, quia contritio delens culpam est in instanti, sicut patet de iustificatione impij: sed motus idem in instanti non potest esse magis, et minus intensius: ergo et cetera.

2. ITEM quidquid agit in multa simul, ita quod non in singula, non agit in quædam plus, in quædam minus: sed contritio simul agit in multa peccata, ita quod non considerat singula, quia tunc oporteret respectu illorum diuidi actionem: ergo contritio nõ magis detestatur vnum peccatum, quam alterum.

3. ITEM contritio ea ratione detestatur peccatum, qua separatium est a Deo, sed quodlibet separat a Deo: et ita amittitur Deus per vnum peccatum mortale, sicut per aliud, et ita per paruam, sicut per magnum: ergo et cetera.

4. ITEM contritio respicit peccatum quantum ad duo, scilicet quantum ad offensam, et quantum ad damnum. Sed quantum ad offensam omne peccatum habet rationem infiniti, cum sit contra Deum infinitum. Quantum ad damnum, vnum peccatum aufert omnes virtutes, sicut dicitur, et habetur in littera: Qui peccat in vno, factus est omnium reus: cum ergo damnum, et offensa habeant rationem

Iac. 2. b

æqualitatis, videtur quod contritio debet de omnibus esse æqualis.

5. ITEM quantumcumque contritio detestetur modicum peccatum, laudabilis est: et quantumcumque sit parua contritio etiam de maximo peccato, bona est, et laudabilis: ergo videtur, quod non sit necessarius gradus intensioem secundum gradum vitiorum, et peccatorum.

CONTRA: Maior est dolor de mortali, et debet esse, quam de veniali: ergo pari ratione de vno peccato mortali grauiori, quam de alio minus graui.

ITEM secundum Gregorium: Magis se debet punire per satisfactionem, qui grauius peccauit: ergo pari ratione idem ipse cum grauius peccat, grauius se debet punire per contritionem. Si ergo de grauiori peccato in diuersis oportet esse contritionem maiorem, pari ratione in eodem: ergo et cetera.

ITEM idem debet esse ordo in dolore, qui est, et debet esse in amore, quoniam ab ipso habet ortum: sed magis bonum secundum ordinatam dilectionem magis est amandum: ergo pari ratione magis malum est magis detestandum.

ITEM contritio est dolor rationalis: sed dolor consequitur exultationem rationis, existimatio autem rationis non æqualiter pensat omnia peccata, sed quædam maiora: ergo pari ratione et dolor.

ITEM esto per impossibile, quod aliquis perplexus esset vt caderet in alterum duorum malorum, constat quod si ordinatam haberet dilectionem, magis refugeret maius malum: ergo si magis refugit ante lapsum, pari ratione et post lapsum: et sic et cetera.

CONCLUSIO.

Contritio, prout est delectiua culpæ, secundum habitum habet augeri: sed prout est delectiua pænæ, etiam secundum actum.

RESP. AD ARG. Dicendum quod dupliciter est loqui de contritione, aut prout est delectiua culpæ, aut prout delectiua pænæ. Si prout est delectiua culpæ: sic operatur in iustificatione impij in instanti: et sic actum nõ potest habere ordinem respectu specialium peccatorum, quia simul, et in instanti est contra omne peccatum commissum. Habet tamen secundum habitum, quia dolor ille habitualiter disponit ad detestandum aliquod plus, aliquod minus: et quia habitat ad detestandum malum, quia malum: ideo ad magis detestandum maius malum. Si autem loquamur prout est delectiua pænæ, tunc dicendum, quod habet maiorem intensioem, et minorem etiam secundum actum, sicut ostendunt rationes inductæ ad secundam partem.

1. 2. AD illud ergo quod obijcitur in contrariu, patet responsio, scilicet ad primum, et secundum. Procedunt enim de contritione secundum primam viam, scilicet vt est in iustificatione impij.

3. 4. AD illud quod obijcitur de separatione, et damno, et offensa, dicendum quod separatio attenditur in elongatione secundum dissimilitudinem, et offensa secundum contemptum, et damnum secundum amissionem gratuitorum, et vulnerationem naturalium, siue dehabilitationem: et in his pænæ gradus est: vnde illud non valet. Quamuis enim Deus ab omnibus offendatur, tamen aliqui contemunt eum plus, aliqui minus: et similiter in aliquo peccato plus natura læditur, et a virtute plus elongatur.

5. AD illud quod obijcitur, quod de paruo minus potest dolere, dicendum quod sicut in charitate non est dare quin amor quantumcumque sit paruus, et quantumcumque magnus semper sit bonus: tamen in sua magnitudine, et paruitate necessario habet ordinem: sic in proposito est intelligendum, et sic est facile ad cetera respondere.

DIST.

DISTINCTIO XVI. PARS II. DE TRIBVS ACTIONIBVS POENITENTIAE.



RAEDICTIS vero adijciendum est, quod tribus modis agitur penitentia: ante baptismum, scilicet de prioribus peccatis: post baptismum est de grauioribus, quæ post committuntur. Est etiam penitentia venialium quotidiana, quæ etiam humilium est, et perfectiorum. Vnde Augustinus: Tres sunt actiones penitentia, quæ mecum eruditio vestra recognoscit. Vna est quæ nouum hominem per baptismum parturit, donec per baptismum omnium præteritorum ablutio fiat peccatorum: quia nullus sue voluntatis arbiter, nisi peniteat cum veteris vitæ, nouam inchoare potest: a qua paruuli sunt immunes cum baptizantur, quia nondum possunt vri libero arbitrio: quibus tamen ad remissionem originalis peccati prodest eorum fides, a quibus offeruntur. Altera est actio penitentia post baptismum, quæ fit pro illis peccatis quæ legis decalogus continet. Agunt ergo homines penitentiam ante baptismum de peccatis prioribus, ita tamen vt etiam baptizentur: sicut Petrus ait: Agite penitentiam, et baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Domini, et cet. Agunt etiam penitentiam, si post baptismum ita peccauerunt, vt excommunicari et reconciliari potestea mereantur. Est etiam penitentia bonorum et humilium fidelium pene quotidiana: in qua pectora tundimus, dicentes: Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos, et cet. Neque a nobis dimitti volumus, quæ dimissa nobis in baptismo non dubitamus: sed illa quæ humane fragilitati, quamuis parua, tamen crebra subrepunt: quæ si collecta contra nos fuerint, ita nos grauabunt et opprimunt, sicut vnum aliquod grande peccatum. Quid enim interest ad naufragium, an vno grandi fluctu nauis operiatur et obruatur, an paulatim subrepens aqua in sentinam per negligentium culpam impleat nauim, et submergatur? Ideo iterum et iterum in iunium, et eleemosyna, et orationes inuigilent: in quibus cum dicimus: Dimitte nobis debita nostra, et cet. manifestamus nos habere quod nobis dimittatur: et in his verbis humiliantes animas nostras, quotidianam agere penitentiam non cessamus.

Lib. 50. homiliarum ho. 50. 10. 10 Et lib. de med. pæn. c. 2. 10. 9. Exod. 20. d. Ista est 3. in ordin. diui Aug. in medio in sensu. 10. 10. Act. 2. f. Hac est 2. in ordin. Aug. paulo infra post. prim. in sensu alio. quæ nõ omnia. Mat. 6. b. Ibi dicitur in sensu. Mat. 6. b.

DE SATISFACTIONE VENIALIUM. Quæ autem pro venialibus sit satisfactio sufficiens, Augustinus insinuat ita inquit in Enchyridion: De quotidianis et breuibus, leuibusque peccatis, sine quibus hæc vita non ducitur, quotidiana oratio fidelium satisfacit. Eorum enim est dicere: Pater noster qui es in caelis, et cet. Delet omnino hæc oratio minima, et quotidiana peccata. Delet et illa, a quibus vita fidelium etiam scelerate gesta, sed penitendo in melius commutata discedit: vt sicut veraciter dicitur: Dimitte nobis debita nostra: ita et veraciter dicatur: Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, id est, sic fiat quod dicitur: quia et ipsa eleemosyna est veniam petentibus omnino ignoscere. Ex his alijsque præmissis iam facile est intelligere, quæ pro venialibus sit exhibenda satisfactio. Sufficit enim Dominica oratio cum ieiunio et eleemosynis: sic tamen vt præcedat contritio aliquantula, et addatur confessio, si adsit facultas, de qua confessione post tractabitur. Pro grauioribus vero peccatis hæc etiam in satisfactioe adhibenda sunt, sed multo vehementius atque districtius: quia vt ait Augustinus ad agendam penitentiam non sufficit Domino per penitentiae dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium, cooperantibus eleemosynis.

Cap. 71. 10. 3. Mat. 6. b. In lib. de pæn. med. c. 8. 10. 9. et Hom. 50. Lib. 50. homiliarum in fi. 10. 10.

DIST. XVI. PARS II.

Determinat de partibus subiectiuis penitentia.

Prædictis vero adijciendum est, quod tribus modis agitur penitentia.

Expósito textus.



PRÆ egit Magister de partibus penitentia integralibus. Hic agit de subiectiuis, quæ sunt penitentia ante baptismum, et post baptismum, de mortalibus, et de venialibus. Diuiditur aut hæc pars in duas partes. In prima diuidit penitentiam per trimembrem S. Bon. To. 5.

Diuisio.

A differentiam. In secunda vero specialiter tradit modum penitentia de venialibus, ibi: Quæ autem pro venialibus sit satisfactio sufficiens. Prima pars duas habet. In prima ponit diuisionem. In secunda confirmat per auctoritates, ibi: Vnde Augustinus: Tres sunt actiones penitentia. Similiter secunda pars diuiditur in duas: In prima assignat sufficienter satisfactionem. In secunda vero epilogat, ibi: Ex his, alijsque iam præmissis, et cet.

Quia tribus modis agitur, et cetera. Dub. 1.

Quæritur de hac triplici penitentia diuisione, vtrum sit penitentia virtutis, an penitentia sacramenti: videtur quod non virtutis, quia hæc simplex est, et species

species specialissima. Item: Quod nec sacramenti, quia multiplicato superiori multiplicatur inferius: ergo secundum hoc videtur, quod poenitentia secundum tres differentias sit triplex sacramentum. Præterea, omne sacramentum, ut dicit Ambrosius, est simplex. R. e. s. p. Dicendum quod poenitentia, quæ est ante baptismum, est poenitentia virtus, non poenitentia sacramentum: et poenitentia quæ est post baptismum, est poenitentia sacramentum: et ideo poenitentia in hac divisione accipitur communiter ad virtutem, et sacramentum: nec est dictum æquivoce, sed analogice per reductionem ad unam naturam. Vltius notandum quod partes istæ non sunt diversificantes poenitentiam essentialiter, sed secundum statum: et ideo non est divisio in partes essentielles, nec oportet ex hoc sacramentum multiplicari, nec esse compositum: et sic patet illud.

Altera est actio, et cet. Dub. II.

Innuat Magister quod poenitentia fit pro peccatis, quæ legis decalogus continet. Videtur non bene dicere, quia in decalogo non prohibetur superbia, nec hypocrisis, nec consilia: ergo pro his non videtur esse poenitentium.

R. e. s. p. Dicendum quod sicut in ordine prædicamenti quædam sunt in genere per se, quædam sunt in genere per reductionem, sicut principia, et etiam priuationes: sic intelligendum est in articulis fidei. Quædam enim sunt antecedentia, quædam consequentia, et quædam sunt directe credibilia, sicut articuli: et in omnibus his iudicatur quis hereticus si perverte sentiat. Per hunc modum intelligendum est in præceptis decalogi, quod quædam sunt ibi prohibita principaliter, et explicite, quædam vt annexa, et implicite. Vt Verbi gratia, si dicatur: Non mœchaberis: principaliter prohibetur, et explicite actus adulterij: sed implicite, et in generali omnis actus coitus, vt antecedens: et sic prohibetur concupiscentia coitus, siue aspectus mulieris ad concupiscendum. Consequenter vero prohibetur omnis effusio seminis inordinata. Sic intelligendum in alijs, quod in primo præcepto præcipitur cultus Dei: et in hoc præcipitur actus fidei antecedenter, et consequenter omnis elatio, et superbia prohibetur: et sic in alijs.

Cum dicimus: Dimitte nobis debita nostra, et cet. Mani- festamus nos habere, quod nobis, et cet. Dub. III.

Obijcitur. Esto quod aliquis non habeat conscientiam peccati in aliquo instanti, vt pote quando Missam canat, et est bene confessus, et intentus cælestibus: tunc videtur quod talis dicendo istam orationem, peccet mortaliter, quia facit contra conscientiam.

R. e. s. p. Dicendum quod omnis homo potest rationaliter habere conscientiam de peccato veniali, tum propter frequentiam, tum propter ignorantiam, quia in multis ignoranter delinquimus, etiam cum credimus bene facere: tum propter adhaerentiam, quia amor rei temporalis, et affectiones istæ inordinatæ, frequenter multum nobis adhaerent: et ideo quilibet potest dicere: Ab occultis meis munda me Domine, etc. Vel potest dici, quod adhuc potest dicere in persona aliorum: et ideo non peccat, sed pro alijs impetrat pro illo tempore, vel petit pro seipso, vel pro statu alio.

Delet omnino hac oratio minima, et quotidiana peccata, etc. Dub. IV.

Videtur ex hoc dicere Augustinus quod oratio Dominicalis delet peccata. Sed contra: Solius gratia est delet peccata: ergo, et cet. Si tu dicas quantum ad

Psal. 18. b

pœnam. Contra: Non est par pœna venialis, et mortalis: sed illa est satisfactio pro venialibus: non ergo pro mortalibus.

R. e. s. p. dicendum quod ipse loquitur de deletione quantum ad pœnam. Valet enim hæc oratio contra pœnam venialis, et mortalis: sed plus contra pœnam debitam alicui veniali, quæ tota potest remitti in hac oratione, si dicatur deuote. Contra pœnam mortalis valet, sed non tantum, quia hoc non totum remittitur. Valet tamen aliquantulum, immo multum, non tantum ratione orationis, sed ratione elemosynæ implicite: et illa est elemosyna præcipua, scilicet remittere peccatum proximo: et ideo dicitur, si veraciter dicitur: Dimitte nobis, sicut et nos dimittimus.

Ita veraciter dicatur, sicut nos dimittimus, et c. Dub. V.

Secundum hoc videtur, quod omnis qui habet rancorem, in dicendo istam orationem peccet mortaliter, quia omnis qui petit sibi dimitti, sicut dimittit alii, si non dimittit, ex hoc petit sibi peccatum non dimitti: sed quicumque petit sibi peccatum non dimitti, peccat mortaliter: ergo videtur, quod semper peccat mortaliter, quando hanc orationem dicit.

R. e. s. p. Dicendum quod nullus dicens hanc orationem, intendit ipsam dicere ad petendam iram, sed potius ad petendam misericordiam: Quando ergo dicit illam conditionem, non intendit vim conditionis aggravare siue sit homo intelligens, siue simplex: et ideo non est ibi nouus contemptus, ac per hoc nec nouum peccatum: nihilominus peccatum aggravatur occasionaliter: Et si tu obijcias, quod tunc debet abstinerere, dico quod adhuc aggravaretur magis, dum ab alijs petitionibus saluberrimis cor petentis arceatur. Si tu dicas, quod illam deberet dimittere, adhuc grauius peccaret, dum Domini orationem scienter infringeret: et ideo sanum consilium est cauere, quod in fraterno odio nullatenus perseueret: apparet enim quod sine dispendio maxime esse non potest.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam huius partis secundum triplicem poenitentiam, quam distinguit Magister in littera, tria principaliter quaeruntur. Primo quaeritur de poenitentia ante baptismum. Secundo de poenitentia post baptismum, quæ est de mortalibus. Tertio de poenitentia, quæ est de venialibus. Circa primum quaeruntur duo. Primo quaeritur, vtum oporteat poenitere, et dolere pro originali peccato. Secundo vtum accedentem ad baptismum cum actuali, necesse sit ante sacramentum poenitentia accipere.

QVÆSTIO I.

An oporteat poenitere de originali peccato.

Alex. Alenf. 4. p. q. 17. membr. 3. ar. 4. S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 2. ar. 2. Steph. Brul. 4. Sent. d. 16. q. 9. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 16. q. 12.

QVOD non sit necesse poenitere de originali, videtur: quia potentior est vis regeneratiua sacramenti, quam vis propagatiua hominis corrupti: sed, per propagationem sine delectatione transfunditur originale: ergo ab op-
positis.

FVNDAMENTA.

positis, immo multo fortius per sacramentum sine dolore deletur.

ITEM omnis poenitentia respectu voliti est: non enim poenitet homo de eo, quod noluit: sed originale nunquam fuit voluntarium: ergo de illo non est necessaria poenitentia.

ITEM omnis poenitentia est in actu volente: sed originale est in paruulo, et in quo est morbus, et remedium: ergo non oportet ipsum poenitere, cum non possit actu velle.

ITEM omnis poenitentia est respectu actus proprii: poenitet enim homo de eo, quod fecit, non de alio: sed originale est per actum alienum: ergo, et cet.

ITEM baptismus ordinatur contra originale: sed non sunt duo remedia contra idem: ergo poenitentia non est remedium contra originale.

AD OPPOSITVM. Cap. 6. to. 7.

1. CONTRA: De eo, de quo iuste arguitur homo ab alio, iuste arguitur a seipso. Sed Augustinus dicit in libro de correctione, et gratia, quod peccator pro originali est arguendus: ergo peccator debet arguere seipsum: sed homo de culpa arguit seipsum per poenitentiam: ergo, et cet.

2. ITEM sicut ira per zelum detestatur homo omnem iniustitiam in alio, ita poenitentia omnem iniustitiam in seipso: sed originale est iniustitia in homine: ergo est detestanda per poenitentiam: et sic, et cet.

3. ITEM omnis qui vult Deo reconciliari, necesse habet detestari omne, quod a Deo separat: sed originale separat a Deo: ergo, et cet.

4. ITEM de omni peccato, de quo iuste punitur a Deo, debet vere poenitens punire seipsum: sed pro originali iuste punitur homo a Deo pœna carentie, quæ est maxima pœna, quia maximum damnum: ergo pro eo debet se punire.

CONCLUSIO.

Constitutionem de originali peccato habere non est necessarium, sed congruum est ijs qui se illud peccatum habere sciunt.

RESP. AD ARG. Dicendum quod de originali peccato est loqui communiter, et specialiter. Communiter, vt est in omnibus: et sic ad eius deletionem non requiritur aliquis actus ex parte eius, in quo est, vt patet in paruulo. Est iterum loqui specialiter quantum ad adultos, qui se habere nesciunt, et quantum ad hos non oportet, quod aliquis actus detestationis adueniat. Est iterum loqui quantum ad adultos, qui se habere sciunt: et quantum ad tales congruum est, vt sibi displiceat: congruum inquam, quod displiceat, non in speciali, sed in generali, quia debet eis displicere omne, quod a Deo separat: nec est necessarium. Ratio autem quare non est necesse, vt conteratur, est quia non est actus nostro commissus: Et sic licet in adulto sit talis originalis displicentia, non tamen est poenitentia, quia poenitentia, vt ostensum est, proprie est respectu voliti. Rationes igitur probantes, quod non est necessaria poenitentia ad deletionem originali, veræ sunt, et concedendæ. Rationes omnes ad op-
positum procedentes probant, quod congruum est, vt originale displiceat adulto, ne velit amplius in illo remanere: sed quod teneatur se affligere, non concludunt, vel etiam poenitere.

Hanc doctrinam sequitur S. Th. hic q. 2. ar. 2. et de malo q. 7. ar. 2.

1. QVOD enim obijcitur, quod arguendus est pro originali, non intelligitur, quia ipsum contraxit, sed ne in ipso velit permanere.

2. AD illud, quod obijcitur, quod poenitentia est ad detestandum omne malum nostrum, dicendum, quod verum est, atamen non contractum: similiter de ira per se in proximo.

3. AD illud quod obijcitur, quod poenitentia debet detestari omne malum, quod separat a Deo, di-

S. Bon. To. 5.

endum quod verum est, si istud sit ex propria voluntate introductum: et esto quod detestetur, non propter hoc poenitens dicitur.

4. AD illud quod obijcitur, quod debet se punire de omni eo, de quo iuste punitur a Deo, dicendum quod hoc verum esset, si Deus pœna sensus puniret, vel etiam baptismus non sufficeret: nunc autem Deus non punit pœna sensus: et baptismus ab omni pœna satisfactoria, siue assumpta absoluit, sicut melius supra visum est.

Dist. 4. art. 1. p. 1. q. 2.

QVÆSTIO II.

An accedentem ad baptismum cum actuali, necesse sit prius sacramentum poenitentia accipere quam baptismum.

Alex. Alenf. 4. p. q. 8. Membr. 7. ar. 2. §. 2. Stephanus Brul. 4. Sent. dist. 16. q. 10. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 16. q. 12.

TRIVM adultum accedentem ad baptismum cum actuali, necesse sit ante sacramentum poenitentia accipere, quam baptismum. Et quod sic, videtur: Poenitemini, et baptizetur vnusquisque vestrum, Glossa: Dicitur de baptis-
mate præmissis lamenta poenitentia, vt prius aqua afflictionis se perfunderent, et post sacramento baptismatis lauantur.

AD OPPOSITVM.

Act. 2. f

2. ITEM: Exhibat ad illum Hierosolyma, et cet. Glossa: Iam tunc exemplum baptizandis dabatur con-
fitemi peccata, et promittendi meliora: ergo si debent confiteri, similiter et conteri, et satisfacere.

Matt. 3. a

3. ITEM ratione videtur, quia Dominus, et beatus Ioannes incœperunt prædicationem a poenitentia: sed ab eo debuerunt incipere, quod est salutis initium: ergo si ita incœperunt, patet quod primo debet accipere poenitentiam.

4. ITEM primo persona corrumpit naturam: sed actuale est corruptio personæ, et originale naturæ, et contra actuale est poenitentia: ergo præit baptismum.

5. ITEM paruulus non habet nisi originale, sed adultus actuale cum originali: sed qui habet amplius rem morbum, debet habere amplius remedium: cum ergo baptismus necessarius sit paruulo; aliquid ultra baptismum erit necessarium adulto: sed hoc non est nisi poenitentia: ergo, et cet.

FVNDAMENTA.

CONTRA: Baptismus est ianua sacramentorum: sed ianua est primo, et ante ipsam nihil debet præmitti: ergo, et cet.

ITEM poenitentia est secunda tabula post naufragium, vt dicit Hieronymus, et habetur in littera supra distinct. xiiij. sed secunda dicitur respectu baptismi: ergo hæc non præcedit ipsum.

Dist. 4. p. 1. art. 1. q. 1.

ITEM baptismus omnem culpam delet sicut supra monstratum est: vnde Augustinus ad Valentinum: Lauacro regenerationis omnia peccata hominum mundantur atque sanantur: sed superfluum est facere per plura, quod potest fieri per vnum: ergo ad emendationem non est necessaria poenitentia.

CONCLUSIO.

Poenitentia prout est virtus, in adultis ante baptismum est necessaria, non autem prout est sacramentum.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod est loqui de poenitentia, vt est virtus; et vt est sacramentum. Si loquamur de poenitentia vt est virtus, cuius actus est contritio: necesse est quod præcedat.

u 2 baptis-

baptismum in adulto, qui habet actuale peccatum: A Nemo enim inchoare potest nouam vitam, nisi pœnitentiam eum veteris vite. Si autem loquamur de pœnitentia ut est sacramentum, secundum quod homo confitetur, et recipit absolutionem, dico quod non est necesse precedere, sed de congruo potest. Fit enim confessio sacerdoti, ut homo erubescat, et peccata sua recognoscat, et de eorum remissione Deo ingratus non existat: et quantum ad hoc congruum est, sed non oportet, nec debet sequi absolutio, nec ligatio, quia omnino soluitur in baptismo. Igitur pœnitentia quantum ad contritionem precedit necessario, quantum ad confessionem de congruo, quantum ad absolutionem et satisfactionem neutro modo: Et quia sacramentum completum est in absolutione, quia ibi est remedium: ideo dico, quod pœnitentia secundum quod sacramentum est Ecclesiæ, sequitur, non precedit.

Explicatio

1. 2. A D illud ergo quod obijcitur primo quod lamenta pœnitentiæ debent precedere, dicendum quod istud concedendum est: similiter quod exemplum dabatur consistendi, non quia necessarium, sed quia congruum. 3. A D illud quod obijcitur, quod prædicatio incipit a pœnitentia, dicendum quod incipit a pœnitentia virtute, non sacramento. 4. A D illud quod obijcitur, quod prior est corruptio personæ, dicendum quod verum est in primis parentibus, sed post fuit econuerso: et quia sacramenta concurrunt secundum cursum necessitatis nostræ: ideo patet, quod prius debuit esse baptismus. 5. A D illud quod obijcitur, quod amplius remedium habere debet, dicendum quod verum est, scilicet contritionem, sed non oportet quod aliud sacramentum, quia baptismus ad vtrumque valet: et ideo non requiritur aliud sacramentum, sed sufficit actus mentis, per quem se præparat ad effectum baptismi, alioquin accederet fictus: et sic patet illud.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER quantum ad secundum articulum queritur de secunda pœnitentia post baptismum, scilicet quæ est de mortalibus. Et circa hoc duo queruntur. Primo queritur de mortalibus per ignorantiam, vtrum necesse sit pœnitere. Secundo queritur, vtrum necesse sit conteri de peccatis scienter commissis, et post modum oblitis.

QVÆSTIO I.

An necesse sit pœnitere de peccatis per ignorantiam commissis.

Alex. Alenf. 4. p. q. 17. Memb. 3. art. 7. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 16. q. 12. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 16. q. 13.

FVNDAMENTA.

V D necesse sit pœnitere de peccatis commissis per ignorantiam, ostenditur: quia dicit Ambrosius: Gravissime peccas, si ignoras: sed sicut exponitur, hoc non est ob aliud, nisi quia talis non de facili querit medicum: ergo tali necessaria est medicina: sed hæc est pœnitentia: et sic, etc. I T E M ratione videtur, quia Augustinus de correctione, et gratia dicit, quod non excusatur homo propter ignorantiam quin teneatur credere: ergo pari ratione non excusatur homo propter ignorantiam, quin teneatur conteri. I T E M ratione videtur, quia peccatum ex ignorantia est peccatum actuale ex nostro actu commissum: ergo sine actu nostro non deletur: sed actus per quem

deletur culpa, est pœnitentia: ergo, etc. I T E M ignorantia in eo, qui peccavit, non excusatur a peccato: ergo non excusatur, quin egeat remedio. 1. CONTRA: Pœnitentia non est nisi de volito: sed quod per ignorantiam fit, est inuoluntarium: ergo de tali non debet fieri pœnitentia. 2. I T E M incognita bona non possumus amare: ergo nec incognita mala possumus odire, nec detestari: ergo de his non est pœnitentia. 3. I T E M nullo iure sumus certi, vtrum offendimus Deum per ignorantiam: sed nullus tenetur agere aliquid ex præcepto, nisi ad quod habet certitudinem ex aliquo iure: ergo nullus tenetur pœnitere de commissis per ignorantiam. 4. I T E M de solis illis tenemur pœnitere, de quibus tenemur confiteri: sed sola illa tenemur confiteri, quæ possumus veraciter enarrare, et illa sola possumus veraciter enarrare, quæ nouimus: quia si dubia, vel ignorata asseramus, est mendacium: ergo cum ignorantemur commissis nesciamus esse peccata, non possumus ea veraciter confiteri: ergo nec tenemur de his aliquo modo pœnitere.

AD OPPOSITVM

CONCLUSIO.

Pœnitere debemus de peccatis commissis per ignorantiam in generali, non autem in speciali.

RESP. AD ARG. Dicendum quod pœnitere de aliquo est dupliciter, scilicet in generali, et speciali. In generali, quando homo dolet in generali de omni offensa Dei, quam fecit. In speciali, quando dolet de hac, vel illa. Dico ergo, quod de peccatis commissis per ignorantiam debet pœnitere in generali, et dicere cum propheta: Delicta iuuentutis meæ, et ignorantias meas, etc. In speciali vero non tenetur pœnitere, sed tenetur facere, quod in se est, ut sciat, et peccata recognoscat. Committuntur enim peccata per ignorantiam iuris: et tunc cognitio iure scit se peccasse, vitupera qui fornicatus est, ignorans illud esse peccatum. Committuntur etiam per ignorantiam facti, diligentia debita non adhibita: et tunc cognoscuntur Domino reuelante: unde tenetur orare, ut Dominus parcat ei, vel reuelet.

Psal. 34. b

Explicatio

1. A D illud quod obijcitur, quod peccatum commissum per ignorantiam est inuoluntarium, dicendum quod non est omnino inuoluntarium, quia etsi non perfecta fuerit cognitio, fuit tamen cognitio actus, quamuis non recognosceretur circumstantia deformans: et hoc melius patet in questione de ignorantia.

Lib. 2. d. 22 art. 2. q. 3.

2. A D illud quod non possumus pœnitere de ignoratis, dicendum quod verum est de ignoratis omnino, sed de ignoratis in particulari, et in vniuersali scitis contingit conteri in vniuersali: et quia quædam ignorata in particulari per negligentiam, sciuntur per diligentiam: ideo tenetur facere quod in se est, ut sciat, et si non occurrat, tunc sufficit pœnitentia in generali ut doleat, et etiam aliqua mala sustineat, et in multis se offendisse credat, quæ ignorat.

3. A D illud quod obijcitur: Quod ignoratur nullo iure scitur, dicendum quod ad pœnitentiam sufficit cognitio probabilis: et probabile est cuiuslibet, qui fuit ignorans etiam in adulto, quod in multis offendit: et hoc insinuat lex diuina, quæ de illis docet pœnitere, et petere veniam: unde in Psalmo: Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me.

Psal. 18. d

4. A D illud quod obijcitur, quod ignorata non possunt confiteri: ergo, etc. dicendum quod illa tenemur confiteri, pro quibus oportet pœnitentiam facere in speciali: talia autem nisi nobis innotescant vel per nostram diligentiam, vel per reuelationem diuinam, ad pœnitentiam in speciali agendam non obligant: nihilominus tamen in ipsa confessione debet homo se totum

totum ostendere, et libenter pœnam portare, etiam A de his, quæ sunt ignotanter perpetrata:

teneatur pœnitere, et conteri in generali de negligentia sua, propter quam venit in illam obliuionem, et tenetur facere quod in se est, ut recordetur in speciali vel per recogitationem, vel per orationem. Si autem sit omnino oblitus, adhuc tenetur conteri in generali. Et voco conteri in generali non sub conditione, sed sub existimatione probabili. Debet enim homo probabiliter credere, quod in multis offendit, quorum non recordatur: et si ex hac existimatione doleat, sicut si certus esset, contritus est, et pœnitens. Concedenda sunt igitur rationes monstrantes, quod non est necesse conteri in speciali, siue pœnitere. Nec valet illud quod vltimo opponitur, quod nec in generali tenetur, quia totum est oblitus. Dico enim quod totum, quod est oblitus certitudinaliter, potest cognoscere probabiliter. 1. A D illud vero quod obijcitur ad oppositum, quod oportet specialiter per simile de furioso, respondendum est quod furiosus nec generaliter, nec specialiter potest pœnitere: et nullus iustificatur sine pœnitentia vel in generali, vel in speciali. 2. A D illud quod obijcitur, quod peccatum latens impedit iustificationem, dicendum quod falsum est: immo certitudinem iustificationis, quia non est certus de iustitia, eo quod non est certus de culpa. 3. A D illud quod obijcitur, quod reportat commodum, dicendum quod falsum est, quia debet dolere in generali de illis, et præterea de obliuione: et iterum grauius puniatur a Deo, quam si non fuisset oblitus, tamen via salutis non præcluditur. 4. Vltimum de generalitate patet, quia pœnitere in generali non est per conditionem, sed per certitudinem de peccatis commissis, quia scit se aliquando peccasse: sed tamen non recolat, quo peccato: aut per presumptionem probabilem, quæ aliquando tantum dolorem generat in homine, sicut certitudo peccati, et tantumdem valet.

Explicatio.

QVÆSTIO II.

An necesse sit conteri de peccatis scienter commissis, et postmodum oblitis.

Alex. Alenf. 4. p. q. 17. Memb. 3. art. 8. §. 1. S. Tho. 1. 2. q. 123. art. 5. Steph. Brul. 4. Sent. d. 16. q. 12. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 16. q. 14.

AD OPPOSITVM

T R V M de peccatis scienter commissis, et postmodum oblitis tenetur homo confiteri, an possit de talibus sine pœnitentia saluari. Et quod tenetur conteri, videtur: quia si aliquis peccet, et post cadat in furiam ante pœnitentiam, non potest postmodum iustificari. Et huius ratio est, quia non potest de peccatis pœnitere: ergo si furiosus non excusatur, nec obliuiosus. 1. COR. 4. a 2. I T E M: Nihil mihi conscius sum, et cetera. Glossa: Quia potest latere quod nescio: ergo latentia peccati impedit iustificationem: sed hoc non esset, nisi de illo teneatur pœnitere: ergo, etc. Si tu dicas, quod in generali tenetur: hoc non soluit, quia in generali non latet, immo quilibet debet reputare se fuisse peccatorem. 3. I T E M quod teneatur in speciali, videtur: quia si non esset oblitus, teneatur pœnitere in speciali: ergo esto quod ex culpa incidit in obliuionem, et ex negligentia, si non reportat commodum de malitia, adhuc tenetur. 4. I T E M quæro, quid sit conteri, siue pœnitere in generali. Si sub conditione, ut doleo si feci, similiter potest homo pœnitere de his, quæ non fecit, sicut de his, quæ fecit.

AD OPPOSITVM

CONTRA: Aliquis ita oblitus est, quod non potest recordari, quia memoria non est in nostra potestate: ergo si non tenetur ad impossibile, non tenetur ad recordari: sed non potest pœnitere nisi de malis, quæ recordatur: ergo nec de his. I T E M si facit homo quod in se est, Deus facit quod in se est: sed possibile est istum facere, quod in se est sine recordatione: ergo possibile est facere quod in se est sine pœnitentia: ergo possibile est iustificari sine pœnitentia: ergo non tenetur pœnitere. I T E M aliquis est paratus dolere de omnibus, et non dolet, vel pœnitit de his, nisi quia non recordatur: ergo obliuio introducta, est impedimentum: si ergo dolet de obliuione, remouetur impedimentum: ergo iustificatur. I T E M esto quod totum oblitus sit in generali, et particulari, quia numquam recordatur se offendisse, talis non potest pœnitere nec in generali, nec in speciali: et tamen potest iustificari, quia est viator, et potest demereri: ergo non oportet quod de istis pœniteat.

FVNDAMENTA.

CONSEQUENTER quantum ad tertium articulum queritur de pœnitentia venialium. Circa quam duo queruntur. Primo queritur de periculo morbi. Secundo de necessitate remedij.

QVÆSTIO I.

An veniale peccatum possit fieri mortale.

Alex. Alenf. 2. p. q. 107. Membr. 3. S. Tho. 1. 2. q. 88. art. 4. Et 2. Sent. d. 24. q. 3. art. 7. Et de Malo q. 7. art. 3. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 16. q. 13. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 16. q. 15. Gabr. Biel. 4. Sent. dist. 16. q. 5. dub. 4.

FVNDAMENTA.

T R V M veniale peccatum possit fieri mortale. Et quod sic, per complacentiam specialiter videtur. Augustinus: Nihil adeo est veniale, quod non fiat mortale, dum placet.

AD OPPOSITVM.

2. I T E M quod per multitudinem per Augustinum de pœnitentia: Quamuis singula non lethali vulnere ferire sentiantur: tamen omnia simul congregata, velut scabies eo quod plura sunt, necant. 3. I T E M ratione videtur, quia complacentia est plenus consensus: sed delectatio, quæ est venialis, adueniente consensu fit mortalis: ergo veniale per complacentiam fit mortale. Minor patet: quia delectatio morosa, u 3 quæ

Lib. 5. homiliarum hom. 50. et ser. 42. 100. 100.

CONCLUSIO.

De peccatis commissis et oblitis quis non tenetur pœnitere: neque conteri in speciali: sed id tenetur facere tantum in generali, etiam si omnino sit oblitus.

RESP. AD ARGV. Dicendum quod oblitus aut est oblitus omnino, ita quod non recordatur nec in generali, nec in speciali, aut est oblitus in speciali, sed tamen in generali recordatur. Quando est oblitus in speciali, tamen recordatur in generali, dico quod S. Bon. To. 5.

quae est venialis ante consensum, postea fit mortalis. A
4. I T E M placitum est quia voluntas: sed quiescens in creatura fruitur illa, et ita peccat mortaliter: ergo veniale fit per complacentiam mortale.

5. I T E M quod per multitudinem, videtur: quia amor mortalis non excedit amorem venialis in infinitum: sed finitum aliquoties sumptum reddit esse non finitum: ergo, *et cetera*. Si tu dicas, quod excedit in infinitum, quia hoc est supra Deum, et illud infra. Contra: Ab eadem virtute non exit motus in infinitum maior, et minor: sed amor mortalis, et venialis sunt ab eadem potentia: ergo, *et cetera*.

6. I T E M veniale est alicuius quantitatis, quia est maius, et minus: sed omne quantum est proportionabile quanto: ergo mortale cum sit quantum, non excedit veniale improporcionabiliter: et sic, *et cetera*.

7. I T E M veniale est dispositio aliquo modo ad mortale: sed per maiorem dispositionem fit necessitas: ergo necessario, ut videtur, veniale introducit mortale peccatum.

FUNDA-
MENTA.

C O N T R A: Veniale, et mortale specie differunt: sed complacentia eo quod complacentia non mutat speciem, sed conseruat: ergo vnum per complacentiam non fit alterum: ergo veniale non fit mortale.

I T E M mortale excedit veniale in infinitum, quia poena excedit poenam in infinitum: ergo veniale infinites multiplicatum non fit mortale.

C O N C L V S I O.

Peccatum veniale per complacentiam potest fieri mortale, loquendo de eo quod fit non per surreptionem.

R E S P. A D A R G. Dicendum quod triplex est genus venialis peccati. Quoddam enim est ex surreptione: et ideo veniale, quia vitari non potest tunc. Quoddam ex cogitatione, sine voluntate, siue consensu: et ideo veniale quia non plene consentit homo, ut in cogitatione de muliere, et delectatione circa consensum in delectationem. Quoddam est veniale cum ratione, et consensu: sed tamen ideo est veniale, quia non est deordinatio contra praecipuum, ut ebrietas, et mendacium iocosum. Cum igitur quaeritur, vtrum mortale fiat veniale, si intelligat quod haec culpa per essentiam fiat illa, nulla est quaestio, quia hoc est impossibile. Si intelligat, quod illud quod alias erat veniale possit esse mortale, ut mendacium iocosum, et ebrietas, dico quod quoddam non fit mortale, quoddam fit mortale per complacentiam. Primum igitur veniale quod committitur praeter rationem, semper est veniale. Sed secundo modo veniale per delectationem citra consensum, fit mortale per consensum: et ita per complacentiam, secundum quod placitum dicitur consensus plenus. Tertium veniale quod est per delectationem citra Deum, potest fieri mortale per libidinem magnam, sicut mendacium iocosum: et hoc fit mortale secundum placitum, secundum quod placitum dicitur quia voluntas. Et quia iteratio actus disponit ad libidinem, et complacentiam: hinc est,

Epist. 108.
ad sim. 10. 2.

quod Augustinus dicit in pluribus locis, quod plura venialia obruunt, non per se, sed quia disponunt ad libidinem, non dispositione necessitatis, sed pronitatis.

1. 2. A D illud ergo quod probatur quod venialia non fiant mortalia per essentiam, dicendum quod verum est: sed quod obijcitur in contrarium de Augustino, solum est quo modo intelligitur. Illud enim intelligitur siue per conuenientiam in genere actus, siue per dispositionem, quia multa venialia disponunt ad libidinem, et contemptum: ideo Augustinus comparat ea bestiis minutis, comparat guttis, comparat arenam, comparat scabiei: non quia ipsa in se faciunt naufragium, sed quia ad hoc perducunt per accidens.

3. 4. A D illud quod obijcitur de consensu, et quiescente voluntate, dicendum quod quando consensus venit, nouum peccatum fit, nec fit veniale mortale, sed quod alias esset veniale, mortale fit.

5. A D illud quod obijcitur, quod per multitudinem, *et cetera*, dicendum quod est infinita proportio, non quia motus est infinitus intensione, sed reputatione: sicut patet in eo, qui diligit Deum ex charitate, plus diligit Deum, quam denarium vnum, et quam in infinitum multiplicatum: vnde vnus amor qui est infra Deum, numquam comparabilis est amori, qui est supra Deum secundum istum modum.

6. A D illud quod obijcitur, quod veniale est quantum, dicendum quod quemadmodum linea est in se quanta, sed comparatione superficiem non habet quantitatem: sic veniale est de se quantum sit, comparatione tamen mortalis caret quantitate.

7. A D illud quod obijcitur de dispositione, dicendum quod voluntas semper libere mouetur: et ideo non disponitur dispositione, quae sit necessitas, sed tantum dispositione, quae est pronitas: non sic natura, quae ad vnam partem est determinata. Et alia ratio est in habente charitatem, quia sustentatur a virtute infinita: et talis per nullum pondus compellitur cadere falsa sustentatione: voluntas enim semper libera est, et quamdiu est in via vertibilis est: et ideo numquam inuitabiliter dum est in via ad malum culpa disponitur: et sic patet illud.

Q V A E S T I O II.

An quis teneatur poenitere de veniali.

Alex. Alenf. 4. p. q. 17. Membr. 3. art. 1.
S. Th. 3. p. q. 87. art. 1.
Et 4. Sent. d. 16. q. 2. art. 2. q. 2.
Th. Arg. 4. Sent. dist. 16. q. 1. art. 4.
Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 16. q. 26.
Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 16. q. 16.
Gabr. Biel. 4. Sent. dist. 16. q. 1.

DE poenitentia venialium quantum ad necessitatem remedij. Est et quaestio, vtrum quis teneatur poenitere de veniali. Et quod sic, videtur: quia impossibile est intrare in gloriam, nisi veniale remittatur: sed veniale est actuale peccatum, et ab illo non iustificatur nisi per poenitentiam: ergo necesse est poenitere.

AD OPPO-
SITVM.

I T E M aliquod est veniale, quod per consensum fit mortale: ergo aliqua sunt in quae tenemur dissentire, ne fiat: ergo postquam talia sunt commissa, tenemur dissentire, et de eis dolere: ergo et poenitere.

I T E M multitudo venialium de proximo disponit ad mortale, licet non necessario: ergo qui dimittit venialia in se multiplicari, committit se discrimini: sed omnes tenentur non committere se discrimini: ergo, *et cetera*.

I T E M quod poena exterior sit necessaria, videtur: quia dicit Magister in littera, quod est peccus percutiendum, et quantalacumque poena sustinenda.

I T E M Augustinus loquens de periculo venialium, ieiunia, inquit, et orationes, et elemosynae inuigilent.

Lib. 50. ho-
miliarum
ho. ult. 10.

S E D C O N T R A: Quae non tenemur vitare, non tenemur de his poenitere: hoc certum est, quia sicut virtus poenitentiae detestatur factum, ita cauet facientem: sed talia sunt venialia: ergo, *et cetera*.

10.
FVND-
MENTA.

I T E M ad nihil tenemur, sine quo potest esse charitas: sed charitas potest esse sine delectione venialium, quia stat cum venialibus: ergo de venialibus non tenemur poenitere.

I T E M

I T E M non teneor poenitere de hoc veniali, nec de illo: et sic de alijs: pari ergo ratione de nullo.

I T E M quod non debeat veniali poena exterior, videtur: quia veniale est minus mortali in infinitum: sed mortali debetur poena finita exterior: ergo veniali nulla.

C O N C L V S I O.

Poenitentia de peccato veniali secundum se non est necessaria, sed bene prouidet rationem periclitantis.

AUG. VBI SU
PR.
Vide S. Th.
3. p. q. 87.
art. 1.

R E S P. A D A R G. Dicendum quod dupliciter est loqui de morbo peccati venialis, aut in se, aut in quantum praebet occasionem periclitandi, quam ponit Augustinus in littera siue per consensum, siue per contemptum. Si loquamur de veniali in se, sic dico quod non est necesse poenitere de veniali nec poenitentia interiori, nec poenitentia exteriori: quoniam (sicut infra videbitur) veniale non solum in hac vita delectur, verum etiam post mortem. Si autem loquamur ratione periculi ad quod ducit, sic dico quod quia ducunt ad periculum ipsum impotentem, quod tenetur homo de aliquibus poenitere, quando aduertit periculum, sicut manifeste dicit Augustinus in littera. Et ideo notandum est, factum est, quod tria sunt genera venialium. Quaedam ex surreptione: et de his non tenemur poenitere nisi de congruo. Quaedam ex cogita-

Inf. dist. 22

AUG. VBI SU
PR.
q. 2. huius
articuli.

atione, cui si consentiatur, incidit homo in mortale: et de tali tenetur homo poenitere non simpliciter, sed in casu, siue pro loco, et tempore, quando recogitat ea, ne, si consentiat, cadat. Quaedam autem sunt venialia, quae per sui multitudinem augent libidinem, sicut illa, in quae est consensus, et deordinatio infra Deum: et de talibus dico, quod tenetur homo poenitere, ne multiplicentur, et in hoc periculo, et discrimini se committat: et ad talium hortatur poenitentiam Augustinus, ostendens periculum quod est in multitudine venialium, comparans arenam, comparans bestiis minutis, comparans guttis multiplicatis, comparans scabiei, et intelligenda est similitudo quantum ad haec omnia ratione periculi: non quod faciunt ipsa venialia de se, sed quod ad hoc hominem praeparant: et de his sanum consilium est etiam poenam sustinere, sicut Augustinus determinat. Vtrum autem teneamur sacerdoti ea confiteri, et ad eius arbitrium satisfacere, quaestio erit infra, cum agatur de confessione.

Li. de vera
et falsa pen.
c. 20. 4.

Ex his patent obiecta ad vtramque partem. Nam rationes ad primam partem procedunt ratione periculi, ad quod disponunt, praeter primam: quam solvendum est per interemptionem, quia remitti possunt in alio saeculo. Rationes vero ad oppositum procedunt ratione morbi in se. Vltimum tamen non valet: quamuis enim mortale, quamdiu est mortale, fit improporcionabile: tamen in ipsa iustificatione remittitur poena aeterna: et mortale fit quodam modo veniale, et ita proportionabile.

Lib. 50. Ho-
miliarum,
Homil. ult.
10. 10.

Dist. 27.

D I S T I N C T. XVII. P A R S I.

T R I A P R O P O N V N T V R Q V A E R E N D A:

primum, an sine confessione dimittatur peccatum. Secundum, an alicui sufficiat confiteri Deo sine sacerdote. Tertium, an laico facta valeat confessio, quae omnia solvuntur in hac distinctione.

HIC oritur quaestio multiplex. Primo enim quaeritur vtrum absque satisfactione, et oris confessione, per solam cordis contritionem, peccatum alicui dimittatur. Secundo, An alicui sufficiat confiteri Deo sine sacerdote. Tertio, An laico fidelis facta valeat confessio. In his enim etiam docti diuersa sentire inueniuntur: quia super his varia, ac pene aduersa tradidisse videntur doctores. Dicunt enim quidam, sine confessione oris, et satisfactione operis neminem a peccato mundari, si tempus illam faciendi habuerit. Alij vero dicunt ante oris confessionem et satisfactionem in cordis contritione peccatum dimitti a Deo, si tamen votum confitendi habeat. Vnde propheta: Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino: et tu remisisti, et c. Quod exponens Cassiodorus ait: Dixi, id est deliberaui apud me quod confitebor, et tu remisisti. Magna pietas Dei, qui ad solam promissionem peccatum dimiserit. Votum enim pro operatione indicatur. Item Augustinus: Nondum pronunciat, promittit se pronunciatum, et Deus dimittit: quia hoc ipsum dicere, quoddam pronunciare est corde. Nondum est vox in ore ut homo audiat confessionem, et Deus audit. Item: Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum, et cetera. Alibi etiam legitur: Quacumque hora peccator conuersus fuerit, et ingemuerit, vita viuet, et non morietur. Non dicitur, ore confessus fuerit, sed conuersus ingemuerit. Vnde datur intelligi, quod etiam ore tacente veniam interdum consequimur. Hinc etiam leprosi illi, quibus Dominus precepit ut ostenderent se sacerdotibus, in itinere antequam ad sacerdotes venirent, mundati sunt. Ex quo insinuat, quod antequam ora nostra sacerdotibus aperiamus, id est peccata confiteamur, a lepra peccati mundamur. Lazarus etiam non prius de monumento est eductus, et post a Domino suscitatus: sed intus suscitatus, prodijt foras viuus: ut ostenderetur suscitatio anima precedere confessionem.

Quaestio tri-
plex.

Ad primam
quaestio. hac
habetur de
pen. dist. 1.
Opin. falsa.

Opin. vera.
Psal. 31. b
Probatio o-
pin. vera.
Glos. ordin.
In Ps. 31.
10. 8.

Psal. 50. d
Ezec. 18. e

Luc. 17. d

Ioan. 11. f
Aug. ser. 42
10. 10.

Eccli. 17. d. sionem. Nemo enim potest confiteri, nisi suscitatus: quia a mortuo, velut qui non est, perit confessio. Nullus ergo confitetur, nisi resuscitatus. Nemo autem suscitatur, nisi qui a peccato soluitur: quia peccatum mors animæ est, quæ ut est vita corporis, ita eius vita Deus est. His alijsq. pluribus auctoritatibus probatur, ante confessionem vel satisfactionem sola compunctio- ne peccatum dimitti. Quod qui negant, eas determinare laborant: necnon in huius sententia deprehensionem, et ad suæ opinionis assertionem auctorum testimonia inducunt. Ait enim Dominus per Isaiam: Dic tu iniquitates tuas ut iustificeris. Item Ambrosius: Non potest quisquam iustificari a peccato, nisi peccatum ipsum antea fuerit confessus. Idem dicit: Confessio a morte animam liberat, confessio aperit paradysum, confessio spem salutis tribuit: quia non meretur iustificari, qui in vita sua non vult peccatum confiteri. Illa confessio nos liberat, qua fit cum ære penitentia. Penitentia vero est dolor cordis, et amaritudo animæ pro malis, quæ quisque commisit. Item Ioannes: Non potest quisquam gratiam Dei accipere, nisi purgatus fuerit ab omni peccato per penitentia confessionem, et per baptismum. Item Augustinus: Agite penitentiam, qualis agitur in Ecclesia. Nemo dicat sibi, occulte ago, quia apud Deum ago: non vult Deus qui mihi ignoscit, quia in corde ago. Ergo sine causa dictum est: Quæ solueritis super terram, soluta erunt et in celis: Ergo sine causa claves datæ sunt? Frustramus ergo verbum Christi? Iob dicit: Si erubui in conspectu populi peccata mea confiteri. Item Ambrosius: Venialis est culpa, quam sequitur confessio delictorum. Item Augustinus super illud locum Psalmi: Non absorbeat me profundum: neque urgeat super me puteus os suum. Puteus est profunditas iniquitatis: in quam si cecideris, non claudet super te os suum, si tu non claudis os tuum. Confiteri ergo et dic: De profundis clamavi ad te Domine, et cetera. Et euades. Claudet super illum, qui cum veneris in profundum contemnit: a quo mortuo, velut qui non sit, perit confessio. Item Augustinus: Nullus debitam grauioris pœna accipit veniam, nisi qualemcumque, etsi longe minorem quam debeat, soluerit pœnam. Ita enim impartitur a Deo largitas misericordiae, ut non relinquatur iustitia discipline. Item Hieronymus: Qui peccator est, plangat delicta propria vel populi et ingrediatur Ecclesiam, de qua propter peccata fuerat egressus: et dormiat in sacco, ut præteritis delicias, per quas Deum offenderat, vite austeritate compenset. His alijsq. auctoritatibus nituntur asserere, sine confessione vocis et aliqua solutione pœna neminem a peccato mundari.

Cui nam sententiæ potius consentiendum sit.

QVID ergo super his sentiendum? quid tenendum? Sane dici potest, quod sine confessione oris, et solutione pœna exterioris peccata delentur per contritionem, et humilitatem cordis. Ex quo enim proponit mente compuncta se confessuram, Deus dimittit: quia ibi est confessio cordis, etsi non oris, per quam anima interiorius mundatur a macula et contagione peccati commissi, et debitum aeternæ mortis relaxatur. Illa ergo, quæ superius dicta sunt de confessione et penitentia, vel ad confessionem cordis, vel ad interiorem pœnam referenda sunt. Sicut illud Augustini: Quod nullus dicitur veniam consequi, nisi prius quantumcumque peccati soluerit pœnam, vel de exteriori pœna accipienda sunt, et ad contemntes, vel negligentes referenda, sicut illud: Nemo dicat, occulte ago, et cetera. Nonnulli enim in vita peccata confiteri negligunt vel erubescunt: et ideo non merentur iustificari. Sicut enim præcepta est nobis interior penitentia, ita et oris confessio, et exterior satisfactio, si ad sit facultas. Unde nec vere penitens est, qui confessionis votum non habet. Et sicut peccati remissio munus Dei est: ita penitentia et confessio, per quam peccatum deletur, non potest esse nisi a Deo, ut Augustinus ait: Iam, inquit, donum Spiritus sancti habet, qui confitetur et penitet: quia non potest esse confessio peccati, et compunctio in homine ex seipso. Cum enim irascitur sibi quisque et displicet, sine dono Spiritus sancti non est. Oportet ergo penitentem confiteri peccata, si tempus habeat: et tamen ante quam sit confessio in ore, si votum sit in corde, præstatur ei remissio.

DIST.

DIST. XVII. PARS I.

De confessione sacramentali, et de his quæ ad eam spectant prout habet rationem remedij, quantum ad necessitatem ex parte confitentis.

Hic oritur questio multiplex: primo enim quaeritur verum absque satisfactione, et cet.

Expositio textus.



SVPRA egit Magister de partibus integran- tibus penitentiam quasi sub quodâ compendio. Hic quia penitentia vult esse sacramentum Ecclesiæ præcipue attenditur quantum ad confessionem, principa- liter determinat de confessione. Et diuiditur hæc pars in duas. In prima agit de confessione sacramentali, vt habet rationem remedij. In secunda in quantum habet rationem signi: Infra prope finem: Post prædicta restat inuestigare, quid in actione penitentia. Prima pars habet quatuor. In prima agit de confessione quantum ad necessitatem ex parte confitentis. In secunda quantum ad potestatem absoluentis, infra: Hic quaeri solet, si peccatum omnino dimissum est a Deo, et cet. In tertia quantum ad opportunitatem temporis, infra: Scien- dum est etiam, quod tempus penitentia est vsque in aeternum. In quarta quantum ad vtilitatem a parte finis, infra, vltra medium: Post hæc considerandum est, quid prodest confessio, et c. Prima pars spectat ad præsentem distinctionem, quæ habet tres partes secundum tres quæ- stiones, quas determinat Magister circa confessionis necessitatem. Primo ergo quaerit, vtrum confessio sit peccatori necessaria ad iustificationem. Secundo dato quod quodam modo sit necessaria, vtrum sufficiat confiteri corde, an necesse sit confiteri ore ipsius Dei ministro: et hanc profequitur, ibi: Iam secundum quaestiones articulum inspicimus. Tertia vero determi- nat, cui homini necesse sit confiteri, vtrum sufficiat confiteri laico, an necesse sit confiteri sacerdoti, et hoc ibi: Nunc priusquam præmissis auctoritatibus, et c. Prima pars habet tres. In prima proponit quæstiones. In secunda ad vtramque partem quæstionis opponit, vtrû scilicet confessio sit necessaria ad iustificationem, ibi: Dicunt enim quidam sine confessione oris. In tertia determinat, ibi: Quid ergo super his sentiendum? quid tenendum?

Magna pietas est, quod ad solam promissionem peccatum dimiserit: votum enim pro operatione iudicatur. Dub. I.

Videtur Cassiodorus hic male dicere, quia secundum hoc tantum valet, si quis habet voluntatem confitendi, quantum si confitetur: frustra ergo confitetur. ITEM aut sacramentum confert aliquid habenti bonam voluntatem, aut nihil. Si aliquid: ergo non est idem, et æquiualens, velle, et sacramentum suscipere. Si nihil confert habenti bonam voluntatem, et nulli alij confert: ergo, et cet.

R s p. Dicendum quod votum hic dicitur firmû propositum: et hoc computatur pro operatione, non quia tantum valet omnino, sed quia hoc Deus acceptat. Et si ad sit votum, et desit facultas, Deus excusatum habet: concedo ergo bene, quod semper aliquid recipit qui opere accipit sacramentum, et aliquam vtilitatem habet: tamen vbi desit facultas, Deus reputat sufficiens ad impetrandum ipsum votum: et vbi ad sit antequam perueniat ad opus, reputat conueniens ad obtinendam gratiam: nec tamen frustra confitetur:

A si enim pro loco, et tempore non confiteretur, aut votum non esset, aut esse desisteret, si prius esset.

Nemo enim potest confiteri nisi suscitatus. Dub. I I.

Videtur non esse verum, quod dicit, quia secundû hoc cum nullus mortuus teneatur ad sui suscitationem, quia hoc est impossibile, nullus peccator tenetur ad confessionem, quod est inconueniens.

R s p. Dicendum quod posse confiteri est dupliciter. Aut peccatum detegendo, vt sit confessio manifesta, et sic potest fieri etiam a peccatore. Aut vt sit confessio vere reconciliatiua: et sic non potest fieri nisi a iusto, et suscitato. Si enim alias fiat, absoluitur exterius, sed non interius. Nihil enim ad salutem valet alicui pœnam temporalem taxare, quousque Dominus absoluat ab æterna.

Qua ut est vita corporis, et cet. Dub. I I I.

Innuat Magister, quod sicut anima est vita corporis, ita eius vita Deus est. Videtur hoc esse falsum, quia anima viuificando informat corpus, sed Deus nõ est forma animæ. Item: Corpus priuatum animæ vita, non resuscitatur nisi per miraculum: ergo videtur quod iustificatio sit miraculosa: quod non videtur, cum nemo admiretur hoc, nec sit insolitum.

R s p. Dicendum quod sic Deus est vita animæ, sicut anima corporis quodam modo, et quodam modo non sic. In hoc enim est similitudo, quod quemadmodum corpus indiget anima, et ab ipsa viuificatur, quamdiu illi coniungitur, et per eius separationem vilesit: sic quamdiu anima vinitur Deo per charitatem, viuificatur, et quando separatur ab eo, moritur, et vilesit. In hoc autem est dissimilitudo, quia anima coniungitur naturaliter, et naturaliter ex corruptione nature separatur: ita quod appetitus, et indigentia est in vtroque, quia constituunt tertium: ex Deo autem, et anima non sit vnum: et præterea coniunctio illa est voluntatis ex vtraque parte: et hinc est quod quia voluntas nostra naturaliter est vertibilis, et diuina misericordia prompta est misereri, quod resuscitatio animæ non est miraculosa, sed vt proprius loquamur, est mirabilis.

Quia non meretur iustificari, qui in vita sua non vult peccatum confiteri. Dub. I V.

Videtur improprie loqui, quia iustificatio antecedit omne meritum: ergo nullus iustificari meretur. Item quaeritur, cum omnes virtutes dentur homini, scilicet fides, charitas, et cet. quare magis vocatur iustificatio deletio culpæ, quam aliud. Item: Cum anima dicatur viuificari, sanari, et renouari, quaeritur, quæ sit differentia inter hæc.

R s p. Dicendum quod iustificatio non cadit sub merito condigni, cadit tamen sub merito congrui: dicitur autem reparatio animæ iustificatio. Peccatum enim actuale est deordinatio, siue obliuatio circa aliquem actum animæ: et per hanc separatur anima a Deo: et ex hoc incurrit duplex malum, scilicet difficultatem ad bonum: et ideo dicitur vetustas, qua anima iâ inueterata est: et pronitatem ad malû, et hæc dicitur infirmitas: vnde omne peccatum dicitur iniustitia, dicitur mors, dicitur vetustas, dicitur infirmitas. Per oppositum igitur anima in aduentu gratiæ viuificatur, et ex susceptione virtutum ordinantium vniuersas potentias iustificatur, et hoc quidem fit in instanti: vnde iustificatio dicitur a iustitia generali: sed sanatur vltierus per gratiam sacramentorum, et renouatur per bonum exercitium, et fit semper ad bonum habilior. Vnde dicit Apostolus: Quod renouatur de die in diem, 2. Cor. 4. d. sicut.

sicut exterior de die in diem corrumpitur: Vnde notandum, quod peccatum vno modo dicitur infirmitas, et vetustas, alio modo sequela peccati. Et primo quidem modo statim fit sanatio, et renouatio, secundo modo successiue. Nec peruenitur ad perfectam sanitatem, et nouitatem nisi in gloria, eo quod semper manet pronitas, et difficultas in via. Quod ergo queritur, quare dicitur iustificatio, dicendum quod dicitur a iustitia generali, non a iustitia cardinali. Quod queritur, quo modo hæc differant, iam patet. Patet etiam illud, quod confuevit queri, cuius sit sanare: dico enim quod contritionis, in quantum est actus virtutum, est iustificare: sed eius in quantum est sacramentalis, est curare. Sacramenta enim proprie sanant, et virtutes rectificanc. Sed in quantum est gratiæ, est viuificare, in quantum horum omnium, renouate.

Nisi purgatus fuerit ab omni peccato per penitentiam, et cet. Dub. V.

Queritur quo modo ista tria distinguantur: videtur enim confessio ab his non differre.

RESP. Dicendum quod curatio a morbo est dupliciter, aut per virtutem, aut per sacramentum. Si per virtutem, dicitur per penitentiam. Si per sacramentum: hoc est dupliciter, sicut duplex est tabula: et sic est confessio, et baptisimus. Aliter potest dici, et melius: quod Chrysostomus loquitur de adultis: et hi purgantur duplici sacramento, scilicet confessione, et baptisimo: et preparatorium ad vtrumque est contritio: et hanc nomine penitentia dar intelligi.

Nemo dicat sibi: Occulte ago penitentiam, et cet. Dub. VI.

Videtur ex hoc, quod penitentia omnis sit facienda in publico, et illud videtur per litteram sequentem de Iob: Si erubui peccata mea, et cet. videtur secundum hoc, quod quilibet teneatur confiteri peccata sua in conspectu populi: ergo non est vere penitens, qui confitetur in priuato.

RESP. Dicendum quod Augustinus intelligit de occultatione, quæ fit respectu sacerdotis, cui præcepit Dominus manifestari, non respectu aliarum personarum.

Venialis est culpa, quam sequitur confessio delictorum. Dub. VII.

Videtur male dicere, quia culpa non alleuiatur ex effectu sequenti, quamuis aggrauetur: ergo videtur quod mortale nunquam per confessionem fiat veniale. Item: Veniale non fit mortale: ergo nec econuerso. Item: Si fit veniale, quia Deus dimittit per confessionem: multo a fortiori debet dicere de contritione.

RESP. Dicendum quod in absolutione, quæ est in contritione, culpa, recipit veniam quantum ad penam æternam. In confessione vero partim recipit veniam, partim non, quia ad vnam partem penæ ligatur, ab alia absoluitur: et ideo dicit Ambrosius quod venialis efficitur non quantum ad maculam, sed quantum ad obligationem ad penam aliquam: et sic patet illud.

Dormiat in sacco, et cet. Dub. VIII.

Non videtur esse doctrina competens, quia multi in sericis asperas penitentias agunt.

RESP. Dicendum quod saccus accipitur pro qualicumque humiliatione, eo tropo, quo species accipitur pro genere. Vel dicendum quod non est præceptio, sed consilij: nec intelligitur de sacco exterius, sed

quod interius feratur vestimentum asperum. Vel dicendum, et melius, quod sicut est intelligendum, quod ingrediatur Ecclesiam: sic quod dormiat in sacco, non enim intelligitur de tæplo materiali, sed de vnitæ spiritali, et sic interius debet esse amictus sacco, quia vera penitentia debet esse humilis, et austera: quorum vtrumque notatur in sacco, et fuit in Niniuitis. Sed illa auctoritas non videtur ad propositum de confessione: et ideo dicendum quod adducta est non propter confessionem, sed propter satisfactionem: facit tamen ad confessionem, quasi a posteriori: et sic patet illud.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam primæ quæstionis, quam ponit hic Magister, queritur in parte illa de iustificatione impij: et circa hoc duo principaliter queruntur. Primo de his, quæ sunt necessaria ad iustificationem impij absolute. Secundo queritur de ipsis in comparatione ad inuicem. Circa primum queruntur quatuor. Primo queritur, vtrum ad iustificationem impij sit necessaria gratia infusio. Secundo, vtrum necessarius sit motus liberi arbitrij: Tertio, vtrum necessaria sit contritio. Quarto, vtrum necessaria sit confessio.

QVÆSTIO I.

An ad iustificationem impij necessaria sit gratia infusio.

Alex. Alenf. 4. p. q. 17. Membr. 4. art. 6. §. 1. S. Tho. 1. 2. q. 113. art. 1. Et 4. Sent. dist. 17. q. 1. art. 3. q. 1. Et de Verit. q. 28. art. 8. Scotus 4. Sent. dist. 16. q. 2. Richardus 4. Sent. dist. 17. art. 4. q. 2. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 17. q. 1. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 17. q. 38.

VD ad iustificationem impij necessaria sit gratia infusio, videtur: iustificati per gratiam, et cet. FVNDAMENTA. Rom. 3. 6

ITEM ratione videtur, quia peccatum est priuatio, sed non remouetur priuatio nisi per collationem habitus: ergo confertur in deletione peccati aliquis habitus: sed peccatum Deo displicebat, et displicere faciebat: ergo ab oppositis habitus ille Deo placet, et placere facit: sed hunc dicimus gratiam gratum facientem: ergo, et cet.

ITEM per peccatum separatur homo a Deo: ergo ab oppositis in iustificatione vnitur Deo: sed vnio in Deo non est sine dispositione vniète, quia tunc peccator inimicus Deo, haberet gratiam Dei: ergo, et cet.

ITEM non decet esse post hunc statum nisi duo loca, scilicet gloriæ, et penæ: ergo non decet hominem esse nisi in statu, in quo possit esse in altero istorum: ergo hominem mortalem necesse est esse, vel in culpa, vel in gratia: sed per iustificationem recedit a statu culpæ: ergo necesse est sibi conferri habitum gratiæ.

1. CONTRA: Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me: ergo deletio culpæ erit ante habitum gratiæ.

2. ITEM non minus est impium iustificare, quam creare: sed Deus creat sine medio: ergo et iustificat.

3. ITEM lapsus fuit proprie ab innocentia in culpam: ergo cum reformatio respondeat deformationi, debet homo in puram innocentiam restitui: sed hæc me-

QVÆSTIO II.

An ad iustificationem sit necessarius motus liberi arbitrij.

Alex. Alenf. 4. p. q. 17. Membr. 4. art. 6. §. 3. S. Tho. 1. 2. q. 113. art. 3. et 5. Et 4. Sent. dist. 17. q. 1. art. 3. Et 4. contra Gent. cap. 1. 58. Et de Verit. q. 28. art. 5. Richard. 4. Sent. dist. 17. art. 4. q. 1. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 17. q. 2. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 17. q. 39.

CONCLVSIO.

Quamuis delere possit Deus sine medio culpam, decreuit tamen delere per gratiam, qua non modo restituitur innocentia, sed natura debilitata habilitetur ad bonum.

RESP. AD ARG. Dicendum, quia in omni opere Domini est misericordia, et veritas, hæc maxime in nobili opere oportet esse, scilicet in opere iustificationis. Quoniam igitur homo peccauit, et nihil ante gratiæ infusionem apud Deum meruit, Deus iusto iudicio non omnino effectum culpæ tollit, immo penam relinquit: et ideo in priorem statum hominem non statim restituit. Et quoniam misericors est, ideo etiam amplius bonum reddit: quia magis indiget: ideo non tantum restituit innocentiam, sed etiam dat gratiam: ideo quamuis delere possit Deus sine medio culpam: decreuit tamen delere per gratiam, sed non tantum faceret innocentem, immo etiam naturam debilitatam habilitaret ad bonum: vnde concedendæ sunt rationes ad hoc.

1. AD illud quod obijcitur in contrarium, quod Deus solus delet, dicendum quod verum est effectiue, sed formaliter delet ipsa gratia. Deus autem nullius est forma perfectiua.

2. AD illud quod obijcitur, quod solus creat, dicendum quod non est simile, quia create dicitur opus quod non respicit materiam præiacentem, sed iustificare respicit materiam subiectam: et ideo non tantum respicit efficientem causam, verum etiam formalem.

3. AD illud quod obijcitur, quod culpa aufert innocentiam, dicendum quod non decreuit Deus restituere innocentiam, quin daret gratiam ratione prius habitam.

4. AD illud quod queritur, aut gratia expellit, quando est, et cet. dicendum quod quando est, et simul est, et expellit: Ad illud quod obijcitur, quod accidens esse est inesse, dicendum quod gratia est, accidens, et habet ortum realiter ab alio, quam a subiecto proprio, scilicet a Deo. Vnde triplicem habet comparationem ad principium, a quo procedit, ad peccatum contrarium, quod expellit, ad subiectum quod perficit: et omnes istæ comparationes sunt simul tempore: tamen naturaliter prius gratia comparatur ad principium, a quo procedit, secundo ad peccatum quod expellit, tertio ad subiectum quod perficit: vnde proprie loquendo prius est gratia ab efficiente, quam expellat culpam per naturam: et sic patet responsio ad illud. Obijcit enim de esse gratiæ in quantum informat subiectum: prius autem est gratiam creati per naturam, quam subiectum esse gratia informatum: vnde sicut in actione, et productione aliarum formarum intelligimus, quod forma prius se habeat in ratione virtutis agentis, quam qualitatis informantis, sic in proposito intelligatur: tamen hæc prioritas non est temporis, sed naturæ.

5. AD illud quod vltimo obijcitur, dicendum quod gratia aliquando dicitur habitus, aliquando actus, aliquando status est in habitu gratiæ. Iustificatio autem dicitur magis actus gratiæ, vel status, quam dicitur ipse habitus. Quare autem magis sic appellatur, infra videbitur.

TRVM ad iustificationem sit necessarius motus liberi arbitrij: Et quod sic, videtur per Augustinum: Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te: ergo necessarium ad iustificationem requiritur eius motus.

ITEM Bernardus de libero arbitrio: Opus salutaris duo requirit, id est Deum dantem, et libeum arbitrium recipiens, et consentiens: ergo necessario concurrat opus liberi arbitrij.

ITEM ratione videtur, quia Deus quantum est de se, semper paratus est iustificare hominem: ergo quod homo modo iustificetur, et non prius, non est secundum variationem ex parte Dei, sed a parte hominis: sed adultus iustificatur sine aliqua variatione circa sensum: ergo necesse est quod sit variatio circa liberum arbitrium.

ITEM Deus plus exigit ab homine, qui plus potest: ergo plus ab adulto, quam paruulo, cum plus possit: sed illud quod exigit, non potest minus esse, quam motus liberi arbitrij: ergo ad iustificationem illum exigit.

CONTRA: Iustificatio est per virtutem: sed ad opus virtus est bona qualitas mentis, quam Deus in nobis sine nobis operatur: ergo, et cet.

ITEM in iustificatione accedit homo ad Deum: sed dicitur: Nemo venit ad me nisi traxerit eum Patris: sed tractus est motus volentis, et libero arbitrio non potest inferri violentia: ergo non est liberi arbitrij.

ITEM potentius agens est Deus, quam aliquod agens creatum: sed agens creatum sine aliqua cooperatione suscipientis expellit oppositum, vt patet in luce, quæ expellit tenebram sine aliqua cooperatione aeris: ergo, et cet.

ITEM quero quis sit ille motus: cum enim omnis motus meritorius sit a libero arbitrio, videtur, quod ille posset esse cuiuslibet virtutis.

CONCLVSIO.

Ad iustificationem impij adulti est necessarius motus liberi arbitrij, qui est motus fidei.

RESP. AD ARG. Dicendum quod sicut iustificatio non est nisi volentis, sic etiam non dat eam Deus nisi volenti, dummodo sit in tali statu, quod consentire, et dissentire possit: ideo ad susceptionem iustificationis in adulto requiritur motus liberi arbitrij secundum quem consentit gratiæ: Et quia primus motus, per quem consentit gratiæ, est motus fidei: ideo motus iste est motus fidei. Vnde: Iustificati per fidem: veralem cõ-Glossa prima: Ex motu liberi arbitrij, qui est ex fide, cil. T. riden. Ideo dicitur: Fide purificans corda: quia motus fidei primo requiritur ad purificationem.

AD illud ergo quod obijcitur, quod Deus operatur virtutem sine nobis, dicendum quod verum est sine

sine nobis efficientibus: non tamen sine nobis dispo-

2. Ad illud quod obijcitur, quod Deus trahit, dicendum quod est trahi per coactionem, et sic non trahit: et est trahi per inductionem, et subleuationem, et sic trahit, quia inducit: et etiam subleuat hominē ad illud, ad quod per se non potest perungere.

3. Ad illud quod obijcitur, quod Deus est potentissimus, dicendum quod hoc non est propter impotentiam ex parte Dei, sed propter congruentiam in agendo. Non enim facit Deus quicquid potest, sed quod decet, et quod congruit, et decens est quod imprimat formam in materiam, sicut competit formæ, et materię suscipienti: et forma est iustitia, quæ est libertatis: et materia similiter est voluntas libera in agendo, et recipiendo: et ideo non datur sine actu eius, cum quo nata est agere.

Ad q. late- ralem. Alex. dicit quod nō est motus vni- virtutis, sed pluriū.

4. Ad illud quod queritur de illo motu, quis sit, dicendum quod sicut Glossa dicit expresse, quæ prius habita est ad Romanos: Ille est motus fidei: Liberū enim arbitrium est facultas voluntatis, et rationis: et gratia adueniens vtramque potentiam facit in actu, vt ratio sit in actu credendi, qui est fidei: et voluntas in actu detestandi, qui est contritionis.

QVÆSTIO III.

An ad iustificationem sit necessaria contritio.

Alex. Alenf. 4. p. q. 17. Memb. 4. art. 2. et 6. §. 2. S. Th. 1. 2. q. 113. art. 5. Et 4. Sent. d. 17. q. 1. art. 3. q. 4. Et de Verit. q. 28. art. 5. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 17. q. 3.

FVNDAMENTA. P. sal. 50. d. P. sal. 84. b.

TRVM ad iustificationem necessaria sit contritio. Et quod sic, videtur: Super illud Psalmi: Sacrificium Deo spiritus contribulatus, et contritus est sacrificium, in quo peccata soluantur.

ITEM super illud Psalmi: Iustitia ante eum ambulabit, Glossa Augustini: Prima hominis iustitia est, vt puniat se malum, et faciat se bonum, hæc est via Domini, vt veniat ad eum.

ITEM ratione videtur, quia impossibile est peccatorem iustificari, quin sequatur pœna satisfactoria: sed possibile est ipsum statim mori, et nulla erit pœna satisfactoria nisi voluntarie inchoata in vita, sicut dicit Augustinus: ergo necesse est, quod in ipso actu iustificationis sit motus pœnalis: sed non est nisi contritio: ergo, et cetera.

ITEM sicut culpa voluntate est introducta, sic etiā conseruatur per ipsam: ergo si liberū arbitriū, ex quo semel consentit, semper habetur pro consentiente nisi dissentiat, necesse est dissentire: sed dissensus eius ante aduentum gratiæ nihil potest: ergo oportet quod dissentiat cum gratia.

ITEM aliquid plus requiritur in iustificatione eius, qui post fidem peccauit vltra motum fidei: sed hoc non est nisi contritio: ergo, et cetera.

AD OPPOSITIVM. Eccli. 1. d.

1. SED CONTRA: Timor Domini expellit peccatum: ergo potest fieri secundum hoc iustificatio, siue peccati expulsio motu timoris: non ergo necesse est quod contritionis.

Luc. 7. g.

2. ITEM super illud: Dimitteuntur ei peccata multa, et cetera. Glossa: Ardor charitatis peccatorum rubiginem in ea consumpsit: ergo non oportet quod sit dolor.

3. ITEM ratione videtur, quia duæ sunt partes iustitiæ, scilicet facere bonum, et declinare a malo: sed prima est maior: ergo multo magis se disponit homo ad gratiam faciendo bonum, quàm vitando ma-

lū: ergo magis appetitu boni, quàm detestatione mali. 4. ITEM cum quis iustificatus est, potest moueri motu omnis virtutis: cum ergo motus omnis virtutis sit gratiæ cognatus, motus cuiuslibet virtutis informis disponit ad gratiam: non ergo necessaria est contritio.

5. ITEM possibile est aliquem auerti a Deo nihil de ipso cogitando: ergo similiter possibile est aliquem a peccato recedere nihil cogitando de peccato: ergo absque contritione.

CONCLUSIO.

Ad iustificationem impij est necessaria contritio: vt concordet cum expulsiōe culpæ, quæ fit in gratiæ infusiōe.

RESP. AD ARG. Ad hoc dicunt aliqui, quod iustificatio tripliciter dicitur. Vno modo dicitur iustificatio ad iustitiam preparatio: et huic quidem necessaria est attritio, vel dolor. Alio modo iustitiæ infusio: et huic necessaria est infusio gratiæ, et expulsio culpæ. Tertio modo iustificatio est in iustitia exercitatio: et huic quidem necessaria sunt duo a gratia, et duo ab anima, scilicet motus liberi arbitrij, et contritio: et dicunt, verbum Augustini de ista iustificatione intelligi: Qui creauit te, et cetera. Sed certe si ad hoc quod gratia infundatur, necesse est quod homo se præparet consentiendo gratiæ, et detestando peccatum, necesse est in ipsa gratiæ infusione ista quattuor esse, scilicet gratiæ infusionem, et liberi arbitrij motum, et contritionem, et peccati expulsionem: Deus enim expellit culpam infundendo gratiam, sed non infundit nisi ei, qui concordat: et necesse est concordare gratiæ aduenienti, et peccatum expellenti. Gratia sic aduenienti concordat per motum liberi arbitrij: Gratia vt peccatum expellenti, per motum contritionis. Vnde duo sunt ibi a Deo, scilicet gratiæ infusio, et peccati expulsio: et duo a nobis his duobus modis consonat. Et hæc quattuor tanguntur in illo versiculo Psalmi: Commouisti terram, et conturbasti eam: sana contritiones eius, quia commota est. Gratia enim adueniens in animam commouet rationem secundum quod est pars liberi arbitrij, et conturbat voluntatē per contritionem, et postmodum sanat per peccati expulsionem: et ratio huius redditur, quia præcessit duplex commotio, per quam anima ipsa se gratiæ iustificanti conformauit, et ideo subiungit, quia commota est. Concedendæ sunt igitur rationes ad hanc partem inductæ.

Opinio aliorum.

Opin. propria. S. Th. 1. 2. q. 113. art. 5. concord. cum Doct.

P. sal. 59. a.

1. 2. AD illud vero quod obijcitur in contrarium, quod motu timoris conuenit iustificari, dicendum quod in peccato tria sunt, scilicet actio mala, et ipsa interior macula, et sequela. Actio mala expellitur timore, macula dolore, sed sequela charitatis ardore. Vnde timor, scilicet seruilis, est in iustificatione, vt dicitur preparatio ad iustitiam: Dolor vt infusio iustitiæ. Charitatis ardor in consummationem.

3. AD illud quod obijcitur, quod melius est facere bonum, et cetera. dicendum quod re uera melius est, sed tamen nō est ita consonum gratiæ delenti culpam, vt detestatio peccati: et quia contritio propter consonantiam est necessaria, ideo, et cetera.

4. AD illud quod obijcitur, quod quilibet motus virtutis est cognatus gratiæ, dicendum quod verum est: tamen ordo est in actibus virtutum: numquam enim amat quis, nisi moueatur motu fidei. Sic dico, quod motus virtutis pœnitentiæ in iustificatione post motum fidei est motus primo necessarius: et ideo simul est cum ipsa gratiæ infusione.

5. AD illud quod obijcitur, quod potest quis auerti a Deo nihil cogitando, dicendum quod non valet, tum quia recessus a Deo est inordinatus, sed regressus ordinatus: exemplum est de eo, qui cadit de scala: tum quia plura exiguntur ad bonum, quàm ad malum.

QVÆ.

QVÆSTIO IV.

An ad iustificationem sit necessaria confessio.

Alex. Alenf. 4. p. q. 17. Membr. 4. art. 5. §. 4. Scotus 4. Sent. dist. 16. q. 1. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 17. q. 4.

AD OPPOSITIVM. Prou. 28. b.

TRVM ad iustificationem necessaria sit confessio. Et quod sic, videtur: Qui abscondit scelera sua, non dirigitur: qui autem confessus fuerit, et reliquerit ea, misericordiam consequetur: sed iustificatio nihil aliud est quàm spiritualis directio, quia iustitia est rectitudo voluntatis: cum ergo nullus possit dirigi, nisi præcedat confessio, nullus sine confessione præuia potest iustificari.

Ipsa. 43. a. Amb. de Pa. rad. c. 13.

2. ITEM: Narra si quid habes, vt iustificeris: sic exponit Ambrosius, et Origenes: Hoc intelligitur de narratione culpæ, quæ est in confessione: ergo hæc necessaria est ad iustificationem.

Habetur de pœn. d. 1. c. Non potest. Cap. 14. in fine, 10. 4.

3. ITEM Ioannes Chrysostomus: Non potest quis gratiam accipere, nisi purgatus fuerit ab omni peccato per confessionem: ergo necessaria est.

4. ITEM Ambrosius in lib. de Paradiso: Non potest quis iustificari a peccato ante confessionem: ergo confessio necessaria præt.

5. ITEM ratione videtur, quia omnis habens gratiam, et iustitiam, ingreditur in regnum celorum: nec aliquis potest portā claudere salua iustitia, et gratia: sed nullus potest intrare in regnum celorum nisi per ostium Petrum, cum data sit ei clauis, a qua nullus est exemptus: ergo nullus potest habere, nec obtinere remissionem culpæ, nisi habeat per auctoritatē summi Pontificis, et eorum, qui in hoc communicant: sed nullus absoluitur a sacerdote sine confessione præuia: ergo, et cetera.

FVNDAMENTA. Cassiod. in Glos. ord. in Ps. 31. Aug. in Ps. 31. 10. 8.

6. ITEM pœnitentia est sacramentum necessarium ad salutem: ergo partes eius sunt necessaria: sed pœnitentia, id est contritio est necessaria ad impij iustificationem, vt visum est: ergo pari ratione necessaria est confessio.

CONTRA hoc obijcitur, sicut Magister obijcit primo auctoritate Psalmi: Dixi confitebor, et cetera. Cassiodorus: Magna pietas Dei quod ad solam promissionem peccatum dimittit. Votum enim pro operatione iudicatur.

ITEM Augustinus super illud idem. Luce autem clarius constat cordis contritione, non oris confessione peccata dimitti: sed iustificatio est ibi, vbi est peccati dimissio: ergo sine confessione est iustificatio: et sic, et cetera. Ad hoc etiam sunt auctoritates Magistrum in littera.

ITEM ratione videtur: quia pronior est Deus ad miserandum, quàm ad condemnandum: sed solo actu cordis consentaneo subtrahit gratiam: ergo multo fortius solo actu cordis peccata dimittit.

ITEM Deus non alligauit suam potentiam sacramentis: ergo quodcumque homo facit quod in se est, Deus facit quod in se est: ergo si cor deoleat quis de culpa, si non sit confessor, vel confessio extra, Deus facit quod est in se: ergo iustificat.

CONCLUSIO.

Ad iustificationem impij non est necessaria confessio, si iustificatio dicatur iustitiæ infusio.

RESP. AD ARG. Dicendum quod si iustificatio dicatur iustitiæ infusio, non est necessaria confessio, sicut expresse ostendunt illæ rationes, quæ inductæ sunt. Vnde solum ista quattuor necessaria sunt, scilicet gratia, S. Bon. To. 5.

tie infusio, motus liberi arbitrij contritio, et peccati expulsio. Secundum enim rectum ordinem, sicut patet, confessio sequitur tempore, et natura contritionem: et si sequitur contritionem, cum ipsa contritio non sit sine iustificatione, nec e conuerso, ipsa iustificatio potest esse sine confessione.

Quæst. seq.

1. AD illud ergo quod obijcitur in contrarium de illis auctoritatibus, dicendum quod sicut dicit Augustinus: Quamuis aliquis iustificari possit sine sacramentis, tamen nullus iustificatur contemnens sacramenta: quoniam igitur confessio est peccantibus imposita, impossibile est aliquem iustificari, qui non habeat confessionem in facto, vel in proposito. Si enim confessionem contemnat, quantumcumque doleat, nō acquirit iustitiam. Si autem confessionem habeat in proposito, cum Deus bonam voluntatem, et propositum in talibus reputet pro facto, si bona et efficax est, tunc si addit dolor, potest esse iustificatus: ideo pro tanto dicunt auctoritates Sanctorum, et rationes prædictæ, quod confessio necessaria sit ad iustificationem. Voluntatem enim confitendi confessionem vocant, vt patet discurrendo per singulas. Nam quod primo dicitur: Qui abscondit scelera: constans est quod loquitur de hypocrita, qui non tantum caret proposito confitendi, immo etiam habet malitiam celandi, et excusandi.

Li. 4. c. 17. Donatist. c. 25. 10. 7.

2. 3. 4. AD illud similiter quod dicitur: Dic tu iniquitates, et cetera. dicendum quod quando homo vult huic mandato obedire, se disponit de congruo ad gratiam: et diuina misericordia largissima cum inuenit animam dispositam, gratiam tribuit, ac si esset confessa per sermonem. Aliæ duæ auctoritates ita intelligendæ sunt. Vel si intelligantur de actu confitendi: tunc sumunt confessionem pro peccati recognitione, quæ interius est inter animam, et Deum: et sic non concludunt.

5. AD illud quod obijcitur, quod nullus intrat sine potestate clauium, dicendum quod sine potestate clauium intrare, dupliciter potest intelligi: aut sine potestate, ita quod intelligatur contrarie, sicut contēnens clauem Petri: vel sine potestate, ita quod priuatiue. Et adhuc dupliciter: vel simpliciter priuatiue, ita quod nō habet effectum absolutionis, nec in opere, nec in deuotione, siue in desiderio: aut ita quod habet in deuotione, et proposito: et ita quodam modo habet. Primo, et secundo modo non intrat, nec iustificatur, sed tertio modo intrat, et aliquo modo per clauem, licet non sic sicut illi, qui absoluntur actualiter.

6. AD illud quod obijcitur, quod pœnitentia est sacramentum necessarium, dicendum quod uallū sacramentum est adeo necessarium, quin fides et deuotio suppleat locum eius, sicut patet in baptismo: et ideo sine sacramento pœnitentiæ salus alicui esse potest. Et quod obijcitur de contritione quod est necessaria, dicendum quod non est necessaria secundum quod est pars pœnitentiæ sacramenti, sed secundum quod est actus pœnitentiæ virtutis: et illa est prima virtus, sine qua non est salus peccatori adulto. Et simul est in actu, et habitu virtus illa in ipsa infusione gratiæ, quia inuenit liberum arbitrium in actu sibi conformi iustificatione, vt visum est. Præterea. Esto quod contritio pœnitentiæ prout est sacramentalis esset necessaria, non sequitur propter hoc de confessione, quæ est actus exterior superaddens contritioni.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER viso de his, quæ concurrunt ad iustificationē impij in se, quātum ad secundum articulū queritur de ordine ipsorum ad inuicem. Et circa hoc quattuor queruntur. Primo queritur, vtrum infusio gratiæ necessario præcedat expulsionē culpæ. Secundo queritur, vtrum expulsio culpæ necessario præcedat cōtritionē. Tertio, vtrum ante contritionē necesse sit præcedere

precedere attritionem. Quarto vtrum confessio necessaria sequatur iustificationem.

QVÆSTIO I.

An gratia infusio necessario precedat peccati expulsiõnem.

Alex. Alenf. 4. p. q. 17. Memb. 4. art. 7. §. 1. q. 3. S. Th. 1. 2. q. 113. art. 8. Et 4. Sent. d. 17. q. 1. art. 4. q. 1. Et de Verit. q. 28. art. 7. Rich. 4. Sent. dist. 17. art. 4. q. 4. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 17. q. 5. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 17. q. 42.

FVNDAMENTA.



VOD gratia infusio necessario precedat peccati expulsiõnem, videtur. Ambrosius dicit. Quemadmodum intrans animam sapientis disciplina imprudentiam tollit: ita perfecta virtus iniquitatem non tollit nisi perfecta virtus intrans, et hæc est gratia: ergo, et cetera.

I T E M gratiam infundi non est aliud, quam ipsam creati: sed creatio gratiæ precedit expulsiõnem culpæ: quia culpa non expellitur nisi per gratiam: ergo et gratia infusio.

I T E M si prius naturaliter expellitur culpa, quam infundatur gratia, cum culpa nõ possit expelli nisi per habitationem Dei in anima, tunc prius inhabitaret Deus animam, quam infunderet gratiam, et hoc est impossibile.

I T E M cum ignis expellit frigidum, prius naturaliter immitit virtutem in materiam, quam illud expellit: si ergo Deus expellit culpam immitendo gratiam: ergo prior est gratiæ immisio per naturam, quam culpæ expulsiõ.

AD OPOSITIVM. I. SED CONTRA: In qualibet mutatione prius est terminus a quo, quam terminus ad quem, vel secundum naturam, vel secundum tempus: sed iustificatio incipit a malo, et terminatur ad bonum: ergo si malum a quo incipit, peccatum est: et bonum ad quod tendit, est gratia: videtur, quod prior per naturam sit peccati expulsiõ, quam gratiæ infusio.

2. I T E M prius est natura, a quo non conuertitur consequentia secundum necessitatem: sed necessario ad esse gratum sequitur esse mundum, et non econuerso, vt patet in primo homine et angelo, in quibus ante fuit status innocentie, quam gratiæ: ergo naturaliter prius est esse mundum, quam gratum: sed esse mundum est per culpæ expulsiõnem: esse gratum per infusiõnem gratiæ: ergo culpæ expulsiõ est prior.

3. I T E M medium est secundum naturam, et secundum actualem existentiam: et licet inter culpam, et gratiam non sit medium secundum actualem existentiam, est tamen medium secundum naturam: sed medium secundum naturam in mutatione naturaliter precedit extremum: ergo, et cetera.

4. I T E M culpa expellitur aut quando est, aut quando non est. Non quando non est, quia tunc semper expelleretur. Si quando est: sed quando est culpa in anima non est infusa gratia, quia tunc simul essent duo opposita in eodem: ergo ante expellitur culpa, quam infundatur gratia.

5. I T E M si Deus successiue operaretur, prius expelleret culpam, quam infunderet gratiam: prius inquam tempore: sed subita operatio et si tollat ordinem temporis, non tamen tollit ordinem in natura: ergo cum subito iustificet, prius tamen naturaliter culpam expellit, quam det gratiam.

Ex postprædic. cap. de prior.

6. I T E M non videtur quod sit aliquis ordo, quoniam priuare priuationem nihil aliud est, quam restituere habitum: sed culpa est priuatio, gratia est habitus: ergo omnino est idem gratiam infundi, et culpam expelli: ergo videtur quod simul sint tempore, et natura, cum eiusdem ad se non sit aliquis ordo.

CONCLUSIO.

Gratia infusio in iustificatione naturaliter precedit expulsiõnem peccati, cum causa suum effectum precedat.

B

RESP. AD ARG. Ad hoc voluerunt aliqui dicere, quod Deus seipso expellit culpam. Nam ipse de se dicit in Isaiâ: Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me. Vnde secundum hos prius Deus mundat animam, et postmodum dat gratiam simul tempore: tamen posterius natura. Sed quia communiter ponitur, et verum esse credo, quod Deus expellit peccatum per gratiam, sicut sol per radios tenebras, sicut dicitur: Fide purificans, et cetera: et hoc supra monstratum est: ideo cum causa precedat effectum, infusio gratiæ naturaliter prior est expulsiõne peccati, sicut lux præit effugationem tenebrarum. Ad quod intelligendum notandum est, quod qualitas aliqua, quæ agit in aliud, habet triplicem comparationem, scilicet ad principium a quo exit, et ad contrarium oppositum quod expellit, et ad subiectum quod perficit. Et sunt istæ comparationes ordinatæ. Primo enim comparatur ad principium, a quo producit. Secundo ad oppositum, quod expellitur. Tertio ad subiectum, quod perficit. Subiectum enim informatum aliqua qualitate, vel deformatum vitio, non potest intelligi informari aliqua bona qualitate, vel perfectione, nisi prius intelligatur expulsiõ contrariæ. Et impossibile est, quod aliquod intelligatur expulsum ab aliquo, quin prius intelligatur illud, scilicet expellens egredi a suo principio. Quoniam igitur gratiæ infusio non dicit perfectionem subiecti nisi per concomitantiam, sed potius ipsius gratiæ productionem ab ægret: ideo patet quod prior est, quam expulsiõ, sicut et causa prior est suo causato.

1. AD illud ergo quod primo obijcitur in contrarium, quod prius est terminus a quo, dicendum quod terminus, ad quem, non est gratiæ infusio, sed magis subiectum esse gratum, et mundatum, et a gratia informatum. Vnde bene concedo, quod gratia prius per naturam habet rationem agentis, quam informantis: et secundum quod prius habet rationem agentis, quam informantis, sic est principium iustificationis, secundum vero quod habet rationem informantis, sic est terminus.

2. AD illud quod dicitur, quod prius est esse mundum, quam gratum, dicendum quod quamuis prior sit mundatio per naturam, quam gratificatio, non tamen est prior, quam ipse mundans: et quia gratia non tantum est gratificans, sed etiam mundans: ideo precedit. Vnde ratio illa bona esset, si mundatio non esset a gratia tamquam a principio immediato, et creato: nunc autem ratio illa tantum valet, quod prius per naturam competit gratiæ expellere culpam, quam subiectum informare: et hoc verum est. Forma enim, quæ inducitur in materiam aliquam, prius est ibi, vt potentia, siue agens, quam sit vt percipiens, siue vt actus. Siue igitur expulsiõ culpæ sit idem quod mundificatio, siue non, sequitur infusiõnem gratiæ: gratia enim mundificat: et hoc per naturam prius habet facere, quam subiectum de nominare.

3. AD illud quod obijcitur, quod munditia, vel innocentia est medium inter gratiam, et culpam, dicendum quod verum est: sed non propter hoc est prius anima

Opinio aliorum. Isaiâ 43. In qua cordas S. Th. 1. 2. 223. art. 5. Improb. Act. 15. c. Explicatio.

Dist. 17. p. 1. art. 1.

Art. 7. q. 2. huius dist.

animæ mundificatio, quam gratiæ infusio. Gratia enim creata in anima ipsam informat: et quia informare nõ potest, quamdiu ibi obstaculum est: ideo subiectum opposito habitu informat, et culpam expellit. Vnde prius est culpæ expulsiõ naturaliter, quam animæ informatiõ. Et ante hæc duo prius est gratiæ creatio, quam aliquid horum: gratiæ autem infusio non est aliud, quam ipsius creatio. Vnde cum dicit, quod gratiæ infusio est ipsius subiecti habitatio, hoc dictum est per concomitantiam.

4. AD illud quod queritur, quando culpa expellitur, aut quando est, aut quando non est, dicendum quod quia expulsiõ est mutatio subita, et in mutatione subita simul est fieri, et factum esse: ideo simul est expulsiõ, et expulsum esse: vnde expellitur, quando primo non est. Dicitur ergo pro tanto expelli, quia prius fuit, et adhuc esset, nisi contrarium repugnaret: et non semper dicitur expelli, sed solum in primo instanti, in quo esse desinit, et tunc quidem non est. Aliqui tamen volunt aliter dicere, quod quia culpa habet esse temporale, ideo non est in sui termino: sed gratia est in termino, et in initio: et ideo dicitur quod cum gratia infunditur, et incipit, et est tunc: peccatum autem cũ desinit esse, non est. Sed quidquid sit de verbo desinendi, quod habet duplicem expõitionem: tamen credo, quod culpa bene habet esse in instanti sicut et gratia: et est in sui termino, termino in quam intra: sed expulsiõ est terminus extra, quia simul est cum expulsum esse. Et si tu obijcias, quod duo instantia sunt immediata. Tunc respondendum, sicut superius responsum fuit de transiõne panis in corpus Christi, vbi positæ sunt quinque responsiones, quas non oportet iterare propter breuitatem, et in vltima credo esse standum.

5. AD illud quod obijcitur, si Deus operaretur successiue, et cetera, dicendum quod per aliud munda-ret animam, quam gratiam: et tunc esset alius ordo nature. Nunc autem cum mundet per gratiam, necesse est ordine nature ipsam precedere expulsiõnem culpæ: hoc autem posito quod per gratiam mundet, impossibile est intelligere quod successiue, quia tunc simul esset gratia cum culpa: gratia autem talis proprietatis est, quæ culpæ nullatenus possit permisceri.

6. QVOD obijcitur vltimo, quod idem est remouere priuationem, et dare habitum, dicendum quod verum est vbi est pura priuatio: verum est etiam vbi datur habitus præcisè remouens illam priuationem: nunc autem non est ita: sed peccatum et si dicat deformitatem, nihilominus tamen concernit aliquam materiam secundum quosdam. Quidquid tamen sit de hoc, gratia non tantum reparat habitum oppositum culpæ, quæ est innocentia, sed superaddit vt visum est supra: et ideo non est omnino idem culpam expellere, et gratiam dare. Et illud tenet communis opinio, quæ illa quattuor distinguit quæ concurrunt ad iustificationem impij, inter quæ primum est gratiæ infusio. Vltimo vero ponitur culpæ expulsiõ.

QVÆSTIO II.

An expulsiõ culpæ necessario precedat contritiõnem.

Alex. Alenf. 4. p. q. 17. Memb. 4. art. 7. §. 3. Stephanus Brulef. 4. Sent. dist. 17. q. 6. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 17. q. 43.

AD OPOSITIVM



VTRVM expulsiõ culpæ necessario precedat contritiõnem. Et quod sic, videtur: quia motus contritiõnis est motus formatus: sed gratia prius naturaliter informat subiectum, quam actum: ergo prius naturaliter est subiectum, quam actum: ergo prius naturaliter est contritiõ, vt tamen causalitas actiua attribuitur ipsi

S. Bon. T. 5.

homo gratus, quam contritus: sed esse gratificum sequitur peccati expulsiõnem: ergo et contritio, quæ prouenit ab anima gratificata.

2. I T E M contritio est motus meritorius: sed omnis motus meritorius procedit a radice mundata: ergo cum radix mundetur per peccati expulsiõnem, patet quod expulsiõ peccati præcedit contritiõnem.

3. I T E M contritio est opus bonum: sed opus bonum præcedit habitus bonus: ergo prius naturaliter anima habitatur, quam conteratur: sed impossibile est intelligere animam habilem ad bonum nisi expulsa culpa: ergo, et cetera.

4. I T E M motus liberi arbitrij præcedit: sed impossibile est animam simul moueri diuersis motibus secundum partem superiorem: sed in eodem instanti est remissio culpæ, et motus liberi arbitrij: non ergo contritio.

CONTRA: Si contritio sequeretur culpæ remissionem, cum remissa culpa necessario sit homo iustus: ergo etiam si non sequeretur contritio, esset iustus: sed hoc est falsum: ergo necessario precedit.

I T E M si remissio culpæ esset omnino a libero arbitrio, tunc constat, quod actus detestationis eam præcederet: sed sicut quod est tota causa præcedit remissa et quod est adiutium: ergo si contritio est motus a libero arbitrio adiuuans gratiam, et faciens viam ad culpam delendam, patet quod est prior.

I T E M si lumen non posset introduci in aere nisi aere ad hoc operante, nõ solum luminis inductio præcederet expulsiõnem tenebræ, sed etiam actus aeris: sed sic est in proposito: ergo cum iustificatio non introducatur nisi adiuuante libero arbitrio: patet quod non solum iustificatio, seu infusio gratiæ præcedit expulsiõnem culpæ, sed actus liberi arbitrij præcedit ipsam naturaliter.

I T E M cum anima non possit sanari nisi operans: si non posset operari nisi sanata, esset ei via præclusa: ergo necesse est quod illa operatio, per quam sanatur, præcedat sanationem: ergo peccati remissionem.

CONCLUSIO.

Contritio per naturam precedit culpæ remissionem: per naturam, cum anima per peccati detestationem se disponat ad gratiam.

RESP. AD ARG. Dicendum quod aliquorum opinio fuit, quod remissio culpæ antecederet contritiõnem, secundum quod remissio culpæ dicitur quantum ad maculæ ablationem, sed quantum ad penam, vel sequelam sequitur. Sed sicut supra dictum est, contritio necessaria est in ipsius gratiæ infusione. Vnde et præcedit peccati expulsiõnem natura. Et hoc patet sic, quia anima per detestationem peccati se disponit ad gratiam dispositione quanta potest: gratia vero adueniens in anima, quia illa detestatio erat quasi dispositio media ad introducendam gratiam: per naturam prius respicit illam, et per illam culpam delendam. Sic ex comparatione, vel respectu gratiæ ad illam detestationem est contritio, ex respectu ad culpam est remissio: ideo contritio præcedit remissionem per naturam. Et concedendæ sunt rationes ad hoc. Exemplum autem huius videri potest sic: Intelligamus aërem obtenebratum per præsentiam nubium, et nebularum: et quod nubes illæ non possint expelli eatenus, qua obtenebrant nisi per motum aeris, et irradiationem luminis: tunc ad hoc quod aer reciperet primam illuminationem, oportet simul cum irradiatione solis concurrere ventum: et post ad perfectam restitutionem luminis oporteret adhuc ventum sequi, qui nebulas expelleret: per hunc modum est intelligere de contritiõne, et gratiæ infusione: vt tamen causalitas actiua attribuitur ipsi

Exemplum. Ratio et explicatio. Improb. Quæst. in mod. præc. et art. 1. q. 3 huius dist.

irradia-

FVNDAMENTA

Opinio aliorum. Improb. Quæst. in mod. præc. et art. 1. q. 3 huius dist. Ratio et explicatio.

Psal. 17. b irradiationi secundum illud Psalmi: Præ fulgore in A conspectu eius nubes transferunt, *et cetera.*

1. 2. 3. A D illud quod obijcitur in contrarium, quod est actus formatus, et meritorius, et bonus, dicendum quod actus formari potest a gratia dupliciter. Vno modo a gratia ipsum motum secundum suam substantiam eliciente, et imperante, ut cum gratia mouet liberum arbitrium ad bonum opus: et tunc verum est, quod animæ gratificatio, et mundatio, et habitatio ad bonum talem actum præcedit. Alio modo actus formatur a gratia non imperante, nec eliciente, sed adueniente, ut quando liberum arbitrium est in actu confono gratiæ: tunc gratia adueniens, et inueniens liberum arbitrium in actu, utrumque simul tempore format, scilicet potentiam, et actum: prius tamen natura actum, quam potentiam, sicut dispositionem intermediam: et de tali non est verum quod sequatur mundationem, vel informationem, immo præcedit, et ordinatur ad remissionem culpæ, quod quidem non facit aliquis actus a gratia elicitus, prout dicitur gratum faciens. Nam etiam ille actus, quo anima se disponit, est a gratia, secundum quod gratia dicit aliquid gratis datum: quia secundum quod habitum est in secundo, liberum arbitrium, nõ se disponit ad gratiam gratum facientem sine aliquo gratis dato: et sic patent tria obiecta. Contritio vero quæ est post iustificationem est per modum illum, quem dicit.

4. A D illud quod obijcitur, quod anima non simul diuersis motibus mouetur, dicendum quod verum est secundum eandem potentiam: sed secundum aliam, et aliam potest esse, et necesse est: simul enim sunt cognitio rationis, et appetitus voluntaris, et delectatio cum quis delectatur in videndo, vel intelligendo aliquid. Sic in proposito, quia motus liberi arbitrii est fidei secundum actum rationis, sed contritio est potentiæ voluntatis in irascibilem vim: et simul sunt tempore.

Q V A E S T I O III.

An attritio præcedat impij iustificationem.

Alex. Alenf. 4. p. q. 17. Memb. 5. art. 2. Richardus 4. Sent. dist. 17. art. 1. q. 4. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 17. q. 7. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 17. q. 44.

FVNDAMENTA.

M TRVM necesse sit quod attritio præcedat impij iustificationem, siue contritionem. Et quod sic, videtur: quoniam si Deus iustificaret sine præparatione, tunc etiam sine motu liberi arbitrii iustificaret: quod quidem non facit, sicut dicit Augustinus: Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te. Tunc ergo quæro, per quid immediate se præparat. Si per actum alium, quam doloris, cum gratia non sit delectiua suæ præparationis, illum actum non expellet, sed formabit: ergo sine omni contritione poterit iustificari: sed hoc est falsum: ergo, *et cetera.*

I T E M gratia per se sufficiens est delere culpam, ex quo venit in animam: ergo si requiritur actus, videtur hoc esse magis ad introducendam gratiam, quam ad iuuandum introductam: sed motus doloris ante infusionem gratiæ est attritio: ergo, *et cetera.*

I T E M licet dolor sit motus instantaneus, non tamen elicitur a libero arbitrio, nisi per præparationem, et collationem, quæ fit in tempore: sed iustificatio fit in instanti: ergo necesse est quod ante illud infans liberi arbitrii dolere incipiat.

AD OPPOSITIVM.

I. C O N T R A : Videmus Paulum iustificatum,

in quo nulla præcessit præparatio, nec attritio.

2. I T E M Ambrosius: Nescit tarda molimina Spiritus sancti gratia: ergo statim potest totum fieri: *et cetera.*

3. I T E M si requiritur dolor præcedens, aut ille dolor formatur adueniente gratia, aut non. Si sic: ergo attritio fit contritio, et opus mortuum fit viuum, quod est inconueniens. Si non formatur: ergo necesse est dolorem nouum elici: sed similiter posset elici, si ille non præcessisset: ergo, *et cetera.*

4. I T E M iuxta hoc quaeritur. Vtrum Attritio fiat contritio. Et quod non, videtur, quia ortum habet a timore seruili, qui expellitur, non formatur. Quod autem fiat, videtur quia ortum habet a fide informi, quæ non expellitur, sed formatur: ergo similiter et attritio.

C O N C L V S I O.

Attritio præcedit impij iustificationem secundum legem communem, licet ex privilegio speciali Deus possit iustificare sine omni præparatione.

C R E S P O N. A D A R G. Dicendum quod secundum speciale privilegium potest Deus iustificare sine omni præparatione: tamen secundum legem communem non iustificat nisi eos, qui se præparant, sicut dicitur in Zacharia: Conuertimini ad me, *et cetera.* ego conuertar ad vos: Et quia præparatio debet esse secundum conuenientiam ad iustificationem, in qua est motus liberi arbitrii et contritio, necesse est quod homo se præparet motu fidei, et doloris, ita quod gratia inueniat liberum arbitrium in vtroque istorum actuum, vel etiam summe paratum ad vtrumque, ita quod in eodem instanti paratum sit moueri, in quo gratia aduenit. Et concedendæ sunt rationes ad partem istam: procedunt enim secundum legem communem, quæ non præiudicat privilegio speciali.

1. 2. E T ideo patet de Paulo: Similiter quod nescit tarda molimina, dicendum quod verum est, quod gratia subito venit, sed tamen homo non subito præparatur.

3. A D illud quod obijcitur, vtrum ille dolor formetur, aut nouus eliciatur: illi qui dicunt, quod contritio sequitur culpæ remissionem, dicunt quod nouus elicitur, et quod post infusionem gratiæ omnes virtutes habent nouos actus. Sed illi qui dicunt, quod contritio est in instanti, iustificationis, necesse habent dicere, quod dolor ille formatur, et motus fidei, siue liberi arbitrii.

4. A D illud ergo quod quaeritur, vtrum attritio fiat contritio, dicendum quod istud tripliciter potest intelligi. Aut quod habitus, quo quis attritur, formetur, et illo conteratur, sicut fides informis fit formata, et hoc credo verum: credo enim quod habitus penitentiae informis per aduentum gratiæ informatur. Nec est simile de timore seruili, in quo viuunt voluntas peccandi. Secundo modo potest intelligi quantum ad actum substratum: et hoc concedo, quod actus in principio sui est attritio, sed antequam interrumpatur fit contritio, sicut patet de motu, quo quis vadit ad Ecclesiam, si infundatur ei gratia in via. Tertio modo potest intelligi quantum ad conditionem superadditam, quod opus mortuum secundum partem illam, qua mortuum est, fiat viuum: et hoc impossibile est, quia pars illa motus transijt, et fuit informis, et nunquam formatur, quia non resumitur idem quod præterijt.

Q V A

Q V A E S T I O IV.

An confessio necessario sequatur iustificationem.

Alex. Alenf. 4. p. q. 26. Memb. 1. art. 1. et Membr. 2. Steph. Brul. 4. Sent. d. 17. q. 8.

FVNDAMENTA.

M TRVM confessio necessario sequatur iustificationem. Et quod sic, videtur: quia iste peccator tenetur confiteri: sed constat, quod gratia non absoluit ipsum a præcepto confessionis: ergo post gratiam susceptam adhuc tenetur.

I T E M contritus, et confessus tenetur satisfacere: sed confessio non absoluit a satisfactione, quæ est posterior ipsa: ergo nec contritio a confessione: sed contritus est iustificatus: ergo iustificatus tenetur confiteri.

Mat. 3. 4

I T E M Dominus præcepit penitentiam agere: sed in perfectione penitentiae sunt ista tria, contritio, confessio, et satisfactio, sicut dicit Magister in littera supra distinct. 16. in principio: ergo non implet homo præceptum, nisi confiteatur: ergo tenetur homo confiteri quantumcumque iustificatus.

I T E M iustificationi necessarium est propositum confitendi: sed propositum aut definit esse efficax, aut exit in actum, cum se offerunt tempus, et locus: sed propositum confitendi desinente, definit aliquis esse iustus, et necesse est non esse propositum efficax, vel hominem confiteri: ergo vel necesse est, quod post iustificationem homo confiteatur, vel quod a iustitia cadat.

AD OPPOSITIVM.

I. C O N T R A : Qui habet iustitiam, habet omne quod ad salutem est necessarium: sed omnis iustificatus habet iustitiam: ergo habet omne quod ad salutem est necessarium: si ergo confessio non sit necessaria ad iustificationem, nec post iustificationem est necessaria ad salutem: ergo iustificatus ad confessionem non tenetur.

2. I T E M si iustificatus tenetur ad confessionem: aut ergo propter deletionem culpæ, aut propter deletionem pænæ. Non culpæ, quia culpa iam deleta est. Non pænæ, quia tanta potest esse contritio, quod delet totam pœnam: et si aliquid residuum est, potest deleri per satisfactionem exteriorem: ergo nullo modo tenetur.

3. I T E M duplex est forû, scilicet Dei, et forum Ecclesiæ: secundum forum Dei punitur quis in purgatorio multo grauius, quam in hoc mundo forû secundum forum Ecclesiæ in hac vita: sed potest quis renunciare iudicari in foro minori, ut transferat se ad forum maius: ergo aliquis licite post contritionem potest expectare pœnam purgatoriam: ergo non tenetur iudicari in foro Ecclesiæ: ergo nec confiteri.

4. I T E M ponatur quod aliquis conteratur, et nihil cogitat de confessione, constans est, quod iste habet gratiam, et non omittit: ergo non cadita gratia, quia non interuenit contemptus: ergo quamdiu non cogitat, non peccat: esto quod sic moriatur, constat quod saluatur etiam sine confessione: ergo, *et cetera.*

S. Bon. To. 5.

A ad hoc sunt multæ auctoritates, quas adducit Magister in littera.

C O N C L V S I O.

Confessio post iustificationem est necessaria necessitate præcepti, a qua impossibilitas excusatur.

R E S P. A D A R G. Dicendum quod confessio est instituta sub præcepto, sicut melius patebit infra: *ius dist. ar. 1. per roth.* Et ideo quia ab hoc præcepto peccans per suspensionem gratiæ non absoluitur, adhuc confiteri tenetur: et ideo si non confitetur, cadit a iustitia. Sicut enim nullus potest iustificari, qui sacramenta contemnit: sic nullus in iustitia perseverat, si post iustificationem ex contemptu negligat confiteri: et ideo si potest confiteri, et non curat, cadit a iustitia, cum cadat a proposito confitendi, sine quo iustificari non poterat. Concedendum ergo quod confessio post iustificationem est necessaria necessitate præcepti, a qua tamen excusatur impossibilitas: vnde et rationes ad hanc partem sunt concedendæ.

1. A D illud ergo quod obijcitur: Qui habet iustitiam habet omne, quod necessarium est ad salutem, dicendum quod verum est, si perseveret in illa: sed quamuis sine confessione possit quis iustitiam adipisci, tamen in illa non potest diu permanere sine confessione, quin omittat. Non solum autem sunt necessaria ad salutem illa, verum necessaria requiruntur ad iustitiæ adeptionem, quæ necessaria sunt ad iustitiæ adaptionem, quæ requiruntur ad habitum conseruationem.

2. A D illud quod obijcitur: Aut est necessaria propter deletionem culpæ, *et cetera.* dicendum quod ista non est ratio, sed institutio: quia enim confessio instituta est sub præcepto, ideo nemo absoluitur: sed quilibet tenetur, quantumcumque pænæ, et culpa deleatur. Valet tamen ad deletionem culpæ quantum ad eos, qui se non præparauerunt sufficienter omnino: et etiam pænæ quantum ad alios: et ad multas utilitates, sicut infra melius apparebit, propter quod eam Dominus instituit.

3. A D illud quod obijcitur de duplici foro, dicendum quod penitens quamdiu est in hac vita, subiectus est foro Ecclesiæ, ita quod ab ipso non potest appellari. Præterea facit iniuriam Ecclesiæ: Et ideo si potest comparere, tenetur, nisi per impossibilitatem excusetur. Nemo enim ad forum purgatorij admittitur, qui forum Ecclesiæ contempserit, cum in nullo fiat iniuria peccatori, sed in vtroque iustitia.

4. A D illud quod obijcitur de illo, qui nihil cogitat, dicendum quod hoc potest esse duplici ex causa, vel propter intensionem doloris, vel propter occupationem superflue solitudinis, vel propter occupationem superflue solitudinis. Quantum ad primum, quia Dominus cor eius occupauit, si non fuit mora superflua, nec indiscretio aliqua, credo quod Dominus absoluit, et voluntatem pro opere computat: et computatur iste cum illis, qui excusantur propter impossibilitatem habendi deuotionem in sacramento. Si autem non cogitat, nec curat alijs solitudinibus occupatus, maxime si locum, et tempus habuit confitendi ore, tunc non excusatur, immo ob peccatum omissionis reputabitur reus mortis, maxime si non fuerit sic morte præuentus, quin bene posset, et deberet recogitare, et petere sacramentum Ecclesiæ.

3 DIST.

AN SUFFICIAT SOLI DEO CONFITERI.

Opin. falsa. Pf. 31. a. In Luc. lib. 10. in fi. Comment. ad C. 22. ro. 3.



AM secundum questionis articulum inspiciamus, scilicet utrum sufficiat peccata confiteri soli Deo, an oporteat confiteri sacerdoti. Quibusdam visum est sufficere, si soli Deo fiat confessio sine iudicio sacerdotalis, et confessione Ecclesie, quia David dixit: Dixi confitebor Domino, et tu remisisti, et cetera. non ait sacerdoti, et tamen remissum sibi peccatum dicit. Item Ambrosius: Ideo fletit Petrus, quia culpa obrepit ei, non inuenio quod dixerit, inuenio quod flexerit. Lacrymas eius lego, satisfactionem non lego. Sed quod defendi non potest, abluui potest. Lauant lacryma delictum, quod voce pudor est confiteri. Venie fletus consilium, et verecundia: Hoc idem etiam Maximus dicit Episcopus. Item Ioannes Chrysostomus: Non tibi dico ut te prodas in publicum, neque apud alios te accuses, sed obedire te volo Prophete dicenti: Reuela Deo viam tuam. Ante Deum ergo tua consistere peccata, apud verum iudicem cum oratione delicta tua pronuncia, non lingua, sed conscientie tue memoria, et tunc demum spera te misericordiam posse consequi. Si habueris peccata tua in mente continue, numquam malum aduersus proximum in corde tuo tenebis. Idem: Peccata tua quotidie dicito, ut deleas illa. Sed si confunderis alicui dicere, dicito ea quotidie in animo tuo: non dico ut confitearis ea conserto tuo, ut tibi exprobet. Dicimur contra Deo, qui curat ea. Nec enim si non dixeris, ignorat ea: cum faciebas ea, presto erat: cum admitteres ea, cognouerat. Numquid ea vult a te cognoscere? Peccare non erubuisi, et confiteri erubescis? Dicito in hac vita, ut in alia requiem habeas: dicito ingemiscens, et lacrymans. In codice scripta sunt peccata tua. Spongia peccatorum tuorum lacrymae tuae sint. Item Proverbia: Illi quorum peccata humanam notitiam latent, non ab ipsis confessio, nec ab alijs publicanda, si ea confiteri vel emendare noluerint, Deum quem habent testem, ipsam et habituri sunt ultorem. Quod si ipsi sui iudices fiant, et veluti suae iniquitatis ultores hic in se voluntariam poenam severissime animadversionis exercent: temporalibus poenis mutabunt aeterna supplicia, et lacrymis ex vera cordis contritione fluentibus restringent aeterni ignis incendia. Et infra: Facilius sibi Deum placabunt illi, qui aut proprijs confessionibus crimen produnt, aut nescientibus alijs ipsi in se voluntariam excommunicationis ferunt sententiam: et ab altari, cui ministrabant, non animo, sed officio separati vitam suam quasi mortuam plangunt: certi quod reconciliati sibi efficacis poenitentiae fructibus, a Deo non solum amissa recipiant, sed etiam supernae civitatis gaudia recipiant. His auctoritatibus innituntur, qui sufficere contendunt Deo confiteri peccata sine sacerdote. Dicunt enim quod si quis timens detegi culpam suam apud homines, ne inde opprobrio habeatur, vel alij suo exemplo ad peccandum accingantur, et ideo tacet homini, et reuelat Deo, consequitur veniam.

Super c. 12. ad He. homil. 31. post med. eiusdem Psal. 36. a. Homil. 2. in Pf. 50. ad eum versum. Et peccatum me contra me est semper, post med. dium Hom. De poen. d. 1. c. porro illi. Et in lib. 2. de vita contra replatima cap. 7.

Ibid. c. Facilius.

Quod non sufficit soli Deo confiteri, si tempus adfit, si tamen homini possit.

Opin. vera. Iac. 5. d. Lib. 50. Homil. Ho. 50. qua est de utilitate, ac necessitate poenitentiae, non longe a fine, ro. 10. De poen. d. 1. c. Iudicet.

SED quod sacerdotibus confiteri oporteat, non solum illa auctoritate Iacobi: Confitemini alterutrum peccata vestra, et cet. Sed etiam aliorum pluribus testimonijs comprobatur. Ait enim Augustinus: Iudicet seipsum homo voluntarie dum potest, et mores convertat in melius: ne cum iam non poterit praeter voluntatem a Domino iudicetur: et cum in se protulerit severissime medicina, sed tamen utilissima sententiam, veniat ad antisites, per quos illi claves ministrantur Ecclesie. Tamquam bonus iam incipiens esse filius, maternorum membrorum ordine custodito, a prepositis sacramentorum accipiat satisfactionis suae modum, in offerendo sacrificio contriti cordis devotus et supplex. Id tamen agat, quod non solum sibi prosit ad salutem, sed etiam ad exemplum ceteris: ut si peccatum eius non modo in gravi eius malo, sed etiam in tanto scandalo aliorum est, atque hoc expedire utilitati Ecclesiae videtur antisiti, in notitiam multorum, vel totius plebis agere poenitentiam non recuset: ne letali plaga per pudorem addat tumorem, cum tanta est plaga peccati, et impetus morbi, ut medicamenta corporis, et sanguinis Domini differenda sint, auctoritate antisitis, debet se quisque removere ab altari ad agendam poenitentiam, et eadem auctoritate reconciliari. Item Leo Papa: Multiplex misericordia Dei ita lapsibus subvenit humanis, ut non modo per baptismum, sed etiam per poenitentiam spes vitae reparetur: sic divinae voluntatis praesidijs ordinatis, ut indulgentiam Dei nisi supplicationibus sacerdotum nequeant obtinere: Christus enim hanc prepositis Ecclesiae tradidit potestatem,

Leo. 1. Epif. 39. de poen. d. 1. c. Multiplex.

ut contentibus poenitentiae satisfactionem darent, et eosdem salubri satisfactione purgatos, ad communionem sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent. Item Augustinus: Quem poenitet, omnino poeniteat, et dolorem lacrymis ostendat: representet vitam suam Deo per sacerdotem, praeveniat iudicium Dei per confessionem. Praecipit enim Dominus mundandis, ut ostenderent ora sacerdotibus, docens corporali praesentia confitenda peccata, non per scripta manifestanda. Dixit enim ora monstrate: et omnes, non unus pro omnibus, non alium statutus nuncium, qui pro vobis offerat munus Deo a Moysse statutum: sed qui per vos peccastis, per vos erubescatis. Erubescencia enim ipsa partem habet remissionis. Ex misericordia enim hoc praecipit Dominus, ut neminem poeniteret in occulto. In hoc enim quod per seipsum dicit sacerdoti, et erubescenciam vincit timore offensi, fit venia criminis. Fit enim veniale per confessionem, quod criminale erat in operatione: etsi non statim purgatur, fit tamen veniale, quod commiserat mortale. Multum enim satisfactionis obtulit, qui erubescenciae dominans nihil eorum, que commisit, nuncio Dei negavit. Deus enim qui misericors et iustus est, sicut servat misericordiam in iustitia, ita et iustitiam in misericordia. Opus enim misericordiae est peccanti peccata dimittere: sed oportet ut iustus misereatur iuste: considerat enim si dignus est, non dico iustitia, sed et misericordia. Iustitia enim sola damnat, sed dignus est misericordia, qui spiritali labore querit gratiam. Laborat enim mens patiando erubescenciam. Et quoniam verecundia magna est poena, qui erubescit pro Christo, fit dignus misericordia. Unde patet, quia quanto pluribus confitebitur in spe venia turpitudinem criminis, tanto facilius consequetur gratiam remissionis. Ipsi enim sacerdotes plus possunt proficere, plus confitentibus parcere. Item Leo Papa: Quamvis plenitudo fidei videatur esse laudabilis, quae propter Dei timorem apud homines erubescere non verecetur: tamen quia non omnium sunt huiusmodi peccata, ut ea quae poenitentiam possunt, non timeant publicari. Removeatur improbabilis consuetudo, ne multi a poenitentia remedijs arceantur, dum aut erubescunt, aut timeant inimicis sua facta referare, quibus possunt legum percelli constitutione. Sufficit enim confessio, quae primum Deo offertur, et tunc etiam sacerdoti, qui pro delictis poenitentium precator accedit. Tunc enim plures ad poenitentiam poterunt prouocari, si populi auribus non publicetur conscientia confitentis. Ex his alijsq. pluribus indubitanter ostenditur oportere Deo primum, et deinde sacerdoti offerri confessionem, nec aliter posse perveniri ad ingressum paradisi, si adfit facultas.

Lib. de vera et falsa poenit. c. 10. in princ. ro. 4. De poenit. d. 1. c. quae poenitet.

Leo Papa Epif. 78. de poenit. d. 1. c. quamvis.

DIST. XVII. PARS II.

De confessione sacramentali.

Iam secundum questionis articulum inspiciamus, et c.

Expositio textus.



Diuisio.

VPR A executus est, et determinavit Magister primam questionem. Hic tangit, et determinat secundam scilicet utrum necesse sit confiteri homini, an sufficiat soli Deo confiteri. Et diuiditur haec pars in duas. In prima adducit auctoritates ad falsam partem. In secunda adducit auctoritates ad veram, ibi: Sed quod sacerdotibus confiteri oporteat, et cet. In quibus clarescit confessionis vocalis institutio, et peccatorum obligatio, in quibus etiam consistit praesentis questionis difficultas, et determinatio.

Quibusdam visum est sufficere si soli Deo fiat confessio. Dub. I.

Quaeritur hic, utrum tales fuerint haeretici. Et quod non, videtur, quia Magister recitat hoc tamquam opinionem probabilem. Sed contra hoc est: quia negans confessionem, negat absolutionem: ac per hoc negat clauium virtutem, et ita manifeste est contra Scripturam, et ita contra fidem.

RES P. Dicendum quod si quis esset modo huius opinionis, esset haeticus iudicandus, quoniam in concilio generali hoc determinatum est sub Innocentio. III. Sed ante hanc determinationem hoc non erat haeticus,

A quia ipsi non negabant clauium potestatem, sed negabant necessitatem: et bene concedebant, quod vile erat confiteri, et sacerdotes poterant absolueri. Ideo Magister, et Gratianus in decretis hoc referunt tamquam opinionem: tamen uterque improbat hoc, et determinat in contrarium: Etsi quis pertinaciter assereret contrarium, esset haeticus iudicandus.

Sed quod defendi non potest, abluui potest. Dub. II.

Videtur male dicere, quia nullum peccatum potest rationabiliter defendi: quare ergo dicit, quod defendi non potest?

RES P. Dicendum quod defensionem hic vocat peccati excusationem: et aliqua sunt peccata, quae sunt possibiliter defendi, quia possunt excusari: et hoc ipso digna sunt venia sicut peccata naturae, quae possunt excusari de se: Et aliqua sunt peccata quae non possunt excusari de se, sed possunt habere abluitionem, et absolutionem merito lacrymarum. Vult ergo dicere, et non est aliquod peccatum tam graue, quod per lacrymas non fiat excusabile: nec aliquod ita ponderosum, quin verus dolor contritionis faciat confiteri. Et fletus, et lacrymatio consilium scelerei, dum impetrat veniam, et verecundiae dum reddit peccatorem excusabilem, vel facit eum verecundiam abijcere, ob quam non audebat confiteri: et ita Ambrosius non intendit excludere confessionem, sed persuadere veram contritionem: et sic patet intellectus auctoritatis.

Non dico, quod confitearis ea conserto tuo, ut tibi, et c. Dub. III.

Secundum hoc videtur, quod cum omnis homo fit confertus,

conferuus, quod nulli possit peccatum reuelari. Præterea: Signum confessionis est archetypum: ergo non debet tumere ut sibi exprobratur.

R E S P. Dicendum quod dupliciter consistit aliquis peccatum suum alicui. Aut sicut homini, et hoc per quandam confabulationem. Aut sicut Deo, et hoc per conscientie reuelationem, ut loquatur homini sicut Deo. Primo modo peccatum confiteri, est confiteri confertio, quia confitetur homini, et ut homini. Et ideo potest sibi exprobrare, quia ad signum confessionis non tenetur. Alio modo quia confitetur homini ut Deo, et tunc non confitetur ut confertio, sed Deo, quia homo non nouit illud ut homo: nec potest illud dicere, sed tenetur tacere, et tunc non est timendum, quod exprobraret. Si autem aliquis confessionem reuelaret, indignus esset honestate sacerdotali: et rationaliter confessio posset fieri alij, et ipse vitari: et hoc auctoritate superioris.

Nescientibus alijs, et c. Dub. IV.

Videtur male dicere, quia nullus potest seipsum excommunicare. Item: Quantumcumque aliquis pœnitent, nisi per iudicium sacerdotis non potest reconciliari.

R E S P. Dicendum est, quod loquitur de nouitia qua quis nouit ut homo. Aliquis tamē nouit ut Deus, ad cuius arbitrium homo dicitur ferre in se excommunicationis sententiam, quando ab aliquo se arcet propria uoluntate, a quo arcetur excommunicatus inuitus, utpote a locis sacratis, et participatione Eucharistie. Et si tu obijcias, quod nemo debet se priuare illo sacramento, cum sit medicina, dicendum quod dilatio medicinae, ut melior fiat preparatio, potius est promotio, quam retractio a bono. Ad illud autem sacramentum maxime preparatur homo per desiderium, et per reuerentiam: et quanto diutius aliquando se retrahit, tanto desiderabilius sumitur, et reuerentius accedit, maxime ille, qui a peccato refurgit, et ideo hoc dicit.

Ut indulgentiam Dei nisi, et c. Dub. V.

Videtur ex hoc, quod ablutio sacerdotis per modum supplicandi, siue deprecandi debeat fieri: non ergo per modum indicatum. Sed hoc est, quod omnium sacramentorum forma est per modum indicatum: ergo et huius sacramenti.

R E S P. Dicendum quod illud sacramentum est contra actuale peccatum, ad cuius curationem concurrat actus voluntarius. Vnde licet sacramentum de se habeat uirtutem, potest tamen impediri per prauam dispositionem existentem, et illa prauam dispositionem solus deus amouet: et ideo congruum est, ut forma uerborum sub utroque exprimat: et sic est fieri congruum, et consuetum. Nam sacerdos primo absolutionem dat per modum deprecatum, dicens: *Indulgentiam tribuat*, et cetera, et post: *Et ego absoluo te*.

Docens corporali presentia, et c. Dub. VI.

Videtur ex hoc, quod qui ignorat linguam, non possit confiteri per interpretem: et etiā quod mutus confiteri non possit, cum non possit ore dicere. Item: Quæritur, utrum interpret teneatur celare. Et videtur quod sic, quia communicat in actu sacerdoti: in contrarium est quod peccator ei non confitetur.

R E S P. Dicendum quod Augustinus loquitur de illis, qui habent idioma, et potentia confitendi, quod non excusantur, immo tenentur proprio ore dicere propter meritum erubescencie: Quod obijcitur de interprete, dicendum quod obligandus est per sacerdotem: etsi non obligat, tamen tenetur, quia est auris sacerdotis. Vnde communicat cum utroque.

Et tamen ueniale, quod, et c. Dub. VII.

Videtur falsum dicere, quia species rerum non possunt transmutari: ergo nec peccata.

R E S P. Dicendum quod mortale fieri ueniale est dupliciter, aut quantum ad maculam, et deformitatem, quantum ad reatum. Si quantum ad maculam, hoc est impossibile. Si quantum ad reatum, hoc potest esse dupliciter. Vel quod reatus iste fiat ille: et hoc nunquam fit. Vel quia ille succedit huic: et hoc est verum, quia aliquis prius obligatur ad mortem æternam, et post per diuinam misericordiam ad pœnam temporalem. Vel distinguitur, quod ueniale dicitur tribus modis. Ex genere, ut mendacium iocosum. Ex euentu, propter effectum diuinæ misericordie. Ex circumstantia, ut illud quod habet excusationem. Primo modo mortale non fit ueniale, sed secundo modo.

Quanto pluribus consistet in tempore uenia turpitudinem criminis, tanto facilius, et c. Dub. VIII.

Videtur male dicere, quia aut secundus sacerdos aliquid remittit, aut nihil. Si aliquid, similiter et tertius: et sic totum possunt remittere: ergo sine satisfactione per solam confessionem potest quis saluari, quod est inconueniens. Si uero nihil remittit: ergo non consequitur ueniam facilius. Item: Si prima confessio est sacramentum perfectum: ergo si superaddit, videtur totum superfluum: ergo non consequitur ueniam. Itē: Quilibet sacerdos debet imponere pœnitentiam: et tunc videtur, quod aut tenetur ad omnes, aut ad nullam. Si ad omnes, tunc difficilius consequitur ueniam. Si ad nullam, videtur quod una confessio irriter aliam.

R E S P. Dicendum quod confessio ordinatur ad multa, sed ad unum principaliter: et quantum ad principale, æquiualeat confiteri multis et uni, quia unus sacerdos tantum dimittit de pœna, quantum potest uel clauium. Nec debet iterari confessio propter finem principale, nisi forte timeatur error fuisse in confessione. Præterea: Aliæ sunt utilitates annexæ, et ad illas ualet multoties confiteri, scilicet ad erubescenciam, et intercessorum multiplicationem, et ad humilitationem, et gratiæ augmentum. Ad principale effectum ualet quantum ad certificationem. Ex his patent obiecta, quia secundus non facit nouam remissionem, nec debet de nouo ligare, sed aliquid facile imponere, ut *Pater noster*, et cetera, et semper potest pœnitens esse certior, quia si non habuit effectum prima, potest esse quod secunda habeat, quia melius inuenit dispositum: et ex hoc patet ultimum.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam huius partis queritur de confessione uocali. Et circa hæc duo principaliter queruntur. Primo queritur de confessione quantum ad præceptum instituentis. Secundo quantum ad obligationem exequentis. Quantum ad primū queruntur tria. Primo queritur, utrum mandatū de confessione pertineat ad legē naturæ. Secundo utrum pertineat ad legē scriptam, uel legē gratiæ. Tertio queritur, a quo fuerit instituta, utrum a Christo, an ab aliquo eius Apostolo.

QVÆSTIO I.

An confessio fuerit instituta in lege naturæ.

Alex. Alens. 2. p. q. 18. Membr. 2. art. 3. §. 1. S. Tho. in suppl. 3. p. q. 6. art. 2. Richardus 4. Sent. dist. 17. art. 2. q. 3. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 17. q. 2. art. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 17. q. 9. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 17. q. 10.

V D in lege naturæ fuerit confessio instituta, videtur. Super illud: Adam ubi es: Glossa: Verba increpantis sunt, et ad confessionem cogentis, non ignorantis: sed Adam non tenebatur nisi ad legem naturæ: ergo confessio

FVNDAMENTA. Genes. 3. b

sessio est de iure naturali, confessio scilicet uocalis, quia uocaliter ei Dominus loquebatur, et ille uocaliter respondebat.

I T E M: Si abscondi quasi homo peccatum meum, et celauit iniquitatem meam in sinu meo, quasi diceret, Non: ergo peccatum erat abscondere peccatum, et ut peccatum reprobatur Iob: sed ipse non tenebatur nisi ad ius naturale: ergo ius naturale prohibet absconsonem peccati: ergo præcepit, uel suadet confessionem.

I T E M Gregorius ibidem in Glossa: Vere humilis non solum mala sua cognoscit, sed etiam uoce confessionis aperit: sed humilitas de peccatis commissis est de iure naturali: ergo et uox confessionis peccati.

I T E M ratione uidetur, quia duplex est confessio, scilicet confessio laudis, et confessio peccati: et utraque est in gloriam Dei, sicut patet, quia dixit Iosue ad Achan: Confitere peccatum, et da gloriam Deo: sed natura dicitur Deum glorificandum, dicitur Deum laudandum, non tantum corde, sed etiam ore: ergo pari ratione dicitur peccatum utroque modo confitendum.

I T E M pœnitentia tres habet partes, scilicet contritionem, confessionem, et satisfactionem: sed contritio, et satisfactio sunt de lege naturali: ergo pari ratione et confessio.

I T E M omne opus uirtutis spectat ad dictamen naturæ: sed confessio peccati est opus uirtutis: ergo, et cetera. Probatio minoris: Veritas est uirtus, ut uult philosophus: sed ueritas est, quæ habilitat ad dicendum uerum: sed maxima difficultas est in enarrando suum peccatum uere: ergo maxime circa hunc actum consistit uirtus: ergo, et cetera.

Iosue 7. 6

2. Eth. con. 10. 10.

AD OPPOSITVM. I. CONTRA: Ius naturale, ut dicit Isidorus, idem est apud omnes: sed confessio peccati non est eadem apud omnes: ergo confessio peccati non est de iure naturali.

Pro. 17. b

2. I T E M uidetur quod sit contra naturam, quia natura est cuiuslibet, et de natura recte celare amici commissum, sicut dicitur. Sed magis se debet quisque diligere, quam proximum ex dictamine naturæ: ergo natura dicitur peccata propria esse celanda.

3. I T E M naturale est cuiuslibet celare uerenda corporis: ergo similiter uerenda spiritus: sed peccata sunt turpitudines animæ: ergo peccatum confiteri potius est contra naturam, quam secundum naturam.

4. I T E M recta ratio, quæ est naturæ conformis, erubescit turpia cogitare: ergo si plus est referre, siue dicere, quam cogitare, uidetur quod peccatum suum quisque per naturam erubescit dicere: ergo cum cogitare turpia, et facere, sit contra naturam, et rationem rectam: pari ratione et referre.

5. I T E M per naturam recordatio iniuriarum est occasio inimicitie confirmandæ: sed peccator per peccatum est iniuriatus Deo: ergo recordando peccatum, et iterando, inimicitias renouat: sed quod fecit hominem inimicum Deo, uel magis inimicum, est contra naturam, et rationem rectam: ergo et confessio sceleris.

C O N C L U S I O.

Confessio uocalis Deo facta, non simpliciter, sed in casu est de lege naturæ: sed homini confiteri non dicitur natura, nisi in generali.

R E S P. AD ARGV M. Dicendum quod dupliciter sunt aliqua de dictamine iuris naturalis, aut in generali, aut in speciali. In speciali, ut honorare parentes. In generali, ut dicitur natura ea, quæ superaddit lex Euangelica: sicut sunt aliqua supererogationis, ut consilia, uel etiam aliqua sacramenta. Intelligendum est igitur, quod est confessio peccati mentalis, et uocalis. Mentalis confessio est cognitio peccati, et offensæ: Et hæc est de dictamine naturæ in speciali, secundum

dum quod cognitio offensæ est de dictamine naturæ. Cognitio autem offensæ humanæ est de dictamine naturæ per se, secundum quod est rationalis. Sed cognitio offensæ diuinæ est de dictamine naturæ adiuta aliquo modo per fidem. Quo modo enim fecit homo se offendere Deum, quem non uidet, nisi per aliquem radium fidei hoc cognoscit? Cum autem homo cognoscit, quod Deum per præuicationem inhonorat, natura dicitur, quod ab ipso est misericordia humiliter petenda: et hoc nunquam est, nisi cognoscatur culpa: Vocalis uero confessio est duplex, scilicet quæ fit Deo, et quæ fit homini. Uocaliter confiteri Deo dicitur natura, non simpliciter, sed in casu: ut puta, quando Deus exigit, sicut exegit ab Adam et a Cayn. Uocaliter autem confiteri homini non dicitur natura nisi in generali. Dicitur enim quod omnibus modis reconciliari oportet Deo, quibus ipse statuit. Vnde natura sic dicitur, quod si Deus arbitrium constitueret inter se, et peccatorem, quod ipsi esset culpa reuelanda: et ita dicitur in generali. Dicitur etiam, quod illi essent dicenda uera. Et sic patet quo modo confessio spectat ad legem naturæ. Quædam enim est de dictamine naturæ per modum necessitatis, quia natura dicitur illam simpliciter, et specialiter. Quædam etiam est de dictamine naturæ per modum expedientis non simpliciter, sed in casu necessitatis, ut confessio uocalis facta Deo: Quædam uero dicitur in uniuersali solum: et hæc est confessio facta homini. Ex his patent obiecta ad primam partem: nam auctoritates procedunt secundum primam uel secundam uiam, ut patet. Similiter prima ratio inducta ex simili in confessione uocali laudis, quia sicut in casu laudare oportet ore, tamen semper debet actu, uel habitu laudare in corde: sic et intelligendum de confessione peccati.

A D illud quod obijcitur de partibus alijs, scilicet contritione, et satisfactione, dicendum quod istæ partes respiciunt pœnitentiam, secundum quod est uirtus, et secundum quod est sacramentum, sed specialiter contritio, et satisfactio respiciunt uirtutem. Sed confessio magis est pœnitentiæ ut sacramentum, sicut melius patebit infra. Confessio enim peccati quæ fit homini, ortum habet non tantum a natura, sed etiam ab institutione diuina: et ex hoc patet responso ad ultimum: quod dicit, quod est opus uirtutis. Dico enim, quod reuera opus uirtutis est, sed non omnino, sed uirtutis cum adiunctione institutionis sacramenti: uirtus enim non dicitur, quod peccata occulta dicantur homini. Similiter nec pœnitentia dicitur illud per se quantumcumque homo doleat: sed cum Deus instituit, tunc uirtus obedientiæ imperauit, pœnitentia accelerauit, et ueritas actum direxit. Et ita patet, ad quam uirtutem spectet confiteri, et quo modo sit opus uirtutis, et cuius. Vnde pœnitentia in generali dicitur secundum quod est uirtus uolens facere emendam, obedientia per mandatum specificat, ueritas elicit, et regulat.

1. 2. 3. A D illud quod obijcitur in oppositū, quod non est idem apud omnes, dicendum quod illud intelligitur de eo, quod natura dicitur in particulari, non in uniuersali.

4. 5. A D illud uero quod manifestare peccatum est contra rationem, dicendum quod peccati propalatio potest fieri dupliciter, uel ad sui ipsius commendationem, sicut faciunt peccatores, qui lætantur, cum male fecerint, et exultant in rebus pessimis, quorum uia peruersa, et cetera, quibus est facta frons mulieris meretricis, et de quibus dicitur: Peccatum suum sicut Sodoma prædicauerunt, et cetera, et hæc est contra naturam, et contra rationem rectam, et ad prouocandam diuinam inimicitiam. Et uerecundia, et confusio huic opposita est: adducens gratiam, et gloriam. Alia est confessio, quæ fit ad sui accusationem ad inueniendam diuinam propitiationem: et hæc est ordinata ad faciendum emendam, uel ad curandum plagam occultam. Vnde sicut natura dicitur, quod uulnus etiam in locis secretis est aperendum

Quæst. seq.

Pro. 2. c

Ierem. 3. b Isa. 3. b

riendum medicis ad purificationem, quamvis dicitur pudentia operanda, sic est de peccatis. Et sicut si aliquis vulnus nolle ostendere, iudicatur superbus, et stultus, et faceret contra naturam, et salutem suam; sic intelligendum est in proposito: et ex hoc patet responsio ad omnes rationes. Nam si vulnus amici deberet curari per meam confessionem, sicut et propria dicitur ratio, et natura, quod ego deberem ipsum procedere. Quamvis autem nature dicitur consonum, sit, erubescere, et nunquam detegere peccatum per confessionem: propter illam tamen causam non est dimittenda confessio. Et hoc propter multiplicem utilitatem, quam habet; et propter hanc, instituit eam Deus. Valeret enim ad peccati cognitionem, propter instructionem sacerdotis: Si difficile, et ambiguum apud te, et c. Ad cogniti deletionem: Psalmus: Dixi, confitebor, et c. Si propositum valet, quanto magis valet opus? Ad cogniti et delicti satisfactionem, quia erubescencia in confessione est magna pars satisfactionis. Est confusio adducens gratiam, et gloriam. Ad pœnæ diminutionem in clama potestate. Quodcumque solueris super terram, et c. Ad Dei laudem: Da gloriam Deo, et confitere, et c. Et: Indica mihi, quid feceris. Ad intercessorum multiplicationem. Confitemini alterutrum peccata vestra, et orate pro invicem. Ad conscientie assecurationem. Vnde David statim cum dixit: Peccavi, audiuit: Transulit Dominus, et c. Et hoc magnum bonum est. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientie nostræ.

Deut. 17. b
Psalm. 31. b
Ecclesi. 4. c
Mat. 18. c
Ios. 7. c
Iac. 5. d
2. Reg. 12. c
2. Cor. 1. c

QUESTIO II.

An confessio fuerit instituta in lege scripta.

Alex. Alenf. 4. p. 9. 18. Membr. 2. art. 3. §. 2.
Guil. Alifod. 4. Sent. tract. 6. cap. 3. q. 2.
Richardus 4. Sent. dist. 17. art. 2. q. 3.
Tho. Arg. 4. Sent. dist. 17. q. 2. art. 2.
Steph. Brul. 4. Sent. dist. 17. q. 10.
Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 17. q. 20.

AD OPPOSITIVM.

Levit. 16. c

Prova. 28. b

Ista. 43. d

Levit. 12. d
et 14. g

VTRUM confessio fuerit instituta in lege scripta. Et quod sic, videtur: nã dicitur de sacerdote, qui debebat hircum emissarium emittere: Confiteatur omnes iniquitates filiorum Israel, et vniuersa delicta, atque peccata: sed non poterat sacerdos confiteri peccata aliena, nisi illi prius confiteretur ea: ergo videtur quod ibi fuit confessio instituta. **2.** I T E M hoc videtur auctoritate Salomonis, qui dicit: Qui abscondit scelera sua, non dirigitur: constat quod loquitur de his, qui erant tempore legis: et constat, quod non intelligit de absconione respectu Dei, cui omnia sunt nota: ergo respectu ministri Dei: ergo, et c. **3.** I T E M: Narra si quid habes, vt iustificeris: sed narratio dicit actum sermonis, et confessionem vocalem: et constat quod loquitur pro tempore legis, quia exhortando non prædicando: ergo videtur quod tempore legis esset confessio in præcepto. **4.** I T E M hoc videtur: Plus est aliquid profiteri factio quam verbo, plus etiam confiteri peccata coram omnibus, quam coram vno: sed ipsi confitebantur se peccatores coram omnibus, dum offerebant hostiam pro peccato; ergo cum ad hanc tenerentur, videtur quod multo fortius ad confessionem oris. **5.** I T E M confessio oris instituta est ad hoc, vt sacerdos sit medius arbiter: sed in lege veteri sacerdos erat mediator. Vnde per totum Leuiticum, vbi agitur de oblatione, dicitur: Orabitque sacerdos, et remittetur ei. **6.** I T E M vetus lex fuit lex rigoris, et magis puniebat, quam noua: sed confusio, quæ est in penitentia, est magna pœna: ergo magis fuit competens legi veteri, quam nouæ.

7. I T E M ratio quare est instituta confessio, est vt fiat reconciliatio Ecclesie: sed Ecclesia erat in veteri testamento et vnitas magna, quia vnus iniuriabatur, dñ peccabat: toti multitudini, sicut manifestum est in Achor: ergo tunc debuit institui confessio peccati. **C O N T R A** per Augustinum: Oblatio sacrificiorum, confessio fuit peccatorum: ergo videtur quod non fuerit ibi alia confessio, quam oblatio. **I T E M** confessio ordinata est ad absolutionem: sed lex transgredientes ex certa scientia faciebat occidi sine misericordia: cum ergo non teneretur aliquis facere, se occidi; non tenebatur confiteri. **I T E M** in confessione manifestantur quæ cordis sunt, et occulta: sed lex prohibebat manum, non animum: ergo confessio legi non competebar. **I T E M** si confessio fuit in lege, aut sicut morale, aut sicut sacramentale. Si ergo sicut morale: ergo si similiter fuisset in lege naturæ. Si sicut sacramentale: ergo cum alia et alia sint sacramenta nouæ legis, et veteris, non deberet esse in noua. **I T E M** vsque ad aduentum Christi fuerunt homines sub vmbra, et ante non peruenerunt ad lucem: sed per confessionem peccati prodit peccator in apertum: ergo ante aduentum Christi nõ debuit esse peccati confessio. **I T E M** confessio est ordinata ad potestatem clauium, quia cõfitemens absoluitur: sed in sola lege noua dicitur esse sacerdotibus: Quorum remiseritis peccata, et c. vt dicitur: ergo videtur quod cũ ante nõ fuerit potestas absoluedi, quod nec fuerit necessitas, nec vtilitas cõfitemdi,

FVNDA-
MENTA.

Ioan. 20. f.

Ioan. 3. c

Eph. 5. c

CONCLUSIO.

Confessio vocalis vt sacramentum, est solius legis Evangelicæ, nec præcessit in lege veteri, nisi in figura: quia illi legi non competebar.

R E S P. A D A R G. Dicendum quod duo sunt principaliter in confessione, propter quæ oportuit, et conueniens fuit confessionem institui. Primo est propter detectionem peccati, et manifestationem, et iste est finis confessionis in se. Secundus finis est propter reconciliationem faciendam Deo, et eius Ecclesie. Primo igitur fit propter peccati detectionem: peccator enim dum male agit, odit lucem: et ideo in reuerfione ad iustitiam oportet redargui opera instructiois tenebrarum, quæ autem arguuntur, a lumine manifestantur, hoc autem est per confessionem: et ideo debuit in ea lege institui confessio, in qua est manifestatio veritatis: in ea, in qua, lege, in qua Verbum caro factum est, vt intelligibile fieret sensibile, et manifestum. In ea lege debent occulta, et tenebrosa opera manifestari, et verba cordis formam vocis induere: hæc autem est lex gratiæ: et ideo confessionis institutio quantum ad primum finem competit legi gratiæ. Alius finis est ad reconciliationem faciendam humano arbitrio mediante, ideo fit homini, vt homo fit iudex, et arbiter inter Deum, et peccatorem. Arbiter autem talis debet esse, qui possit manum ponere in vtrumque, talis autem non potuit esse quousque Deus factus est homo: et tunc homo deificatus datus est nobis mediator, et arbiter Christus, qui potuit arguere, et manum ponere in vtrumque. Hic autem reliquit in Ecclesia successores, quos et arbitros constituit, et rectores Ecclesie, quibus commisit auctoritatem reconciliandi. Et quoniam hæc auctoritas primo fuit in Christo, et in nullo potuit esse antequam veniret ille præcipuus mediator, et hoc solum in lege noua fuit, ideo tantum in hac lege institui confessio debuit. Cõcedo ergo quod confessio prout est sacramentum, confessio inquam vocalis, solius nouæ legis fuit, nec præcessit in lege veteri nisi in figura, quia illi legi non competebar. Præcessit autem in hoc, quod sacerdotibus data erat auctoritas discernendi inter lepram, et non lepram, sanctum, et profanum. Sed hæc quidem erant corporalia, et non spiritalia;

tualia: Et illam figuram ostendit Dominus impletam esse in lege noua, cũ mudatos ad sacerdotes mittebat, vt dicitur: Vbi volunt aliqui dicere, quod cõfessio fuit instituta: sed magis, vt videbitur, fuit ibi insinuata. **1.** A D illud quod obijcitur, quod fuit ibi confessio, quia sacerdos confitebatur, dicendum quod talis non erat confessio sacramentalis, quæ fit homini, de qua nunc loquimur, qua aliquis se accusat, sed illa fiebat Deo in generali de peccatis ipsius multitudinis, non alicuius particularis personæ. **2.** A D illud quod obijcitur de absconione, dicendum quod intelligit de absconione, quæ est per peccati defensionem, et palliationem, sicut faciunt hypocritæ: et illud est falsitatis: et hæc est contra legem naturæ et respectu Dei; et respectu hominis. Quamvis autem sit prohibitum mentiri, non tamen est præceptum dicere omnem veritatem. **3.** A D illud quod obijcitur de narratione, dicendum quod intelligitur de narratione secundum linguam, et os cordis. Vel si intelligatur secundum os corporis, adhuc intelligitur quod fiat respectu Dei, quædammodum fit oratio vocalis non ad Deum instructum, sed excitandum in nobis affectum pudoris, vel amoris; vel doloris, vel alicuius alterius affectionis. **4.** A D illud quod obijcitur, quod plus est factio profiteri, quam verbo, dicendum quod illa oblatio nõ erat professio peccati, sed hostie oblationis pro peccato: ex consequenti autem ostendebatur peccator. Sed hoc non est in speciali, sed in generali: nec magis sacerdoti quã alij: et hoc quidẽ decebat aliquo modo fieri, quia in Ecclesiastica vnitas in conformitate sacramentorum, et vniformitate cultus diuini cõperat inchoari. **5.** A D illud quod obijcitur, quod sacerdos erat mediator, dicendum quod etsi mediator esset ad offerendum hostias figurales, non tamen erat mediator in absolouendo: et ita sacerdoti non debebat fieri confessio peccati, sed oblatio hirci, vel vituli: non sic est de sacerdote noui testamenti, qui sicut verum Christi corpus conficit, et potestatem habet ad cõfiscandum: sic auctoritatem habet ad corpus mysticum absolouendũ. **6.** A D illud quod obijcitur, quod lex vetus erat lex rigoris, et queris, dicendum quod quamvis confessio onerosa videatur propter pudorem, tamen est sarcina miro modo alleuans per absolutionem: et ideo illi legi non competebar. Hic enim fit ab omni peccato absolutio, ibi vero sine omni misericordia grauis peccatoris fiebat damnatio, propterea non competebar illi legi talis perfectio. **7.** A D vltimum de vnitate Ecclesie, dicendum quod vnitas erat: sed tamen figuralis respectu veræ vnitatis huius Ecclesie: et ideo sicut sacrificium fuit figurale, ita et sacerdos, ita reconciliatio: et postremo confessio, quia leprosus se sacerdotibus ostendebat.

Mat. 8. a
Questione sequenti.

Mat. 4. a

FVNDA-
MENTA.

QUO fuerit instituta confessio. Et quod fuerit instituta a Christo, videtur: quia sacerdotium fuit institutum a Christo ad remissionem peccatorum, et absolutionem: sed sacerdotes non possunt, nec debent soluere, nisi sciant a quo soluant: sed postea posteriori ponitur prius: ergo si Christus instituit absolutionem, multo fortius confessionem. **I T E M** cuius est instituire totum, et partes: sed Dominus instituit penitentiam, cũ prædicauit, et præcepit:

Agite penitentiam. Ergo tunc instituit confessionem. **I T E M** confiteri peccata occulta, hoc est magnæ perfectionis, et superadditum mandatis legalibus: sed nullus potest hoc præcipere, nisi qui per omnia potest super hominem: ergo solus Christus ad confessionem peccatorum potuit obligare. **I T E M** Ioannes præcurrit Saluatorem, et verus fuit præcurfor: non tantum in verbis, sed in gestis: sed omnes qui baptizabantur a Ioanne, confitebantur peccata: ergo sicut præcessit in Ioanne baptismus præparationis, et confessio præparationis, ita vtrumque debet institui a Christo. **I T E M** hoc sacramentum per necessarium est sicut baptismus, quia secunda tabula est post naufragium, quando iam non valet baptismus: sed Christus per se ipsum nos liberauit a naufragio, et primam tabulam instituit: ergo videtur, quod similiter et secundam, et ita confessionem ipsam. **1.** C O N T R A: Sacramentis, quæ Dominus instituit, ipsemet usus fuit, vt prius visum est in baptismo, et Eucharistia: sed ipse nunquam fuit confessus aliquod peccatum: ergo, et cetera. **2.** I T E M Christus in factis suis nobis dedit exemplum: sed ipse absoluit sine omni confessione mulierem in adulterio deprehensam: ergo non videtur instituisse confessionem, sed potius noluisse. **3.** I T E M quæro, vbi instituit. Si dicas, ibi: Agite penitentiam. Contra: Nondum erant sacerdotes, quibus possent, et deberet confiteri: ergo in illa prædicatione non implicabatur confessio. **4.** I T E M alij dicunt, quod instituit ibi, vbi misit leprosum ad sacerdotes. Sed contra dicitur: Vade, et ostende te sacerdotibus, et offer munus tuus, quod præcepit Moyses: ergo constat quod mandatum facebat, quod fiebat in lege, et illud non erat confessio vocalis: ergo, et cetera. **5.** I T E M dicunt alij, quod ibi: Accipite Spiritum sanctum, quia dum instituit sacerdotes, et potestatem absolouendi eis dedit, præcepit per consequens alij, vt ad eos peccata deferrent. Sed contra: Difficilius est confiteri, quam confessionem audire: ergo magis specialiter de hoc debuit mandatum dare. Queritur igitur, quare Christus non instituit confessionem expressæ, sicut alia sacramenta. **R E S P. A D A R G.** Dicendum quod duo sunt in confessione. Vnum formale, et completium: et hoc est absolutio, siue potestas absolouendi, vel medicandi: et hanc Dominus instituit, qui potestatem clauium concessit: et penes hoc residet virtus. Aliud autem est materiale: et hoc est detectio peccati, siue morbi: et hoc Dominus non instituit in se, sed insinuauit. Ratio autem, quare non instituit, vt dicunt aliqui, hæc fuit, quia sufficit agroto exponere medicum, et medicinam: et vltius confessio peccati non valet extorta, sed debet esse voluntaria: ideo Dominus insinuauit relinquens hoc in voluntate agrotantium. Et hoc est quod dicit Hugo: Medicis dixit, vt curarent, sed infirmis nõ dixit, vt ad medicos curandi causa venirent: hoc quasi certum esse voluit, quod agri libenter salutem quærent, et se curandos offerrent, si medicos inuenirent. Et licet hoc sit satis probabile: Potest tamen et aliter dici, quod Dominus confessionem per se nõ instituit: Quia est in remedium reciduantium: sed quia Christus erat Ecclesie fundator, et venientibus omnium peccatorum per baptismum fiebat remissio: ideo ab eo non debuit institui confessio, ne ex verbo Domini daretur aliquibus recidua occasio. Cũ autem Ecclesia

Mat. 3. a

A D O P P O S I T I V M
Dist. 3. p. 2.
art. 1. q. 2.
et d. 9. ar. 1.
q. 4.

Ioan. 8. a

Quæstio la-
teralis.

Mat. 8. a

Leuit. 14. a

Ioan. 20. e
Hoc dicit.
Ecclesiast.
Conc. Trid.
sess. 14. c. 1.

1. Ratio er-
rouca est.

Hugo lib. 2.
p. 4. r. 14.

2. Ratio.

CONCLUSIO.

Sacramentũ confessionis Dominus instituit per se quoad formale, quã est potestas absoluedi: sed quoad materiale, quã est peccati detectio, non per se instituit sed per Apostolos.

QUESTIO III.

An confessio fuerit instituta a Christo.

Alex. Alenf. 4. p. 9. 18. Memb. 3. art. 2.
Steph. Brul. 4. Sent. d. 17. q. 11.
Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 17. q. 21.

FVNDA-
MENTA.

Mat. 4. a

Ad quaest. I. s. b. iacob. 5. d. 3. Ratio.

Instituit ergo mediate et implicite.

clesia fuit instituta, et labi homines ceperunt: tunc remedium ne desperaret, vel contemnerent, publicari oportuit: et ideo per Apostolos confessio debuit institui auctoritate sibi a Domino in clauibus sibi datis, in quibus potestatem receperant sanandi: et ita imperandi modum conuenientem salutis: et hic quidem erat per morbi detectionem, et peccantis humiliationem, et sacerdotalem absolutionem: et ideo confessio fuit a Domino insinuata, ab Apostolis instituta, ab Episcopo Hierosolymitano, scilicet Iacobo promulgata, sicut enim sententia de non seruandis legalibus promulgata fuit, sic et confessio omnibus peccantibus indicta, et imposita fuit: Confitemini alterutrum peccata vestra. Et iterum, non solum haec est ratio, sed etiam vltior esse potest: confessio enim hominis est opus pure humanum. Vnde non est data virtus sacramenti ipsi confessioni, sed absolutioni: ideo recte hominibus puris institutio debuit reservari. Ex his quae dicta sunt, quattuor possunt rationes elici, quare Dominus immediate confessionem, et expresse non instituit. Prima quidem, quia non oportuit. Secunda vero, quia in hoc voluntariam esse debere docuit. Tertia quia est sacramentum recidiantium. Quarta quia quantum est de se, est opus humanum. Vnde credo, quod non per se instituit: et si dicatur instituisse, hoc est intelligendum insinuando, et auctoritatem dando.

1. 2. Ex hoc patet responsio ad primum et secundum. Dominus enim formale poenitentiae instituit per se, materiale autem non: et ratio visa est supra. 3. Ad tertium quoque patet responsio, quia Apostoli hoc poterant praecipere auctoritate clauium sibi datarum, quia aliter frustra essent datae. 4. Ad illud quod obijcitur, quod confitebatur, etc. dicendum quod vtrumque saluator impleuit, sed vnu per se, quia decebat ipsum, et alterum per alios, quia eos decebat vni confessione: Christus enim, qui omnia sciebat, sine confessione oris absoluebat. Sed hoc Apostoli facere non poterant, quia non nisi per aegrotum poterant nosse plagam. 5. Ad illud quod obijcitur vltimo, dicendum, quod Christus instituit secundum hoc quod erat ibi completionis, non tamen totum sicut baptismum, quia non conueniebat ei ita fabricare totam tabulam recidiantium, sicut primam accedentium.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER viso de institutione confessionis, quaeritur de obligatione ad ipsam. Et quantum ad hoc tria quaeruntur. Primo per comparationem ad subiectum. Secundo per comparationem ad tempus. Tertio per comparationem ad modum.

QUESTIO I.

An omnes adulti teneantur ad confessionem.

Alex. Alenf. 4. p. q. 18. membr. 4. ar. 1. §. 1. S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 6. ar. 3. Richardus 4. Sent. dist. 17. art. 2. q. 4. Steph. Brul. 4. Sent. d. 17. q. 12.

FVNDAMENTA. Cap. Omnis veriusque lib. 5.

TRIVM omnes adulti boni, et mali ad confessionem teneantur. Et quod sic, videtur per decretalem de poenitentis, et remissionibus: Omnis vtriusque sexus fidelis postquam ad annos discretionis peruenerit, omnia peccata sua saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio sacerdoti. Et quod illud sit praecipuum, patet in hoc quod subiungitur grauis poena, scilicet quod vivens ab ingressu Ecclesiae arceatur, et moriens Christiana careat sepultura.

ITEM: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, mendaces sumus et nos seducimus, et veritas in nobis non est: loquitur de omnibus communiter: ergo omnis qui dicit se non habere peccatum, peccat mortaliter: ergo quilibet tenetur se recognoscere peccatorem secundum formam Ecclesiae, quae tradita est peccatoribus: sed hoc est per confessionem: ergo, etc. ITEM praecipuum est omnibus orare, et nullus absoluitur quantumcumque perfectus ab oratione Dominicali: ergo omnes tenentur dicere: Dimitte nobis debita nostra: sed Dominus non tantum orationem instituit, immo etiam confessionem: sed oratio est opus satisfactorium, et praesupponit confessionem: ergo, etc. ITEM quantumcumque aliquis sit sanctus, et iustus, si potens est corpore, tenetur quadragesimam ieiunare, nec propter aliquam sanctitatem absoluitur ab Ecclesiae institutione: ergo pari ratione nec a confessione.

CONTRA: Augustinus dicit, et habetur distinctio praecedenti: Poenitentia perfecta ad baptismi puritatem conatur reducere: sed possibile est aliquem veram poenitentiam perficere pro peccato: ergo possibile est redire ad innocentiam baptismalem: sed habens innocentiam baptismalem non tenetur confiteri, quia purus est: ergo non videtur quod omnes ad confessionem teneantur. ITEM confessio, et sacramentum poenitentiae est institutum propter hoc, ut recidiantes post baptismum possint resurgere: sed possibile est, quod aliquis conferuet innocentiam baptismalem: ergo talis non tenetur confiteri. ITEM possibile est in multis, quod non habeant nisi venialia: sed venialia non tenentur confiteri homo, quia in illis decedens potest saluari, et solam contritione possunt deleri: ergo talis non tenetur confiteri quoad in tali statu consistit. ITEM possibile est quod aliquis ita intentus sit circa aeterna, ut non habeat remorsum de aliqua culpa: aut ergo talis tenetur confiteri, aut non. Si non, tunc non omnes obligantur. Si tenetur, et non habet conscientiam peccati, tenetur ad confitendum, siue ad dicendum contra conscientiam, et ita mentiri: quod nefas est dicere: ergo non omnes obligantur.

CONCLUSIO.

Omnes tam boni quam mali semel in anno tenentur confiteri, tum ex praecipuo prima institutionis, tum ex superaddito mandato in generali Concilio.

RESP. AD ARG. Dicendum quod teneri ad confessionem peccatorum est dupliciter, scilicet ex institutione prima, quia instituta est sub praecipuo, vel ex institutione superaddita. Primum praecipuum datum fuit ab Apostolis, et vulgatum fuit a Iacobo Episcopo Hierosolymitano. Secundum a patribus in generali Concilio, et vulgatum fuit ab Innocentio III. Ratione primi mandati institutionis, quoniam instituta est directe contra mortale, tenebantur omnes confiteri, qui post baptismum peccauerant mortaliter. Ratione vero secundae institutionis tenentur omnes saltem ad semel in anno. Ratio autem huius institutionis triplex est. Prima est vniuersalis indigentia. Omnes enim peccauerunt, et egent gloria Dei. Non est enim qui faciat bonum, et non peccet: Ideo Deum debet quilibet glorificare confitendo se peccatorem. Qui enim se peccatorem confiteretur, Deum glorificat, ostendens se Dei gratia, et misericordia indigere. Secunda ratio fuit sacrae comunione reuerentia, quia omnes tenentur in pascha communicare tam perfecti, quam alij: et tunc, quia agnus paschalis cum sollempnitate manducandus est, ut mundi essent manducantes, et dignum oportuit remedium praemittere probationis, et purgationis: etc.

Ratio institutionis triplex. Rom. 3. c. Ecclij. 7. c.

hoc

AD OPPOSITVM.

Mat. 6. b

1. Ioan. 1. 6

hoc quidem est in confessione peccati. Tertia ratio fuit discretio gregis Dominici, ne lupi absconderentur in grege, qui manducarent agnos: ideo institutum est, ut vultus conscientiarum suarum sacerdotibus ostenderent. Et ne haeretici palliarent, et sub pelle innocenter se absconderent, omnibus quantumcumque sint innocentes praecipuum est confiteri. Et ideo omnes quantumcumque sint boni, tenentur confiteri semel in anno. 1. Ad illud quod obijcitur, quod poenitentia perfecta reducit ad innocentiam, dicendum quod illud verum est de culpa, pro qua fuit illa poenitentia assumpta: sed quamdiu sumus in hac vita, vni culpae succedit alia: et ideo oportet quod renouetur confessio, et poenitentia. 2. Ad illud quod obijcitur, quod instituta est propter recidiantes, dicendum quod in baptismo deletur principaliter originale, delentur nihilominus venialia et mortalia: et ideo baptismus valet contra illa. Similiter de poenitentia intelligendum, quod principaliter instituta est propter mortalia ad minus ipsa confessio: sed tamen valet contra omne peccatum: et ita contra omnem lapsum siue per mortale, siue per veniale. Licet ergo aliquis conferuet gratiam baptismalem, in quantum delet originale, et culpam mortalem: nullus tamen est adeo iustus, qui conferuet quantum ad deletionem venialis, quia tota die iteratur: ideo expedit ei si nunquam mandasset. Ecclesia confiteri: nunc autem non solum expedit: sed etiam necessario obligatur. 3. Ad illud quod obijcitur, quod non tenentur venialia confiteri, dicendum quod sicut tacitum est, tentio ad confessionem est dupliciter, vel propter vinculum peccati, vel propter vinculum solius praecipii. Venialia igitur non tenentur quis confiteri propter vinculum peccati, sed hoc solum est propter obligationem praecipii, quae obligat vnumquemque ad confitendum: Et ideo si non habet nisi venialia, tenetur illa confiteri: Vnde si haberet mortalia, quae confiteretur, non teneretur ad venialia. 4. Ad illud quod obijcitur de eo, qui non habet remorsum, dicendum quod impossibile (credo) secundum statum viatoris, quod aliquis vnum diem, vel septimanam transeat sine remorsu venialis: tamen quod totum annum transeat, hoc habeo magis pro impossibile: et vix credo quod fuerit hoc donum in aliquo, nisi in Christo, et eius matre: et ideo vnusquisque vel habet conscientiam, vel debet habere, et omni hora petere: Dimitte nobis, etc. Vix enim credo, quod homo quamdiu sit in vita ista, sit sine veniali. Tum propter frequentiam, quia strepitus vitiorum et peccatorum venialium semper insonant auribus nostri cordis. Tum propter ignorantiam, quia in multis venialiter peccamus, et ignoramus, et non consideramus: Tum propter adhaerentiam, quoniam venialia ista sunt magnae adhaerentiae, maxime quando habetur affectio circa aliquod terrenum: et ideo quantumcumque quis sit perfectus, corde debet recognoscere, et ore confiteri se peccatorem esse. Si tamen aliquis esset, qui non haberet peccatum propter superabundantem gratiam, dico quod non teneretur ad illud mandatum: quia solis peccatoribus, et viatoribus est datum, talis autem iam in caelis habitat. Si autem esset aliquis, qui non haberet propter ignorantiam, vel negligentiam, non excusatur a mandato propter ignorantiam: non tamen tenetur aliquid dicere, quod non habeat in corde, sed tenetur recogitare, et postea tenetur dicere: hoc autem non credo posse contingere homini habenti intellectum, et vsum rationis, nisi per specialissimam gratiam, qua etiam credo Apostolos non habuisse: quia venialiter peccauerunt sicut dicit Gregorius, vel propter nimiam negligentiam: Et sic patet, quod secundum communem legem saltem semel in

S. Bon. T. 3.

Tho. adducit opinionem tenentium, quod talis non tenetur confiteri, sed solū praesentia ve sacerdoti ostendendo se non habere mortale: quā opinionem non reprobat.

anno omnes adulti tenentur confiteri vniuersaliter: et omnes debent orare: Dimitte nobis, etc. nec est aliquis, qui in multis non possit seipsum arguere.

QUESTIO II.

An peccator statim cum potest, teneatur ad confessionem.

Alex. Alenf. 4. p. q. 18. membr. 4. ar. 4. §. 1. S. Thomas in Suppl. 3. p. q. 6. ar. 5. Guiliel. Alisford. 4. Sent. tract. 6. cap. 3. q. 4. Richardus 4. Sent. dist. 17. ar. 3. q. 6. Steph. Brulof. 4. Sent. dist. 17. q. 13.



VANTVM ad tempus quaeritur, vtrum peccator statim cum possit, teneatur confiteri. Et quod sic, videtur per Hugonem de Sancto Victore: Si necessitas non est, quae praetendatur, contemptus non excusatur: sed cum se offert confitendi oportunitas, nulla potest praetendi necessitas: ergo non excusatur a contemptu.

ITEM quanto homo plus permanet in peccato, tanto est inhabilior: ergo quanto citius confitetur, tanto est habilior ad resurgendum. Sed constat quod aliquando tenetur confiteri, et non nisi quando est habilior. Si ergo tanto habilior, quanto citius: ergo quam totius potest, tenetur confiteri. ITEM Aegrotans morbo corporali, et periculo, qui appropinquat morti, et ignorat mortem, tenetur quaerere medicum, et consulere sine dilatione, et statim, si offert se oportunitas: ergo cum maior sit aegritudo corporis spiritualis, et maior periculum, et dies mortis ignoretur, videtur quod sine dilatione tenetur confiteri. ITEM iste qui est in gratia, tenetur nunquam cadere: ergo ab oppositis: iste, qui est in culpa, si non reportat de malo commodum, tenetur nunquam in culpa esse: et si tenetur nunquam in culpa esse, et hoc non potest esse nisi resurgendo: ergo statim ex quo peccauit, tenetur resurgere: quia confessio est ad resurgendum a peccato: ergo, etc. CONTRA: Praecipuum affirmatiuum non obligat ad semper, sed ad aliquod tempus determinatum. Sed quantumcumque rei indeterminatae additur determinatio temporis, non tenetur ante illud tempus quis obseruare: sed in mandato de confessione dicitur, quod debet confiteri semel in anno: ergo videtur quod non sit transgressor, siue omittat, siue differat confiteri vsque ad annum.

ITEM si tenetur ad statim: pari ratione in alio nunc: sed cum sint nunc infinita in tempore, tunc infinities peccaret, si omitteret: sed hoc est inconueniens: ergo, etc. Si tu dicas quod tenetur statim, cum recognoscit offensam. Contra: Esto quod non recogiter, non tenetur: sed hoc est malum, et negligentia: ergo reportat commodum de malitia. ITEM in eadem Decretali datur mandatum de Eucharistia, et sub eadem poena: differat confiteri, quod nemo peccat omittendo, si differat sumere Eucharistiam vsque ad Pascha: ergo pari ratione de confessione.

ITEM licitum est peccatori quaerere sacerdotem discretum, et expectare: ergo licitum est etiam quaerere tempus idoneum, et expectare ad confitendum, et satisfaciendum: et hoc est tempus quadragesimae ad hoc institutum: ergo videtur, quod sine peccato liceat expectare quadragesimam.

CON.

CONCLUSIO.

Obligati ad confitendum non ex culpa, possunt differre confessionem usque ad Pascha: qui vero ex peccato commissio tenentur, periculo differunt: qui si timeant de opportunitate sacerdotis, debent confiteri cum primum possunt.

RESPON. AD ARG. Circa hoc notandum quod est loqui de confessione dupliciter, vel quantum ad propositum interius, vel quantum ad verbum exterius. Si quantum ad propositum interius, sic communiter conceditur, quod tenetur proponere confiteri, et conteri, quia sine proposito confitendi, et emendandi non dimittitur peccatum, sicut nec sine contritione. Ad hoc autem tenetur, quando recogitat culpam commissam, et Dei offensam, vel quando tempus se offert, in quo recogitare debet sicut in hora mortis, vel periculo, vel aliquo alio simili. Sed quando teneatur progredi in actum, hic diuersimode opinantur diuersi. Aliqui enim dicunt, quod cum actus confitendi non sit necessarius ad iustificationem, quia per contritionem est iustificatio: et ita confessio solum sit necessaria, quia est in præcepto, et Ecclesia non exigit ante Pascha, quod ante non tenetur, nisi periculum mortis imminet. Huius autem dilationis dicunt concessam esse licentiam ex Decretali illa in generali Concilio edita: Omnis vtriusque sexus, et cetera. Aliorum opinio est, quod sicut tenetur ad propositum confitendi, dum se offert opportunitas interior: sic tenetur ad opus, quando se offert exterior. Aut enim propositum non est efficax, aut cadit a proposito efficaci, si quando se offert opportunitas, in opus non exit. Et dicunt quod se offert opportunitas, quando habet discreti sacerdotis copiam, et peccati commissi memoriam. Nec obstat Decretalis, quia non dat licentiam differendi, sed prohibet negligentiam, et dilationem; sicut etiam prohibet, ne quis ultra annum in excommunicatione maneat: non tamen dat licentiam remanendi vsque ad horam illam. Similiter si Imperator dat alicui personæ infami priuilegium, vt non agatur contra eam, sicut contra infamem, non propter hoc liberat ab infamiae nota, sed solummodo a pœna, vt contra ipsam non agatur. Sic Decretalis illa non liberat a tentione, et offensa: sed ne Ecclesia neget alicui ingressum in Ecclesiam, vel in sepulturam, si facit post. Sicut ergo ante conditionem Decretalis tenebatur cõfiteri quando se offerebat opportunitas: sic videtur quod post eius conditionem, quia Decretalis non pro negligentibus, sed contra negligentes est edita. Quæ autem istarum opinionum verior sit, dubium est, et difficile iudicare. Tamen ad veritatis clariorem intelligentiam distingui potest, quando queritur, quando obligatur fidelis confiteri, secundum duplicem obligationem, quæ superius tacta est, et secundum duplex mandatum diuersimode respondendum est. Quidam enim ad confessionem obligantur non ex culpa commissâ, sed ex institutione Ecclesiastica: vt potest illi, qui non habent mortalia peccata. Tales differre possunt vsque ad Pascha, quia mandatum illius Decretalis non obligat, nisi sicut obligat ad Eucharistiã, ad quam præparat confessio sacerdoti facta. Quidam vero non tantum obligantur ex Ecclesiastica institutione, sed ex propria transgressione: hi tenentur ex sacramenti institutione: De talibus generaliter asserere quod possunt vsque ad Pascha differre, videtur mihi periculosum: similiter quod teneantur semper, quando se offert opportunitas confiteri, videtur valde durum. Ideo videtur rationabiliter sentiendum, medium, scilicet quod opportunitas loci, temporis, et sacerdotis potest tripliciter se ante Pascha offerre.

Explicatio.

Opin. 1.

Quæ habetur lib. 5. Decretal. 2. Georg. de pœn. et remiss. ca. omnis vtriusque.

Opinio 2.

Determinatio propria.

A Aut ita quod timetur, ne vniquam se offerat talis oportunitas, sicut est in his qui grauius infirmantur: et tales ante tenentur absque dubitatione ad confessionem. Aut ita quod maior oportunitas expectatur vel quantum ad tempus, vel quantum ad sacerdotem: et sic potest differri sine aliquo peccato. Aut ita quod numquam rationabiliter maior oportunitas expectatur, vel quantum ad sacerdotem, vel quantum ad tempus: et tunc credo sine præiudicio, quod tenetur. Et ideo aliter censendum est hic de religioso, aliter de laico. Nam religioso totum tempus vite est tempus penitentia: et ideo habita copia sacerdotis, si peccauit mortaliter, credo quod tenetur sine mora confiteri, et ad ipsum recurrere. Et intelligitur sine mora, sicut ratio recta determinat. Laicus vero rationabiliter potest expectare tempus quadragesimale, quod est tempus penitentia: Vnde cum tempus sit magis opportunum in eis ad satisfaciendum, et confitendum, si expectent, rationale est iudicare quod non peccent: dum tamen proponant firmiter tunc temporis confiteri. De clericis vero iudicare non audeo: Consilium tamen sanum credo, quod omnes qui cadunt per mortale, quam citius possunt, confiteantur: Non enim videtur vere contritus, qui tam longo tempore vulnus peccati portat occultum. Si autem obijcias mihi, quod status non obligat aliquem nisi per votum: respondetur quod status non obligat, sed mandatum omnibus datum: ad nunc autem, vel ad tunc obligat opportunitas, quæ diuersimode offert se diuersis: et illud veritatem habet in omnibus præceptis affirmatiuis, quod ad aliquod tempus obligatur vnus, ad quod quidem tempus alter non obligatur, sicut patet in honore parentum. Fatendum est igitur quod mandatum illud nullum obligat ad statim nisi in casu, vt visum est.

1. A d illud quod obijcitur, quod contemptus non excusatur, dicendum quod ipse vocat necessitatem non tantum inuitabilem, sed necessitatibus commoditatem: vel dicendum quod loquitur de illis, qui de hac vita sine sacramentis decedunt, qui non excusantur, si tunc possunt sacramentum recipere.

2. A d illud quod obijcitur, quod quanto homocitius confiteretur, tanto est habilior, dicendum quod homo potest resurgere a peccato ante confessionem, vt visum est: et ideo cum delictum sit per contritionem, non sequitur illud.

3. A d illud quod obijcitur de ægrotante morbo corporali, dicendum quod si aliam videat viam curationis, non tenetur medicum consulere, vel etiam si expectat tempus magis congruum: et quia ita est in proposito: ideo, et cetera.

4. A d illud quod obijcitur, quod tenetur numquam cadere, dicendum quod non est simile, quia teneri ad non cadendum est tentio præcepti negatiui, quod obligat ad semper: sed teneri ad resurgendum est tentio affirmatiui, quod non obligat ad semper.

A d illud quod obijcitur ad oppositum, dicendum quod quantum est de mandato illius Decretalis, non obligatur ante Pascha, sicut probant illæ rationes: obligantur tamen aliqui ex necessitate institutionis sacramenti.

Resp. ad vlt. pro Fundam.

QVA.

QUESTIO IV.

An quis obligetur ad confessionem ex charitate.

Alex. Alenf. 4. p. q. 18. memb. 4. ar. 4. §. 7. Guiliel. Altiſod. 4. Sem. tract. 6. cap. 3. q. 3. Sceph. Brulef. 4. Sent. d. 17. q. 24.

AD OPPOSITUM. August. de tempo. ser. 48. a prin. in sensu 10. 20. De uer. Domini ser. s. 10. 10. Eccl. 17. e.

Eccl. 10. e.

FUNDAMENTA.

DE obligatione ad confessionem quantum ad modum. Et queritur vtrum obligemur ex charitate. Et quod sic, videtur: quia Augustinus dicit, et habetur in primo capite huius distincti. Nemo potest confiteri, nisi suscitatus: a mortuo enim veluti qui non est, perit confessio: Nemo autem resuscitatur, nisi qui a peccato soluitur: hæc Augustinus: sed nullus soluitur a peccato sine charitate: ergo confessionem, quæ est in præcepto, oportet fieri in charitate, quia aliter fieri non potest, vt debet.

1. ITEM in confessione peccati est laus Dei, vt dicit Hieronymus: sed non est speciosa laus in ore peccatoris, vt dicitur: ergo cum non teneatur quis ad laudem Dei, nisi eatenus, quæ est speciosa: ergo nullus tenetur ad confessionem faciendam in statu peccati: si ergo tenetur ad illam, tenetur in statu gratia: ergo in charitate.

2. ITEM tres sunt partes penitentia ordinata, scilicet contritio, confessio, et satisfactio: ergo qui libet, qui tenetur ad penitentiam, cum ad hæc omnia teneatur, tenetur ordinate: ergo prius ad contritionem: ergo nemo debet confiteri, nisi contritus: sed non cõteritur quis nisi in charitate: ergo si tenetur ad confitendum, tenetur ad confitendum ex charitate.

3. ITEM in confessione est absolutio: et illa est absolutio a pœna, non a culpa, sicut melius patebit infra: hæc autem absolutio nulla est nisi præcedat absolutio culpa: ergo in nullo habet illud sacramentum efficaciam, nisi in eo, qui habet gratiam: sed qui recipit sacramentum, tenetur se disponere ad efficaciam sacramenti: alioquin sic accedit, et omnis talis peccat mortaliter: sed efficaciam confessionis non est nisi in habente charitatem: ergo tenetur homo confiteri ex charitate.

CONTRA: Sacramentum penitentia est contra morbum mortalis culpa: efficaciam medicamentum: ergo in eo morbo ille curatur: ergo recipitur ibi salutem mentis, et corporis: ergo videtur quod non oporteat ad illud asserere salutem, sed querere: ergo non oportet quod accedatur ad confessionem ex charitate, nec ad hoc tenetur.

ITEM ad opera præceptorum, et etiam virtutum, sicut continere, obedire, parentes honorare, non tenentur ex charitate: ergo videtur quod nec ad confessionem.

ITEM nullus scit se habere charitatem: ergo si tenentur confiteri ex charitate, cum nemo hoc sciat, vtrum hoc fecerit, nemo est absolutus: ergo adhuc tenetur: ergo semper tenetur iterare. Præterea, si accedit sine charitate, videtur peccare mortaliter.

ITEM confessio non est opus priuilegiatum, immo confessio peccati est peccatorum, et impijssimorum: sed non tenetur quis ad aliqua opera facienda ex charitate, nisi quia sunt opera valde nobilia: ergo, et cetera.

CONCLUSIO.

Confiteri non tenetur quis ex charitate, sed vel ex charitate, vel ex dispositione ad charitatem: dummodo talis dispositio sit sufficiens probabiliter.

RESPON. AD ARG. Ad horum intelligentiam. S. Bon. To. 5.

Atiam notandum quod quædam sunt sacramenta ordinata ad gratiam, acquirendam, siue obtinendam, vt baptisimus, et penitentia. Quædam ordinata ad gratiam promouendam, siue augmentandam, vt Confirmatio, et Eucharistia. Dico igitur quod sicut sacramenta augmentantia gratiam non habent efficaciam, nisi in habentibus charitatem: sic sacramenta gratiam impetrantia non habent efficaciam nisi in eis, qui se disponunt. Et sicut dictum est in præcedentibus, scilicet quod non tenemur ad Eucharistiã accedere, cum charitate secundum veritatem, sed sufficit quod secundum probabilitatem: sic dico quod ad sacramentum penitentia non est necesse, quod accedat habens charitatem, vel dispositionem ad charitatem sufficientem secundum veritatem, sed sufficit secundum probabilitatem. Hæc autem dispositio attritio est, quæ frequenter ob confessionem superadiunctã, et absolutionem sacerdotis formatur per gratiam, vt fiat contritio, siue vt ad ipsam contritio subsequatur: et multis ibi gratia conceditur. Vnde dico quod sufficit quod probabiliter se disponat ad gratiam per omnium peccatorum detestationem. Quod si se non disponit, immo cum voluntate peccandi accedit, dico quod peccat mortaliter, quia sacramentum irritum facit quantum est in se, et hoc non sine contemptu: vnde tenetur iterum reuerti ad sacerdotem, et petere absolutionem. Et si tu queras, vnde exigit hoc confessio, cum non sit opus priuilegiatum, dico quod hoc habet, quia est opus sacramentale ad iustificationem institutum: vnde hæc confessio ad absolutionem est ordinata. Concedo ergo quod non est necessarium, nec obligatur quis confiteri ex charitate, sed tenetur confiteri vel ex charitate, vel ex dispositione ad charitatem disponente sufficiente, vel secundum probabilitatem, vel secundum veritatem.

1. A d illud quod obijcitur in contrarium, quod non confitetur nisi suscitatus, dicendum quod vocat suscitatum dispositum ad charitatem, qui iam incipit suscitari, cum attritur per dolorem, et in confessione plerumque recipit vitam.

2. A d illud quod obijcitur de laude speciosa, dicendum quod laus est speciosa dupliciter. Vel secundum acceptationem Dei, vel secundum conscientiam laudantis. Illa est speciosa secundum acceptationem Dei, in qua peccator fit iustus, vel quam facit postquam est iustus. Alia vero est speciosa secundum iudicium conscientia nostra, in qua conscientia, et voluntas conformatur se laudi diuina secundum suam existimationem: et ad hanc speciositatem tenemur, non ad illam, quia nescimus, quæ Deus acceptat: credimus tamen probabiliter, quod Deus acceptat, vel semper, vel frequenter quæ conscientia recta approbat, tamen nescimus.

3. A d illud quod obijcitur de ordine, dicendum quod contritio dicitur duo, quia dicitur peccati detestationem, et dicitur gratia informationem. Ratione primi oportet quod præcedat, alioquin confessio est subfictio. Ratione secundi non oportet, quia in hoc non consistit fictio, cum nemo illud in se habere sciat.

4. A d illud quod obijcitur de absolutione, dicendum quod nemo recipit effectum, nisi charitatem habeat saltem in principio confessionis, vel in medio, vel in fine. Multi autem habent in fine, qui tamen non habent in principio: et alij se credunt habere in principio, et in fine, qui fortassis non habent: et aliqui non habent, nec credunt se habere. Primi non incurrunt offensam, sed acquirunt gratiam. Secundi euadunt offensam, quamuis non acquirant gratiam. Tertij vero non acquirunt gratiam, sed iram: et sic patent obiecta.

Dist. 9.

Concil. Tri. sent. sess. 14. c. 4.

D I S T I N C T. XVII. PARS III.

DE TERTIO ARTICULO, SCILICET AN
sufficiat confiteri laico.

Ad 3. Quæ-
stionem.

Responsio.
Mat. 16. c

Lib. de ve-
ra et falsa
pœn. ca. 10.
in medio
10. 4.

Luc. 17. d

Ibid. c. 11.
Mat. 9. c
Mat. 5. c
De pœn. d.
1. ca. Quis
aliquando
in medio.

Luc. 7. b
Ioan. 18. d

Aug. 1. bid.
cap. 12.

Super epist.
Iaco. 5.

Solutio pro
bationis opi-
nionis falsæ
ad 2. quæst.

NUNC priusquam præmissis auctoritatibus, quæ his contradicere videntur, respondeamus, tertiam questionem intueamur. Quod enim secunda quæstio continebat, scilicet an sine confessione, et iudicio sacerdotis soli Deo confiteri sufficiat, expeditum est: et certificatum præmissis testimonijs, quod non sufficit confiteri Deo sine sacerdote: nec est vere humilis et pœnitens, si non desiderat et requirit sacerdotis iudicium. Sed numquid æque valet alicui confiteri socio vel proximo suo, saltem cum deest sacerdos? Sane ad hoc potest dici, quod sacerdotis examen requirendum est studiose: quia sacerdotibus concessit Deus potestatem ligandi atque soluendi. Et ideo quibus ipsi dimittunt, et Deus dimittit. Si tamen defuerit sacerdos, proximo, vel socio est facienda confessio. Sed curet quisque sacerdotem querere, qui sciat ligare et soluere. Talem enim esse oportet, qui aliorum crimina iudicat. Vnde Augustinus: Qui vult confiteri peccata ut inueniat gratiam, quærat sacerdotem qui sciat ligare et soluere, ne cum negligens circa se extiterit; negligatur ab eo, qui cum misericorditer monet et petit, ne ambo in focum cadant, quam stultus evitare noluit. Tanta itaque vis confessionis est, ut si deest sacerdos, confiteatur proximo. Sæpe enim contingit, quod pœnitens non potest verecundari coram sacerdote, quem desideranti nec tempus, nec locus offert. Et si ille, cui confitebitur, potestatem non habeat soluendi, sit tamen dignus venia ex sacerdotis desiderio, qui crimen confiteatur socio. Mundati enim sunt leprosi, dum ibant ut se ostenderent sacerdotibus, antequam ad eos peruenirent. Vnde patet Deum ad cor inspicere, dum ex necessitate prohibentur ad sacerdotes peruenire. Sæpe quidem querunt eos sani et leti: sed dum querunt, antequam perueniant, moriuntur. Sed misericordia Dei ubique est: qui et iustis parcere nouit, etsi non tam cito, sicut si soluerentur a sacerdote. Qui ergo confiteatur sacerdoti, omnino meliori quàm potest confiteatur. Et si peccatum occultum est, sufficiat referre in notitiam sacerdotis. Nam in resurrectione filie Archisynagogi pauci interfuerunt, qui viderent: nondum enim erat sepulta, nondum extra portam delata: nondum extra domum in notitiam portata. Intus resuscitauit, quam intus inuenit: relicta solis, Petro et Iacobo et Ioanne, et patre, matre puella, in quibus figuratim continentur sacerdotes Ecclesie. Quos autem extrinuenit, aduertendum est quo modo suscitauit. Flebat enim turba post filium vidua: fleuit Martha et Maria supplicantes pro fratre: flebat et turba Mariam secuta. In quo docemur, publice peccantibus non proprium, sed Ecclesie sufficere, meritum. Laborat ergo pœnitens in Ecclesia esse, et ad Ecclesie unitatem tendere. Nisi enim unitas Ecclesia succurrat, nisi quod deest peccatori sua oratione compleat, de manibus inimici non eripietur anima mortui. Credendum est enim, quod omnes orationes, et elemosinæ Ecclesie, et opera iustitiæ et misericordiæ, succurrant recognoscenti mortem suam ad conuersionem. Ideoq. nemo digne pœnitere potest, quem non sustineat unitas Ecclesie. Ideoq. nemo petat sacerdotes per aliquam culpam ab unitate Ecclesie diuisos. Ex his satis aperitur et absoluitur præmissæ quæstionis articulus. Querendus est enim sacerdos sapiens et discretus, qui cum potestate simul habeat iudicium, qui si forte defuerit, confiteri debet socio. Beda vero inter confessionem venialium et mortalium distinguit super illum locum: Confitemini alterutrum peccata vestra. Ait enim: Coequalibus quotidiana et leuia, graniora vero sacerdoti pandamus, et quanto insperet tempore purgare curemus: quia sine confessione emendationis peccata nequeunt dimitti. Sed et grauiora coequalibus pandenda sunt, cum deest sacerdos, et urget periculum. Venialia vero etiam sacerdotum oblata copia, licet confiteri coequali, et sufficit, ut quibusdam placet, si tamen ex contemptu non prætermittatur sacerdos. Tutius est tamen et perfectius utriusque generis peccata sacerdotibus pandere, et consilium medicinæ ab eis querere, quibus concessa est potestas ligandi et soluendi.

Hic aperit qualiter supradictæ auctoritates intelligendæ sint.

CV M ergo, ex his alijsq. pluribus testimonijs perspicuum fiat et indubitabiliter constat, peccata primum Deo, deinde sacerdoti esse confitenda, et si ipse defuerit, etiam socio: illud Ioannis Chrysostomi

Chrysostomi superius positum, non est ita intelligendum, ut liceat alicui, si tempus habeat, sacerdoti non confiteri: sed quia sufficit ubi crimen occultum est, soli Deo per sacerdotem dicere, et semel. Nec oportet publicari coram multis, quod occultum est. Quod notauit dicens: Non tibi dico ut te prodas in publicum. Sicut enim publica noxia publico eget remedio: ira et occulta, secreta confessione, et occulta satisfactione purgatur. Nec necesse est, ut quod sacerdoti semel confessus sumus, iterum confiteamur: sed lingua cordis non carnis apud verum iudicem id iugiter confiteri debemus. Vnde idem Ioannes ait: Nunc autem si recorderis peccatorum tuorum, et frequenter ea in conspectu Dei pronuncies, et pro eis dopreceris, citius illa delebis. Si vero obliuiscaris, tunc eorum recordaberis nolens, quando publicabimur, et in conspectu omnium amicorum et inimicorum, sanctorumq. Angelorum proferentur. Ita etiam illud Ambrosij: Lacryma lauant delictum quod voce pudor est confiteri: ad publicam pœnitentiam referendum est. Ibi enim virtutem lacrymarum et confessionis ostendens, significare voluit quod lacryma occulta et confessio secreta, sicut qua fit soli sacerdoti, lauant delictum quod pudet aliquem publice confiteri. Quod vero dicit se lacrymas Petri legisse, non satisfactionem vel confessionem: per hoc non excludit illam. Multa enim facta sunt, quæ scripta non sunt: et forte nondum facta erat institutio confessionis, qua modo est. Similiter et illud Prosperi: Si sui iudices fiant, mutabunt aterna supplicia. Et illud: Facilius Deum placabunt sibi, qui aut proprijs confessionibus crimina produunt, aut nescientibus alijs in se sententiam excommunicationis ferunt: ad publicam confessionem et satisfactionem referri oportet. Non enim solis sacerdotibus ius ligandi atque soluendi datum est, si cuique suo arbitrio pœna vel excommunicationis sententia ligare, et absque sacerdotali iudicio seipsum Deo vel altari reconciliare licet. Quod Ecclesiasticæ institutioni et consuetudini penitus repugnat. Potius ergo si publice peccasti, publice confitere te reum, et emenda. Si vero occulte deliquisti, etiam sic non taceas: nec tamen dico, ut publiques. Taciturnitas enim peccati ex superbia nascitur cordis. Ideo enim peccatum suum quis celat, ne reputetur foris, qualem se iam diuino conspectui exhibuit: quod ex fonte superbie nascitur. Species enim superbie est se velle iustum videri qui peccator est: atque hypocrita conuincitur, qui instar primorum parentum, vel tergiuersatione verborum peccata sua leuigare contendit, vel sicut Cayn peccata sua reticendo superprimere querit. Vbi ergo superbia regnat et hypocrisis, humilitas locum non habet. Sine humilitate vero alicui veniam sperare non licet. Vbi est ergo taciturnitas confessionis, non est speranda venia criminis. Iam certissime liquet quàm sit detestabile peccati silentium: et conuerso quàm sit necessaria confessio. Est enim confessio testimonium conscientie Deum timentis. Qui enim timet iudicium Dei, peccatum non erubescit confiteri. Perfectus timor soluit omnem pudorem: confessio peccati pudorem habet, et ipsa erubescencia est gravis pœna. Ideoq. iubemur confiteri peccata, ut erubescenciam patiamur pro pœna. Nam hoc ipsum pars est diuini iudicij. Si ergo queritur an confessio sit necessaria, cum in contritione iam delictum sit peccatum: dicimus quia quadam punitio peccati est, sicut satisfactio operis. Per confessionem etiam intelligit sacerdos, qualiter debeat indicare de crimine. Per eam quoque peccator fit humilior, et cautior.

D I S T I N C T. XVII. PARS III.

De confessione sacramentali.

Nunc priusquam præmissis auctoritatibus, et cet.

Expositio textus.

Diuisio.

HÆC est tertia pars, in qua Magister tertiam prosequitur quæstionem. Et diuiditur hæc pars in tres partes. In prima mouet quæstionem. In secunda soluit, ibi: Sane ad hoc potest dici, et cet. In tertia iam determinata veritate respondet auctoritatibus superius inductis ad falsam partem, ibi: Cum igitur ex his alijsq. pluribus testimonijs, et cet. Ex quibus responsionibus duo præcipue circa confessionem manifestatur sicut patet in littera, scilicet cui sit confitendum, et quid sit confitendum.

Si tamen defuerit sacerdos, proximo vel socio faciendæ est confessio. Dub. I.

Videtur male dicere, quia laicus, vel socius non. S. Bon. To. 5.

A potest absolvere: ergo nec locum sacerdotis supplere.

RE S P O N. Non fit socio ut suppleatur locus sacerdotis, vel ut confessio sacramentum ex hoc habeatur: sed ut voluntas confitentis probeatur, et innotescat, ut totum quod in se est, faciat. Dixerunt tamen aliqui quod aliquo modo absoluitur iste in ista confessione. Dicunt enim quod quinque modis habetur potestas absoluedi, scilicet auctoritate: et sic est Dei. Excellentia: et sic est Christi hominis. Potestate, siue auctoritate commissa: et sic est sacerdotis. Merito vitæ: et sic est iusti, et sancti. Et virtute unitatis ecclesiasticæ: et sic est cuiuslibet viri fidelis: ideo dicunt quod talis confessio quodam modo est sacramentum Ecclesie. Probabilius tamen est dicere, quod non fit sacramentum Ecclesie, cum deficiat ibi formale, scilicet potestas clauis, sed est aliquid loco eius.

Qui ergo confitetur omnino, et cet. Dub. II.

Videtur secundum hoc, quod si sacerdos suus non est optimus quod possit eum deserere, quod est contra canones.

Cap. Lamsa
cundum de
pœn. d. 1.
c. Qui ali-
quando a
princip.
Homil. 31.
in cap. 12.
ad Hubr.
De pœn. d.
1. ca. Quis
aliquando
idem Ioan.
41.

Post resurre-
ctione nãq.
dixit: Acci-
pite spiritum
sanctum quo-
rum

Verba Gra-
tiani. De
pœn. d. 1. c.
Quis ali-
quando ad
fin.
Ejychius su-
per Louit.
et allegatur
de pœn. d.
1. cap. Quis
aliquando.
Io. Chryso.

RESPON. Dicendum quod ipse loquitur de homine, qui est in sua libertate, antequam committat se alicui sacerdoti quod debet eligere quanto meliorem potest. Si autem post electionem intelligatur hoc esse intelligendum cum licentia sui sacerdotis, vel ita quod primum satisfaciatur proprio sacerdoti, vel nullo modo contemnatur sacerdotis auctoritas, et ministerium.

Quarendus est enim sacerdos sapiens et discretus. Dub. I I I.

Quaritur, quare hoc debeat fieri. Nam cum simplex sacerdos ita bonam missam canet, sicut et sapiens, et ita bene baptizet: ergo videtur quod ita bene absoluat. Quaritur etiam, vtrum simplex sacerdos peccet in absolviendo, vel in audiendo confessiones. Et quod sic, videtur per illud, quod ante praxidixit: Talem oportet esse qui aliorum crimina iudicat, et cetera. I T E M qui intromittit se facere quod nescit, vsurpat alienum, et omnis talis peccat mortaliter, siue grauitur.

RESPON. Dicendum quod siue scientia sit clausis, siue non, tamen necessaria est sacerdoti tanta scientia quod sciat discernere in peccatis communibus, et quod sit veniale, et quod mortale: et quod sciat semper, ad quae peccata potestas sua potest extendere: et hoc quia alia penitentia danda est pro veniali, alia pro mortali: et si ad aliquod genus peccati non potest extendere manum, illud necessarium est ei cognoscere, alioquin in periculum animae suae, et consentium audit confessiones. Et si subditi cognoscunt eius simplicitatem, tenentur discretos consulere, alioquin vtrique peccant grauitur, et de hac discretione loquitur Augustinus. Alia est discretio, qua sciat per habitum acquisitum discernere inter perplexitates peccatorum: et haec est de bene esse: in talibus autem debet securiorem viam semper eligere, et sapientes consulere. A D illud quod obijcitur de missa, dicendum quod non est simile, quia ibi est vis in verbis a Domino statuta: hic autem requiritur, vt consulat, et iudicet secundum conscientiam, quae est in ipso. Quod quaritur, vtrum peccet, dicendum quod carens discretione necessaria peccat ipse, et qui eum sustinet: de alia non credo.

Nec necesse est, vt quod sacerdoti semel confessi sumus, iterum confiteamur. Dub. I V.

Ex hac littera videtur quod peccata, quae semel homo confessus est, non debeat iterum confiteri, siue non sit necesse. Et illud videtur per rationem quod in eodem foro non debet quis bis puniri: si ergo quis pro peccato commissio semel punitus est, videtur, et cetera. I T E M certum est quod peccata numquam redeunt secundum veritatem: ergo si semel absolutus est, numquam ligatur iterum: ergo numquam tenetur iterum eadem confiteri. Contra: Ponatur quod quis sicte confiteatur: constans est quod talis non reportat commodum, immo damnum de confessione. Si ergo nihil remanet in eo de confessione, quia characterem non imprimit: ergo tenetur iterum confiteri. I T E M ponatur quod aliquis rememoretur peccati mortalis, quod oblitus fuit confiteri: constans est quod non est confessus integre pro statu, in quo nunc est: sed confessio quae non est integra, sicut infra videbitur, pro nulla reputanda est: ergo tenetur iterum totum confiteri, ac si numquam fuisset confessus. I T E M ponatur quod aliquis reciduet: constans est quod peccatum sequens ex praecedentibus aggrauatur, tum propter in gratitudinem, tum propter consuetudinem: ergo non potest sciri quantitas peccati, nec qualitas confitentis, nisi sciatur totum: ergo, et cetera.

RESPON. Dicendum quod si confessio legitime facta est, et ea quae ad ipsam pertinent seruata sunt, non oportet iterum confiteri, quae alias sumus confessi. Sed quia contingit quod confessio vel quando primo facta est, irrita fuit, vel postmodum irritatur: ideo oportet aliquando iterari. Sunt autem quattuor casus communes, et vsitati, in quibus doctores dixerunt confessionem esse iterandam. Primus est propter enormitatem sceleris, ob quam oportet peccatorem ad superiorem remitti, qui confessionem remissi audire debet, et absolueri, nisi malit alteri committere. Secundus est propter ignorantiam sacerdotis, vt pote quando sacerdos ignarus est: quarendus enim est tunc sacerdos, qui sciat ligare, et soluere: et ei iterum est constituendum vel ex licentia sacerdotis proprii, vel auctoritate superioris. Tertius casus est propter malitiam fictionis, vt si scierit aliquod peccatum in corde retinuit, vel si accessit cum voluntate peccandi. Quartus est propter contemptum satisfactionis, vt quando negligit, et contemnit facere penitentiam sibi iniunctam. Et intelligantur isti duo vltimi casus, quando mutat sacerdotem. Si enim ad eundem reuertitur, tunc distinguendum est: quia aut recenter confessus est, aut iam de memoria sunt elapsa ab ipso sacerdote propter diuturnitatem temporis. In primo casu non tenetur iterare. In secundo tenetur. In his casibus communiter concordant omnes confessionem iterandam esse. Sunt et duo alij casus, in quibus doctores sibi aduersantur. Aliqui enim dicunt, quod tenetur homo iterare confessionem, propter peccati oblitum recordationem, et propter reciduationem, quoniam aliter confessio integra non est: et confessionem oportet habere integritatem ad hoc, vt habeat utilitatem, sicut melius patebit infra. Alij dicunt, quod sufficit in generali dicere se alias peccasse, et hoc de nouo peccatum commississe, vel recordatum esse in speciali, quoniam prior confessio valuit, et bona fuit. Alij dicunt quod peccata eiusdem generis tenetur referre in speciali, sed alia in generali: et sic satis est consuetudo. Sed quid super his sit sentiendum, melius patebit infra: ad praesens autem tantum dixisse sufficiat. Quod si igitur velis praecise scire, quid sit necessarium in iteratione confessionis, dicendum quod aut est propter defectum ex parte sacerdotis: et hoc non est nisi dupliciter. Aut quia nescit absolueri, aut quia non potest: et sic sunt duo. Aut propter defectum ex parte penitentis, et hoc dupliciter. Aut quia contemnit sacerdotis absolutionem, aut quia contemnit ligationem. In duobus alijs casibus credo, quod confiteri iterum eadem sit consilium, et hoc in speciali, nisi interueniat aliquis casuum praedictorum, vt pote, ignorantia sacerdotis, quia non recte ligauit, vel contemptus suae ligationis: aliter non credo verum, nisi conscientiam liget: Et hoc melius patebit infra, cum ageretur de confessionis denudatione. Ex his satis patet obiecta, et melius patebunt infra: Rationes enim quae ostendunt confessionem non esse iterandam, procedunt de illa confessione, qua quis est legitime confessus, et absolutus, sicut patet, quia aliter non concludunt. Rationes vero ad oppositum procedunt de confessione, circa quam fuit aliquis defectus, vel a parte absoluentis, vel a parte absoluti, qui potest esse conditionis necessariae: et tunc oportet iterum confiteri, vel totum, vel partem secundum qualitatem defectus. Si vero sit defectus conditionis expedientis, et congruae, tunc iteratio est de congruitate, non de necessitate, vt quando interuenit obliuio, vel etiam reciduatione: et sic patet istud totum.

Explicatio

Primus casus.

Secundus casus.

Tertius casus.

Quartus casus.

Alij duo casus.

Opin. 1.

Opinio 1.

Opinio 2.

Diff. 21. Determinatio Doct.

Diff. 21.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam huius partis secundum duo, quae tangit hic Magister, duo principaliter quaruntur. Primo quaritur, cui sit constituendum. Secundo quaritur quid sit constituendum. Circa primum quaruntur tria. Primo quaritur, vtrum sufficiat confiteri laico. Secundo dato quod non, quaritur vtrum contra voluntatem proprii sacerdotis possit quis confiteri alij discretiori. Tertio quaritur, vtrum proprio sacerdoti debeat quis confiteri in publico, vel in occulto.

QUESTIO I.

An sufficiat confiteri laico.

Alex. Alen. 4. p. q. 2. memb. 1. ar. 1. S. Thomas in suppl. 3. p. q. 8. ar. 2. Ricard. 4. Sent. dist. 17. ar. 2. q. 1. Tho. Argent. 4. Sent. d. 17. q. 2. ar. 3. Steph. Brulof. 4. Sent. dist. 17. q. 2. 5. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 17. q. 2. 2. Gabr. Biel. 4. Sent. d. 17. q. 1.

ADOPPOSITVM. lac. 5. d.

TRVM sufficiat confiteri laico. Et videtur quod sic, dicitur vbi instituitur confessio: Confitemini alterutrum peccata vestra: constat quod loquitur omnibus: ergo videtur quod illud dictum est omnibus: ergo dictum est et laicis. Confitemini alterutrum.

1. I T E M Glossa ibidem dicit: Minora minoribus, maiora maioribus: constat autem quod maiora omnia continentia sunt sacerdotibus: ergo si minora dicitur continentia minoribus, videtur quod alijs quam sacerdotibus est constituendum.

2. I T E M videtur ratione, quia confessio fit homini, non quia homo remittat culpam, sed vt penitens erubescat: sed plus erubescit aliquando aliquis de socio laico, quam de sacerdote: ergo magis saluatur ibi finis, siue vtilitas confessionis.

3. I T E M confessio ad hoc ordinatur, vt homo ab homine erudiat, et cognoscat peccati plagam: sed plerumque melius hoc nouerunt multi laici, quam etiam sacerdotes: ergo, et cetera.

4. I T E M confessio est ad multiplicationem adiutorij, siue intercessorum: sed frequentius plus valet oratio laici, quam sacerdotis: ergo vtilius est confiteri plerumque laico.

5. I T E M confessio est necessitatis, sicut in praecedentibus visum est: ergo si Deus per sacramenta non ardeat viam salutis, videtur quod omnibus dari debuit potestas audiendi confessionem: et econuerso, confiteri debuit cui libet.

6. CONTRA: Augustin. de penitentia dist. 6. Qui vult confiteri peccata sua, vt inueniat gratiam, quarat sacerdotem: ergo videtur quod confiteri alij non sufficit.

I T E M veritas debet respondere figurae: sed in lege nullus iudicabatur mundatus a lepra, nec recipiebatur in castra per alicuius iudicium, quantumcumque esset sapiens, nisi per iudicium sacerdotis: ergo videtur pari ratione quod nullus possit reconciliari penitentem Ecclesiae, nisi solus sacerdos: sed confessio ordinatur ad hoc: ergo, et cetera.

I T E M confessio ordinata est principaliter ad absolutionem: sed potestas ligandi, et soluendi data est principaliter summo Pontifici, scilicet Petro, et alijs Apostolis: ergo ipis solis sacerdotibus: ergo

Ab illis solis potest fieri absolutio: ergo ipis solis debet fieri confessio.

I T E M si alijs sufficit confiteri: ergo frustra est concessa potestas absoluedi sacerdotibus: si ergo non est frustra concessa, patet igitur, et cetera.

CONCLUSIO.

Confessio, prout est opus sacramentale, soli sacerdoti est facienda: quoniam potestas hac ligandi, et absoluedi solis sacerdotibus est eradiata.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod est loqui de confessione dupliciter. Vno modo prout est opus virtutis directe repugnans hypocrisis, in quo quis se ipsum accusat, ne alios quam sit appareat, vel etiam mala sua aperit ad inuestigandam morbi curationem: et hoc modo confessio cui libet potest fieri, qui potest adiuuare instruendo, vel orando, de quo homo potest erubescere, et humiliari, et ille exemplo humiliationis meliorari, non peccatorum cognitione deprauari: et sic quis potest peccatum suum cui libet confiteri, siue clerico, siue laico sicut etiam dicit Bernardus super Cantica. Vir perfectus tantum est veritatis amator, quod vellet omnes nosse sua mala, dum tamen eis non esset occasio mali, sed boni. Alio modo confessio est opus sacramentale, prout ordinatur ad reconciliationem, quae fit per absolutionem, et ligationem. Et quoniam haec potestas collata est solis sacerdotibus, sicut melius patebit infra: ideo haec nulli nisi solis sacerdotibus est facienda. Et concedenda sunt rationes ad hoc inductae.

1. 2. A D illud quod obijcitur: Confitemini alterutrum peccata vestra, et cetera. aliqui dicunt hic dictum de venialibus, et de quibus, sicut patebit, non est necesse confiteri. Aliter potest dici, quod est confessio duplex, scilicet in generali, vt quando quis dicit suum Confiteor. Et in speciali, quando quis dicit peccata sua. In vtraque harum confessionum est alternatio: sed in confessione speciali est alternatio quantum ad solos sacerdotes, in generali vero quantum ad omnes: et ideo patet auctoritas, et Glossa, et innuitur hoc ex pluribus verbis, quae ponuntur in Glossa.

3. 4. 5. A D illa quae obijciuntur de erubescencia, instructione, et oratione, dicendum quod in omnibus argumentis est consequens, pro eo quod non accipiunt totam causam, nec etiam principalem causam, quae est reconciliatio faciendae Ecclesiae: et ideo omnes ab insufficienti procedunt de confessione secundum quod est sacramentum: tamen verum concludunt: quod vtile etiam est aliquando confiteri non sacerdoti, sicut etiam audiui de muliere, quae in morte confessa fuit viro ad vehementem confusionem, cuius penitentiam per signa valde euidentia Dominus acceptauit: prius tamen fuit confessa sacerdoti.

6. A D illud quod obijcitur, quod cum sit necessitatis, debuit omnibus committi, dicendum quod non oportuit, nec debuit. Non debuit, quia absolueri dicit actum alicuius personae auctoritatem habentis. Non etiam oportuit, quia nullus volens habere sacerdotem, et eo carens priuatur salute: sufficit enim sibi voluntas confitendi: et vt voluntas eius exterius appareat, dat Magister consilium: quod confiteatur proprio socio: non quod illa confessio sacramentum Ecclesiae sit, sed vt talis ostendat se perfectam habere voluntatem, et facere quod in se est.

QVÆSTIO II.

An semel in anno quilibet teneatur confiteri proprio sacerdoti.

Alex. Alenf. 4. p. q. 18. memb. 4. ar. 3. S. 2. S. Thomas in Suppl. 3. p. q. 6. ar. 5. Et 4. Sent. d. 17. q. 3. art. 1. q. 4. Tho. Argent. 4. Sent. d. 17. q. 2. ar. 4. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 17. q. 2. 9.

FVNDAMENTA. Prot. 27. d.

TRVM contra voluntatem proprii sacerdotis liceat confiteri alij discretiori, an teneatur confiteri proprio sacerdoti. Et quod teneatur ei confiteri, ostenditur primo auctoritate sacrae Scripturae: Diligenter cognosce vultum pecoris tui. Si ergo vultus pecoris est conscientia, et nullus potest scire vultum, siue conscientiam nisi per confessionem: ergo si præceptum est sacerdoti, qui habet curam animæ, scire conscientiam, subditus ei tenetur confiteri.

Heb. vi. c.

2. ITEM: Obedite præpositis vestris per omnia: ipsi enim peruigilant quasi rationem reddituri pro animabus vestris: ergo si sacerdos qui habet curam, tenetur reddere rationem de anima subditi, videtur quod subditus teneatur ei statum suum indicare.

In Decretalibus Gregorij. lib. 3. de pœn. et remissionibus cap. omnis uiriusque.

3. ITEM hoc ipsum ostenditur auctoritate Canonis Innocentij in concilio generali: Omnis utriusque sexus fidelis, ex quo ad annos discretionis peruenierit, omnia sua peccata solus confiteatur proprio sacerdoti. Et in eadem decretali: Si quis ex causa voluerit alij confiteri, prius licentiam petat, et obtineat a proprio sacerdote: si ergo sacerdos non dat licentiam, videtur quod nullo modo possit confiteri alij.

In Decretis Gratiani. de pœn. d. 6. c. Placuit quod. est finale.

4. ITEM de pœnitentia dist. 6. Urbanus secundus: Placuit ut nulli deinceps sacerdotum liceat quemlibet commissum alij sacerdoti suscipere ad pœnitentiam sine eius consensu, cui prius se commisit: ergo videtur, quod non liceat confiteri nisi proprio sacerdoti.

5. ITEM ratione videtur, quia confessus alij, aut tenetur iterum confiteri, aut non. Si sic: ergo nullius fuit valoris prior confessio, siue absolutio: vere enim absolutio de aliquo nõ tenetur iterum absolui de eodem in eodem foro. Si non tenetur: ergo videtur quod sit exemptus a proprio sacerdote: sed nullus eximitur, nisi habeat priuilegium: ergo nullus potest alteri confiteri, nisi priuilegium habeat ipse, vel nisi sacerdos licentiet.

AD OPPOSITVM. De uera et fals. pœn. ca. 10. et habetur de pœn. d. 6. cap. 1. Ber. de dispensatione post iniuriam.

6. ITEM quilibet fidelis tenetur sacramenta percipere a proprio sacerdote: ergo sacramentum Eucharistiae: sed confessio est preparatio ad illud sacramentum: ergo illi tenetur confiteri, a quo sacramentum tenetur suscipere: sed hic est sacerdos proprius: ergo quantumcumque confiteatur alij, tenetur confiteri proprio sacerdoti.

1. CONTRA per August. in lib. de pœnitentia: Qui vult peccata confiteri, quærat sacerdotem scientem ligare, et soluere, ne ambo in foueam cadant: ergo si sit sacerdos proprius simplex, videtur quod possit alij confiteri pro voto.

2. ITEM sicut dicit Bernardus: Quod ex charitate institutum est, contra charitatem non debet militare: ergo similiter quod institutum est in remedium, non debet contra remedium militare: igitur esto quod sacerdos sollicitet mulierem, si ipsa confiteatur ei peccatum suum, est in periculo: ergo si non tenetur periculo se committere, non tenetur ei confiteri.

3. ITEM priuilegium datum est prædicantibus, quod possunt audire confessiones: sed qui concedit, principale, concedit et accessorium: ergo si Dominus Papa concessit potestatem absoluendi: ergo et

A potestatem peccatoribus tribuit eos adeundi: ergo contra voluntatem sacerdotis possunt eos adire.

4. ITEM potestas iurisdictionis descendit a superioribus ab inferiores: ergo si aliquibus dat Episcopus auctoritatem suam, cum inferior non possit supra superiorem, sed econuerso, videtur quod omnis fidelis, etiam nolente proprio sacerdote, possit eum adire.

5. ITEM quod talis confessus non tenetur illo anno amplius confiteri, videtur: quia natura nihil facit frustra, nec ars: ergo nec gratia, vel regula Spiritus sancti: ergo superfluum est duo remedia eiusdem speciei, maxime quando alterum est efficax, contra-

B idem ordinari: sed confessus est ei qui superioris auctoritate potuit absoluere, et absoluit: ergo amplius non tenetur confiteri proprio sacerdoti.

6. ITEM si tenetur: ergo frustra daretur illud priuilegium, siue illa auctoritas, et videretur duplex tribulatio confurgere: et cum hoc non sit æquum, nec in iure diuino, nec in iure humano, non videtur quod teneatur confiteri proprio sacerdoti.

CONCLUSIO.

Parochiani semel in anno tenentur proprio sacerdoti confiteri, si ipsi exigant, dummodo non habeant causam legitimam ipsum refugiendi.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod sicut supra tactum est de confessione non sacramentali, que quidem fit ad peccati recognitionem, et erubescenciam: cum non spectet ad aliquem determinate, sed ad omnem, qui prodesse potest, sine licentia, et mandato, potest peccator cui vult ad libitum confiteri: dum tamen sit de fidelium numero, siue sit laicus, siue sit sacerdos, siue secularis, siue religiosus: ita quod non sit vel excommunicatus, vel præcisus. De confessione autem sacramentali, quæ fit ad habendam abolutionem, aliter dicendum: quod non potest fieri nisi potenti absoluere: aliter enim nihil fit ab absolvente, et nihil recipitur a pœnitente, et oportet iterum confiteri. Secundum hoc intelligendum quod proprius sacerdos dicitur tripliciter. Vno modo communissime, alio modo communiter, et tertio modo proprie. Communissime dicitur proprius sacerdos quicumque potest confitentem absoluere siue per propriam auctoritatem, siue per commissionem, vel demandationem: vt pote sunt illi, qui habent priuilegium, dum prædicant, audiendi confessiones. Communiter vero dicitur proprius sacerdos omnis ille, qui ex propria auctoritate, vel officio tamquam prælatus ordinarius potest absoluere, vt Episcopus, et sacerdos Parochianus. Proprie vero dicitur proprius sacerdos ille, qui administrat sacramenta, et cui commissa est specialis cura: et iste est sacerdos Parochianus. Intellige igitur, quod cuilibet horum licitum est confiteri. Et proprio sacerdoti, scilicet Parochiali, confessus non tenetur iterum confiteri. Similiter confessus superiori, qui curam habet, dico quod non tenetur confiteri sacerdoti inferiori parochiali, nisi eum remittat: sed sufficit quod sacerdoti suo innotescat. Et hoc dico, si fiat ex causa. Sed de tertio sacerdote, qui soluit per demandationem, siue commissionem, non habens animæ curam, est distinguendum. Aut enim commissa est ei et licentia data a sacerdote: et tunc sacerdos ius suum commisit alij: et tunc qui confiteatur ex licentia sacerdotis, etiam ipso exigente illo anno nisi reciduerit, non tenetur iterum confiteri eidem: quoniam sacerdos ius suum, et potestatem pro illo tempore alteri dedit. Aut est auctoritas commissa a superiori ordinario: et tunc aut plenam, aut in casu. Si plena: sic iudicandum est sicut de ordinario, sicut patet de his, qui sunt pœnitentiarij Domini Papæ, et Episcoporum: aut est commissa in casu, sicut his, qui prædicant, datum est priuilegium.

q. præced.

Sacerdos proprius quot modis dicitur.

Ofc. 4. b

Hæc opinio non tenetur, et contra illam est consuetudo.

Ad rationes pro Fundam.

Credo enim, quod talibus data sit potestas audiendi confessiones, non in præiudicium sacerdotum bonorum, sed potius in fauorem fidelium, et propter ignorantiam, et negligentiam, et malitiam quorundam sacerdotum. Et credo hoc priuilegium in extremis temporibus emanasse, quia iam verificatum est illud: Erit sicut populus sic sacerdotes: et pro magna parte sunt venales conducticij: et multi Parochianos suos plus ad malum, quam ad bonum trahunt. Vnde dico quod secundum intentionem priuilegij sacerdotum parochiales iure suo priuantur, immo faciendum est semper, quod a suis Parochianis debita eis reuerentia exhibeatur, nec contra hoc priuilegium illud facit. Ideo credendum est, quod omnes Parochiani quandoque, et quotiescumque talibus confiteantur, tenentur sacerdotibus propriis confiteri, si sint boni, et idonei, et ipsi exigant, nec alias contenti sunt: et hoc dico saltem semel in anno de illis peccatis, quæ habent tunc. Si autem Parochianus habet causam legitimam, propter quam rationabiliter refugit ipsum, vel quia sollicitat ad malum, vel quia timet reuelationem confessionis, vel quia simplex est et idiota: dico quod confessus, iterum non tenetur, etiam si exigit sacerdos: quia in fauorem clauium expresse hoc priuilegium datum est. Alioquin si non habet excusationem, et ipso exigente noluit confiteri: vix crederem talem personam esse vere pœnitentem. Ideo omnibus sanum consilium est, quod remittant ad proprios sacerdotes, vt si non sint contenti illa confessione, iterum audiatur. Quando ergo queritur, vtrum teneatur confiteri proprio sacerdoti, dicendum quod si intelligatur de confessione, in qua est absolutio, et de proprio sacerdote largo modo sumendo, scilicet qui habet potestatem absoluendi, dico quod tenetur, nec sufficit alij confiteri. Si vero intelligatur de parochiali: sic non est generaliter verum, vt visum est. Potest enim alij confiteri non solum ex licentia eius, verum etiam ex licentia superioris. Vnde consilium dandum est omnibus, quibus imminet periculum quod recurrant ad superiores, si sacerdos non vult eis licentiam dare: vel ad eos qui habent potestatem diccensani, vel ad pœnitentiarium Domini Papæ: alioquin non possunt absolui ab alijs, quin teneantur ipsi saltem semel confiteri. Concedo ergo, sicut ostendunt rationes, quod in casu bene potest confiteri alij, nec tenetur confiteri proprio sacerdoti: in casu vero potest confiteri alij: et tamen adhuc tenetur proprio sacerdoti confiteri propter hoc, quod alius non habet auctoritatem plenariam.

1. 2. AD illud ergo quod obijcitur primo quod debet cognoscere vultum pecoris, dicendum quod ipse absoluitur dum alius vicem eius supplet: et hoc quando superior prælatus, vel habens licentiam ab ipso, vel a prælato audit: et ideo ipse non tenetur audire, nec alius confiteri. 3. AD illud quod obijcitur, quod non possit confiteri alij sine licentia per decretalem, etiam si causam habeat: vnde dicit: Perat, et obtineat, dicendum quod ratio redditur in eadem Decretali, quia alius non potest absoluere: vnde loquitur de eo, qui non habet iurisdictionem aliquam super pœnitentem, nisi per commissionem sacerdotis. Similiter ad sequens decretum Urbani patet responsio, quia intelligitur de illo, qui non habet potestatem aliquo modo nisi per sacerdotem absoluendi: et hoc patebit melius infra, cum agetur de potestate clauium. 4. 5. AD illud quod obijcitur, quod aut tenetur, aut non tenetur, dicendum quod aliquando tenetur, sed tamen nõ frustra alij confiteatur: perutile enim est pluribus sacerdotibus integre confiteri, tñ propter multiplicationem intercessorum, tum etiam quia si deuotionem habeat, cum audit prædicationem, vix fortassis tantam recuperabit: tum quia promouet ad humilitationem, et gratiæ meliorem impetrationem. Ali-

A quando non tenetur, vt prædeterminatum est, non quia sit exemptus, sed quia alius ex causa supplet eius officium. Credo tamen quod si sacerdos Parochianus sit idoneus, quod semper bonum est, vt subditus ad eum remittatur, a quocumque audiatur illis, quæ ad ipsum spectant: non tamen semper est necessarium. Vnde argumenta ad oppositum non valent: quia efficaciori modo curatur, qui ex causa rationabili pluries confiteatur. Potest tamen dici sicut aliqui iurisperiti senserunt, quod et si tenetur iterum confiteri proprio sacerdoti in eodem anno, non tamen oportet quod illa eadem, quia vere absolutus est peccator. Et istud videtur satis probabile, quia frequenter peccatores prædicantibus suis monstrant conscientias, quas nullo modo proprijs sacerdotibus aperirent, immo illa dicunt frequenter, quæ longo tempore celauerunt, licet aliqua minor dicerent, sicut expertis notum est. Et ideo credendum est etiam summum Pontificem hoc monisse ad illud priuilegium concedendum, quod non est adeo ampliatum, vt præiudicium fiat potestati sacerdotali, nec adeo restringendum, vt obsit fidelium pietati: vnde nec sunt pœnitentes arctandi ad illa enormia iterum confitenda, cum semel prædicanti liberrime sunt confessi: nec ita liberi sunt iudicandi, quin etiam semel in anno, quæ alias occurrunt in conscientia, teneatur sacerdotibus proprijs confiteri, si illi velint.

6. AD illud quod obijcitur, quod tenetur a proprio sacerdote Eucharistia sacramentum accipere: ergo et sacramentum pœnitentiæ, dicendum quod non est tantum periculum in susceptione illius, sicut in susceptione huius. Dico tamen quod sufficit sacerdoti, quod alius qui potuit, et debuit, suppleat locum eius: vnde non tenetur, nec debet de iure amplius exigere, maxime si parochianus non ex contemptu, sed ex rationabili causa ad alium accedat petita licentia.

1. Rationes vero ad oppositum verum probant. Tamen illud verbum Augustini non intelligitur generaliter de omni sacerdote sciente; sed de sacerdote sciente, et potente: vel si scit, et non potest, cum licentia sacerdotis proprii, qui habet posse, quamuis non habeat scire.

2. AD illud quod obijcitur de periculo, dicendum quod illud non dat posse, sed rationabilem causam dat, vt possit superiorem adire, vel ab ipso licentiam petere: quod si non potest aliquod horum facere, debet in communi loco confiteri.

3. 4. AD illud quod obijcitur de priuilegiatis, Credo quod malo velle sacerdotum parochialium possint confiteri ex licentia priuilegij, et sacerdos non est audiendus, si prohibet, quia manifeste male mouetur.

5. 6. AD illud quod obijcitur, quod non debet iterum confiteri, dicendum quod non tenetur de eisdem, tenetur tamen de alijs propter mandatum Decretalis, quia nõ potest sacerdotem iure suo priuare.

QVÆSTIO III. An proprio sacerdoti sit confitendum coram populo, vel in occulto.

Alex. Alenf. 4. p. q. 19. memb. 1. ar. 2. S. Tho. in suppl. 3. p. q. 8. ar. 4. Et 4. Sent. d. 18. q. 2. ar. 3. Scot. 4. Sent. d. 17. q. 1. Richar. 4. Sent. d. 17. ar. 3. q. 1. Duran. 4. Sent. d. 16. q. 4. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 17. q. 17. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 17. q. 23.

TRVM necesse sit confiteri proprio sacerdoti coram populo, an sufficiat ei confiteri in occulto. Et quod necesse sit confiteri coram populo, videtur. Augustinus dicit: et habe-

Ad rationes ad opp.

AD OPPOSITVM.

Iob. 31. d

et habetur supra eadem dist. Nemo dicat sibi, occulte ago penitentiam. Et post Iob ait: Si erubui in conspectu populi confiteri peccata mea: adiuratio est, et imprecatur sibi malum: ergo videtur tum ex verbo Augustini, tum ex concordia, quam adducit, quod confessio fit facienda sacerdoti coram multis.

In Cant. hom. 43.

2. ITEM Gregor. de Magd. in homil. Quia semetipsam graniter erubescere intus, nihil esse credebatur quod verecundaretur foris: unde commendat eam quod coram omnibus se peccatricem ostendit: ergo videtur quod quilibet peccator ita deberet facere.

3. ITEM Bernardus: Si veritatis amore affectus effes: velles proculdubio quod in te est eandem de te omnes tenere sententiam, quam ipsam apud te habere cognoscis veritatem. Altoquin si priuato amore contentus detines intra te iudicium veritatis, cui dubium est minus te veritatem diligere, cuius præponis proprium commodum, vel honorem? ergo secundum Bernardum nullus est veritatis amor, qui quod veraciter de se sentit, non omnibus publice confitetur.

4. ITEM ratione videtur: Quia verus penitens seipsum punit, et iudicat loco Dei, et sacerdoti offert se iudicandum ut Deo: ergo debet secundum quod potest se diuino iudicio conformare: sed in iudicio finali peccata omnibus innotescent, quia tunc aperientur libri: ergo nunc debet vere penitens librum suæ conscientie omnibus aperire.

5. ITEM aut penitens vult quod alij reputent eum peccatorem, aut bonum. Si vult quod reputent eum bonum: ergo non est verus penitens, sed hypocrita superbus. Si vult quod reputent eum peccatorem: sed nullus potest eum reputare peccatorem, nisi ab ipso sciat: ergo debet omnibus reuelare.

6. ITEM peccator confitetur sacerdoti, ut reconcilietur non Deo tantum, sed etiam Ecclesie, quia Deo reconciliatus est per contritionem: sed Ecclesia non est persona singularis, immo multitudo fidelium: ergo videtur quod sacerdoti præsentem multitudinem debet confiteri.

FVNDAMENTA. Lib. 5. De cretialium

CONTRA per Decretalē Innocēti: Omnis vtriusque sexus, et cetera. Et post: Omnia sua solus peccata semel in anno confiteatur proprio sacerdoti: ergo solus debet esse.

Gregorij de pan. et remiss. c. omnis vtriusque.

ITEM quæ debent secretissime custodiri, non debent in conspectu multitudinis propalari: sed ea, quæ in confessione dicuntur, debent secretissime custodiri, sicut infra habebitur in sigillo confessionis: ergo nullo modo debent coram multis dici.

Ber. de Dispensatione post iniuriam.

ITEM Bernardus in libro de dispensatione: Quod ex charitate institutum est, contra charitatem militare non debet: sed confessionem constat per charitatem esse institutam: ergo non debet contra charitatem militare: sed manifestatio peccati aliquibus est occasio labendi, multis superbiendi, et etiam peccatore contemnendi: ergo non debet multis manifestari.

ITEM nullus tenetur semetipsum diffamare: sed cum manifestatur peccatum in conspectu multitudinis, efficitur homo infamis: ergo nullus tenetur, nec debet sic peccatum confiteri: ergo videtur quod soli sacerdoti.

CONCLUSIO.

Confiteri necesse est unico proprio sacerdoti, non in publico, sed secreto, de præcepto Apostolico, et Ecclesiastico.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod confessio sacramentalis sacerdoti soli, et in secreto debet fieri, nisi sit peccatum aliquod enorme, quod totam commoueret urbem, vel etiam totum orbem, quod quidem debet quis confiteri in publico, ut in publico penitentia sollempnis imponatur, et vt ostendat, et

recognoscat se reum, vt puta si sit hæreticus manifestus. Quantum vero est de confessione secundum legem communem debet vnico sacerdoti fieri in priuato, sicut expresse dicit illa Decretalis. Ratio autem huius est, quia occultatio duplici ex causa competit sacramento, tum quia hic manifestantur peccata sacerdoti, non vt manifestentur, sed vt deleantur, et occultentur, quia charitatis confessio operit multitudinem peccatorum: tum etiam, quia manifestantur sacerdoti vt Deo, ad testimonium conscientie: interne: et ideo vt homo totam conscientiam reuelat homini tamquam Deo, et hoc testificante teste secreto, in tali manifestatione non debet admitti alienus, sed sacerdos vnicus, qui teneat locum Christi: et sic occultatio competit duplici ex causa. Vna est quia confessio est adeo onerosa, siue ignominiosa, quod vix aliquis, aut nullus audeat coram multitudine confiteri, cum pauci audeant plene, et integre confiteri etiam coram vnico sacerdote. Alia ratio est quod manifesta confessio est periculosa. Si enim conscientie manifestarentur, infinita mala orirentur, et rixæ, et discordiæ, et infamias, sicut manifeste apparet. Et ideo dicendum est, quod non tenetur quis confiteri nisi vnico, et proprio sacerdoti, et huic solitatio, quantum est de præcepto Apostolico, siue Ecclesiastico.

1. Ratio.

2. Ratio.

Ratio occultationis duplex.

1. AD illud ergo quod obijcitur de Augustino, dicendum quod loquitur de occultatione respectu iudicij sacerdotalis, quibus Dominus commisit auctoritatem, et officium iudicandi inter lepram, et non lepram. Et si tu obijcias de Iob, dicendum quod illa translatio non est recta, sed alia, quam habemus. Tamen si velimus illam sustinere, dicendum quod intelligitur de generali confessione, qua omnes confitentur se peccatores.

2. AD illud quod obijcitur de Magd. dicendum quod illud fuit perfectionis, et supererogationis: unde non omnibus competit. Vel dicendum quod ipsa non fuit confessio peccata sua coram omnibus, quæ fecerat occulte: sed quia signa lasciuie non occulte portauit, sed in publico: ideo etiam signa penitentiae in publico manifestauit: et hoc est dignum, et laudabile, et imitandum: nec tamen dico quod homo ad hoc teneatur nisi de bono, et æquo.

3. AD illud quod obijcitur de Bernardo, dicendum quod facienda est vis in hoc, quod Bernardus dicit: Quod in te est: et ipsemet facit ibi vim: Sane quod in te est dixerim, quia plerumque, et expedit innotescere omnia, quæ nos scimus de nobis: atque ipsa veritatis charitate vetamur palam non esse, vel fieri velle quod noceat cognoscenti. Et sic patet quod quamuis homo, quantum est de se, debeat esse promptus, non tamen debet palam peccata dicere, ne alij inde damnificentur.

4. AD illud quod obijcitur de diuino iudicio, quod omnibus propalabitur, dicendum quod secus est, quia illud erit iudicium seueritatis: hoc autem est misericordie, et benignitatis. Præterea, nulli nocebit illa manifestatio, sed in hoc de iustitia clarior apparebit: nunc autem nulli prodesset, et multis obesseret.

5. AD illud quod obijcitur, quod penitens debet velle quod alij reputent eum peccatorem, dicendum quod verum est quod debet velle suam humiliationem, ita tamen quod alij non peccent contemnendo, vel inimicando: et ideo sufficit quod peccatores se dicant in generali, sed non expedit in speciali ita multis dicere simul, maxime qui non sunt sacerdotes: non ergo debet celare peccatum propter suum commodum, et gloriam, sed propter cauendam culpam alienam.

6. AD illud quod obijcitur, quod confitetur, vt reconcilietur, dicendum quod sacerdos habet potestatem reconciliandi Deo, quia ipse ratione auctoritatis fungitur iure Dei, et Ecclesie tamquam mediator vtriusque: et ideo non oportet multitudinem adesse: secus autem est in iudicio contentioso, vbi

vbi homo se non accusat, sed defendit, vbi producuntur testes: hic autem non oportet.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER quantum ad secundum articulum queritur, quid sit confitendum. Et circa hoc queruntur tria. Primo, vtrum oporteat confiteri omnem venialem culpam. Secundo vtrum oporteat confiteri omnem peccati mortalis differentiam. Tertio, vtrum oporteat confiteri omnem circumstantiam.

QUESTIO I.

An oporteat confiteri omnem venialem culpam.

Alex. Alenf. 4. p. q. 18. memb. 4. ar. 2. §. 5. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 17. q. 18. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 17. q. 25.

AD OPPOSITVM. lac. vii. d

IRCA quam ostenditur, quod oporteat confiteri omnem culpam venialem: Confitemini alterutrum peccata vestra: Glossa. Peccata, quæ ex humana ignorantia veniunt, dicit et præcipit confiteri, et talia sunt venialia: ergo præceptum est confiteri illa.

2. ITEM Augustinus: Si cœpisti fluctuare, confitearis motū, ne plangas ruinam: si ergo periculum est ruere, qui non confitetur, exponit se periculo: sed omnes tenentur illud fugere: ergo, et cetera.

Mat. 22. c

3. ITEM de omni et de quocumque Dominus punire, et iudicare debet in futuro, commisit in præsentem iudicium sacerdotibus, et præcipit Petro: sed Dominus in die iudicij iudicabit de venialibus, et oportebit reddere rationem, ut dicitur: De omni verbo otioso: ergo, et cetera. Si tu dicas quod requiret rationem, sed tamen non propter hoc condemnabit. Obijcitur de eis, qui cum mortali decedunt, quod pro venialibus in æternum cremabuntur: ergo videtur quod impius veniens ad confessionem, cum pro vtriusque esset æternaliter puniendus, quod debet vtraque confiteri.

Dent. 17. b

4. ITEM de aliquibus venialibus difficile est iudicare, vtrum sint mortalia, vel venialia, quæ tamen secundum veritatem sunt venialia: sed vbi est difficultas, et ambiguitas recurrendum est ad sacerdotes, sicut dicitur: Si difficile et ambiguum, et cetera, ergo venialia talia sunt confitenda.

FVNDAMENTA. Hier. in 3. cap. 15. et lib. 2. epist. de Virginitate seruanda ante med.

CONTRA: Penitentia est secunda tabula post naufragium: sed per veniale nemo naufragatur: ergo pro venialibus nullus tenetur recurrere ad penitentiam: ergo nec ea confiteri.

ITEM venialia non sunt in prohibitione: ergo nec eorum remedia in præcepto: ergo non est præceptum confiteri venialia.

ITEM confessio fit ad reconciliandum Ecclesie: sed per veniale nullus factus est inimicus Ecclesie: nullus extra Ecclesiam eiectus est, in nullo damnificata est Ecclesia, quia charitatem non auferunt, nec minuunt: ergo nemo tenetur illa confiteri.

ITEM quidquid homo tenetur confiteri, tenetur amplius non iterare: quia penitentia vera est commissa plangere, et plangenda non committere: sed non tenetur quis venialia non iterare: ergo non tenetur de illis penitentiam agere: ergo nec confiteri.

CONCLUSIO.

Confiteri peccata venialia est quidem expediens, sed non tenemur, nisi secundum quod vel ligat conscientia, vel obligamur ab Ecclesia.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod confessio venialium non est in præcepto, est tamen in consilio. In præcepto non est, quia cum sint de sui natura venialia, per se possunt veniam consequi sine penitentia interna, siue per exteriorem assumptionem, siue etiam per penam purgatoriam, sicut melius patebit infra, siue per aliud remedium competentis, et idoneum. Quamuis autem de ratione sui generis non sit ea confiteri necessarium, tamen ea confiteri congruum est maxime viris perfectis, quia vtile est multum, et pena illis debita minuitur ex vi clauis. Hoc est igitur de venialibus generaliter dictum. In casu tamen contingit quod homo teneatur ea confiteri, siue propter dubium, siue propter Ecclesiasticum institutum. Propter dubium, quia dubitat probabiliter, vtrum sit mortale, vel veniale. Ideo si non penitet sicut de mortali, discrimini se exponit: et ideo debet confiteri sicut iacet in conscientia, et iudicio sacerdotis relinquat, vtrum sit veniale, vel mortale. Propter Ecclesiasticum statutum tenetur: quia omnis fidelis semel in anno tenetur confiteri: et ideo si non habet nisi venialia, saltem illa semel in anno tenetur confiteri. Sed hoc non propter venialia peccati morbum, sed propter præceptum: quod quare omnibus sit iniunctum superius tactum est. Concedendum est igitur quod venialia secundum quod huiusmodi non est necesse confiteri, est tamen expediens, nec quis tenetur nisi de bono et æquo, nisi in duobus casibus, vel quia ligatur a conscientia, vel quia ligatur a constitutione Ecclesiastica.

Infra dist. 21.

1. Ratio.

1. Ratio.

Lac. 5. b

1. AD illud quod obijcitur, quod peccata quæ per ignorantiam contrahuntur, præcipit confiteri, dicendum quod illud intelligendum est de venialibus. Sed tunc præcipere est docere, secundum illud: Præceptor per totam noctem, et cetera. verbum autem beati Iacobi quamuis propositum sit per modum imperatorum, tamen pro mortalibus tenetur imperatiue, pro venialibus magis excitatiue, vel exhortatiue.

2. AD illud quod dicit Augustinus, si cœpisti, et cetera, dicendum quod consilium est, non quia non aliter possit vitari ruina nisi per confessionem, sed quia hæc via est idonea, et salubris: unde non dicit hoc quod semper ruat ille, qui non confitetur motum, sed quia ad ruendum sit procliuior.

3. AD illud quod obijcitur, quod Dominus puniet, et iudicabit in futuro, dicendum quod aliter iudicabit veniale siue pro veniali, aliter pro mortali. Pro mortali namque iudicabit, et condemnabit: pro veniali nequaquam condemnabit, sed temporaliter cruciabit, nisi forte sit annexum mortali: et hoc non ratione sui, sed ratione mortalis. Et ideo ex quo quis confitetur mortale, soluitur pro quo condemnandus erat a Domino: et ideo non oportet illa confiteri quantum est de necessitate obligationis.

4. AD illud quod obijcitur de venialibus, quod dubium est, vtrum sint mortalia, dicendum quod in tali casu nisi certificetur penitens per aliquem virum sapientem, cui possit adhibere fidem, tenetur illud vtrique confiteri: si autem tollatur dubium, et sciatur esse veniale, tunc non obligatur. Sicut si conscientia alicuius probabiliter dubitat de aliquo, vtrum sit mortale, tenetur amplius illud non facere manente dubitatione, sed amota tali conscientia non tenetur: et ideo sane dictum est quod ad confessionem venialis ligatur quis non ex institutione diuina, sed ex constitutione Ecclesiastica, et conscientia propria: et sic patent obiectiones.

QVA-

QVÆSTIO II.

An omnis peccati mortalis differentia sit confitenda.

Alex. Alenf. 4. p. q. 28. memb. 4. ar. 2. §. 2. et 3. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 17. q. 19. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 17. q. 20.

FVNDAMENTA. Lib. 5. Decret. Greg. de pen. et remiss. cap. Omnis v- triusque se- nus.

TRVM sit confitenda omnis peccati mortalis differentia, scilicet peccatum cordis, oris, et operis, peccatum etiam latens, et manifestum. Et quod omnem differentiam videtur per Decretalem, quæ dicit cuilibet fidei: Omnia solus peccata sua: non dicit omnia quantum ad venialia: ergo dicit omnia quantum ad mortalia. ITEM hoc videtur ratione, quia pro quolibet horum efficitur homo inimicus Dei, et separatur ab unitate Ecclesiæ: sed confessio ad hoc directe instituta est, vt homo reconcilietur Ecclesiæ, et ostendatur reconciliatus Deo: ergo de omnibus tenetur confiteri. ITEM pro omni differentia peccati mortalis puniatur quis actualiter, et eternaliter, et condemnabitur: sed pro omni eo, pro quo adducendus est homo in iudicium condemnationis, necessario oportet adduci ante arbitrum Iesu Christi: ergo pro omni differentia mortalis tenetur confiteri.

ITEM peccatum grauius magis est dignum punitione: sed peccatum cordis aliquando grauius est, quam peccatum operis in alio genere, vt hæresis, quam fornicatio: similiter peccatum apertum grauius est, quam occultum: si ergo oportet confiteri peccatum operis, et oris, videtur quod et peccatum cordis: similiter et si peccatum latens, videtur quod multo fortiori ratione, quod est manifestum: ergo omnem peccati mortalis differentiam necesse est confiteri.

ITEM per omnem peccati mortalis differentiam naufragatur homo: sed patiens naufragium necesse habet ad tabulam recurrere, et non potest ad baptisimum: ergo ad sacramentum penitentiae: sed sacramentum penitentiae in quantum sacramentum consistit in confessione: ergo, et cetera.

ADOPPOSITVM. Sap. 11. c. CONTRA: Per quæ peccat quis, per hæc et torquetur: ergo si aliquis solo corde peccat, in solo corde, et non in carne, nec per organum oris: ergo sola contritio est puniendus: non ergo confessio: ergo non tenetur confiteri peccatum cordis.

2. ITEM Augustinus: Vbi peccatum oritur, ibi peccatum moriatur: ergo peccatum, quod fuit in solo corde, ibi debet mori: ergo non oportet quod exterius propaleatur per verbum.

3. ITEM in foro iudiciali ita est, quod non adducuntur aliqua ad iudicium, nisi quæ aliquo modo manifesta sunt. Vnde Matthæus: Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te, et ipsum solum, et cetera. ergo videtur quod si peccatum aliquod in solo corde fuit, nec vlli sit manifestum, quod non oporteat ad iudicium sacerdotale deferre.

4. ITEM quod solus peccatum latens sit confitendum, videtur: quia Augustinus diffiniens confessionem, dicit quod confessio est, per quam morbus latens spe veniæ aperitur.

5. ITEM super illud: Vox sanguinis, et cetera. Glossa: Evidentia patrii sceleris non indiget accusatore: sed confessio est accusatio: Iustus in principio accusator est sui: ergo quando peccatum est evidens, non indiget confessione.

6. ITEM ideo dicitur confessio, vt instruat facerdos de quantitate peccati, sed non oportet quando

A est publicum, et notorium: ergo de aperto nullus debet, nec tenetur confiteri.

CONCLUSIO.

Confiteri omnes differentias peccati est necessarium, tum ex parte audientis, tum ex parte confitentis, cum ille sit iudex, et hic debeat iustificari.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod omnis peccati mortalis differentiam necesse est confiteri, siue sit latens, siue manifestum, siue sit cordis, siue oris. Peccatum enim manifestum oportet confiteri duplici ex causa: vna est a parte audientis, alia ex parte confitentis. Ex parte audientis, vt audiat: quoniam sicut est in iudicio forensi, quod iudex aliquid nouit, vt priuata persona, quod tamen non nouit vt iudex, nec procedit ad sententiam quousque innotescat ei, vt iudici: sic est in iudicio penitentiali, quod sacerdos aliquid nouit, vt homo quod tamen non nouit vt Deus: quia non nouit, vt est per testimonium conscientie accusatum, quæ est testis diuinus: et quousque sic nouit, nec spectat ad ipsum soluere, nec ligare, ideo oportet quod ei confiteatur peccatum, quantumcumque sit publicum. Alia ratio est ex parte confitentis, vt iustificetur: quantumcumque enim aliquis ab aliquo accusetur, numquam propter hoc iustus dicitur, siue iudicatur, sed magis iniustus: sed quando homo seipsum qui est dignus accusatione, accusat, tunc exercet opus iustitiæ: et ideo dicitur: Iustus in principio accusator est sui. Vt ergo quis iustificetur, et iustus esse comprobetur, et dignus Ecclesiæ reconciliatione, necesse est quod ipse se accuset, quantumcumque eius peccatum sit publicum. Oportet etiam peccatum cordis, siue peccatum latens confiteri duplici ex causa similiter, vt ex parte audientis, tum ex parte confitentis. Ex parte sacerdotis audientis, quoniam per illum debet ligari ad penam, aut absolui: certum enim est quod pro omni mortali meretur quis penam æternam: ideo satisfactio imponenda est secundum arbitrium sacerdotis: ideo talis habet necesse confiteri ei scelus occultum, quia aliter ipse non nouit. Alia ratio est ex parte peccatoris confitentis, vt quæ non erubuit intra thalamum cordis in conspectu diuine presentie cogitare, et velle, et volendo confiteri: tunc coram oculis sacerdotis recitet cum iubente: vt qui perperauit inuerecunde, et verecundiam abiicit, nunc ex hoc in conspectu hominis erubescat: homo enim carnalis plus erubescit oculis hominis, quam Dei. Concedendæ igitur sunt rationes, quod differentia omnis peccati confitendæ sunt.

Prout. 18. c.

AD illud ergo quod obijcitur de Sapientia, Sap. 11. c. dicendum quod tam verbum illud, quam verbum Chrysostomi, et Augustini super hac materia intelligendum est per appropriationem. Non enim intelligendum est præcisè per veritatem, Peccator enim, qui sola voluntate peccat, quæ toti homini præsidet, totus puniatur: et ita quod interius, et exterius: et ideo si fiat emenda, totus homo debet eam facere, et per omnes actus, scilicet cordis, oris, et manus.

2. AD illud quod obijcitur de Augustino, quod vbi oritur, et cetera. dicendum quod verbum illud intelligitur quantum ad progressum peccati, vt peccatum non procedat, sed vbi oritur ibi moriatur, sed non intelligitur quantum ad emendam. Vel dicendum quod illud est intelligendum de penitentia respondente peccato publico, et occulto. De peccato enim publice est confitendum, seu puniendum propter scandalum extirpandum: et de occulto occulte coram vnicuique sacerdote: et illud videtur Magister dicere in littera.

3. AD illud quod obijcitur de foro iudicij, quod adducuntur manifesta, dicendum quod in foro iudiciali,

ciali, quod procedit secundum rigorem iustitiæ ad condemnationem, alius est actor, alius est reus, alius testis: et ideo oportet, quod pluribus sit notum illud, de quo quis accusatur. Sed in foro penitentiali sacerdos tenet locum Dei, et confitens tenet locum accusantis, et accusati, et testis: nam ratio accusat voluntatem, testimonium ferente conscientia: et quia iste est testis priuatus, quem nihil latet, et de omni occulto testimonium perhibet: ideo tali iudicio competit occulte iudicare.

4. AD illud quod obijcitur de manifesto, quod confessio est latens peccati manifestatio, per Augustinum, dicendum quod est peccati latens illud, cui confitetur per modum iudicis. Vel dicendum, quod peccatum omne in anima est, quasi apostema intrinsecum: et quantumcumque homo peccet aperte, adhuc virus peccati latet in anima: sed in confessione rumpitur vulnus, et sanies peccati ad exteriora trahitur, vt dicit Gregorius, et hinc est quod Augustinus dicit, quod confessio dicitur, per quam morbus latens spe veniæ aperitur.

5. AD illud quod obijcitur de euidencia patrii sceleris et cetera. dicendum quod illud intelligitur in foro iudiciali, quia factum illud exterius notum est, et testibus non eget, eo quod nulla potest tergiversatione celari: sed non sic in foro penitentiali: creditur enim ibi testimonio solius conscientie. Si enim conscientia testificetur nunc contra hominem, in iudicio testificabitur pro homine, alioquin semper erit testis contrarius.

6. AD illud quod obijcitur, quod est ad sciendâ quantitatem peccati, dicendum quod ista non est tota ratio, immo rationes, quæ superius assignate sunt: et præterea ad hoc est, vt fiat per modum iudicis.

QVÆSTIO III.

An teneamur confiteri omnem peccati circumstantiam.

Alex. Alenf. 4. p. q. 28. memb. 4. ar. 3. §. 1. Richar. 4. Sent. dist. 24. ar. 3. q. 5. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 17. q. 20. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 17. q. 27.

FVNDAMENTA. Li. de vera et falsa poenit. cap. 14. to. 4.

TRVM teneamur confiteri omnem peccati circumstantiam. Et quod sic, videtur: quia Augustinus dicit in lib. de penitentia, enarrans multiplicia genera circumstantiarum: Omnis (inquit) ista varietas confitenda est, et describenda.

Leuit. 5. d.

Ber. li. 2. de cons. circa finem.

2. ITEM ratione videtur, quia confessio maxime fit ad sciendam peccati quantitatem, quia imponenda est penitentia secundum mensuram, et estimationem peccati, sicut dicitur: sed penes circumstantias consistit peccati quantitas: ergo necesse est eas confiteri. Prima manifesta est. Secunda probatur per hoc quod dicit Bernardus: quod nugæ in ore sacerdotis blasphemie sunt: hoc autem non dicit nisi propter aggrauationem peccati: ergo et cetera.

3. ITEM in confessione necesse est genus peccati aperiri: sed genus peccati variatur per circumstantias, sicut pater: cognoscere enim non suam, quæ soluta est, fornicatio est: cognoscere non suam, quæ habet virum, est adulterium: ergo necesse est confiteri circumstantias.

4. ITEM confessio potissime fit ad erubescentiâ: sed maior est erubescencia in confessione circumstantiarum adiacentium, quam etiam in enarratione actus: ergo videtur quod potissime sit circa circumstantias in confessione insistentium.

S. Bon. T. q. 5.

5. ITEM confessio principaliter fit ad accusationem peccantis: sed accusatio actionis est ex circumstantijs, vnde Tullius in primo rhetorica: Circumstantiæ sunt a quibus trahuntur argumenta accusationis, vel defensionis. Et Boetius in iv. Circumstantiæ sunt quæ questionem rhetoricam faciunt de laude, et vituperio personæ.

6. ITEM strictius est diuinum iudicium, quam humanum: sed in humano iudicio modo fit inquisitio, et responso de circumstantijs: vnde non est sufficiens querere de actu: ergo multo fortius in iudicio diuino: sed hoc est iudicium penitentis: ergo et cetera.

7. ITEM sicut diligentius curandus est morbus spiritualis, quam corporalis: sic magna diligentia est habenda circa spiritum, et maior quam circa corpus: sed morbus corporalis non detegitur sufficienter, nisi etiam circumstantiæ detegantur: ergo et cetera.

AD OPPOSITVM. Heb. 7. b. 1. CONTRA: Translato principali necesse est quod transferatur annexum, sicut Apostolus dicit: Translato sacerdotio necesse est vt legis translatio fiat: sed peccatum est principale: ergo si per confessionem Dominus transfert peccatum, pari ratione et circumstantiam.

2. ITEM circumstantiæ sunt infinite nobis, et nullus tenetur ad illud quod sibi est impossibile: ergo non tenetur circumstantias peccati recolligere, et referre.

3. ITEM non est necesse quod peccatori imponatur sacerdos ita grauem penam, sicut exigit culpa, immo tota die imponuntur multo minores: ergo pari ratione non est necesse quod peccator confiteatur se ita grauiter peccasse, sicut peccauit.

4. ITEM si tenetur confiteri circumstantias ad sciendam quantitatem peccati: et quantitas peccati non scitur, nisi sciantur circumstantiæ alleuiantes sicut aggrauantes, et circumstantiæ defendentes sicut accusantes: ergo homo tenetur in confessione seipsum excusare: sed hoc falsum est: ergo et cetera.

5. ITEM videtur quod circumstantia non auget quantitatem, quia in bonis quantitas meriti non augetur ex circumstantijs, sed ex quantitate amoris, quo conuertitur homo ad Deum: ergo pari ratione cum peccatum sit auersio, quantitas peccati consistit in libidine, siue contemptu cordis: non ergo in circumstantia exteriori.

6. ITEM videtur quod non det speciem peccati, quia omne illud quod dat speciem, et formam, dat esse essentialia, et intrinsecum, et vnicum: sed circumstantiæ sunt extrinsecæ, et accidentales, et variabiles: ergo nulla circumstantia trahit in genus peccati nouum: non ergo videtur quod oportet circumstantias confiteri. Est ergo quæstio, quas oporteat confiteri, et quas non.

CONCLUSIO.

Confiteri circumstantias aggrauantes est bonum, sed non necessarium simpliciter, alleuiantes vero est congruum: trahentes vero in aliud genus peccati, est necessarium.

RESP. AD ARG. Dicendum quod circumstantiæ quæ attingunt peccatum, quædam sunt alleuiantes, quædam in aliud genus trahentes, quædam aggrauantes. Circumstantias in aliud genus trahentes confiteri est necessarium: quoniam genus peccati confiteri oportet. Circumstantias vero alleuiantes confiteri non est bonum, nisi propter hoc vt satisfiat aliene inquisitioni, vel vt prouideatur eius scandalo, et perturbationi: vt potest timeret confessorem ex hoc accipere occasionem ad malum: vel si etiam tantum diminuat, vt sit in genere venialis: sicut comedere carnes in quadragesima propter infirmitatē, ita tamē quod a latere non sit gulositas aliqua. Et ratio huius est,

Explicatio.

est, quia in confessione non debet peccator se excusare, sed accusare. De circumstantiis autem quae aggrauant, si genus peccati non mutatum est, est inter doctores opinio diuersa. Quidam enim dicunt, quod poenitentes tenentur confiteri. Sed quia praecipuum affirmatiuum est: ideo obligat non ad semper, sed pro loco, et tempore, scilicet quando eas cognoscit siue per se, siue per inquisitionem alienam. Vnde sapiens, et intelligens tenetur eas confiteri absque inquisitione, simplex tenetur si ab eo inquiratur. Alij dicunt, quod non tenemur ad confessionem harum circumstantiarum tentione necessitatis, sed de bono, et a quo: et quanto sunt magis sapientes, et perfecti: tanto magis debent distinctius eas explicare: sed non tenemur ad hoc nisi forte ex propria conscientia obsequemur. Hanc positionem credo probabiliorē. Vnde dicendum, quod confessio circumstantiarum, in aliud genus trahentium spectat ad confessionem quantum ad necessitatem, confessio vero aggrauantium quantum ad congruitatem: confessio vero alleuiantium potius facit incongruitatem: et hoc intelligitur exceptis casibus praedictis. Omnes igitur rationes probantes circumstantias esse confitendas sunt congruitatis quantum ad aggrauantes: alias si velint probare necessitatem, ab insufficienti procedunt, illa excepta, quae est de circumstantia trahente in aliud genus: vnde verbum Augustini consilium est.

2. 4. 3. 7. Et quae obijciuntur de quantitate, et erubescencia, et accusatione, et diligentia habenda, non concludunt nisi quod competenti fiat, si exprimat, cuiuslibet peccati circumstantia.

1. 2. 3. A d illud quod obijcitur in contrarium, dicendum quod non oportet eas confiteri, congruum est tamen.

4. A d illud quod obijcitur, quod circumstantiae alleuiantes sunt confitendae, et cet. dicendum quod non est simile, quia aggrauantes non tantum oportet confiteri propter quantitatem peccati, verumetiam propter erubescenciam, et accusationem.

5. A d illud quod obijcitur, quod non augent quantitatem, dicendum quod non augent principaliter, sed quia augent contemptum, vel libidinem. Nec est simile de bono: quia enim boni sumus, bona facimus: vnde quantitas bonitatis venit ab habitu intrinseco, sed quantitas malitiae ab actu: quia enim mala facimus, mali sumus.

6. A d illud quod obijcitur, quod non mutat speciem, dicendum quod est esse naturae, et esse moris. Et aliquid est alicui accidentale secundum esse naturae, quod tamen est essentiale secundum esse moris: et quamuis circumstantiae sint accidentales actui secundum esse naturae: tamen essentiales sunt secundum laudem, et vituperium, quae laus venit ex parte moris, vel eius contrarium. Et si tu obijcias, quod non debent dici circumstantiae, dicendum quod aliqua est circumstantia respectu esse naturalis, quae non est circumstantia respectu peccati, sed forma: vrpote furto accipere rem non suam inuito Domino. Aliquando circumstantia est accidentalis respectu actus quantum ad esse naturae, et in quantum peccatum, quia sine ea nihilominus est peccatum, sicut accipere rem alienam, et sacram, de loco sacro: et ita est circumstantia, et forma.

Sed circumstantia respectu peccati furti, quia sine ea poterat esse furtum, sed forma respectu sacrilegij.

Refutatio ad arg. pro fund. 1. 2. 3. A d illud quod obijcitur in contrarium, dicendum quod non oportet eas confiteri, congruum est tamen.

DISTINCT. XVIII. PARS I.

DE REMISSIONE SACERDOTIS,

Quo modo videlicet absoluat.

Ratio dubitandi.

HIC queri solet: Si peccatum omnino dimissum est a Deo per cordis contritionem, ex quo poenitens votum habuit confitendi, quid postea dimittatur ei a sacerdote. Video enim quo vinculo eum ligat, scilicet temporalis poenae, sed non a quo eum absoluat. Et ideo quero. Ante poenitentiam quippe cordis anima rei maculam habet, et fetorem peccati, atque aeterna ultionis vinculo ligata existit. Si vero ante confessionem per cordis contritionem Deus per seipsum sine ministerio sacerdotis, et debitum omnino relaxat, et animam interius purgat a contagione et fetore peccati: quid ergo mundat: quid dimittit sacerdos: ubi sunt clauis illae, quas Dominus tradidit Petro et successoribus eius, dicens: Tibi dabo clauis regni caelorum: et quaecumque ligaueris super terram, erunt ligata et in caelo: et quaecumque solueris super terram, erunt soluta et in caelo? Vt autem praemissa questio plenius explicari valeat, quasi altius ducto rete, de his clauibus et vsu earum differamus.

De clauibus.

CLAVES istae non sunt corporales, sed spirituales, scilicet discernendi scientia, & potentia indicandi: id est, ligandi et soluendi, qua dignos recipere, et indignos debet excludere a regno ecclesiasticus index: qui sicut habet ius ligandi, ita et absoluendi. Vnde Ambrosius: Dominus par ius et soluendi esse voluit, et ligandi, qui vtrumque pari conditione promissit. Ergo qui soluendi ius non habet, nec ligandi habet. Et infra: Certum est quod

quod Ecclesia vtrumque licet, haereticis vtrumque non habet. Ius enim hoc solis permissum est sacerdotibus. Recte ergo Ecclesia hoc sibi vendicat, quae veros sacerdotes habet, haereticis vendicare non potest, quae veros sacerdotes non habet.

et habetur de poen. di. 1. c. Verbit Dei.

De vsu clauium.

V S V S vero harum clauium multiplex est, discernere scilicet ligandos, et soluendos, ac deinde ligare vel soluere. Qui enim, vt ait Gregorius, indignos ligat vel soluit, propria potestate se priuat, id est, dignum priuatione se facit.

Hom. 26. in Euang. in medio. 10. 3

Si sacerdos potest dimittere vel retinere peccata.

SE D queritur vtrum a peccato soluere valeat sacerdos, id est, a culpa, vt culpa maculam abstergat, vel debitum aeterna mortis soluere valeat. Quidam arbitrati sunt, cum peccator dupliciter ligatus teneatur, vt praedictum est, scilicet menis contagione ac caecitate, et debito futura poenae, alterum curari per Deum, alterum solui per sacerdotem. Patitur enim per peccatum quasdam tenebras interiores & maculas: a quibus nisi liberetur, projicitur in tenebras exteriores. Cum autem liberatur ab his susciatur a morte peccati. Vnde Apostolus: Surge qui dormis, et illuminabit te Christus. Solus enim Christus, non sacerdos, animam resuscitat, ac pulsas tenebras interioribus et maculis, eam illuminat et mundat, qui anima faciem lauat: debitum vero aeternae poenae soluere concessit sacerdotibus. Quod in resurrectione Lazari signatum affirmant, quem Christus prius per se interius viuificauit, deinde foras exire iussit, eumque adhuc ligatum soluere Apostolis praecipitur: quia, vt aiunt, ipse interius animam a caligine maculaque peccati emundat: sacerdotibus vero dedit vinculum aeternae mortis soluere. Alij vero dicunt solum Deum, non sacerdotem, debitum aeternae mortis dimittere, sicut et animam interius per se viuificat: nec tamen dissententur sacerdotibus traditam potestatem peccata dimittendi et retinendi, quibus dictum est: Quorum remisistis peccata, et cet. Sicut enim Christus retinuit sibi potestatem baptismi, ita et poenitentiae. Et ideo sicut interius gratia sua animam illuminat, ita et simul debitum aeternae mortis relaxat. Ipse enim per seipsum peccata poenitentium tegit: et tunc tegit, quando ad poenam non reseruat. Tunc ergo tegit, quando debitum poenae soluit. Quod autem ipse tegat, aperire dicit Augustinus: exponens illum locum psalmi: Quorum tecta sunt peccata, id est, cooperta et abolita. Si enim texit Deus peccata, noluit aduertere: si noluit aduertere, noluit animaduertere, id est, punire, sed ignoscere. Ita ergo dicit a Deo tecta, vt Deus non videat, id est, aeternaliter puniat: Videre enim Dei, peccata est ad poenam impatere. Auertere autem faciem a peccatis, hoc est ea ad poenam non reseruare. Item Hieronymus: Quibus Deus dimittit peccata, tegit ne in iudicio reuelentur. Item Cassiodorus: Qui graua habent peccata, alijs Deus imputat, alijs per misericordiam non imputat. Ex his aperte ostenditur, quod Deus ipse poenitentem soluit a debito poenae: et tunc soluit, quando intus illuminat, inspirando veram cordis contritionem. Cui sententia ratio suffragatur, et auctoritates attestantur. Nemo enim vere compungitur de peccato, habens contritum et humiliatum, nisi in charitate. Qui autem charitatem habet, dignus est vita aeterna. Nemo autem simul vita et morte dignus est. Non est ergo tunc ligatus debito aeterna mortis. Filius enim ira esse desit, ex quo diligere et poenitere cepit. Ex tunc ergo solutus est ab ira: quae non manet super illum, qui credit in Christum, sed super illum qui non credit. Non ergo postmodum per sacerdotem cui confitetur, ab ira aeterna liberatur, a qua iam liberatus est per Dominum, ex quo dixit: Confitebor. Solus ergo Deus hominem interius mundat a peccati macula, et a debito aeternae poenae soluit: qui per prophetam ait: Ego solus deleo iniquitates et peccata populi. Item Ambrosius: Verbum Dei dimittit peccata: sacerdos est index. Sacerdos quidem officium suum exhibet, sed nullus potestatis iura exercet. Idem: Ille solus peccata dimittit, qui solus pro peccatis nostris mortuus est. Item Augustinus: Nemo tollit peccata nisi solus Deus; qui est agnus tollens peccata mundi. Tollit autem et dimittendo quae facta sunt, et adiuvando ne fiant, et perducendo ad vitam, ubi omnino fieri non possunt. His alijsque pluribus testimonijs docetur dominum

Mat. 22. b Ephes. 5. e

Ioan. 11. f

Ioan. 20. f

Aug. in ps. 31. 10. 3.

In Ps. Beatus vir cui, et cet.

Ephes. 2. a Ioan. 3. b

Isai. 43. d Li. 2. de Cain et Abel. ca. 4. habetur de poen. di. 1. c. Verbit Dei.

S. Bon. To. 5. 7. 2 dominum

dominum solum per se peccata dimittere: et sicut dimittit quibusdam, ita et aliorum quorundam peccata retinet.

Quod Sacerdotes etiam dimittunt, et retinent peccata suo modo.

NEC ideo tamen negamus sacerdotibus concessam potestatem dimittendi et retinendi peccata, cum hoc veritas in Evangelio aperte doceat. Hinc Augustinus ait: Ecclesia charitas, quae per Spiritum sanctum diffunditur in cordibus eorum qui participes sui sunt, peccata dimittit: eorum qui non sunt, tenet. Idem: Sacerdotes possunt confitentibus parcere, quibus enim remittunt, remittit Deus. Lazarum enim de monumento suscitatum obtulit discipulis soluendum: per hoc ostendens, potestatem soluendi concessam sacerdotibus. Dixit enim: Quocumque solveritis super terram, erit solutum et in caelo et cet. hoc est: Ego Deus, et omnes caelestis curiae ordines, et omnes sancti in gloria mea laudant vobiscum et confirmant quos ligatis et solutis. Non dixit, quos putatis ligare et soluere: sed, in quos exercetis opus iustitiae vel misericordiae. Alij autem opera vestra in peccatores non cognosco. Idem: Cum veraciter ad Deum conuerso peccata dimittuntur, ab eis dimittuntur, quibus ipse veraci conuersione coniungitur. Spiritus sanctus ea dimittit, qui datus est omnibus sanctis sibi charitate coherentibus, siue se noverint corporaliter, siue non. Similiter cum alicuius tenentur peccata, ab eis tenentur, a quibus ille cordis prauitate disjungitur, siue notis corporaliter, siue ignotis. Omnes enim mali spiritualiter a bonis seiuncti sunt. Ecce hic dicit peccata dimitti, vel retineri a sanctis viris, et tamen Spiritum sanctum ea dimittere eos suos tantum dimittit peccata. Ait enim sic: Sacramentum gratiae dat Deus etiam per malos, ipsam vero gratiam non nisi per se ipsum, vel per sanctos suos. Et ideo remissionem peccatorum vel per seipsum facit, vel per ipsius columbae membra quibus ait: Si cui dimiseritis, dimittetur: Ecce quam varia a doctoribus traduntur super his: et in hac tanta varietate quid tenendum. Hoc sane dicere ac sentire possumus, quod solus Deus dimittit peccata et retinet: et tamen Ecclesiae contulit potestatem ligandi et soluendi: sed aliter ipse soluit vel ligat, et aliter Ecclesia. Ipse enim per se tantum dimittit peccatum: qui et animam mundat ab interiori macula, et a debito aeternae mortis soluit.

Quo modo Sacerdotes ligant, vel solvunt a peccatis.

NON autem hoc sacerdotibus concessit, quibus tamen tribuit potestatem soluendi et ligandi, id est, ostendendi homines ligatos vel solutos. Vnde Dominus leprosum sanitati prius per se restituit, deinde ad sacerdotes misit, quorum iudicio ostenderetur mundatus. Ita etiam Lazarum iam viuificatum obtulit discipulis soluendum. Quia etsi aliquis apud Deum sit solutus, non tamen in facie Ecclesiae solutus habetur, nisi per iudicium sacerdotis. In soluendis ergo culpis vel retinendis ita operatur sacerdos Evangelicus et iudicat, sicut olim legalis in illis, qui contaminati erant lepra, quae peccatum signat. Vnde Hieronymus super Mattheum ubi Dominus ait Petro: Tibi dabo claves regni caelorum: et quocumque ligaueris super terram, erit ligatus et in caelis: et quocumque solveris super terram, erit solutum et in caelis: Hunc, inquit, locum quidam non intelligentes, aliquid sumunt de supercilio Pharisaeorum, ut damnare innoxios, vel soluere se putent noxios, cum apud Deum non sententia sacerdotum, sed reorum vita quaeratur. In Leuitico se ostendere sacerdotibus iubentur leprosi: quos illi non faciunt leprosos vel mundos, sed discernunt qui mundi vel immundi sunt. Ita et hic aperte ostenditur, quod non semper sequitur Deus Ecclesiae iudicium, quae per surreptionem et ignorantiam interdum iudicat, Deus autem semper iudicat secundum veritatem. Et in remittendis vel in retinendis culpis id iuris et officij habent Evangelici sacerdotes, quod olim habebant sub lege legales in curandis leprosis. Hi ergo peccata dimittunt vel retinent, dum dimissa a Deo vel retenta iudicant et ostendunt: Ponunt enim sacerdotes nomen Domini super filios Israel, sed ipse bepedicit, ut legitur in Numeris. Hunc modum ligandi et soluendi Hieronymus supra notauit.

Alius modus ligandi, et soluendi.

LIGANT quoque sacerdotes, dum satisfactionem poenitentiae confitentibus imponunt. Soluunt, cum de ea aliquid dimittunt, vel per eam purgatos ad sacramentorum communionem admittunt: quem modum superius Leo Papa notauit. Secundum hunc modum dicuntur

Mat. 16. c. et 10. 20. f. Aug. super Io. 14. 12. in Jo. rom. 9. Aug. in lib. de poen. 1. 1. et 2. 1. 4. Ioan. 8. f. Mat. 16. a De baptif. mo contra Donatistas. li. 6. c. 1. 1. 7.

Ibid. c. 15. in princ. Ibid. lib. 5. c. 21. Habentur haec de conf. di. 4. Quo modo exau dit. Determinatio questionis ipsius magistri.

Mat. 8. a Luc. 5. c. Ioan. 11. f. Leuit. 12. d. et 13. a Hier. 3. lib. comm. in Mat. c. 16. som. 6.

Leu. 14. c.

Num. 6. d.

Sup. h. c. di. fin. c. Hac. In li. de poen. tit. euntur etiam sacerdotes dimittere peccata vel retinere. Vnde superius Augustinus dixit: Quibus remittunt, et remittit Deus et cet. Opus enim iustitiae exercent in peccatores, cum eos iusta poena ligant: alia opera in peccatores exercere nequeunt. Et notandum est, quia quos satisfactione poenitentiae ligant, eo ipso a peccatis solutos ostendunt: quia non imponitur alicui satisfactio poenitentialis, nisi quem sacerdos vere poenitentem arbitratur. Alij vero non imponuntur, et eo ipso peccatum retineri a Deo iudicant. Quod autem hoc ad claves pertineat, Augustinus ostendit dicens: Frustrat claves Ecclesiae, qui sine arbitrio sacerdotis poenitentiam agit, si sine oris confessione criminis indulgentiam imprecatur.

DISTINCT. XVIII. PARS I.

De confessione sacramentali in se, quantum ad potestatem abfoluentis virtute clauium in foro poenitentiali.

Hic quari solet, si peccatum iam omnino dimissum est a Deo, et cet.

Expositio textus.

Utrum egit Magister de confessione quantum ad necessitatem a parte poenitentis. Hic secundo agit de ipsa quantum ad potestatem ex parte abfoluentis. Habet autem haec pars duas. In prima agit de potestate in se. In secunda in comparatione ad suscipientes, infra: Postquam ostensum est, quae sint claves, et cet. Prima pars habet duas. In prima determinat de clauibus, et earum vsu in foro poenitentiali. In secunda vero in foro iudiciali, ibi: Et est alius modus ligandi, et soluendi, et c. Prima pars habet duas. In prima quaerit, et determinat veritatem. In secunda ad maiorem enodationem opponit: et hoc, ibi: Sed quaeritur, utrum a peccato soluere valeant. Prima pars duas habet partes. In prima mouet suam quaestionem. In secunda determinat, ibi: Claves istae non sunt corporales. Similiter secunda pars tres habet. In prima opponit ad utramque partem, ostendens primo, quod sacerdotes non possunt soluere a peccato, et ligare. In secunda ostendit, quod possunt a peccato soluere, et ligare. In tertia determinat modum, per quem solvunt, et ligant, ibi: Non autem hoc sacerdotibus concessit, quibus tamen, et cet. ubi ostendit, quod sacerdotes dicuntur ligare, et soluere vel quantum ad ostensionem, vel quantum ad poenam temporalem.

Anima rei maculam habet, et factorem peccati, et cet. Dub. I.

Quaeritur hic, quo modo ista differant ab iniuicem. Quaeritur etiam, quare peccatum potius dicitur habere factorem quam calorem, vel aliam proprietatem rei sensibilis. Respondeo. Dicendum, quod quamuis peccatum vnum sit in se, tam en secundum diuersam comparationem ad iudicium verum, tria fortitur vocabula. Iudicium enim nostrum tripliciter se habet, scilicet vel per modum speculationum, vel prout se extendit ad affectum, vel prout se extendit ad effectum. Similiter diuinum iudicium in triplici ratione habet considerari respectu peccati. Aut per modum speculationis: et sic dicitur peccatum macula propter rationem turpitudinis, quam ibi considerat. Vel per modum affectus: et sic dicitur peccatum factor eo quod ipsum refugit affectus recte ordinatus. Vel prout est in effectum puniendi: et sic peccatum eternae mortis debitum dicitur. Sorritur ergo tria nomina secundum comparationem ad actum triplicem. S. Bon. To. 5.

Peccatum dicitur macula, factor, & debitum.

A diuini iudicij, scilicet discernendi, vel approbandi, vel respuendi, et tertio sententiandi. Vel aliter: Peccatum comparatur ad id, in quo est: et sic quia eum maculat, dicitur macula. Vel ad alium proximum, in cuius affectu non est: et sic dicitur factor in eo. Vel ad Deum: et sic dicitur aeternae mortis vinculum.

Verbum Dei dimittit peccata, sacerdos, et iudex. Dub. II.

Quaeritur circa hoc verbum Ambrosii, quid vocetur per verbum Dei. Si filius Dei: sed ille idem est iudex, scilicet Dei filius: ergo non bene diuidit ex opposito. Ite m iudicis non est peccata dimittere, sed potius punire: male igitur videtur hoc assignari. Dicitur enim in psalmo: Cum accipero tempus, ego iustitias iudicabo. Ite m: Videtur littera sequens contradicere: Sacerdos officium suum exhibet, sed nullius potestatis iura exercet.

Respondeo. Dicendum quod Ambrosius tangit hic triplicem modum dimittendi peccata, scilicet secundum clauem auctoritatis: et haec est Dei iudicantis. Secundum clauem excellentiae: et haec est verbi incarnati. Secundum clauem ministerij: et haec est ipsius sacerdotis. Et sic patet quo modo illa distinguuntur: et patet quod non est contrarietas in littera. Vult enim Ambrosius dicere, quod peccata dicuntur dimitti a sacerdote non per modum efficientis, sed ministerij, et hoc dicit littera sequens. Ad illud quod obijcitur, quod iudex punit, dicendum, quod duplex est iudicium. Vnum in praesenti: et hoc est iudicium in poenitentiae foro, et hoc magis est misericordiae, quam iustitiae, quia modo est tempus misericordiae. Aliud iudicium postremum: et illud est iustitiae, quod signanter notans dicit: Cum accipero tempus: et de illo opponit, non autem de isto: et sic patet illud.

Ecclesia charitas, quae per Spiritum. Dub. III.

Videtur hic Augustinus falsum dicere, quia solus Deus peccata dimittit: sed Ecclesiae charitas non est Deus, sed vnitas corporis mystici: ergo et cet. Si tur dicas, quod charitas Ecclesiae accipitur non formaliter, sed exemplariter pro charitate, quae est Spiritus sanctus. Similiter posset dicere, quod Deus celi, terrae peccata dimittit: et ita non magis competere Ecclesiae, quam alij.

Respondeo. Dicendum quod charitas ibi stat pro charitate creata, quod pater per determinationem adiunctam, cum dicit: Quae per Spiritum sanctum diffunditur. Haec autem dicitur dimittere peccata quantum ad meritum, sicut exponit infra: quia viri sancti per charitatem suam merentur gratiam primam. Vel ideo dicitur dimittere, quia nulli dimittuntur nisi eis, qui recipiuntur infra ecclesiasticam vnitatem: vnde quod quod ipsum refugit affectus recte ordinatus. Vel prout est in effectum puniendi: et sic peccatum eternae mortis debitum dicitur. Sorritur ergo tria nomina secundum comparationem ad actum triplicem.

Quodcumque ligaueris super terram, et cetera. Dub. IV.

Obijcitur contra istam Hieronymi expositionem: quia si istud esset solum per ostensionem, nulla ergo differentia esset sacerdotis noui testamenti ad vetus. Et iterum, si sacerdos est arbiter, et pœnas potest secundum arbitrium suum imponere: ergo videtur quod ad voluntatem suam possit soluere, et ligare. I T E M aliquis hypocrita, qui habet signa contritionis, absoluitur a sacerdote: quæro ergo hic, an clausis erret, an non. Si errat: ergo non debet eum absolueret: sed hoc falsum est, quia iudex secundum ea, quæ apparent, debet iudicare. Si non errat: ergo videtur, quod talis sit solutus in cælis.

R E S P. Dicendum quod quantum ad absolutionem a culpa, sacerdos se habet per modum demonstrantis: quantum ad absolutionem a pœna, se habet per modum dimittentis. Sed attendendum est, quod efficacia sacramenti pendet ex idoneitate suscipientis: actus enim actiuorum sunt in patiente dispositio. Dico igitur quod in talem, qui videtur contritus, habet clausis effectum quantum est de se: sed quod non habet, hoc est ex fictione illius: ita quod quamuis clausis non erret, tamen ille errat, et decipit. Si autem ille qui soluit, obligat secundum voluntatem, ita quod non secundum scientiam, vel iuris regulam procedat, sic clausis non habet efficaciam: et contra tales, qui volebant ad votum soluere, et ligare, loquitur Hieronymus, ostendens hoc de supercilio, et superbia procedere: vnde sicut sacramenta priuatur efficacia, aut quia non recte administrantur, aut quia non recte suscipiuntur: sic de clauibus oportet intelligi.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam huius partis quæritur de clauibus secundum quod spectant ad forum penitentiale. Et circa hoc tria principaliter quærentur. Primo quæritur de clauibus in generali. Secundo de potestate ligandi, et soluendi, quæ est clausis principalis. Tertio de scientia discernendi. Quantum ad primum quærentur duo. Primo quæritur, vtrum clausis Ecclesiæ data sint. Secundo supposito quod sic, quæritur ad quod data sunt.

QVÆSTIO I.

An clausis sint data Ecclesiæ.

Alex. Alenf. 4. p. q. 20. memb. 1. S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 17. art. 1. Et 4. Sent. d. 18. q. 1. art. 1. q. 1. Rich. 4. Sent. d. 18. q. 1. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 18. q. 1. art. 1. Franc. de Mayr. 4. Sent. d. 18. q. 1. Steph. Brul. 4. Sent. d. 18. q. 1. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 18. q. 1.

FVNDA- MENTA. Mat. 16. c.

IRCA quam ostenditur quod clausis Ecclesiæ sint data per illud quod habetur: Tibi dabo clausis regni cælorum. I T E M hoc ipsum probatur per illud quod dicitur: Quorum remisistis peccata, remittuntur eis, et cetera. ergo in potestate Apostolorum fuit introducere ad iustitiam: ergo ad vitâ: sed omnis, qui potest admittere, vel excludere a regno, habet

A clausis regni: ergo Apostolis data fuerunt clausis nisi in quantum erant prælati Ecclesiæ: ergo et cetera. I T E M ratione videtur, quia nullus potest ingredi regnum cælorum nisi per Ecclesiâ: et hoc significatum est, vbi dicitur: Non est hic aliud nisi domus Dei, et porta cæli. Sed constans est quod ad rectum ordinem oportuit prælatos in Ecclesiâ institui: sed nullus sufficienter portæ præest, nisi qui habet clausis ipsius: ergo videtur, quod Dominus clausis Apostolis concesserit.

I T E M decet regem terrenum, vt clausis ostii, siue portæ suis seruis committat, qui ministrant in eius curia: sed non est liberalior rex terrenus, quam rex æternus, immo multo minus: ergo videtur quod aliquibus seruis, siue hominibus clausis commisit.

A D O P P O S I T U M ita arguitur: Nulla necessitas est clauium, vbi ostium semper est patens, et apertum: sed ostium cæli, et Ecclesiæ semper est apertum: ergo et cetera. Minor probatur sic: Ostium paradisi Christus Dominus est, qui dicit: Ego sum ostium: sed illud semper est apertum, quia dicit ipse: Eum, qui venit ad me, non eijciam foras: Vidi, et ecce in cælo ostium apertum: ergo et cetera.

I T E M illi soli conceditur clausis, qui potest claudere et aperire: sed hic est solus Christus: Dabo clausis domus David super humerum eius, et claudet, et non erit qui aperiat et cetera. ergo solius Christi est aperire, et claudere: ergo et cetera.

I T E M solus ille fert clausis, qui potest obstaculum amouere: sed obstaculum regni cælorum solus Christus potuit amouere: ergo et cetera. Probatio minoris. Super illud: Dabo clausis domus David, Glossa: In passione referauit, quod ante non poterat: sed hoc fuit solius Christi: ergo et cetera.

I T E M maius quid est habere clausis paradisi, quam habere clausis mortis, et inferni: sed Christus clausis mortis, et inferni sibi soli referauit, nec dedit Ecclesiæ: ergo clausis regni multo fortius.

C O N C L V S I O.

Clausis ministerij data est Ecclesiæ, qua remouetur debitum peccati dimissio, quia Ecclesiæ pœnam potest taxare, quæ clausis descendit a clausis auctoritatis, mediante clausis.

R E S P. A D A R G. Dicendum quod nomen clausis translatum est ad spiritualia ab ipsis corporalibus. In his autem corporalibus clausis est instrumentum ad remouendum aliquod obstaculum. Quoniam igitur in spiritualibus inuenimus obstaculum ad ingrediendum in regnum cæleste, necesse est illud remouere: Ideo ad spiritualia nomen clausis transferimus, vocantes clausis illam virtutem, per quam obstaculum remouetur, siue per quam excluditur, vel includitur. Secundum hoc igitur notandum, quod cum triplex sit obstaculum ingrediendi in regnum, et triplex potestas illud remouens: triplex est clausis spiritualis, differens secundum gradum, et dignitatē. Obstaculum autem ingrediendi in cælum est debitum alicuius peccati: Hoc autem est triplex. Primum peccati mortalis commissi: et hoc est debitum æterni supplicij. Hoc autem obstaculum solus Deus amouet, quia hoc remouetur per culpæ deletionem: et ideo potestas hoc remouens est potestas diuina, quæ ab aliquibus dicitur clausis auctoritatis. Secundum obstaculum est debitum peccati contracti: et illud est debitum solutionis pretij, et hoc solui potuit per eum, qui potuit satisfacere, talis autem fuit solus Christus: et ideo hæc potestas remouens illud obstaculum est solius Christi: et vocant eam aliqui clausis excellentiæ. Tertium obstaculum est debitum peccati dimissi: quia postquam homini dimissa est culpa, adhuc est obligatus ad temporalem pœnam, et hoc

Genes. 28. d.

A D O P P O S I T U M

Ioan. 10. b. Ioan. 6. d. Apoc. 4. a.

Isai. 22. f.

Ibidem f.

remoueri potest per illum, qui potest peccati pœnâ taxare: et talis est minister Christi, non tantum Christus, et illa potestas est hominibus communicata, et vocatur ista potestas clausis ministerij. Cum igitur triplex sit potestas secundum triplex obstaculum, triplex est clausis. Prima scilicet auctoritatis, a qua est: secunda scilicet excellentiæ: et hæc est in solo Christo: et tertia est clausis ministerij, quæ descendit a clausis auctoritatis mediante clausis excellentiæ: et de hac dictum est Petro: Tibi dabo clausis regni cælorum, et de hac procedunt auctoritates, et rationes ad primam partem. Sed rationes ad oppositum procedunt de alijs clauibus.

Mat. 16. c.

A D illud ergo quod primo obijcitur, quod ostium semper est apertum, dicendum quod hoc verum est de se: sed tamen homo sibi claudit per debitum peccati, quod incurrit, a quo oportet hominem per aliquam clausis liberari.

A D illud quod obijcitur, quod solus Christus potest claudere, dicendum quod illud intelligitur de clausis excellentiæ, per quam clausis lymbum sanctis, ne ibi descendant, et aperuit paradysum: et de ista apertione dicitur in oratione paschali: Deus qui æternitatis aditum deuicta morte reuerasti: de hac intelligitur textus, et glossa: et ita patet sequens obiectio.

A D illud quod obijcitur de clausis inferni, potest responderi secundum aliquos, quod istæ etiam sunt clausis inferni: sed tamen denominantur a digniori, quia dum aperiant cælum, claudunt infernum: sed principaliter sunt ad aperiendum cælum. Potest aliter dici, quod clausis inferni habet Christus secundum quod Deus, quia ipse est qui potest animam, et corpus perdere in gehennam, et qui potest liberare, et ibidem includere: vnde hoc competit ei secundum clausis auctoritatis, quæ est in remouendo culpam: et ideo plus dicitur per clausis inferni, quam per clausis regni: sicut plus est liberare a culpa, et morte æterna, quam liberare ab aliqua pœna temporali introducendo in gloriam: ideo non valet illud.

QVÆSTIO II.

An clausis sint data ad claudendum.

Alex. Alenf. 4. p. q. 20. memb. 1. S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 17. art. 2. Richar. 4. Sent. dist. 18. q. 2. Steph. Brul. 4. Sent. d. 18. q. 2. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 18. q. 3.

FVNDA- MENTA. Isai. 22. f.

AD quid sint istæ clausis. Et supposito quod sint ad aperiendum, quæritur vtrum sint ad claudendum. Et quod sic, videtur: Dabo clausis domus David, et aperiet, et nemo claudet: claudet, et nemo aperiet: sed potestas collata est ministris conformis potestati Christi: ergo ad claudendum, et ad aperiendum.

Mat. 16. c. Ioan. 20. c.

I T E M in datione clausis Dominus dedit non solum potestatem soluendi, sed etiam ligandi, non solum dimittendi peccata, sed etiam retinendi, sicut patet: et per hoc quod solunt, sed etiam aperiendū: et per hoc quod remittunt, similiter: ergo ab oppositis per hoc quod ligant et retinent, erunt ad claudendum: non ergo solum ad aperiendum.

I T E M clausis dicitur metaphoricè in spiritualibus ad similitudinem metis in corporalibus: sed officium clausis non tantum est ad aperire, sed etiam claudere: ergo et cetera.

I T E M si solum est ad aperiendum: ergo pari ra-

atione cum baptismus sit ad aperiendam ianuam, et omnia sacramenta, et præcipue eucharistia, et vinctio extrema, quæ remouet obstacula ad ingrediendum in gloriam: ergo omne sacramentum esset clausis, quod non admittit vsus, nec ratio: ergo et cetera.

A D O P P O S I T U M

1. C O N T R A: Clausis data sunt ad nostram utilitatem: sed utilitas nostra non est, quod regnum cæli nobis claudatur: ergo non sunt ad claudendum.

2. I T E M nihil claudit regnum cælorum, nisi quod apponit obstaculum: appositum autem obstaculum ad ingrediendum non est nisi debitum, quod est ex peccato: sed clausis non sunt ad faciendum homines peccare: ergo videtur quod clausis non sint ad claudendum.

3. I T E M quicumque vitur instrumentum ad illud, ad quod est, recte vitur illo: sed sacerdos claudendo aditum regni non recte facit, sed peccat: ergo clausis non est ei ad hoc data. Probatio minoris: Væ vobis scribæ et Pharisei, qui clauditis regnum cælorum ante homines: ergo peccabant in hoc.

4. I T E M nihil idem est ad oppositos fines: sed claudere, et aperire regnum cælorum sunt opposita: ergo clausis non ordinatur ad hæc duo.

5. Quæritur etiam iuxta hoc, cum malum exemplum claudat regnum cælorum, et bonum aperiat, quare non dicitur clausis.

6. I T E M cum soluere, et ligare non sit clausis vsus, sed magis manus, non videtur quod Dominus deberet clausis attribuere vsus ligandi, et soluendi: quod tamen facit: quæritur ergo vnde hoc fit.

C O N C L V S I O.

Clausis data Ecclesiæ non modo sunt data ad aperiendum, sed etiam ad claudendum, licet propter apertionem.

R E S P. A D A R G. Dicendum quod potestas sacerdotibus communiter concessa super subditos, non est ad omnino soluendum debitum, quia non debebat hæc cui libet communicari, ne culpa sine pœna remaneret: ideo data est ei potestas, vt ligando soluere, ligando scilicet ad vnum, absoluerent ab alio: sed non est data potestas ligandi nisi propter solutionem. Quoniam igitur soluere aliquem a debito est remouere obstaculum: et hoc est aperire cælum, et per consequens ligare est claudere. Ideo dico, quod clausis istæ simul sunt ad ligandū, et soluendum: claudendum, et aperiendum. Sed actus ligandi, et soluendi competit eis immediate, et in subiectū: sed actus aperiendi in relatione ad finem vltimum. Et quoniam instrumentum denominatur ab optimo, et a fine. Ideo magis denominatur illa potestas a nomine respiciente finem: Quia vero instrumentum ordinatum ad claudendum, et aperiendum in corporalibus est clausis: ideo talis potestas recte dicitur clausis: non tamen est omnimoda similitudo, sed aliqua. Clausis enim materialis ad vtrumque principaliter est, et principaliter ad claudendum propter latrones, et fures: sed spiritualis principaliter est ordinata ad aperiendum: nec est ordinata ad claudendum nisi propter apertionem: sicut nec ad ligandum nisi propter solutionem, et ita quemadmodum medicina est scientia sani et agri: sani per se, et agri per accidens: ita intelligendum est in proposito. Concedo ergo quod sit ad claudendum, licet non omnino eodem modo, quo clausis materialis.

Explicatio.

1. 2. 3. A D illud ergo quod obijcitur, quod clausis est nobis damnosa, et fit per peccatum, dicendum quod sicut in corporalibus quædam est ligatio simpliciter nocens, et impediens, sicut cum ligatur homo propter paralysim: quædam simpliciter expediens sicut cum ligatur homo cum medicamine emplastris: sic et in spiritualibus ligatio peccati impedit: sed

Jugatio sacerdotalis melius facit ad velociorē, et expeditiorē solutionem. Similiter intelligendum est de clausione, quod est quedam bona et expediens, et hac ligat clavis non alia, ipse autem opponit de alia: et per hoc patet responsio ad tria obiecta: ligat enim non debito peccati sed impositione, siue superpositione remedij.

4. Ad illud quod obijcitur, quod nihil idem est ad oppositos fines, dicendum quod verum est intelligendo de fine per se, sed de fine intelligendo, ita quod ad vnum est per se, ad alterum per accedens, nihil impedit: sic autem dicimus in proposito esse.

Ad quæst. lateralem. 5. Ad illud quod queritur quare exemplum non dicitur clavis, dicendum quod officium clavis est quod eadem soluit, et ligat, et claudit, et aperit: et solum est hæc potestas sacerdotalis: ideo sola dicitur clavis: unde baptismus non dicitur clavis, eo quod tantum aperit: similiter nec bonum exemplum, econverso peccatum vel malum exemplum tantum claudit: et ideo neutrum dicitur clavis. Præterea: Exemplum disponit a remotis: sed clavis aperit de propinquo: ideo clavis non debet dici.

6. Ad illud quod obijcitur, quod clavis non est soluere, dicendum quod potestas illa habet actum in relatione ad subiectum, et in relatione ad finem actum. In comparatione ad subiectum respicit potestatis usum, sed in comparatione ad finem respicit fructum. Et quia denominatio est ab optimo, ideo Dominus clauem illam potestatem vocavit. Sed quia executio, et usus respicit actum primum: ideo illi clavi actum soluendi, et ligandi attribuit.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER quantum ad secundum articulum queritur de potestate ligandi, et soluendi in foro penitentiali, de qua duo queruntur. Primo queritur, vtrum hæc potestas possit in culpa. Secundo queritur, vtrum possit in pœnam.

QVÆSTIO I.

An Sacerdos habeat posse in culpam.

Alex. Alenf. 4. p. q. 21. memb. 1. S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 18. art. 1. Rich. 4. Sent. d. 18. ar. 2. q. 1. Tho. Argen. 4. Sent. d. 18. q. 1. ar. 3. Steph. Brul. 4. Sent. d. 18. q. 3. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 18. q. 1. Gabr. Biel. 4. Sent. d. 18. q. 1.

AD OPPOSITIVM Ioan. 20. c.

IRCA quam sic proceditur. Et videtur, quod habeat posse in culpam: Quorum remiseritis peccata remittuntur, et quorum retinueritis et cetera. ergo videtur quod habeat posse supra peccata.

1. ITEM sacramentum penitentiae est remedium contra mortale actuale, sicut baptismus contra originale: ergo sicut virtute baptismi deletur originale, ita virtute penitentiae mortale actuale: sed virtus penitentiae principaliter consistit circa claves: ergo videtur et cetera.

3. ITEM vir iustus merito vitæ potest alij primam gratiam impetrare, cui non est commissum officium mediatoris: sed sacerdoti per officium clauium est commissum officium mediatoris: ergo multo fortius sacerdos gratiam impetrare potest: ergo et peccata dimittere.

4. ITEM communiter conceditur quod sacramentum baptismi delet omnem culpam, sed tamen in hoc non derogatur diuinæ potentiae in aliquo: sed maioris virtutis est susceptiuus spiritus rationalis, quam aqua: ergo videtur quod sine aliquo inconuenienti possit dici, quod sacerdos virtute clauium ministerialiter absoluat a culpa.

CONTRA: Cum Dominus dixisset: Fili dimittuntur tibi peccata tua: statim dixerunt, Hic blasphematur: sed non credebant blasphemare ob aliud, nisi quia peccata dimittere est solius Dei: non est ergo sacerdotis.

ITEM Augustinus, et Gregorius dicunt, quod in infucitatione Lazari mortui significata est resuscitatio peccatoris: sed Lazarus est prius a Domino viuificatus quam traderetur discipulis exoluendus: ergo absolutio sacerdotis nihil valet, antequam homo sit viuificatus per gratiam, et fuscitatus a morte culpæ: ergo sacerdos non potest super culpam.

ITEM parus potestatis est interius baptizare, et a culpa absoluere mortali: sed Deus non debuit potestatem baptizandi interius communicare, ne spes poneretur in homine: ergo pari ratione nec potestatis absoluendi ab actuali.

ITEM nullo modo fit remissio culpæ nisi per gratiam: sed gratiam dare est potentiae infinite, sicut monstratum est in præcedentibus: ergo et cetera.

CONCLUSIO.

Clavis Ecclesia data proprio non se extendunt supra culpam, licet se extendant per modum deprecationis, et impetrantis.

RESP. AD ARG. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, quod circa hoc est duplex modus dicendi secundum diuersos doctores. Aliqui enim dicere voluerunt, quod dupliciter est loqui de clauium potestate. Aut prout operatur in proposito confitendi, aut in actu confessionis. Si prout operatur in proposito confitendi, sic quia illud propositum clauditur in contritione, et in contritione primo deletur culpa: sic virtus clauium quodam modo se extendit ad delendam culpam. Non enim a culpa potest iustificari, nisi proponat sacerdoti confiteri. Si autem loquamur de potestate, prout operatur in actu absoluendi: sic non potest in culpam, pro eo quod digne accedens ad absolutionem, accedit contritus, et fuscitatus: et ita est ei iam culpa remissa. Sed iste modus dicendi licet videatur probabilis, tamen habet in superficie phantasiam. Primum, quia baptismus sacramentum non dicitur operari, antequam homo baptizetur, alioquin operatum fuisset ab initio, pari ratione nec clavis. ITEM plus potest vnumquodque in re, quam in solo proposito: si ergo in proposito delet culpam, quâto magis dum exhibetur in re ipsa? Et iterum: Possibile est quod aliquis ad absolutionem accedat attritus sicut ad baptismum, quare tunc non fiet attritio contritio, cum non sit fictus? Et ideo est alius modus dicendi, quod habens clauem, et potestatem clauis, mediator est Dei ad hominē, et hominis ad Deum. Unde per ipsum peccator ascendit ad Deum: et sic est sacerdos os peccatoris, siue loquens pro peccatore: et per ipsum descendit Deus ad hominē: et sic est sacerdos angelus Dei, immo os, eo quod ipse se parat pretiosum a vili. Secundum quod ascendit habet se per modum inferioris, et supplicantis: secundum quod descendit, per modum superioris, et iudicantis. Secundum primum modum potest gratiam impetrare, et ad hoc est idoneus: secundum secundum modum potest Ecclesiam reconciliare: Et ideo in huius significatione in forma absolutionis præmittitur deprecatio per modum deprecationis, et sub-

FVNDAMENTA. Mar. 2. a

Aug. in 10. trailla. 49. 10. 9. et de vera et falsa pœn. c. 3. 10. 4. et ser. 8. de serm. Domini. 10. 10. Greg. ho. 26 in Euang. 10. 3.

Opinio 1.

Improbatio

Opinio 2.

et subiungitur absolutio per modum iudicatum: A sed nisi remissionem culpæ, aut pœnæ, sed non culpæ, ergo pœnæ. ITEM qui peccauit peccato occulto, et post contritum, ante absolutionem sacerdotis non apparet ligatus nec sibi, nec alij. Sibi non: quia videt se habere bonam voluntatem. Alijs non: quia non vident in eo nisi bonum: ergo videtur quod non sit alicuius utilitatis ipsum ostendere absolutum, immo quod non ostendatur.

Nam. 6. d

1. AD illud quod obijcitur de Ioanne, dicendum quod vel illud de remissione dicitur quantum ad ostensionem, vel solum quantum ad pœnam. 2. AD illud quod obijcitur, quod sacramentum penitentiae est contra morbū actualis peccati mortalis, dicendum quod sacramentum penitentiae accipitur prout comprehendit rem interiorē, scilicet contritionem per eum modum, per quem in perfectione penitentiae tria concurrunt, scilicet contritio, confessio, et satisfactio.

3. AD illud quod obijcitur, quod vir iustus impetrat gratiam, dicendum quod verum est, tamen non largitur: et bene sacerdos potest tibi gratiam impetrare peccatori, sed ipse non dat eam, sed alius: et ideo soli illi attribuitur absolutio a culpa.

4. AD illud quod obijcitur de sacramento baptismi, dicendum quod baptismus delet culpam per gratiam, sed tamen non est illius causa efficiens, sicut supra ostensum est, sed virtus diuina. Et baptismus dicitur peccata remittere ratione rei interioris, quâ solus Deus infundit: similiter et penitentiae sacramentum. Sed potestas clavis dicit potestatem creaturæ rationalis, nec concernit gratiam, sed quod exterius est, quia clavis est extra in sacerdote, et ideo non sic ei attribuitur: si enim sibi attribueretur mûdatio, cum hoc non possit intelligi per modum informandi, intelligeretur per modum efficiendi.

QVÆSTIO II.

An sacerdos possit aliquid in pœnam.

Alex. Alenf. 4. p. q. 21. memb. 2. art. 1. 2. et 3. S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 18. art. 2. Richar. 4. Sent. dist. 18. art. 2. q. 2. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 18. q. 1. art. 2. Steph. Brul. 4. Sent. d. 18. q. 3. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 18. q. 1. Gabr. Biel. 4. Sent. d. 18. q. 1.

FVNDAMENTA.

TRVM sacerdos possit aliquid in pœnam. Et quod sic, ostenditur per Magistrum in littera, ibi: Ligant quoque sacerdotes, dum satisfactionem penitentibus imponunt: soluunt autem, dum de ea aliquid remittunt: ergo videtur quod aliquid remittunt de pœna.

ITEM nihil est in peccatore remittendum, nisi vel offensa, vel pœna: sed offensam remittit Deus, non sacerdos: ergo si pœnam solus Deus remittit: videtur ergo quod sacerdos a nullo absoluit: falsum ergo dicit sacerdos, dicens: Ego te absoluo.

ITEM sicut sacerdos nouæ legis se habet ad sacerdotem veteris: sic sacramenta nouæ legis ad sacramenta veteris legis: sed sacramenta nouæ legis exhibent quod illa demonstrabant, et significabant: ergo sacerdotes nouæ legis dant quod illi præfigurabant: sed illi præfigurabant in suis actibus remissionem: ergo videtur quod isti sacerdotes eam tribuât:

sed nisi remissionem culpæ, aut pœnæ, sed non culpæ, ergo pœnæ.

ITEM qui peccauit peccato occulto, et post contritum, ante absolutionem sacerdotis non apparet ligatus nec sibi, nec alij. Sibi non: quia videt se habere bonam voluntatem. Alijs non: quia non vident in eo nisi bonum: ergo videtur quod non sit alicuius utilitatis ipsum ostendere absolutum, immo quod non ostendatur.

1. CONTRA per Hieronymum: In remittendis, et in retinendis culpis id iuris habent euangelici sacerdotes, quod olim habebant sub lege legales: sed illi non ostendebant nisi mundatum, ita quod non mundabant a culpa, nec absoluebant a pœna: ergo similiter et isti.

2. ITEM si remittat pœnam, aut æternam, aut temporalem. Aeternam non, istud constat, quia illa inseparabilis est a culpa, et præterea est infinita: ergo non potest remitti nisi a virtute remittente culpam, et a virtute infinita: ergo non a sacerdote. Præterea: Si Deus remitteret culpam sine pœna æterna: ergo aliquis esset sine culpa, et reus mortis æternæ: sed non caret quis culpa nisi per charitatem: ergo simul haberet charitatem, et reatum pœnæ æternæ: et ita simul esset dignus morte æterna, et gloria, quod est impossibile: non ergo remittit culpam sine pœna æterna: ergo sacerdos non remittit pœnam æternam.

3. ITEM non remittit pœnam temporalem, quoniam ad illam ligat: et constat quod non ligat, et soluit respectu eiusdem. Si tu dicas, quod absoluit a pœna purgatoria, et ligat expiatoria, siue satisfactoria. Contra: Pœna purgatoria est de alio foro: ergo ab illa non potest sacerdos absoluere.

4. ITEM si quis moriatur ante perfectionem penitentiae, punietur in purgatorio: sed non debet puniri pœna, a qua est absolutus: ergo ab illa numquam fuit absolutus.

5. ITEM Dominus dum remittit culpam, remittit pœnam totam: nec obligat ad pœnam nisi quantum exigit sua iustitia: ergo si aliquis remittit aliquid vltius de illa pœna, præiudicat diuinæ iustitiae: sed nullus potest diuinam iustitiam præiudicare: ergo nullus de pœna temporali, ad quam obligatur peccator, potest aliquid remittere.

6. ITEM si posset partem remittere, aut plus remittit ei, qui plus peccauit, aut plus ei, qui minus. Si plus, vel tantum ei, qui minus: ergo videtur quod si aliquis parum peccauit, ita etiam parum debetur ei de pœna, quod totum relinqueret: ergo pro paruo peccato non est imponenda aliqua pœna, quod est inconueniens. Si remittit minus: ergo ei, qui minus dignus est, magis remittit: sed hoc est inconueniens: ergo, et cetera.

7. ITEM si remittit partem, alius sacerdos potest remittere aliam partem, et sic deinceps, et sic totum remitti: quod non competit, vt videtur secundum forum commune.

CONCLUSIO.

Sacerdos remittit aliquam partem pœnæ, non æternæ, nec purgatorie, sed illius pœnæ ad quam Deus obligat peccatorem post absolutionem a culpa.

RESP. AD ARG. Dicendum quod præterpositionem illam, quam Magister ponit in littera, qua aliqui senserunt, quod absoluit a pœna æterna, quam etiam satis efficaciter improbat, tres sunt hic modi dicendi. Vnus modus dicendi est, quod sacerdos absoluit non a pœna, sed a vinculo confessionis ligando ad pœnam satisfactionis. Et ista positio videtur trahi ex verbis Hugonis in libro de potestate ligandi, vbi distinguuntur septem vincula, scilicet: obdu-

AD OPPOSITIVM In Mat. ca. 16. lib. 3. 10. 6.

Opinio 1.

obdurations, seruitutis, captiuitatis, æternæ damnationis siue punitionis, perpetuæ detestationis, confessionis, et pœnalis expiationis. A primis tribus absoluit Deus per gratiam, et misericordiam. A vinculo obdurations absoluit per gratiam præparantem, quæ emollit cor ad pœnitentiam, et est gratia gratis data. A vinculo seruitutis per gratiam præuenientem, quæ est gratumfaciens, et liberat a seruitute peccati. A vinculo captiuitatis per gratiam cooperantem, quæ expedit hominem, et soluit, seu excitat ad bona opera. A vinculo quarto, scilicet æternæ damnationis soluit ligando ad quintum, scilicet ad vinculum perpetuæ detestationis. A sexto vero soluit per ministrum ligando ad septimum. Sacerdos enim soluit peccatorem confitentem, vt non teneatur confiteri, sed ligat ad vinculum satisfactionis. Sed illud non sufficit, quia sacerdos in absoluendo non dicit: Absoluo te a confessione, sed a peccatis. Ab illis ergo absoluit vel quantum ad pœnam, vel quantum ad culpam: ergo plus oportet dicere. Ideo est secundus modus dicendi, quod sacerdos absoluit non tantum ab hoc vinculo, sed etiam a pœna purgatoria, ligando ad pœnam satisfactionis: sed non soluit aliquam partem pœnæ relaxando, sed solum commutando: et hoc sub conditione si explet satisfactionem iniunctam. Sed si illa satisfactio sit condigna, absoluit a tota, si non, absoluit a tanta: et ideo si peccator moriatur ante complementum satisfactionis condignæ, oportet eum puniri in purgatorio. Sed nec illud sufficit, adhuc, quia iste peccator post absolutionem diuinam non ligatur ad pœnam purgatoriam magis, quam ad aliam. Et hoc patet, quia tantum potest conteri, quod Deus totum remittit, et statim euolabit: ergo non oportet quod illam commutet. Et iterum: Si non facit nisi commutare, et ligat ad condignam: ergo nullum fructum reportat inde pœnitens, et pro nihilo dicit: Ego te absoluo ab omnibus peccatis, quæ omnia magna sunt inconuenientia: sunt et alia quæ omittuntur breuitatis causa. Et ideo est tertius modus dicendi magis consonus rationi, et fidei pietati, quod sacerdos aliquam partem pœnæ absolueno dimittit ex vi clauis: Et hoc possumus intelligere sic: quia vniuersa via Domini misericordia, et veritas: et ideo in iustificatione, quæ est opus misericordie, misericordia sic remittit culpam, vt iustitiæ regulam non prætereat. Propterea adhuc detinet obligatum ad pœnam. Illa autem pœna ob rigorem diuinæ iustitiæ est viribus nostris improportionabilis, et nostræ cognitioni ignota: et pro illa oportet quod satisfaciatur Deo. Prouidit adhuc ergo nobis viam misericordie diuinæ, et constituit arbitrum sacerdotem, et illi dedit potestatem arbitrandi, et taxandi pœnam, et manifestandi nobis, et partem pœnæ remittere ex virtute passionis Christi, vt diuina iustitia pro illa parte solutionem ab isto non exigat, sed ex passionis Christi pœna sit contenta. Quanta sit illa pars nostrum non est determinare, sed Dei: Et tunc sacramentum pœnitentiæ non tantum erit onerosum, sed etiam fructuosum. Hanc ergo opinionem sustinendo concedendum est, quod sacerdos remittit aliquam partem pœnæ sicut ostendunt rationes, non æternæ sicut ostendunt alia: non purgatorie, sed communiter illius pœnæ, qua Deus obligat peccatorem post absolutionem a culpa. Et pro illa nunquam puniatur in purgatorio, nec alibi: Sed pro alia parte, a qua non absoluit, vel puniatur hic sufficienter, vel Dominus exiger in purgatorio.

1. Ad illud ergo quod obiicitur de Hieronymo, dicendum quod est ostendere per solum demonstrationem, sicut ostendit ille, qui digito monstrat aliquid. Et est ostendere per quandam exhibitionem, vt artifex ostendit imaginem inchoatam, quando eam consummat. Dico ergo quod Hieronymus vult dicere, quod sacerdos euangelicus quantum ad absolutionem a culpa absoluit solum ostendendo, scilicet demonstrando absolutum: sed quantum ad absolutionem a pœna ostendit: non solum sensui manifestando, sed etiam perficiendo, et exhibendo.

2. 3. 4. Ad illud quod obiicitur de pœna purgatoria, et æterna, dicendum quod concedendum est, sed aliter, et aliter: quia ab æterna nullo modo soluit, a purgatoria absoluit non per se, sed per accidens: quia cum in pœnitente virtute clauium minuitur debitum pœnæ temporalis, non ita acriter puniatur in purgatorio, sicut si non esset absolutus.

5. Ad illud quod obiicitur, quod hoc præiudicat diuinæ iustitiæ, dicendum quod falsum est. Sicut enim in baptismo per passionis Christi meritum, et solutionem soluitur peccator a tota pœna, ita in pœnitentia per eiusdem passionis Christi virtutem soluitur a parte pœnæ: ita quod in nullo præiudicatur iustitiæ, imo verificatur illud psalmistæ: Misericordia, et veritas obuauerunt sibi: misericordia enim supererogando pretium, iustitiæ satisfaciunt.

6. Ad illud quod queritur, si remittit partem, aut maiorem ei qui magis habet et cetera, dicendum quod misericordia non considerat meritum, sed miseriam: et ideo diuina misericordia, quæ subuenit hic miseris non considerando in eis meritum, sed demeritum, subuenit per meritum Christi, et remittit partem æqualem omnibus, non inquam secundum absolutam comparisonem, sed proportionalem, vt si illi qui debet centum remittit decem: et ei qui debet decem, remittit vnum: et ideo qui magis peccauit, dum pœnitent, tenetur ad magnas gratiarum actiones: et hoc melius patebit, cum ostendatur, quo modo in omni opere Domini est misericordia, et veritas.

7. Ad illud quod obiicitur, quod si quilibet remittit partem, tunc videtur quod tota aliquando remittatur, dicendum quod primus sacerdos, cui confitetur, si paratus est, totum remittit de ipsis culpis, quod per vim clauium debet remitti, et ideo alius non remittit: bonum est tamen alteri confiteri, tum propter instructionem, tum propter maiorem certitudinem, tum propter eius intercessionem, tum propter verecundie meritum, et arctam satisfactionem, et humiliationem.

A tam, quando eam consummat. Dico ergo quod Hieronymus vult dicere, quod sacerdos euangelicus quantum ad absolutionem a culpa absoluit solum ostendendo, scilicet demonstrando absolutum: sed quantum ad absolutionem a pœna ostendit: non solum sensui manifestando, sed etiam perficiendo, et exhibendo.

2. 3. 4. Ad illud quod obiicitur de pœna purgatoria, et æterna, dicendum quod concedendum est, sed aliter, et aliter: quia ab æterna nullo modo soluit, a purgatoria absoluit non per se, sed per accidens: quia cum in pœnitente virtute clauium minuitur debitum pœnæ temporalis, non ita acriter puniatur in purgatorio, sicut si non esset absolutus.

5. Ad illud quod obiicitur, quod hoc præiudicat diuinæ iustitiæ, dicendum quod falsum est. Sicut enim in baptismo per passionis Christi meritum, et solutionem soluitur peccator a tota pœna, ita in pœnitentia per eiusdem passionis Christi virtutem soluitur a parte pœnæ: ita quod in nullo præiudicatur iustitiæ, imo verificatur illud psalmistæ: Misericordia, et veritas obuauerunt sibi: misericordia enim supererogando pretium, iustitiæ satisfaciunt.

6. Ad illud quod queritur, si remittit partem, aut maiorem ei qui magis habet et cetera, dicendum quod misericordia non considerat meritum, sed miseriam: et ideo diuina misericordia, quæ subuenit hic miseris non considerando in eis meritum, sed demeritum, subuenit per meritum Christi, et remittit partem æqualem omnibus, non inquam secundum absolutam comparisonem, sed proportionalem, vt si illi qui debet centum remittit decem: et ei qui debet decem, remittit vnum: et ideo qui magis peccauit, dum pœnitent, tenetur ad magnas gratiarum actiones: et hoc melius patebit, cum ostendatur, quo modo in omni opere Domini est misericordia, et veritas.

7. Ad illud quod obiicitur, quod si quilibet remittit partem, tunc videtur quod tota aliquando remittatur, dicendum quod primus sacerdos, cui confitetur, si paratus est, totum remittit de ipsis culpis, quod per vim clauium debet remitti, et ideo alius non remittit: bonum est tamen alteri confiteri, tum propter instructionem, tum propter maiorem certitudinem, tum propter eius intercessionem, tum propter verecundie meritum, et arctam satisfactionem, et humiliationem.

ARTICVLVS III.

CONSEQUENTER quantum ad tertium articulum queritur specialiter de clauis, quæ dicitur scientia. Et circa hoc duo queruntur. Primo queritur, vtrum scientia sit clauis. Secundo queritur, vtrum sit alia clauis, quam potentia.

QUESTIO I.

An scientia sit clauis.

Alex. Alenf. 4. p. q. 20. memb. 3. art. 1.
Guilel. Alt. 4. Sent. trañ. 6. c. 8.
Steph. Brul. 4. Sent. d. 18. q. 4.
Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 18. q. 6.

I R C A quam ostenditur quod scientia sit clauis. Primo sic: Super illud: Tibi dabo clauis. Glossa: Clauis dicitur scientia, et potentia qua debet dignos recipere, et indignos repellere: ergo scientia est clauis.

F V N D A - M E N T A. Mat. 16. c.

I T E M

I T E M in quodam sermone de Apostolis, Petro, et Paulo dicitur: Petrus accepit clauem potentie, Paulus vero clauem scientie: ergo scientia est clauis.

I T E M ratione videtur, quia omne illud, quod directe repugnat errori, scientia est, vel de genere scientie: sed clauis aliqua est huiusmodi: ergo et cetera.

Probatio minoris, Hieronymus super illud: Tibi dabo clauis: Sciat prudens lector hoc esse de futuro promissum, quia si statim data essent, numquam in eo error prauæ confessionis locum habuisset: ergo aliqua clauium excludit errorem.

I T E M Augustinus dicit, et habetur in distinctione precedenti: Qui vult peccata confiteri, vt inueniat gratiam, querat sacerdotem, qui sciat ligare, et soluere, ne cum negligens circa eum extiterit, negligatur: ergo necessarium est absoluenti habere scientiam: ergo si illud quod tenet rationem ad aperiendum est clauis, videtur quod scientia clauis sit.

S E D C O N T R A: Super illud: Tibi dabo clauis et cetera. Glossa: Præsentis iudicij potestatem: ergo videtur quod vtraque clauis est potestas: non ergo scientia.

I T E M clauis dantur in ordine, et consequuntur præcise ordinem: sed multi habent ordinem, qui non habent scientiam, et econuerso: ergo scientia non est clauis.

I T E M clauis semel habita nunquam amittitur, sicut nec ordo: sed scientia habita potest amitti: ergo scientia non est clauis.

I T E M si scientia est clauis, aut scientia innata, aut acquisita, aut infusa. Si innata: ergo clauis sunt a natura. Si scientia acquisita: ergo clauis sunt per acquisitionem, non per gratiam. Si infusa: sed multi sunt, qui nihil nouerunt per infusionem propter suam nequitiam: ergo mali non habent clauis. Si tu dicas, quod infunditur scientia, quæ est gratis data, sicut Salomoni. Contrarium videmus aperte, quia omnes fere ita sunt simplices, et idiotæ: post suspensionem sacerdotij, vt ante.

CONCLUSIO.

Scientia non est clauis secundum quod dicitur habitum, sed secundum quod dicitur auctoritatem suo officium discernendi, qua consequitur ordinem inseparabiliter.

R E S P. A D A R G. Dicendum quod circa hoc duplex fuit opinio antiquorum. Quidam enim dixerunt quod scientia est clauis, prout scientia nominat habitum sciendi discernere. Sed non est clauis principalis, nec per se, sed prout iuncta est auctoritati ligandi, et soluendi: et hæc clauis non est esse ordinis, sed de bene esse, ita quod si aliquis recipit ordinem de facto, non habens scientiam, factum est: sed executionem iurisdictionis absoluendi non recipit sine periculo animæ, eo quod altera clauium caret. Et hi dixerunt, quod quidam habebant scientiam clauium, vt illi qui habent scientiam acquisitam. Quidam clauiculam, vt illi qui carent acquisita, tamen per naturalem industriam noscunt quod ars docet et scriptura. Quidam vero nullam, vt qui carent vtraque. Et videtur fuisse opinio Magistri. Sed non videtur hoc bene posse sustineri, licet aliquam habeat probabilitatem, cum dicamus has clauis ordinem consequi, et ita dari sicut ordinem: et ita durare, sicut ordo durat. Et ideo est secunda opinio, quod scientia non est clauis secundum quod dicitur habitum, sed in quantum dicit auctoritatem, siue officium discernendi. Hoc autem officium siue hæc auctoritas est consequens ordinem inseparabiliter. Et hæc est clauis essentialiter. Et hæc fuit Præpositiui. Et hanc tenent communiter doctores, hoc

addentes quod scientia habitus est sicut dispositio faciens ad bene esse, vel etiam sicut dispositio materialis, sine qua altera clauis exire non potest in actum. Sicut enim vis visiva non est humidum crystallinum, tamen illud exigit ad suam operationem: sic ipsa auctoritas discernendi requirit habitum scientie: et quanto melius habetur scientia, tanto meliori modo habetur clauis. Et ideo maluerunt sancti hanc clauem vocare hoc nomine, quam alio. Ex his patent obiecta ad vtramque partem. Nam primæ auctoritates quæ dicunt scientiam clauem, intelliguntur de scientia prout dicit auctoritatem discernendi.

Ad illud quod obiicitur de Hieronymo, dicendum quod non intelligit tantum quantum ad esse, nec etiam solum quantum ad bene esse, sed etiam vterius quantum ad perfectum esse: sicut fuerunt in Apostolis, qui post aduentum Spiritus sancti non fuerunt decepti, nec a varietate abducti.

Ad illud quod obiicitur de Augustino, quod solus sciens potest vtiliter ligare, dicendum quod hoc non est quia habitus scientie sit clauis, sed quia dispositio est ad clauem, sicut dictum est.

Q V A E autem ad oppositum inducuntur, concedenda sunt, quoniam verum concludunt, scilicet scientiam, vt dicitur habitum, non esse clauem.

QUESTIO II.

An scientia sit alia clauis quam potestas soluendi.

Alex. Alenf. 4. p. q. 20. memb. 3. art. 2.
Guilel. Alt. 4. Sent. trañ. 6. c. 8. q. 2.
Rich. 4. Sent. d. 18. q. 3.
Franc. de Mayr. 4. Sent. d. 18. q. 2.
Steph. Brul. 4. Sent. d. 18. q. 5.
Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 18. q. 7.



T R V M scientia sit alia clauis quam potentia soluendi. Et quod sic, videtur. Primo auctoritate Domini: Tibi dabo clauis regni cælorum: si ergo Dominus vere, et proprie est locutus: non ergo tantum clauis, verum etiam clauis dedit: ergo plures sunt clauis, sed non nisi potentia, et scientia: ergo et cetera.

I T E M habitus, et potentia per actus dignoscuntur: ergo pari ratione et instrumenta: sed scientia est ad discernendum, siue nominet habitum, siue auctoritatem: potentia vero ligandi, et soluendi est ad alterum actum: ergo et cetera.

I T E M quæ habent opposita diuersa, ipsa sunt diuersa: sed scientia opponitur errori, vt dicit Hieronymus, et habetur in precedenti problemate. potentia autem soluendi opponitur difficultati: ergo et cetera.

I T E M quæ respiciunt diuersas animæ vires diuersa sunt, loquendo de his quæ superadduntur potentij, pro eo quod accidentia, et proprietates per subiecta propria distinguuntur: scientia ad intellectum, et potentia ad effectum refertur: ergo videtur quod sint duæ.

C O N T R A: Clauis vel est ordo sacerdotalis, vel proprietates inseparabiliter annexa, sicut infra videbitur: sed ordo ille est vnus: ergo et clauis ad illum ordinem spectans est vna.

I T E M clauis sunt directe ad regnum cælorum aperiendum, et ad obstaculum remouendum: sed

F V N D A - M E N T A. Mat. 16. c.

Ex 1. de ani. contem. 23.

Hoc ponit Alex. q. 79. m. 4. sed in Resp. Doct. aliter tenet.

AD O P P O S I T V M. Dist. 19. ar. 2. q. 1. et 2.

fed regnum illud non est nisi vnum; et ostium, quod sacerdos aperit, non est nisi vnum, scilicet debitum...

3. I T E M aut potentia ligandi, et soluendi aperit per se solam, aut iniuncta auctoritati discernendi. Constat quod non per se solam, sicut prius visum est...

CONCLUSIO.

Clavis discretionis, et clavis qua est potentia absoluendi, sunt duae claves distinctae, cum discretio, et absolutio sint duo actus.

RESP. AD ARG. Ad praedictorum intelligentiam est notandum, quod distinctio clauium praedictarum diuersimode sumitur a diuersis. Quidam enim distinctionem harum clauium sumunt penes id, a quo sunt, et ad quod finaliter reducunt...

Opinio 1.

Opinio 2.

malum nobis inflictum, scilicet errorem per scientiam, et difficultatem per absoluendi potentiam. Sed iste modus minus probabilis est quam primus, tum quia secundum rectam viam distinctionem clauium non inquiri, tum quia etsi scientia sit in intellectu...

Improbatio

Opinio Deo

Bern. serm. 49. sup. Ch. 107. 1.

DIST.

D I S T I N C T. X V I I I. P A R S I I.

DE MODO LIGANDI IN FORO IVDICIALI, quare et qualiter fiat.

EST et alius modus ligandi et soluendi, qui per excommunicationem geritur: dum aliquis secundum canonicam disciplinam tertio vocatus ad emendationem manifesti delicti, et satisfacere vilipendens, sententia Ecclesiae a loco orationis, et sacramentorum communione, et fidelium consortio praescinditur...

Quo modo secundum hos modos intelligendum sit illud: Quodcumque solueritis, et c.

SECUNDVM hos ligandi et soluendi modos quo modo verum est quod dicitur: Quodcumque solueritis super terram, erit solutum et in caelis: et quodcumque ligaueritis super terram, erit ligatum et in caelis, et cet. Aliquando enim ostendunt solutos vel ligatos, qui ita non sunt apud Deum: et pena satisfactionis vel excommunicationis interdum indignos ligant vel solvunt: et indignos sacramentis admittunt, et dignos admitti arcent...

HIC queritur: Quae sit illa macula, et quae sint illae tenebrae interiores, a quibus Deus interiorius animam purgat, cum veram penitentiam immittit. De tenebris et interiori caligine satis facile est et intelligere, et respondere. Cum enim quis mortaliter delinquit, et gratia virtutis priuatur, si qua praecessit, et naturalium bonorum elisionem patitur...

1. Cor. 5. b

Mat. 16. c

Super Leuit. ho. 14. ad. 24. cap. eiusdem in medio homi lia, in 10. 1.

Pf. 147. b

Louis. 11. f. Num. 19. d

peccato.

peccato, et est a Deo elongatio, anime macula intelligitur, a qua purgatur in penitentia. Hoc autem solus Deus facit, qui solus suscitatur animam et illuminat, quod sacerdotes nequeunt, qui tamen medici sunt animarum. Unde Propheta: Numquid medici suscitabunt, et confitebuntur tibi? quod exponens Augustinus ait: Boni doctores recte medici dicuntur: qui viuentes curare ministerio possunt, sed non mortuos suscitare. Sola enim Dei gratia mortui reuiuiscunt.

Aug. in ps. 87. ad ps. 10. s. in sensu.

DIST. XVIII. PARS II.

De clauibus, et eorum usu in foro iudiciali.

Et alius modus ligandi, et soluendi, et cet.

Expositio textus.



Vnde R. A. egit Magister de usu et potestate clauium in foro penitentiali, que quidem est per absolutionem, et ligationem in foro illo. Hic secundo agit de absolutione, et ligatione in foro iudiciali, que quidem est per excommunicationem: et habet hanc pars tres partes. In prima assignat hunc modum ligandi, quare et qualiter fiat. In secunda vero auctoritate sacre Scripture confirmat, ibi: Secundum hos ligandi, et soluendi modos. In tertia ad intelligentiam illarum auctoritatum quamdam questionem querit, et determinat, sci licet que sit anime macula, vel tenebra, a qua Deus mundat, ibi: Hic queritur, qua sit illa macula.

Diuisio.

Sibi ipsi relinquuntur, ut sit eis liberum, et cet. Dub. I.

Videtur male dicere, quia liberum arbitrium non respicit magis, et minus: ergo non est modo liberius post excommunicationem ad peccatum, quam ante. Item iuxta hoc queritur, que sint mala, que incurrit quis per excommunicationem.

R. s. p. Dicendum quod libertas peccandi non est libertas, sed defectus libertatis. Liberum ergo arbitrium prout dicitur liberum a culpa, quia hic non est libertas essentialis, sed accidentalis, dicitur magis, et minus liberum, et tunc magis est liberum, quando melius se potest defendere, et minus liberum, quando minus se potest defendere a peccati dominio. Quonia igitur meritis orationum Ecclesie multi sustentantur, et defenduntur a culpis, tunc dicuntur liberiores ad peccatum perpetrandum fieri, quando auferuntur eis suffragia Ecclesie. Vnde patet quo modo illud verbum intelligitur. Et nota quod multa sunt incommoda, que incurrit excommunicati, que notantur his versibus:

Gratia subtrahitur, magis ac magis obice rupro. De vitio ruit in vitium, suffragia perdit.

Et satana citius vexandus traditur ille.

Quam ligat ex proprijs anathematizatio culpis.

Et intelliguntur quantum ad expositionem, vel de seiectionem: sicut rex diceretur militem tradere inimico, quem non defenderet ab eius vexatione.

Sed intelligendum est hoc in illis, quorum merita solui, vel ligari postulans, etc. Dub. II.

Greg. 11. 9.

Queritur hic, si aliquis sit iniuste excommunicatus, vtrum habere se debeat pro excommunicato. Et quod sic, videtur, quia dicitur in iure: Sententia pastoris siue iusta, siue iniusta tenenda est, et timenda. Sed contra: Magister dicit, quod illam solam sententiam approbat curia caelestis, que datur ex meritis. Item Fouere et tenere sententiam iniustam est praestare patrocinium iniustitiae: ergo talis sententia, vt videtur nullo modo tenenda est nec ab eo, qui excommunicatur, nec ab alijs. Item Queritur, quo modo sit sententia excommunicationis iniuste lata.

11. 9. 3. Epi scop. praesbi.

R. s. p. Dicendum quod sententia iniusta dicitur ex animo, ex causa, ex ordine. Ex animo, vt cum fertur non zelo iustitiae, sed vindictae. Ex causa, vt cum

non est meritum sufficiens, vel certum, propter quod debeat excommunicari iste, cui infligitur. Ex ordine, vt cum praetermittitur ordo iuris. Si ergo talis excommunicatio feratur in aliquem, distinguendus est: quia aut fertur ab habente canonicam iurisdictionem, aut a non habente. Si ab habente, dicendum quod tenenda est, et timenda, quia non est subditorum discutere sententias maiorum: et si contemnat, grauius peccat. Excipiuntur autem duo casus, videlicet si sententia illa lata est post appellationem legitimam, vel quando continet intolerabilem errorem, vt si diceretur: Excommunico te, quia credis in Deum. In his duobus casibus non querentes absolutionem admittuntur ad eorum probationem: alias autem non admittuntur nisi humiliter petant absolutionem. Absoluit autem Dominus Papa in omnibus ad cautelam, non propter hoc quod reputet fuisse excommunicatos, vel excommunicandos, sed vt ostendat Ecclesiae sententiam quantumcumque sit iniusta, esse formidandam. Vnde timetur, et tenetur non consideratione iniustitiae, sed ob reuerentiam potestatis Ecclesiasticae. Hoc sentendum est secundum iura si excommunicatur ab habente iurisdictionem canonicam. Si autem ab alio excommunicetur, qui non habet canonicam iurisdictionem, et hoc constat, tunc non est timenda, vt pote si sint heretici, vel schismatici, apostatae, intrusi, suspensi a iurisdictione. Si autem talium crimen sit occultum, toleranda est talium sententia, sicut et ipsi tolerantur ab Ecclesia.

24. q. 1. an diuimus.

24. q. 1. an diuimus. 12. q. 2. an licentia

De tenebris, et interiori caligine satis facile est intelligere. Dub. III.

Videtur falsum dicere, quia videmus multos peccatores in peccatis existentes, qui valde bene intelligunt et addiscunt, et ita experimentum est contra hoc. Ita Domini documentum est: Filij huius seculi prudentiores sunt filijs lucis. Item Cum multo magis sit peccatum deordinatum affectus, quam intellectus, et corruptiuum amoris quam luminis, et charitatis quam fidei: videtur potius esse dicendum quod peccatum sit frigus, quam tenebra.

Luca 16. 6

R. s. p. Dicendum quod gratia magis dicitur lux, quam calor, quoniam lux in se habet et virtutem illuminandi, et illuminando magis, et magis virtutem calefaciendi: et ideo plus complectitur lux, quam calor. Et gratia in quantum lux non tantum respicit intellectum, verumetiam affectum, immo lux vt dicitur de gratia, nominat eam vt respicit totam animam: quoniam sicut est forma totius orbis primi, per cuius influentiam fiunt generationes circa partes inferiores: et vna est ratio actualitatis, et diffusionis, secundum quod innuit, et dicit aperte Dionysius in libro de diuinis nominibus: et quia hoc competit gratiae, quae est radix omnium habituum gratuitorum, et principium omnium boni operis: hinc est quod dicitur lux, et peccatum dicitur tenebra: quia tenebra non tantum priuat actum lucis, secundum quem est in sensum visus, sed etiam alios actus, secundum quos est operatiua: et ista tenebra non respicit intellectum tantum, sed intellectum vt extensum ad calorem affectus. Ex his patet obiecta. Quod enim dicitur, quod intellectus viger in peccatoribus, dicendum quod verum est secundum actum qui est pure speculationis, sed non prout extenditur ad effectum, vel opus. Vnde aliter habuit prophetiam Balaam, aliter Dauid. Ille enim solum videbat, iste videbat, et gaudebat: et secundum

Dionys. lib. 2. cal. hier. p. 3. c. 2.

secundum hoc se in opere regulabat, seipsum dirigebat. Exemplum est in musico, et bono citharedo: aliter enim nouit consonantiam citharae musicus, aliter bonus citharedus: et quantum ad hanc obtunditur intellectus manifeste, licet non quantum ad primum ita aperit: credo tamē firmiter, quod quantum ad vtrumque.

A ethnicus, et publicanus. Et post: Amen dico vobis, quodcumque ligaueritis super, et c. sed ethnici, et publicani extra communicationem reputantur: ergo et talis frater: et hoc secundum iudicium Ecclesiae, vt dicit: ergo, et c.

Ipsa ergo dissimilitudo, qua inest anima ex peccato, anime macula est. Dub. IV.

ITEM hoc probatur exemplo Apostoli, qui fornicatorem manifestum tradidit satanae. Ex quibus 1. Tim. 1. d. est Hymeneus, et Alexander, quos tradidit satanae. Et: Si quis vobis Euangelizauerit praeter id quod accepistis, anathema sit. Et: Si quis non amat Dominum Iesum Christum, anathema sit. Si ergo Paulus Ecclesiae administrator subiectos excommunicauit, videtur illud esse conueniens, et licitum.

ITEM hoc ipsum rationabiliter probatur per exemplum in moralibus: Pater enim familias secundum rectum ordinem reuerentiam filium inobedientem extra domum ad tempus eijcit, vt saltem sic corrigatur: ergo pari ratione ille, qui praest in domo Dei, potest et debet consimilem eijcere extra domum: sed eijcere extra domum, est eijcere extra communicationem, et hoc non est aliud quam excommunicare: ergo, et c.

ITEM videmus in arte medendi, quod secundum rectum iudicium artis membrum putridum ordinatum ad aliorum membrorum infectionem a corpore est resecandum: sed in spiritualibus contingit membra esse putrida per peccatum, et alia membra corruptentia: ergo videtur quod talia recte sint amputanda secundum rectum regiminis ordinem: sed hoc fit per excommunicationem: ergo, et c.

Videtur male dicere: Omnis enim macula deformitas dicitur, aut quia aliquid est remorum, aut quia aliquid quod non debet, circa rem ponitur, sicut patet: truncatus naso est deformatus, sed habens morphem, vel aliquid bonae naturalia, quia nihil corrumpit in eo, quod est existentia, vel natura, aut si corrumpit tamen nihil ponit: ergo nullo modo debet dici macula. Si tu dicat, quod ponit malam habitatem, et pronitatem ad malum, et illa est macula. Contra: Illa pronitas potest auferri per oppositam pronitatem: ergo macula peccati deleret maculam: quod inconueniens est dicere. Item: Pronitates liberantur per assuetudinem, solum autē Deus liberat a macula, vt dicitur in littera.

AD OPPOSITUM. 1. CONTRA: Excommunicatio est separatio a communione: sed communio est per charitatem, sed extra charitatem nemo potest, nec debet aliquem eijcere: ergo nec excommunicare. Quod nemo possit auferre charitatem videtur: quia nemo amittit charitatem inuitus.

R. s. p. Dicendum quod peccatum non est aliud quam priuatio ordinis debiti, et voco ordinem debitum prout comprehendit modum, speciem, et ordinem, prout circa ipsum consistit praecipue ratio boni. Ita ergo de ordinatio remanens in anima est culpa ipsa, et peccatum, quia est ex proprio actu, vbi debet esse ordo iustitiae. Hic autem habet considerari et secundum rationem auersionis, et secundum rationem conuersionis, et rationem vtriusque. Secundum primam rationem competit ei ratio priuationis, secundum secundum modum ratio infectionis, et hic iungit sibi rem turpem: secundum tertium modum ratio obligationis. Quantum ad primum modum dicitur peccatum tenebra, et deformitas. Quoniam bonum dupliciter potest considerari, scilicet in se: et sic dicitur lux, et per oppositum peccatum dicitur tenebra. Et in comparatione ad vim cognitiuum: et sic dicitur pulchritudo anima: et per oppositum peccatum deformitas. Quantum autem ad auersionem sic dicitur macula, et feotor: et hoc similiter secundum duplicem comparationem illius coniunctionis cum delectabili terreo. Aut in se: et sic est macula. Aut ad vim cognitiuum: et sic feotor: et quantum ad vtrumque sic competit esse vinculum mortis aeternae.

2. ITEM nemo est qui non sit ex charitate diligendus, quamdiu est in via: ergo, et cet. 3. ITEM excommunicatio est separatio a communione sacramentorum: sed a sacramentis nullus est separandus, nec prohibendus: ergo nullus est excommunicandus. Maior patet: Minor probatur sic: Omnis fidelis aut est iustus, et sanus, aut peccator, et infirmus. Si iustus, non est arcendus a sacramentis. Si peccator, et infirmus, et indigens medicinis spiritualibus, magis est attrahendus, quam arcendus: ergo, et c.

4. ITEM excommunicatio aut est morbus, aut medicina. Si morbus: ergo nulli est infligenda, quia omni salus est desideranda. Si medicina: ergo cum medicina sit omnibus aptanda, et non proficit nisi ei, qui vult in eam per liberum arbitrium consentire: ergo nullus est excommunicandus nisi volens: et quilibet debet velle se excommunicari, quorum vtrumque falsum est.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam huius partis sex queruntur. Primo queritur, vtrum aliquis possit, vel debeat excommunicari. Secundo dato quod sic, queritur pro quo quis sit excommunicandus. Tertio queritur, a quo. Quarto vtrum excommunicatio possit iterari. Quinto de communicatione cum excommunicatis. Sexto de absolutione.

5. ITEM in excommunicatione traditur satanae ipse excommunicatus, sicut patet in excommunicatione ipsius Apostoli: aut ergo quantum ad animam, aut quantum ad corpus. Sed quantum ad corpus non potest, illud videmus ad litteram. Quantum ad animam nec potest, nec debet: ergo nullo modo videtur aliquis esse excommunicandus.

QUESTIO I.

An aliquis possit, vel debeat excommunicari.

CONCLUSIO.

Excommunicari aliquis potest Dei auctoritate, cum per dulces monitiones non corrigatur neque emendatur, exemplo Apostoli.

Alex. Alems. 4. p. q. 22. Membro 1. art. 1. S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 21. ar. 2. Richardus 4. Sent. dist. 18. art. 3. q. 1. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 18. q. 6. Petrus de Tarent. 4. Sent. d. 18. q. 13. Gabr. Biel. 4. Sent. dist. 18. q. 2.

FVNDAMENTA. Mat. 18. 6



Vnde dicitur aliquis possit excommunicari, ostenditur. Primo auctoritate Domini: Si peccauerit in te frater tuus, et cetera, vsque ibi: Quod si Ecclesiam non audierit, si tibi sicut S. Bon. To. 5.

RESP. AD ARG. Ad horum intelligendum, est notandum, quod sicut in disciplinis duplex est modus instruendi, et duplex modus arguendi, scilicet ostensiuus, et per impossibile: et in medicinalibus duplex est modus curandi, scilicet per medicamenta lenientia, et per medicamenta asperantia: curatur enim aliquis per emplastrum appositionem, ali-

quis per sectionem: sic in moralibus est duplex modus corrigendi, vnus per dulces monitiones, alter per asperas increpationes: et hoc secundum duo genera hominum, quia quidam sunt tractabiles, et picabiles: quidam duri, et rebelles. Sic in diuinis, et Ecclesiasticis iudicijs, in quibus est instructio, curatio, et correctio, duplex reperitur modus instruendi, et corrigendi, et etiam curandi. Quemadmodum igitur nolentibus acceptare rationem ostensiuam fit argumentatio ducens ad impossibile, et morbis, qui non curantur per emplastrum apponitur vulnus, et cauterium: et iniuris, et incorrigibilibus fit curatio per flagellum, sic esse oportuit in Ecclesijs rectoribus: Et ideo Dominus instituitur, et fundatur Ecclesijs eidem non tantum dedit medicamenta sacramentorum ad curandum accedentes, sed etiam gladium spiritus, quod est verbum Dei, et potestatem amputandi, et refecandi contemptores, et rebelles: et tales licet, et debitum est excommunicari, sicut ostensum est auctoritate Dei, et exemplo Apostoli, et ratione in consimili.

1. Ad illud ergo quod obijcitur, quod excommunicare est extra communionem eijcere, quæ est per charitatem, dicens quod communio triplex est: Quædam spiritualis omnino, et hæc est quantum ad dilectionem interiorum. Quædam corporalis, et hæc est quantum ad exteriorem conuersationem. Quædam medio modo, et hæc est quantum ad sacramentorum susceptionem, et præcipue quantum ad sacramentum altaris. Dico ergo quod a prima nullus potest, nec debet excludi quamdiu est viator, nec excommunicatio dicit priuationem illius communionis. Quantum ad sacramentalē excluditur quilibet, qui dicitur excommunicatus siue maiori, siue minori. Quantum ad conuersationem exteriorē attenditur excommunicatio maior, in qua communicatio negatur secundū actus legitimos, qui attenduntur in quinque, scilicet in osculo, in colloquio, in conuiuio, in oratorio, in ualefaciendo. Vnde versus:

Os, orare, uale, communio, mensa negatur.

Sic igitur patet, quod cum triplex sit communio, vna spiritualis, et alia sacramentalis, et alia corporalis, quod secundum primam nullus excommunicatur: secundum sacramentalem, excommunicatur omnis qui dicitur excommunicatus: secundum tertiam excommunicatur ille, qui maiori excommunicatione excommunicatus dicitur, quia maior est hic priuatio communicationis: et sic patet illud secundum.

3. Ad illud quod obijcitur, quod nullus separandus est a sacramentis, dicendum quod immo, quoniam etsi sacramenta sint medicinæ, tamen non profunt nisi dispositis. Vnde sicut bonus medicus secundum artem prohibet infirmum a medicinis non tantum a cibis propter indispositionem: sic in proposito est intelligendum. Vtilius enim est alicui medicinam subtrahere, quam dare contra dispositionem, immo tali differre medicinam est medicinale.

4. Ad illud quod obijcitur de excommunicatione, vtrum sit morbus vel medicina, dicendum quod sicut sectio de prima sua ratione plaga est et dolorem facit, tamen in comparatione ad vulnus apostematis est medicina: sic ipsa separatio a communione fidelium dicitur malum, et damnum, et pœnam: in comparatione tamen ad rebellem medicina est, vt eius rebellio, et contumacia frangatur. Vnde sicut ille qui syllogizat per impossibile dedit ad impossibile, non vt ibi sistat, sed vt redeat ad veritatem: sic Ecclesia separat et excommunicat, vt redeantem cum humilitate, et confusum de contumacia artius stringat, et interius claudat: et sic patet quod quamuis sit medicina quia curat morbum rebellionis, quod nullus hanc medicinam debet appetere, nec debet dari querenti veram medicinam, sed contemptenti.

5. Ad illud quod obijcitur, quod excommunicare est tradere satanæ, dicendum quod satan est tortor,

non tantum animarum in verum etiam corporum. Tradere autem tortori est dupliciter, aut cessando a protectione torquendi, siue exponendo, aut iubendo tortori, vt affligat. Excommunicare ergo secundum præsentis Ecclesiæ statum, est satanæ tradere protectionē: subtrahendo, et ei exponendo: subtrahit ergo suffragia et sacramenta, per quæ munimur contra hostis insidias. In tempore autem Ecclesiæ primitiue, quia demones ipsis Apostolis subijciebantur, et manifestanda erat fides per miracula, non tantum exponebantur, immo corporaliter ad mandatū Apostolorum vexabantur: sicut dicitur, et in textu, et in Glossa: et illud dicitur in principio Ecclesiæ fieri ad terrorem; vel propter excellentiam Apostolorum: nunc autem quamuis non ita vexentur, tamen corpore, et spiritu vexandi exponuntur: et pro tanto dicuntur tradi satanæ, et vere excommunicari, et sic patent obiecta.

QVÆSTIO II.

An aliquis debeat excommunicari pro damno, vel iniuria illata Ecclesiæ.

Alex. Alenf. 4. p. q. 22. Memb. 1. art. 3. S. Th. in suppl. 3. p. q. 21. art. 3. Guilel. Alisford. 4. Sent. tract. 6. cap. 8. q. 4. Rieb. 4. Sent. dist. 18. art. 3. q. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 18. q. 7.

De quo quo quis debeat excommunicari, et quare: vtrum pro damno, vel pro iniuria illata Ecclesiæ. Et quod sic, videtur: si quis enim frangit, vel incendit Ecclesiam, excommunicatus est ipso iure, non autem si aliam domum frangeret, etc.

Item si quis percutit clericum, est excommunicatus ipso iure, et incidit in canonem late sententiæ: sed non incidit, si percutit laicum secularem: ergo si ius recte dicat, videtur quod pro iniuria etiam sibi illata possit Ecclesia excommunicare.

Item ratione videtur: quia gladius vnicuique datur ad defensionem: sed potestas excommunicandi est gladius spiritualis: ergo potestate excommunicandi potest Ecclesia se defendere et contra damnum, et contra iniuriam.

Item iustum est vnumquemque puniri in eo, in quo peccat: ergo si peccat in matrem Ecclesiam inferendo damnum, et iniuriam, iustum est vt perdat eius beneficia, et suffragia: sed hoc est excommunicari: ergo, etc.

Contra: Excommunicatio, siue anathematizatio est maledictio: sed dicitur: Benedicite maledicentibus vos: Benedicite, et nolite maledicere: ergo maledicentibus, vel male facientibus non debet Ecclesia maledicere: ergo nec excommunicare.

Item excommunicatio est beneficiorum subtractio: sed Deus non subtrahit misericordiam et beneficia ab ijs, qui offendunt ipsum: ergo si præceptum est necessitatis viris, vt sint misericordes et perfecti sicut pater celestis qui facit solem oriri super bonos, et malos sicut dicitur: ergo non debet Ecclesia hoc subtrahere propter damnum vel iniuriam aliquam sibi factam.

Item in excommunicationibus damnificatur homo in spiritualibus: sed improporcionabiliter maius est damnum in spiritualibus, quam in temporalibus: sed si quis incendit vel fregit Ecclesiam, vel percussit clericum, vel aliquod tale, non damnificauit nisi in temporalibus: ergo cum non debeat infligi maior pœna, quam sit damnum: videtur quod propter hoc non debeat excommunicari.

4. ITEM

1. Cor. 5. 6

FVNDAMENTA.

16. q. 2. vis in fine.

AD POSITVM Rom. 12. 6

Matt. 5. 6

QVÆSTIO III.

An potestas excommunicandi sit in habente clauem.

Alex. Alenf. 4. p. q. 22. Memb. 1. art. 4. S. Th. in suppl. 3. p. q. 22. art. 1. Et 4. Sent. dist. 18. q. 2. art. 2. q. 1. Stephanus Brulef. 4. Sent. dist. 18. q. 8. Petrus de Tavant. 4. Sent. dist. 18. q. 1. 5.

CONCLUSIO.

Excommunicari principaliter nemo potest nisi pro contumacia, licet pro damno, et pro iniuria, sed non principaliter.

RESP. AD ARG. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, quod duplex est excommunicatio, siue excommunicandi modus. Quædam enim excommunicatio est a iure, quædam a iudice. Prima excommunicatio est præseruatiua. Secunda est curatiua. Prima excommunicatio, etsi fieri videatur ad conseruandam libertatem Ecclesiasticam, sicut secunda fieri videtur propter emendam, tamen prima principaliori modo fertur ad cauendam culpam: quia magna culpa est et multum grauis, quando quis peccat in Ecclesiam. Similiter secunda principaliori modo fit ad frangendam contumaciam, et ideo talis secundum formam iuris nulli debet infligi nisi contumaci: et ideo debet monito præmitti, vt sic de contumacia conuincatur. Contumax autem dicitur qui semel, et bis monitus, tertio peremptorie citatus, non comparet: aut si comparet, non vult stare iuri, vel quando offensa est manifesta, et iustus a iudice non vult emendare, tali autem competit hæc medicina sicut in primo problemate visum est. Ex his patent rationes ad vtramque partem. Concedo enim quod pro damno vel iniuria potest excommunicatio sententia dictari a iure, sed non principaliter propter hoc. Et similiter pro emenda potest ferri a iudice, sed non principaliter propter hoc, sed propter contumaciam. Rationes ad primam partem ostendunt, quod excommunicatio fertur pro damno.

1. 2. Rationes vero ad oppositum ostendunt, quod non principaliter pro damno, sed pro peccato: vnde Ecclesia maledicit, et subtrahit beneficia ob meritum illius, non propter damnum suum: ob illius culpam, non propter vindictam. Si enim ille velit redire, et non possit emendare, statim Ecclesia parcat.

3. Ad illud quod obijcitur, quod Ecclesia damnificat illum in spiritualibus, dicendum quod Ecclesia non damnificat: sed ille qui peccat, et est contumax, seipsum damnificat: sed Ecclesia ostendit ipsum damnificatum, vt sic saltem malum suum erubescat, et deserat: et si quodam modo magis damnificet, hæc aggrauatio damni ad vtilitatem ipsius finaliter secundum intentionem Ecclesiæ ordinatur.

4. Ad illud quod obijcitur, quod Michael non maledixit, dicendum quod diabolus est obstinatus in malo, et incorrigibilis: et maledictio illata sibi non potest eum nec per se, nec per accidens ordinare ad benedictionem: et ideo nulla fuit vtilitas in maledicendo diabolo: sed dum Ecclesia maledicit subditum, facit ei confusionem pro peccato: et quia tali confusione potest a peccato resistere, ideo maledicit, vt post benedictat ideoligat, vtab-

soluat: et ideo non est simile de hac maledictione, et de illa, S. Bon. To. 5.

Iude 1. 6

Extra de verborū significatione 2. 1. 1. q. 3. cap. Certum est.

Quo possit excommunicatio fieri, et quod a solo habente clauem, ostenditur: sed excommunicatio est ligare, vt dicitur Magister in littera: sed cuius est actus, eius est et potentia: ergo, etc.

Item excommunicare est a communione sacramentorum separare: sed eius est a communione, siue a participatione separare, cuius est administrare: sed solus sacerdos, qui habet clauem potest sacramentum corporis, et sanguinis administrare: ergo solus potest excommunicare.

Item Petro data est potestas ligandi, et soluendi in foro iudiciali, et pœnitentiæ, quæro igitur, quando: et videtur, quod non, nisi quando data fuerunt ei clauem: ergo qui non habet clauem, non habet hanc potestatem.

Item maioris virtutis est, et potestatis ligare vinculo excommunicationis, quam pœna satisfactoris: sed solus sacerdos potest pœnitentiam imponere, et confessiones audire, qui habet clauem: ergo solus talis potest excommunicare, quia qui non potest in minus, non potest in maius.

Contra: Iudices delegati habent potestatem excommunicandi, et cum multi eorum clauem non habeant, quia non sunt sacerdotes: ergo aliquis potest excommunicare, qui non habet clauem. Si tu dicas, quod non sua auctoritate excommunicant: Obijcitur tunc de Archidiacono, quod ex suo officio causas audit, et decidit: ergo excommunicare potest, et tamen si non est sacerdos, non habet clauem. Si tu dicas, quod similiter habet per demandationem, vel consuetudinem: quæro, quare non similiter habet actum ligandi in foro pœnitentiæ per commissionem, vel consuetudinem: non enim videtur maior ratio in vno, quam in alio.

Item electus canonicus, et approbatus certum est, quod antequam ordinetur in presbyterum non habet clauem: et tamen potest causas audire, et excommunicare propria auctoritate: ergo, etc.

Item sacerdos parochialis non habet secundum iura potestatem excommunicandi nisi pro furtis, et rapinis, et consimilibus, et constat quod ipse habet clauem, et vsum clauium: ergo excommunicatio non est a potestate clauium.

Item multitudo tota, vt capitulum excommunicat, ita quod nullus: sed multitudinem habere clauem, ita quod nullus, est impossibile, cum dicat proprietatem absolutam: ergo actus excommunicandi non est a clauem. Iuxta hoc queritur, cum multitudo non possit excommunicari, ita quod nullus, quo modo possit excommunicare, ita quod nullus.

CONCLUSIO.

Potestas excommunicandi est in his solum, qui habent potestatem suam iurisdictionem.

RESP. AD ARG. Dicendum quod inter ipsos iuristas de hac questione est controuersia. Quia

AD OPPOSITVM.

FVNDAMENTA.

Opinio 1. dam dixerunt, quod potestas excommunicandi so-
 Opinio 2. lum est in Episcopis. Alij dixerunt, quod non solum
 est in Episcopis, sed etiam in Archipresbyteris, Ar-
 Opinio 3. chidiaconis, et Abbatibus, et alijs praelatis. Tertij
 dixerunt, quod hoc competit his et etiam sacerdoti-
 bus parochialibus. Sed licet in hac quaestione canonu
 sit dicere, quia tamen Theologia est dicere, propter
 quid, tamquam scientia superioris, et altioris. Quod
 enim in Ecclesia aliquis habeat potestatem, hoc est ab
 ipso Christo, qui potestatem contulit Apostolis, et
 praecipue ipsi Petro. Vtramque enim Dominus ipsi
 Petro contulit potestatem, et ligandi, et soluendi in
 foro poenitentiali, et ligandi, et soluendi in foro iudi-
 ciali. Prima potestas respicit ordinem, secunda praela-
 tionem. Vnde secundum primam par potest abfoluere
 parem, secundum secundam non potest par ligare pa-
 rem nec superiorem. Et huius ratio est, quia illa est or-
 dinis, haec autem praelationis, scilicet potestas excom-
 municandi. Prima potestas ligandi, et soluendi in foro
 poenitentiali aditum caeli aperit: et ideo recte dicitur
 clauis. Secunda per censuram iudicij subditos coer-
 cet: et ideo dicitur gladius. Prima potestas est potestas
 arbitranda inter Deum, et hominem, secunda vero in-
 ter hominem, et hominem: et ideo prima respicit ordi-
 nem, secunda praelationem. Prima potestas quonia
 collata est Petro, ut sacerdoti, descendit in omnes sa-
 cerdotes, quamuis non omnes habeant executionem.
 Secunda quia collata est Petro, ut praelato, descendit
 in omnes personas Ecclesiasticas, quae habent praela-
 tionem, vel iurisdictionem. Vnde qui habent iurisdic-
 tionem ordinariam in iudicando aliquos, habent po-
 testatem coercendi eos per censuram Ecclesiasticam,
 ut iudicium eorum inuolabiliter obseruetur. Et quon-
 iam iurisdictionem habent non solum habentes cla-
 ues, sed etiam non habentes, habent inquam vel ex iu-
 re, vel ex consuetudine, sicut archidiaconi, et aliqua
 capitula: ideo possunt excommunicare. Rursus, quia
 aliqui habent clauis, qui non habent iurisdictionem
 in foro iudiciali, ut simplices sacerdotes: ideo non pos-
 sunt excommunicare nisi per commissionem, vel nisi
 in casibus determinatis, ut in furto et rapinis. Concedo
 ergo rationes probantes, quod haec potestas non se-
 quitur praecise potestatem clauium.

1. Ad illud ergo quod primo obijcitur, quod sol-
 uere, et ligare sunt actus clauium dicendum quod ve-
 rum est in foro poenitentiali, sed in foro iudiciali non
 sunt clauium, nisi accipiatur potestas clauium secun-
 dum plenitudinem, secundum quem modum dicitur
 esse in Episcopis, qui quando promouentur a sacerdo-
 to in Episcopatum, non recipiunt nouam clauem, sed
 clauis potestatis in eis ampliatur.

2. Ad illud quod obijcitur, quod eius est excom-
 municare, cuius est communicationem dare, dicen-
 dum quod non solum eius est, verum etiam eius, qui
 praestitit communicationem, vel etiam administranti sacra-
 menta: et quoniam tales sunt qui habent iurisdic-
 tionem, quamuis non habeant clauis: ideo, et cetera.

3. Ad illud quod queritur, quando data est haec
 potestas Petro: dici potest quod simul data est vtra-
 que, quia data est ei potestas clauis in sua plenitudine.
 Vel potest dici, quod non simul, sed potestas clauium
 promissa fuit in Mattheo, et data in Ioanne: Accipite
 Spiritum sanctum, etc. Potestas vero excommunicandi
 di iniquatur fuisse data vbi postquam dictum est
 Si Ecclesiam non audierit, etc. Audium est
 Amen dico vobis, quod quicumque ligaueritis, etc.

4. Ad illud quod obijcitur, quod haec est maioris
 virtutis, scilicet excommunicare, dicendum quod se-
 habent sicut excedentia, et excessa, et sunt alterius, et
 alterius ordinationis: et ideo non sequitur, quod qui
 habet vnam potestatem, habeat aliam: vtraque tamen
 concurrunt ad potestatis plenitudinem, et vna sine ali-
 qua esse potest. Pluribus tamen conceditur clauis, quia
 gladius, quia plures habent ordinem sacerdotalem.

Mat. 16. c
 Ioan. 20. c
 Mat. 18. c

quam praelationem, et Ecclesiasticam iurisdictionem.
 Et si queratur ratio huius, duplex est: Vna est diffusio
 boni, quia potestas clauium est ad reconciliandum,
 potestas gladij ad compellendum. Alia ratio est viti-
 o periculi, quia pauci sunt qui sciunt hoc ense percu-
 tere: ideo propter periculum, paucorum manibus tra-
 di debuit. Ideo etiam sollempnem excommunicationem,
 quae fit cum candelis prius accensis, et deinde
 extinctis, et pulsatis campanis, oportet a solis Episco-
 pis fieri, licet alia possint ab alijs fieri.

Ad illud quod queritur vltimo, quare congrega-
 tio, siue multitudo potest excommunicare, ita quod
 nullus et non excommunicari, dicendum quod pecca-
 ta multitudinis nulla sunt, sed iurisdic-
 tio multitudinis nonnulla est. Et si tu queras, vnde hoc est,
 dicendum quod multitudo bene facit ad augmentum potentiae
 in excellentia: vnde multitudo potest trahere nauem, ita
 quod nullus trahat nauem per se, sed multitudo in-
 quantum huiusmodi non facit defectum, nec impoten-
 tiam: vnde multitudo non trahitur, nisi quilibet de
 multitudine trahatur: sic tota multitudo excommuni-
 cat, ita quod nullus. Non sic excommunicatur, ad mi-
 nus secundum noua iura, ut Iurista dicunt.

Q V A E S T I O III.
An aliquis possit pluries excommunicari.

Alex. Alenf. 4. p. 9. 22. Membr. 1. art. 5.
 S. Tho. in suppl. 3. p. 9. 22. art. 6.
 Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 18. q. 9.
 Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 18. q. 21.

DE excommunicationis iteratione, et quari-
 tur vtrum aliquis possit pluries excommu-
 nicari. Et quod sic, videtur primum, quia
 hoc habet vsus Ecclesiae vniuersalis, quam
 errare est impossibile, ut videtur.

Item videmus in alijs poenis impositis, quod si-
 mul, et semel plura possunt imponi ieiunia, vigiliae, et
 orationes: ergo pari ratione possunt infligi plures ex-
 communicationes.

Item ita videmus in remedijs, quod si iteratur
 morbus, et remedium, ita etiam et in poenis, quod
 multiplicanti poenae secundum merita: ergo cum
 excommunicatio, et remedium sit et poena, videtur
 igitur quod sicut causa potest iterari, et multiplicari,
 quod et excommunicationes. Et quod causa possit
 iterari, illud est apertum: potest enim aliquis esse in-
 cendiarius, fractor Ecclesiarum, percussor clericor-
 rum, et sic de alijs: ergo, et cetera.

Item si non possent excommunicari, ex quo sunt
 excommunicati: illi qui sunt abque excommunica-
 tione possunt excommunicari: ergo excommunicati
 sunt melioris conditionis, quam non excommunicati.

C O N T R A. Excommunicatus interfectus est
 gladio spirituali: sed interfectus non potest magis,
 nec minus interfici: ergo nec excommunicatus iterum
 excommunicari.

1. Item excommunicatus extra communionem
 Ecclesiae est eiectus: sed ut dicitur Apostolus: Quid mi-
 hi de his, qui foris sunt iudicare? sed posse excommuni-
 care est posse iudicare: ergo non pertinet de talibus
 iudicare, videtur similiter quod nec excommunicari.

2. Item excommunicatus est beneficijs Ecclesia-
 sticis priuatus, et excommunicatio est priuatio: sed pri-
 uationes non recipiuntur magis, et minus: bon enim dici-
 tur vnus caecus altero magis caecus, et minus: ergo, etc.

3. Item alter alteri non est absolutus magis, nec
 minus, nec idem magis scilicet: ergo pari ratione nec
 excommunicatus magis, et minus, immo multo fortius.

Responsio
 ad vlt. pro
 fund.

FVNDAM-
 MENTA.

AD OPPO-
 SITVM.

1. Cor. 5. d

C O N C L V S I O.
*Excommunicari idem potest pluries, tum propter nouam
 culpam, tum propter maiorem confusionem.*

R E S P O N S. A D A R G. Dicendum quod ex-
 communicatus bene potest iterum excommunicari,
 vel eiusdem excommunicationis iteratione ad suam
 maiorem confusionem, vel etiam alia propter nouam
 culpam commissionem: et tunc torerunt excommuni-
 cationes, quot cause principales, pro quibus excommu-
 nicatur. Sicut enim iteratur culpa, ita rationabili-
 ter iterari potest, et debet ipsa poena: et concedenda
 sunt rationes ad hanc partem.

1. Ad illud ergo quod primo obijcitur de interfe-
 ctione, dicendum quod quemadmodum qui peccat
 mortaliter mortuus est, et interficit seipsum per ex-
 pulsionem gratiae, et adhuc magis potest peccare: quia
 quamuis non viuat ad bene agendum, adhuc tamen
 viuat in eo voluntas ad male operandum: et quamuis
 gratia sit expulsa, potest tamen magis a gratia elongari:
 sic intelligendum est in proposito, quia quamuis
 secundum statum illum nihil proficit ei Ecclesiastica
 sacramenta, et suffragia: potest tamen adhuc magis,
 et magis elongari. Nec est simile de interfectione cor-
 porali, in qua prima interfectio reddit impossibilem
 ad vitam: non sic est in proposito, quia adhuc manet
 aptitudo ad redeundum.

2. Ad illud quod obijcitur, quod extra commu-
 nicationem est, dicendum quod quia characterem baptis-
 malem habet indelebilem, quantumcumque sit malus,
 ideo non exit omnino Ecclesiae potestatem: et
 ideo punit, et corrigit magis, quam paganos infide-
 les, qui numquam fuerunt sub potestate Ecclesiae: et
 de talibus, scilicet paganos, loquitur Apostolus non de
 malis subditis, et excommunicatis: nam ipse de eis
 iudicabat.

3. Ad illud quod obijcitur, quod absolutio non
 recipit iterationem per intentionem, dicendum quod
 hoc falsum est: et patet in eo, qui pluribus excommu-
 nicationibus diuersis de causis est excommunicatus ab
 eodem, vel qui est excommunicatus a diuersis Episco-
 pis, qui potest absolui ab vna excommunicatione, ita
 quod non ab alia: quia non sic est connexio in absolu-
 tione, sicut in gratiae infusione.

4. Ad illud quod obijcitur, quod priuationes non
 recipiunt magis, nec minus, potest responderi dupli-
 citer. Primo quia illud est verum in puris priuationi-
 bus, non in alijs. Nam claudus dicitur magis, et mi-
 nus, quia non totaliter priuat virtutem gradiendi: si-
 militer et iniustus magis, et minus. Vel posset dici,
 quod est ratione actus, vel habitus magis, et minus
 non recipiant, tamen ratione causarum: vnde magis
 est elongatus a visu, qui laesus est in neruo, et in pupi-
 la, et in humore crystallino, quam qui in altero horum
 tantum: similiter intelligendum est in proposito.

Q V A E S T I O V.
*An communicans cum excommunicato sit excom-
 municatus.*

Alex. Alenf. 4. p. 9. 22. Membr. 1. art. 6. §. 1.
 S. Thomas in Suppl. 3. p. 9. 23. art. 2.
 Richardus 4. Sent. dist. 18. art. 6. q. 1.
 Steph. Brul. 4. Sent. dist. 18. q. 10.
 Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 18. q. 22.
 Gabr. Biel. 4. Sent. dist. 18. q. 3.

**FVNDAM-
 MENTA.**
 1. q. 3. cit
 ex commu-
 nicato.

DE excommunicatione quantum ad excom-
 municationem: et queritur, vtrum commu-
 nicans cum excommunicato sit excommu-
 nicatus. Et quod sic, ostenditur, quia iura
 istud dicunt.

ATEM ratione videtur, quia accedere ad vnum op-
 positum est recedere a reliquo: sed excommunica-
 tus est extra communicationem positus: ergo qui ei
 communicat a communicatione recedit.

Item excommunicatio infligitur in poenam eru-
 bescentiae: sed nulla est erubescencia vbi alij commu-
 nicant: ergo ad hoc quod sententia illa sit alicuius va-
 loris, necesse est ipso iure alios arcere ab excommuni-
 catione: ergo si censura Ecclesiastica est in
 excommunicatione, videtur quod iuste, et debite ta-
 lis sit excommunicatus.

Item aut licet communicare excommunicato,
 aut non. Si sic: ergo tales non sunt vitandi: et hoc
 est contra illud: Si quis frater, etc. Et post: Cum hu-
 iusmodi nec cibum sumere. Si non licet: ergo per ali-
 quam sententiam alij arcetur communicare cum isto,
 et non nisi per sententiam excommunicationis: ergo
 qui communicant ei, incidunt in excommunicationis
 sententiam: ergo sunt excommunicati.

C O N T R A: Communicans cum infideli, si-
 ue cum altero peccatore siue in cibo, siue in potu, non
 incurrit illud vitium, nisi communicet in actu confi-
 mili, siue crimine: ergo pari ratione nullus participans
 cum excommunicato est excommunicatus nisi partici-
 cipet in crimine.

2. Item excommunicatio aut est morbus conta-
 giosus, aut non. Si sic: ergo qua ratione iste primo ex-
 communicatus inficit participantem pari vitio: ita et
 alius alium, et sic deinceps: ergo si hoc falsum est, et
 contra iura, non est morbus contagiosus: ergo non vi-
 detur quod communicans excommunicato sit excom-
 municatus. Si tu dicas, quod hoc facit institutio, non
 contagio. Contra: Institutio ista ab homine est sicut
 excommunicatio: sed nullus debet infligere poenam
 nisi pro culpa: ergo si non communicat in merito, siue
 in culpa, nec in poena: ergo institutio illa, quae facit
 communicari in poena, siue culpa, est iniusta.

3. Item filius communicans patri aut est excō-
 municatus, aut non. Si sic: ergo debet vitare patrem.
 Sed si pater non potest vitari sine suo detrimento: ergo
 filius portat iniquitatem patris, quod est contra ius
 diuinum. Si autem non est excommunicatus: ergo li-
 cet alicui ex familiaritate communicare cum excommu-
 nicato. Sed laudabilior est societas, et amicitia,
 et charitas: ergo videtur pari ratione, quod ex socia-
 li amore, vel aliquo tali licet excommunicato commu-
 nicare: et ita non videtur communicans excommuni-
 cato esse excommunicatus.

4. Item excommunicatio omnis siue maior, si-
 ue minor, separat a sacramentis: sed nullus separandus
 est a sacramentis nisi pro culpa mortali: ergo omnis
 communicans excommunicato peccat mortaliter. Sed
 si hoc verum est, cum ista medicina sit occasio mul-
 torum periculorum, videtur tunc quod non sit medi-
 cina, sed morbus: et quod quicumque infert eam,
 cum ponat multos in graui periculo, quod graui-
 ter peccat.

C O N C L V S I O.
*Communicans cum excommunicato non propter neces-
 sitatem, aut ignorantiam, vel excommunicati
 utilitatem, sunt excommunicati, excom-
 municatione minori.*

R E S P O N S. A D A R G. V M. Dicendum quod sicut
 tactum est, duplex est excommunicatio, scilicet mi-
 nor, et maior. Minor tantum separat a sacramentis.
 Maior vero non tantum a sacramentis separat, sed
 etiam ab actibus legitimis cum alijs personis. Et ideo
 excommunicatio minor est morbus respiciens perso-
 nam absolutam. Excommunicatio vero maior est mor-
 bus respiciens personam, ut est pars communis, et
 separans a communitate: Haec autem separatio cum
 sit re-

1. Cor. 5. d

AD OP-
 POSITVM

F

Excōmuni-
 catio du-
 plex.

fit relatio æquiparanti, locum non haberet nisi alij se- pararentur ab eo: Ergo ad hoc quod ista excommuni- catio sit efficax: statuit ius vt alij eum vident. Et quia homines vt in pluribus magis timent pœnam, quàm culpam, infirmitatem sententiæ adiunxit pœnam con- similem, sed minorem. Vnde non separat a communi- catione fidelium, sed sacramentorum. Et hoc totum dicitur ratio recta esse conuenienter factum, et statu- tum: Sed quoniam periculum est omnes a communi- catione (vt pote qui necessitate, vel ignorantia commu- nicant) prohibere, ideo debuerunt tales personæ ex- cipi. Vnde qui communicat necessitate, sicut filij, et filia: quàm diu sunt sub manu parentum, sicut vxor, si- cut serui, et seruientes, et ancillæ, sicut peregrini, et pauperes, dum vnde sustententur non habent, in tali- bus ius sententiæ relaxat. Similiter qui communi- cant ex utilitate, vt conuertatur peccator a via sua ma- la: cum secundum legem charitatis ambulent, non ar- centur. Similiter qui communicant ex ignorantia, ex- com munitati non sunt, pro eo quod talis ignorantia facti excusat, dicitur autem hic ignorare, quàm diu homo nescit, vel per denunciationem, vel per famam. Vnde non debet sibi quis de facili conscientia facere, quia de quolibet præsumendum est bonum, nisi probetur contrarium. Et hæc circumstantiæ hoc versu continentur.

Explicatio

22. q. 3. quo niã multos

De his, qua ni, vel me- su, c. Sacris

1. 2. 3. Ex his patent obiecta: Quod enim obij- citur de alijs peccatis, et de contagione, et de filio, in omnibus patet responsio, quia hoc facit institutio: et ratio institutionis dicta est, et conuenientia exceptio- nis, et quare maior transit, et non minor. Et ideo re- gula est, quod excommunicatio non transit in tertiam personam. Patet etiam, quod communicans non com- munit in culpa, sed quia non adhibet debitam reuer- rentiam sententiæ, hinc iustum est, quod reportet pœnam. 4. Ad illud quod obijcitur, quod ista est pœna tantum mortaliter peccantium, dicendum quod se- cundum aliquos conclusio conceditur. Dicunt enim, quod præter casus exceptos mortaliter peccat, quia- facit contra Ecclesiæ mandatum, et scienter videtur contemnere sententiam Ecclesiæ. Sed quia valde du- rum videtur illud dicere, et maximum periculum ef- fet omnes communicantes excommunicari, vt decli- nemus periculum vtrumque sine præiudicio, hic di- stinguendum videtur. Dicere enim quod tantum sit peccatum veniale, non videtur conueniens, cum com- munitur paruam vim faciant homines in peccatis ve- nialibus. Dicere iterum, quod pro quolibet verbo humanitatis, quod amicus amico dicit, peccet mor- taliter, durum videtur: Et ideo dicendum, qui com- munit in actu exteriori in contemptum sententiæ late, quod tunc peccat mortaliter. Aut non commu- nicat in contemptum, sed tamen rationabiliter vide- ri potest, quod sententia veniat in contemptum: ad- huc credendum est eum mortaliter peccare. Aut pro- babiliter creditur, quod ex hoc numquam sententia contemnetur, et ipse cum timore hoc facit, et ex qua- dam affabilitate, vel societate aliqua verba præter ne- cessitatem dicit, vel alio modo in casibus non exceptis communicat: tunc credendum est circa tales senten- tiam temperari. Vnde si quis quærat, vtrum homo debeat magis dimittere se interficere, quàm aliquod verbum dicere: dico quod si ex hoc in contemptum veniret sententia, deberet vti que. Sed quis iudicaret istum male facere, cum potius debeat de furto com- edere, quàm fame perire? Si qui ergo dicunt, quod peccat mortaliter, intelligendum est, quando contem-

ptus interuenit. Et quia vix potest frequentari sine contemptu: ideo sanum consilium est vniciuque, vt se a talibus elonget propter vitandum periculum, si- cut dicit Augustinus, quod faciendum est de iuramen- to. Ad illud quod obijcitur, quod non priuantur sa- cramentis sic mortaliter peccantes, dicendum quod hoc factum est propter terrorem, ne forte per assue- tudinem in periculum contemptus incidere.

Q V Æ S T I O VI.

An aliquis excommunicatus possit absolui inuitus.

Alex. Alenf. 4. p. q. 22. Membr. 1. art. 7. §. 1. S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 24. art. 2. Richardus 4. Sent. dist. 18. art. 10. q. 1. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 18. q. 12.

DE absoluteione, et quæritur vtrum aliquis possit absolui inuitus. Et quod sic, videtur: quia pater carnalis multa bona præstat fi- lio inuito: ergo pari ratione, immo multo fortiori, cum magis plus debeat pater spiritualis esse, videtur quod possit absolui subditum ipso inuito.

AD OP- POSITVM

1. I T E M pronior debet esse ad miserendum quàm ad condemnandum: sed aliquis de iure potest excom- municare inuitum: ergo multo magis absolui.

2. I T E M excommunicatio est pœna inflicta ex- terius propter emendationem: ergo si peccator non emendatur, sed deterior efficitur, cum cessante cau- sa, cesset et effectus, videtur quod possit, et debeat talis etiam nolens absolui.

S E D C O N T R A: Nullus potest, nec debet ab- soluere aliquem inuitum in foro pœnitentia: ergo pari ratione nec in foro iudiciali.

FVNDAM- MENTA.

I T E M dictum est Petro: Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum et in cælis: ergo conformari debet ligatio, quæ fit in terris, ei ligationi, quæ fit in cælis, et econuerso, alioquin non fit vt debet: sed in cælis nullus absoluitur inuitus: ergo nec in ter- ris debet.

Mat. 16. e

I T E M manente causa manere debet et effectus, sed causa propter quam infligitur excommunicatio, est rebellio, et contumacia: sed quàm diu non vult absolui, est rebellis, et contumax: ergo inuitus non debet absolui.

I V X T A hoc quæritur, quis sit modus, secundum quem debet absolui.

Quæst. late- ralis 1.

Q V Æ R I T V R etiam, a quo possit absolui.

Quæst. late- ralis 2.

C O N C L V S I O.

Excommunicatus non potest de iure absolui, nisi volens, et cesset a contumacia: sed de facto potest ab- soluui et inuitus ad proprium cor- rigendum errorem.

R E S P. A D A R G. Dicendum quod est loqui de potentia absoluendi, et excommunicandi, prout po- test in hos actus, vel de iure, vel de facto. Differt enim facere et iuste facere. Si loquamur de facto, si Episcopus excommunicet non contumacem præter- misso iuris ordine, in facie Ecclesiæ excommunicatus est, quàmuis inuitus lata sit sententia, et teneat eam sustinere, alioquin ex hoc ipso contemptu efficitur di- gnus excommunicari, et ligatur apud Deum. De iure autem est excommunicatus, quando secundum iuris dictamen ab eo, qui habet iurisdictionem canonicam, fertur

fertur sententia in contumacem: et hæc ligat apud Deum. Similiter intelligendum in absoluteione, quod potest aliquis absolui de iure, vel de facto. De iure, nullus excommunicatus absolui potest, nisi cesset a cõ- tumacia. De facto absolui potest secundum volunta- tem prælati, in cuius potestate fuit sententiam ferre, et reuocare. Vnde si talis absoluitur, nec peccat, nec est excommunicatus qui ei communicat: et hoc dico iuste: et hoc maxime verum est de Domino Papa. Verumtamen, sicut rationes probant, talis absolui non debet, si iuste excommunicatus est, nec de iure absolui potest. Si autem excommunicatus fuisset iuste, iuste, posset eum prælati absolui etiam inuitum, non propter suum meritum, sed ad reuocandum er- rorem proprium.

1. A D illud quod primo obijcitur, quod pater corporalis beneficia præstat inuito filio, dicendum quod non est simile, quia illa sunt beneficia tempora- lia, quæ præstantur contra voluntatem, et in quibus non consideratur æquitas ex parte suscipientis, non sic autem est hic: et propterea talia beneficia profunt inuitis: sed beneficium absoluteionis nulli inuito pro- deit, immo obest. Vnde sicut fastidiosus non est in- gerendus cibus corporalis, quia obest, et illum proj- ciunt, vel si suscipiunt, magis grauantur: sic in pro- posito est intelligendum.

2. A D illud quod obijcitur, quod potest excom- municare inuitum, dicendum quod excommunicatio est correctio de contumacia: et ideo utilis est tali contumaci, et nolenti. Econtra: Absoluteio est utilis re- deunti non in contumacia existenti: et ideo talem ex- communicatum absolui potest potius est præstare iram, quàm misericordiam, sicut facit ille, qui dimittit iniuriam inultam. Vnde sicut melius est quod fatanæ tradatur corpus quàm spiritus: sic melius est isti, quod per- maneat in vinculo, quàm quod detur ei beneficium cum contemptu.

3. A D illud quod obijcitur, quod inflicta est ad emendationem, dicendum quod non tantum ad emen- dationem, immo etiam ad instructionem aliorum, vt alij discant non contradicere, et rebellare, sicut Da- tan, et Abiron: et ideo ne alij sumant exemplum ma- lum, debet in talibus excommunicatio continuari, vt alij profit ad vitandum casum. Verumtamen quia nescitur, vtrum Deus det ei spiritum bonum, quàm diu viuunt, ideo semper expectanda est conuersio eius: et ideo non est ante absoluendus, quantumcumque in- corrigibilis videatur. Nemo enim est omnino incor- rigibilis per priuationem, quàm diu viator est: et ideo excommunicatio medicina est.

Ad q. late- ral. primã.

A D illud quod quæritur, qualiter debeat fie-

ari, dicendum quod excommunicatio extriplici causa potest esse inflicta, scilicet quædam propter contuma- ciam pure, quædam propter offensam manifestam, quædam propter offensam occultam: vt quando ali- quis incidit in canonem ex peccato aliquo, quod non est publicum. Primus debet absolui, excepto ab eo sa- cramento, quod stabit mandatis Ecclesiæ: et illi de- bet mandari, quod pareat iuri: et si quid aliud in sen- tentia excommunicationis iuste lata continetur, vt po- te quando condemnatur in expensis. Si autem est ex- communicatus propter offensam manifestam per sen- tentiam, vel facti euidentiam, tunc ante absoluteionem debet præstare emendam. Si autem propter occultam, tunc sufficit ad relaxandam sententiam, quod suffi- ciens cautio præbeat parendi mandato.

Ad q. late- ral. 2.

A D illud quod quæritur, a quo quis potest absol- ui, dicendum quod de minori excommunicatione ab- soluui potest a quolibet habente potestatem tunc ab- soluendi a peccato. Vnde duo excommunicati mino- ri excommunicatione inuicem se absolui possunt. Pro regula autem habendum est, quod de omni ex- communicatione lata a iure siue maiore, siue minore potest quis absolui a proprio Episcopo, siue a sacer- dote, exceptis sex casibus, in quibus sibi reseruauit iuris conditor potestatem.

Casus excõ- municatio- nis referuntur.

Primus si verberat clericum, in quo casu non po- test absolui nisi a Domino Papa, vel eius legato octo casibus exceptis. Secundus casus est de illo, qui incen- dit Ecclesiam, et denunciatus est ab Episcopo. Tertius casus est de illo, qui frangit Ecclesiam, et denuncia- tus est. Quartus casus est de eo, qui scienter, et sponte participat cum excommunicatis a Papa, et recipit eos in officijs, maxime quando nominatim exprimuntur. Quintus de illo, qui falsat litteras Apostolicæ sedis. Sextus de illo, qui communicat excommunicato in crimine. Tunc enim debet absolui ab eo, qui excom- municauit, etiam si non sit eius subditus. Quod si dif- ficile est ei accedere ad ipsum, præstita iuratoria cau- tione, quod parebit eius mandato, potest absolui ab Episcopo, vel a sacerdote proprio. A primo autem casu excipiuntur octo casus: Primus est, si sit in arti- culo mortis. Secundus est, si fuit ostiarius potentis, et percussit non ex odio, vel proposito. Tertius si per- cutiens clericum sit mulier. Quartus si regularis regu- larem. Quintus si sit seruus, et non grauiter læsit, et dominus eius damnificaretur de eius absentia, et ipse Dominus est sine culpa. Sextus si sit pauper. Septi- mus si sit impubes, vel senex, vel valitudinarius. Octauus si habet inimicitias capitales. De excommu- nicatione vero illata a iudice nullus potest absolui ni- si ab ipso, vel eius superiori, excepto solo articulo mortis.

Exceptio- nes a primo casu.

D I S T I N C T. XIX.

Q V A N D O H A E C L A V E S D A N T V R, E T Q V I B V S.



POST QVAM ostensum est, qua sint clauæ Apostolica, et quis earum usus, superest inuestigare quando ista clauæ dentur, et quibus. Dantur hæ clauæ per ministerium Episcopi alicui in promotione sacerdotij. Cum enim recipit or- dinem sacerdotalem, simul et has clauæ recipit. Sed non videtur, quod om- nes vel soli sacerdotes has clauæ habeant: quia plerique ante sacram ordina- tionem scientiam discernendi habent, plures post consecrationem ea carent. Sane dici potest, quod aliam scientiam isarum, id est scientiam discernendi, non habent omnes sacerdotes: vn- de dolendum est atque lugendum. Multi enim licet indiscreti, atque scientia, qua eminere debent.

Difficultas prima.

Solutio.

debent, exortes, sacerdotij gradum recipere presumunt, vita et scientia eo indigni, quia nec ante sacerdotium, nec post scientiam habent discernendi, qui ligandi sint, vel soluendi. Ideoq. illam clauem in consecratione non recipiunt, quia semper scientia carent. Qui vero ante sacerdotium scientia discernendi pradi sunt, licet habeant discretionem, non tamen in eis clavis est: quia non valent ea claudere, vel aperire. Ideoq. cum promouetur in sacerdotem, clauem discretionis recte dicitur accipere: quia et ante habita discretio augetur, et fit in eo clavis, ut eam valeat uti ad claudendum, vel aperiendum.

Si alteram clauem omnes habeant, scilicet potentiam ligandi, et soluendi.

Difficultas fecunda.

CY M Q V E iam constet non omnes sacerdotes illas duas clauas habere, quia scientia discernendi pleriq. carent: de altera, id est, potentia ligandi, et soluendi quaritur, utrum omnes sacerdotes eam habeant. Quidam enim hanc potestatem putant illis solis esse concessam, qui doctrinam simul, ac vitam Apostolorum seruant. Illas enim clauas promisit Dominus Petro, et imitatoribus eius tantum, ut aiunt: qui etiam auctoritatibus videntur in munimentum sua opinionis. Hoc enim dicit Augustinum sensisse, ubi superius ait. Remissionem peccatorum, vel per seipsum facit Deus, vel per columba membra. Dicit etiam idem peccata dimitti, vel teneri a sanctis. Idem super Exodum, ubi de lamina aurea legitur. Erat autem lamina aurea semper in fronte sacerdotis. Hac, inquit, significat fiduciam bonae vite: quam qui vere perfectus, non significatione, sed veritate sacerdos habet, solus potest auferre peccata. Item Gregorius: Illi soli habent in hac carne positi potestatem ligandi, et soluendi, sicut sancti Apostoli, qui illorum exempla simul cum doctrina tenent. Item ex dictis Origenis: Hac potestas soli Petro concessa est, et imitatoribus Petri. Nam quicumque vestigia Petri imitantur, habent recte ligandi, et soluendi potestatem. His alijsq. testimonijs innuntur, qui asserunt potestatem ligandi, ac soluendi illis solis concessam sacerdotibus, qui vita, et doctrina pollent sicut Apostoli.

Aliorum sententia verior.

ALII S autem videtur, quod et mihi placere fateor, cunctis sacerdotibus hanc clauem dari, scilicet ligandi, et soluendi: sed non eam recte, ac digne habent, nisi qui vitam, et doctrinam Apostolicam seruant. Nec premissa auctoritates malos sacerdotes hanc potestatem negant habere: sed illos solos digne, ac recte, hac potestate uti significant, qui pradi sunt vita, et doctrina Apostolica: quia soli ipsorum Apostolorum imitatores digne recteque possunt ligare, et soluere. Et per Dominum tantum, vel per sanctos, in quibus habitat Spiritus sanctus, digne, et recte fit remissio, vel retentio peccatorum. Fit tamen et per illos, qui sancti non sunt, sed non digne vel recte: Dat enim Deus benedictionem digne poscenti, etiam per indignum ministrum. Quod vero hanc potestatem habeant omnes sacerdotes, Hieronymus testatur super illum locum Euangelij, ubi Dominus dicit Petro: Tibi dabo clauas regni caelorum. Habent enim, inquit, eandem iudiciariam potestatem alij Apostoli: habet et omnis Ecclesia in Episcopis, et presbyteris. Sed ideo Petrus eam specialiter accepit, ut omnes intelligant quod quicumque ab unitate fidei, et societate Ecclesiae se separauerit, nec a peccatis solui, nec caelum potest ingredi. Item, quod sacerdos, etiam si malus sit gratiam tamen transfundit pro sua dignitatis officio, Augustinus ostendit dicens: Dictum est a Domino in Numeris ad Moysen, et Aaron sacerdotes: Vos ponite nomen meum super filios Israel: et ego Dominus benedicam eos: ut gratiam traditio per ministerium ordinati transfundat hominibus, nec voluntas sacerdotum obesse, vel prodesse possit, sed meritum benedictionem poscentis. Quanta autem sit dignitas sacerdotalis ordinis, hinc aduertamus. Dictum est de nequissimo Caipha inter cetera: Hoc autem a semetipso non dixit: sed cum esset pontifex anni illius, prophetauit: per quod ostenditur, spiritum gratiarum non personam sequi digni, vel indigni, sed ordinem traditionis: ut quamuis aliquis boni meriti sit, non tamen possit benedicere nisi fuerit ordinatus ut officij ministerium exhibeat. Dei autem est effectum tribuere benedictionis. Hinc euidenter ostenditur, ordinem non priuari potestate tribuendi gratiam ob ministri indignitatem. Huic tamen Augustinus sententia videtur obuiare quod ait Elychius: Sacerdotes, inquit, non propria virtute benedicunt: sed quia figuram Christi gerunt, et propter eum, qui in ipsis est, plenitudinem benedictionis tribuunt, non solum is, qui sacerdotium sortitus est, sed quicumque Christum in seipso habet,

In lib. quaest. 10. 4. g. 1. 1. 10. 4. Num. 6. d. Ioan. 11. g.

Super Gen. 2. 9. lib. 2. 10. 4.

habet, et eius figuram gerit per conuersationem bonam; sicut Moyses, idoneus est, ut benedictionem praestet. Ecce hic habes quod non solum sacerdos, sed omnis in quo Christus habitat, benedictionem praestat. Sed alia est benedictio, quae solis sacerdotibus congruit: alia quae ab omnibus bonis communiter exhibetur. Denique illi sacerdotes, in quibus Christus habitat, benedictionis plenitudinem tribuere dicuntur: non quia soli illi transfundant gratiam, sed quia illi soli licite et digne id agunt. Nec subditos mala vita sacerdotis laedit, si bona faciunt quae ille dicit. Vnde Gregorius: Multi dum plus vitam sacerdotum quam suam discutiunt, in erroris foueam dilabuntur: minus considerantes, quod non eos vita sacerdotum laederet, si humiliter bonis sacerdotum admonitionibus aurem accommodarent.

De hoc quod scriptum est in Malachia: Maledicam benedictionibus vestris.

PR A E M I S S A E vero sententia, quae dicitur etiam per mali sacerdotis ministerium transfundi gratiam benedictionis, videtur obuiare, quod Dominus per Malachiam prophetam maledicam benedictionibus vestris. Et alibi: Va his qui viuificant animas quae non viuunt, et mortificant animas, quae non moriuntur. Si enim maledicit Dominus benedictionibus eorum, et si animas quas viuificant non viuunt: quo modo per eos gratia benedictionis transfunditur? Sed illud capitulum Maledicam, et cet. quidam referunt ad hereticos, qui ab Ecclesia praesertim sunt: et ad excommunicatos, quorum benedictiones sunt maledictiones his, qui eorum sequuntur errores. Illud vero alterum, scilicet: Viuificant, et cet. super omnes illos sacerdotes exponunt, qui absque claua scientiae, et forma bonae vitae presumunt ligare vel soluere. Sed nullus officio sacerdotis uti debet, nisi immunis sit ab illis quae in alijs iudicat: alioquin seipsum condemnat.

Qualis debeat esse iudex Ecclesiasticus.

QV A L E M autem oporteat esse, qui aliorum iudex constituitur, Augustinus describit, ita dicens: Sacerdos cui omnis offertur peccator, ante quem statuitur omnis languor, in nullo eorum sit indicandus, quae in alio indicare est promptius. Iudicans enim alium, qui est iudicandus, condemnat seipsum. Cognoscat ergo se, et purget in se quod alios videt sibi offerre: caueat ut a se proiecerit, quidquid in alio damnosum repererit. Animaduertat quod qui sine peccato est, primus in illam lapidem mittat. Ideo enim liberauit peccatricem, quia non erat qui iuste proieceret lapidem. Quo modo lapidaret, qui se lapidandum cognosceret? Nullus enim erat sine peccato, in quo intelligitur omnes criminosos fuisse reos. Nam venialia remittebantur per caeremonias. Si quod ergo in eis peccatum erat, criminale erat. In hoc ergo patentiissimum est, crimen sacerdotum esse detestabile, qui non prius se iudicant, antequam alios alligent. Caueat spiritualis iudex, ut sicut non commisit crimen nequitiie, ita non careat munere scientiae. Oportet ut sciat cognoscere, quidquid debet iudicare. Iudiciaria enim potestas hoc postulat, ut quod debet iudicare, discernat. Diligens ergo inuestigator sapienter interroget a peccatore, quod forsitan ignorat, vel verecundia velut occultare. Cognito vero crimine, varietates eius non dubitet inuestigare, et locum, et tempus, et cetera quae supra diximus: quibus cognitis, adsit beneuolens paratus erigere, et secum onus portare: habeat dulcedinem in affectione, discretionem in varietate, doceat perseverantiam, caueat ne corrumpat, ne iuste perdat iudiciariam potestatem. Etsi enim poenitentia possit ei acquirere gratiam, non tamen mox restituit in potestatem primam. Licet enim Petrus post lapsum restitutus fuerit: et sepe lapsis sacerdotibus reddita sit dignitatis potestas: non tamen est necesse, ut omnibus concedatur quasi ex auctoritate. Inuenitur auctoritas quae concedit, et quasi imperat. Inuenitur auctoritas alia quae non concedit, sed vetat. Quae scriptura non repugnant, sed concordant. Cum enim tot sunt qui labuntur, ut pristinam dignitatem ex auctoritate defendant, et quasi ausum peccandi sibi faciant, recidenda est spes ista. Si vero locus est, ubi ista non concurrant, restitui possunt, qui peccant. Ex his satis perpenditur, qualis debeat esse sacerdos qui alios ligat, et soluit: discretus scilicet, et iustus: alioquin mortificat sepe animas, quae non moriuntur: et viuicat, quae non viuunt: et ita incidit in maledictionis iudicium: Illud autem Malachiae, scilicet: Maledicam benedictionibus vestris: sicut super hereticos tantum et excommunicatos, sicut super omnes sacerdotes, qui vita et scientia carentes benedicere presumunt, dictum accipitur, sic intelligi potest: Maledicam benedictionibus vestris, id est, his quae in eis benedictionibus

1. q. 1. cap. Multi sacralarium.

Malac. 2. a. Ezec. 13. d.

Rom. 2. a. Li. de vera et fals. poen. c. 20. 10. 4.

Rom. 2. a.

Joan. 8. a.

Malac. 2. a.

Hier. in c. 2. Malach. a princ. 20. 6. nibus possidetis: quia faciam eam cedere vobis in maledictionem, non benedictionem. Quia est benedictionem sanctis, non hoc faciunt ex vero corde, et ideo eorum benedictio eis vertitur in maledictionem. Vel maledicam benedictionibus vestris, id est quod a vobis benedicitur, a me erit maledictum: quia benedicunt inique agentibus, adulanturque peccantibus, dummodo divites sint.

DISTINCT. XIX.

De confessione sacramentali in comparatione ad suscipientes.

Postquam ostensum est, quae sint claves apostolicae, et cet.

Expositio textus.

Diuisio.

VERA determinavit Magister clauium usum et substantiam. Hic determinat, quando istae clauies, et quibus dantur. Et habet haec pars duas. In prima ostendit, quod claus scientiae non datur ignorantibus, et inscijs. In secunda quaeritur, vtrum potestas ligandi, et soluendi competat malis, ibi: Cumq. iam confitetur non omnes, et cet. Et haec secunda pars habet tres. In prima ponit et innuit opinionem falsam, immo haeresim, quod claus in illis solis sunt, qui habent doctrinam, et vitam Apostolorum seruant. In secunda ponit opinionem veram, quod sint in quolibet sacerdote, et respondet false, et innuit eam, ibi: Alijs autem videtur, quod et mihi placere. In tertia vero ipsam defendit a quibusdam, quae videntur ipsam ostendere falsam, ibi: Praemissa vero sententia, qua dicitur, et cet.

Sed cum esset Pontifex anni illius. Dub. I.

Videtur dicere falsum, quia sicut patet ex textu, ipse dixit animo interficiendi Christum: ergo peccauit dicendo, non prophetauit. Item tam ipse, quam Iudaei intellexerunt de salute corporali: constans est autem illud fuisse falsum.

R E S P. Dicendum quod in prophetatione illa duo est considerare, scilicet verbum cogitationis interioris, et verbum exterioris hominis. In verbo autem ipso interiori est considerare duo, scilicet ipsius immisionem, vel inspirationem, et post immisionem verbi, immisi diiudicationem, quae fuit ab intellectu Caiaphae. Et cum verbum haberet duplicem intellectum, scilicet carnalem, et spiritualem, Spiritus sanctus immisit secundum intellectum spiritualem: et ipse intellexit secundum carnalem. Et secundum hunc duplicem intellectum verbum exteriori duplicem facit intelligentiam in auditoribus. Vnam carnalem in Iudaeis, et aliam spirituales in Christianis: et secundum primum intellectum non fuit verbum prophetationis, sed conspiratio: et sic intellexerunt Iudaei conspiratores. Secundum vero secundum intellectum verbum fuit verum, et prophetia facta fuit Christianis: vnde prophetauit nesciens quid diceret, quantum ad verum intellectum, secundum quem inspiratum fuerat verbum. Et secundum duplicem intellectum dicitur verbum illud fuisse factum Spiritus sancti, vel male voluntatis ipsius Pontificis.

Sed nullus officio sacerdotis vni debet nisi immunis sit ab illis, et cet. Dub. II.

Contra: Quia secundum hoc cum nullus sit qui careat venialibus, nullus deberet ab eis absolui. Si tu dicas, quod intelligit de mortalibus. Contra: Sacer-

dotem, qui habet curam animarum, contingit peccare mortaliter: et tamen tenetur poenitentes audire, et nullus peccat faciendo illud; ad quod tenetur: ergo non peccat mortaliter. Item absolutio fructuosa, et vtilis fieri potest sine gratia gratum faciente: ergo non oportet quod sit in gratia, nec tenetur ex quo habet suum effectum.

R E S P. dicendum quod absolvere hominem a mortali hoc est iudicare hominem in conspectu Dei: secundum autem omne forum nullus digne iudex est, qui reus est, et in eadem damnatione: ideo dico quod sacerdos quando absoluit poenitentem, tenetur de culpa sua poenitere, alioquin indigne sacramentum ministrat, ideo grauius peccat, quia in quo alterum iudicat, seipsum condemnat: Quod obijciatur de veniali, non valet: quia non est ibi iudicium: Quod obijciatur, quod facit quod debet, dicendum quod verum est, sed non omni modo, quo debet. Quod obijciatur, quod fructuosa est, dicendum quod verum est suscipienti, sed damnosa est absoluenti, siue administranti, propter contemptum sacramenti.

Iudicans enim alium, qui est iudicandus, condemnat seipsum. Dub. III.

Ponatur ergo hic, quod sacerdos cognoscat parochianam suam, vel vt dicatur honestus, furetur cum parochianis suis res aliquas, vtrum possit eos absolvere: et quod sic videtur, quia in quocumque peccato existit, absoluit de facto: ergo videtur quod de tali possit eos absolvere. Sed contra hoc est, quia non potest esse idem in eadem causa iudex, et reus: et hoc patet: ergo si talis sacerdos reus est, iudex esse non potest.

R E S P. Dicendum est, quod non video, quare non possit absolvere. Esto enim quod aliquis det malum consilium, vt pote de homicidio faciendq. non video quare ille idem non possit poenitenti dare bonum. Verumtamen neutri credere est tutum. Non ipsi absoluenti, quia videtur in eo manifesta praesumptio. Ne ipsi poenitenti, quia videtur in eo minus vera contritio, et peccati detestatio, dum non vult detegere nisi noscenti. Vnde si sacerdos nolit eum licentiaré, debet superiorem adire. Vel si ille non habeat superiorem, vel non vult ad eum ire, potest ab illo absolutionem recipere, quia reuera absoluit, si contritio adest: sed si ulterius ad maiorem certitudinem vult alij sacerdoti peccatum detegere, bonum est: et hoc dico ad maiorem securitatem habendam.

Idco enim liberauit peccatricem, et cet. Dub. IV.

Contra: Secundum hoc videtur quod illa peccatrix, non fuit liberata ex misericordia, sed quia non aderat humana iustitia. Item esto quod praelatus sit malus, quare a te, vtrum teneatur subditos corrigere: constans est, quod non est absolutus a reptione: ergo si facit hoc, non peccat ex hoc.

R E S P. Dicendum quod duplex est correctio. Vna per modum increpationis, et argutionis: et talis arguit per modum superioris: et qui sic arguit alium, peccat: quia quod facit, non, vt debet, facit. Sed si interior sit malitia, peccat superbiendo: si exterior, peccat scandalizando: et ideo ad hoc quod licite corrigat, tenetur primo de oculo suo trabem eijcere: alioquin

quin ordinem correctionis peruertit. Alia est correctio per modum supplicationis, et admonitionis: et haec potest esse bonorum, et etiam malorum: ipse autem loquitur de prima, et non de secunda. Quod obijciatur de muliere patet: quia ille modus corripiendi erat per vindictam. Quod obijciatur, ideo liberauit, et dicendum quod ideo non dicit finem, quia ille fuit suae misericordiae abundantia, sed potius viam, et modum ad ipsam liberandam insinuat. De correctione vero fraternam hoc notandum, quod tunc tenetur homo corrigere, quando videt fratrem grauius peccare, et credit probabiliter quod debeat prodesse, et non obesse: hoc tamen cauendum, ne quis formet sibi conscientiam stultam ex modica coniectura.

Diligens ergo inuestigator, et cetera. Dub. V.

Ex hoc videtur quod ad confessorem pertinet perscrutari conscientiam alienam. Sed contrarium habetur in Psalmo: Scrutati sunt, iniquitates: defecerunt scrutantes scrutatio. Item in Deuteronomio: Cum reperis a proximo tuo rem aliquam, quam tibi debet, non ingrediaris domum: ergo non videtur quod homo interius debeat ad secreta cordis ingredi. Item ex horum peccatorum ruminacione frequenter factor oritur concupiscentiae in quarente, et generatur cognitio mali in audiente: propter quod etiam frequenter contingit eum titillari ad sciendum scientia experientiae: ergo, et c.

R E S P. Dicendum quod absque dubio oportet ipsum confessorem diligentem esse in inuestigando. Et ratio huius est, quoniam ipse iudex est: et iudex diligenter inquirere debet causae veritatem, maxime quando dubia apparet, secundum quod dicit Iob: Causam, quam nesciebam, diligentissime inuestigabam. In talibus autem inquisitionibus cauendi est superflua curiositas, et negligentia. Quaedam enim sunt, quae non debet inquirere in speciali confessor, sicut sunt peccata inconfusa, et enormia, et contra naturam, et de talibus intelligitur illud: Inuestigator malorum opprimetur ab eis. Et ratio huius est, quia frequenter addiscit poenitens, quod non nouerat: et contingit ipsum confessorem in talibus concuti: et ideo non debet talia quaerere, nisi in generali, et quasi de longinquo per quasdam circumlocutiones, vt si fecit, qui confitetur intelligat, si non fecit, non addiscat. Item huius rei significatio est Iudith, vbi dicitur: Vos autem nolo, vt sceremini actum meum: Iudith confessio interpretatur: et hoc dixit sacerdotibus reprimens curiosam inquisitionem: et ideo quia a longinquo debet esse, dicitur in Iob: Obstetricante manu educus est coluber tortuosus. Alia vero sunt inquirenda, scilicet transgressio decem praecceptorum, commissio septem capitalium, abusus quinque sensuum: et de his potest quaerere, quando videt negligentem, vel ignorantem esse ipsum poenitentem: Hoc autem semper est attendendum, vt inquisitio conferat statui poenitentis. Ideo dicitur: Iustus in principio accusator est sui. Venie amicus eius, et inuestigauit eum. Et cum magna prudentia oportet hoc facere: et ideo necesse est confessor esse discretos. Vnde: Sapiens sibi videtur vir diues, pauper autem prudens eum scrutabitur.

Iob 29. d

Pron. 11. d

Iudith 8. d

Iob 26. c

Pron. 18. c

Pron. 28. b

Cum enim tot sunt, qui labuntur ut pristinam dignitatem, et cetera. Dub. VI.

Videtur male dicere, quia deferendum est multitudini: et vbi multitudo est in causa, oportet rigori detrahere: ergo magis restituendi sunt in gradum pristinum, quam si pauci essent. Contra: Ius dicit esse amouendos: ergo qui restituit, facit contra ius: ergo agit iniuste.

S. Bon. To. 5.

R E S P. Dicendum quod in talibus quando crimen graue est, vel enorme, amotio sacerdotum ab officio est de aequitate iuris, et rigore, sed restitutio est de iuris relaxatione. In relaxatione autem ad hoc quod fiat, consideranda est in eo, qui facit potentia, vt sit talis qui supra ius possit, et non sit illi iuri subiectus, et in eo, cui fit, causa idonea, scilicet necessitas, vel utilitas: alioquin non dispensatio, sed dissipatio debet dici. Et quoniam Dominus Papa non est subiectus constitutionibus patrum, sed super omnes est: ideo potest in eis dispensare: et tunc benefacit, quando necessitas, vel utilitas hoc requirit. In mandatis vero decalogi nullo modo potest, quia ipse est subiectus eis: ideo dispensatio ita consuevit diffiniri: Dispensatio est iuris relaxatio, facta cum causa cognitione ab eo, qui habet ius dispensandi. Vnde dispensare dicitur, quasi diuersa pensare: et ideo in eis, quae statum Ecclesiae decolorant, dispensandum non est, et in eis qui nituntur ius infringere: et hoc est quando multis conceditur, quod paucis esset concedendum: et quando sic accipitur, non sit sibi de gratia, sed tamquam si esset de iure communi: et in talibus loquitur auctoritas prius posita.

Dispensatio quid.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam huius partis, in qua Magister determinat quibus dantur clauies, et quando, tria quaeruntur. Primo quaeritur, quibus dantur clauies. Secundo quaeritur quando. Tertio, super quos, vel in quos ministri per clauies possunt. Circa primum quaeruntur duo. Primo quaeritur, vtrum clauies dantur sint sacerdoti legali, an soli sacerdoti Euangelico. Secundo, vtrum in potestate clauium communicetur bonus minister cum malo ministro.

QVÆSTIO I.

An sacerdos legalis habuerint clauies.

Alex. Aleph. 4. p. q. 20. Memb. 6. art. 2. S. Tho. in suppl. 3. p. q. 19. art. 1. Et 4. Sent. dist. 19. q. 1. art. 1. q. 1. Richardus 4. Sent. dist. 19. q. 1. Stephanus Brulef. 4. Sent. dist. 19. q. 1. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 19. q. 1. Gabr. Biel. 4. Sent. dist. 19. q. 1.

TRVM sacerdos legalis habuerit clauies. Et quod sic, videtur: quia sicut legisperiti instituti fuerunt ad populum docendum, ita sacerdotes ad sanctificandum sicut pater per totum Leuiticum, et in Exodo: sed legisperiti in veteri Testamento acceperunt clauem scientiae ad peragendum suum officium: ergo et pari ratione sacerdotes legales ad suum. Minor patet per hoc quod dicitur: Vae vobis legisperitis, vae qui tulistis clauem scientiae, et cet.

AD OPPOSITVM.

Luca 11. g

2. I T E M claus est sequela ordinis sacerdotalis, sicut melius iam patebit: sed sacerdos legalis habuit ordinem, et Pontificatum, secundum quod patet: Nec quisquam sibi sumit honorem: sed qui vocatur a Deo tamquam Aaron: ergo cum habuit principale, videtur quod etiam habuit annexum.

Art. seq.

Hebra. 5. a

3. I T E M claus est auctoritas discernendi, et ligandi, et soluendi, faciendo reconciliationem peccatoris cum Ecclesia: sed hoc totum fuit in sacerdote summo

b b mo

Leuit. 14. e mo in veteri testamento, quia ad ipsum pertinebat, leprosum iudicare, et expiare, sicut dicitur: Ergo habuit clauem. Si tu dicas, quod illa erat potestas carnalis, sicut expiatio, et ipsa lepra. Contra: A lepra non potuit mundari corporaliter: ergo si expiabat aliquo modo per asperionem, sicut ibi ponitur: expiatio illa erat spiritalis.

FNDA-MENTA. **C O N T R A:** Claves sacerdotales sunt ad aperendum regnum cælorum: sed regnum cælorum nõ fuit apertum ante mortem Christi: ergo claves ante mortem Christi fabricatæ non fuerunt: ergo nec aliquis eas potuit habere ante.

I T E M per claves istas spiruales reconciliatur peccator, dum soluitur, et ligatur: sed reconciliatio fieri non potuit nisi per mediatorem: mediator autem vnus tantum est, scilicet Christus Dominus: ergo ante aduentum ipsius haberi non poterunt.

Hebr. 7. c **I T E M** lex Moyfi carnalis dicitur ab Apostolo, et **2. Cor. 3. b** occidens: sed ista potestas est spiritalis, et ad viuificandum, vel ad proficiendum in vita: ergo talis potestas clauium nullo modo legi illi competebar.

C O N C L V S I O .

Sacerdoti legali non sunt datae claves, sed tantum Evangelico sacerdoti sunt concessæ.

Opin. aliorum. **R E S P. A D A R G V M.** Dicendum quod aliqui Doctores dicere voluerunt, quod potestas clauis fuit in lege Moyfi, et est in lege gratiæ, sed differenter: quia ibi fuit imperfecte, et semiplene, hic autem perfecte. Vt sicut illa fuit imperfecta lex, et hæc perfecta, et hæc addit supra illam, sic clauis ad clauem. Et sicut poenitentia inchoauit in veteri Testamento, et fuit ibi ita et clauis, secundum cuius arbitrium consummatur poenitentia. Et hoc nituntur ostendere per hoc quod sacerdotibus commissum fuit, vt peccantibus per ignorantiam sacerdos imponeret poenam iuxta mensuram delicti, sicut dicitur: et illud fuit quoddam ligare ad poenam: non tamen perfectam habuerunt potestatem, quia non poterant absolueremittendo partem poenæ: et hoc quidem habent a Christi passione clauis in noua lege: et per hoc respondetur secundum illos ad obiecta vtriusque partis, vt patet intuenti.

Opin. propria. Alia opinio est (vt credo) probabilior, quod potestas clauium proprie est sacerdotis Evangelici: Nec in lege veteri fuit inchoata, sed magis figurata: et illud apparet clarius, si respiciatur ipsius essentia, et origo, et finis. Clauis enim potestas spiritalis est, quæ est aliquid datum animæ in sigillatione, qua sigillatur character sacerdotali: et quoniam lex illa non spiritalis, sed carnalis dicitur: ideo non competebar ei, sed nouæ, quæ est lex spiritus. Similiter patet hoc si respiciatur clauis origo. Cum enim triplex sit clauis (vt in præcedentibus visum est) scilicet auctoritatis, excellentiæ, et ministerij: clauis ministerij descendit a clauis auctoritatis mediante clauis excellentiæ: Quoniam et si Deus per se delet culpam, et sacerdos aliquam poenæ partem: Christus tamen fuit, qui soluit debitum in passione sua, soluit inquam debitum Adæ: et tantum superabundauit, quod ministris communicauit virtutem soluendi a poena. Similiter patet, si respiciatur finis, quoniam clauis ad aperendum est per reconciliationem: et quoniam in reconciliatione illa mediator est homo, qui tenet locum Dei, extunc potuit, et debuit dari clauis, ex quo Deus factus est homo: vt nos diuinitatis suæ tribueret esse participes, et ex quo pretium reconciliationis fufam est: et hoc debuit esse in noua lege: et ideo primo dictum est Petro: Tibi dabo clauis: quasi ante datæ non fuissent. Concedendæ sunt igitur rationes probantes, quod solus sacerdos Evangelicus habet clauis.

Mar. 16. c **I T E M** illud ergo quod obijcitur de clauis scientiæ, dicendum quod illa clauis scientiæ dicitur clauis alia,

A quæ ista: quia illa fuit ad docendum ea, quæ iuris erant, et legis: hæc autem ordinatur ad dirigendum clauem potentiæ ligandi, et soluendi a poena: et ita hæc aperit cælum: sed illa aperiebat, id est aditum præparabat ad sciendum. Lex autem noua communicat cum veteri in scientia, quia vtraque lex docet, licet hic clarius aperiantur mysteria legis, et Prophetarum. Sed in redundantia, et copia gratiæ, et spiritualitate potestatis differant: et ideo non valet illud.

2. **A D** illud quod obijcitur, quod est sequela ordinis, dicendum quod sicut in lege veteri non fuit clauis vera, sed figuralis: ita etiam et ordo. Et hoc patet, quia verus ordo est, qui veram offert hostiam, et sacrificium Deo acceptum: et hoc est in nouo testamento, vbi offertur vera Christi caro. In lege vero veteri offerebatur caro bouis, vel agni, qui erat huius signum.

3. **A D** illud quod obijcitur, quod habuerunt discernendi auctoritatem, et similiter expiandi, dicendum quod illud erat carnale, non spirituale. Quod obijcitur, quod non mundabat immunditiam carnis, dicendum quod expiatio, et illa sanctificatio proprie nõ erat carnalis, nec spiritalis, sed figuralis: vnde non fiebat ad munditiam carnis, vel spiritus cõferendam: sed potius ad signandam munditiam spiritualem. Dicitur tamen carnalis, pro eo quod de munditia carnis certificabat auctoritate, et iudicio sacerdotis.

Q V Æ S T I O II.

An malus sacerdos communicet cum bono in potestate clauis.

Alex. Alenf. 4. p. q. 20. Membr. 7. art. 1.
S. Th. in suppl. 3. p. q. 19. art. 5.
Richardus 4. Sent. dist. 19. q. 2.
Steph. Brul. 4. Sent. dist. 19. q. 2.
Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 19. q. 2.

M TRVM malus sacerdos communicet cum bono in potestate clauis, an sit in solo bono. Et quod sit tantum in bono, videtur: In donatione siue promissione clauium, quæ facta est Petro, primo comendatus est Petrus: Beatus es Symon, et cetera. Et post: Ego dico tibi, et cetera. Ergo videtur, quod si omnibus datæ sunt in Petro, et datæ sunt Petro ratione fidelis, et bonæ confessionis, quod ad illos solos descendat, qui sunt Petro similes, et eius imitatores. Ad huius autem confirmationem adducitur verbum Augustini, quod dicitur super illud: Tibi dabo: Sicut dictum est Iudæ: Pauperes semper vobiscum habebitis, et cetera. gerenti typum malorum: sic dictum est Petro: Tibi dabo clauis, gerenti typum bonorum: ergo, et cetera.

2. **I T E M:** Vbi primo datæ sunt hæc clauis, dicitur: **F** Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, et cetera. ergo si ante donationem potestatis dedit Spiritum sanctum, qui non habent Spiritum sanctum, non habent potestatem clauium: sed mali non habent Spiritum sanctum: ergo, et cetera. In huius autem confirmationem adducitur Glossa Augustini ibidem: Ecce charitas, quæ diffunditur per Spiritum sanctum in cordibus eorum, in quibus etiam peccata dimittit: sed soli boni habent charitatem: ergo, et cetera. Ad hoc etiam sunt multæ auctoritates in litteris.

I T E M hoc videtur ratione, quia bonus distributor nulli dat aliquam potentiam, distribuendi, qui est omnino indignus: sed peccator in peccato existens indignus est tam nobili potestate, scilicet soluendi, et ligandi:

AD OPPOSITUM

Mat. 16. e

Ioan. 20. f

ligandi: hoc apertum est, et Deus hoc scit, et ipse est A qui hanc potestatem tribuit: ergo aut male donat dona sua, aut talis non habet potestatem.

4. **I T E M** stultus esset rex qui clauem cameræ suæ committeret inimico suo: si ergo peccator inimicus Christi est, cum Christus nihil stulte agat, peccatoribus clauem cameræ suæ non committit: sed hæc est clauis cæli: ergo, et cetera.

FNDA-MENTA. **C O N T R A:** Dicit Dominus discipulis suis: Super cathedram Moyfi sederunt scribæ et Pharisei: quæcumque dixerint vobis, seruate, et facite: constans est quod Dominus loquitur de malis, sicut ibidem patet, et illis dicit reuerentiam exhibendam, et obedientiam: vult ergo Dominus etiam prælati malis subesse bonos subditos: si ergo potestas prælationis in nouo Testamento in potestate clauium consistit: ergo Dominus vult hanc potestatem malis communicare.

I T E M sicut clauis ligandi, et soluendi est a Deo: ita et clauis scientiæ est a Deo: sed Dominus clauem scientiæ legis peritis dedit qui mali erant, et etiam male utebantur, vt dicitur: ergo nihil prohibet clauem istam malis tribui.

I T E M ratione videtur, quia gratia non transfunditur ab vno homine in alterum, vt in præcedentibus visum est: ergo gratia gratum faciens nihil facit ad hoc, quod in isto gratia fiat: ergo nec ad hoc quod iste illi regnum aperiat.

I T E M nihil refert ad hoc quod aliquis cellarij clauis gerat debite, vtrum ipse bibat, sed sufficit, quod alijs administret: ergo a simili videtur quod in hoc nulum præiudicium generetur Ecclesiæ, si quis habet clauis cæli, licet ipse non habeat sensum gratiæ, et gustum.

I T E M si non habet clauem nisi iustus, cum nemo nec de se, nec de alio sciat, vtrum sit iustus, nemo scit vtrum soluat, vel liget, an vtrum sit solutus, vel ligatus: ergo dubitatio maxima, et perplexitas in Ecclesiâ Dei relinquatur: quod est contra bonam institutionem Ecclesiæ, quæ debet esse fundata in fundamento veritatis æternæ.

I T E M si potestas clauis sequeretur sanctitatem cû tota die fiat transmutatio in sanctitate, quia ille qui est minus sanctus, fit magis sanctus, et econuerso: modo subditus fieret prælatus, modo prælatus subditus: ergo nulla stabilitas esset in Ecclesiâ, quod abhorretur fides recta.

C O N C L V S I O .

Tam mali quàm boni sacerdotes communicant in clauium potestate, quia illa dicunt gratiam gratis datam.

R E S P. A D A R G. Dicendum quod est loqui de collatione clauis alicui quantum ad ea, quæ sunt de necessitate, et quantum ad ea, quæ sunt de idoneitate. Si loquamur quantum ad ea, quæ sunt de necessitate: sic ad esse clauis sufficit donum Spiritus sancti secundum gratiam gratis datam: hæc autem infalibilter, et secundum diuinam institutionem datur omni suscipienti ordinis sacramentum, siue sit bonus, siue sit malus. Ratio autem huius est, quia donum gratiæ gratis datæ non repugnat iniquitati, quin simul stet cum ea, sicut patet in scientia, et alijs donis. Et rursus, peruersitas non repugnat vtilitati illius doni: sicut enim malus prædicator bene prædicat, et frequenter fructificat: propter quod Dominus noluit prohibere eum, qui in nomine eius eiciebat dæmonia, quamuis eum non sequeretur, quia hoc erat ad vtilitatem aliorum: sic quia bonum illud gratiæ gratis datæ ordinatum est ad vtilitatem communem, et quamuis non valeat accipiens, tamen valet alijs: ideo Dominus qui in distributione sacramentorum vtilitatem communem

S. Bon. To. 5.

considerat: et suam institutionem non retractat, malis confert istam potentiam, qui ordinati sunt secundum Ecclesiæ catholicæ formam. Sic ergo quantum ad id quod est de necessitate clauis, siue quantum ad esse, siue quantum ad executionem, cum nihil exigatur ad hoc nisi ordo et iurisdictio, et hoc dicit donum gratiæ gratis datæ: tam in bonis quàm in malis est. Si autem loquamur quantum ad ea, quæ spectant ad idoneitatem, cû ad debitum vsum officij concurrat meritum, et auctoritas prælationis debeat esse cum sanctitate, maxime tale officium, et talis auctoritas competit ei, qui habet charitatem. Et hoc patet, quia officium illud est officium mediatoris, et reconciliatoris: et cû auctoritas ista sit iudicialis potestatis, et nullus sit bonus mediator, qui est inimicus: nullus sit bonus iudex in ea causa, in qua est reus: oportet ipsum esse mundum, et sanctum: alioquin est minister, non tamen est idoneus, vel dignus. His visis facile est respondere ad obiecta. Concedendæ enim sunt rationes probantes clauis esse in malis.

1. 2. **A D** auctoritates autem in oppositum dissoluedas dici potest, quod loquuntur quantum ad idoneitatem, non quantum ad necessitatem. Vel dicendum quod sicut supra dictum est in baptismo, quod fides, et charitas Ecclesiæ operatur in baptismo collata a malis, quia confertur in forma Ecclesiæ: sic in proposito est intelligendum.

3. **A D** illud quod obijcitur de bono dispensatore, quod non dat indigno, potest responderi, quod Deus non dat ei propter se, sed propter communem vtilitatem: et quamuis malus non sit dignus, potest tamen esse vtilis: ideo ei confert. Vel dicendum quod Deus hoc facit ad ostendendam abundantiam largitatis suæ, qua solem suum oriri facit super bonos, et malos.

4. **A D** illud quod obijcitur de clauis cameræ, dicendum quod si clauis talis esset natura, quod nec aperiret, nec aperiret posset nisi amicis, secure posset talis clauis cui libet dari: talis autem est clauis cæli, vt patet ex dictis in præcedentibus.

A R T I C V L V S II.

C O N S E Q V E N T E R quantum ad secundum articulum quæritur, quando clauis dentur. Et circa hoc duo quærentur. Primo quæritur, vtrum clauis dentur in ordine sacerdotali. Secundo, vtrum contingat eas ab eodem ordine separari.

Q V Æ S T I O I.

An clauis dentur in ordine sacerdotali.

Alex. Alenf. 4. p. q. 20. Membr. 8. art. 2.
S. Thomas in Suppl. 3. p. q. 19. art. 3.
Steph. Brul. 4. Sent. dist. 19. q. 3.
Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 19. q. 4.

I R C A quam ostenditur, quod in solo illo ordine dentur. Primo auctoritate Ambrosii, sicut in libro de paradiso loquentis de potestate ligandi, et soluendi, vbi dicit: Ius hoc solis est permixtum sacerdotibus.

I T E M super illud: Tibi dabo clauis: Glossa Hieronymi habet iudicialiam potestatem omnes Apostoli, habet etiam omnis Ecclesiâ in Episcopis, et Presbyteris: sed omnis Episcopus est sacerdos: ergo, et cetera.

I T E M ratione videtur quia potestas clauis Apostolis data fuit, cum Dominus dixit: Quorum remiseritis peccata, et cetera. ergo illis solis assignatur hæc potestas

Dist. 1. ar. 2. q. 1.

Mat. 5. g

FNDA-MENTA. Amb. de pot. lib. 1. c. 2. Hieron. in. Maab. 1. 6.

Ioan. 20. f

bb 2 testas

testas dari, quibus hæc verba dicuntur: hæc autem non dicuntur nisi solis sacerdotibus: ergo, *et cet.*

I T E M omnis habens hanc potestatem mediator est, et omnis talis constituitur in his, quæ sunt ad Deum, ut offerat dona, et sacrificia pro peccatis: ergo ad eum pertinet hæc potestas, ad quem pertinet sacrificium offerre: et hoc pertinet in noua lege, et veteri ad solos sacerdotes, ergo, *et cet.*

AD O P P O S I T I V M **C O N T R A** per Hieronymum: Ostiarij inter bonos, et malos habentes iudicium, dignos recipiunt, et indignos despiciunt: sed hoc est officium clauium, sicut patuit in præcedentibus per Glossam: ergo, *et cet.*

M A T. 16. 6 **I T E M** ratione videtur, quia si alicui competit dari claus, ei competit, qui habet officium ostiarij: sed multo inferior sacerdotio est ordo ille, immo primus inter ordines: ergo tunc videtur ei dari potestas clauium.

I T E M exteriora quæ sunt in ordinibus, sunt signa inferiorum, et spiritualium, quoniam sacramentum est inuisibilis gratiæ visibilis forma: ergo in illo ordine datur claus spiritualis interior, in quo datur claus materialis exterior: ergo cum ille sit ordo ostiariorum: patet, *et cet.*

I T E M in omni ordine est aliqua potestas spiritualis, et illa potestas ordinata est sub sacerdotali per modum ministerij in ordinibus inferioribus: sed nos videmus in curia regis, et alijs curijs claus non dari principibus, et consiliarijs, sed clientibus, et ministris: ergo videtur quod magis competat hanc clauem dari in traditione aliorum ordinum, quam sacerdotij, cum officium sacerdotis sit in præsentia Domini ministrare, et gratissimum ei sacrificium offerre. Iuxta hoc queritur, cum detur nouus vsus ligandi, et soluedi in dignitate Episcopali, cum etiam ibi tradatur potestas, et auctoritas Pontificalis, vtrum tradatur ibi alia claus: Quod si verum esset: non ergo tantum duæ sunt claus: quod est contra prædeterminata.

Quæst. late-
ralis.

C O N C L V S I O .

In ordine sacerdotali clauium potestas confertur: ideo in Episcopatu non dantur nouæ claus, sed receptarum ampliatio.

R E S P. A D A R G. Dicendum (sicut dicunt sancti, et hoc etiam innuit ipse modus tradendi ordines) quod in ordine sacerdotali clauium potestas confertur. Huius autem ratio est institutio diuina. Institutionis autem congruitatem videre possumus, quoniam harum clauium conferuator habet officium mediatoris, et officium reconciliatoris. Mediator autem est inter Deum, et hominem: reconciliator vero reducendo ad Ecclesiam, et reconciliando Ecclesiam. Ad hoc autem ut possit esse mediator perfectus, et competens inter Deum, et hominem, oportet quod possit habere offerendi dona, et sacrificia pro peccatis, in quibus Deus placetur. Ad hoc, quod possit esse reconciliator, oportet quod possit reducere ad corpus Christi mysticum, cuius caput est ipse Christus verus, et ut recta sit, et ordinata potestas, oportet quod habeat posse consecrari sanctissimum corpus Christi. Hoc autem pertinet ad solos sacerdotes: Et ideo mirabilis Dei sapientia ordinatissimo modo ordinans Ecclesiasticas potestates, hanc potestatem ligandi, et soluedi solis sacerdotibus commisit: et ita in ordine sacerdotali dantur claus. Et quoniam Episcopatus non dicit nouum ordinem, sed quandam ordinis eminentiam: recte dicendum est in eo non dari nouam clauem, sed potestatem huiusmodi extendi, et ampliari, ut sic pateat vltimo quæsitum. Ampliatur autem potestas iurisdictionis ad corripiendum, in cuius signum baculus ei traditur pastoralis.

Ad q. late-
ralem.

1. 2. 3. **A D** illud ergo quod obijcitur de ostiarijs, quod habent iudicium, dicendum quod habere iudi-

cium, et potestatem ad repellendum, vel ad admit- tendum est dupliciter. Vel ad ipsa sacramenta, et eorum efficaciam, ea quidem prout oportet administra- do: et hoc quidem spectat ad claus cæli, et hæc sunt claus, de quibus loquimur. Alia est potestas admit- tendi, et repellendi ad locum, vel ad loca sacra- mentorum, sicut est Ecclesia, et hæc spectat ad infimum ordinem: hæc autem non dicitur claus cæli, sed magis potestas quædam respectu templi materialis: et ideo magis potest dici claus excubantium in custodijs sanctuarij. Et quamuis aliquo modo sit hæc potestas spiritualis, quia inest ratione officij, et ordinat ad spi- rituale: tamen ex hoc non dicitur claus cæli, nec ostiarij. Et per hoc patent duo sequentia de clauibus, et ostiario, quia aliam potentiam signant, non illam, quæ prædicta est, et de qua nunc agitur.

4. A D illud quod obijcitur, quod illa potestas est infimarum personarum in curijs hominum, dicendum quod non est simile, quia hæc dicit proprie potesta- tem respectu hominum ostium ingredientium, ex qua non acquirunt aliquam excellentiam. Sed potestas clauium est potestas respectu ingredientium Ecclesiam: et deinde cælum: et ideo ille, cui collata est plena po- testas, super omnes constitutus est, sicut beatus Pe- trus. Et quia principi collata est prima hæc potestas, patet quod non vilitatis, sed maximæ nobilitatis est: et ideo nobilissimo ordini competit, et aptatur.

Q V Æ S T I O II.

An potestas comitetur inseparabiliter ordinem sacerdotalem.

*Alex. Alenf. 4. p. q. 20. Memb. 8. art. 2.
S. Tho. in suppl. 3. p. q. 19. art. 4.
Stephanus Brulef. 4. Sent. dist. 19. q. 4.
Petrus de Taurant. 4. Sent. dist. 19. q. 6.*

M T R V M hæc potestas comitetur inseparabiliter ordinem sacerdotalem. Et quod sic, videtur: quia sicut numquam iteratur ordinis consecratio, sic nec iteratur verbum, in quo datur potestas clauium: ergo sicut ille ordo inseparabiliter possidetur propter characterem, videtur similiter quod hæc potestas.

**F V N D A -
M E N T A .**

I T E M potestas ista in aliquo est, et constat quod non nisi in sacerdote, non secundum carnem, sed secundum animam: sed quæ secundum animam habetur, cum anima sit incorruptibilis, non possunt auferri, ut patet in scientia et virtute: ergo talis potestas non potest auferri.

I T E M si amittantur, aut ergo propter ignorantiam, aut propter malitiam, aut propter subditi carentiam. Non propter ignorantiam, hoc constat. Non propter malitiam, istud constat, quia mali habent, ut visum est prius. Non propter subditorum carentiam, quia si talis faceret carere clauem, tunc mutatione subditorum amitterentur claus, quod est manifeste falsum: ergo, *et cet.*

I T E M si aliquid necessario ponit aliud, non potest aliud auferri, quin ipsum auferatur, quod ponit: sed aliquo facto sacerdote secundum Ecclesiæ formam, statim habet clauem: ergo remora clauem remouetur ordo: sed ordinis character non potest amoueri: ergo, *et cet.*

C O N T R A hoc obijcitur: Primo de hæreticis, et schismaticis, qui secundum quod dicitur in littera, et habetur in principio præcedentis distinctionis, non possunt soluere, et ligare: et tamé ordines habent, sicut infra patebit: ergo claus non sequitur ordines insepara-

**A D O P P O -
S I T I V M .**

Dist. seq. p. 1. art. 1. q. 2

separabiliter, quia si non possunt, non habent potestatem.

2. I T E M obijcitur de gradatis: constans est quod ordines non possunt auferri, quia non potest auferri character: si ergo degradatur, hoc erit solum quantum ad auctoritatem, siue potestatem: ergo videtur quod illa auferatur, maxime cum videantur magis elongari ab hoc actu ipsi degradati, quam hæretici.

3. I T E M obijcitur de anima separata, quæ habet characterem ordinis, et nõ habet clauem, in patria enim cessat omnis prælatio: ergo nõ videtur, quod inseparabiliter character comitetur. Si tu dicas mihi ad hæc omnia, quod omnes prædicti habent potestatem, sed non executionem: hoc improbat triplici ratione. Prima est: quia illa potestas est spiritualis, et actiua: potestas enim dicitur actiua, non passiua: et iterum est in potentia libera, quæ scilicet est liberum arbitrium, quod exit in actum, quando vult: ergo impossibile est quod aliquis habeat potestatem et non habeat executionem quando vult.

4. I T E M frustra est potentia, quam non consequitur actus: ergo si in talibus est potentia sine actu, frustra est: sed in operibus diuinis nihil debet esse frustra: ergo, *et cet.*

5. I T E M si talis potentia non est in actu, quæro unde hoc sit. Si quia Papa prohibet, vel superior: Sed contra: Quantumcumque superior prohibeat, si quis conficit, consecrum est de facto: si baptizat, baptizatum est: ergo pari ratione si absoluat, vel liget, absolutum, et ligatum est: quod est manifeste falsum: ergo redit primum, quod tales non habent potestatem, et habent characterem: ergo hæc potestas non sequitur characterem inseparabiliter.

C O N C L V S I O .

Claus inseparabiliter sequuntur ordinem sacerdotalem quantum ad essentiam, licet quantum ad executionem, vel vsum tollantur.

R E S P O N. A D A R G. Dicendum quod sicut de potentia visua est loqui dupliciter, vel quantum ad essentiam, vel quantum ad vsum. Et quantum ad essentiam fundatur hæc potentia radicaliter in anima, nec animam deserit vnquam. Quantum ad vsum vero exigit organum bene dispositum, et medium illuminatum. Sic in proposito est intelligendum, quod si loquamur de potentia soluendi quantum ad essentiam, sic radicaliter est in ipsa anima, sicut et character, nec videtur ab illo differre, nisi secundum relationem quandam: et hoc modo inseparabiliter se tenet cum sacerdotali ordine. Alio modo possumus loqui quantum ad vsum: et hoc modo necessario requiritur status viatoris, et auctoritas iurisdictionis. Quod status viatoris requiritur patet, quia sicut ratio merendi non competit charitati extra statum viæ, sic nec potestas reconciliandi, et sacramenta exhibendi, siue administrandi, nisi in statu Ecclesiæ militantis: et sic per mortem dicitur potestas vsum amittere in anima separata. Quod iterum requiritur iurisdictione, patet sic: sacerdos enim est mediator, et in quantum mediator: inferior est Deo, et superior penitenti: et arbiter, et iudex homini constitutus loco Dei ad aperiendum, siue soluendum, et ad parcendum, siue puniendum: talis autem iudicatio non est sine aliqua iurisdictione in eum, qui iudicatur, quia nemo potest aliquem iudicare, nisi qui iudex eius constituitur ab eo, qui potest. Et ideo iurisdictione est tamquam vis motiua ipsius claus, siue manus: hac autem deficiente, quæ clauem moueat, et si adsit claus, numquam aperiet: et si amittitur hæc iurisdictione, cessat claus executio. Hæc autem amittitur dupliciter. Vel per ablationem subditorum quantum ad rem, et

sic est in schismaticis, hæreticis, præcis, fornicarijs, notorijs, excommunicatis, et huiusmodi. Vel quantum ad ablationem secundum rem, et secundum spem: et hæc est in degradatis quibus sine spe recuperandi auferatur. Vnde hæretici, et excommunicati dicuntur habere manum ligatam, sed degradati amputatam. Ideo dico quod etsi claus quantum ad esse ordinem confertur, tamen quantum ad executionem sequitur statum, et iurisdictionem: et sic patet responsio ad tria prima obiecta de hæreticis de degradatis, et aliquibus separatis, qui dicuntur non posse, quia non sunt ibi, quæ necessaria sunt ad vsum: et tamen habent potentiam, sicut in anima cæci est potentia visiva, et tamen videre non potest.

3. A D illud quod obijcitur, quod est potestas actiua, et libera, dicendum quod quamuis sit actiua, et in substantia libere agente: tamen est ad alterum, et indiget debito suscipiente: vnde quemadmodum matrimonium est quod ad consensum libero, tamen quia mater non est idonea ad contrahendum cum filio, quantumcumque consentiant, non est matrimonium: sic intelligendum est in proposito.

4. A D illud quod obijcitur, quod frustra est potentia, quam non consequitur actus, dicendum quod si intelligatur de actu debito pro loco, et tempore, et opportunitate potest habere locum, si autem in alijs intelligatur, multas habet instantias. Etiam quia tales persone carent opportunitate ad actum, et si numquam exeant, non propter hoc habent potentiam frustra. Præterea: Illud verbum intelligitur de actu generaliter, non de hoc, vel de illo: quia non oportet quod potentia exeat in omnes, sufficit tamen quod aliquid faciat, ita quod non sit otiosum in natura: et sic est in proposito: quia etsi nihil per illam potentiam fiat exterius, tamen illa potest esse in anima: quantum quantum ad bonos, vel in confusionem quantum ad malos.

5. A D illud quod queritur, quis auferat illi potentiam executionem, dicendum quod potentia contraria, siue superior potest ei auferre. Et si obijcias, quod non potest auferre actum conficiendi, dicendum quod non est simile duplici ex causa. Prima est, quia non potest tali auferre materiam: et si posset panem de critico auferre, tunc auferret potentiam. Sed hic auferat materiam, scilicet subditos: superior enim potestas potest subditos eximere a potestate inferioris: et hanc auferendo auferit iurisdictionem. Præterea, in potestate conficiendi omnes pares sunt, quia hæc immediate datur per impressionem characteris: sed in iurisdictione, siue prælatione non est equalitas: et ideo in huiusmodi possunt arceri, non sic in alijs. Et hæc est ratio, quare boni, et religiosi sancti inclusi etiam si sint sacerdotes, non habent executionem claus in absoluendo, et ligando, quia non habent iurisdictionem in aliquos: et ideo ab hoc actu prohibentur. Vnde Eugenius Papa: Placuit ut nulli monachorum temerario ausu liceat penitentiam dare, *et cet.* Ratio autem huius prohibitionis assignatur: et in pluribus decretis sanctorum patrum. Habent tamen, sicut ibidem ostenditur, idoneitatem ex ordine. Et ex vitæ merito, quæ adiuncta iurisdictioni, quam expetit, siue exquirat ordo sacerdotalis exit in actum. Vnde Leo Papa: Monachi, etsi in dedicatione sui presbyteratus sicut et ceteri sacerdotes prædicandi, baptizandi, penitentiam dandi, peccata dimittendi, beneficijs Ecclesiasticis perfruendi, ritæ potestatem accipiant, tamen executionem suæ potestatis non habent nisi a populo fuerint electi, et ab Episcopo, et consensu Abbatibus ordinati. Ex his patet quando hæc potestas datur, et quod numquam quantum ad potentiam auferatur, sed solum quantum ad vsum.

1. Cæli, cõr. 137. et 138

16. q. 1.

ARTICVLVS III.

CONSEVENTER videndum est quantum ad tertium articulum, in quos habeant sacerdotales claves vsu, vel effectum. Et circa hoc duo quaeruntur. Primo quaeritur, vtrum sacerdos, qui potest absoluer subditum vnum, possit et quemlibet alium. Secundo, vtrum subditus sacerdos possit absoluer praelatum suum.

QUESTIO I.

An qui potest absoluer subditum vnum, possit et quemlibet.

Alex. Alenf. 4. p. q. 22. Membr. 3. art. 2. §. 1. S. Tho. in suppl. 3. p. q. 20. art. 1. Et 4. Sent. d. 19. q. 1. art. 3. q. 1. Richardus 4. Sent. dist. 19. q. 3. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 19. q. 7.

AD OPPOSITVM Lem. 13. d.

CIRCA quam sic proceditur, et ostenditur, quod sacerdos, qui in vnum potest, et in omnem alium: nam dicitur: Homo, in cuius cute apparuerit plaga leprae, adducetur ad Aaron sacerdotem, vel ad vnum quemlibet filiorum eius: ex hoc patet, quod quilibet sacerdos in veteri lege poterat iudicare de omnibus fidelibus de populo Israel, de quacumque esset tribu: sed quod praecessit in figura, debet sequi in veritate: ergo videtur quod modo possit quilibet sacerdos, de lepra cuiuslibet iudicare. Et multo fortius hoc videtur: quia maior est vnitas in Ecclesia, et quantum ad ministrantes sacramenta, et quantum ad charitatem fidelium, quam tunc temporis erat: sed tunc quod poterat vnus, poterant omnes: et in quem poterat vnus, et omnes: ergo et modo debet esse similiter.

Ioan. 20. f

1. I T E M Dominus virtutem istam, siue potestatem istam dedit primis sacerdotibus, et secundum conformitatem eorum descendit in posteros: sed Dominus dixit generaliter: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: et hoc ipsum ipsi sacerdoti: ergo videtur quod detur potestas in omnes: ergo omnes potest absoluer.

3. I T E M ratione videtur, quoniam ita videmus in corporalibus, quod ignis qui comburit in vna materia, comburit et in qualibet simili, et eiusdem speciei: et lux, quae fugat tenebram de vno loco, similiter et de alio pellit sine instantia: ergo pari ratione videtur in proposito, quod si aliquis sacerdos potest absoluer vnum peccatorem poenitentem, quod pari ratione possit et quemlibet alium consimilem.

4. I T E M videmus in artificialibus, quod clavis, quae vnam seram aperit, aperit et omnes per eum modum factas: et econuerso multae claves similes et quantitate, et qualitate vnam seram: si ergo debitum peccati, est conforme in omnibus peccatoribus poenitentibus, et potestas aperiendi in omnibus clauibus sacerdotalibus: ergo qui potest in vnum, et in quemlibet alium.

5. I T E M ita videmus in supercaelestibus, quod angelus ordinis inferioris potest purgari, illuminari, et perfici a quolibet angelo superioris ordinis: ergo si haec hierarchia illam imitatur, cum ordo sacerdotalis sit supra laicos, videtur quod quilibet laicus a quolibet sacerdote possit absolui.

6. I T E M si non potest absoluer omnes, cum tamen possit vnum, quero vnde hoc sit. Aut enim est ex potentiae laxatione, et corruptione, aut ex ligatione, quia superior potestas non permittit. Primo modo

do non: illud patet. Secundo modo non debet, quia bonum est diffundendum, et multiplicandum, et colendum: ergo non est restringenda potestas: et ita videtur quod qui in vnum potest, quod possit in omnes.

CONTRA: Nulli sacerdotum liceat parochianum alterius aut absoluer, aut ligare.

FVNDAMENTA. 16. q. 1.

I T E M nullus alterius parochianum iudicare, ordinare, aut excommunicare praesumat, quia tale iudicium, aut ordinatio, vel excommunicatio, nec rata erit, nec vires, vllas habebit.

9. q. 2.

I T E M in Concilio generali extra de poenitentibus, et remissionibus: Si quis aliquando ex causa voluerit alteri confiteri, licentiam petat, et obtineat a proprio sacerdote, quia aliter ipsum non poterit absoluer, vel ligare: sed non quilibet sacerdos est proprius, quia proprium dicitur quod conuenit vni soli: ergo non quilibet sacerdos potest quemlibet absoluer.

I T E M ratione videtur, quia nos videmus in ordinatione praedicatorum in rationabilibus, et in ordine causarum in naturalibus, quod reductio fit vsque ad supremum per vnum immediatum, ita quod non sunt plura immediata respectu vnus. Et hoc patet, quia vna est species specialissima vnus indiuidui: similiter est in causis: ergo si ordo est in Ecclesia descendendo, et ascendendo secundum gradus a summo Pontifice vsque ad parochianum, videtur tunc quod per vnum sacerdotem, per vnum archidiaconum, per vnum Episcopum, per vnum Patriarcham, vel Hierarcham reducatur ad summum Pontificem: ergo non poterunt secundum rectum ordinem plures sacerdotes in vnum: non ergo quilibet quemlibet potest absoluer, vel ligare.

I T E M ita videmus in exercitiis, quod sunt ordines distincti, vt tribunus super centuriones, et centurio super quinquagenarios, et quinquagenarius super decuriones, et decurio super decem: qui sunt ab vno, non sunt sub alio decurione, nec potest decurio compescere nisi suos decem, et sic de alijs ascendendo: similiter pari ratione videtur, quod nec sacerdos alterius parochianum, nec Episcopus alienum subditum.

I T E M si duo haberent posse super vnum, quod nemo possent discordare, possent contraria iubere: sed nemo potest duobus dominis contraria iubentibus obtemperare rationabiliter: ergo possit in isto subditio perplexitas generari: ergo secundum rectum ordinem non debet duobus sacerdotibus super eundem subditum aequalis potestas dari: ergo, et cetera.

CONCLUSIO.

Non quilibet sacerdos potest quemlibet absoluer: quia non licet mittere manum in messum alienam, excepto tamen mortis articulo.

RESP. AD ARGV. Dicendum quod sicut dicit Dionysius: Lex diuinitatis est media per prima, et vltima per media perducere ad purgationem, illuminationem, et perfectionem. Ideo sicut videmus in omnibus, siue rationabilibus, siue in naturalibus, siue in caelestibus, quod ad hoc, quod sit concordia, et decor, oportet quod sit ordo: Sic intelligendum est, et in spiritualibus potestatibus in ipsa Ecclesia: vnde legitur quod terribilis est, vt castrorum acies ordinata. Quoniam igitur ordo attenditur secundum praelationem, et subiectionem: et praelatio attenditur secundum ascensum, et descensum, non secundum aequalitatem: et in ascendendo ad superius est status, et reductio ad vnum: econtra in descendendo est multiplicatio: ideo secundum rectum ordinem Ecclesiae oportuit vnum esse praelatum primum, et supremum, in quo esset status omnis praelationis Ecclesiasticae: et quia in illo status est tamquam in primo, et simplicissimo in illo genere: ideo virtus in eo vnita est, et solus est

Can. 6. d.

inter

inter praelatos, qui habet plenitudinem potestatis. Item quoniam per recessum ab vno fit multiplicatio, et per hoc virtutis diminutio: ideo quanto praelati alij inferiores sunt, tanto plures sunt, et tanto minorem habent potestatem: ita quod status est in sacerdotibus parochialibus, qui immediate gerunt populi curam: et istorum iurisdicchio arctata est ad portuiculam determinatam, et cuiuslibet commissa est sua portio secundum rectam ordinationem, et illa iudicatorum esse messis sua. Et quoniam non licet alij sacerdoti mittere manum, vel falcem in alienam messem: ideo alius non habet potestatem eius subditum absoluer, nisi sit superior, vel vicem habeat superioris: vt poenitentiarij Domini Papae, et poenitentiarij Episcopi, legati, et priuilegiati, qui faciunt hoc auctoritate superioris: sicut nunciatus a principe procedens potest in omnes subditos alij inferioribus. Haec autem intelligenda sunt secundum legem communem, quia in articulo necessitatis indulget reductio iuris cuiuslibet sacerdoti quemlibet absoluer si sit in Ecclesiae vnitate. Pro regula igitur habendum est, quod solus sacerdos proprius habet potestatis executionem in suos, exceptis quinque casibus. Primus est si ouis aliena in parochia sua deliquit. Secundus si mutauit ibi domicilium, sicut est in scholaribus, qui student Parisijs. Tertius est si sit vagabundus. Quartus est si sacerdos proprius sit infirmus, vel malitiosus, et petita licentia vult adire peritorem. Vltimus est in articulo necessitatis: quod hoc in casu non oportet sacerdotem alienum esse licentiarum. In alijs autem non oportet a sacerdote poenitentis solui, quia ille non potest nisi subditum licentiarum: sed oportet esse licentiarum ab ordinario, scilicet ab ipso Episcopo. Concedenda ergo sunt rationes probantes, quod non quilibet potest in quemlibet.

Explicatio.

potest venire dupliciter, aut propter defectum amoris, aut propter conseruationem ordinis. Prima est inuidiae, et repugnat bonitati: secunda est sapientiae, et concordat paci, et communi vtilitati: et talis arctatio facta est in minoribus sacerdotibus regulante iure diuino, immo ipso Spiritu sancto, patres, et Apostolos, qui Ecclesiam fundauerunt, et ordinauerunt: et sic patet totum.

QUESTIO II.

An inferior possit absoluer superiorem ipso volente.

Alex. Alenf. 4. p. q. 22. membr. 3. ar. 2. §. 2. S. Tho. in suppl. 3. p. q. 20. art. 3. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 19. q. 8.



TRVM inferior possit absoluer superiorem ipso volente. Et quod sic, videtur, quia dicitur, quod pontifex non tantum pro se, sed etiam pro populo debet orare, eo quod ipse sit circumdatus infirmitate: ergo si peccat mortaliter, indiget confiteri quemadmodum vnus de populo: sed non habet superiorem ordinarium: ergo potest confiteri, et absolui ab inferiori.

FVNDAMENTA. Hebr. 5. d.

I T E M ad hoc quod de peccato mortali fiat reconciliatio, necesse est interuenire mediationem sacerdotis: sed possibile est supremum praelatorum peccare: ergo indiget sacerdote reconciliante: sed non superiori: ergo inferiori.

I T E M quamuis summus Pontifex sit constitutus, vt offerat dona, et sacrificia pro peccatis: tamen ipse per alium sacerdotem potest facere hostiam offerri, et alius potest offerre pro eo: ergo quamuis claves habeat ad soluendum, tamen alius potest absoluer eum: sed non nisi inferior: ergo pari ratione in omnibus alijs.

I T E M potestas absoluedi data est ad vtilitatem eius, qui absoluitur: sed ille, cui data est potestas haec, non est peioris conditionis, quam alij: ergo et ille potest absolui: sed non a se, nec a superiori, quia frequenter non habet copiam eius, aut non habet superiorem, vt Papa: ergo, et cetera.

Ioan. 20. f

1. CONTRA: Relationis non est relatio, nec motus est motus, nec mediationis est mediatio, nec mediatoris est mediator: sed supremus sacerdos, et omnis praelatus mediator est inter inferiores, et Deum: ergo non potest esse, nec debet econuerso.

AD OPPOSITVM.

2. I T E M ad hoc, quod aliquis absoluat aliquem, necesse est quod habeat iurisdictionem super eum, sicut in praecedentibus visum est: sed inferior non habet iurisdictionem super superiorem: ergo, et cetera. Si dicas mihi quod superior dat ei iurisdictionem absoluedi. Contra: Nemo dat quod non habet: sed praelatus non habet iurisdictionem absoluedi se, quia non habet potestatem supra se: ergo, et cetera.

3. I T E M praelatus inferior non potest alium excommunicare, nec ipse dare alij iurisdictionem excommunicandi se: ergo similiter videtur, quod nec absoluedi.

4. I T E M in hierarchia angelica non recipiunt angeli superiores illuminationem ab inferioribus: ergo similiter videtur, quod Ecclesia superior ab inferiori non absoluetur.

5. I T E M probatum est per canones, et rationes, quod sacerdos non potest absoluer alienum parochianum: ergo nec suum praelatum, per locum a maioribus: magis enim videtur quod possit supra minorem, quam supra maiorem. Si dicas, quod praelatus dat ei potestatem in se, quaeritur, quo modo hoc possit esse.

CON-

CONCLUSIO.

Sacerdos subditus potest absoluere superiorem ipso volente.

RESP. AD ARG. Dicendum quod inferior superiorem potest absoluere, si superior velit ei se subijcere: Et hoc patet sic: Virtus clauium quantum est de se ad omnes se extendit, nisi ex ordinatione superiorum manus ardeatur propter seruandum ordinem Ecclesiasticum: sacerdos enim ex sua ordinatione institutus est mediator inter Deum iudicem, et hominem peccatorem, et quantum est ex parte Dei, non est differentia: quilibet enim suum sacerdotem reputat mediatorem, et quilibet imprefert Episcopus mediatoris characterem. Sed differentia est ex parte hominum, quia si quilibet esset mediator cuiuslibet, esset in Ecclesia confusio: et ideo alij alijs subiecti sunt: et qui subijciuntur vni, non possunt dare alteri auctoritatem in se, sed si libera esset persona, quae posset se subijcere, tunc absque dubio posset eam absoluere. Quoniam ergo supremus praelatus, qui merae libertatis est, et nulli subiectus, potest se cui vult subijcere: et alij exenpti suis etiam subditis, concedo quod ipsi possunt eos absoluere. Quod autem supremus praelatus se possit ei subijcere, ius diuinum concordat, quia cum ipse sit circumdatus infirmitate, debet subijci sacramentis: et sic cui medicus infirmatus quaerit medicum, et medicinam non in quantum medicus, sed in quantum aegrotus, sic Ecclesiae praelatus, et mediator quaerit sacerdotem, in quantum Dei inimicus per culpam factus est, et in quantum peccator. Ius etiam canonicum concordat, quod vnusquisque possit auctoritatem suam communicare pro se, et pro vtilitate sua, sine prauidicio facti propriae auctoritati, et potestati: et ita summus Pontifex potest se quilibet sacerdoti subijcere, et absolutionem petere: possunt etiam alij praelati de permissione Papae: sicut dicitur in illa Decretali de poenitentis et remissionibus, quae est Gregorii: Ne pro dilatione poenitentiae periculum imminuat animarum, permittimus Episcopis, et alijs superioribus, nec non minoribus praelatis exemptis, vt praeter praelati sui licentiam prouidum, et discretum possint sibi eligere confessorum: et sic patet quod subditus potest superiorem absoluere ipso volente, et eligente: ac per hoc se eidem in foro poenitentiali subijcitur.

1. A d illud quod obijcitur primo, quod relationis non est relatio, et c. dicendum quod verum est secundum

4. Ph. cont. 117. et 5. Phys. cont. 10. et 2. de gener. cont. 70.

DISTINCT. XX. PARS I.

QVOD TEMPVS POENITENTIAE EST VSQVE ad extremum articulum vitae.

SCIENDVM est etiam quod tempus poenitentiae est vsque ad extremum articulum vitae. Vnde Leo Papa: Nemo est desperandus, dum in hoc corpore constitutus est: quia nonnumquam, quod dissidentia aetatis differtur, consilio maturiore perficitur: Augustinus tamen de poenitentiam differrentibus ita scribit: Si quis positus in vltima necessitate voluerit accipere poenitentiam, etsi accipit, et mox reconciliatur, et hinc vadit, fateor vobis, non illi negamus, quod petit: sed non praesumimus, quia bene hinc exit. Si securus hinc exierit, ego nescio. Poenitentiam dare possum, securitatem vero non. Numquid dico, damnabitur? sed nec dico, liberabitur. Vis ergo a dubio liberari? age poenitentiam, dum sanus es. Si sic agis, dico tibi, quia securus es: quia poenitentiam egisti eo tempore, quo peccare potuisti. Si vis agere poenitentiam, quando iam peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa. Item: Dua res sunt, aut ignoscitur tibi, aut

ibidem

A dum quod huiusmodi, nec medici medicus secundum quod huiusmodi, nec sacerdotis sacerdos in quantum talis, sed in quantum peccatoris.

2. A d illud quod obijcitur de iurisdictione, dicendum quod praelatus dat ei iurisdictionem in se, se ei subijciendo. Et si obijciatur tunc, quod non potest dare, quod non habet in se, dicendum quod iurisdictione, et subiectio est ad alterum: et ideo quamuis non possit quis sibi ipse esse subiectus: nihil tamen prohibet ipsum subijci posse alii, maxime si est libera potestatis.

3. A d illud quod obijcitur, quod non potest dare auctoritatem excommunicandi se, dicendum quod argumentum istud, deficit dupliciter. Primum quidem, quia excommunicatio est contra hominem, sed absolutio pro homine: et homo non potest auctoritate sua vti contra se, quamuis possit pro se. Amplius deficit, quia alius modus iurisdictionis requiritur ad excommunicationem, quam ad absolutionem. Excommunicatio namque, quae respicit hominem communem, dicit iurisdictionem communem super hominem, sed absolutio dicit mediationem inter Deum, et hominem, quae scilicet homo semper inferior est. Et quoniam necesse est hominem quantumcumque sit magnus, iudicari cum Deo, et in iudicio esse inferiorem: quantum ad hoc iudicium quilibet potest quantumcumque sit magnus dare alii supra se iurisdictionem. Sed quia praelatus talis super omnes est, talis iurisdictione, quae attenditur quantum ad praelationem super homines, in eum haberi non potest, nec ipse alteri dare, salvo iure suae dignitatis, ratione cuius potest dicere Deo: Tibi soli peccavi: et ideo non potest alteri dare potestatem excommunicandi seipsum.

4. A d illud quod obijcitur, de angelis, quod non descendunt ad inferiores, dicendum quod non est simile, quia angeli semper in sua dignitate persistunt, nec cadit in eis obsecratio peccati: et ideo non oportet eos ad inferiores descendere. Sed in Ecclesiastica hierarchia secus est, quia peccant praelati, et subditi: et ideo etiam oportet, quod ipsi subijciantur inferioribus, quia etiam ipsi per culpam quodam modo inferiores facti sunt.

5. A d illud quod vltimo obijcitur de subdito alterius, patet responsio, quia non habet iurisdictionem in talem: nec talis potest ei dare, cum alteri subiectus sit: vnde sicut non valet: Iste qui est seruus Petri, non potest se facere seruus Martini: ergo nec iste, qui liber est: sic nec in proposito.

non ignoscitur: Quid horum tibi sit futurum, nescio: ergo tene certum, et dimitte incertum. Sed quare hoc dixit Augustinus, cum poenitentia, quae in fine agitur, in psalmo appelletur sacrificium vespertinum, quod erat acceptabilis in lege: et cum in quacumque die innocetur Deus, adfit: et quacumque hora ingemuerit et conuersus fuerit peccator, vita viuet, et non morietur? Sed illa dixit Augustinus propter illos, qui poenitentiam vsque in finem vita protrahunt: et tunc non ex Dei amore videntur poenitere, sed timore mortis, quasi ex necessitate. Vnde idem quasi aperiens quare superiora dixerit, ait: Nullus expectet quando peccare non potest. Arbitri enim libertatem quaerit Deus, vt deleri possint commissa: non necessitatem, sed charitatem, non tantum timorem, quia non in solo timore viuit homo. Quem ergo sero poenitet, oportet non solum timere iudicem, sed diligere, quia sine charitate nemo saluus esse potest. Non ergo tantum timeatur pro poena, sed ametur pro gloria. Quae conuersio si contigerit alicui etiam in fine, desparandum non est de eius remissione. Sed quoniam vix vel raro est tam iusta conuersio, timendum est de poenitente sero, maxime cum filij, quos illicite dilexit, sint praesentes, vxor, et mundus ad se vocent: multos enim solet serotina poenitentia decipere. Sed quoniam Deus semper potens est, semper etiam in morte iuuare valet, quibus placet. Cum ergo opus sit non hominis, sed Dei fructifera poenitentia: inspirare eam potest quodcumque vult sua misericordia, et remunerare ex misericordia, quos damnare potest ex iustitia. Sed quoniam multa sunt quae impediunt, et languentem retrahunt, periculosum est, et interitui vicinum, ad mortem pertrahere poenitentiae remedium. Sed magnum est, cui Deus tunc inspirat, si quis est, veram poenitentiam. Sed si etiam sic conuersus vita viuat, et non moriatur, non promittimus quod euadat omnem poenam. Nam prius purgandus est igne purificationis, qui in aliud seculum distulit fructum conuersionis. Hic autem ignis, etsi aeternus non sit, miro tamen modo grauis est: excellit enim omnem poenam, quam vnquam passus sit aliquis in hac vita. Numquam in carne tanta inuenta est poena, licet mirabilia martyres passi sint tormenta: et multi nequiter iniqui quanta saepe sustinuerunt supplicia? Ex his satis ostenditur, quam periculosum sit differre poenitentiam vsque in finem vitae. Si tamen etiam tunc vera habeatur poenitentia, hominem liberat, et vitam mortuo impetrat: non sic tamen vt nullam sentiat poenam, nisi forte tanta sit vehementia gemitus et contritionis, quae sufficiat ad delicti punitionem. Licet ergo sit difficile vt tunc sit vera poenitentia, quae tam sera venit, quando cruciatus membra ligat, et dolor sensum opprimit, vt vix homo aliquid cogitare valeat: melior est tamen sera, quam nulla. Poenitentia enim etsi in extremo vite hiatu aduenit, sanat et liberat. Multum sera fuit latronis poenitentia, sed non fuit sera indulgentia. Sed licet latro veniam meruisset in fine de omni crimine, non tamen dedit baptizatus peccandi, et perseuerandi auctoritatem.

Solutio. Psal. 140. a. Exod. 12. c. Ez. ec. 18. c. Aug. in lib. de poen. vera et falsa c. 17. 10. 4.

1. Cor. 13. b.

Ibid. Aug. c. 18.

Aug. ibid. c. 17.

Ibid. supra.

Luc. 23. f.

De his, qui hic poenitentiam non complent.

SI vero quaeritur de illis, qui in hac vita poenitentiam non complent, vtum transuri sint per ignem purgatorij, vt ibi compleant quod hic minus fecerunt: idem dicimus et de istis esse sentiendum, et de his, qui in extremis poenitent. Si enim tanta fuerit cordis contritio et delicti exprobratio, vt sufficiat ad puniendum peccatum: liberi ab alijs poenis transeunt ad vitam, etsi inexplata fuerit poenitentia: quia perfecte poenituerunt, et ingemuerunt corde. Qui vero non adeo conuertuntur corde, et ingemiscunt pro peccato, si ante expletionem poenitentiae discesserint, ignem purgatorium sentient, et grauius punientur, quam si hic impleissent poenitentiam. Horrendum est enim incidere in manus Dei viuientis: Deus enim cum sit misericors et iustus, ex misericordia poenitenti ignoscit, non reseruans peccatum ad poenam aeternam. Ex iustitia vero impunitum non dimittit delictum. Aut enim punit homo, aut Deus. Homo autem punit poenitendo, Deus autem poenam exigendo. Et est poenitentia interior, et exterior. Si ergo interior poenitudo fuerit tanta, vt sit sufficiens vltio peccati, Deus, qui hoc nouit, ab illo, qui taliter poenitet, vltius poenam non exigit. Si vero interior poenitudo non sufficit in vindictam peccati, nec exterior poenitentia impletur: Deus qui modos et mensuras peccatorum & poenarum nouit, addit ad poenam sufficientem. Studeat ergo quisque sic delicta corrigere, vt post mortem non oporteat poenam tolerare. Quadam enim peccata mortalia in poenitentia sunt venialia: non tamen mox sanantur. Saep enim infirmus moreretur, si non medicaretur: non tamen statim medicatus sanatur. Languet post victurus, qui prius erat moriturus. Qui autem impoenitus moritur, omnino moritur, & aeternaliter cruciatur. Si enim semper viueret, semper peccaret.

DIST.

DIST. XX. PARS I.

De confessione sacramentali quantum ad opportunitatem temporis respectu poenitentiae mortalium in se.

Sciendum est etiam, quod tempus poenitentiae est usque in extremum articulum.

Expositio textus.

VPRA egit Magister de confitendi necessitate, et absolventis potestate: haec est tertia pars, in qua agit de temporis opportunitate. Et habet haec pars duas. In prima agit de temporis opportunitate quantum ad poenitentiam mortalium. In secunda quantum ad remissionem venialium, infra distinct. sequenti: Sola etiam quae, utrum post hanc vitam. Prima pars habet duas. In prima agit de opportunitate temporis respectu poenitentiae in se. In secunda in comparatione ad potestatem sacerdotis, ibi: Si vero quaritur de illo, qui satisfactionem iniunctam, et c. Prima pars habet duas. In prima quaerit tempus poenitentiae inchoandae. In secunda quaerit de poenitentiae ipsius satisfactionis sine terminandae, ibi: Si vero quaritur de illis, qui in hac vita poenitentiam, et c. Et in utraque parte primo proponit veritatem. Secundo confirmat per auctoritatem.

Diuisio.

Si sic agis, dico tibi, quia securus es, et cet. Dub. I.

Videtur male dicere, quia nemo scit, utrum amore, vel odio dignus sit: ergo nemo securus.

RESP. Dicendum quod duplex est certitudo scilicet scientiae, et coniecturae: certitudinem scientiae nemo habet nisi per relationem: certitudinem autem coniecturae habet, qui sanus poenitet, cum ei prospera ardent: tunc signum est quod dolor suus est ex Dei gratia, non ex affectione terrena. Utraque harum certitudine caret, qui in fine poenitet: fera poenitentia, quia magis habet rationem ad oppositum, quam ad propositum.

Et in quacumque die inuocetur Deus, adfit. Dub. II.

Mich. 3. b Videtur hoc esse contra illud: Tunc clamabunt, et non exaudiam. Et Glossa super illud: Clamabunt scilicet sera poenitentia: ergo videtur quod Dominus non semper adfit.

RESP. Dicendum quod inuocatio potest venire ex duplici principio, scilicet ex timore poenae, vel ex amore diuinae misericordiae. Primum est seruitutis: et hanc inuocationem Dominus non exaudiet. Secundum est filiationis, et veritatis: et hanc inuocationem exaudiet secundum illud Psalmi: Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate.

Psal. 144. c

Arbitrii enim libertatem quarit Deus, ut delicti possint commissa. Dub. III.

Videtur non bene dicere, quia Deus potest iustificare hominem etiam dormientem, sicut illustrauit Salomonem etiam in somnis, quando non est usus libero arbitrio. Item Libertas arbitrii durat, quamdiu homo viuunt secundum possibilitatem ad meritum, et demeritum, secundum impossibilitatem ad coactionem: semper ergo quocumque modo intelligat de arbitrii libertate, non videtur verum quod dicit.

RESP. Dicendum quod hic appellat Augustinus

A arbitrii libertatem non ipsam potentiae facultatem, sed expeditionem, secundum quam dicitur libere facere, quando non habet retardationem: haec autem requiritur quantum ad bene esse conuersionis: haec autem frequenter non habetur in morte, pro eo quod anima adeo intenta est dolori mortis, et agnitio, quod minus potest ad seipsam redire, et cogitare, quae spectarent ad hoc, ut haberet aliquis sufficiens remedium verae poenitentiae. Verumtamen littera videtur loqui de tempore post mortem, in quo non solum difficile, sed impossibile est saluari decedentem in peccato: non quia hoc non possit diuina potentia, sed iuste, et rationabiliter oppositum decreuit diuina iustitia: etsi alicui vnquam post mortem dedit gratiam, intelligendum est, quod ille non erat damnatus per sententiam, sicut legitur de Traiano. Aliqui etiam dicere voluerunt, quod hoc priuilegium speciale fuit, ut Dominus ostenderet, quantum sanctos suos diligere.

Hic autem ignis, est aeternus non sit. Dub. IV.

Videtur hoc falsum, quia ignis conflagrationis, qui exuret faciem mundi, non peribit omnino, sed reprobos inuoluet: ergo multo fortius videtur, quod iste ignis in aeternum duret.

RESP. Dicendum quod non loquitur de duratione, siue aeternitate istius ignis quantum ad substantiam, sed quantum ad officium, siue quantum ad actum puniendi, siue purgandi bonos. Si enim remanet ad actum aliquem, id quod habet ardoris, erit ad reproborum concremationem, non ad purgationem.

Horrendum est incidere in manus Dei uiuentis. Dub. V.

D Videtur contrarium dici: Melius est mihi incidere in manus Dei, quam in manus hominis. Item Deus est misericordissimus: sed in manu misericordioris melius est incidere: ergo, et cet.

RESP. Dicendum quod duplex est status, vnus in quo sceptrum habet misericordia: et hic est status vitae praesentis, pro quo dictum est: Melius est incidere in manus Dei. Alius est status, in quo sceptrum habet iustitia: et hic est status vitae futurae, et pro hoc dicitur: Horrendum est incidere, et cet. quia cum Deus sit misericordissimus, ideo plus impendit, quam humana mens possit aestimare. Cum sit et similiter iustissimus, quamuis, non sit ita pronus: adeo tamen grauius puniunt, quod horribile est cogitare.

Quadam enim peccata mortalia in poenitentia sunt venialia. Dub. VI.

Videtur dicere falsum, quia mortale in poenitentia omnino deletur: ergo omnino desinit esse: ergo non transit in aliud peccatum: ergo non fit veniale.

RESP. Dicendum quod in mortali duo sunt, scilicet macula, et reatus, siue obligatio ad poenam. Cum ergo deletur mortale, macula omnino desinit, nec in aliud transit: sed reatus poenae manet alteratus, quia primo erat ad mortem aeternam, sed modo est ad poenam temporalem. Sed quo modo intelligemus, quod iste reatus fiet ille? Notandum est hic, quod aliqui voluerunt dicere, quod idem reatus erat, sed minoratus, siue diminutus. Dixerunt enim, quod cum Deus dimittit culpam, non dimittit secundum id quod est, sed solum secundum rationem dispositionis, quae est aeternitas, unde prior obligatio ad poenam manet: sed quia Dominus remisit aeternitatem iam, et solum ad poenam temporalem obligat, ita quod idem reatus est qui tunc erat, et nunc: et pro tanto creditur mortale fieri veniale. Sed illud non est multum bene intelligibile, pro eo quod aeternitas non est dispositio poenae, sed magis mensura,

mensura: et mensura durationis inseparabiliter adhaeret ei, quod mensurat: ut si aliqua actio sit in A, impossibile est quod illa eadem fiat in B: et ideo intelligendum, quod nouus est reatus: et primus reatus commutatur, et culpa totaliter dimittitur: et ideo si mortale dicatur fieri veniale quantum ad reatum, non est intelligendum per identitatem, sed per commutationem, quam facit diuina sententia. Potest tamen dici, quod mortale in poenitentia dicitur fieri veniale, quia tibi de eo venia impetratur.

Si enim semper viueret, semper peccaret: hoc dicit de impoenitente. Dub. VII.

Si hoc verum est, tunc videtur quod quilibet impoenitens peccet continue.

RESP. Semper peccant, id est, in peccato perseverant: et ideo semper debent perseverare in poena. Alia est tamen ratio huius, sicut patebit infra.

Dist. 24.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam huius partis de poena purgatoria ratione poenitentiae quaeruntur sex. Primo quaeritur, utrum poena purgatoria sit. Secundo, utrum sit maxima poenitentiae temporalium. Tertio quaeritur, utrum sit voluntaria. Quarto utrum sit in ea minor certitudo de gloria, quam in via. Quinto quaeritur de his, quorum ministerio poena illa infligitur. Sexto et ultimo, quaeritur de loco, in quo anima purgantur.

QVAESTIO I.

An poena purgatorij sit ponenda.

Alex. Alex. 4. p. q. 25. Memb. 4. art. 4. S. Th. 4. Sent. dist. 21. q. 1. art. 1. q. 1. Et contra Gen. cap. 9. Et Opus. 2. art. 9. Steph. Brul. 4. Sent. d. 20. q. 1.

FVNDAMENTA. I. Cor. 3. b

TRVM sit ponere poenam purgatoriam. Et videtur quod sic. Primo auctoritate Apostoli: Ipse autem saluus erit: sic tamen quasi per ignem: ergo videtur quod sit ponere aliquam poenam post hanc vitam, qua electi purgantur.

Aug. in ps. 58. ps. 8.

ITEM Augustinus dicit, et habetur in littera: Aut homo punit, aut Deus punit: sed frequenter aliqui conuertuntur in fine, qui non puniuntur in praesenti: ergo necesse est quod puniantur a Deo: sed non igne infernali, siue aeterno: ergo, et cet.

ITEM videtur hoc ipsum ratione, quia qui grauius peccauit, grauius est puniendus: ergo qui diutius peccauit, diutius est puniendus: sed iste qui perseverauit in culpa vsque ad mortem, diuturnius peccauit: ergo diuturnius, et grauius debet puniri: sed non in hac vita: ergo, et c.

ITEM peccatum relinqui impunitum est vniuersum remanere inordinatum: et hoc est vniuersum scelerari: sed impossibile est, quod summa sapientia dimittat vniuersum scelerari: ergo oportet illud puniri: sed non in praesenti: ergo, et cet.

ITEM si non est poena purgatoria, sed boni statim exolant: ergo errat vniuersalis Ecclesia, quae pro defunctis fidelibus facit suffragia.

ITEM: Si non est poena post hanc vitam: ergo qui durat vsque ad mortem in culpa, cum nullam sustinerit poenam, reportat de malitia sua commodum, quorum vtrumque est falsitas manifesta.

AD OPPOSITVM.

CONTRA: Beati mortui, qui in Domino

moriantur: amodo enim iam dicit spiritus, ut requiescant a laboribus suis: ergo post hanc vitam nullus bonus laborat: ergo nullus affligitur: ergo nullus punitur.

ITEM Deus est misericordissimus: sed a summo misericordiae veniam dimidiam sperare est impietas: ergo cum remittit, totum remittit: ergo si aliquid de peccato remisso exigitur a peccatore, hoc est secundum statum praesentis Ecclesiae: sed in morte hunc statum egreditur: ergo videtur quod amplius nihil ab eo exigitur.

ITEM in morte absoluitur quis ab omni mandato: ergo et a mandato satisfactionis, et confessionis, et huiusmodi: sed poenitentia pro peccatis satisfactio est: ergo liberatur deinceps ab omni debito poenitionis: ergo ut videtur, amplius non punitur.

ITEM pronior est Deus ad miserendum, quam ad condemnandum: sed decedentem in mortali peccato statim condemnat: ergo decedentem in charitate statim glorificat.

ITEM potentior est charitas ad eleuandum, quam sit mortalis culpa ad deprimendum: sed culpa mortalis statim demergit in abyssum: ergo charitas statim eleuat in caelum: ergo non est ponere post mortem aliquod supplicium.

ITEM status post mortem respondet statui, qui est in via: sed in via non est nisi duplex status, scilicet bonorum, et malorum: ergo post mortem non est nisi duplex: ergo statim anima decedentis vel est in paradiso cum bonis, vel in inferno cum malis.

CONCLUSIO.

Cum debitor poena ingredi non valeat calum, necesse est esse purgatorium, ubi purgatur temporalis poena.

RESP. AD ARG. Dicendum quod sicut dicit Scriptura, et auctoritates sanctorum, et reuelationes plures, et rationes concordant, et Ecclesia vniuersalis confirmat, quae pro illis orat, absque dubio post hanc vitam est ponere poenam purgatoriam. Ratio autem huius est ista, quia vniuersae viae Domini misericordia, et veritas. Sic autem misericordia parcit Dominus, ut veritati siue iustitiae non fiat prauidicium: ideo dimittit culpam, et poenam aeternam, ita tamen quod obligatum teneat ad poenam temporalem. Ab hac autem poena non absoluitur in morte, quoniam status post mortem non repugnat poenitioni animae, quamuis non competat merito eiusdem. Puniuntur enim animae, et praemiantur. Et ideo cum non sint alicui taliter remissa peccata, quin obligetur ad aliquam poenam, nisi fiat per baptismalem gratiam, et ab ea obligatio non absoluitur, et debitor poenae non possit cum debito ingredi caelum, necessarium est esse purgatorium.

AD illud ergo quod obijcitur de Apocalypsis quod requiescunt a laboribus suis, dicendum quod est labor in operando, et est labor in patiendo: et verbum illud intelligitur de labore in operando, quia iam non est dies, in qua operari valeant merendo: non autem intelligitur de labore in patiendo: et hoc patet ex ipso textu sequenti: Opera enim illorum sequuntur illos.

AD illud quod obijcitur, quod est misericordissimus, dicendum quod est verum, sed tamen iustus est: ideo veniam praestat, quam decet istam misericordiam praestare. Quia enim iustus est homini iniusto, non decet reconciliari manente iniustitia, et offensa: et ideo nunc iustitiam decet, ut remittendo vnam mortalem culpam, remittat omnem aliam: non sic de poena. Quoniam enim misericordia remittit poenam, et iustitia exigit: ideo oportet quodam modo diiudicari, ut alteri non prauidicetur: et sic patet, quod etiam poena exigitur in foro Dei.

AD illud quod obijcitur, quod absoluitur ab omni mandato, dicendum quod verum est: sed tamen non absoluitur ab omni debito, immo anima trahitur ad debitum:

Apos. 14. b

Conc. Trid. sess. 6. can. 30. et sess. ult. in principio. 1. sal. 24. b

debitum: et quia retributor est iustus, retribuit secundum quod inuenit debitricem: et quia debitrix erat pœna, quam nondum exoluit: patet, et cetera.

4. Ad illud quod obijcitur, quod statim damnat decedentem in mortali, dicendum quod non est simile: quoniam ille qui in mortali est, nihil habet in se quod sit dignum vita, immo totum vel est mortuum, vel mortificatum: et ideo summe dispositus est ad æternam damnationem: et propter hoc statim damnatur iusta retributione. Sed ille, qui est in charitate, cum charitas simul stet cum veniali culpa, et reatu pœnæ, habere potest in se aliquid dignum pœna. Et quia gloria non potest simul stare cum pœna secundum forum commune, necesse est prius debitum illud solui per pœnam purgatoriam.

5. Ad illud quod obijcitur de pondere, iam patet responsio, quia pondus charitatis habet in se aliquid retardans, ut culpam aliquam paruam, vel reatum: sed pondus peccati nihil habet eleuans, vel retardans: ideo non est simile de ascensu charitatis, et de descensu peccati.

6. Ad illud quod obijcitur, quod non est nisi duplex status in hac vita: ergo, et cetera. dicendum quod licet non nisi duplex sit principalis, tamen vterque subdividitur. Nam qui habet iustitiam in duplici differentia est. Aut enim est in statu perfectorum perfectione completa: et talis non habet aliqua venialia, aut aliqua cremabilia, nec aliqua debita: et huic statim debetur vita æterna: tales sunt sancti martyres, ut Laurentius, et Vincentius, et sancti confessores, ut Benedictus, et Franciscus. Alij sunt in statu imperfectorum, et hi cremabilia habent ut plurimum, et etiam debita: et oportet primum debita solui, quam introducantur in patriam: et hoc est in pœna purgatoria. Similiter carentes iustitia in duplici sunt differentia. Quidam in statu paruulorum: et hi carent iustitia originali: et his competit status in limbo sine pœna sensibili. Alij sunt in statu adultorum, qui carent iustitia personali, siue gratuita per propriam culpam: et talibus competit status infernalis: et sic patet quod ratio illa non valet. Posset etiam dici, quod pœna purgatoria non dicitur statum, sed magis transitum, de statu in statum.

QVÆSTIO II.

An pœna purgatorij sit maxima pœnarum.

Richard. 4. Sent. dist. 20. ar. 2. q. 1. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 20. q. 2. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 20. q. 9.

FVNDAMENTA. Aug. de vera et falsa pœnit. c. 18. ro. 4. Ser. 4. de animabus defunct. ro. 10.

TRVM pœna purgatoria sit maxima pœnarum temporalium. Et quod sic, videtur: Augustinus in quodam sermone: Ille ignis durior erit quam quidquid in hoc sæculo pœnarum aut videre, aut sentire, aut cogitare quis potest.

ITEM in littera dicit, quod excellit omnem pœnam, quam unquam passus est aliquis in hac vita.

ITEM ratione videtur, quia quanto quis iudicandus est debilius, tanto iudex puniens minori pœna debet esse contentus: ergo quanto est fortior, tanto exigitur ab eo pœna grauior: sed spiritus separatus improprie dicitur esse fortior, quam sit totum coniunctum, siue homo totus: sed post hanc vitam est spiritus separatus: ergo videtur quod grauius puniatur.

ITEM spiritus separatus a carne semper grauius peccat, quam spiritus carni coniunctus: sed nunc malum pœnæ proportionatur malo culpæ, et malum culpæ semper grauius est in spiritu separato: ergo pari ratione et malum pœnæ.

ITEM maior, et grauior est pœna passionis, quam pœna compassionis: sed anima exuta punitur pœna passionis, coniuncta vero pœna compassionis: ergo, et cetera.

ITEM quanto aliqua pœna est maior, vel vniuersalior, tanto est grauior: sed anima exuta cum punitur, tota punitur, et secundum totum, cum enim sit simplex, ignis totam attingit: sed in presenti aut vix, aut nunquam aliqua pœna totum hominem cruciat: ergo generaliter grauior est illa, quam sit aliqua temporalis pœna.

CONTRA: Deus retributor est vnusquisque que secundum meritum suum: unde proportionabiliter responderet pœna reatu, sed cum quis moritur, reatus non intenditur: ergo nec pœna debet intendi: ergo nec debet esse maior in futuro, quam in presenti.

ITEM quanto aliquid magis est passibile, adiunctum punienti magis patitur, et grauius punitur: sed coniunctum est magis passibile, quam anima secundum se: ergo adiunctum affligenti magis patitur: ergo si punitur coniunctum in presenti, et in futuro anima separata: patet, et cetera.

ITEM maior est passio, in qua agens est transmutans, et abiciens, quam vbi alterum horum deficit: sed in purgatorio anima punitur, ita quod non transmutatur, nec aliquid abijcitur: in presenti autem a corpore fit abieccio: ergo videtur quod ista pœna sit grauior.

ITEM beator erit anima quando glorificabitur corpore resumpto: et similiter miserior quando punietur corpore resumpto: ergo vnio animæ ad corpus potius facit ad pœnæ augmentum, quam ad diminutionem: ergo ab oppositis, separatio facit potius ad diminutionem, quam ad augmentum: ergo videtur quod minus grauius puniatur in purgatorio anima separata, quam nunc, cum sit coniuncta.

CONCLUSIO.

Pœna purgatorij est maxima pœnarum omnium, quas sustinent animæ carni modo coniunctæ.

RESP. AD ARG. Dicendum quod sicut dicit Magister, et sancti etiam multi dicunt, oportet nos concedere, etiam si non appareat nobis ratio, quod pœna purgatoria grauior est omni temporali pœna, quam modo sustinet anima carni coniuncta: in huiusmodi autem magis adherendum est auctoritati, quam rationi pro eo quod illud est magis supra naturam, et rationem, quam secundum naturam, et rationem.

Sane tamen hoc intelligendum, ut generaliter pœna illa sit maior ista secundum regulam Philosophi: Si optimum in vno genere est melius optimo in alio genere, et hoc simpliciter illo melius. Similiter intelligendum est hic, quod illa sit maior, non quia minima sit maior maxima in hoc genere, sed quia maxima in illo genere maior sit maxima in hoc genere.

Sicut enim dicit Beatus Gregorius: Quibusdam reuelatum est quasdam animas in vmbra esse punitas. Ad hoc autem quod tenemus intelligendum, sciendum, quod aliqui voluerunt assignare rationem naturalem, ostendentes quod ex natura animæ veniet, quia cum anima exuta patitur, per seipsam patitur secundum se totam: et ideo pœna modica est ei grauiissima. Sed hunc modum dicendi non approbat ratio catholica, quæ in inferno credit animas grauius puniendas post corpora iam resumpta: vnde credendum est quod iusti qui in igne conflagrationis in corpore purgabantur in die iudicij, grauius punientur, quia breuius: et ideo intensius, quam qui nunc purgantur. Alij voluerunt assignare rationem partim naturalem, partim supernaturalem. Dixerunt enim quod animæ exutæ a corpore habent potentias suas expeditas:

tas: et naturale desiderium habent pertingendi ad bonum, propter quod sunt creatæ. Et vltierus, gratia est in eis, quæ magis istud desiderij inclinat. Et ideo cum illud bonum sitiant, et ab illo retrahantur, et quasi incarcerationentur: modica pœna sensibilis cum hac tristitia est eis maxima: et pro tanto dicunt pœnam purgatoriam esse maximam. Sicut enim delectationes spirituales sunt intensæ multum, et præcellunt corporales: ita et tristitia de absentia superexcellit omnem dolorem corporeum. Sed certe nec ista ratio bene manuducit, si quis aspiciat. Primum quidem, quia desiderium summi boni est desiderium, quod habet necessarium secum coniunctam fruitionem, et aliquam realem possessionem: et ideo parit gaudium. Vnde qui plus desiderat supremum bonum, magis ibi delectatur. In hoc enim dissimile est desiderium temporalium, et corporalium a desiderio spirituum, ut ostendit Augustinus in libro 83. q. Et illud veritatem habet maxime cum Deus inhabitat per charitatem in anima. Secundum etiam istam rationem pœna lymbi maxima esset, et fuisset maxima in sanctis Patribus, vbi creditur fuisse requies facta. Et ista etiam ratio nihil ad propositum facit, si quis inspiciat pro eo quod Sancti non de carentia loquuntur, sed de pœna afflictiuâ, sicut de igne, siue de flamma purgatoria. Ideo dicendum quod ratio huius sumitur ex diuina iustitia: et ista est ratio recta, quia quod ignis agat in animam, ut infra videbitur, non est natura, sed iustitia: et ideo quod magis agat diuinæ iustitiæ est attribuendum. Quoniam ergo Deus iustus pœnam non acceptat secundum quod punitiua tantum, sed secundum quod plus est in ea ratio ordinis recti: secundum hoc intelligendum est, quod est pœna assumpta, et pœna inflicta. In pœna assumpta non tantum placet Deo ordinatio pœnæ ad culpam, sed et ordo, et relictio, quæ est in voluntate assumentis: sed in pœna inflicta placet ordinatio pœnæ ad culpam. Quoniam igitur pœna pœnitentium in presenti plus est assumpta, pœna morientium est inflicta in purgatorio, pro eo quod iam non est tempus agendi, sed recipiendi: ideo modica pœna in presenti plus satisficit, et magis est de ea contenta diuina iustitia, quam de magna in futuro. Et ideo quasi improprie dicitur maiorem exigit, ut ei satisfiat. Exemplum autem potest haberi in istis materialibus debitis: creditor enim plus acceptat marcam auti, quam decem marcas argenti: et pœna pœnitentium illi comparata multo pretiosior est in conspectu Dei, quam sit aurum argenti in conspectu hominum. Concedenda ergo sunt rationes probantes pœnam illam grauiorem esse.

Improbatio

Doct. Opi.

Dist. 21. p. 1. ar. 2. q. 1.

Exempli.

4. Similiter de alio quod magis punit, quod vnit, dicendum quod falsum est, quia maior pœna est brachium contere, quam etiam amputare, quia remanet ibi sensus, et dolor continuus. Sic et in anima, quæ nunquam dormit, semper est actualis sensus nocui, et dissensus: ita quod vtrumque viger, et neuter minuitur quantum est ex parte spiritus: et ille dolor est intensus, et continuus, ac per hoc grauior. Quo modo autem corpus agat in spiritum, in suo loco dicitur, cum agatur de pœnis infernalibus.

4. Similiter de alio quod magis punit, quod vnit, dicendum quod falsum est, quia maior pœna est brachium contere, quam etiam amputare, quia remanet ibi sensus, et dolor continuus. Sic et in anima, quæ nunquam dormit, semper est actualis sensus nocui, et dissensus: ita quod vtrumque viger, et neuter minuitur quantum est ex parte spiritus: et ille dolor est intensus, et continuus, ac per hoc grauior. Quo modo autem corpus agat in spiritum, in suo loco dicitur, cum agatur de pœnis infernalibus.

Dist. 50.

QVÆSTIO III.

An pœna purgatorij sit voluntaria.

Richardus 4. Sent. dist. 20. ar. 2. q. 2. Steph. Brul. 4. Sent. d. 20. q. 3. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 20. q. 11.



TRVM pœna illa sit voluntaria: Et quod sic, videtur: quia omnis sapiens vult illud, sine quo non potest adipisci quod desiderat: vnde desiderans sanitatem vult secari, et vri: sed anima in purgatorio non sunt insipientes, et desiderant gloriam, et sciunt ad eam non posse peruenire nisi per illius pœnæ tolerantiam: ergo et cetera. Si tu dicas quod hoc non est velle simpliciter, sed sub conditione: ostenditur quod simpliciter vult. Cor rectum habet, qui voluntatem suam voluntati diuinæ conformat, ut dicit Ambrosius, et Glossa super psalmum: sicut habitum est in primo, dist. vlti. Sed iusti in purgatorio habent cor rectum, et Deus vult ibi esse ipsos: ergo ipsi volunt se ibi esse, et pati.

AD OPPOSITVM.

Ambr. super Ps. 33.

ITEM omnis vere pœnitens vult facere emendam suæ agendo, siue sustinendo: sed anima, quæ moritur vere pœnitens, pœnitentiam non amittit: ergo vult emendam facere: sed non potest agendo: ergo patiendo: ergo vult pœnam illam pati.

ITEM omnis qui patitur pœnam aliquam et non vult illam pati, iudicatur impatiens: et ille est qui dicitur inobediens: ergo cum viri iusti in purgatorio pœnam patiantur, si nolunt illam pati, sunt impatiens, et inobedientes.

FVNDAMENTA.

CONTRA: Voluntarium est illud, quod est in ipso principio intrinseco, sed extrinseco, et de necessitate non de libertate, non habet rationem voluntarij: sed talis est pœna purgatoria: ergo, et cetera.

ITEM nihil a quo quis desiderat, et petit liberari, est voluntarium: si enim esset voluntarium, in eo vellet persistere: sed iusti qui sunt in purgatorio, petunt, et desiderant inde liberari: ergo, et cetera. Minor multis reuelationibus nota est, sicut potest probari per Gregorium in Quarto dialogorum.

ITEM quanto pœna acerbior est, si voluntaria est, tanto gloriosius est martyrium: sed pœna purgatorij est acerbissima, ut monstratum est: ergo si est voluntaria, videtur quod omnes qui transeunt purgatorij, martyres iudicandi sunt.

CONCLUSIO.

Pœna purgatorij minimam habet rationem voluntarij, quia non est a principio intrinseco, et de necessitate suffertur.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod aliqua pœna dicitur tripliciter voluntaria. Vno modo, quia assumitur a voluntate imperante, sicut est pœna pœnitentialis. Alio modo quia sustinetur a voluntate acceptante, sicut est pœna martyrij: quia adeo eis placet, quod ab ea liberari non vellent. Tertio modo

est quaedam poena, quae sustinetur a voluntate tolerante, ut poena, quae est in patientia: ita quod eius oppositum est in desiderio: sicut cum amans, et desiderans sanitatem infirmatur, sustinet quidem infirmitatem, tamquam poenam diuinitus inflictam, at tamen ab ea liberari procurat. Et illud minime habet rationem voluntarij. Hoc modo voluntaria est poena purgatoria in viris iustis: qui voluntarie eam sustinet, et desiderant vehementer ad patriam peruenire, et alios sibi auxilium praebere.

Secundum hoc patet responsio ad utramque partem, quoniam rationes ad primam partem probant illam poenam voluntariam esse hoc modo tertio. Rationes vero ad oppositum probant quod non est voluntaria primo modo, vel secundo: quod patet discurrendo per singulas. Primae enim omnes rationes currunt secundum voluntatem tolerantem, quae Deo se conformat, cum etiam liceat aliquid sibi desiderare, quod et Deus vellet ipsam habere quantum in se est. Sequentes rationes currunt secundum voluntatem imperantem, quae est ab intrinseco: vel secundum desiderantem, quae nolle separari a voluto, quae tanto magis delectat, quanto voluntarium quod obtinet, magis desiderat.

QUESTIO IV.

An in poena purgatorij sit minor certitudo de gloria quam in via.

Steph. Brulef. 4. Sent. d. 20. q. 4. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 20. q. 1. 2.

AD OPPOSITIVM.

TRVM in illa poena sit minor certitudo de gloria, quam in via. Et quod sic, videtur: quia quanto status similior est statui, que homo omnino respuit, tanto maiorem timorem incurrit ille, qui in eodem existit: sed status purgatorij magis similis est statui infernali, quam status vitae praesentis: ergo augetur in eo timor: ergo per oppositum minuitur certitudo.

2. ITEM sic anima peccatrix punitur timore, et dolore, sicut e contra anima iusta reficit gaudio, et spe: sed in purgatorio augetur poena doloris: ergo pari ratione poena timoris: ergo minuit certitudo beatitudinis.

3. ITEM si augetur certitudo, augetur consolatio: et si augetur consolatio, minueretur flagellatio: ergo si esset ibi maior certitudo, esset minor afflictio ibi, quam in praesenti: sed non est minor, sed maior afflictio, quam in praesenti: ergo est minor certitudo.

4. ITEM si maior esset ibi certitudo, cum non ambulat ibi anima per spem, sed per fidem, quae non euacuatur quousque veniat lux gloriae, esset ibi maior fides: et si maior fides, maior gratia: ergo a destructione consequentis, si gratia non est maior in purgatorio, videtur quod nec maior certitudo: ergo saltem ita dubitat anima ibi, sicut hic. Sed hic nescit utrum sit in inferno, vel extra.

FUNDAMENTA.

CONTRA: Magis est certus per spem qui sperat, et non potest desperare, quam qui sperat et desperare potest: sed animae, quae sunt in purgatorio, ita sperat, quod desperare non possunt: in viam autem desperare possunt: ergo, et cetera.

ITEM maior est certitudo in eo, in quo nulla est dubitatio, quam in eo in quo cadit dubitatio: haec est per se vera. Sed in eo qui est in purgatorio, non cadit dubitatio de gloria habenda: ergo est ibi maior certitudo. Probatio minoris: Si potest dubitare se perueniturum, tunc dico: qui potest dubitare, potest consequenter opinari: et qui potest opinari, potest credere, et errare circa utramque partem: ergo cum anima talis non potest

fit errare, non videtur quod possit dubitare.

ITEM si venit de hoc titubatio aut ex subreptione, aut ex scientia certa: non ex subreptione, quia hoc cooperit animae ratione coniunctionis suae cum carne, a qua opprimitur, et non omnino est domina actu suorum. Non ex certa scientia, probatio: Anima, quae est in purgatorio certa fide cognoscit, quod in inferno vermis est, qui non moritur: certa fide cognoscit quod anima in inferno non melioratur: certa fide cognoscit, quod in inferno desperatione cruciatur: sed constat quod opposita videt in se: ergo ex deliberatione non potest de his dubitare, quin cadat a vera fide: sed non potest fieri infidelis: ergo non potest ex certa scientia dubitare, nec ex subreptione dubitare: ergo nullo modo: ergo, et cetera.

ITEM cum anima a carne separatur, seipsam nudam intuetur: ergo videt quod habet in se: ergo nouit, utrum habeat culpam mortalem, an gratiam: et certa est quod si habet gratiam, non potest ad infernum descendere: ergo videtur quod nullo iudicio dubitet: ergo multo maior certitudo esse de gloria in purgatorio, quam in praesenti saeculo.

CONCLUSIO.

In poena purgatorij est maior certitudo de gloria quam in via: quia euacuatur timor de lapsu, quod contingit propter mutationem status.

RESPON. AD ARG. Ad praedictorum intelligentiam est notandum secundum quosdam, quod pro acerbitate poenarum ita absorbetur spiritus, ut ubi sit ignoret: et ex hoc dubitat, utrum sit in inferno, an extra. Sicut enim anima ex dulcedine extra se rapitur, ut nesciat an in corpore, an extra corpus hoc videat: sic suo modo dicunt in poenis se habere: et pro statu illo dicunt minorem certitudinem secundum actum esse, licet non sit minor secundum habitum, immo quodam modo maior. Sed certe non videtur hoc rationabiliter sustineri. Primum, quia etsi spiritus carni coniunctus possit ab huiusmodi poenis adeo absorberi, ut usum rationis amittat, spiritus tamen separatus, qui immortalis est, non videtur adeo absorberi, cum fortior sit ad sustinendam magnam poenam in se, quam in corpore parua. Et quod illud verum sit, patet per Greg. in 4. dialogorū, ubi dicit quod quidam in purgatorio existentes in grauib poenis petierunt adiutorium pro liberatione: ergo sciebant se esse aliquando liberandos. Patet etiam per illud quod dicitur in homilia de diuite, et Lazaro, ubi dicitur quod damnati supra se electos considerant vsque in die iudicij. Si ergo poena illa infernalis improporcionabiliter grauior est, quam purgatoria, et illa non absorbet usum rationis in damnatis, qui sunt oppressa vermi, et desperatione, et culpa: quanto magis nec ista poena absorbebit spiritus iustorum, qui fortificati sunt bona conscientia, et spe, et diuina gratia? certe non videtur.

Idem dicendum quod animae in purgatorio maiorem habent certitudinem de gloria, quam etiam illae, quae in via sunt, sicut habebant animae in lyngo. Et ista certitudo media est inter certitudinem viae, et patriae. In patria enim est certitudo tentationis, euacuans expectationem, et timorem. In via vero est certitudo expectationis immixta timori, quia quilibet labi potest, dum est viator. In purgatorio est medio modo, scilicet certitudo expectationis eorum, quae nondum obtinuit: sed est euacuatio timoris propter confirmationem liberi arbitrij, qua deinceps scit se peccare non posse. Et sic patet quod est maior certitudo, dum euacuatur timor de lapsu: et illa euacuatio non est per animae maiorem perfectionem, sed per status mutationem.

1. AD illud ergo quod obijcitur in contrarium, quod locus ille similior est inferno, dicendum, quod duplex est similitudo, vel symbolum. Vna, quae

Opin. aliorum.

Improbatio

Cap. 40. et 55.

Opin. propria.

Explicatio.

2. de Gen. cetera. 25.

quae est via ad faciliorem transitum: per quem modum dicit Philosophus, quod in habentibus symbolum facilius est transitus: et de hac verum est, quod obijcit. Alia est similitudo, quae tamen ad transitum non disponit, sicut os similius est ossi, quam sit humor: et tamen non ita de facili potest conuerti in alimentum os, sicut humor: et de isto non habet veritatem quod obijcit. Quia enim difficilius est transitus, ideo minus potest: immo si nullus est transitus nullo modo potest timere: quoniam ergo ab igne purgatorij in infernum descendere est impossibile, non ab igne praesentis supplicij, siue status praesentis, quamuis ille sit similior, non inducit maiorem timorem.

2. AD illud quod obijcitur, quod punitur dolore, et timore, dicendum quod ad hoc quod sufficienter puniatur, non oportet animam puniri omni genere poenae: afflictio enim ignis, vel cruciatio doloris sufficienter punit, etiam si non addit titubatio, vel triullatio timoris.

3. AD illud quod obijcitur, quod augmentata certitudine augetur consolatio, dicendum quod hoc verum est ceteris paribus: sed quoniam illa certitudo est cum afflictione, et expectationis dilatione: ideo non tam viget ibi consolatio quam afflictio: at tamen nec in ira sua continet misericordias suas Dominus, sed cum iratus est misericordiae suae rememoratur, et vehementer afflictos aliqua spei certitudine refocillat.

4. AD illud quod obijcitur, quod ambulat per fidem: ergo, et cetera, dicendum quod etsi per fidem ambulet quantum ad ea, quae diuinitatis sunt, quae nondum per speciem intuetur, nihilominus tamen aliqua sunt nobis inuisa, quae anima exuta nouit tamquam certitudinalia, ut pote diuinam sententiam de se latam, quae de vnoquoque homine particulariter fertur in eius exitu: haec autem fidem non euacuat, quia credit non apparentia: et ad hoc indiget substantia rerum sperandarum, et argumento non visarum.

QUESTIO V.

An poena purgatorij a demonibus infligatur.

S. Tho. 4. Sent. d. 21. q. 1. ar. 1. q. 5. Richar. 4. Sent. dist. 20. ar. 2. q. 3. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 20. q. 5.

AD OPPOSITIVM.

VORVM ministerio poena illa infligatur. Et quod ministerio demonum videtur, sicut dicit auctoritas, et habetur infra dist. 47. in fine: Illos habebunt tortores in poena, quos habuerunt inceptoros in culpa: sed constat quod iusti purgantur pro eis culpis, quas demones incenderunt: ergo, et cetera.

2. ITEM in legenda beati Martini dicitur, quod diabolus astabat ad eius obitum, sicut ibi dicitur, quod dixit. Quid astas hic cruenta bellua: sed constans est, quod sciebat se non posse eum trahere ad infernum, cum sciret virum sanctum: ergo saltem volebat ducere in purgatorium.

3. ITEM ratione videtur: quia crudelius est vexare bonos, quam affligere malos: sed quod crudelius est crudeliori tortori debet committi: ergo cum diabolus cum suis angelis sit crudelissimus, videtur quod eius, et suorum sit viros iustos in purgatorio affligere.

4. ITEM viri iusti affliguntur in purgatorio: constat quod non ratione eius, quod habuerunt simile Deo, sed ratione eius quod habuerunt simile diabolo: ergo quamdiu est in illis iste reatus, non sunt quoniam.

S. Bon. To. 3.

nino erepti ab eius potestate: ergo videtur quod ab eis affligantur.

CONTRA: Greg. in 4. dialog. dicit quod animae reprobatorum per seipsas descendunt ad infernum: ergo pari ratione, immo multo fortiori per seipsas sine demonum ministerio descendunt in purgatorium.

ITEM animae puniuntur in purgatorio ad hoc, ut purgentur, et in calum introducantur: sed demones abhorrent animarum purgationem, et liberationem: ergo talem purgationem, siue punitionem non administrant, sed fugiunt.

ITEM sicut dicit Augustinus: Si diabolus cognouisset patientiam Iob, et quod eius tentatione deberet proficere, nequaquam ipsum amplius vexasset: ergo cum sciat certis signis, quod illa anima iustae suae non sunt, et quod ex poena sunt melioranda, videtur quod eas amplius nullatenus vexet.

ITEM alius est qui punit filium, alius qui punit latrunculum: filium enim punit Dominus, vel doctor: sed latronem punit emissarius, vel tortor: sed demones sunt tortores, et iusti sunt sicut filij: ergo nequaquam conueniens est illos ab illis puniri.

ITEM iniustum est vt qui de altero triumphauit, eidem subijciatur post triumphum: sed anima viri iusti de demonibus triumphauit in hac vita: ergo iniustum est, vt diabolus super eam posse habeat post hanc vitam.

CONCLUSIO.

Probabile est, licet non temere afferendum quod bonorum angelorum ministerio anima adducatur ad purgatorium, non tamen quod ab eis, vel demonibus poena purgatorij infligatur.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod aliqui voluerunt dicere, quod poena purgatorij ministerio demonum infligatur, pro eo quod in Scriptura aut vix, aut numquam legitur quod bonus angelus bonos vexauerit: sed vexatio bonorum solū a malis fuit, sicut est exemplum de Iob: exemplum etiam de Antonio: mali vero vexati sunt a bonis, et a malis. Et ratio huius videtur esse secundum eos, quia qui vexat alterum, et affligit, quoddam odium habet: diabolus autem odit bonos, et malos ob suam crudelitatem: ideo vtroque affligit, cū sibi permittitur, maxime cū affliguntur pro peccato, quod est eius similitudo, et quaedam characterificatio. Boni vero non odunt nisi malos: et ideo illos solos affligunt, sicut affixerunt sodomitas, et Aegyptios. Sed licet videatur esse magis conueniens, vt fiat hoc ministerio demonum, quam sanctorum spirituum: melius tamen videtur esse dicendum, et rationabilius etiam, quod sicut diuina iustitia iubete, et statu ignis succedente, mali adurentur in inferno post iudicium, sic etiam et in purgatorio. Non enim videtur probabile, quod demones illud ministerium exerceant, cum ibi purgetur peccati scoria, secundum quam ibi quodammodo anima similis erit diabolo: et diabolus suam similitudinem nolit delere, sed potius confirmare: nec vnumquam exercet hominem, nisi in quo sperat victoriā acquirere: nec vexat eum, a quo victus est, et deiectus: et alia plura ad hoc faciunt, quae tacta sunt. Rursus non videtur hoc probabile, vt ministerio fiat angelorum bonorum, vt tam grauius affligant, et puniant conciuēs suos: nec hoc de facili posset per Scripturam probari, non solum in se, verum etiam in simili: quamuis Iacob Patriarcha visus sit ab angelo laedi, cū emarcuit neruus femoris eius: sed illud magis fuit ad concupiscentiae repressionem: et ad grauem afflictionem. Ideo concedendum quod non sit ministerio demonum, nec etiam supernorum spirituum, nisi fortassis quantum ad directionem. Credendum enim est, quod in egressu animae a corpore affligunt et spiritus bonus, et spiritus malus: vnus, vel plures: et tunc

c. c. 2 secundum

FUNDAMENTA.

Lib. 12. de Gen. ca. 17. 20. 3.

Opin. aliorum.

Improbatio

Opin. propria. Explicatio.

secundum veritatem ferri sententiam, etsi bona est, per ministerium boni Angeli, vel adducitur in cælum, vel in purgatorium, quousque postquam purgata fuerit, per eius ministerium educatur: ita quod ipse solum sit deductor, et non tortor. Si vero sit mala, per ministerium demonum deducitur ad infernum. Hoc inquam tamquam magis probabile concedendum, quamuis nihil sit in hac parte temerè asserendum.

1. Ad illud ergo quod obijcitur, quod incontentores erunt tortores, dicendum quod verum est nisi illa culpa remittatur, et homo pœniteat: et hoc non habet locum in proposito.

2. Ad illud quod obijcitur, quod pœrens erat in obitu Martini, dicendum quod hoc non erat, ut adduceret ad purgatorium, sed quia cupiebat insidiari calcaneo, et per hoc detrahere in abyssum.

3. Ad illud quod obijcitur, quod maioris crudelitatis est, dicendum quod verum est, si ibi stare intentione: sed illa punitio est transitio ad æternam glorificationem, non sic est in damnatis, ideo non est similis.

4. Ad illud quod obijcitur, quod punitio ratione similitudinis, dicendum quod est punitio simplici, et est punitio sic, vel sic. Primo quidem modo punitur ratione peccati. Sed sic, vel sic punitur ad purgationem, quoniam habent iustitiam. Et hunc est quod talis punitio ad diabolum non spectat.

QVÆSTIO VI.

An locus purgatorij sit superius, vel inferius.

S. Thomas, 4. Sent. d. 21. q. 1. ar. 1. q. 2. Franc. de Mayr. 4. Sent. d. 20. q. 5.

AD OPPO- SITVM.

DE loco, in quo animæ punitur hac pœna. Et queritur, vtrum locus ille sit superius, an inferius, an in medio. Et quod in loco superiori videtur sic: Animæ illæ iustæ erunt de potestate tenebrarum, quoniam hoc dicitur de omnibus viris iustis, et de illis maxime verum est, quos non possunt ad malum pertrahere: sed ipse diabolus est princeps aeris huius: ergo videtur quod sint illæ animæ supra hunc aerem eleuata: ergo videtur quod locus purgatorius animarum sit in sphaera ignis sursum.

2. ITEM in corporalibus situs sequitur pondus: et cum corpus habet in se inclinationes diuersas, sequitur naturam prædominantis: ergo a simili in spiritibus locatio sequitur pondus spirituum: sed pondus in spiritibus est amor: ergo si in spiritualibus prædominatur amor castus, qui tendit sursum, videtur quod spiritus absolutus a corpore, si habeat charitatem, quamuis aliquid habeat cremabile, debeat ferri sursum.

3. ITEM purgatorium est via media transeundi a statu viæ ad statum patriæ: sed status viæ est circa locum terrestrem, status patriæ est intra locum supra-cælestem: ergo cum via sit media ad terminum, videtur quod purgatorium sit in medio inter cælum, et terram: sed medium illud sursum est, et maxime competens sphaera ignis: ergo, et cetera.

FVNDAMENTA.

SED quod sit in loco inferiori, scilicet infernali, videtur, Primo auctoritate Gregorij in dialogo: Vna, eademque vis puniens, bonos probat, purgat, et eliquat: malos vero condemnat, deuastat, et exterminat: ergo videtur quod idem sit puniens, et idem etiam sit locus purgandorum, et locus damnandorum.

ITEM hoc videtur per simile, quia lymbus sanctus Patribus fuit loco purgatorij: sed constat quod lymbus fuit in inferno, aut iuxta infernum: quod patet per articulum fidei: Descendit ad inferos: di-

A citur enim quod expoliavit principatus, et potestates: ergo, et cetera.

ITEM ratione videtur, quia locus pœnæ est locus ignobilis, sicut locus gloriæ est nobilis: et iterum culpa, in quantum huiusmodi locus debetur inferior: sed locus purgatorius est pœnalis locus, et purgationi debitus ratione culpæ: ergo debet esse ignobilis: sed locus quanto superior, tanto nobilior: et quanto inferior, tanto minus nobilis: ergo, et cetera. Sed quod sit in medio, videtur per Hugonem de sancto Victore: Probabile est quod in his locis puniantur, in quibus culpam commiserunt: sed culpam commiserunt hic in medio: ergo, et cetera.

ITEM hoc ipsum videtur exemplo: In quarto dialogorum narrat Gregorius de Paschasio, quod Cyprianus Episcopus vir sanctus cum in quibusdam balneis inuenit, ad quæ iuerat ipse Episcopus consilio medicorum: et Paschasius iam pridem mortuus ibi puniebatur, et post eius adiutorio liberatus est, signo dato eidem Episcopo si post trigessimam diem inueniretur ibidem.

ITEM hoc etiam videtur ratione, quoniam status purgatorius est status medius inter statum gloriæ, et statum damnationis æternæ: ergo in medio inter vtrumque deberet esse: ergo nec superius, nec inferius, sed in medio circa nos.

CONCLUSIO.

Purgatorij locus secundum legem communem est inferius, et secundum dispensationem diuinam est in medio.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod istud a Sanctis determinatum non est, nec rationes multæ efficaces ad hanc materiam adduci valent de facili, pro eo quod licitum est hic varie sentire: et secundum tres partes propositi problematis inueniuntur diuersi diuersa sentire, innitentes rationibus iam tactis. Quidam enim dixerunt, quod locus est sursum, quidam quod deorsum sub terra, quidam quod ibi, vbi peccauerunt. Sed si dixerimus quod omnino sursum sit, repugnabit ratio, et auctoritas, et reuelatio. Quia frequenter plures circa nos pari inuenti sunt. Si dixerimus quod omnino deorsum, idem inconueniens sequitur. Si dixerimus quod vbi peccauerunt, illud omnino vel incredibile, vel improbabile est, quod omnes animæ, quæ Parisijs peccauerunt, Parisijs puniantur. Quid ergo dicendum? Sane potest dici quod est determinare locum purgatorij dupliciter, vel secundum legem communem, vel secundum dispensationem diuinam. Si secundum legem communem, sic lymbus inferius fuisse credendus est, vt sit locus purgatorius: et talis locus competit punitio, et similiter satisfaciendi, siue ei, qui affligitur merito fœditatis culpabilis. Hic autem locus pars inferni creditur a quibusdam propter illud verbum Gregorij, quod sub eodem igne electus purgatur, et damnatus crematur: in quarto dialogorum. Si autem loquamur secundum dispensationem specialem, sic diuersis diuersa loca concessa sunt. Vel propter eorum celeritatem liberationem, vt possint alijs suam indigentiam reuelare, sicut docet exemplum de Paschasio. Vel propter nostram instructionem, vt aliquando recogitemus magnam post hanc vitam pœnam infligi peccantibus. Vel propter alicuius sancti impetrationem. Sicut legitur quod sanctus Patricius impetrauit cuidam, quod puniretur in quodam loco in terra: ex hoc fabulose ortum est, quod ibi est purgatorium, et sic sunt diuersa loca. Concedendum igitur est, quod locus purgatorij est inferius secundum legem communem: est etiam medius secundum dispensationem diuinam: superius in sphaera ignis non est aliquo istorum modorum: sed qui hoc cogitat, moueri videtur secundum phantasticam fictionem.

Coloss. 2. d.

Hug. lib. 2. de sac. p. 16. cap. 4.

L. 4. de dialog. cap. 40.

Opin. triplex.

Impugnatio.

Determinatio.

1. Ad illud quod obijcitur, quod est in superio, quia sunt eruta de potestate tenebrarum, dicendum quod inferius existentes etiam erepta possunt esse animæ, quia satanas non regnat nisi in mundanis per conuersationem, non per localem inhabitationem.

2. Ad illud quod obijcitur, quod corpus sequitur naturam prædominantis, dicendum quod motus animæ sursum, vel deorsum non est secundum suum desiderium, sed secundum diuinum iudicium, quod est mouens superius: et quia illud iudicium decreuit eam affligere ad tempus, et hoc competit loco deorsum, scilicet punitio, et afflictio: ideo patet illud, quod non sequitur naturam prædominantis, nisi iuxta regulam superius mouentis.

3. Ad illud quod obijcitur, quod est via, dicendum quod est via retardans: et eo quod est retardans,

aliquo modo est obliquus: et quia aliquo modo obliquus, ideo non oportet quod recte sit in medio, quia tunc esset via recta, et velox, nunc autem tardior: et sic patet illud. Rationes vero ad alia duo membra, et si non sint multum efficaces, tamen quia verum concludunt, concedendæ sunt.

Ad illud tamen quod ultimo obijcitur, quod medius est: ergo in medio debet esse, dicendum quod plus sapit naturam vnus extremi, pro eo quod punitur ibi, non pro eo quod habet de iustitia, sed de culpa. Vnde cum non sit nisi duplex meritum, scilicet bonum, et malum, secundum legem communem solum duplex debet esse locus correspondens retributioni vtriusque: vnus nobilis, qui est supremus, alter ignobilis, qui est infimus, et propter hoc, vt dicit Gregorius, vocatur infernus, quasi inferius, vel infra nos, siue sub nobis.

Resp. ad vlt. si. pro Fundam.

DISTINCT. XX. PARS II. DE ILLO, CUI SACERDOS INDISCRETVS iniungit paruum pœnitentiam.

1 vero de illo queritur, qui satisfactionem iniunctam impleuerit, que ignorantia vel negligentia sacerdotis peccato condigna non fuit: vtrum de vita migrans ab omni pœna liber sit. Idem respondeo quod supra, de illo, qui pœnitentiam non compleuit, dixi: Quod si tantum est lamentum interioris doloris, vt sufficiat in vindictam peccati, omnino liberatus est: si vero non sufficit dolor interior simul cum pœna iniuncta, addet Deus pœnam. Quod autem interdum sufficiat dolor interior ad vindictam peccati, certum documentum habemus in illo latrone, qui sola mentis contritione et confessione statim vt conuersus fuit, paradysum ingredi meruit. Sed quia dispensatores Ecclesie contritionis quantitatem non perpendunt, quibus non est datum intelligere occulta cordium: omnibus leges pœnitentie constituunt, tam magis quam minus de peccato dolentibus. Quorum studium ad hoc precipue tendere debet, vt cordis dolorem, quantum fas est, cognoscant, et secundum ipsum modum satisfactionem iniungant. Vnde Augustinus in actione pœnitentie, vbi tale commissum est, vt is, qui commisit, a Christi etiam corpore separetur: non tam consideranda est mensura temporis, quam doloris: Cor enim contritum et humiliatum Deus non despicit: Verum quia plerumque dolor alterius cordis occultus est alteri, nec in aliorum notitiam nisi per verba vel alia quæcumque signa procedit, cum sit coram illo, cui dicitur: Gemitus meus a te non est absconditus: recte constituuntur ab eis, qui Ecclesie presunt: tempora pœnitentie, vt satisfaciatur etiam Ecclesie, in qua peccata ipsa remittuntur, extra eam quippe non remittuntur. Ipsa enim Spiritum sanctum pignus accepit, sine quo non remittuntur vlla peccata. Item Hieronymus: Mensuram temporis in agenda pœnitentia ideo non satis aperte præfigunt canones pro vnoquoque crimine, vt de singulis dicant qualiter vnumquodque emendandum sit: sed magis in arbitrio sacerdotis intelligentis relinquendum statuerunt: quia apud Deum non tantum valet mensura temporis, quantum doloris: nec abstinentia tantum ciborum, quantum mortificatio vitiorum. Ideo tempora pœnitentie pro fide et conuersatione fidelium pœnitentium abbrevianda præcipiunt, et pro negligentia protelanda, pro quibusdam tamen culpis modi pœnitentie sunt impositi.

Luc. 23. f

In Enchir. c. 65. 20. 3.

Psal. 50. d

Psal. 37. b

De pœnit. d. 1. c. mementuram.

Quod morientibus non sit imponenda satisfactio, sed innotescenda.

SOLET etiam quæri: Vtrum satisfactionis lex morituris sit imponenda. De quo Theodorus Cantuarien. Episcopus in pœnitentiali suo sic ait: Ab infirmis in periculo mortis positus pœnitentia inquirenda est confessio peccatorum, non tamen est illis imponenda quantitas pœnitentie, sed innotescenda: et cum amicorum orationibus, et elemosynarum largitionibus, pondus pœnitentie subleuandum, si forte migrauerint. Si vero conualuerint, pœnitentia modum a sacerdote impositum diligenter obseruent. Alijs vero pro qualitate peccati pœnitentia decernenda est præsentem arbitrio. Vnde Leo Papa: Tempora pœnitentiae habita moderatioue constituenda sunt tuo iudicio.

26. q. 7. c. ab infirmis.

Leo 1. epist. 77. ad Nicetium episc. et habetur 20. q. 7. c. tempora perpetuam.

S. Bo. To. 5.

c c 3 iudicio,

iudicio, prout conuersorum animos perspexeris esse deuotos. Pariter etiam habere debes atatis senilis intuitum, et respicere periculorum quorumcumque, vel aegritudinum necessitates.

In necessitate non est neganda poenitentia vel reconciliatio.

SCIENDVM etiam quod tempore necessitatis non est neganda poenitentia vel reconciliatio poenitentibus. Vnde Leo Papa: His qui tempore necessitatis et periculi urgentis instantia presidium poenitentiae, et munus reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda: quia misericordiae Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire.

Quod si ita aliqua aegritudine aggrauati sunt, ut quod paulo ante posebant, sub presenti significare non valeant, testimonia eis fidelium circumstantium prodesse debent, simulq. poenitentiae et reconciliationis consequantur beneficium. Item Iulius Papa: Si presbyter poenitentiam abnegauerit morientibus, reus erit animarum, quia Dominus ait: Cum conuersus fuerit, tunc saluus erit. Vera enim confessio ultimo tempore potest esse, quia non modo temporis, sed etiam cordis Deus inspector est, sicut latro probat.

Leo 7. epist. 89. habetur 26. q. 6. ca. his qui. Ibid. cap. si presbyter. Ezec. 18. c. 26. q. 6. c. co gnouimus ad fin. in sensu.

Quod presbyter non reconciliet inconsulto episcopo, nisi in necessitate.

NON debet tamen presbyter poenitentem reconciliare inconsulto episcopo, nisi ultima necessitas cogat. Vnde in Carthaginiensi concilio: Presbyter inconsulto episcopo non reconciliet poenitentem, nisi absente episcopo, vel ultima necessitas cogat. Cuiuscumque poenitentis publicum crimen est, quod uniuersam commouerit urbem ante absidam, scilicet introitum Ecclesiae manus ei imponatur. Item Aurelius dixit: Si quis in periculo constitutus fuerit, et se reconciliari diuinis altaribus petierit, si episcopus absens fuerit, debet presbyter consulere episcopum, et sic periclitantem eius praecepto reconciliare. Inconsulto vero episcopo non potest excommunicare, vel publice poenitentes presbyter reconciliare. Vnde in Carthaginiensi concilio secundo statutum est, ut chrysuma vel reconciliatio poenitentium, et puellarum consecratio a presbyteris non fiat. Item: Reconciliare quemquam in publica Missa presbytero non liceat. Puellarum tamen consecratio inconsulto episcopo, per presbyterum fieri ualet. Vnde in Carthaginiensi concilio secundo: Presbyter inconsulto episcopo uirgines non consecret, chrysuma vero numquam conficiat. Sicut praecepto episcopi potest presbyter consecrare uirgines, sic et reconciliare poenitentes.

Ibid. cap. si iubet. Ibidem. Ibi. c. Presbyter 1.

An oblatio eius sit recipienda, qui currens ad poenitentiam praenititur morte.

SI autem queritur de illo, qui ad poenitentiam festinans sacerdotem inuenire non potuit, et ita decessit: utrum oblatio eius sit recipienda. Dicimus, quia est. Vnde in Apanensi concilio: Si aliquis fuerit mortuus qui non sit confessus, et testimonium habet bonum, et non poterat venire ad sacerdotem, sed praecipit mors in domo vel in uia, faciant pro eo parentes eius oblationem ad altare: et dent redemptionem pro captiuis.

26. q. 6. c. si aliquis.

DISTINCT. XX. PARS II.

De confessione sacramentali quantum ad opportunitatem temporis, respectu poenitentiae mortalium in comparatione ad poenitentiam sacerdotis.

Si uero queritur de illo, qui satisfactionem iniunctam, et cetera.

Expositio textus.

VPRA determinauit Magister tempus poenitentiae in se. Hic secundo determinat per comparationem ad arbitriū sacerdotis. Et quoniam in poenitentia a sacerdote imposita tria est considerare, scilicet reconciliationem, et poenae impositionem, siue iniunctionem, et ultra iniuncta poenae expletionem: ideo haec pars habet tres. In prima querit Magister quasi ordine resolutorio incipiens a posteriori, utrum poenitentia iniuncta consummata, sit poenitens absolutus simpliciter: et hoc facit, ibi: Si uero queritur de illo, et cetera.

Distilio.

A In secunda, quando poenitentia imponenda est, scilicet utrum in extremo mortis articulo: et hoc ibi: Soloe etiam queri, utrum satisfactiois lex, et cet. In tertia querit, utrum in necessitate alicui neganda sit reconciliatio, ibi: Sciendum etiam, quod tempore necessitatis. Et illa pars diuiditur in tres. In prima ostendit quod non est neganda reconciliatio in articulo necessitatis. In secunda ostendit, quod praeter necessitate in grauius oportet consulere episcopum, ibi: Non debet tamen presbyter, et cet. In tertia ostendit, quod si poenitens uoluit reconciliari, et non potuit, quod habendus est pro reconciliato: et hoc ibi: Si autem queritur de illo, qui ad poenitentiam festinat, et cet. Principaliter autem praesentis partis intentio consistit, qualiter satisfactio sit iniungenda, et qualiter implenda, utrum etiam per interpositam personam, et utram, scilicet tota.

Si uero non sufficit dolor, et cetera. Dub. I.

Videtur falsum dicere, quia iste qui fecit poenitentiam iniunctam, fecit totum ad quod tenebatur: ergo illa completa est absolutus: ergo non debet amplius poenam reddere. ITEM Sacerdos est arbiter inter peccatorem, et Deū: sed si sacerdos iniungat peccatori poenitentiam,

nitentiam maiore, peccator tenetur stare eius iudicio, quamuis excedat: ergo si Deus non reuocat compromissum, si errat iniungendo minorem poenam debitam, debet Deus esse contentus: aut si aliter, videtur frangere pactum. ITEM ignorantia excusat, maxime quando est inuincibilis: sed scire quantum Deus exigat poenae pro culpa, nemo nouit certitudinaliter, sed solum per coniecturam: ergo in hoc standum est iudicio et arbitrio sacerdotis: ergo si amplius non procedat, absolutus est.

RESPON. Dicendum quod sacerdos virtute clauium habet potentiam relaxandi aliquid de poena, et hanc Deus numquam exigit, sed solum eum reputat, a quo sacerdos absoluit: et quantum ad hoc simpliciter, sed committit in sacerdotis arbitriū, si non sit impedimentum a parte eius, qui absoluitur. Quantum vero ad taxationem non se committit nisi in arbitrium discreti, qui etiam discrete taxet: quia si aliter fit, decet Deum aliter facere: et ideo si sacerdos poenitentiam minorem condigna imponat Dominus supplet quod deeat. Quod obijciatur, quod talis fecit totum ad quod tenebatur, verum est de tentione, quae uenit ex obligatione, siue ex reatu peccati: non est tamen verum quousque soluerit poenam condignam. Quod obijciatur de arbitrio, iam patet responsio, quia in solius discreti arbitriū se committit quantum ad taxationem poenae. Quod obijciatur de ignorantia, dicendum quod illa ignorantia excusat, ut non peccet: sed tamen non excusat, ut satisfactionem perfectam faciat, et ideo oportet hanc perfici in foro Dei.

Statim ut conuersus fuit paradysum ingredi meruit. Dub. I I.

Mich. 2. d Videtur hoc falsum, quia dicitur: Ascendet iter pandens ante eos: hoc intelligitur de Christo: ergo ante ascensionem Christi nullus intrauit: ergo nec latro statim.

Lib. 12. de Gen. ca. 34. 10. 3.

RESPON. Aliqui ad hoc uoluerūt dicere, quod latro fuit in paradiso terrestri cum Domino usque ad ascensionem, sed post ascensionem fuit in paradiso caelesti. Sed tamen illud dubium est: et ideo via alia eligenda est secundum Augustinum, quod paradysus uno modo dicitur status fructuosis, alio modo dicitur locum aprum, et idoneum. Et ille locus duplex est, secundum quod fructus est duplex. Quaedam per speculum, et imperfecta, et tali competebar paradysus terrestris, quoniam locus est terrenus, tamen quietus, et eleuatus. Quaedam est fructus plena: et haec est in patria: et huic competebar locus supercaelestis. Quando ergo dicitur, quod latro statim fuit in paradiso, intelligitur quantum ad statum, quia statim fuit in Dei uisione, non quantum ad locum.

Non satis aperte praesunt canones pro unoquoque, et c. Dub. I I I.

CONTRA: quia Gregorius dicit, et habetur supra dist. 16. Falsas poenitentias dicimus, quae non secundum auctoritatem sanctorum Patrum imponuntur: ergo videtur quod omnes poenitentiae uere in canonicis sanctorum comprehendantur.

RESPON. Dicendum quod sicut in scientijs practicis, quae versantur circa opera, sermo in particulari est incertus, et dubius: sermo autem in uniuersali certitudinem habet: sed cum applicatur ad singularia, incipit quodam modo habere incertitudinem, ut qui non considerat circumstantias particulares, potius deuiet, quam seipsum rectificet: sicut pater in medicina, et scientia morali: sic intelligendū est in proposito, quod canones instrunt in generali, qualiter imponenda est poenitentia, sed descensum ad singularia relinquunt sacerdotibus discretis, qui considerent personarum circumstantias, accedentes ad canones sine.

sicut ad regulas directiuas: quia si contra canones imponant, non recte imponunt. In canone enim maxime determinatur poenitentia quantum ad tempus magis quam quantum ad modum, quia modus ille certior est, et communior. Vnde generaliter pro peccato mortali praesunt poenitentiam septennem. Vnde laicus qui fornicatur septem annis, presbyter decem, episcopus uero quindecim poeniteat, sicut habetur in diuersis locis in decretis patrum. Similiter de euentibus Eucharistiam propter gulam, et ebrietatem si sit laicus sexaginta diebus poeniteat, si clericus, vel religiosus septuaginta diebus, si Episcopus nonaginta diebus: hoc habetur de consecr. dist. 2. Ad has autem regulas aspiciendo debet unusquisque sacerdos inspicere quales poenitentias imponat tum secundum grauitatem criminis, tum secundum diuersas conditiones personarum. Et nota hic, quod pro peccato mortali septennis poenitentia praesignitur non solum propter temporis diuturnitatem, sed magis propter figuram, et signationem. In lege enim Maria separata fuit extra castra diebus septem: Maria signat poenitentem: unde Maria amarum mare interpretatur. Et in Trens dicitur de viro poenitente: Magna est uelut mare contritio tua. Haec poenituit septem diebus, sed nunc poenitet septem annis, quod significatum est: Diem pro anno dedi tibi. Si autem tu queras rationem huius, quare poenitentia est aggrauata, cum lex noua sit lex misericordiae, dicendum quod maior ingratitudo est hic propter maiorem gratiam. Etiam est maior contemptus propter maiorem dignitatem nouae legis, in qua sanguis Christi effusus est, ut firmum esset testamentum. Quia etiam grauius est peccatum propter statum peccantis, qui debet esse perfectior. Quia ulterius satisfactio in lege noua debet esse perfecta, ut in statu pristinum reducat. Et quoniam sol in uno die non redit in idem punctum, sed in anno, ideo dies conuersus est in annum. Rursus, quia perfectum est remedium in lege nouae: ideo annus debuit multiplicari per septenariam propter septem promittas domandas, propter septem dona Spiritus sancti reacquirenda, propter septem dotes, tres scilicet animae, et quattuor corporis obtinendas. Et sic patet ratio, quare canones sic instituerunt. Haec autem omnibus non est imponenda, sed tamen insinuanda, ut recognoscant, quam grauis est culpa.

Num. 12. d

Tren. 2. d

Ezec. 4. b

Non tamen est illis imponenda quantitas poenitentiae, sed innotescenda. Dub. I V.

Videtur male dicere, quia ad nihil ualet scire quid, et quantum debeat facere, nisi etiam faciat: ergo si non est imponenda ut faciat, non est innotescenda. Si dicas, quod ualet ad cognoscendam grauitatem peccati. Contra: Grauitas peccati considerata in fine maxime inducit in desperationem: sed hoc maxime cauendum est infirmis: ergo non debet tunc dici.

RESPON. Dicendum quod poenitentia non est imponenda tali, de quo praesumitur quod moriatur, quia stultum esset aliquid imponere alicui, quod non potest facere. Sed innotescenda est ad cognoscendam grauitatem peccati, ut doleat, et ingemiscat: sed nihilominus manifestanda est diuinae misericordiae abundantia, ut speret in Domino, et confidat: et sic manifestans poenitentiam non inducit in desperationem, sed magis in ueram contritionem.

Presbyter reconciliare poenitentem inconsulto episcopo, et cetera. Dub. V.

Videtur male dicere, quia ubi supernus iudex dicit faciendum, frustra queritur consilium humanum: sed cum presbyter uider peccatorem contritum, supernus iudex dicit peccatorem illum conuersum in iustum, et esse reconciliatum: ergo statim.

sine consilio, siue sit in necessitate, siue non, debet eum soluere.

RESPON. Dicendum quod dupliciter queritur consilium ab aliquo, aut propter instructionem, et tunc queritur consilium a sapiente, quia sapiens, et hoc maxime quando casus emergit, ubi probabiliter potest dubitari. Alio modo queritur consilium, et consulitur aliquis propter auctoritatis commissionem: et sic inferior consulit superiorem, scilicet vt sciat eius voluntatem, et vt per eius imperium, et commissionem habeat potestatem. Hoc modo debet sacerdos in aliquibus casibus consulere episcopum, quia non potest per se ad illos extendere manum, cum habeat potestatem limitatam. In quinque autem casibus debet sacerdos ad episcopum remittere, vel eum consulere. Primus est de penitentia sollempni, quæ ab episcopo debet imponi, et per eum penitentis reconciliari. Secundus casus est de excommunicationis, quos aliquando non potest absoluere. Tertius, vbi quicquid inuenit irregularitatem contractam: propter illam enim debet remittere ad episcopum, vt si potest, dispenset: si non potest cum litteris suis mitrat ad Papam. Quartus est de incendiarijs. Quintus si sit consuetudo in aliquo episcopatu, quod certa crimina ad episcopum deferantur: vt homicidium, sacrilegium, et huiusmodi: et iste casus est particularis, non vniuersalis.

Puellarum consecratio consilio Episcopo per presbyterum fieri valeat. Dub. V I.

Videtur male dicere, quia illæ desponsantur Christo: ergo a solo Episcopo imponendus est eis annulus.

RESPON. Dicendum quod quantum est de iure communi, hoc licitum est solis Episcopis, quia ipsi sunt sponsi, qui debent Christo animas consecrare, secundum quod dicit Apostolus: Despondi vos vni viro virginem castam: et debet filios perfectos generare: et ideo habent clauium potestatem in excellentia, et eis solis ista quæ sunt excellentiæ commissa. Vnde hoc quod dicit Magister, locale solum fuit, et nunc non habent locum nisi in viduis velandis, quibus potest sacerdos de consilio Episcopi dare velum: et pro tanto illud est intelligendum.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam huius partis queritur de satisfactionis diminutione. Et circa hoc queruntur sex. Primo queritur, vtrum possit fieri satisfactionis commutatio. Secundo, vtrum possit, vel debeat fieri relaxatio. Tertio dato quod sic, queritur, a quo potest fieri. Quarto queritur, pro quo potest fieri. Quinto, cui valeat. Sexto et vltimo quantum valeat, et cetera.

QVÆSTIO I.

An vnus pro alio possit satisfacere.

Alex. Alex. 4. p. q. 23. memb. 1. ar. 2. S. Thomas in suppl. 3. p. q. 14. ar. 2. Et 4. Sent. d. 20. q. 1. ar. 2. q. 3. Richar. 4. Sent. d. 20. ar. 1. q. 3. Tho. Argent. 4. Sent. d. 20. q. 1. ar. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 20. q. 6. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 20. q. 4.

FYNDAMENTA. Gal. 6. 4



TRVM possit fieri satisfactionis commutatio, et hoc est quæstionis fundamentum, scilicet, vtrum vnus pro alio satisfaciatur. Et quod sic, videtur: Alter alterius onera

A portate: sed onera, quæ maxime sunt portanda, sunt onera spiritualia: ergo si alicui imposta est penitentia grauis, videtur quod aliquis partem, vel totum, possit pro eo portare.

ITEM in littera dicitur: Amicorum orationibus, et elemosynarum largitionibus pondus penitentiae subleuandum est: loquitur de eo, qui grauius infirmatur.

ITEM hoc videtur per rationem. Primo per simile in rebus naturalibus: videmus enim in aliquo corpore animalis, quod vnum membrum se exponit, vt sustineat læsionem, et grauamen alterius: sicut pater quod brachium se exponit pro capite: si ergo in corpore mystico est connexio per assimilationem ad corpus naturale, videtur similiter quod vnum membrum onus alterius possit, et debeat supportare.

ITEM hoc videtur per simile in humanis actibus: videmus enim quod sic est in actibus, quod si aliquis est alicui debitor, non refert apud creditorem, vtrum ipse, vel alius soluat, immo pro eodem vtrumque acceptat: si ergo multo benignior est Deus, et auerius ad percipiendam solutionem, quam homo terrenus, videtur quod ipse sit contentus, et sibi sufficiat, si alius satisfaciatur pro eo.

ITEM hoc videtur per locum a minori, quia plus est impetrare remissionem culpæ, quam remissionem pœnæ: sed sanctus vir impetrat alicui, qui est extra gratiam per suas orationes remissionem culpæ: ergo et remissionem pœnæ per suas afflictiones.

ITEM Christus punitus est, et pœna sua satisfecit, non pro peccato suo, hoc constat: ergo pro alieno: ergo Christus satisfecit pro nobis: si ergo omnes nos vnum sumus in Christo, et membra huius sumus, et imitatores eius esse debemus: videtur quod vnus pro alio possit, et debeat satisfacere.

CONTRA: Omnes stabimus antetribunal Christi, vt recipiat vnusquisque prout in corpore gestit, siue bonum, siue malum: ergo vnusquisque retribuit iuxta opera sua: ergo vnus non videtur quod vnus pro alio satisfaciatur, quia tunc Deus alicui retribueret secundum opera aliena.

ITEM in Psalmo: Tu reddis vnusquisque iuxta opera sua: ergo idem quod prius.

ITEM ratione videtur, quoniam non exigit Deus satisfactionem ab aliquo, quia delectetur in pœna, sed vt velut per remedium sanetur offensa: sed quia satisfactio est remedium contra culpam, et antidotum: et remedium circa membrum infirmans debet apponi: ergo videtur quod non possit in alium hominem commutari.

ITEM non potest conteri, nec consisti vnus pro alio, immo oportet quod ipse, qui peccat, conteratur, et cõfiteatur: ergo videtur similiter quod oporteat ipsum satisfacere, et pœnam pati.

ITEM si sani possunt supra se suscipere satisfactionem infirmi: ponatur igitur quod aliquis debeat penitentiam septennem, et consanguinei recipiant super se, et infirmus moritur, quæro ergo a te, aut euolat, aut non euolat: Si non, sed punitur in purgatorio, et illi puniunt se pro eo: ergo Deus punit bis in idipsum. Si vero euolat, ponatur quod illi nihil faciant de satisfactione suscepta: tunc ergo saluabitur quis, et culpa remanebit impunita, quod est contra diuinam iustitiam.

ITEM nullus potest mereri alteri, quin mereatur sibi secundum quod dicit illa auctoritas: Qui pro alio orat, pro seipso laborat: ergo pari ratione nullus potest satisfacere pro alio, quin satisfaciatur pro se: ergo si potest vnus pro alio satisfacere, potest vnus simul, et vna pœna satisfaciatur pro se, et illo: et ita pari ratione pro tertio et quarto: et sic deinceps: ergo pro omnibus: ergo videtur quod si hoc verum est, quod vno satisfaciante satisfaciatur et omnes.

CON-

Pœna satisfactionis potest commutari ratione unitatis charitatis. quo ad rationem pretij soluendi, non quo ad illud, quod in se habet medicamenti.

CONCLUSIO.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod pœna satisfactoria habet in se duplicem rationem siue virtutem: Pœna enim talis propter duo est maxime, et propter medicamentum contra sequelas peccati: et in pretium ad soluendum reatum peccati. Si ergo loquamur de ista pœna, secundum quod est purgatoria, siue medicinalis: cum morbus non recipiat medicinam ex pœna aliena, sed propria (Vnde non exinguitur concupiscentia in me, si tu ieiunas pro me) quantum ad hanc rationem pœna satisfactoria nec potest nec debet commutari in aliam personam. Possit tamen commutari in pœnam internam: quia gemitus cordis plus frequenter medetur, et reparat animam, quam diuturnitas pœnæ exterioris. Si autem loquamur de pœna secundum quod habet rationem pretij: hoc modo est concedendum quod potest commutari, quia potest vnus pro alio soluere pœnam. Sed hæc commutatio debet fieri auctoritate sacerdotis, cuius est hic duo considerare, scilicet debitum in subditis dispositionem, et debitam proportionem in pœna. Debitam dispositionem voco, quod in vno sit sufficientia, et in alio indigentia, et in vtroque sit charitas, quæ facit bona communia. Si vero alterum horum desit: non sit commutatio recte. Debitam vero proportionem voco, vt minor pœna in maiorem commutetur: quia plus satisfaciatur Deo pœna propria, quam aliena: sicut efficacius homo meretur sibi, quam alij. Vnde sicut pœna assumpta commutat in maiorem pœnam purgatoriam, eo quod multo minus est illa accepta, pro eo quod ista est voluntaria: similiter debet propria pœna commutari in maiorem alienam, ad hoc vt fiat commutatio recta. Sic igitur concedendum est, sicut probant primæ rationes quod pœna satisfactoria commutari potest ratione unitatis charitatis, quantum ad illud quod habet in se pretij soluendi, sed non quantum ad illud, quod habet in se medicamenti.

Explicatio.

AD OPPO SITVM. 2. Cor. 5. b

Psal. 61. 6

A tunc bis punit Deus in idipsum, dicendum quod falsum est, quia secundum quod illi celerius facitur, ipse liberatur: et computat Dominus in fortem pœnam, quam ille sustinet pro se, et quam alij sustinent pro eo. Vnde si debuit pœnam duorum mensium, taliter poterit iuari, quod liberaretur infra mensem: numquam tamen inde extrahitur, quousque debitum sit plene solutum: quo soluto, iam illud quod soluitur, deinceps est ipse, qui satisfaciatur: oratio enim in sinu suo conuertitur: vel si ipse non indiget, conuertitur in sinum Ecclesiæ.

A d illud quod obijcitur, quod qui meretur alij, et sibi, dicendum quod non est simile de opere meritorio, et satisfactorio. Opus enim meritorium est ea ratione, qua est ex radice charitatis, quæ semper placet Deo, et quæ omnes communiter respicit, et omnia communia facit: ideo ille, in quo est illa radix, non potest mereri alij, quin ipse placeat apud Deum, quia hoc ipsum Deo placet maxime. Opus vero satisfactorium est ratione pœnæ, et tanta pœna soluit tantum debitum, et maior maius debitum: ideo per eandem pœnam nõ potest quis in integrum duo debita soluere: et ideo satisfaciatur per eandem pœnam, si pro alio quantum ad totum non satisfaciatur pro se. Et si pro se, non pro alio, sibi quidem meretur æternam gloriam, quia opus illud placitum est Deo: et faciens illud Deo placet faciendo, ac per hoc dignus retributione a Deo indicatur.

QVÆSTIO II.

An possit fieri satisfactionis relaxatio.

Alex. Alex. 4. p. q. 23. memb. 1. ar. 1. S. Thomas in suppl. 3. p. q. 25. ar. 1. Et 4. Sent. d. 20. q. 1. ar. 3. q. 1. Richardus 4. Sent. d. 20. ar. 3. q. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 20. q. 6. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 20. q. 13.



TRVM possit fieri satisfactionis relaxatio. Et quod sic, videtur: quia vniuersalis Ecclesia has relaxationes acceptat: sed constat quod ipsa non errat: ergo vere sunt. Probatio minoris: Ita dictum est Petro: Ego pro te rogavi Petre, vt non deficiat fides tua, constat quod hoc dictum est Petro in persona Ecclesiæ: sed Christus exauditus est in omnibus pro sua reuerentia: ergo et in isto: et si hoc, Ecclesia vniuersalis non decipitur, nec errat.

ITEM: Nam et ego si quid vobis donari, in persona Christi. Glosa: Ac si Christus condonasset: sed si Christus vere condonat, vere est condonatum: ergo quod donauit Apostolus, vere condonatum, et relaxatum fuit: sed non est minoris potestatis summus Pontifex, quam Paulus: ergo, et cetera.

ITEM Augustinus in libro de penitentia: Crendum est quod omnes orationes Ecclesiæ, et elemosynæ, et opera iustitiæ succurrant recognoscenti mortem suam ad conuersionem: si ergo opera Ecclesiæ valent: ergo bona satisfactoria, quæ sunt in Ecclesiastica unitate, valent ad satisfaciendum: ergo videtur quod ille, ad quem spectat hæc distribuere, possit peccatores adiungere, et ita satisfactionem minuire, ac per hoc condonare, et relaxare.

ITEM Christus condonauit multis non solum culpam, sed etiam pœnam, vt patet in muliere adultera: sed Deus plenitudinem potestatis reliquit in Ecclesia: ergo et potestatem relaxandi, et condonandi. AD OPPOSITVM. 1. CONTRA: Dimissa est iniquitas illius, suscepit de manu Domini duplicia: ergo videtur quod pœna.

Ioan. 8. d

AD OPPOSITVM. Ista. 40. a

pœna ad perfectam remissionem sit duplicanda, non relaxanda.

2. Tim. 2. b

Deut. 2. 5. a

2. I T E M super illud: Negare seipsum non potest: Glossa: Quid faceret, si dicta sua non impleat? ergo necesse est quod Dominus dicta sua impleat: sed ipse prædixit: Secundum mensuram delicti erit et plagarum modus: ergo necesse est ita puniri, sicut et peccator meruit: ergo non potest aliquid relaxari.

3. I T E M ratione videtur: Facere dignos fructus pœnitentiæ est in diuino præcepto, a quo non potest quisque homo purus absolueri: sed dignos fructus facere est secundum magnitudinem sceleris magnifice satisficere: ergo videtur quod non licet alicui de Ecclesia de illo minuire: ergo nec relaxationem aliquam facere, vel præcipere.

4. I T E M inferior non potest absolueri a pœna, ad quam ligat superior: sed Deus remittendo culpam, ligat ad aliquotam pœnam temporalem: ergo videtur quod nullus homo possit de illa aliquid dimittere: ergo, et cetera.

CONCLUSIO.

Pœna relaxatio fieri potest, non modo in foro Ecclesia, sed etiam in foro Dei: ita ut maior taxetur in minorum, cuius residuum merita Ecclesia satisfaciunt.

Opin. aliorum.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod relaxationes fiunt, et fieri possunt: sed qualiter possint fieri, diuersimode nobis insinuant diuersi. Quidam enim distinguunt forum Dei, et forum Ecclesie, dixerunt huiusmodi relaxationes non fieri, nec intelligi quantum ad forum Dei, sed quantum ad forum Ecclesie. Hoc autem sic intelligunt. Sacri canones pro mortalibus peccatis graues et diuturnas pœnitentias taxant, ut pro vno mortali septennium, vel amplius, secundum quod grauius est, quæ pœna adeo grauis est quod vix, aut numquam posset quis facere, et pauci inuenirentur, qui vellent. Ideo constituerunt Rectores Ecclesie pœnitentias secundum arbitrium imponi: et de residuo relaxationes constituerunt fieri: quod et facere poterunt, quoniam constitutio humana erat, et in humana constitutione potest homo hic dispensare, et temperare, quæ dispensatio quedam relaxatio non indebite appellatur.

Improbatio

Sed tamen ista opinio etsi relaxationes videatur ponere, verius tamen interimit: quia si relaxant, ita quod Deus non relaxat, potius deceptio, quam relaxatio vera indicanda est: et potius crudelitas, quam pietas dici potest, dum minuendo hic pœnitentiam, in futuro ad grauiora trahit supplicia. Ideo aliter dicendum quod relaxatio illa non solum valet in foro Ecclesie, verum etiam in foro Dei: quia Deus habet pro condonato, quod sic condonatur. Modus autem intelligendi qualiter fieri possit, talis est. Præsupponendum quod bonum obtinemus ex triplici merito, scilicet ex merito proprio, et ex merito capitis, et ex merito Ecclesiasticæ vnitatis. Et quod ita sit, in se manifestum est, quia quilibet meretur sibi per gratiam, quam habet. Quod Christus meruit nobis, nemo dubitat, nisi qui fide caret. Quod Ecclesia meretur nobis, et eius merita, patet per verbum Augustini prædictum, et per illud, quod ipse subiungit: Nemo potest digne pœnitere, quem non sustineat vnitatis Ecclesie. Verbum illud est verbum Augustini in libro de pœnitentia. Per hunc modum sicut meritum obtinendi est triplex, sic meritum liberandi a malo: Meritum scilicet proprium, et hoc est meritum nostræ contritionis: et per hoc meremur liberari a pœna æterna: ita quod simul sunt hæc duo, sicut in angelis gratia, et gloria. Secundo modo meritum Christi, et hoc operatur in sacramentis, et potestate clauium: et per hoc remittitur pars pœnæ. Tertio

Determinatio Doct.

De ver. et fal. pœnit. cap. 12. ex Enchir. 65.

modo est meritum vnitatis Ecclesiasticæ, et per illud adhuc sit remissio. Et sic secundum triplex meritum, triplex sit pœnæ condonatio, ut sic currat misericordia cum iustitia: et in qualibet est commutatio maioris in minus. Vnde pœna æterna primo mutatur in temporalem in remissione culpæ. Secundo, temporalis magna, et supra vires in pœnam competentem viribus commutatur in sacerdotis absolutione. Tertio vero commutatur pœna, ad quam tenetur iudicio Ecclesie adhuc in minorem in relaxatione: et pro alio residuo merita Ecclesie satisfaciunt, ita quod in nullo præiudicatur iustitiæ.

A modo est meritum vnitatis Ecclesiasticæ, et per illud adhuc sit remissio. Et sic secundum triplex meritum, triplex sit pœnæ condonatio, ut sic currat misericordia cum iustitia: et in qualibet est commutatio maioris in minus. Vnde pœna æterna primo mutatur in temporalem in remissione culpæ. Secundo, temporalis magna, et supra vires in pœnam competentem viribus commutatur in sacerdotis absolutione. Tertio vero commutatur pœna, ad quam tenetur iudicio Ecclesie adhuc in minorem in relaxatione: et pro alio residuo merita Ecclesie satisfaciunt, ita quod in nullo præiudicatur iustitiæ.

1. 2. A D illud quod obijcitur, quod duplicatur pœna, et quod iuxta mensuram delicti debet esse et plagarum modus, dicendum, sicut tactum fuit supra, quando agebatur de baptismo, quod peccatum nostrum satis punitum fuit, quando Christus pœnam pro nobis subiit, et suam pro nobis pœnam exposuit, et nostram fecit: nos sufficienter iudicamur puniri siue quantum ad duplicem in anima, et in carne, siue quantum ad mensuram acerbioris pœnæ. Similiter intelligendum in proposito quod pœnalitates, quæ sunt in Ecclesia, et quæ sunt supererogationis, pro eo, cui sit relaxatio, subueniunt, ut Deus reputet sibi satisfactum.

3. A D illud quod obijcitur, quod tenetur ad faciendum dignos fructus pœnitentiæ, dicendum quod facere dignos fructus pœnitentiæ est dupliciter, scilicet vere et interpretatiue. Et ille dicitur dignos fructus pœnitentiæ facere, qui non solum per seipsum, sed etiam per suffragium alienum habet sufficiens pretium ad soluendum debitum.

4. A D illud quod obijcitur, quod inferior non absoluit ab eo, quod ligat superior, dicendum, quod non absoluit omnino condonando, sed pro eo soluendo de Ecclesiastico thesauro. Vel potest dici, quod inferior potest absolueri ab eo, ad quod ligat superior, si ad hoc data est sibi auctoritas a superiori, sicut patet: et talis auctoritas a Christo data est rectoribus Ecclesie.

QUESTIO III.

An satisfacionis relaxatio possit fieri a sacerdote.

Alex. Alenf. 4. p. q. 23. memb. 3. S. Thomas in suppl. 3. p. q. 26. ar. 1. Et 4. Sent. d. 20. q. 1. ar. 4. q. 1. Richardus 4. Sent. d. 20. ar. 5. q. 2. et 3. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 20. q. 6. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 20. q. 10.

QVO possit relaxatio fieri. Et videtur quod a quolibet sacerdote, quia relaxationes fiunt ex vi clauium, et omnis sacerdos claves habet: ergo videtur quod omnis sacerdos possit relaxationes facere. Si tu dicas quod non est ex vi clauium, sed ex thesauro Ecclesie. Contra: Quilibet sacerdos habet thesaurum suæ parochie, sicut Episcopus suæ provincie: ergo, et cetera.

2. I T E M qui præsent collegijs habent claves ad soluendum, et ligandum in vtroque foro: et habent thesaurum supererogationum, sicut prælati religionum: ergo videtur quod ipsi possint.

3. I T E M videtur quod quilibet homo: quia quilibet liberæ conditionis, est Dominus bonorum, et meritorum suorum: ergo potest merita sua alteri concedere: et dum illi concedit, eius pœnitentia minuitur, et relaxatur: ergo videtur quod quilibet hoc possit.

4. I T E M bona spiritualia sunt maioris communicationis,

4. I T E M bona spiritualia sunt maioris communicationis,

nicationis, quàm temporalia: sed si aliquid datur alicui, ex quo plene datur illi, potest illud concedere alij: ergo videtur pari ratione, immo multo fortiori, quod cui data sunt relaxationes, ille potest eas dare alteri.

FVNDAMENTA.

CONTRA: Plus est facere indulgentias, quàm imponere pœnitentias: sed pœnitentias imponere non potest nisi sacerdos: ergo indulgentias dare non potest nisi sacerdos.

I T E M nemo scit vtrum plura habeat merita, quàm sibi sufficiant, immo nescit se habere merita sufficientia: ergo nullus de proprio potest relaxare aliquid de pœna, conferendo aliquam ex eis indulgentiam: ergo non spectat indulgentias facere nisi ad prælatos Ecclesie.

Quaestio la teralis.

I T E M maius est indulgentias concedere, quàm communicare, vel Ecclesie reconciliare: sed secundum est prælatorum tantum, sicut prius probatum est: ergo multo fortius indulgentias facere. Queritur ergo, cum vnus Episcopus non possit alienos subditos absolueri nec ligare, nec in foro pœnitentia, nec in foro iudiciali, vnde est quod potest indulgentias in aliena diocesi facere, sicut videmus tota die fieri.

CONCLUSIO.

Pœnarum temporalium relaxatio, neque a laicis, neque a sacerdotibus, neque a prælati minoribus, ut abbatibus, et prioribus fit, sed a solis Episcopis, qui sunt sponsi Ecclesia, potissimum vero a summo Pontifice.

Ruth. 4. b

RESPON. AD ARG. Dicendum quod sicut in præcedenti problemate tactum est, relaxationes, et indulgentias fiunt de meritis supererogationis, quæ sunt in Ecclesia, quæ quidem sunt sicut thesaurus spiritualis eius. Hæc autem merita supererogationis non omnium est dispensare: sed Episcoporum tantum: et ideo relaxationes facere ad solos Episcopos pertinet. Ratio autem quare thesaurus Ecclesie solis Episcopis committitur dispensandus, est quia Ecclesia thesaurum istum habet ex desponsatione sui cum Christo, qui est vir eius, et sponsus: et cui generat filios, et filias, idest perfectos et imperfectos, ad quorum educationem Christus vult seruari hæc bona. Et quoniam in lege tactum est, quod qui recipit vxorem fratris sui, ut suscipiat fratri suo defuncto semen, debet succedere in bonis, quæ pertinent ad filiorum educationem, secundum quod innuitur: illis solis competit iste thesaurus dispensandus, qui sunt sponsi Ecclesie: tales autem sunt Episcopi, qui sponsi sunt, et habet vim generandi filios, et filias, idest perfectos, et imperfectos. Et inter hos maxime summus Pontifex, qui est totius vniuersalis Ecclesie sponsus, et rector. Ideo omnes Episcopi, qui habent prolem, possunt facere indulgentias, et præcipue summus Pontifex, qui est totius vniuersalis Ecclesie sponsus, et rector, quia ipsi competit totius spiritualis thesauri dispensatio, secundum quod curam habet de tota Ecclesia, et omnibus eius filijs. Vnde omnes sunt eius filij, et ipse est Pater omnium. Concedendum igitur est, quod indulgentias facere non tantum non cõceditur laicis, sed nec etiam sacerdotibus, nec prælati inferioribus, ut abbatibus, vel prioribus.

1. A D illud quod obijcitur in contrarium, iam patet responsio: quia non est tota ratio virtutis indulgentias faciendæ, scilicet clausus, sed requiritur potestas clausus cum iurisdictione, et thesauri dispensandi auctoritate, quæ ordinarie solis competit Episcopis. Nam per commissionem quilibet sacerdos potest dare indulgentiam ex parte Episcopi, sicut patet in simplicibus prædicatoribus.

2. A D illud quod obijcitur de illis, qui præsent collegijs, dicendum quod tales, qui præsent subditis, aliquam auctoritatem habent bonorum sui collegij

non tamen respectu meriti Christi, quod dedit dispensandum Ecclesie, et eius sponsis: ideo non habent auctoritatem plenariam respectu thesauri Ecclesie: et ideo solum bona sui collegij possunt communicare, sed non possunt relaxare, quia nesciunt, vtrum superabundet, quia potestatem plenam super hoc non habent. Et voco largo modo plenam potestatem, prout dicit plenitudinem sufficientiæ, per quem modum est in Episcopis ad hunc actum, non prout dicit plenitudinem superexcellentiæ: sic enim est in solo summo Pontifice plenitudo scilicet potestatis, et auctoritatis.

3. 4. A D illud quod obijcitur, quod quilibet homo potest bona sua alteri concedere, dicendum quod relaxatio plus dicit, quàm communicatio: dicit enim quamdam auctoritatem, ratione cuius dicitur isti indulgentiam præstare: et ideo quamuis quilibet habes charitatem bona sua possit communicare, non tamen omnis potest relaxare, sed qui habet ad hoc cõcessam sibi auctoritatem. I T E M differt communicatio a relaxatione: quoniam relaxatio fit de præteritis malis per merita Christi, vel Ecclesie, quæ præcesserunt: communicatio autem proprie respicit futurum bonum, non solum præteritum: et quamuis possit dare alicui, quod iam non est datum, nec determinatum alicui, sicut vnam missam, quam cantat pro aliquo mortuo: tamen si cantauit eam pro suis peccatis, vel dedit, alij, non potest sua auctoritate commutare. Hinc est quod qui recipit relaxationes pro se, non potest dare alteri: quia si Ecclesia soluit debitum suum apud Deum, non propter hoc dedit potestatem, quod solueret ipse pro alio. Et si Deus dimisit isti debitum, non propter hoc potest iste dimittere alij, quod Deo debetur. Nec valet illud argumentum de communicatione naturali. Quia enim aliquis omnino liber est in possidendo temporalia, quicumque est liberæ conditionis, et libere possidet, libere potest alteri dare: qui autem seruus est, non potest sine auctoritate Domini, omnia autem nostra sunt Christi, et omnia merita sunt spiritualia, et nos sumus eius serui: et ideo nihil possumus in alterum transferre, vel dare, nisi sit data auctoritas a Christo, et sic patet sequens.

Ad q. later.

A D illud quod queritur vltimo, vtrum Episcopus possit indulgentias facere in alia diocesi. Dicunt aliqui quod sicut potest ligare, et soluere in aliena diocesi ex consensu diocesani, ita et relaxationem facere: et ita duæ virtutes concurrunt in vnam, et tantum possunt, si sunt multi, quantum si vnus solus. Sed tunc non videtur esse aliud, quàm deceptio si hoc esset. Ideo dicendum quod quia relaxatio dicit thesauri communicationem, et vltiori auctoritatem. Episcopus in aliena diocesi potest communicare bona sua subditis alienis, bona inquam suæ diocesis: proprijs autem subditis relaxare, siue indulgere. Vnde istæ relaxationes proprijs subditis veræ sunt relaxationes: si autem contingat subditos pergere ad obtinendam indulgentiam, quam ibi facit Episcopus alienus, potius sunt communicationes, quàm relaxationes. Per quem modum Abbates, Priores, et Ministri communicant bona sui collegij: sed non relaxant quidquam, nisi forte hoc sit ex consensu, et voluntate proprij Episcopi. Et hoc dicitur de pœnitentijs, et remissionibus. Quod contulisti et infra. Cum a non suo iudice ligari nullus valeat, vel absolui: remissiones illis prodesse tantummodo arbitramur, quibus proprij iudices indulserunt.

QVÆSTIO IV.

An indulgentia debeant fieri pro spirituali, vel corporali beneficio.

Alex. Alen. 4. p. q. 23. memb. 4. S. Thomas in suppl. 3. p. q. 25. art. 3. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 20. q. 7. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 20. q. 22.

FVNDAMENTA.

R o quo debeat relaxatio fieri, vtrum scilicet pro spirituali, an pro corporali beneficio. Et quod pro temporalibus, et corporalibus actibus fieri debeat, vel etiã beneficiis, ostenditur per communem usum Ecclesie, ubi indulgentie fiunt pro elemosynis, peregrinationibus, visitationibus reliquiarum, et huiusmodi.

ITEM rationale videtur, quia huiusmodi relaxationes aliquo modo sacramentales sunt: sed sacramenta attenduntur in rebus exterius gestis: ergo, et cetera.

ITEM istae relaxationes non sunt a culpa, sed a poena: sed poena si recte commutatur, commutatur in poenam: sed absolutio fit a poena exteriori in carne, vt pote a ieiunijs, et consimilibus: ergo debet fieri commutatio in poenam exterioriorem: ergo pro tali commutatione fieri debet.

ITEM si non pro opere exteriori, sed pro interiori: ergo cum bona voluntas simul possit esse in aliquo respectu omnium relaxationum, quia perfectus omne bonum vult, et sibi placet, videtur tunc quod quilibet iustus haberet omnes indulgentias, quod non est conueniens dicere: tunc enim frustra homines laborarent.

ADOPPOSITVM.

1. CONTRA: Indulgentia, siue relaxatio dicit beneficium spirituale: sed quicumque dat spirituale pro temporali, committit simoniam: ergo videtur quod in omnibus relaxationibus sit simonia si fiunt pro exterioribus obsequijs, vel elemosynis.

2. ITEM maior est misericordia spiritualis, quam corporalis: vnde magis est alicui parcere, quam hospicio colligere, vel elemosynam dare: ergo facit magis hominem dignum remissione: ergo potius pro illo opere debet fieri relaxatio.

3. ITEM in maiori ruina, et periculosiori est Ecclesia in qua est schisma, quam Ecclesia, cuius parietes minantur ruina: ergo magis indiget talis Ecclesia muniti quam alia. Si ergo relaxationes debito modo fiunt pro Ecclesia materiali reparanda; vt qui iuuat habeat indulgentiam, videtur multo fortius indulgentia debere dari pro spirituali ruina reparanda: vt qui orat vt Deus det ei concordiam, indulgentiam habeat.

4. ITEM maioris perfectionis, et plus Deo acceptum est religionem intrare, quam crucem accipere: ergo potius deberet Dominus Papa indulgentiam dare intrantibus religionem, quam eunibus vltra mare.

Quaestio la teralis.

5. ITEM iuxta hoc quaeritur: si aliquis accipit crucem, et habet votum et voluntatem perfectam, eundi vltra mare, vtrū habeat remissionem omnium peccatorum. Quod si sic, tunc indulgentia fit pro sola voluntate, et ita pro re spirituali. Si vero, non, tunc Ecclesia non videtur esse conformis Deo, qui vorum, et bonam voluntatem si plena est, et non deficiat quantum in se est, reputat pro facto.

CONCLUSIO.

Indulgentia maxime fieri debent pro actibus exterioribus: quia ipsae maxime gloria Dei, et utilitas populi insurgit.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod sicut videmus in politijs, et communitatibus humanis, quod thesaurus reipublice propter duo maxime confuevit proferri, et communicari exterius: sic est in spiritualibus intelligendum. Proferitur namque thesaurus extra ad dispergendum propter gloriam principis, sicut faciunt reges curiales, sicut fecit Afluens: Alio modo propter utilitatem communitatis, vt quando laeditur communitas, proferunt stipendia, et donatiua militibus, vt eant ad pugnam. Sic thesaurus Ecclesie ab his, qui habent dispensare duplici ex causa debet distribui. Vna causa est propter gloriam principis, et laudem: et laus, et honor Dei est in sanctis suis: et sancti honorantur in constructione basilicarum, et visitatione basilicarum, et commemoratione virtutum suarum: et idem fit in praedicationibus et sermonibus: ideo pro his omnibus indulgentiae recte fiunt. Alia causa est communis utilitas, quae quidem utilitas est defensori terrae sanctae, defensori fidei, promotio studij, et consimilia: et ideo pro talibus debent fieri. Et quoniam haec consistunt in actibus exterioribus. Ideo maxime pro actibus exterioribus debent fieri indulgentiae:

Hesl. 1. e

1. AD illud ergo quod obijcitur, quod est symonia, quia datur spirituale pro temporali, dicendum quod falsum est, immo maior poena commutatur in minorem, et residuum soluit pastor Ecclesie de gratia. Vel dicendum quod non dat indulgentiam pro elemosyna exteriori considerans datum, sed fructum, videlicet, quia ex radice bonae voluntatis procedit.

2. AD illud quod obijcitur, quod spiritualis elemosyna maior est, dicendum quod in donatione indulgentiae non consideratur operis nobilitas, quia tunc magis deberet dari docentibus, quam peregrinantibus: sed consideratur hoc, quod illud opus sit meræ voluntatis, non necessitatis: sit etiam quid taxabile, sit etiam aliquo modo poenale: haec enim omnia considerat, qui indulgentiam praestat.

3. AD illud quod obijcitur de ruina spirituali, dicendum quod sicut tactum est, pro talibus tenetur homo orare. Praeterea, non est bonum talia publicare. Ruinae autem materialem Ecclesie publicare, nec dicit aliquod malum, nec infamiam. Praeterea: Magis potest homo subuenire ad releuandum inopiam Ecclesie, quam ad ponendam ibi concordiam, quia primum est opus humanum, secundum vero opus diuinum.

4. AD illud quod obijcitur de ingressu in religionem, dicendum quod sicut indulgentiae non debent dari indignis, ita nec debent dari nisi indigentibus: veri autem religiosi, qui statim aggrediuntur perfectionis, potius spiritualia bona alijs largiuntur, quam aliunde vendicent. Vnde hoc maxime verum est, quod dicitur: Beatius est dare, quam accipere. In temporalibus autem non habet veritatem, nisi quando donans dat de proprio labore, et accipiens accipit ex torpore.

Act. 20. 8

5. AD illud quod quaeritur de illo, qui dat sola voluntate, et cetera, dicendum quod secundum peritos non habet totam indulgentiam, quidquid isti vulgares praedicatorum dicant: tamen valet eis tam nobile propositum ad augmentum charitatis, et per consequens contritionis, et ita ad remissionem poenae. Indulgentiae enim non intelliguntur dari pro sola voluntate, sed pro effectu cum voluntate: vnde qui habet voluntatem, et effectum, indulgentiam consequitur:

quitur: alius qui habet voluntatem solam ex deuotione, habet meritum magnum, licet non omnimodum consequatur effectum.

QVÆSTIO V.

An relaxationes possint fieri existenti in purgatorio, vel viuenti in hoc saeculo.

Alex. Alen. 4. p. q. 24. Memb. 5. S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 27. art. 2. Et 4. Sent. d. 20. q. 1. ar. 5. q. 1. Rich. 4. Sent. d. 20. ar. 3. q. 3. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 20. q. 8. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 20. q. 22.

FVNDAMENTA.

Mat. 16. 6

VI relaxationes possint fieri. Et quaeritur, vtrum existenti in purgatorio, an solum viuenti in hoc saeculo. Et quod extendat se ad eos, qui sunt in purgatorio, videtur, quia dicit Chrysostomus super illud: Tibi dabo clauis regni caelorum. Homini mortali caeli et terrae, et omnium, quae in eis sunt, potestatem commisit Dominus, et Ecclesiam validiorem caelo demonstrauit: ergo videtur quod summus pontifex habeat posse super eos, qui sunt in purgatorio.

ITEM suffragia Ecclesie profunt his, qui sunt in purgatorio, sicut melius patebit infra, alioquin frustra oraret Ecclesia pro mortuis: sed indulgentiae sunt de nobilissimis suffragijs Ecclesie: ergo et cetera.

ITEM Petro commissa est clauis regni caelorum; sed quamdiu quis est extra palatium, indiget auxilio obstarij, siue deferentis clauem, et in eius manu, et potestate est: ergo cum ille, qui est in purgatorio, adhuc habeat obstaculum, vt remoueat ab eo, indiget auxilio clauis: sed illud auxilium confertur per indulgentias: ergo et cetera.

ITEM pater misericordiarum omnibus prouidet secundum ordinatissimam dispositionem, et misericordissimam suam pietatem: sed recta ordinatio charitatis, quae exigit vt vnus possit ab alio adiuuari, hoc maxime exigit circa eum, qui se iuuare non potest. Si enim hominibus in hoc, cum indigent auxilio, prouidit Deus auxilium per indulgentiam Ecclesie conferendum: cum illi de purgatorio indigeant auxilio, et se iuuare non possint, videtur quod indulgentiae eis factae maxime profint, et quod per hanc viam Deus eis maxime prouidere debuit.

ADOPPOSITVM. Mat. 16. 6

1. CONTRA: Dicitur est Petro in potestatis collatione: Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum et in caelis et cetera, et ibi collata est amplitudo potestatis: sed determinatio fit per hoc quod dicit: Super terram: ergo non habet potestatem super illos, qui sunt mortui, cum iam non supersint.

2. ITEM Magister dicit in littera, et accepit a Theodoro in suo poenitentiario, quod morientibus non est poenitentiam imponenda, sed solum innotescenda: ergo si ligatio, et relaxatio pari passu ambulant, quia simul data est potestas ligandi, et solvendi, cum non possint poenitentiam imponere in morte, multominus post mortem potest relaxacionem facere.

3. ITEM nullus potest alicui relaxationem facere, nisi pariter possint eum iudicare: sicut dicitur de poenitentijs, et remissionibus in decretali: nullus enim potest iudicare nisi eum, qui est de foro suo: S. Bon. To. 5.

sed illi qui sunt in purgatorio, non sunt de foro ecclesiastico: ergo et cetera.

4. ITEM si possent indulgentias facere eis, qui sunt in purgatorio, cum talibus maxime compatiendum sit, deberet summus pontifex totam ibi experiri suam potestatem, et ita facere quod statim euolarent: vt quid ergo pro mortuis amplius oratur, et laboratur, si summus pontifex potest eos tam de facili liberare?

CONCLUSIO.

Relaxationes possunt fieri super eos qui sunt de Ecclesia militante, tam adiuuando quam iudicando: super eos vero de statu medio, tantum adiuuando: sed super eos de Ecclesia triumphantis nullo modo.

RESP. AD ARG. Dicendum quod sicut ex precedentibus colligitur, relaxatio, siue indulgentiae collatio, duo dicit, scilicet thesauri Ecclesie communicationem, et cum hoc quandam iudiciariam absolutionem, sicut expresse colligitur ex decretali illa de poenitentijs, et remissionibus: Quod autem consulisti, et cetera. Dico igitur quod quia bona, et thesaurus Ecclesie est in summi pontificis potestate, et illi qui sunt in purgatorio, ratione charitatis idonei sunt spiritualia beneficia recipere, quod Papa potest eis bona Ecclesie communicare. Quantum autem ad auctoritatem iudicandi, cum illi iam exierint foris Ecclesie, et ecclesiasticum iudicium, videtur quod eis non possit fieri absolutio nisi per modum deprecationis: et ita proprie loquendo non fit eis relaxatio: sed si large dicatur relaxatio cuiuscumque auxiliij impensio, et bonorum Ecclesie communicatio, sic potest eis relaxatio fieri: sed haec non tenet modum iudicij, sed potius suffragij. Amplius: Relaxatio propter dicta non tantum dicit iudiciariam absolutionem, verumetiam dicit aliquam commutationem in poenam aliquam voluntarie assumptam, et cum deuotione: et hoc videmus in omnibus indulgentijs. Hoc autem non potest esse quantum ad eos, qui sunt in purgatorio, quia sunt extra statum illum, in quo possent eis persuaderi alicuius poenae deuota, et voluntaria assumptio: et ideo non competit eis relaxatio, nisi forte per medium, siue per accidens. Si quis enim vellet crucem pro mortuo patre assumere, non est aequaliter negandum, quod sit voluntas sit summi pontificis, quin indulgentia illa proficit. Ex his patent obiecta ad vtramque partem.

AD illud quod obijcitur, quod potest, dicendum quod verum est per modum adiutorij, et suffragij. Tamen ad illud, quod obijcitur de potestate clauis, quod potest vsque ad apertionem caeli, dicendum quod si intelligat per modum iudicij, non habet veritatem nisi quantum ad eos, qui sunt de Ecclesia militante. Si quantum ad adiutorium, sic quantum ad omnes bonos, qui sunt extra caelum. Vnde nota, quod quidam sunt de Ecclesia triumphantis: et super tales non potest nec iudicando, nec adiuuando. Quidam de militante: et super tales potest tam adiuuando, quam iudicando. Quidam in statu medio, qui iam iudicati sunt, et tamen miseri sunt: et super tales non potest iudicando, sed potest adiuuando, qui dum viuuerent, meruerunt adiuuari. Et sic patent obiecta ad primam partem.

Resp. ad vltimum pro fundam.

AD illud quod obijcitur ad oppositum, quod non possit propter hoc, quod dicit, super terram, dicendum quod illud intelligitur de iudiciaria potestate: Nihilominus tamen possent dici, quod quodam modo super terram sunt, dum super terram hoc meruerunt.

2. AD illud quod obijcitur de absolutione, et ligatione, potest responderi, quod non est simile, quia ad priorior

promior est Deus ad misericordiam, et ideo abundantior dedit potentiam ad miserendum. Vel dicendum, quod alius se potest in hac vita ligare pro eo, et tunc ex vinculo charitatis alius absoluitur.

3. Ad illud quod obijcitur de relaxatione, quod includit iudicium, respondendum quod ipse procedit, prout relaxatio proprie dicitur: et sic respicit solos viuos.

4. Ad illud quod obijcitur, quare non absoluit solo verbo omnes, qui sunt in purgatorio, dicendum quod si Deus per seipsum sic miseretur, vel semper velit tenere suam iustitiam, multo fortius Dei minister. Vnde dispensatio bonorum Ecclesie discretè, et cum moderamine faciendâ est. Alioquin nisi discretè fieret, Deus non acceptaret: et bona spiritualia non possunt dissipari, nec contra diuinam acceptationem distribui, quamuis possint bona temporalia non solum dispensari, verumetiam dissipari de facto: quamuis aliter dicitur ius diuinum esse faciendum. Si quis autem contendat Vicarium Iesu Christi habere iudiciariam potestatem super eos, qui sunt in purgatorio: non est ei multum improbe resistendum, dum tamen hoc dicitur ratio vel auctoritas manifesta. Quidquid enim loquamur disputantes, vel etiam prædicantes, hoc sana fide tenendum est, quod Dominus vicario suo plenitudine potestatis contulit, et tantam utique recipit potestatem, quantum decebat homini puro dari. Et hoc ad edificationem corporis sui, quod est Ecclesia. Vnde super hoc non temerarie iudicare, sed gratias plurimas Deo debemus agere.

Hoc tenet Medinali de indulg. c. 34. et 35.

QVÆSTIO VI.

An indulgentia tantum valeant, quantum predicatur.

Alex. Alenf. 4. p. q. 23. memb. 2. S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 25. ar. 2. Rich. 4. Sent. d. 20. art. 3. q. 2. Steph. Brul. 4. Sent. d. 20. q. 9. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 20. q. 22.

FVNDAMENTA.

Iob. 13. a

VA NTVM valeant huiusmodi indulgentiæ quæ sunt. Et quod valeant tantum quantum prædicatur, videtur: quia dicitur: Non indiget Deus nostro mendacio: ergo videtur quod summus pontifex in suis litteris mentiri non debeat: si ergo verum dicit, tantam tribuit indulgentiam, quantum in suis litteris promittit.

1. Cor. 2. c

ITEM qui promittit aliquantam summam pecuniæ, tenetur ei, si potest, in soluendo; sed summus pontifex, et alij qui dant indulgentias promittunt aliquam partem poenitentiae relaxare: ergo si potest, soluere tenetur. Quod autem possit, videtur per illud quod dicitur: Si quid donauit in persona Christi. Glossa: Ac si Christus donasset: sed Christus potuit totum condonare: ergo et cetera.

ITEM aliquis episcopus potest aliquantam indulgentiam facere: esto quod viginti, vel quadraginta dierum: sed summus pontifex plus potest, quã omnes episcopi, eo quod plenitudinem habet potestatis super omnes: ergo plus potest dare, quam omnes: ergo videtur, quod totum possit condonare: ergo si totum, et per cõsequens quãtamlibet partem.

ITEM: Summus pontifex potest facere indulgentiam generalem vnus diei: ergo cõtum millibus potest dare vnum diem, ita quod cuiuslibet vnum: ergo pari ratione vni potest dare quod diuisim datur omnibus: ergo totum condonare: ergo tantum valent indulgentiæ quantum sonant litteræ pontificales.

CONTRA: Si tantum valent indulgentiæ, quantum dicitur: ergo cū multæ, et largæ indulgentiæ fuerint, et merita sint adeo pauca nunc, quod sibi potest homo vix sufficere, videtur quod iam totus thesaurus ecclesie a longo tempore defecisset, et ita nulla indulgentia nunc valeret.

ITEM si tantum valent, quantum dicitur: sed in aliquibus indulgentiam pro adiutorio facto fabricæ Ecclesie, vel consimili, indulgentiæ partis tertiæ poenitentiae promittuntur: ergo si detur primo vnus denarius, et secundo secundus, et tertio tertius, videtur quod ille, qui mille peccata commisit, pro tribus obolis, vel denarijs sit liberatus: quod non tantum falsum, sed etiam irratione dignum iudicat omnis anima recta.

ITEM si tantum valent, quantum dicitur: ergo si peccatori, qui debet nouem annos, remittuntur anni tres, et ita triennium: similiter illi, qui debet triginta, remittitur tertia pars: et ita decennium: ergo videtur quod reportat cõmodum de malitia sua.

ITEM si tantum valent, quantum dicitur: ergo ille, qui habitat iuxta Ecclesiam, in qua est indulgentia vnus anni, dum visitat Ecclesiam, tantum habet, quantum ille, qui longe distat per decem dietas: et diues offerens vnum obolum tantum habet, quantum vna pauperula: sed hæc omnia sunt abusiones: ergo non tantum valent indulgentiæ, quantum Ecclesia prædicat.

CONCLUSIO.

Indulgentia quantum est ex potestate dantis, tantum valent, quantum promittunt: licet non equaliter omnibus valeant.

RESP. AD ARG. dicendum quod communiter secundum doctores, ad hoc quod indulgentiæ, vel relaxationes aliquid valeant, exigitur duplex conditio ex parte donantis, et duplex ex parte recipientis. Ex parte dantis requiritur potentia, requiritur etiam honesta, et rationalis causa. Non enim credenda esset indulgentia alicuius valoris, si quis daret eam cunctibus videre torneamenta. Ex parte recipientis duplex, scilicet confessio cum vera contritione, et fides cum vera deuotione: vt vere de peccatis sit poenitens, et vere confidens, quod pastoris indulgentia sibi valeat. His presuppositis, dixerunt aliqui huiusmodi indulgentias aliquid valere, sed numquam tantum, quantum promittitur: sed aliquid valent modicum, secundum quod meretur fides, et deuotio. Prædicat tamen hoc Ecclesia, vt filios suos bona quadam deceptione ad bonum alliciat, sicut mulier filio pomum promittit, quod postea non donat. Sed istud Ecclesie est derogare, dicendo eam sub specie quadam mentiri, et operari inania, et puerilia, et iocosa esse, quæ facit: quod abhorret mens recta. Alij dixerunt, quod simpliciter tantum valent, quantum promittunt, quia non consideratur hic emptio, sed Ecclesie largitas; et æqua est hæc conditio, quicumque sit ille, qui disponat. Vnde sicut diues mittens ad tabernam, tantum habet de vino, quantum habet vetula pauperula, si par pretium mittat: sic in Ecclesiastica volunt intelligi indulgentia. Sed ista positio videtur adhuc nimis magnum forum facere de indulgentijs ac per hoc potius facit ad vilificationem ipsarum, quam ad laudem. Tertij dixerunt, quod ad hoc quod valeant istæ indulgentiæ tantum quantum promittitur, necessario requiritur existimatio iusta: lustam autem existimationem vocauerunt, quando homo libere tantum elemosynæ facit pro Ecclesie subleuatione, quantum vellet dare, ad hoc vt remitteretur tertia pars poenitentiae, siue quantum deberet velle dare. Sed certe si ita esset, nulla esset in mundo relaxatio, sed solum commutatio, si quis inspiciat.

POSSVMVS igitur dicere, quod quantitas

AD OPPOSITVM.

Opinio 1.

Improbatio. Opinio 2. Hanc opin. tenet cum Tho. Dur. et Medina.

Improbatio

Opin. 3.

Improbatio

Opinio 4. Hanc sequitur Nauarrus in tract. de Iubileo.

titas indulgentiæ attenditur respectu poenæ, secundum quod habet rationem pretij, vel debiti soluendi, non ratione antidoti, vel purgationis scoriæ peccati, quam necesse est amoueri per propriam poenam: vt puta per contritionem, vel alicuius penæ perpeffionem. Hæc autem quantitas mensuratur secundum rectum iudicium summi Pontificis, vel eius qui indulgentias facit. Ille autem qui dat indulgentias, cum eas tribuit, considerat causam, pro qua reputat eum dignum tanta gratia: et secundum quod plus vel minus accedunt homines ad illam causam, plus vel minus participant de indulgentia. Vt verbi gratia, stationes Romæ institutæ sunt vbi sunt indulgentiæ determinatæ. Hoc instituerunt sancti patres propter peregrinos, qui veniebant de locis remotis: nec existimauerunt dignum esse tantagratia eum, qui est natus iuxta Ecclesiam, sicut

eam, qui per longam venit viam: vnde nectantam recipit indulgentiam, sed aliquantam. Concedo igitur, quod indulgentiæ, quantum est ex potestate dantis, tantum valent, quantum promittunt, sicut ostendunt primæ rationes. Concedo nihil hominis, quod non cuiuslibet valent tantum, nec æqualiter omnibus, sed secundum existimationem eius, quam habuit, vel habere debuit qui indulgentiam fecit, quam non oportuit exprimere, quia omnes fideles debent illud in corde præsupponere, quod dona, et miserationes sancti Spiritus donentur cum æquo libramine. Nec hoc debet aliqui ab his retrahere, quia semper plus valent: si homo sit in charitate, quam valeat obsequium vel aliud aliquid, pro quo indulgentia conceditur, vel donatur. Ex hoc patent omnia obiecta.

DISTINCT. XXI. PARS I.

DE PECCATIS QUAE POST HANC

vitam dimittuntur: et de igne purgatio, de confessione generali, et quod poenitens confiteri non debet quæ non commisit, nec sacerdos reuelare confessionem.



Olet etiam quari: Vtrum post hanc vitam aliqua peccata remittantur. Quidam aliqua post hanc vitam remittantur, Christus ostendit in euangelio, vbi ait: Qui peccauerit in spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro. Ex quo datur intelligi, sicut sancti doctores tradunt, quod quedam peccata in futuro dimittentur. Quedam enim culpa in hoc seculo relaxantur, quedam vero parue etiam in futuro: quæ quidem post mortem grauant, sed dimittuntur si digni sunt, si bonis actibus in hac vita meruerunt vt dimittantur eis. De illis etiam, qui edificat lignum, fenum, stipulam, dicit Augustinus quod ignem tribulationis transitorie inueniet cremabilia edificia, quæ secum portauerunt homines cremantem. Ait enim sic: Post istius sane corporis mortem, donec de igne purgatorio veniant ad diem damnationis et remunerationis: si hoc temporis interuallo spiritus defunctorum, qui edificauerunt lignum, fenum, stipulam, huiusmodi ignem dicantur perpeti, quem alij non sentiunt qui huiusmodi edificia non portauerunt, vt inueniant ignem transitorie tribulationis, venialia concremantem, non redarguo: quia forsitan verum est. Sed quia dicitur: Saluus erit quasi per ignem, contemnitur ille ignis. Grauior tamen erit ignis ille, quam quidquid potest homo pati in hac vita. Hic aperte insinuat, quod illi, qui edificant lignum, fenum, stipulam, quadam cremabilia edificia, idest venialia peccata secum portant: quæ in igne emendatorio cremantur. Vnde constat quedam venialia peccata post hanc vitam deleri.

Matt. 12. Luca. 12. b

1. Cor. 3. 6

In lib. de Civ. Dei. li. 22. cap. 26. tom. 5. Aug. in ps. 37. a principio. 108. 1. Cor. 3.

Quod alij citius, alij tardius purgantur in igne.

IN illo autem igne purgatorio alij tardius, alij citius purgantur, secundum quod ista pereuntia magis vel minus amauerunt. Vnde Augustinus: Post hanc vitam incredibile non est nonnullos fideles per ignem quandam purgatorium, quanto magis minusue bona pereuntia dilexerunt, tanto tardius citiusque saluari. Vnde non frustra illa tria distinxit Apostolus, lignum, fenum, stipulam, quæ illi edificant: qui estis aliena non rapiant, rebus tamen infirmitati concessis aliqua dilectione inherant. Qui secundum suos amandi modos, vel diutius vt lignum, vel minus vt fenum, vel minimum vt stipula ignem sustinebunt. Qui vero superedificant aurum, argentum, & lapidem pretiosum, de viroque igne securi sunt: non solum de illo eterno, qui cruciaturus est impios in æternum, sed etiam de illo emendatorio, quo purgabuntur quidam saluandi.

Enchi. cap. 60. tom. 3. Aug. in ps. 80. ad finem. Gre. 4. dial. 6. 39. et habetur. dist. 25. c. Quælis hinc. et in ps. 107 a principio oblationis. 3

Oppositio.

HIC obijci potest. Si per lignum, fenum, stipulam venialia intelliguntur peccata, & nullus adeo perfectus est, qui venialiter non peccet: ergo qui edificant aurum, argentum, & lapidem ad 2 pretio-

Solutio.

pretiosum, edificant etiam lignum, fœnum, stipulam: ergo per ignem transibunt. Ad quod dicitur, quia non omnis qui venialiter peccat, lignum, fœnum, stipulam edificat: sicut econverso non omnis, qui contemplatur Deum, et diligit proximum, et opera bona facit, edificat aurum, argentum, lapidem pretiosum. Et tamen in auro intelligitur contemplatio Dei, in argento dilectio proximi, in lapide pretioso bona opera. Sed illi, qui edificant lignum, fœnum, stipulam, Deum contemplantur, et proximum diligunt, et opera bona faciunt: nec tamen edificant aurum, argentum, lapidem pretiosum. Hec enim edificat, qui sic illa tria facit, ut cogitet que sunt Dei, et quo modo placeat Deo, non mundo. Lignum vero, et fœnum, et stipula accipi possunt secularium rerum, quamvis licite concessarum, tales cupiditates, ut amitti sine animi dolore non possint. Hec ergo edificat is qui cogitat que mundi sunt, quo modo placeat mundo: qui circa diuitias suas quodam carnali affectu tenetur: et tamen ex eis multa beneficia facit, nec pro eis aliquid fraudis vel rapina molitur. Ex his ergo patet, quod non idem homo simul hæc et illa edificat. Illa enim edificatio perfectorum tantum est, qui non cogitant placere mundo, sed tantum Deo: quia etsi venialiter aliquando peccant, feruore charitatis ita absuntur in eis peccatum, sicut gutta aqua in camino ignis: et ideo numquam secum portant cremabilia. Hæc autem inferior edificatio minorum est, qui non tantum Deo sed etiam mundo placere cogitant, Deum tamen proponunt. Si vero mundum præponerent, non superedificarent, sed destruerent fundamentum. Affectiones ergo carnales; quibus dediti sunt domibus, coniugibus, possessionibus, ita ut nihil præponant Christo, illis tribus significantur, que in mentes perfectorum non cadunt, etsi alia venialia admittant. In cordibus vero minorum interdum durant usque in finem: qui cum talibus edificijs transcunt, sed dissoluntur in igne. Ipsi vero merito fundamenti salui erunt, grauissimam tamen penam sentient. Ex quo apparet quantam hic misericordiam exhibet Deus, et quantam ibi exercent seruitatem, cum pro eodem peccato multo grauius ibi puniat, quam hic.

Aug. Ench. 2. 10. 6.

De fide et oper. c. 15. in sensu. t. 4.

1. Cor. 7.

25. dist. c. qualis hic li. 4. dialog. c. 39.

S E D forte dices illud esse accipiendum de pena peccati, non de ipso peccato, quod Gregorius dicit quadam leuia in futuro dimittenda. Si enim veram penitentiam habuerit quis, peccata omnia dimissa sunt ei: sed pena forte remansit. Ideoq. si vere penitens obiit, sine peccato transit. Si autem vere penitens non est in obitu, maculam portat que numquam delebitur. Qui vero edificat lignum, fœnum, stipulam vere penitet: quia bonus est, et charitatem habet, et in charitate de hac vita transit: ergo sine peccato transit. Non sequitur. Verum quidem est, quia bonus est, et charitatem habet, et vere penitet: et tamen cum veniali peccato transit, quod non deleuit penitentia. Penitentia enim non delet nisi peccatum illud quod deserit homo. Tale autem peccatum sepe in hac vita non relinquitur ab homine, et tamen vere penitens est, etsi non de omnibus venialibus peniteat. Potest enim quis de omni mortali, et de veniali penitere, excepto vno vel pluribus venialibus quidem. Sicut habet quis charitatem, et vnum vel plura venialia: quod de criminalibus nullatenus esse potest. Est enim aliquis bonus charitatem habens, sed adhuc quodam cupiditatis affectu amans hæc secularia: talis existens subita morte opprimitur. In illo terreno affectu mortuus est, et tamen saluabitur a quo non se hic absoluit: ergo post hanc vitam ab illo purgabitur. Constat ergo quadam peccata, scilicet leuia, post hanc vitam dimitti. Si vero de pena peccati illud intelligi voluissent auctores, cur magis commemorassent leuia, quam graua, cum etiam grauiam pena hic inexpleta post hanc vitam restet.

Opinio quorundam cum obiectione.

DIST. XXI PARS I.

De confessione sacramentali quantum ad opportunitatem temporis respectu penitentia venialium.

Solet etiam queri, vtrum post hanc vitam aliqua peccata, et cetera.

Expositio textus.

S

V P R A egit Magister de temporis opportunitate quantum ad remissionem mortalium: hic secundo agit de opportunitate quantum ad remissionem venialium. Et habet hæc pars duas. In prima procedit ad veritatem ostendendam. In secunda se exercet ad veritatem defendendam, ibi: Hic obijci potest, si per lignum fœnum, et cet. Prima pars habet duas. In prima ostendit a quibus homo purgetur in purgatorio, scilicet vtrum a pena, an etiam a culpa, ostendens quod a culpa. In secunda agit de diuturnitate purgationis, ibi: In illo autem igne purgatorio, et cet. Similiter secunda pars, in qua veritatem ostensam defendit, habet duas. In prima enim dissoluit quandam sophisticam rationem. In secunda vero excludit quandam apparentem solutionem, ibi: Sed forte dices illud accipiendum esse, et cet.

Distinctio.

A dit a quibus homo purgetur in purgatorio, scilicet vtrum a pena, an etiam a culpa, ostendens quod a culpa. In secunda agit de diuturnitate purgationis, ibi: In illo autem igne purgatorio, et cet. Similiter secunda pars, in qua veritatem ostensam defendit, habet duas. In prima enim dissoluit quandam sophisticam rationem. In secunda vero excludit quandam apparentem solutionem, ibi: Sed forte dices illud accipiendum esse, et cet.

De illis etiam, qui edificant lignum, fœnum, stipulam, et cetera. Dub. I.

V I D E T U R per hoc intelligere venialia. Sed contra: Væ qui coniungitis domum ad domum. Is. 5. b et cetera.

et cetera. Glossa Hieronymi: Hæretici dogmata dogmatibus coniungunt: & qui supra fundamentum debuerunt edificare aurum, & argentum, et lapides pretiosos, e contra edificant lignum, fœnum, et stipulam: Sed constat: quod hæretici in fictione dogmatum suorum mortaliter peccant: ergo istud non intelligitur de venialibus. Item queritur, quo tropo dicuntur venialia lignum, et fœnum, et stipula: et cum multe sint venialium differentia, quo modo ad tres possunt reduci.

E T respondendum est ad hoc, quod vna scriptura multis modis potest exponi: vnus tamen est principalis, et literalis intellectus: vnus tamen esse possunt per adaptationem. Litteralis autem intellectus secundum quod patet ex Glossa, et littera sequenti, est de venialibus: sed Hieronymus quandam adaptationem exponit. Si queratur ratio huius intellectus, dicendum quod Apostolus loquitur de venialibus, in quantum sunt cremabilia. Cremabile autem quod præstat pabulum, et cõsumitur ab igne, in triplici differentia est. Quoddam enim est quod durat diutius, quoddam citissime consumitur, quoddam medio modo. Primo modo dicitur lignum, secundo modo dicitur stipula, et tertio modo dicitur fœnum, quod tenet medium inter vtrumque extremum.

Vnde non frustra illa tria distinxit Apostolus, lignum, fœnum, stipulam, et cetera. Dub. I I.

V I D E T U R male dicere, quia supra fidem nihil edificatur nisi bonum: ergo nullum peccatum: sed venialia sunt peccatum: ergo nullo modo superedificatur. Item nihil comburitur quod est de spirituali edificio: sed lignum, et fœnum, et stipula superedificantur: ergo non cremantur.

R E S P O N D. Dicendum quod lignum fœnum, stipula superedificari dicuntur dupliciter, secundum quod dupliciter possumus exponere. Potest enim per lignum intelligi opus bonum, cui tamen est annexum aliquod veniale peccatum, sicut patet in multis actibus: et tale opus ex alio habet, quod sit de edificio, ex alio habet, quod sit cremabile. Nam superedificatur ea ratione, qua bonum est propter principalem intentionem: sed crematur ea ratione, qua habet amorem terrenis annexum: et vix contingit nisi in perfectis, quin in bonis operibus cadat aliquod a latere reprehensibile. Aliiter potest exponi, vt per lignum, fœnum, et stipulam recte intelligantur venialia, et ita dicatur superedificari, non vt sint de edificio, sed quoniam fundamentum edificij, nõ subuertunt, sed simul stant cum illo, non sic in mortalibus peccatis: et pro tanto dicuntur superedificari, tamen nihilominus cremabuntur.

Qui vero superedificant aurum, argentum, lapidem pretiosum, de vtroque igne securi sunt. Dub. I I I.

Eccl. 57. c

V I D E T U R male dicere, quia in auro intelligitur contemplatio Dei, in argento dilectio proximi in lapidibus pretiosis bona opera. Sed omnes iusti hoc superedificant: ergo nullus iustus transibit per ignem purgatorio. Si dicas quod intelligitur cum præcisione. Contra: Non est qui faciat bonum, et nõ peccet: ergo nullus præcisè hæc superedificat. Item queritur de sufficiencia horum trium, et quo modo distinguuntur. Videtur enim quod aurum potius deberet attribui dilectioni, quam contemplationi, quia dilectio est pretiosissima.

R E S P. Dicendum quod superedificatio contemplationis, dilectionis, et bonæ actionis intelligitur per edificationem auri, et argenti, et lapidum, cum præcisione: ita quod alia non superedificent. Tunc S. Bon. To. 5.

A autem dicuntur venialia superedificari non quando committuntur, sed quando in vsum, et in habitum conuertuntur, sicut in dilectione filiorum, et vxoris, et huiusmodi: et sine tali habitu, et vtu bene potest homo esse, quamuis non possit peccata aliqua quantum ad actum vitare: vt puta quæ ex surreptione vel ignorantia oriuntur. Solis ergo perfectis competit superedificatio auri. et cetera. et hi securi sunt. Quod queritur de distinctione istorum. Dicendum quod est loqui de ordinatione mentis quantum ad partem superiorem, et sic intelligitur contemplatio Dei: et quoniam hæc dicit eminens in anima, recte intelligitur per aurum. Quantum vero ad partem inferiorem ordinatur dupliciter. Aut prout dirigit voluntatem in se: et sic est dilectio proximi. Aut prout voluntatem dirigit in opere: et sic est bona operatio. Et dilectio proximi comparatur ad bonam operationem sicut argentum ad lapides pretiosos, pro eo quod sicut argentum subternitur lapidibus pretiosis, et per illos ornatur: sic dilectio per bonos effectus. Et nota quod in contemplatione Dei clauditur dilectio: et sic patet responso ad obiecta.

ARTICVLVS I.

Ad intelligentiam huius partis incidit hic questio de purgatione peccatorum post hanc vitam. Ad quod intelligendum tria queruntur. Primo queritur de purgatione peccatorum ante purgatorium. Secundo de purgatione per purgatorium. Tertio de liberatione a purgatorio. Quantum ad primum cum in præcedentibus sit questum de iustificatione a mortalibus, queritur hic de deletione venialium. Circa quod duo queruntur. Primo queritur, vtrum venialia possint deleri sine gratia. Secundo, vtrum possint deleri a gratia sine penitentia.

QVÆSTIO I.

An peccata venialia possint deleri sine gratia.

Alex. Alenf. 4. p. q. 15. Memb. 3. ar. 4. §. 1. S. Tho. 3. p. q. 87. ar. 2. Et 4. Sent. d. 21. q. 2. ar. 1. Et de malo q. 7. ar. 1. Rich. 4. Sent. d. 21. ar. 3. q. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 21. q. 1. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 21. q. 9.

Q

Vò venialia possint deleri sine gratia, videtur: quia omnis culpa remissa est omnino, cum est punita quantum ipsa exigit: sed venialis culpa est digna sola pena temporalis: ergo cum omne temporale finem habeat, possibile est aliquem existentem extra gratiam sufficienter pro illa culpa puniri: ergo possibile est sine gratia remitti. Prima propositio manifesta est, quia nullus ita seuerus est in iustitia, quod puniat vltra quam meruit ille, qui peccauit: ergo cum sufficienter punit, amplius non punit: sed non potest esse culpa sine pena: ergo cessante pena cessat culpa.

2. I T E M venialis culpa non dicit deformitatem imaginis, sed solum pronitatem ad bonum commutabile: sed pronitas potest sine gratia aboleri: quoniam qui est pronus ad auaritiam, sine gratia potest fieri prodigus, et pronus ad prodigalitatem: ergo, et cetera.

3. I T E M in morbis paruis natura non indiget medicina, sed solum quando morbus magnificatus est: sed venialia non proferunt naturam, immo dimittunt eam in suo vigore: ergo præter medicinam gratia potest per naturam veniale curari.

AD OPPOSITVM.

4. I T E M quanto morbi minorem habent con- nexionem, et similitudinem, tanto specialius potest vnus sine alio curari: sed veniale maiorem conuenientiam habet cum aliquo veniali, quam cum mortali: sed vnus veniale potest deleri alio remanente: ergo multo fortius potest deleri veniale remanente mortali: ergo et cetera.

5. I T E M si veniale non potest deleri sine gratia: esto quod aliquis in solo veniali moriatur, illud nunquam delebitur: sed quamdiu durabit, punietur: ergo aeternaliter ex seipso punietur: ergo non differt a mortali.

CONTRA: Augustinus: Nec magna, nec parua possunt nobis dimitti, nisi nos dimiserimus debitoribus nostris: hoc non est ob aliud, nisi quia dum homo non dimittit, est semper in peccato: ergo nullum peccatum potest homini dimitti, quamdiu est in peccato mortali: ergo si sola gratia a peccato liberat, veniale non dimittitur sine gratia.

I T E M si aliquid delet aliud, habet oppositionem ad illud aliquo modo: sed nec poena, nec natura habet oppositionem ad culpam: ergo nec propter poenam, nec propter naturam delentur venialia nisi ad sit gratia.

I T E M omne peccatum nocet, et adimit, sicut vult Augustinus in Enchiridion, et multis locis: ergo veniale aliquid de bono spiritali, et rectitudine adimit: sed solus Deus potest animam restituere bonum, sicut solus potuit eam creare, et hoc est per gratiam: ergo et cetera.

I T E M Deus punit pro veniali, hoc constat: ergo aliquid inuenit displicentiam in veniali: sed nihil omnino remouet displicentiam Dei, nisi quod inuenit placentiam, et veniam: sed sola gratia gratum faciens est illa, quae Deo placere facit: ergo et cetera.

I T E M perfectius est carere veniali, quam mortali: ergo aequae nobilis doni siue aequae perfecti, vel magis perfecti actus est delere veniale, quam delere mortale: sed mortale deleri non potest nisi a dono gratiae gratum facientis: ergo et cetera.

CONCLUSIO.

Peccata venialia per gratiam gratum facientem delentur sicut peccata mortalia: sic enim diuina misericordia saluare nos decreuit.

RESP. AD ARG. Dicendum quod aliquorum positio fuit, quod venialia sine gratia gratum faciente deleri possint per gratiam gratis datam. Et ratione huius ostendere voluerunt pro eo videlicet, quod veniale peccatum non repugnat gratiae gratum facientis, sed gratis datur: nec offendit maiestatem diuinam, quia ibi non diligitur aliquid supra Deum, sed aliquantulum inordinate sub Deo: et ideo sicut mortale potest deleri per gratiam, quia ei repugnat, quia gratia Deo offensa reconciliat, et quia Deum contemptum amare facit super omnia: sic veniale potest deleri per gratiam gratis datam, quae illam modicam inordinationem remouet, et illam occasionem minus amandi Deum ab ipsa anima tollit: nec oportet ibi esse gratiam eleuantem animam ad dilectionem Dei super omnia, quia per veniale nihil amatur supra Deum. Sed haec positio licet probabilis videatur, a veritate tamen deuiat, si quis inspiciat. Omne enim peccatum eo ipso quod peccatum est, aliquo modo animam delectat, et aliquo modo ipsam deordinat, et necesse est ex hoc, quod aliquo modo Deo displiceat. Quoniam igitur nota displicentiae minima, quae esse possit, sine habitu gratiae, qui reducit ad complacentiam et ad amicitiam, auferri non potest, tenendum est omnino de omni peccato generaliter, quod nullum omnino potest deleri sine gratia gratum faciente: sic enim decreuit nos

Improbatur.

sanare diuina misericordia. Et hoc dicunt sancti, et sonat scriptura, quae maxime ponit gratiam esse necessariam ad delenda peccata.

1. A D illud ergo quod obijcitur, quod sufficiens punitio absoluit a culpa, dicendum quod si illud intelligatur in facie hominum, qui iudicant secundum exteriora, potest habere veritatem. Sed in facie Dei, qui considerat faciem animae internam, et decorem imaginis suae, quantacumque sit poena, non potest omnino absoluere peccatorem, nisi remoueat interior deformitas: et ideo in foro Dei impossibile est peccatum sufficienter puniri quantum ad tempus, nisi deleatur per gratiam.

2. A D illud quod obijcitur, quod veniale dicitur solam pronitatem, dicendum quod falsum est, immo amplius dicitur quandam notam displicentiae: et ita semper manet in anima, etiam si veniat pronitas ad oppositum, nisi interueniat charitas, quae operit multitudinem peccatorum.

3. A D illud quod obijcitur, quod in morbis paruis natura non indiget medicina, dicendum quod verum est, et similiter in spiritalibus est, si recte fiat similitudinis translatio. Natura igitur habet in se fundamentum sanitatis, scilicet virtutes naturales regentes complexionem, et expellentes nocua. Regimen autem spiritalis sanitatis non est nisi gratia gratum faciens: et ideo sicut corrupta vi naturali non potest deleri morbus corporalis: sic nec absente gratia potest deleri (quantumlibet sit paruus) morbus spiritalis. Non ergo gratia sicut medicina, sed sicut regitiua virtus est: exterius autem sacramentum est sicut medicina, qua non indiget gratia, necessario expedit sibi tamen ad curationem venialis, maxime cum illa aegritudo est consuetudinaria.

4. A D illud quod obijcitur, quod maior connectio est venialis ad veniale, dicendum quod veniale sine veniali potest deleri, quia neutrum fundamētum virtutis viuificantis, et sanantis euertit, scilicet gratiam: sed mortale extirpat gratiam, non enim simul stat cum vita: et quoniam non potest deleri aliqua culpa sine gratia, ideo nullus morbus etiam minimus potest deleri, quin deleatur omnis mortalis culpa: non sic autem est in veniali, pro eo quod virtute simul stat cum gratia.

5. A D illud quod obijcitur de eo, qui in solo veniali decedit, dicendum quod positio est impossibilis: et ideo non est mirum si accidat impossibile: si tamen aliquis decedat cum originali, et veniali, vel cum veniali et mortali: punietur pro veniali aliquantula poena inter se: sed ratione adiuncti poena illa erit aeterna, non ratione ipsius culpae venialis.

QUESTIO II.

An peccata venialia possint deleri a gratia sine contritione.

Alex. Alenf. 4. p. q. 15. memb. 3. art. 4. §. 2. S. Tho. 3. p. q. 87. art. 3. Rich. 4. Sent. d. 21. ar. 2. §. 2. S. Seph. Brul. 4. Sent. d. 21. q. 2. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 21. q. 9.

TRVM venialia possint deleri a gratia sine contritione, siue interiori poena. Et quod sic, videtur per illud, quod habetur in littera, quod est verbum Gregorij: Quod est gutta aquae ad caminum ignis, hoc est veniale ad feruorem charitatis: ergo videtur quod in solo charitatis feruore possit deleri veniale.

I T E M sicut colligitur ex verbis Augustini in lib. Li. 10. confessionum: Veniale non est aliud, quam minor amor

amor Dei: ergo quod excludit remissionem amoris, excludit veniale, et delerit: sed charitas nulla facta meditatione potest magis, et magis inflammari: ergo et cetera.

I T E M possibile est iustum qui habet venialia, mori dormiendo, vel ita quod cadat in furiam: ergo cum ultra non fit locus poenitentiae, et necesse sit illa venialia deleri, quia aliquando cum habeat gratiam perueniet ad gloriam: ergo possunt venialia deleri per gratiam sine poenitentia.

I T E M mortale improporcionabiliter plus offendit Deum, quam veniale: sed minima contritio sufficit ad delendum mortale cum gratia: ergo ad delendum veniale sufficit sola gratia.

I T E M venialia delentur virtute sacramenti extremae vnctionis, virtute etiam Eucharistiae, sicut supra habitum est. Et expresse dicit Ambrosius per orationem dominicalem, et benedictionem episcopalem, sicut dicunt Magistri communiter: ergo non est necessarium conteri, quia alia est via deleationis: cum ergo per haec remittantur, et etiam per contritionem, et exteriorem satisfactionem, et per baptismum, quaeritur per quam naturam communem insit his haec passio communis.

AD OPPOSITVM Sup. di. 16.

CONTRA: Supra habetur, vbi agitur de remissione venialium, siue de poenitentia, dicit Magister, quod ad remissionem venialium sufficit oratio dominica cum aliquo ieiunio, et elemosynis: sic tamen ut praecedat contritio aliquantula: ergo non potest pro illa culpa fieri satisfactio congrua, nisi praecedat interior poenitentia: ergo et cetera.

2. I T E M maioris adhaerentiae est veniale, quam mortale: sed mortale nunquam deletur, nisi liberum arbitrium ab eo dissentiat per actum contritionis: ergo multo fortius videtur de veniali.

3. I T E M quando aliqua duae formae se se compatiuntur, vna per se non expellit aliam: sed veniale simul stat cum gratia: ergo gratia per se non delet veniale: ergo necesse est aliquid addi ultra, quod cum veniali peccato oppositionem habeat: sed hoc non est nisi poenitentia interior: ergo et cetera.

4. I T E M ratio quare mortale non potest deleri sine actu detestationis, est quoniam voluntate actum est, et voluntate acceptante: et ideo non potest deleri nisi voluntate detestante: sed venialia vt in pluribus voluntarie committuntur, et durant in nobis, quamdiu voluntas vult in talibus versari: ergo videtur quod venialia non possint deleri sine contritione interna.

5. I T E M possibile est vnus veniale deleri sine alio: sed hoc non est nisi per aliquid, quod magis aspicit vnus veniale, quam aliud, ratione cuius gratia effectus potius est supra vnus, quam supra aliud: sed tale non est gratia, nec sacramentum, sed solus actus interior liberi arbitrij: ergo et cetera.

CONCLUSIO.

Venialia peccata possunt deleri sine contritione, solo libero arbitrio consonante, et aliquo exterius adiuuante, vt memoria passionis, episcopali benedictione, aquae benedictae aspergione, et cetera.

Opinio aliorum.

Hoc dixit Alex. de omnibus, ne scis in par-

RESP. AD ARG. Ad hoc voluerunt aliqui dicere, quod peccata venialia, quia quodammodo sunt voluntaria, sine actu voluntatis detestantis illa deleri non possunt. Quia tamen longe minus habent de ratione voluntarij, quam mortalia: ideo quantum lacumque contritio sufficit siue in generali, siue in speciali. Vnde dixerunt, quod si quis cum impoenitentia de venialibus decedat, mortaliter peccat. Si quis vero praeter usum liberi arbitrij decedat: postmodum delentur per gratiam cum detestatione voluntaria:

Nam anima, quae est in gratia, statim dum in se conspiciat culpam illam detestatur, et gratia existens in anima eam delet. Sed tamen illud difficile est sustinere tam in hoc saeculo, quam in futuro. In hoc inquam saeculo, quoniam multi sunt modi remittendi peccata venialia praeter poenitentiam: vt cum aliquis deuote suscipit episcopalem benedictionem, et aquae benedictae aspergionem, et consimilia. In futuro, quia cum nullus sit vnus liberi arbitrij meritorius post mortem, in nullo videtur possibile, quod gratia culpam deleat, cooperante motu voluntatis animae iam exuta: et sic modus iste dicendi non videtur omnino conueniens. Propter hoc igitur aliter dici oportet. Et vt intelligamus modum deleationis venialium, notandum est, quod triplex est genus peccati, scilicet originale, actuale mortale, et actuale veniale. Et primum quidem minimam habet rationem voluntarij, immo nullam habet rationem voluntarij in nobis. Alterum autem genus peccati, scilicet mortale, simpliciter tenet rationem voluntarij, licet non ita sicut peccatum ad eum, quod nullum habuit inclinatum. Veniale peccatum quodammodo tenet medium. Vnde quodammodo habet rationem poenae, quodammodo culpa: et rursum quodammodo est voluntarium, quodammodo inuoluntarium.

Habemus enim necessitatem committendi aliquod veniale in communi, quamuis nullum in particulari. Primum igitur peccatum, quoniam aliunde contractum est, potest deleri libero arbitrio nihil omnino agente, sed sacramento solo exterius adiuuante, sicut patet in paruulis. Secundum genus peccati quoniam voluntarie contractum est, non potest deleri nisi libero arbitrio consonante, et adiuuante: ideo in iustificatione impij requiritur motus liberi arbitrij, per quem consonet gratiae, et vterius contritio, per quam adiuuatur. Veniale vero peccatum potest deleri libero arbitrio consonante, et aliquo exterius adiuuante. Vnde si liberi arbitrij gratia non repugnat volendo persistere in culpa, et gratia virtute sacramenti, vel rei sacramentalis vigoratur, culpam venialem delet vel vniuersaliter, vel particulariter. Vnde credendum, quod aliquo nihil de peccatis suis cogitante, sed tantum passione Christi recolente in sacramento Eucharistiae, recogitante inquam feruenter, quod venialia peccata vel omnia, vel quaedam remittantur ei per gratiam sic adiuutam. Et omnia illa siue sacramenta, siue sacramentalia, vt Eucharistia, et vnctio, et baptismus, et aquae aspergione, et episcopalis benedictio, et contritio, et misericordiae exhibitio, et orationis dominicae deuota exoratio faciunt ad venialium deleationem, non per propriam naturam, sed per eam naturam, quae gratiam gratum facientem ad hunc actum adiuuat, et vigorant. Si quaeras quo modo adiuuant, dicendum quod in talibus vt plurimum est humiliatio, et deuotio, quae est actus gratia informatus, repugnans ipsi veniali peccato, quod feruorem charitatis, et deuotionem, quantum est ex se, dimittit. Vel ea ratione qua est in eis poenalitas, quae repugnat inordinate delectationi, et prout illa poena iuncta est ordinanti gratiae. Et sic potest responderi, quod quamuis venialia valde congrue per poenitentiam deleantur: possunt tamen per gratiam aliter adiutam deleri. Et concedende sunt rationes ad hoc inductae.

1. A D illud ergo quod obijcitur, quod praecedere debet aliquantula contritio, dicendum quod magister non determinat praecise modum delendi veniale peccatum, sed modum perfecte satisfaciendi. Nemo enim perfecte satisfacit pro culpa, nisi etiam interior in corde doleat, quantumcumque se exterius puniat: hoc dico vel in generali, vel in speciali. Venialia autem non solum per vnus poenitentiam, sed etiam alijs modis deleri possunt, vt tactum est.

2. A D illud quod obijcitur, quod veniale est mate-

Determinatio propria.

Vide Tho. 3. p. q. 87. ar. 1. 2. et 3.

maioris adhaerentia, dicendum quod dupliciter est loqui de adhaerentia venialis, aut quantum ad maculam, aut quantum ad pronitatem, quæ est via ad illam. Si loquamur quantum ad notam displicentia, plus adhaeret mortale, quam veniale. Si autem quantum ad pronitatem, e contrario est: delectio autem non est respectu pronitatis, sed potius respectu macula peccati.

3. Ad illud quod obijcitur, quod veniale se comparatur cum gratia, et est, dicendum quod verum est quod se comparatur quantum ad inhærentiam: et ideo gratia non delet per sui essentiam, vel inhærentiam: et propter hoc oportet ei addi aliquod adiutorium, vel liberum arbitrium, vel alicuius alterius pœnalitatis, vel sacramenti, ratione cuius effectus, vel actus gratia repugnat veniali: quamvis enim gratia secundum essentiam sit cum veniali, tamen charitas ad feruorem excitata consumit culpam, sicut fornax ignis modicam aquam guttam.

4. Ad illud quod obijcitur, quod veniale est voluntarium, dicendum quod non sic sicut mortale: tamen quia aliquo modo voluntarium est, numquam deletur, nisi voluntas detestetur. Vnde vix contingit, quod ei qui proponit manere in veniali peccato, utpote in verbis otiosis, quod etiam si confiteatur, remittatur ei culpa: nisi forte pro opere illo contra seipsum infurgat, et adeo rugitus rationis fremat, quod bestiales motus sensualitatis gressum figant ad modum leonis, quo rugiente cetera animalia gressum figunt.

5. Ad illud quod obijcitur, quod veniale vnum deletur sine alio, dicendum quod hoc possibile est duplici modo. Vel quia voluntas habitualiter adhaeret vni, et non alij: et tunc culpa remittitur, cui non inhæret, et remanet culpa, cui voluntas adhaeret. Vel ideo, quia voluntas vnum peccatum magis detestatur, quam alterum. Vnde gratia magis delet culpam venialem, in cuius deletionem magis voluntas consonat, vel adiuvat.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER quantum ad secundum articulum quaeritur de purgatione, quæ fit per purgatorium. De qua duo quaeruntur. Primo quaeritur, vtrum in purgatorio post hanc vitam fiat aliqua purgatio ab aliqua culpa, an solum a pœna. Secundo, vtrum purgatio illa fiat per ignem materialem.

QUESTIO I.

An in purgatorio fiat purgatio a culpa, vel a pœna.

Alex. Alenf. 4. p. q. 25. memb. 3. art. 3. §. 5. Rich. 4. Sent. d. 21. ar. 2. q. 1. Steph. Brul. 4. Sent. d. 21. q. 3. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 21. q. 1.

FVNDAMENTA. Mat. 12. c. 4. Dial. c. 39. et habetur dist. 25. c. Quis hinc.

QVOD fiat ibi purgatio a culpa ostenditur. Primo per illud quod dicitur: Qui dixerit contra Spiritum sanctum verbum, non remittetur ei neque in hoc seculo, neque in futuro: ergo implicat Dominus aliqua peccata remittere in futuro, sed non nisi in purgatorio: ergo etc. ITEM Gregorius dicit, quod quaedam leues culpa remittuntur in futuro, et ibi multa dicit, quæ ad hoc ostendendum faciunt. Si dicas quod hoc non intelligitur quantum ad reatum pœnae, hoc non soluit, quia in futuro, ut pote in purgatorio, non solum

fit purgatio a reatu culpæ venialium, verum etiam mortalium in his, qui pœnitentiam in hac vita non complent.

ITEM omnis purgatio secundum quod huiusmodi respicit sceditatem aliquam: sceditas autem animæ culpa est: ergo videtur quod purgatorius ignis sit contra culpam. Si dicas, quod est contra pronitatem, vel sequelam, vel aliquid tale: Tunc queritur, cum liberum arbitrium post hanc vitam sit ita immobile respectu pronitatis, sicut respectu voluntatis, quate talis sequela potest purgari, et non venialis culpa, cum plus ledat animam sequelam mortaliam, quam culpa venialis.

ITEM quod purgat aliquid aliquo modo habet oppositionem ad illud: sed pœna pœnae non opponitur: ergo si est ibi purgatio, non est a pœna: ergo a culpa aliqua.

CONTRA: Super illud: Est peccatum ad mortem. Glossa: Quod in hac vita non corrigitur, frustra post mortem venia eius postulatur: ergo nulla post mortem ibi culpa purgatur.

ITEM Damascenus: Quod est hominibus mors, hoc est angelis casus, et econuerso: sed angeli post casum a nulla culpa possunt liberari: ergo nec homines post mortem.

ITEM Gregorius: Talis in iudicio quisque futurus est, qualis de corpore exiit: si ergo exiit cum veniali: patet etcetera.

ITEM liberum arbitrium mediū est inter profectum in bono, et liberationem a malo culpa: sed post mortem non potest quis proficere in bono: ergo nec a culpa aliqua resurgere.

ITEM facilius est labi in veniale, quam liberari a veniali: sed post mortem non potest anima venialiter peccare: ergo nec a veniali resurgere.

ITEM veniale in nobis non est nisi ratione fomitis: ergo ablato fomite veniale non manet: sed fomes aufertur in morte non post mortem: ergo et veniale.

CONCLUSIO.

Purgatorij pœna potest purgare nos a culpa peccati venialis, et a pœna peccati mortalis.

RESP. AD ARG. dicendum quod aliorum Magistrorum, et bene intelligentium opinio fuit, quod nullum peccatum post mortem dimittatur, pro eo quod vsus liberi arbitrij quantum ad meritum, vel demeritum omnino cessat. Vnde dicunt, quod venialia omnino remittuntur aut per pœnitentiam, aut per finalem gratiam, si non adsit locus pœnitentia, si forte morte preoccupatus moritur iustus homo. Rationem autem huius positionis, et intelligentiam per hunc modum assignant. Dicunt enim quod triplex est gratia, scilicet baptismalis, pœnitentialis, et finalis: et quilibet istarum gratiarum pro sui initio dominium habet in ipsa anima, pro eo quod dominatur in ipso ingressu, ut gratia baptismalis, quæ in status sui principio delet omnem culpam, non tantum mortalem, verum etiam venialem. Dominatur autem gratia baptismalis ex virtute sacramenti. Gratia pœnitentialis ex subiectione, et conformitate liberi arbitrij. Gratia finalis ex perfecta conformitate omnium virtutum animæ ad ipsam gratiam. Cum enim ipsa separatur a carne, iam pronitates, et perturbationes, quæ inessant animæ, ex carne recedunt, et potentie animæ tranquilluntur, et gratie subijciuntur: ac per hoc venialia delentur, siue sint in parte animæ rationali, siue in parte anime sensibili: et ita nullum veniale dimittitur post hanc vitam, sed expellitur in puncto illo, in quo potest dici: hæc est finalis gratia, quæ dominium sibi vendicat, et omnem expellit culpam. Si ergo obijcitur eis, quod in futuro purgan-

AD OPPOSITVM. 1. Ioan. 5. d.

Damasc. lib. 2. de fide orib. ca. 4. in fine.

Opinio aliorum.

Explicatio.

Hugo lib. 2. de sacr. 1. 4. c. 3.

Improbatur.

Li. 4. dial. c. 39.

Matth. 3. c.

Determinatur.

purgantur, et remittentur peccata. Resp. secundum eos, quod remittuntur quantum ad reatum, siue pœnam, et purgantur quantum ad scoriã, siue sequelam. Et illud dicitur magister Hugo sensisse, qui ait sic loquens de remissione peccati: Aliquando Deus remittit secundum pietatem, aliquando secundum feueritatem, aliquando secundum vtrumque. Per incendium purgatorij scoria peccati excoquitur, per lauacrum baptismi peccati macula abluuntur, per flagellum satisfactionis peccati palea excutitur. Sed licet ista opinio sit multum rationi consona, tamen auctoritates sanctorum videntur expresse contraire. Nã ipse Gregorius dicit in Moralibus, quod aliqua peccata dimittuntur post hanc vitam. Et si tu dices, quod intelligit quantum ad reatum, sicut obiectum fuit, sic de omnibus posset intelligi culpam.

ITEM Isidorus tractans illud Matthæi: Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igni: Peccata quæ præcesserunt, Spiritus sanctus per aquam baptismum abluet: et quædam ex eis, quæ postea sequuntur criminibus per ignem purgatorium remittet: cum ergo peccata præcedentia non solum quantum ad pœnam, sed etiam ad culpam abluantur: ergo in purgatorio quædam quantum ad culpam sunt remittenda. Rursus: cum gratia dominium habeat in anima statim in ipsa separatione, propter quod non purgatur peccata scoria, vel sequela, sicut a veniali culpa? Et propter hoc est secundus modus dicendi, quem approbat Magister in littera, et sanctorum multiplex confirmat auctoritas, dicendum ergo quod aliqua peccata, ut pote venialia, non solum in hoc seculo, sed etiam in purgatorio remitti possunt, et remittuntur, quando quis trãsit cum venialibus, pro eo quod gratia non fuit adiuta finaliter ad illa delenda, et ideo indiget auxilio. Quoniam ergo voluntas potest gratia post hanc vitam esse conformis, quamvis non possit esse adiutrix, pro eo quod cessauit rēpus meriti: ideo indiget adiutorio exteriori. Et cum non sit locus sacramenti, habet adiutorium ignis punitiui, siue purgatorij. Qui ideo dicit purgatorius, quoniam anima purgatur a peccati scoria, et a veniali culpa si cum illa transeat. Et hoc possibile est, quia sicut ostensum est in præcedenti problemate, ad deletionem venialis sufficit, quod liberum arbitrium se conformet gratia, nec est necesse quod adiuetur. Concedendum ergo aliquos post hanc vitam a veniali culpa posse purgari.

1. Ad illud ergo quod obijcitur, quod frustra post mortem venia postulatur de eo quod non corrigitur, dicendum quod illud intelligitur de mortali. Vel fiat vis in hoc quod dicit, quod in hac vita non corrigitur, verum est vel in se, vel in merito. Quamvis autem non corrigatur aliquod veniale cũ quo quis transeat, non corrigatur inquam in se, meruit tamen corrigi, quia qui decedit in charitate, per illam meruit etiam post hanc vitam ad his emundari, quæ retardant præmium charitatis.

2. Ad illud quod obijcitur de casu angelorum, et morte hominũ, dicendum quod simile est quantum ad liberi arbitrij inueribilitatem, siue quantum ad peccatum mortale, non quantum ad omnia: nam mali angeli possunt in pœnis proficere, quamvis non possint a malo resurgere. Per oppositum ratione boni meriti præteriti boni homines possunt a malo eripi, quamvis non possint in malum labi, quia in bono, in quo moriuntur, sunt confirmati.

3. Ad illud quod obijcitur de Gregorio, dicendum quod sicut ipsemet subiungit, illud intelligitur quantum ad mortalia, non quantum ad venialia, quia ipsemet excipit illa.

4. Ad illud quod obijcitur quod liberum arbitrium tenet medium, dicendum quod falsum est pro statu illo. Est enim in statu, in quo potest ad ingressum in gloriam disponi per impedimenti remotionem, quamvis non possit mereri. Quoniam ad deletionem venialis sufficit, quod liberum arbitrium se conformet gratia, nec est necesse quod adiuetur. Concedendum ergo aliquos post hanc vitam a veniali culpa posse purgari.

5. ITEM videtur quod nulla ad hoc sit necessitas, quia vehemens dolor, et feruens amor per se, sine aliquo exteriori sufficit delere pœnam, et culpam: sed statim separata anima cum liberum arbitrium consonet gratia, feruet charitas, et anima detestatur quantum potest culpam prius commissam, et hoc generat feruorem, et dolorem: ergo statim deletur omnis culpa.

ITEM

tionem, quamvis non possit mereri. Quoniam ad deletionem venialis, et ad remissionem reatus peccati sufficit præsentia gratia, et pœna, cum consonantia liberi arbitrij, et adiutorio meriti præteriti.

5. Ad illud quod obijcitur, quod facilius est labi in malum, dicendum quod verum est quantum ad liberum arbitrium vertibile, non quantum ad omnem statum animæ.

6. Ad illud quod obijcitur, quod ablato fomite aufertur veniale, dicendum quod verum est quantum ad potestatem peccandi de futuro: non tamen oportet auferri veniale prius perpetratum, quia non omnis causa introducendi est causa conferendi, sicut in multis exemplis patet. Destructo enim cultello non potest infligi plaga: si tamen cultellus destruat, non oportet propter hoc sanari plagam, prius inflictam.

QUESTIO II.

An purgatio purgatorij fiat per ignem materialem.

C

Alex. Alenf. 4. p. q. 25. memb. 4. art. 4. §. 2. Rich. 4. Sent. d. 21. q. 1. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 21. q. 1. ar. 3. Steph. Brul. 4. Sent. d. 21. q. 4. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 21. q. 3.

TRVM purgatio illa fiat per ignem materialem, aut per spirituale. Et quod sit spirituale, videtur per Glossam super illud: Si cuius opus arserit. Exurit autem illius opus, qui hic temporalia dilexit: quoniam sine dolore non pereunt, quæ hic cum amore possessa sunt: et Augustinus exponens illud, dicit: Necessè est vt tantum vrat dolor, quantum hæserat amor: si ergo hoc totum est spirituale, non videtur quod ille ignis purgans sit aliud, nisi spirituale quid.

2. ITEM quod purgatur, et a quo purgatur, et ipsa purgatio est quid spirituale: ergo videtur, quod illud similiter per quod purgatur: hic autem est ignis purgatorius: ergo etcetera.

3. ITEM nihil corporale extrinsecum facit aliquid ad animæ iustificationem: ergo nec ad culpæ remissionem: sed in purgatorio emundatur anima a culpa: ergo videtur quod non vratur flamma materialis.

4. ITEM si anima purgatur per pœnam corporalem, cum pœna mortis sit suprema pœnarum: ergo videtur quod ibi deberet omnino purgari non igne materiali.

5. ITEM videtur quod nulla ad hoc sit necessitas, quia vehemens dolor, et feruens amor per se, sine aliquo exteriori sufficit delere pœnam, et culpam: sed statim separata anima cum liberum arbitrium consonet gratia, feruet charitas, et anima detestatur quantum potest culpam prius commissam, et hoc generat feruorem, et dolorem: ergo statim deletur omnis culpa.

CONTRA: Sicut dicitur in Glossa super illud: Sic saluus erit etcetera. et habetur in littera: Grauior est ille ignis, quam quidquid potest homo pati in hac vita: ergo anima habebunt aliquid afflictiuum extra: illud autem aut est corporale aut spirituale: non spirituale, quia tunc vel esset angelus, vel esset anima, vel Deus, quorum nullum esse potest: ergo necesse est quod sit corporale.

AD OPPOSITVM.

1. Cor. 3. c.

Aug. de Ciuit. Dei l. 21. cap. 26. in fin. 1. 5.

FVNDAMENTA. 1. Cor. 3. c.

ITEM

I T E M nos videmus quod recta ordinatione fit, quod anima, quæ rebus corporalibus se subiecit...

I T E M si anima post mortem purificatur: aut ergo dolore, qui veniat ex contritione, aut dolore, qui veniat ex rei amissione, aut dolore qui veniat ex exteriori afflictione...

I T E M si ignis ille esset spiritualis, cum non sit Deus: hoc constat, necesse est quod in diuersis diuersificetur, et plurificetur: ergo quot essent animæ, tot essent ignes purgatorij, et tot purgatoria: si ergo hoc est inconueniens, patet quod non est spiritualis.

CONCLVSIO.

Ignis purgatorij est materialis et corporeus, quia purgat, et punit, sic ordinante diuina iustitia.

RESP. Dicendum, quod Augustinus videtur dubitare, vtrum ignis ille sit materialis, an spiritualis, qui cruciabit, vel nunc cruciat animas non solum de igne purgatorio, sed etiam de igne infernali, in quo diues ille ardebat, non solum super Genesim ad litteram, verum etiam in libro de ciuitate Dei.

Aug. de Ciuit. Dei lib. 21. c. 26. Gloffa super illud: Qui edificat lignum, et scænum et cetera. ponens opinionem dicentium, igne materiali, et corporali animas post hanc vitam purgari, dicit: Non redarguo, quia forsitan verum est et hoc ipsum ponitur in littera, et satis videtur rationabilis sua dubitatio.

Gregor. 4. Dial. c. 29. Gloffa super illud: Qui edificat lignum, et scænum, non portat secum hæc materialia, sed spiritualia, quæ sic nominantur per metaphoram, quare non similiter de igne spirituali metaphorice competit intelligere? Sed quamuis egregius doctor Augustinus visus fuerit hic dubitare: alij tamen doctores nobis auferent dubitationem.

Gregor. 4. Dial. c. 29. Quoniam hoc cognouerunt multiplici ratione, vt Gregorius, et Isidorus de ordine creaturarum: et communiter tenent doctores temporis nostri ignem purgatorium esse materiale, siue corporeale. Sed qualiter talis ignis agat in animas, eas affligendo, hoc magnam habet quæstionem, et infra inquiretur de pœnis animarum. Qualiter autem agat purgando, diuersitas est inter doctores. Quidam enim dicere voluerunt, quod præter vim punitiuam data est igni vis spiritualis purgatiua, ratione cuius purgat a veniali macula, vel etiam a peccati scoria, sicut sacramenta habent vim satisfaciendi sibi datam. Sed illud non oportet ponere, scilicet quod ultra punitionem habeat vim nouam, cum multas animas dicat Gregorius purgari per diuersa loca, et talis culpæ mundificatio proprie fit ab ipsa gratia. Et ideo est aliorum opinio, vt videtur, magis recta, quod ille ignis per eandem naturam, et punit, et purgat: quoniam puniendo iuuat gratiam, et gratia habens adiutorium pœnæ, et consonantiam voluntatis nostræ: quæ quæuis, non sit adiutrix, non enim impedit, est potens purgare culpam, et peccati scoriam, ita vt purgatio talis sit a gratia liberi arbitrij consonante, etiam exteriori pœna adiuuante secundum consonantiam ad remissionem venialium, quæ fit in hac vita.

Opinio aliorum.

Improbatio.

Gre. 4. Dial. c. 40. et 55. Opinio Doctoris.

hac vita. Si tamen quæras, quo modo pœna adiuet gratiam ad delendum, siue purgandam maculam, dicendum quod hoc facit diuina iustitia. Vel etiam per eum modum potest intelligi, per quem dicitur, quod infirmitas grauis sobriam facit animam, id est virtus, hoc facit quodam modo adiuta per pœnam. Si autem quæras, vtrum statim cum gratia habeat illud adiutorium, culpam deleat, et purget scoriam. Dicit potest quod vtrumque est satis probabile, vel quod statim vigoretur gratia, vt veniale culpam deleat, cum a pœna est adiuta, et deinceps ponitur pro obligatione. Vel potest dici quod pœna magis, & magis disponat: et postmodum ex quo disposuit, sufficienter gratia ipsa in instanti delet culpam, si qua est. Quodcumque horum dicatur, non videtur de facili improbari posse. Concedendum igitur ignem illum materiale esse, siue corporealem.

1. Ad illud ergo quod obijcitur de Gloffa, et de Augustino, dicendum, quod Augustinus non negat, quin ille ignis materialis sit, qui animas purgabit, sed exponit hoc de spirituali posse intelligi: tamen ipse Augustinus satis in sermonibus suis de purgatorio loquens, innuit ignem materiale esse, sicut est ignis inferni.

2. Ad illud quod obijcitur, quod spiritualis est purgatio, dicendum quod verum est: et ideo effectiue, siue formaliter est per quid spirituale, scilicet per gratiam: sed tamen quia anima peccauit cum carne, et peccando carnem sibi præposuit, et ita corpus præposuit spiritui, diuina iustitia decreuit etiam in purgatione rei corporali ipsam subijcere.

3. Ad illud quod obijcitur, quod non iustificat corporeale extrinsecum, dicendum quod verum est per se: tamen exterior punitio excitat, et adiuuat interiorem gratiam, vt possit perducere ad iustificationem perfectam.

4. Ad illud quod obijcitur de pœna mortis, dicendum quod ipsa pœna mortis est debitum originalis peccati: nec est ordinata ad animæ purgationem, nisi voluntarie suscipiatur, cum quis potest euadere, vt in martyribus, vel etiam sustineatur voluntarie cum ab alio infligitur: sed pœna purgatorij ad hoc est.

5. Ad illud quod obijcitur de dolore, et amore, dicendum quod illi sunt motus voluntarij: et ideo non oportet, quod sint in summo in anima iam exuta. Præterea, iam per se non sufficiunt, cum non restet amplius merendi spatium: et ideo necesse est exterius adhiberi ignem purgatorium sicut paruulis, qui non possunt per se mereri, subuenit baptismatis sacramentum.

ARTICVLVS III.

CONSEQUENTER quantum ad tertium articulum queritur de liberatione a purgatorio. Et circa hoc queruntur duo. Primo queritur, vtrum vnus liberetur ante alium. Secundo, vtrum aliquis euolet ante extremum iudicium.

QVÆSTIO I.

An in purgatorio vnus liberetur ante alium.

Alex. Alenf. 4. p. q. 15. memb. 4. art. 4. §. 3.

Richard. 4. Sent. dist. 21. q. 2.

Steph. Brulof. 4. Sent. d. 21. q. 5.

QVOD vnus liberetur ante alium, ostenditur. Primo per illud, quod dicit Apostolus: Qui edificat lignum, et scænum, et stipulam & cetera. Sed facilius, et citius consumitur stipula, quam lignum: ergo cum aliquis ferat

FVNDAMENTA.

1. Cor. 3. 6.

ferat stipulam, aliquis ferat lignum, videtur quod citius liberetur vnus, quam alius.

I T E M in littera habetur, et est verbum Augustini: Post hanc vitam incredibile non est nonnullos fideles per ignem purgatorium quantum magis minusue bona preuentia dilexerunt, tanto citius, tardiusque saluari.

I T E M in foro penitentiae grauiori culpæ respondet grauior pœna non solum quantum ad intentionem, sed etiam in quantum ad durationem: vt patet insipienti canones, in quibus penitentiae taxantur: si ergo iudicium Ecclesiæ rectum conforme est diuino iudicio, patet, et cetera.

I T E M per peccatum meruit anima non solum in igne cremari, sed etiam a Dei visione priuari: ergo vtroque modo debet temporaliter puniri: ergo qui grauius peccauit, non solum acerbius puniri, verum etiam diutius debet a Dei visione separari: ergo tardius purgari.

AD OPPOSITVM

1. Contra: Quantumcumque merita sint inæqualia, tam in cælo, quam in inferno sunt præmia, et supplicia æqualiter duranti: ergo pariter, vt videtur, debet esse in pœna purgatoria.

2. I T E M secundum quod intensior est culpa, intensior ei redditur pœna: sed quantum potest minor pœna super minore culpam, tantum potest maior super maiore: ergo quam cito liberatur in purgatorio paruus peccator per paruam pœnam, tam cito liberatur magnus peccator per magnam pœnam.

Questio lateralis.

3. I T E M si alius citius alio liberatur aut ratione maioris charitatis, aut ratione minoris reatus. Ratione maioris charitatis videtur, quia charitas est tanto maior, quanto anima est Deo similitior: et quanto Deo est similitior, tanto statui gloriæ vicinior: ergo tanto citius curatur, et purgatur, et in cælum fertur. Sed quod ratione minoris reatus, videtur: quia anima non est obligata nisi ad soluendum, quod trahit ex hac vita: sed quanto debitum est minus, tanto citius soluitur: ergo videtur quod talis citius purgetur, et in cælum feratur.

CONCLVSIO.

In purgatorio vnus citius altero purgatur: et qui grauius peccauit, diutius sustinet pœnam.

RESP. AD ARG. dicendum quod sicut dicit Augustinus expresse in littera, in illo igne citius purgatur vnus, quam alius. Qui enim diutius in peccato permanfit, dignum est vt diutius sustineat pœnam. Rursum: Qui grauius offendit, dignum est vt puniatur pœna acerbiori, et dilatione patriæ longiori, diuina hoc iustitia faciente, quæ omnibus decentissime reddit stipendia meritum.

1. Ad illud quod obijcitur in contrarium de æqualitate durationis in cælo, dicendum quod non est simile quia in inferno pœna æterna infligitur: et æterno non est maius, et minus ex parte post, siue ex parte ea, qua est æternum. Similiter in cælo præmium æternum datur: in purgatorio vero sola pœna temporalis infligitur: et in hac est diutius, et breuius.

2. Ad illud quod obijcitur quod pœna grauis æque cito delet grauem, et cetera, dicendum quod verum esset, si omnino pœna intendereur, secundum quod intenditur culpa: sed diuina dispensatio sic ordinat, vt non omnino intendatur quantum ad acerbitatem propter magnam difficultatem siue etiam quia vult vtroque modo punire: et ita vt maior acerbitas, et diuturnitas recompenfent, si quid in altero deficiebat.

Ad quæst. lateralem.

3. Ad illud quod queritur, quis citius purgatur, dicendum, quod ille qui minore non habet reatum: quoniam locus purgatorius non est debitus

nisi ratione reatus, vel alicuius culpæ. Et si tu obijcias, quod charitas maior debet facere citius euolare, dicendum quod charitas maior auget gloriam, intensiue: secundum autem durationem non. Vnde si duo innocentes inæqualis charitatis similiter morerentur, similiter euolarent: non tamen æqualiter beati essent. Quod ergo obijcitur, quod est similior statui gloriæ, dicendum quod verum est ratione ordinationis ad bonum, sed non magis quantum ad liberationem a malo: et velocior purgatio respicit ereptionem a malo directe, non habilitationem ad bonum.

QVÆSTIO II.

An aliquis Sanctorum euolet in cælum ante iudicium.

Alex. Alenf. 4. p. q. 15. Memb. 4. art. 4. §. 4. Steph. Brulof. 4. Sent. d. 21. q. 6.



TRVM aliquis sanctorum euolet in cælum ante iudicium, et quod non videtur. Apostolus loquens de viris sanctis et fidelibus dicit: Hi omnes acceperunt repromissionem, Deo pro nobis aliquid melius prouidente, ne sine nobis consummarentur: ergo si sancti priores non debuerunt consummari sine alijs sanctis Apostolis, cum vsque ad diem iudicij crescant numerus sanctorum, patet quod vnus non euolet ante alium.

AD OPPOSITVM.

Heb. 11. f

I T E M: statim agnos a dextris, hædos autem a sinistris: et dicet his, qui erunt a dextris: Venite, benedicti patris mei percipite regnum: ergo videtur quod non sint ante illud iudicium gloriam percepturi. Si enim primo percepissent, non diceret Dominus: Percipite regnum.

Matt. 25. 6

3. I T E M nullius possessio, quæ habetur per sententiam, obtinetur ante lationem sententiæ: sed vitæ æternæ possessio habetur per sententiam: ergo cū sententiæ detur in die iudicij, videtur quod ante diem iudicij non euolet aliqua anima in cælum.

4. I T E M magnifici regis eo modo est stipendia elargiri, per quem modum eius magnificentia magis declaratur: sed hoc est præcipue dum sit curia vna ex multitudine, et ex aggregatione multorum: ergo videtur quod Dominus referret gloriam æternam, vt eam simul omnibus conferat.

5. I T E M anima peccauit in carne: ergo videtur quod in carne debeat puniri: ergo nunquam perfecte purgatur, nec punitur quousque resumat corpus, in quo purgetur: sed ante perfectam purgationem non euolat anima in cælum: ergo non ante diem iudicij.

6. I T E M corpora non glorificabuntur ante diem iudicij quantumcumque sit sanctus qui moritur: ergo pari ratione nec animæ.

FVNDAMENTA.

Luca. 23. f

CONTRA: Dixit Dominus latroni: Hodie mecum eris in paradiso: ergo anima latronis fuit cum Christo. Sed constat quod Christus postmodum non abstulit, quod prius promissit: ergo semper post fuit cum Christo: sed Christus ascendit in cælum: ergo anima latronis ascendit: ergo pari ratione aliæ sanctæ animæ.

Phil. 1. b

I T E M: Cupio dissolui, et esse cum Christo, ita dicebat Apostolus: sed constat, quod desiderium suum non erat cassum: ergo statim post dissolutionem fuit cum Christo.

Apoc. 6. e

I T E M: Data sunt illis singule stolæ: sed non est stola nisi gloria anime, et stola corporis: ergo et cetera. I T E M charitas est pondus sufficienter inclinans, et sur-

sursum eleuans: ergo si non sit retardans, statim per charitatem anima sursum euolat: sed qui purgatur in purgatorio post purgationem, non habet aliquod retardans: ergo statim euolat.

ITEM differre mercedem mercenarij facit prejudicium iustitiae: sed Deus est summe iustus: ergo statim quando inuenit hominem dispositum, statim retribuit.

Prout. 13. b. ITEM: Spes, quae differtur, affigit animam: si ergo differtur praemium sanctorum usque ad iudicium, videtur quod sint in continua afflictione, et gemitu, et expectatione: ergo si Deus tantum differt, videtur quod ipse sit crudelissimus.

CONCLUSIO.

Erroneum est dicere aliquos ante diem iudicii non ascendere in caelum, si ipsi sine debita satisfactione, et sine culpa decedant.

Error aliorum. RESP. AD ARG. Dicendum quod aliqui stulti circa hoc errant, dicentes animas non esse glorificandas ante diem iudicii, sed potius expectare usque ad extremum diem iudicii. Hos stultos dixi, quoniam talis error nec fulcimentum habet ab auctoritate, nec ab efficaci ratione, nec habuit ista positio aliquem magnum auctorem, nec defensore, sed imponitur quibusdam Graecis. Videtur tamen pro isto errore facere Glossa, quae est super Psalmum: Noli aemulari, super illo versu eiusdem Psalmi: Et adhuc pusillum et cetera. Vbi dicit Augustinus: Post istam vitam nondum eris vbi erunt sancti, quibus dicit, et cetera. Sed in illa requie poteris esse, vbi erat Lazarus cum Abraam: vbi expresse innuere videtur, quod iusti qui moriuntur, non statim sunt, vbi etiam erunt post iudicium, sed in illa requie, vbi erat Lazarus cum Abraam. Sed sicut patet in ipsa Glossa, ex consequentibus istud dictum est quantum ad stolam corporis, non quantum ad gloriam, vel locum. Certum enim est quod Christus expoliatus principatus et potestates tenebrarum, ac per hoc constitit sanctos, qui in limbo erant, ad caelum cum Christo sublima-

Improbatio

In psal. 37. ver. 10. con. cione 1. 2. 8

DISTINCT. XXI. PARS II.

DE GENERALI CONFESIONE QUID PROSIT.

OSTENDITUR haec considerandum est quid prosit confessio illa, vbi singula peccata quae quisque fecit, non exprimuntur. Sane dici potest, quod omnia criminalia semel saltem oportet in confessione exprimi, nisi aliqua a mente exciderint. Sed quia nemo delicta intelligit omnia generaliter, saltem ea confiteri, quorum memoriam non habes: et sic nihil celasti de sceleribus tuis. Venialia vero, vt ait Augustinus, quia innumera sunt, sufficit generaliter confiteri, nisi aliqua sint frequenter iterata: perfectius est tamen etiam illa exprimere si vales. Ideo, quod generaliter fit confessio in Ecclesia pro venialibus scilicet peccatis, quae quotidie admittimus, et pro illis mortiferis, quorum notitiam non habemus. Vnde Augustinus: Veritate dicit Deo penitens, quando nihil illi de commissis sceleribus celat: non quod et si voluntatem celauerit, Deus ignoret, sed veritatem sibi dici vult ab eo, vt veniam consequatur. Si vero mente aliqua exciderit, confitetur veritatem Deo, cum generaliter dixerit: Deus qui nostri occulta cordis, et opera mea et delicta a te non sunt abscondita, quibus veniam largiaris precor: et hac est veritas contentis, quam diligit Deus. Vnde Psalmista: Ecce enim veritatem dilexisti: Hic insinuat quod generalis confessio etiam mortalia delet, quorum intelligentia non habetur.

In quinta resp. contra Pelag. id est li. 5. hypog. in princ. Pf. 68. b Pf. 50. c

De verbis Aposto. ser. 97. in mod. 10. c.

Nemo confiteatur peccata quae non fecit. SICUT autem penitens celare non debet peccatum suum, quia superbia est: ita nec humilitatis causa fateri se reum illius, quod se non commisisse noscitur: quia incauta est talis humilitas, et peccatorem constituit. Vnde Augustinus: Cum humilitatis causa mentiris, si non eras peccator antequam mentireris, mentiendo efficeris quod vitas, quia veritas in te non est, nisi ita te dixeris peccatorem, vt etiam esse cognoscas. Veritas autem ipsa est, vt quod es, dicas. Nam quo modo est veritas, vbi regnat falsitas?

De penis

tos: ac per hoc et omnes iustos, qui non habent reatum poenae.

1. AD illud ergo quod obiicitur, quod non acceperunt repromissiones, dicendum quod Apostolus vocat consummationem quantum ad illius supernae ciuitatis impletionem, postquam nullus intrabit. Vel dicendum quod Apostolus intelligit quantum ad tempus gratiae, quod conseruauit usque ad nos, vt nos facti participes gratiae in abundantia, participes etiam fieremus et gloriae.

2. AD illud quod obiicitur, quod statuet agnos et cetera. dicendum quod iudicium istud erit quantum ad consummatam glorificationem suscipiendam in anima, et in carne, quam nondum habent mortui, quamuis animae sint beatae in caelo.

3. AD illud quod obiicitur de sententia, dicendum quod sicut dupliciter contingit regnum obtinere, scilicet integre, et perfecte, siue in toto, et alio modo secundum animam, siue in parte: sic dupliciter est iudicium, siue etiam dupliciter sententia. Nam sicut homo glorificatur secundum partem, ita particulariter iudicatur, et de eo sententia profertur, quando anima de corpore egreditur. Iudicium autem vniuersale et sententia erit, quando homo erit glorificandus totaliter, et tunc consummabitur curia caelestis, et sic duplex iudicium competit duplici modo possidendi gloriam. Et duplex modus competit duobus, scilicet diuinae magnificentiae, et nostrae indigentiae. Propter nostram indigentiam tollendam statim quando anima est apta, sublimatur ad gloriam: quia frustra expectaret, cum non possit amplius mereri. Propter diuinam magnificentiam ostendendam reseruat generalis, et vniuersalis resurrectio corporum in fine saeculorum: et sic in nullo praedicitur commodo nostro, dum anima assumitur in gloriam in nullo diuinae gloriae, dum in fine fiet in resurrectione corporum totum, quod fieret si gloria diffunderetur ab animabus.

4. 5. 6. ET per hoc patent illa tria, scilicet de confessione per sententiam, de Dei magnificatione, et de corporum resurrectione. De qua, quare differatur, suo loco habetur infra.

De penis sacerdotis, qui peccatum publicat contentis.

CAVEAT autem sacerdos ne peccata consensuum alij prodat, alioquin deponatur. Vnde de Gregorius: Sacerdos ante omnia caveat ne de his, quae ei consentitur peccata, alicui recitet, non propinquis, non extraneis: nec, quod absit, pro aliquo scandalo. Nam si hoc fecerit, deponatur, et omnibus diebus vite suae ignominiosus peregrinando pergat. Quod vero dictum est, vt penitens eligat sacerdotem scientem ligare et soluere, videtur contrarium ei quod in canonibus reperitur, vt nemo scilicet alterius parochianum iudicare presumat. Sed aliud est fauore vel odio proprium sacerdotem contemere, quod canones prohibent, aliud caecum vitare, quod Urbanus facere monet: ne si caecus caecum ducat, ambo in foueam cadant. At enim Urbanus secundus: Placuit vt nulli sacerdotum deinceps liceat quemlibet commissum alteri sacerdoti ad penitentiam suscipere sine eius consensu, cui se prius commisit, nisi pro ignorantia illius, cui prius confessus est. Qui vero contra hoc facere tentauerit, gradus sui periculo subiacebit.

De pen. 2. c. c. Sacerdos et cap. Placuit.

Mat. 23. 6

DIST. XXI. PARS II.

Iuxta ordinem positum supra distinct. xvij. agit hic de confessione sacramentali quantum ad utilitatem a parte finis, ostendens, quae confessio sit vilis.

Aliud genus: ergo quantumcumque iterentur, venialia sunt: ergo sufficit illa generaliter confiteri, sicut et alia.

RESP. Dicendum quod consuetudo frequenter ducit in libidinem, et contemptum: ideo propter dubium, et vitandum periculum, quando timetur probabiliter aliquid horum esse veniale peccatum, confitendum est, et sufficit stare in generalitate: nec oportet ad singula descendere: si tamen velit descendere, laudabile est valde, et vile, et per necessarium volenti ascendere ad perfectionem.

Post hac considerandum est, quid prosit confessio, et c.

Expositio textus.



VPRA egit Magister de confessionis necessitate a parte contentis, et possibilitate a parte absoluentis, et opportunitate a parte temporis: hic agit de utilitate a parte finis: et habet haec pars duas. In prima ostendit, quae confessio sit vilis, scilicet confessio vera et humilis. In secunda ostendit, quantum confessionis contentus obsit, infra: Cumque multis auctoritatibus supra sit asseruum. Prima in duas diuiditur. In prima determinat quae sint attendenda in confessione ex parte contentis. In secunda quae ex parte audientis, ibi: Caveat autem sacerdos, etc. Prima pars duas continet. In prima ostendit, quod confessio non debet esse diminuta. In secunda parte, quod non debet esse superflua, ibi: Sicut autem penitens celare non, et c. Similiter secunda, in qua determinat ex parte sacerdotis, quid obseruandum sit, duo continet. Primum est vt confessio teneat secreta. Secundum vero, vt non absoluat alterius parochianum: et hoc ibi tangitur: Quod vero dictum est. Et ita principaliter duo tanguntur, scilicet quod confessio integra debet esse, et secreta.

Dispositio.

Dist. 22.

Nec humilitatis causa fateri se reum. Dub. III.

Videtur contrarium dicere Augustinus in libro Confessionum, vbi dicit sic: Si quaeris a me, vt rum iustus sim. Respondeo, quod non: sed constat quod Augustinus iustus erat, et hoc ex humilitate dicebat, et bene, et meritorie.

RESP. Dicendum quod fateri se reum, vel iniustum est dupliciter. Aut prout reatus est iniustitia: sic simpliciter priuat iustitiam: et hoc modo non debet se quis fateri reum, nisi habeat mortalis conscientiam. Alio modo est fateri se reum, et iniustum, prout priuat iustitiae perfectionem: et secundum hoc omnis homo potest se iniustum fateri, secundum illud: Vt panis mensuratur vniuersae iustitiae vestrae. Nec iustificatur homo comparatus Deo secundum Iob, et hoc modo Augustinus dicebat se non esse iustum. Et nota quod confessio debito modo facta debet habere sexdecim condiciones: vnde versus:

Isa. 64. b Job 9. a

Quia omnia criminalia semel saltem oportet in confessione exprimi. Dub. I.

Sit simplex, humilis, confessio, pura, fidelis. Et frequens, nuda, discretata, libens, veracunda. Integra, secreta, lacrymabilis, accelerata. Fortis, et accusans, et sit parere parata.

Conditio- nes Confessionis.

Videtur hoc falsum, quia ad hoc quod contritio valeat, non oportet sigillatim conteri de quolibet, immo iustificatur in contritione de omnibus: ergo pari ratione videtur de confessione.

RESP. Dicendum quod non est simile, quia contritio est in conspectu Dei, qui vno aspectu videt omnia, sed confessio est in conspectu hominis, qui non potest plene noscere morbum, nisi audiendo mortalia singula. Et iterum: Confessio fit ad erubescendum, contritio vero ad peccati detestationem per iustitiam. Detestatio autem intenditur in collectione multorum malorum, sed erubescencia in explicatione singulorum.

Venialia, et c. Sufficit generaliter confiteri, nisi aliqua sint frequenter iterata. Dub. II.

Sufficientia autem, et numerus harum conditionum potest accipi sic: Quaedam enim sunt conditiones quae sunt, et debent esse in confessione secundum sui rectam quantitatem. Quaedam secundum rectum ordinem, et societatem. Quaedam secundum rectam qualitatem. Si secundum rectam quantitatem, hoc tripliciter. Aut quantum ad integritatem, aut quantum ad numerositatem, aut quantum ad diuinitatem: et sic sunt tres conditiones, scilicet quod sit integra, frequens, et accelerata. Si quantum ad societatem, sic debet habere dierum societatem partium, scilicet contritionis, et satisfactionis: quantum ad contritionem sit lacrymabilis, quantum ad satisfactionem, sit parere parata. Vel quantum ad vtrumque, et sic fortis. Quantum ad qualitatem, aut ipsius contentis, aut confessionis. Si contentis, sic sunt quinque conditiones: e e e e e

Videtur non bene dicere, quia iteratio non trahit in S. Bon. To. 5.

conditiones:secundum vim rationalem est simplex,secundum concupiscibilem debet esse libens,secundum irascibilem humilis, in sermone fidelis et in signo veracunda: et sic sunt quinque. Si in se consideretur, sic debet esse pura,vt nihil intermisceat,debet esse nuda,vt nihil celatum teneat: quantum ad circumstantias debet esse discreta, vt nihil addat: debet esse secreta, vt alijs non noceat: debet esse accusatoria, vt seipsum puniat. Et sic sunt tres ex parte quantitatis, tres ratione adiuncti, quinque ratione subiecti, et quinque ratione sui: et sic in vniuerso sunt sexdecim.

Sed aliud est favore,vel odio proprium sacerdotem contemnere, etc. Dub. IV.

Videtur hic male soluere, quia ex hac solutione, quilibet, cui vult posset confiteri, dammodo non contemnat proprium sacerdotem. Sed contrarium habetur in decretali, vbi dicitur, quod si ex causa vult accedere ad alium, petat primo, et obtineat licentiam, quia aliter non poterit soluere, vel ligare.

RESP. Dicendum quod illud verbum Augustini intelligitur quantum ad electionem sacerdotis, antequam subditus alicui se subijciat, et curam animæ committat: sed verbum Urbani post commissionem: ex tunc enim tenetur ei confiteri, nec debet alij nisi petat licentiam. Tamen in quinque casibus habetur licentia petita pro obtenta. Primus est, si sit vagabundus. Secundus est, si mutauit domicilium. Tertius, si peccauit, vel offendit in aliena parochia. Quartus propter sacerdotis ignorantiam, vel malitiam, quia est reuelator confessionis, vel sollicitator ad malum. Vltimus est in casu necessitatis, vt si sit in articulo mortis, vel debeat intrare iustum bellum.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam huius partis secundum duo, quæ tanguntur in littera, duo principaliter queruntur. Primo queritur de confessione quantum ad modum. Secundo vero queritur de confessione quantum ad sigillum. Circa primum queruntur tria. Primo queritur, vtrum liceat aliquid peccatum in confessione omittre. Secundo, vtrum liceat addere. Tertio, vtrum liceat aliena peccata referre.

QVÆSTIO I.

An liceat in confessione omittre aliquod peccatum.

Alex. Alenf. 4. p. q. 18. Memb. 4. art. 5. §. 2. Steph. Brul. 4. Sent. d. 22. q. 7. Petrus de Palude 4. Sent. dist. 21. q. 1.

FVNDAMENTA. De vera & falsa penit. c. 15. 20. 4.

VOD non liceat de confitendis omittre, ostenditur. Primo auctoritate Augustini in libro de penitentia: Caueat ne verecundia ductus diuidat apud se confessionem, vt diuersa diuersis velit manifestare: quod est se laudare, et ad hypocrisis tendere, et semper venia carere, ad quam per frustra sperat peruenire.

ITEM ratione ostenditur sic: Confessio ordinatur ad peccati cognitionem: sed numquam recognoscit ægretudinem sufficienter qui solum peccatum vnum nouit, cum homo multis ægretet, sicut pater in medicinis: ergo non sufficienter peccatum detegit, qui non dicit vni sacerdoti peccata omnia, quæ commisit.

ITEM confessio est ad peccatoris accusationem: sed cum peccator se accusat de tribus peccatis, et fecit decem, hoc ipso præterdit sacerdoti se non peccasse.

nisi ter: sed hoc est falsitas, et hypocrisis manifesta: ergo, etc.

ITEM confessio fit propter absolutionem: absolutio autem sacerdotis signum est diuinæ absolutionis: sed Deus numquam absoluit ab vna culpa, quin absoluat ab omni culpa mortali: ergo absolutio sacerdotis aut nulla est, aut est ab omni culpa: sed non meretur absolui a sacerdote peccator, qui celat ei peccatum: ergo nulla est absolutio, nisi confiteatur sacerdoti vni omnia, a quibus indiget absolui.

CONTRA: Omnes sacerdotes tenent locum vnius, scilicet Christi: ergo idem est confiteri diuersis quod confiteri vni: ergo tantum valet si peccator diuisim diuersis confiteatur omnia, quantum si omnia confiteatur vni.

ITEM confessio est in remedium: ergo non debet fieri in scandalum: sed possibile est quod penitens confiteatur proprio sacerdoti aliquid peccatum quod scandalizabit eum, vt pote si cognata sacerdotis fuerit adultera: ergo videtur quod possit peccatum hoc referre, et alia sibi dicere, et ita confessionem dimidiare.

ITEM aliquis confessus est vni decem et commisit duodecim et obliuit, duorum post recordatur, non habens copiam sacerdotis, iste fuit legitime confessus de decem: ergo si non debet bis puniri pro eodem, sufficit nunc confiteri duo: ergo videtur quod confessio possit dimidiari.

ITEM sufficit si quis confiteatur sacerdoti proprio illud, a quo potest absolueri: sed possibile est quod aliquis habeat casum, vel peccatum, a quo non potest absolueri nisi superior: ergo sufficit quod minor confiteatur vni, et peccatum illud confiteatur maiori: ergo videtur quod confessio possit dimidiari.

CONCLVSIO.

Venialis sicut non est necesse confiteri, sic non est necesse simul et omnia integre confiteri, secus est de mortalibus, quæ vni sacerdoti omnia confiteri, quæ non est alius quis legitime confessus, quæ simul habet omnia in conscientia.

RESPOND. AD ARG. Dicendum quod in venialibus non est vis: sicut enim non est necesse ea confiteri, sic non est necesse ea simul, et omnia integre confiteri. Sed de mortalibus dicitur, quod necesse est omnia confiteri vni sacerdoti, omnia inquam quorum est memor, et de quibus non fuit alias legitime confessus. Et tunc voco legitime confessum, quando nihil interuenit quod absolutionem sacerdotis irritam faceret: quod est in quattuor casibus, et duo sunt a parte absoluentis. Vnus si non sciat, alter si non possit. Vnus contra clauem scientiæ, alter contra clauem potentia. Duo a parte confitentis. Vnus si sicte confiteatur. Alter si post confessionem satisfactionem contemnens eius obliuiscatur. Si autem legitime confessus est, non oportet iterare nisi in vniuersali: si vero non, oportet quod omnia dicat, pro eo quod sacerdos absoluit ab omni culpa, aut nulla est absolutio. Nullus autem sacerdos intendit absolueri penitentem ab eo, quod sibi celat: Ad hoc ergo quod confessio sit integra, necesse est quod omnia quæ simul habet in conscientia, de quibus tenetur confiteri, vni sacerdoti dicat: alioquin, sicut expresse dicit Augustinus, probatur confessio ficta.

AD illud ergo quod obijciatur, quod omnes sacerdotes tenent locum vnius, scilicet Christi, dicendum quod verum est: sed ita tenet locum vnius, quod non simul omnes, sed quilibet per se: et ideo qui vult confiteri sacerdoti tamquam Christo, si recte confiteatur, necesse est quod omnia dicat vni: quod si aliquid celat vni, quamuis dicat alij, quantum est in se mediatori celatur, et ita Christo.

AD OPPOSITVM

Explicatio

De vera & falsa penit. c. 15. 20. 4.

2. AD

AD illud quod obijciatur de scandalo sacerdotis, dicendum quod vbi timetur scandalum, non est confessio dimidianda, sed licentiam petenda: Et si non datur, superior est ad eundem, vel alius qui habeat eius auctoritatem. Nam in tali casu licentiam petere est obtinere.

AD illud quod obijciatur de eo, qui per obliuionem omisit duo confiteri, dicendum quod sanum consilium esset, quod totum diceret, sicut in præcedentibus factum est: tamen non credo quod teneatur dicere nisi in generali, nisi forte aliquis prædictorum casuum interuenisset. Nam aliud dicere, est viam confessionis, et salutis multis auferre, cum multi confiteantur aliquando aliquid peccatum enorme, quod deinceps vix alij sacerdoti dicerent. Nec auctoritates sanctorum hoc compellunt dicere, quia hoc non est confessionem diuidere: Prima enim fuit integra, et secunda similiter: quia non oportet hunc de alijs habere remorsum nouum, nec nouam absolutionem. Similiter iudicandum est de reciditio.

AD illud quod obijciatur de recurso ad superiorem, dicendum quod aut recurrit propter absolutionem a culpa, aut a pœna propter excommunicationem, vel irregularitatem. Si propter absolutionem a pœna vel pœnali vinculo, sufficit quod confiteatur illud solum. Si propter absolutionem a culpa, si superior non remittit ad proprium confessorem, sanum consilium est, si non habet causam excusantem nisi solum erubescientiam vel opinionem falsam, quod omnia, de quibus habet remorsum, ipsi dicat, et pro omnibus illis generalem absolutionem, et penitentiam suscipiat. Si autem aliquam excusationem habet probabilem, ratione cuius magis vult confiteri alteri, tenetur totum inferiori reuelare, et peccatum illud quod superiori est confessus, et cetera alia: et sic non erit confessio diuisa, et ille ex tunc poterit ab omnibus absolueri: quoniam si aliqua peccata absolutioni superiorum referantur, in quibus minores sacerdotes cum eis non communicant, hoc magis factum est propter taxationem pœnæ, quam tali peccato superior debet sapienter infligere, siue iniungere pro culpa. quàm pro alio, scilicet absolutione a tali peccato, seu culpa: et ideo si talem culpam confessus est, et pœnam pro ea a superiore suscepit, potest illam cum alijs inferiori integre confiteri, et ille absolueri eum ab omni culpa: ita dumtaxat, vt ille faciat penitentiam a superiore sibi iniunctam. Et si tu obijcias, quod iste qui adit superiorem, et vnicum tantum vel duo alijs tacitis confitetur, videtur esse hypocrita et se laudare, dicendum quod verum est si innueret se sibi generaliter confiteri. Tunc enim videtur ipsum alia crimina non habere. Sed dum ostendit se specialiter pro illo vnico aduenisse, et alium confessorem pro minoribus habere, et hoc acceptat superior, nulla est ibi deceptio, quamuis totum dicere sit maior perfectio.

Potest tamen superior absolueri quænis audierit tantum referentium for. d. 18. q. 2. art. 5.

QVÆSTIO II.

An liceat aliquid in confessione addere.

Alex. Alenf. 4. p. q. 18. Membr. 4. art. 5. §. 5. Richardus 4. Sent. dist. 22. art. 3. q. 4. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 21. q. 8.

FVNDAMENTA.

TRVM liceat aliquid in confessione addere. Et quod non, videtur: quia Augustinus dicit in libro de penitentia, et habetur in littera: Cum humilitatis causa mentitis, si non eras peccator antequam mentireris, mentiendo efficietis quod vitaras: si ergo aliquis causa humilitatis accusat se amplius, quam meruit, videtur ex hoc culpam incurere.

ITEM iniquus testis est qui accusat alium in eo, S. Bon. To. 5.

in quo non est culpabilis, quantumcumque faciat bona intentione: sed homo in confessione contra se testificatur: ergo si se accusat in eo, in quo non peccauit, videtur quod inique agat.

ITEM nihil obijciendum est in iudicio manifestum, quod non possit manifeste probari: ergo pari ratione nihil imponendum est in iudicio penitentiali, quod non possit per testem rectum probari: testis autem est conscientia: ergo nihil dicendum est nisi de quo accusat conscientia: ergo, etc.

ITEM confessio est ad dirigendum medicum spiritualem, sicut cognitio carnalis infirmitatis est ad dirigendum medicum carnalem: sed ille facit errare medicum, qui dicit se habere morbum, quem non habet: sicut qui dicit se non habere, quem habet: ergo sicut peccat ille qui dimittit, ita et ille qui addit.

CONTRA: Gregorius: Bonarum mentium est vbi culpam agnoscere, vbi culpa non est: ergo si potest, et debet se homo accusare secundum quod agnoscit se, et bona mens potest se magis culpabilem reputare, quàm sit secundum veritatem, videtur quod magis possit se accusare, quàm sit in re.

ITEM qui conteritur plus quàm meruit, et satisfacit, puniendo se vltra quàm meruit, iuste et laudabiliter, et bene facit: ergo pari ratione qui se accusat vltra quàm peccauit bene facit.

ITEM confessio est ad humiliationem contentis, et hoc per accusationem: sed nemo potest se nimis humiliare, etiam si se subijciat omnibus propter Deum: ergo pari ratione nemo potest se nimis accusare.

ITEM ponatur quod aliquid peccatum commisit quis, de quo dubitat vtrum sit mortale, vel veniale: quæro qualiter debeat illud confiteri: et videtur quod sicut mortale, quia in dubijs securior pars est eligenda: alioquin si sicut veniale confitetur, discrimini se committit: sed possibile est quod istud peccatum non sit nisi veniale: ergo potest veniale confiteri vt mortale: ergo ad confessionem addere ad se accusandum.

CONCLVSIO.

In confessione nihil licet addere, vltra testimonium conscientia: potest tamen fieri additio quo ad rem: vt se quis plus accuset quàm peccauit, modo ita credat esse.

RESP. AD ARG. Ad prædictorum intelligentiã prænotandum est, quod differt mentiri, et falsum dicere. Mentiri enim est quando aliud exprimit vox, quàm sentiat mens, etiam si per vocem verum dicatur in re. Falsum dicere est, quando vox discordat a re significata. Mentiri quidem, quia semper importat abusum signi, et obliquationem hominis quantum ad vim intellectiuanam, et exteriorem, inter quas est discordia, semper malum est: et ita secundum se malum quod nulla potest bona circumstantia vestiri, vt bene fiat, sicut dicit Augustinus in libro contra mendacium. Falsum vero dici potest frequenter meritorie, cum mens decipitur, et ita credit esse vt loquitur, sicut dixit Apollolus se in Hispaniam profecturum: Si ergo tu quæras, vtrum liceat addere ad confessionem, respondendum est, quod aut tu loqueris quantum ad testificationem conscientia, aut quantum ad conformitatem veritatis in re. Si quantum ad conscientiam, vt conscientia minus accuset, et vox amplius: sic est peccatum, et mendacium, et perditur confessionis meritum, in qua debet esse verbum verax, secundum illud: Ante omnia verbum verax præcedat te. Verbum verax est, quando id exprimit lingua, quod sentit conscientia. Si autem intelligas de additione quantum ad rei veritatem, ita quod conscientia non discordat a lingua, dicendum tunc, quod talis additio potest esse meritoria. Qui enim in parvis se credit grauiter offendisse, et sic

AD OPPOSITVM Gregor. in resp. ad interrogat. Aug. can. tuar. Episc.

Aug. ad celsentium 10. c. 29. in tra mensu cium. 10. 4. Rom. 15. 6

Eccli. 37. 6

2. conf.

constitetur quasi grauerit offenderit, multum absque dubio proficit. Rationes igitur ad primam partem, procedentes concludunt, quod non potest, nec debet addere vltra testimonium conscientiae.

1. 2. Rationes ad secundam partem procedunt secundum quod in additione lingua consonat cum conscientia: et sic licet addere, quia nullum fit veritati praedictum, dum simul iungitur veritas mentis, et oris praeter humilitate cordis: et sic intelligitur illud Gregorij, Bonarum mentium, et cetera. Similiter et sequens de contritione, et punitione, et additione. Posset tamen dici, quod non est simile de contritione, et punitione, et de confessione: quoniam confessio est actus veritatis, et contra hunc non potest aliquis dicere aliquid, quod non sit falsum, et in praedictum veritatis: non sic est de punitione, quia iuste potest aliquis sustinere poenam, quam non meruit, etiam propter gloriam Dei, vel propter salutem proximi, vel in ampliore profectum sui: et hoc est abundantis iustitiae. Veritas vero non debet nec deficere, nec superabundare, quia est rectitudo intellectus: et haec rectitudo est indiuisibilis: sed rectitudo voluntatis habet latitudinem, ideo plus et minus factum est iustum, sed non plus et minus dictum est verum, nisi dicatur verius quod est durabilius, vt necessarium, et perpetuum, quam contingens, et momentaneum.

3. A D illud quod obijcitur, quod confessio est ad humilitationem, dicendum quod non omni modo est ad humilitationem, sed propter accusationem, quae veritatem debet habere principium, vel comitem ad hoc quod recta sit. Et non sequitur, quod si humilitas non habet excessum in reputatione, quod veritas non habeat excessum in locutione.

4. A D illud quod quaeritur de peccato dubio, dicendum quod sicut dicit Augustinus in lib. 15. de Trinitate, non solum est mendacium dicere scienter falsum, sed etiam asserere dubium, quia lingua a corde discordat. Quando ergo dubitat, vtrum sit mortale: dicendum quod sicut dubitat, ita dubitando debet confiteri, tamen debet confiteri, et poenam sustinere, ac si esset mortale: et tunc mens assecuratur, et in nullo veritati praedictatur: et sic patet responsio ad obiecta.

A D illud tamen quod vltimo obijcitur ad partem oppositam, quod facit medicum errare, dicendum, quod falsum est: quia aggravatio poenitentiae non aggravat naturam, sed allenuat: non sic est in temporali, et in corporali medicina: nocet enim si non adsit morbi materia. Sed ista est ratio, quia lingua discordat a conscientia: et illud praecipue exigitur in confessione recta, et ordinate facta.

Q V A E S T I O III.

An in confessione liceat aliena peccata referre.

Alex. Alenf. 4. p. q. 18. Memb. 4. art. 2. §. 4. Steph. Brul. 4. Sent. d. 21. q. 9.

AD OPPOSITUM. i. Neom. 9. b. Dan. 3. c. et 6. a

TRVM in confessione liceat aliena peccata referre. Et quod sic, videtur: Ego et domus patris mei peccauimus, et similiter in oratione Danielis: Ergo si recte confitebatur, videtur quod nos similiter facere deberemus.

2. I T E M ex charitate potest, et debet quis proximi peccata desistere: et ex charitate non solum pro suis, verum etiam pro alienis peccatis potest satisfacere: ergo pari ratione potest aliena peccata confessori referre.

3. I T E M peccatum alienum frequenter aggravat suum, sicut si pater cognoscit filiam, vel si mulier cognita est a patre spirituali, quod absit, vel a persona

excellentis religionis: ergo si debet peccatum suum plene explicare, videtur quod liceat aliena peccata referre.

4. I T E M confessio non solum est in remedium peccati praeteriti, sed etiam in consilium vitandi futuri: sed frequenter alienum peccatum praestat homini scandalum, et ruinam, vtpote cum luxuriosus aliquam infestat: ergo si debet poenitens sacerdoti exponere peccatorum occasiones, vt secundum consilium eius, et adiutorium peccatum euitet, videtur quod possit, et debeat aliena peccata in confessione referre.

C O N T R A per Psalmum: Dixi confitebor aduersum me iniustitias meas Domino, Glossa: Peccata mea non aliena: ergo aliena confitenda non sunt.

I T E M Chanaan fuit maledictus, quia non operuit verenda patris: ergo tenebatur illa operire: ergo pari ratione et proximus verenda proximi, licet non ita stricte: ergo qui reuelat alienam culpam, peccat grauer.

I T E M si licet peccata proximi referre vni sacerdoti, cum liceat confiteri mille, sicut ex praecedentibus habitum est: ergo liceret peccata proximi mille reuelare, et ita proximum infamare.

I T E M aut fuit particeps illius peccati, aut non. Si non: ergo non tangit peccatum suum: ergo non debet illud confiteri. Si fuit particeps: sed in nullo foro potest quis alium accusare in crimine, in quo participat: ergo male facit, qui alium accusat.

C O N C L V S I O .

Alicna peccata in foro confessionis, secundum quod alium accusant, non sunt confitenda: in casu tamen ad vulneris curacionem, dici possunt.

R E S P. A D A R G. Dicendum quod aliena peccata aut sunt impertinentia ad peccati nostri accusationem, sed ex quadam associatione refert ea, et ad quandam excusationem ille, qui confitetur, quia solatium est miseris focios habere poenarum: et sic dicendum, quod male facit, qui sic confitetur, sicut multi simplices aliquando accusant omnes vicinos suos, vt ipsi minus confundantur, vt si dicant: Sumus latrones, vsurarij, petiuri, et consimilia: et tales a confessoribus corripiendi sunt, quia rectam formam confessionis non feruant. Aut peccata aliena sunt nostris coniuncta, et admixta, ita quod sine illis non potest bene culpa propria explicari: et tunc licitum est confiteri eatenus, quatenus non potest sine alieno peccato culpa propria explicari. Vnde sufficit aliquando in generali: vt si mulier cognita est ab Episcopo, (quod absit) sufficit dicere, quod aliquis magnus praelatus eam cognouit. Si a persona religiosa, sufficit quod in generalitate sua stet, quia satis apparet genus culpae. Si vero descendat ad personam singularem, increpanda est persona confitens. Similiter nec debet confessor curiose inquirere de persona. Sed si suspicatur, quod sit persona cui possit prodesse: et competens et vtile sit illi scire, potest extra forum confessionis illam inquirere. Na talia frequenter sunt occasio frangendi sigillum confessionis, vbi est maximum periculum, sicut patet infernus. Si vero peccatum non potest explicari sine explicatione personae determinatae: vtpote si mulier inordinate a viro cognita est, tunc si dicat de marito, non peccat, pro eo quod non potest aliter confiteri propriam culpam: et tunc non debet attendi accusatio aliena, sed accusatio propria: Et sic generaliter verum est, quod peccata aliena non sunt dicenda in confessione, nisi eatenus, quatenus sunt propria: nec confessores debent inquirere. Vnde illi confessores qui ramusculos in confessionibus inquirunt, et audiunt de alijs malum, et sustinent, vix aut nunquam a peccato detractio- nis excusari possunt: et nesciunt mederi animabus, dum

FVNDAMENTA. Psal. 32. 6. Genes. 9. d

dum patiuntur eos qui veniunt ad medicinam alios accusando sibi infligere vulnus graue. Concedenda igitur sunt rationes ostendentes peccata aliorum, secundum quod alium accusant, in foro confessionis passim non esse dicenda, nec audienda. Concedendum nihilominus, quod in casu possunt dici propter curacionem vulneris sui.

1. A D illud tamen quod obijcitur de Neemia, et Daniele, dicendum quod alius fuit modus confitendi, quia ille fiebat Deo ad ipsius iustitiae laudem, et ad impetrandam misericordiam toti populo: hic autem fit, vt homo se accuset coram sacerdote, vt possit iudicari, et absolui. Et quia sacerdos est iudex priuatus, ideo tantum propria peccata dicere debet.

2. 3. A D illud quod obijcitur de contritione, et satisfactione, dicendum quod si condoleo peccato proximi, et punio me pro illo, misericordiam illi impetro, non iniuriam facio: non sic quando eum accuso: et ideo non est simile.

4. A D illud quod obijcitur, quod facit ad proprii peccati curam, et cautelam, dicendum quod in tali casu licet: multum tamen est obseruandum, ne quis alium accuset in illo actu: sed si quis videret expedire scire peccatum alienum propter utilitatem eius, vel commune bonum, tutius est extra forum confessionis perquirere, et audire.

A R T I C V L V S II.

C O N S E Q V E N T E R quantum ad secundum articulum quaeritur de sigillo confessionis. Et circa hoc tria quaeruntur. Primo quaeritur, vtrum in aliquo casu liceat confessionem reuelare. Secundo, vtrum confitens possit sacerdotem licentiarum, vt reuelat. Tertio vtrum illud quod dupliciter nouit sacerdos, scilicet per confessionem, et per aliam viam, teneatur celare.

Q V A E S T I O I.

An sacerdos possit reuelare confessionem.

Alex. Alenf. 4. p. q. 19. Memb. 2. art. 1. S. Thomas in Suppl. 3. p. q. 21. art. 1. Et 4. Sent. dist. 21. q. 3. art. 2. Scotus 4. Sent. dist. 21. q. 2. Richardus 4. Sent. dist. 21. art. 4. q. 2. Franc. de Mayr. 4. Sent. d. 21. q. 3. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 21. q. 1. art. 1. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 21. q. 10. Gabr. Biel. 4. Sent. d. 21. q. 1. art. 3.

FVNDAMENTA. Dist. 6.

V D sacerdos non possit reuelare confessionem, ostenditur. Gregorius de poenitentia: Sacerdos ante omnia caueat, ne de his, qui ei confitentur peccata sua, alicui recitet. I T E M decretalis edita in Concilio generali de poenitentia et remissionibus: Caueat autem sacerdos, ne verbo, vel signo, vel quouis alio modo prodatur aliquatenus peccatorem.

I T E M hoc videtur ratione, quia peccata in confessione delentur: sed pro peccato quod Deus remisit, nemo est accusandus: ergo si sacerdos est minister remissionis, non potest accusare, vel detegere peccatorem, quin faciat contra officium veri sacerdotis: ergo omnis talis est deponendus.

I T E M peccator confitetur sacerdoti, et sacerdos accipit loco Dei: sed Deus peccatum poenitentis occultat, et non detegit: ergo et sacerdos tenetur occultare.

S. Bon. To. 5.

I T E M sacerdos qui audit peccatorem, nescit vtrum dicat sibi verum: ergo nescit vtrum ille sit culpabilis: ergo si nullius peccatum debemus accusare nisi eius, de quo nobis constat: ergo peccatum per confessionem cognitum nullatenus est prodendum.

1. C O N T R A: Ponatur quod aliquis iuret dicere verum super aliquo facto, et nullus potest, nec debet mentiri, nec falsum iurare, nec periurare, siue deierare propter aliquod scandalum euitandum: ergo magis debet manifestare, quam falsum respondere.

2. I T E M ponatur quod audiat hereticum in confessione qui nolit poenitere, sed alios corrumpere, magis debet fidem Christo seruare sacerdos, quam ipsi haeretico: ergo magis debet confessionem illius detegere, quam permittat eum gregem Domini corrumpere.

3. I T E M ponatur quod sacerdos sciat per confessionem inter duos contractam esse affinitatem per coitum fornicarium, et post eos velle contrahere in facie Ecclesiae, si sacerdos iungit istos, cum illi peccent mortaliter, consentit peccato eorum: ergo mortaliter peccat: ergo si non debet scelere alieni fieri particeps, debet hoc manifestare. Similis casus est in Decano, qui audiuit confessionem habentium irregularitatem, an debeat eos praesentare ordinandos ab Episcopo, vel reuelare confessionem.

4. I T E M ponatur quod aliquid prior de ordine monachorum constitatur abbati, et quamdiu est in prioratu habeat occasionem trahentem ad peccatum, a quo non vult desistere, si habet curam animae suae tenetur inde illum amouere: sed amouendo innotescit ipsum peccasse: ergo videtur quod confessio possit aliquo modo reuelari.

C O N C L V S I O .

Pro nullo scandalo, vel causa confessio a sacerdote est reuelanda, quia aliena peccata debet nouisse, quasi non audierit.

R E S P. A D A R G. Ad hoc voluerunt aliqui distinguere, quod dupliciter potest vni sacerdoti confiteri. Aut tamquam poenitens, et volens a peccato absolui: et tunc sigillum confessionis claudit omne, quod dicit sine apertione. Aut ita quod non vult a peccato desistere, vt si reuelatur propositum periurandi, vel occidendi hominem, vel aliquid tale: et tunc non tenetur sub sigillo confessionis claudere, sed tunc potest dicere ei, qui potest prodesse, et non obesse. Sed quoniam istud videatur dici probabiliter, tamen cum mandatum, et institutio de omni culpa dicat generaliter oppositum, et poenitens peccatum suum non tamquam homini, sed tamquam Deo reuelat, et nesciat sacerdos vtrum ille verum dicat, an eum seducat, nisi manifestatum fuerit per aliam personam, nullatenus debet manifestare personam illam, propter hoc quod sigillum confessionis diligentissime est custodiendum, scilicet propter scandalum, ne poenitens retrahatur a confessione. Propter quod etiam miraculum magnum in quadam nauis contigit (vt narratur) de quodam, qui peccata sua publice confessus est in mari, et postquam ventum esset ad portum, nemo nouit quid dixerit: Vnde sacerdos taliter debet noscere quasi non audierit, et quasi non nouerit: Et propter hoc dicendum, quod (sicut dicit Gregorius, et habetur in littera) pro nullo scandalo est confessio reuelanda.

1. A D illud ergo quod obijcitur de iuramento, dicendum quod secure potest dicere, nescio: nec periurat, quia iuramentum non obligat illum ad dicendum nisi illud, quod nouit vt homo, non vt Deus, quia supra Deum nullus est. Vnde pro nullo praepcepto obedientiae, pro nullo iuramento, vel periculo debet illud dicere.

AD OPPOSITUM

Opinio aliorum.

Improb.

2. Ad illud quod obijcitur de heretico, dicendum quod debet tacere, nec per illam cognitionem aliquid dicere specialiter. Tamen sine reuelatione confessionis superiori dicere potest: Vigila super oues, quia lupus est in grege, si probabili ter videt illum, qui confessus est, verum dixisse, et periculum ouium imminere. Potest etiam et debet esse sollicitus sine reuelatione confessionis quo modo sciat, et regi Dominico prouideat: et tunc Domino suo, et etiam confitentem fidem, quam debet, seruat.

3. Ad illud quod obijcitur de presbytero, dicendum quod presbyter debet dissuadere ei, qui est confessus, et similiter Decanus clerico: et si ille petat, debet differre: et nisi ille cogatur per superiorem, vel per scandalum populi, non debet nec matrimonium tale benedicere, nec clericos præsentare. Ex tunc autem potest, quia non ipse facit, sed Ecclesia, et Ecclesia iudicat secundum ea, quæ exterius sunt. Consilium tamen est, quod et sacerdos, et Decanus faciant per vicarium, tum propter confusionem illorum occultam, tum etiam propter criminis horrorem. Si tamen ipse faciat, non credo quod peccet, dum non vltro se offerat, sed coactus sustineat.

4. Ad illud quod quæritur de subdito, qui non vult a culpa cessare, dicendum quod superior debet ei persuadere voluntariam confessionem, et quod ipse petat absoluti ab onere officij. Quod si non vult, non debet eum absoluerè, sed debet eum sustinere, nisi sit talis religio, in qua subditi possunt transmutari, vel transferri sine diffamiae nota.

Q V Æ S T I O II.

An confitens possit licentiarè confessorem, vt sua peccata dicat.

Alex. Alenf. 4. p. q. 19. membr. 2. ar. 1. §. 1. S. Tho. in suppl. 3. p. q. 1. ar. 4. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 21. q. 1. Gabr. Biel. 4. Sent. dist. 21. q. 1. dub. 4.

FVNDAMENTA.



TRVM confitens possit sacerdotem licentiarè. Et quod non, videtur, quia ad celandam confessionem arctatur per mandatū superioris, scilicet Papæ: sed inferior a mandato superioris non potest absoluerè: ergo nec ad contrarium mandato licentiarè.

ITEM sigillum confessionis institutum est non solum propter vitandum scandalum confitentis: sed etiam Ecclesiæ totius vnitatis: ergo quantumcumque confitens velit, si reuelet, præiudicium toti Ecclesiæ facit: ergo non potest ab eo licentiarè.

ITEM sigillum istud institutum est propter scandalum vitandum, sed si quis reuelat per licentiam, potest suscitari idem scandalum quod sine licentia, quia confitens pœnitere possit de licentia data, et imponere sacerdoti confessionis reuelationem, et cum habeat iudicium pro seipso, possit idem scandalum concitari, quod et sine licentia.

ITEM si licentiarè possunt: ergo cum mali et impij sacerdotes possent prætere licentiam sibi datam, videretur tunc, quod sub hoc pallio confessionem impune reuelare possent: sed hoc est inconueniens: ergo, et c.

AD OPPOSITVM. CONTRA: Celatio confessionis est in fauorem confitentis: sed quilibet potest cedere iuri suo: ergo potest confitens dare licentiam reuelandi.

ITEM qui potest dicere peccatum per seipsum, potest per sacerdotem alij sacerdoti denudare: ergo et per ipsum alij reuelare.

ITEM quod dicitur homini, vt homini in casu vtili, potest et debet ab eo dici: sed confitens qui dicit confessori vt Deo, potest dicere vt homini: ergo potest dare licentiam reuelandi alij.

ITEM constat quod superior potest mittere ad inferiorem, et auctoritatem absoluerè ab aliquo peccato enormi ei præbere: sed hoc non possit, nisi possit per voluntatem confitentis peccatum alij reuelare: ergo, et c.

CONCLUSIO.

Confitens potest licentiarè confessorem, vt sua peccata dicat, quando facit eum nuncium in casu, in quo non timeatur scandalum: quia si scandalali periculum adsit, non debet accusare.

RESP. AD ARG. Dicendum quod sicut dictum est, sacerdos non debet propter duo, scilicet, quia nouit solum vt Deus, et iterum ne populum scandalizet, vel etiam ipsum confitentem. Et quia confitens potest facere quod ipse nouit, vt homo, quando facit eum nuncium, potest eum licentiarè in casu, in quo non timetur periculum scandalali, sicut ostendunt rationes secundo inductæ. Vbi autem periculum scandalali formidatur, quantumcumque pœnitens licentiarè sacerdotem, non debet sacerdos assumere. Tunc autem potest timeri periculum scandalali, quando probabiliter possit conici, quod sacerdos confessionem suam reuelauit. Vnde si dicat quod alij referat peccatum, debet ipse sacerdos pœnitentem suum constituerè, nõ se nuncium facere, et sic vitatur scandalum et non rumpitur sigillum confessionis. Et intelligatur hoc cũ illa generali suppositione, quod peccatum alicuius nulli est manifestandum, nisi ei qui possit prodesse, nec velit obesse. Intelligitur etiam hoc de peccatis proprijs non de alienis. Nam aliena peccata dicere non potest, neque debet pœnitens alicui committere, nisi forte in casu, in quo ipse deberet dicere: et melius per alium, quam per se potest bonum illius procurare, semper adhibita cautela, vt ex hoc non scandalizetur Ecclesia. Et sic patent obiecta.

Sacerdos potest confessionem reuelare de licentia peccantis.

Q V Æ S T I O III.

An sciens aliquid per confessionem et per aliam viam teneatur celare.

Alex. Alenf. 4. p. q. 19. Membr. 2. ar. 1. §. 2. S. Tho. in suppl. 3. p. q. 1. ar. 5. Rich. 4. Sent. dist. 21. ar. 4. q. 3. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 21. q. 1. ar. 1. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 21. q. 1. 2. Gabr. Biel. 4. Sent. d. 21. q. 1. dub. 3.



TRVM sciens aliquid per confessionem, et per aliam viam, teneatur celare. Et quod sic, videtur. Primo per quamdam decretalem Innocentij de pœnitentijs et remissionibus: Qui peccatum sibi in pœnitentia detectum præsumptè reuelare, non solum a sacerdotali officio deponendum decernimus, verum etiam ad agenda pœnitentiam in arctum monasterium detrudendum: ergo si aliquis nouit aliquid peccatum per confessionem, qualitercumque illud nouerit, aliter non videtur quod possit illud idem per confessionem detegere.

ITEM confessionis sigillum, vt supra probatū est, nullo pacto

pacto est infringendum: sed tunc infringitur quando confessio reuelatur: impossibile autem est reuelari hoc peccatum auditum in confessione, quin reueletur confessio: sed confessio nullo modo est reuelanda: ergo nec illud peccatum: et potest fieri talis syllogismus: Nulla confessio est reuelanda: hoc peccatum est confessio, vel pars confessionis, quod dupliciter nouit: ergo, et c.

ITEM talis qui scit per confessionem et per aliam viam, nouit vt homo, et vt Deus. Sed in quantum nouit vt Deus, tenetur tacere: in quantum vt homo, potest dicere ei, qui potest prodesse: ergo istæ duæ oppositæ habent conditiones: quandocumque autem oppositæ sunt circa idem, necesse est quod alterum, vel vtrumque cadat a sui proprietate: si ergo maius dominatur supra minus, et dominando vincit, et cognitio, qua cognoscit per modum Dei, simpliciter maior est: ergo videtur quod illam tenetur sequi et ita celare.

ITEM sigillum confessionis ita arte institutum est propter scandalum, et ne mali sacerdotes malignari possint, et fideles per hoc a confessione retrahi: sed si ita esset quod possit aliquis reuelare quod per aliam viam nouit, quilibet sub hoc prætextu posset omnia, vel pro magna parte reuelare, dicens se aliter nosse, et sic nullus malus posset conuincere nec in malitia deprehendi.

ITEM sigillum confessionis ita annexum est confessioni, vt quicumque confessiones audit, hoc ipso quod audit se obligat ad secreti habitationem: sed si tu scires aliquid, et postmodum promitteres referenti illud, quod numquam illud diceres, teneris omnino celare: tunc ergo videtur similiter quod tenetur celare illud, quod aliter quam per confessionem nouerat.

FVNDAMENTA.

CONTRA hoc arguitur sic, et suppono hic quinque: quæ sunt per se nota. Prima suppositio est, quod nihil statuendum est neque seruandum, in quo hæc præiudicium veritati. Secunda est, quod fraus et dolus nemini debet patrocinari. Tertia est hæc, quod nullus pro aliquo tenetur mentiri. Quarta est hæc, quod nullus scilicet reddat se impotentem ad id, quod tenetur sine peccato mortali. Quinta est hæc, quod nihil debet statui nec seruari, vnde innocens possit rationabiliter accusari et condemnari, et alij de peccato scandalizari.

Ex prima arguo sic: Nihil seruandum est in quo fiat præiudicium veritati: sed aliquis sacerdos potest in causa testificari, vt potest qui cum alio vidit furem, vel aliquod simile, cuius testificatione subtrahita latebit veritas et regnabit falsitas: si ergo talis confessionem de culpa audiat, et hoc ipso testificari non velit, fit præiudicium veritati: ergo si hoc non debet fieri, non obligatur ad tacendum.

Ex secunda sic: Fraus et dolus nemini debet patrocinari: sed aliquis peccator sciens se esse reum et accusationem dignum, hoc solo confitetur, vt os sacerdos claudat: si ergo claudit, ac per hoc remanet impunitus, fraus et dolus sibi patrocinantur: ergo si hoc est inconueniens: patet, et c.

Ex tertia sic: Nullus pro aliquo tenetur mentiri: sed iste qui nouit aliter quam per confessionem, non potest dicere, nescio, quin mentiar, quia nouit vt homo et vt Deus: si ergo iurauit veritatem dicere, tenetur quod nouit vt homo reuelare, cum ad hoc iuramentum posset ipsum arctare.

Ex quarta sic: Esto quod aliquis teneatur accusare proximum apud prælatum, tum ex mandato diuino, tum ex mandato prælati sui, iste vidit eum peccatum, et audiuit eum confitentem: si ergo tenebatur ex visu dicere, et ex auditu confessionis reddidit se impotentem: ergo quando audiuit eius confessionem peccatum mortaliter, quod nullo modo videtur probabile.

Ex quinta sic: Nihil debet seruari, vnde innocens

possit rationabiliter condemnari: sed ita est in proposito, tenetur celare quod alias nouit: ergo, et c. Probatio: Ponatur casus quod quatuor vadant per viam, vnus peccat in conspectu omnium, vnde accusandus est coram prælato et puniendus, confitetur vni de tribus: duo alij accusant illum qui peccauit, et testificantur contra eum, et ad maius robur testimonij aduocant tertium: tertio præcipitur, quod dicat, et illi eum accusant, nisi dicat, tamquam fautor sit in aliena culpa, et prælatus rationabiliter punit ipsum ad duorum testimonium de inobedientia: si ergo totum iniquum est, videtur quod non tenetur celare. Si tu dicas mihi, quod sacerdos debet confitenti protestari, quod non accipit sub sigillo confessionis. Contra: Quæro quando, aut antequam confiteatur, aut postquam confessus est. Sed ante non tenetur, quia nescit, quid sibi velit dicere. Si postquam confessio audita est, hoc nihil est, quia ex quo confessio facta fuit, sigillum habuit: ergo per suam protestationem non potest infringere. Et iterum: Quilibet sacerdos potest dicere confitenti: Nolo illud sub sigillo accipere. Præterea: Esto quod obliuiscatur illud dicere, et habeat in corde, quamuis non in ore, videtur quod idem debeat accidere.

CONCLUSIO.

Confessor, si aliquod peccatum alia via quam per confessionem sciat, et illud quoque in confessione audierit, sine præiudicio confessionis potest illud dicere.

RESPOND. AD ARG. Dicendum quod triplex est hic modus dicendi. Primus est iste: Dicunt enim quidam, quod ex quo aliquis scit aliquid per confessionem, qualitercumque sciat, et quandocumque sciat, illud vere non potest reuelari, quia non potest tale quid reuelari, cum sit pars confessionis, quin fiat sigillo confessionis præiudicium: quod maxime, et præcipue seruandum est integrum. Ad obiecta respondent, sicut supra tactum est, quod si videatur generari præiudicium, vel sequi malum, non debet recipere sub sigillo confessionis, sed cum protestatione, quod nolit tenere secretum. Sed etsi ista opinio pia videatur, pro eo quod multum tribuit sigillo scilicet confessionis: tamen posset ducere in magnum periculum, scilicet quod fieret veritati, et innocentia, et obedientia præiudicium, et fraudi præstaretur patrocinium, sicut ostensum est. Et constat quod sigillum confessionis institutum est ad vitandum scandalum, veritas autem propter scandalum dimittenda non est. Et iterum: Illa protestatio non facit vt possit reuelare, quod alias tenetur celare. Et iterum: Si aliquis audiuit confessionem alicuius, et ille de illo peccato sit infamis, numquid fractor sigilli dicitur, si de hac materia cum aliquibus loquitur, hoc videtur nimis durum, et impium. Et ideo est secunda positio, quæ videtur esse temperatio, quod confessio claudit os respectu cognitionis præcedentis, non respectu sequentis. Et ratio huius est, quia ille qui prius nouit, et illud in confessione recipit, os sibi claudit, respectu præcedentis, sed non respectu sequentis. Sed hæc positio minus est rationabilis, quam prima, quamuis videatur magis sobria. Primum, quia ex hac positione ita generatur veritati præiudicium, sicut ex prima. Vltimus dicit, quod sigillum confessionis potest omnem cognitionem antecedentem claudere, et post cognitionem superueniens potest illud aperire. Si enim confessio ideo clauderet prius scitum: quia reuelare scitum est frangere sigillum: cum illud continetur sub sigillo, quo modo cognitio sequens dabit potentiam loquendi, vel manifestandi illud, quod sub sigillo erat clausum? Aut si reuelare quod post scitur, in quantum

Opinio 1.

Quæst. præcedenti.

Improb.

Opinio 2.

Improb.

Opin. 3.

post citur, non præiudicat confessionis sigillo, quare reuelare prius scitum, cum vnum, et idem possit sciri per visum, deinde per confessionem, didicit tertio per aliorum reuelationem? Et ideo est tertius modus dicendi magis consonus veritati, et rationi, quod illud quod scitur duplici via, duplici cognitione scitur. Et sicut duplici cognitione scitur, ita potest homo obliuisci vnum modum sciendi, et memorari alterum, sicut patet: quia aliquando obliuiscitur homo se vidisse, et recordatur se audiuisse, vel obliuiscitur se audiuisse per relationem, et meminit se audiuisse in confessione. Et sicut duplex est scientia, siue modus sciendi, sic duplex est modus reuelandi, nec vnus præiudicat alteri: vt si quis dicat: Ego vidi. vel dicat: Ego in confessione didici: nec vnus modus alteri præiudicat: et sine sigilli fractione, et præiudicio, et absque præiudicio veritatis potest quod scitum est per confessionem, et per alium modum reuelari: ita tamen quod modus sciendi per confessionem semper maneat in occulto. Quia tamen posset ex hoc scandalum generari, maxime apud penitentem, et apud alios, credo quod de bono, et æquo magis debet celare, quam vnus alius. Et ideo propter vitandum scandalum penitentis debet ei protefari in confessione, quod non debet illud celare, non quia illa protefatio acquirat reuelandi, sed quia proximo auferat rationem scandalum. Debet etiam permittere se cogi ad dicendum: Cogitur autem, siue quia veritati generatur præiudicium, siue per mandatum: Et extunc potest dicere absque omni remorsu. Cum magna enim maturitate reuelandum est alienum peccatum, etiam vbi non est annexum confessionis sigillum. Et hæc positio rationabilior, et securior videtur, et iuris periti in hanc magis consentiant.

Explicatio

1. A D illud quod obijcitur de decretali, dicendum quod loquitur de reuelatione peccati eatenus, quatenus per confessionem scitum est, vnde grauem imponit penam, in qua pena dicitur quod debet intrudi in monasterium arctum: et hoc intelligitur, non quia cogat ad emitendum votum, sed quia pro tanto cri-

mine compellit ad perpetue puniendum.
 2. A D illud quod obijcitur, quod nullo modo confessio est reuelanda, et cet. dicendum quod ibi est philosophica secundum accidens, pro eo quod isti peccato inquam reuelandum extranea est confessio: cum enim dupliciter sciatur, secundum vnum modum reuelari potest, et debet: secundum alium vero minime: et ideo primum quod proponit est falsum, scilicet quod non potest hoc peccatum reuelari, quin reueletur confessio.
 3. A D illud quod obijcitur, quod ista cognitiones habet oppositionem, et gradum, dicendum quod verum est quod gradum habent, sed tamen non habent oppositionem, pro eo quod secundum diuersas vias sunt: vnde idem potest esse scitum, et creditum: sic in proposito est intelligendum.
 4. A D illud quod obijcitur, quod malis auferenda est occasio malignandi, dicendum quod numquam omnino potest malis claudi aditus malefaciendi, nec adeo debet claudi, quod ex hoc claudatur bonis via recte agendi: nec debet claudi aditus vni malo, vt aperiatur alteri: et ideo ratio illa non concludit, quod illud quod dupliciter est cognitum, necessario oporteat celari.
 5. A D illud quod obijcitur, quod promittit habere secretum cum audit, verum est ipsam confessionem, et illud eatenus quatenus sic scitur: aliter non promittit, et si etiam promitteret, vbi veritas, vel obedientia præcipere reuelari, potest promissio, vel iuramentum nullum esse. Vnde si vidissem proximum peccantem tali peccato, quod teneor dicere superiori, si iurem sibi non dicere, non absoluo, immo dicere oportet, et facienda est penitentia de periurio, pro eo quod contra iustitiam iurauit: et sic patet totum. Ex hoc autem quod dictum est, non debet sacerdos sumere audaciam reuelandi, et loquendi de facili de eo quod per confessionem nouit, pro eo quod confessionis sigillum adeo est custodiendum, vt non solum vitetur fractio, immo etiam dignum est, vt tollatur de hoc omnis suspitio, ne in contemptum veniat sacramentum confessionis.

Aliquorū opinio.

Matt. 18. d. De pec. d. 4. in princ. et c. seq.

Lib. 4. dial. c. 60. Luca 6. f. Habetur de pen. d. 4. c. Dixit Dominus. Super Luc. lib. 4. c. 47.



QUAE multis auctoritatibus supra sit assertum, in vera cordis contritione peccata dimitti ante oris confessionem, vel operis satisfactionem, ei etiam qui aliquando in crimen relapsurus est: queritur si post cordis contritionem confiteri contempserit, vel in peccatum idem, vel simile ceciderit, an peccata dimissa redeant. Cuius questionis solutio obscura est, et perplexa, alijs asserentibus, alijs contra negantibus peccata semel dimissa, vberius replicari ad penam. Qui vero dicunt peccata dimissa redire, subditis se muniunt testimonijs. Ambrosius ait: Donate inuicem, si alter in alterum peccat: alioquin Deus repetit dimissa. Si enim in his contempserit, sine dubio renocabit sententiam, per quam misericordiam dederat: sicut in Evangelio de seruo nequam legitur, qui in conseruum suum impius deprehensus est. Item Rabanus: Nequam seruum tradidit Deus tortoribus, quoadusque redderet vniuersum debitum: quia non solum peccata, que post baptismum homo egit, reputabuntur ei ad penam, sed etiam originalia, que in baptismo sunt ei dimissa. Item Gregorius: Ex dictis Euangelicis constat, quia si ex toto corde non dimittimus quod in nos delinquitur, et hoc rursum exigitur, quod iam nobis per penitentiam dimissum fuisse gaudebamus. Item Augustinus: Dicit Deus: Dimitte, et dimittetur tibi: si ego prius dimisi, dimitte tu postea. Nam si non dimiseris, renocabo te: et quidquid dimiseram, replicabo tibi. Item qui diuini beneficii oblitus, suas vult vindicare iniurias, non solum de futuris peccatis veniam non merebitur: sed etiam præterita, que iam sibi dimissa credebat, ad vindictam ei replicabuntur. Item Beda: Reuertar in domum meam, et cet. Timentus

mendus est ille versiculus, non exponendus: ne culpa, quam in nobis extinctam credebamus, per incuriam nos vacantes opprimat. Item quemcumque enim post baptismum siue prauitas heretica, seu cupiditas mundana arriperit, mox omnium prosterneat in ima vitiorum. Item Augustinus: Redire dimissa peccata, vbi fraternam charitatem non est, apertissime Dominus in Evangelio docet in illo seruo, a quo dimissum Dominus debitum petijt: eo quod ille conseruo suo debitum nollet dimittere. His auctoritatibus inniuntur, qui dicunt peccata dimissa, si replicantur, redire simpliciter. Quibus opponitur: Si quis pro peccato, de quo penituit, et indulgentiam accepit, iterum punitur, non videtur iustum. Si punitur pro eo quod peccauit, et non emendauit, iniustitia est aperta. Si vero requiritur quod fuerat condonatum, vel iniustitia est, vel iniustitia occulta. Videtur etiam Deus bis in idipsum iudicare, et duplex tribulatio consurgere: quod Scriptura negat. Sed ad hoc potest dici, quod neque duplex tribulatio consurgit, neque iudicat Deus bis in idipsum. Hoc enim fieret, si post condignam satisfactionem, et sufficientem penam iterum puniret: sed non satisfacit digne et sufficienter, qui non perseuerauit. Debit enim ingem peccati habere memoriam, non ad faciendam, sed ad cauendum. Debit non obliuisci omnes retributiones Dei: quæ tot sunt, quot sunt peccatorum remissiones. Tot ergo debuit cogitare dona Dei, quot mala sua: ac pro illis usque in finem gratias agere. Sed quia ingratus ad vomitum sicut canis redijt, ante acta bona mortificauit, et peccatum dimissum renocauit: vt cui humiliato ante Deus peccatum dimiserat, eundem postea elato et ingrato imputet.

Ibidem.

Lib. de baptismo de pen. dist. 4. Mar. 18. d. Oppositio.

Nab. 1. c. Solutio.

2. Pet. 2. d.

Aliorum sententia.

SED quia absolum videtur, vt peccata dimissa iterum imputentur, placet quibusdam neminem pro peccatis semel dimissis iterum a Deo puniri. Sed ideo dicuntur dimissa redire et imputari, quia propter ingrattitudinem ita reus et peccator constituitur, vt ante fuerat. Sic enim quod dimissum fuerat dicitur exigi, quia remissionis perceptæ ingratus ita reus fit vt ante fuerat. Vtrique parti questionis probati fauent doctores. Ideoq. alicui parti non præiudicans, studiosi lectori iudicium relinquo, addens mihi tutum fore, ac saluti propinquum sub mensa dominorum micæ edere.

Aliorum opinio.

Verâque licet tenere secundum Magistrum Matt. 15. q.

Quid sit hic Sacramentum, et Res.

POST prædicta restat inuestigare, quid in actione penitentia sit Sacramentum, et Res. Sacramentum enim signum est sacra rei. Quid ergo hic signum est? et qua est res sacra huius signi? Quidam dicunt sacramentum hic esse quod exterius tantum geritur, scilicet exterior penitentia, qua est signum interioris penitentia, scilicet contritionis cordis, et humilitatis. Quod si est, non omne sacramentum Euangelicum id efficit quod figurat. Exterior enim penitentia non efficit interiorem, potius interior causa est exterioris. Sed ad hoc, inquit illi, hoc esse intelligendum de illis sacramentis, que in nouo testamento instituta sunt: vt est sacramentum baptismi, confirmationis, et corporis Christi. Sacramentum vero penitentia, sicut et coniugij, ante tempus gratia, etiam a primordio humani generis fuit. Vtrumque enim institutum fuit in primis parentibus. Item: Si exterior penitentia sacramentum est, et interior res sacramenti, sapius præcedit res sacramentum, quam sacramentum rem. Sed nec hoc inconueniens est. Nam et in alijs sacramentis, que efficiunt quod figurant, hoc sepe contingit. Quidam autem dicunt, exteriorem penitentiam et interiorem esse sacramentum, nec duo sacramenta, sed vnum, vt species panis, et vini non duo sunt sacramenta, sed vnum. Et sicut in sacramento corporis, ita etiam in hoc sacramento dicunt aliud esse tantum sacramentum, scilicet exteriorem penitentiam: aliud sacramentum et rem, scilicet interiorem penitentiam: aliud rem et non sacramentum, scilicet remissionem peccatorum. Interior enim penitentia et res est sacramenti, id est exterioris penitentia, et sacramentum remissionis peccati, quam signat et facit. Exterior quoque penitentia et interioris signum est, et remissionis peccatorum.

Gandulphus.

Aliquorū opinio.

Oppositio prima. Solutio.

Opposit. 2.

Solutio.

Opin. aliorum.

DIST.

DISTINCT. XXII.

Ostendit quantum confessionis contemptus obfit.

Cumque multis auctoritatibus supra sit assertum, et cetera.

Expositio textus.

Diuisio.

In particula precedenti egit Magister de uilitate confessionis recte factae. In hac parte agit de damno confessionis omittae. Vnde quaerit, utrum propter omissionem confessionis redeant peccata dimissa. Et habet haec pars quatuor particulas. In prima mouet quaestionem. In secunda ponit vnam opinionem cum sua confirmatione, ibi: Qui vero dicunt peccata dimissa, et cetera. In tertia soluit quae uidentur facere contra praedictam rationem, ibi: His auctoritatibus inniuntur. In quarta ponit aliam opinionem, ibi: Sed quia absonum uidetur, ut peccata, et cetera. ubi ponit aliam opinionem minus temperatam. Post praedicta restat inuestigare. Haec est ultima pars huius partis, in qua agit de poenitentia, secundum quod habet rationem signi, quae fuit diuisa contra totam partem. Sunt autem in hac parte duae particulae secundum duplicem opinionem, quam ponit, quid sit in poenitentia signu, et quid signatum. Primam ponit, ibi: Post praedicta considerandum, et cetera. Secundam, ibi: Quidam autem dicunt exteriorem poenitentiam.

Non solum peccata, qua post baptismum, et cetera. Dub. I.

Innuat quod non solum peccata, quae fecit homo post baptismum, sed etiam originalia reputabuntur ei ad poenam. Contra: Videtur falsum dicere, quia originale est a naturali origine: sed aliquis non bis potest nasci carnaliter: ergo non potest originale iterari. Item originale non est ab vno nisi vnum: ergo male dicit, quod redeunt originalia pluraliter. Item quaeritur, utrum similiter possit dici, quod redeunt uenialia.

Respondeo. Dicendum quod in originali duo sunt, scilicet carentia debite iustitiae, et ulterius prouitas: non fiat vis utrum ista differant secundum rem. Ratione primi prouat a uisione Dei, sed ratione secundi frequenter in malum trahit. Ratione utriusque dicitur quodam modo redire, quia prouitates intenduntur, et huiusmodi indignus uisione Dei efficitur, et ita quodam modo redit in consimili reatu. Quod ergo dicitur, quod non potest iterari, uerum est in se. Quod obijciunt, quod dicitur pluraliter, dicendum quod hoc est ratione plurium prouitatum. Quod quaeritur de ueniali, dicendum quod potest aliquo modo dici, licet adhuc magis improprie, quam peccata alia. Est enim ibi quodam modo in gratitudo.

Tot ergo debuit cogitare dona. Dub. II.

Ex hoc uidetur, quod ad tot gratiarum actiones tenetur quis, quot percepit beneficia: sed quia quilibet nostrum recipit quotidie innumerabilia beneficia: ergo ad innumerabiles tenemur gratiarum actiones. Item si ad tot tenemur gratiarum actiones, quot peccata sunt dimissa: ergo uidetur similiter, quod si aliquis dedit alicui centum denarios, tenetur similiter centies gratias agere.

Respondeo. Dicendum quod sicut de peccatis sufficit conteri in communi, ita quod omnia detestetur, ita tamen quod nullum placeat: sic de omnibus sufficit gra-

tias agere in communi: ita tamen quod de nullo in speciali ingratus existat: et secundum quod plura sunt beneficia, maiores debet gratias agere: et per oppositum si non agit, magis ingratus indicatur esse: et pro tanto dicitur, quod debet pro omnibus gratias agere, non ita quod pro quolibet diuisim suam oportet gratiarum actionem exhibere, sed quanto plura fuerint, magis accusant ingratum de ingratitude, et faciunt dignum increpatione.

Quia propter ingratitude ita reus, et peccator committitur, ut ante fuerat. Dub. III.

Quaeritur hic, utrum ista ingratitude dicatur genus peccati, vel circumstantia. Si genus, uidetur tunc quod necessario quilibet peccet duplici genere peccati in quolibet peccato, quia quilibet immemor est beneficii accepti, cum Deum offendit. Si circumstantia solum, non uidetur ita aggravare peccatum. Item uidetur quod non tantum sit circumstantia, quia gratiarum actio est actus uirtutis, quae est gratitudo: ergo ingratitude est speciale vitium.

Respondeo. Dicendum quod ad hoc quod aliquis sit, uere gratus, duo requiruntur, scilicet quod pro loco, et tempore sit memor beneficiorum ad gratias agendum, et quod sit promptus ad obsequendum, et reddendum bonum pro bono. Similiter ingratitude dupliciter dicitur. Vno modo obliuio beneficii cum contemptu, ut puta quando est locus, et tempus agendi gratias, et recognoscendi: et sic est peccatum speciale contentum sub omissione. Alio modo dicitur ingratus, qui recipit bonum, et reddit malum: et haec est circumstantia peccati: et sic est in omni peccato, et tanto magis aggravans, quanto homo plura bona percepit.

ARTICVLVS I.

Ad intelligentiam praesentis distinctionis tria principaliter quaeruntur. Primo quaeritur quantum ad primam partem de reditu peccati. Secundo quaeritur de poenitentia in ratione sacramenti: et hoc quaeritur ad secundam partem. Tertio ad intelligentiam totius partis praecedentis quaeritur de poenitentia in ratione fundamenti. Quantum ad primum quaeruntur duo. Primo quaeritur, utrum peccata redeant, quantum ad maculam, Secundo, utrum redeant quantum ad reatum.

QUESTIO I.

An peccata dimissa redeant quantum ad maculam.

- S. Tho. 3. p. q. 88. art. 1. Et 4. Sent. dist. 22. q. 1. art. 1. Scot. 4. Sent. dist. 22. q. 1. Richardus 4. Sent. dist. 22. q. 2. Durandus 4. Sent. dist. 22. q. 1. Franciscus de Mayr. 4. Sent. dist. 22. q. 1. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 22. q. 1. art. 1. Stephanus Brulef. 4. Sent. dist. 22. q. 1. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 22. q. 1. Gabr. Biel. 4. Sent. dist. 22. q. 1.

Vod peccata redeant quantum ad maculam, uidetur: Charitas operit multitudinem peccatorum: sed remoto operimento, remanet et apparet illud quod operiebatur: si ergo peccatum sequens remouet charitatem,

AD OPPOSITVM. 1. Pet. 4. b

rem, uidetur quod peccata per ipsam dimissa facit in conspectu Dei apparere, et esse.

Item sicut se habet culpa ad mortificandum, ita se habet charitas ad uiuificandum, et e conuerso: sed charitas subsequens uiuificat opera sua prius mortificata: ergo pari ratione culpa sequens facit redire mala prius deleta.

Item peccati deletio est effectus gratiae immediata: sed remota causa proxima, et immediata, remouetur effectus: ergo remota gratia priuatur deletio culpa: si ergo peccatum gratiam priuat, per cuius actum est deletio peccati: ergo peccata priora remanent indeleta.

Item ista duo sunt quae culpam constituunt, scilicet deformitas, et prouitas: sed possibile est peccata priora redire quantum ad deformitatem, et prouitatem: ergo, et cetera. Probatio minoris: Deformitas consistit in deturpatione imaginis, et prouitas in inclinatione ad actum aliquem secundum excessum, sed prouitas remanet post peccatum, et potest per culpam sequentem intendi, et anima deformari: ergo, et cetera.

FVNDAMENTA.

CONTRA: Nihil quod omnino credit in non ens, iteratur omnino idem: sed culpa cum delectetur omnino non est: ergo impossibile est per sequentem actum eandem culpam numero renouari.

Item nihil reducit aliquid deletum ad esse, nisi quod potest facere esse: sed vnus actus non facit nisi vnam maculam siue culpam in anima: ergo impossibile est plura genera peccatorum redire per vnam culpam.

Item contrarium non reducit ad esse suum contrarium: sed possibile est quod aliquis, qui primo peccauit per auaritiam, post modum recidit per prodigalitatem: si ergo prodigalitas non reducit auaritiam ad esse: patet, et cetera.

Item si peccata dimissa redeunt quantum ad culpam: aut ergo quia homo hoc facit, aut quia Deus. Homo non: quia non potest eodem peccato numero bis peccare. Deus non: quia neminem potest facere peccatorem: ergo nullo modo hoc est: ergo, et cetera.

CONCLUSIO.

Dimissa peccata per poenitentiam, quo ad culpam nullo modo redeunt.

Opinio 1. Dist. 14. art. 4. q. 2.

Improb.

Opinio 2.

RESP. AD ARGVM. Dicendum quod aliquorum opinio fuit, quod priora peccata redirent, et priora demerita, sicut ostensum fuit supra, quod redeunt priora merita, et reuiuiscant per gratiam subsequentem. Dicebant enim bona, et mala quantum ad mortificationem, et deletionem, et quantum ad reditum, et uiuificationem pari passu ambulare, secundum illud quod Dominus dicit de viro iusto, qui si se a iustitia auertit, omnium iusticiarum eius non recordabor: et de peccatore resurgente, quod non recordatur iniquitatum. Sed tamen illud non uidetur intellegibile quod eadem charitas amissa redeat, si est habitus creatus, nec quod eadem culpa similiter: si enim omnino deletur, non redit eadem, quae prius, sed noua. Et ideo fuit secunda opinio magis aliquantulum temperata, quod peccata non redeant nisi per quatuor peccatorum genera, scilicet per odium fraternum, per apostasiam, per contemptum confitendi, et per hoc quod dolet se poenituisse. Vnde fecerunt versus: Fratres odit, apostata sit, spernitque sateri. Poenituisse piger, pristina culpa redit.

Ratio autem eorum praeter auctoritates, quae hoc dicere uidentur, et tanguntur in littera, fuit, quia Dominus remittit culpam sub quadruplici conditione, scilicet si ipse dimittat proximo, si perseueret in fide, si confiteatur culpam, si perpetuo detestetur culpam commissam: Et quonia praetio frangitur non existente conditione, quando aliquis peccat aliquo genere peccatorum, dicitur culpam redire. Sed nec ista positio debet teneri, licet fuerit

Improb.

rit magni clerici, scilicet Prepositiui, quoniam non reatum habet fundamentum. Constat enim culpam non deleri nisi per gratiam. Constat etiam ad praesentiam gratiae omnino deleri culpam. Si enim gratia praesens est, culpa omnino deleta est: quod si deleta est, et iam non est, nec est qui faciat eam esse in anima: ideo non uidetur esse probabile quod propter aliquam conditionem deficientem, culpa dimissa iterum redeat. Et ideo est positio probabilis, et recta, quam tenent moderni Doctores, quod peccata dimissa nullo modo redeant quo ad culpam. Et concedendae sunt rationes quo ad partem istam.

Opin. 3. S. Tho. 3. p. q. 88.

Ad illud quod obijciunt primo de remotione operimenti, dicendum quod aliud est operiri in conspectu hominis, aliud in conspectu Dei. In conspectu hominis cooperiri potest aliquid, ita tamen quod propter hoc non desinat: sicut pictura operitur panno, non quia non sit, sed quia non apparet. In conspectu autem Dei quem nihil potest latere, operiri est facere quod non sit: et hoc modo charitas operit priora peccata delendo: et ideo cum iam non sunt, remoto operimento non apparent.

Ad illud quod obijciunt, quod gratia uiuificat opera mortificata, respondetur ad hoc, quod non est simile, tum ex parte gratiae, tum ex parte bonorum, tum ex parte diuinae misericordiae. Ex parte gratiae, quonia ipsa potentior est ad bonum, quam culpa in malum. Ex parte bonorum, quia connexio est in bonis, et manet in uirtute corporis mystici: non sic est in malis. Ex parte diuinae misericordiae, quae prouitior est ad misericordiam, quam ad condemnandum, et ideo non ualeat. Sed aliter potest dici, quod aliud est bona opera mortificari, aliud peccata deleri. Bona naque opera mortificantur, non quia esse desinant, sed quia reputantur indigna remuneratione aeterna propter indignitatem solum peccantis. Sed peccata deleri, uere dicitur peccati expulsionem, et remotionem talis uitij ab anima. Vnde sicut charitas, quae est habitus animae, nunquam eadem redit si amittatur, sic nec culpa eadem redire potest.

Sup. d. 14.

Ad illud quod obijciunt de effectu immediato, dicendum quod effectus habet comparari ad aliquam causam dupliciter: aut sicut introducens, et conseruans, ut lumen ad solem: et sic locum habet illa maxima: aut sicut ad introducentem solum, sic non habet locum. Si enim cultellus infligit plagam, non oportet quod destructo cultello destruatur plaga. Sic in proposito est intelligendum, quod gratia in suo primo aduentu facit culpam, quam inuenit in anima amplius non esse.

Ad illud quod obijciunt de deformitate, et prouitate, dicendum quod neutra redit omnino eadem numero. Sed quauis de prouitate aliquo modo possit esse uerum, non intenditur tamen deformitas, quae est in prouatione boni, et nota displicentiae eadem esse non potest: et haec est culpa proprie loquendo, sicut planum est in secundo Libro.

QUESTIO II.

An peccata dimissa redeant quantum ad reatum.

- S. Tho. 3. p. q. 88. art. 2. Et 4. Sent. dist. 22. q. 1. art. 2. Rich. 4. Sent. dist. 22. q. 2. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 22. q. 1. art. 2. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 22. q. 1. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 22. q. 1.

Item peccata dimissa redeant quantum ad reatum. Et quod sic, uidetur per textum: Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, et cetera. Et post: Tradidit eum toribus, quousque redderet, et cetera. Et post: Sic pater ueliter:

AD OPPOSITVM. Mat. 18. e

vester: ergo Dominus debitum quod dimiserat, item exigat: ergo, et cetera.

2. ITEM ponatur quod aliquis ante completam satisfactionem cadat in culpam, constat quod satisfacere non potest extra gratiam: ponatur ergo quod decedat, iste reatum secum portat, qui non potest solui per poenam satisfactoriam: ergo punitur poena aeterna.

3. ITEM quot peccata sunt isti dimissa, tot tenetur gratias agere, tot etiam tenetur detestari continue peccata: sed cum peccat vno peccato, omittit gratias agere, et peccata detestari: ergo tot poenarum reus erit, quot prius erat.

4. ITEM in legibus humanis seruus manumissus redigitur in seruitutem, quando dominum suum attrahat manu cruenta, vel pro alia enormi offensa: ergo si leges istae a lege procedant aeterna, videtur quod Deus similiter faciat: ergo ita recidiuantem, assidue reputat obligatum ad poenam, sicut prius reputabat.

FVNDAMENTA Nab. i. c

CONTRA: Non iudicat Deus bis in idipsum: Non ergo bis punit: si ergo aliquis pro peccato commissio poenituit, et se punit, videtur quod amplius pro illo non puniatur, quantumcumque peccet alias: ergo, et cetera.

ITEM reatus poenae aeternae est inseparabiliter annexus culpa: sed culpa non potest redire: ergo, et cetera.

ITEM si reatus peccatorum praecedentium redit: ergo nulla est in mundo utilitas, quod quis bene fecit, et poenituit: sed hoc videtur impium dicere: ergo, et cetera.

Rom. ii. d

ITEM: Dona Dei sunt sine poenitentia: ergo si Deus aliquid condonat, non poenitet de condonatione: ergo non potest reatus redire, quem Deus dimisit, vel a quo soluit.

CONCLUSIO.

Peccata illa qua prorsus dimissa sunt, non redeunt per sequentem culpam nisi quo ad poenam damni: qua vero quo ad aliquam partem poenae, nec dum dimissa fuerunt, quo ad illam sic redeunt, quod ratione annexi illa erit aeterna.

Opinio 1.

RESP. AD ARG. Dicendum quod aliqui voluerunt dicere peccata praecedentia redire quo ad reatum, quia per culpam sequentem tot reatibus obligatur ad poenam, quot prius erat obligatus. Et ratio huius tangitur in littera: Dicebant enim, quod quot peccata commiserat, tot vinculis obligabatur, cum veniebat ad poenitentiam, ut detestaretur praeterita mala: et ideo cum peccat, omnia vincula rumpit: et ideo tot reatibus reus est, quot prius peccata commisit. Sed illud nihil est. Primum, quia sufficit vna detestatio detestari cetera: nec tenetur simul, et semel diuissim detestari omnino: ergo in vno non peccat nisi omissione vnica. Aliorum opinio fuit, quod peccata priora redeant per recidiuum quantum ad aequiualentiam, pro eo quod ingratitudo, quae est conditio peccati, adeo aggrauat peccatum, ut sit ita reus, sicut per omnia peccata praecedentia reus fuerat. Sed illud non videtur verum. Primum, quia ingratitudo pensatur secundum quantitatem beneficij: sed maius beneficium praestat Deus conferuando innocentiam, quam renouando ad poenitentiam: ergo grauius peccauit cum primo innocentiam perdidit, quam quando recidiuauit: ergo ingratitudo non facit, quod adeo sit peccatum graue, ut praecedentia. Praeterea: Ingratitudo ista est peccati circumstantia a parte peccantis: sed magis aggrauat peccatum libido, vel genus peccati, quam aggrauat circumstantia: ergo nunquam propter ingratitudinem vnum peccatum leue secundum

Improbatur.

Opin. 2.

Improbatur.

genus aequipollebit peccatis praecedentibus grauius, et enormibus. Et ideo aliter dicendum, quod reatus est obligatio ad poenam: poena autem peccati duplex est, scilicet poena damni, et sensus. Possimus ergo loqui de reatu peccati dupliciter, aut quantum ad poenam damni, aut quantum ad poenam sensus. Si quantum ad poenam damni, sic quia qui peccat in vno factus est omnium reus, credendum est quod peccata dimissa redeunt. Si autem loquamur quantum ad poenam sensus, sic distinguendum est. Quia quaedam peccata sunt omnino dimissa quantum ad poenam, et culpam, et talia nullo modo redeunt.

Quaedam autem dimissa sunt in parte, et de talibus fienda est satisfactio. Et quoniam culpa sequens tollit potentiam satisfaciendi quamdiu manet, per hoc ipsum iste obligatur ad supplicium aeternum, non ratione sui principaliter, sed ratione annexi: et sic intelligendum est peccata redire. Verum est etiam, quod aliquo modo aggrauat culpam sequentem praecedens remissio, quia est ibi contemptus praestiti beneficij: non tamen ita, quod faciat aequiualentiam.

1. 2. AD illud quod obiicitur de auctoritate Matthaei, dicendum quod secundum alterum horum modorum intelligendum est: et similiter sequens obiectum patet, quia verum concludit.

3. AD illud quod obiicitur de tentationibus, iam responsum est per interemptionem, quia non tot tentationibus tenetur, sed ea sola tentatione, qua tenetur conteri.

4. AD illud quod obiicitur de seruo manumisso, dicendum quod in legibus humanis illud fit ad cautelam, et terrorem: et ideo non oportet sic in lege diuina reperiri. Rationes autem ad oppositum, quibus ostenditur, quod reatus non omnino redit, verum concludunt.

D

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER quantum ad secundam partem distinctionis, quaeritur de poenitentia in ratione sacramenti. Et cum ad rationem sacramenti duo concurrant, scilicet institutio, et significatio, de quibus duobus in littera agitur: ideo circa haec duo quaeruntur. Primo, quaeritur de poenitentia quantum ad institutionem. Secundo quantum ad significationem.

QUESTIO I.

An sacramentum poenitentiae fuerit institutum.

Alex. Alenf. 4. p. q. 14. Membr. 1. art. 3. S. Thomas 3. p. q. 84. art. 7. Et 4. Sent. dist. 22. q. 2. art. 3. Richardus 4. Sent. dist. 22. art. 2. q. 5. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 22. q. 3. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 23. q. 23.

TRIVM sacramentum poenitentiae fuerit institutum. Et quod sic, videtur: Ita diffinit Hugo sacramentum: Sacramentum est ex similitudine representans, ex institutione significans, etc. si ergo poenitentia est, sacramentum: patet, et cetera.

ITEM

Opinio 3.

Iac. 2. b

ITEM sicut Dominus praecipit baptizari, ita praecipit poenitentiam agere, sicut patet: Et sicut dicitur: Nisi quis renatus fuerit, et cetera, ita dicitur: Si poenitentiam non egeritis, omnes simul peribitis: ergo sicut praecipiendo baptizari, instituit baptismatis sacramentum, ita praecipiendo poenitere instituit sacramentum poenitentiae.

ITEM modus agendi poenitentiam in veteri lege fuit praefixus, sicut patet: similiter in noua secundum sacerdotis arbitrium: sed talis modus non est ex natura dictamine: ergo est ex institutione.

AD OPPOSITVM. CONTRA: Hugo de sancto Victore dicit, quod in lege natura nullum sacramentum institutum est sub praecipio, sed solum sub consilio: sed poenitentia in lege natura fuit sub praecipio, quia nemo sine carumquam saluari potuit: ergo non fuit instituta.

ITEM nullum sacramentum indiget institutione, quod est ex naturali dictamine: sed poenitentia est ex naturali dictamine, quia naturaliter dicitur ratio quod peccans, et offendens debet per poenitentiam humilitatem reconciliari: ergo, et cetera.

ITEM omne sacramentum quod institutum est, variatum est: sed poenitentia semper fuit ab initio vsque nunc quantum ad contritionem, et satisfactionem saltem: ergo non videtur per legem institutum.

ITEM si institutum est sacramentum, quaeritur vbi, et a quo. Si ibi, vbi dicitur: Agite poenitentiam: similiter institutum potest dici a Iohanne, qui praedicauit: Poenitentiam agite: Si ibi: Vade, et ostende te sacerdotibus: sed constat quod intelligebatur de sacerdotibus legalibus. Si ibi: Quotum remiseritis peccata. Sed contra: Ibi est institutum quod est ordinis sacerdotalis.

Mat. 3. a

Mat. 8. a

Ioh. 20. e

CONCLUSIO.

Poenitentia sacramentum fuit institutum a Domino: et per ipsum promulgatum quo ad formale, sed quo ad materiale per Apostolos.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod de poenitentia est loqui dupliciter, aut prout est reconciliatiua Deo, aut prout est non solum reconciliatiua Deo, sed etiam Ecclesiae. Si loquamur de ipsa prout reconciliat, sic est de dictamine legis naturalis, quae dicitur conteri de peccato, et humiliari debere, tamen aliqua illustratione fidei: et sic tale sacramentale potius habuit insinuationem, quam institutionem. Eo enim quod natura dicitur, insinuari sufficiebat. Et aliqui volunt dicere, quod insinuationem fuit ante lapsum in illo verbo Genesis: In quacumque die comederitis, et cetera. Sed illud verbum videtur potius minari supplicium, quam instituire remedium. Et iterum: Cum poenitentia sit in remedium de sua institutione primaria, non videtur competens eius institutio, nisi ex quo cepit peccatum. Et ideo est alia positio, et melior, quod Dominus tunc insinuaui, et instituit: quando post peccatum Adam vocauit: Vbi es? Vbi dicit Glossa, quod monebat eum redire ad cor, iuxta illud propheticum: Redite praeparatores ad cor: et multae Glossae, quae ibi ponuntur, hoc innuunt. Et sic patet quod poenitentia prout fuit sacramentum reconcilians Deo, ibi fuit insinuationem, quantum pro illo tempore sufficiebat. Et illa insinuationem cum naturali dictamine sufficiebat loco institutionis. Est et alio modo loqui de poenitentia secundum quod est sacramentum Ecclesiae: et sic habuit institutionem in lege scripta, siue Moysaica, siue Euangelica. In lege Moysaica, quia nondum erat vnitas perfecta, nec perfecta reconciliatio, institutionem habuit secundum imperfectionem, scilicet quantum ad quamdam generalitatem in determinata

Opin. 1.

Gen. 2. c

Improbatur

Opinio 2.

Gen. 3. b

Isa. 46. c

atione oblationum, quae erant loco confessionis, et satisfactionis. In lege autem noua vbi vnitas Ecclesiastica est perfecta, et reconciliatio plena, instituta fuit secundum statum perfectionis, et quantum ad formale, quod est absolutio sacerdotalis, et ligatio, et quantum ad materiale, quod est quaedam lucida, et aperta confessio non solum in generali, verum etiam in speciali. Et primum Dominus instituit per se, et promulgauit, scilicet clauium potestatem post resurrectionem. Secundum vero institutum fuit per Apostolos, vel ut melius dicam promulgatum, quia Dominus Apostolos docuit, et ipsi a Domino docti, et auctoritate ab ipso accepta, immo eius auctoritate promulgauerunt. Non enim nobis tradiderunt, nisi quod a Domino, vel a Domini spiritu acceperunt: et sic patet quando, et quo modo, et vbi, et a quo institutum est hoc sacramentum. Concedenda igitur sunt rationes hoc probantes.

AD illud quod obiicitur, quod non fuit institutum in lege natura, dicendum quod proprie institutum non fuit praecipio disciplinae, vel praecipio sacramentali, sed magis ex praecipio naturali, ad quod illuminabat excitatio, et visitatio Dei, quae homines increpauit in signo audibili: et increpat ritualiter per dolorem in lectulo, et omnia ossa hominis marcescere facit.

AD illud quod obiicitur, quod ex naturali dictamine, dicendum quod verum concludit secundum illam acceptionem: attamen quia natura per se non sufficit: patet, et cetera.

AD illud quod obiicitur, quod non est variatum, dicendum quod in quantum est sacramentum Ecclesiae, variatum est: et lex scripta aliquid addidit supra illud, quod erat naturalis dictaminis: et lex Euangelica illud addidit non euacuauit, immo magis impleuit in addendo additione perfecta. Quod quaeritur, vbi, et a quo sit institutum, iam patet ex praedictis.

AD illud quod obiicitur, quod non fuit institutum in lege natura, dicendum quod proprie institutum non fuit praecipio disciplinae, vel praecipio sacramentali, sed magis ex praecipio naturali, ad quod illuminabat excitatio, et visitatio Dei, quae homines increpauit in signo audibili: et increpat ritualiter per dolorem in lectulo, et omnia ossa hominis marcescere facit.

AD illud quod obiicitur, quod ex naturali dictamine, dicendum quod verum concludit secundum illam acceptionem: attamen quia natura per se non sufficit: patet, et cetera.

AD illud quod obiicitur, quod non est variatum, dicendum quod in quantum est sacramentum Ecclesiae, variatum est: et lex scripta aliquid addidit supra illud, quod erat naturalis dictaminis: et lex Euangelica illud addidit non euacuauit, immo magis impleuit in addendo additione perfecta. Quod quaeritur, vbi, et a quo sit institutum, iam patet ex praedictis.

AD illud quod obiicitur, quod non fuit institutum in lege natura, dicendum quod proprie institutum non fuit praecipio disciplinae, vel praecipio sacramentali, sed magis ex praecipio naturali, ad quod illuminabat excitatio, et visitatio Dei, quae homines increpauit in signo audibili: et increpat ritualiter per dolorem in lectulo, et omnia ossa hominis marcescere facit.

AD illud quod obiicitur, quod ex naturali dictamine, dicendum quod verum concludit secundum illam acceptionem: attamen quia natura per se non sufficit: patet, et cetera.

AD illud quod obiicitur, quod non est variatum, dicendum quod in quantum est sacramentum Ecclesiae, variatum est: et lex scripta aliquid addidit supra illud, quod erat naturalis dictaminis: et lex Euangelica illud addidit non euacuauit, immo magis impleuit in addendo additione perfecta. Quod quaeritur, vbi, et a quo sit institutum, iam patet ex praedictis.

QUESTIO II.

An poenitentia exterior significet internam.

Alex. Alenf. 4. p. q. 14. memb. 2. ar. 1. §. 1. Richardus 4. Sent. d. 22. ar. 2. q. 1. Steph. Brul. 4. Sent. d. 22. q. 4. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 22. q. 9.

DE poenitentia quantum ad significationem. Et quaeritur, quid sit hic signum, et quid signatum. Et videtur, quod poenitentia exterior significet internam, sic: Sacramentum illud significat ex institutione, quod representat naturaliter: sed poenitentia exterior naturaliter representat internam: ergo illud significat ex institutione.

ITEM sicut se habet baptismus corporalis ad spirituale, sic poenitentia exterior ad internam: sed baptismus fluminis significat baptismum fluminis: et hoc ex institutione: ergo et poenitentia exterior internam.

ITEM poenitentia sacramentum liberat a naufragio: sed impossibile est peccantem actualiter a naufragio liberari nisi per poenitentiam internam: ergo poenitentia sacramentum in se continet eam: sed non in ratione signi: ergo in ratione signati.

ITEM poenitentia perfecta ad baptismi puritatem conatur reducere: sed peccator nunquam reducit ad puritatem illam nisi per poenitentiam cordis: ergo poenitentia exterior internam significat.

ITEM sicut se habet baptismus corporalis ad spirituale, sic poenitentia exterior ad internam: sed baptismus fluminis significat baptismum fluminis: et hoc ex institutione: ergo et poenitentia exterior internam.

ITEM poenitentia sacramentum liberat a naufragio: sed impossibile est peccantem actualiter a naufragio liberari nisi per poenitentiam internam: ergo poenitentia sacramentum in se continet eam: sed non in ratione signi: ergo in ratione signati.

ITEM poenitentia perfecta ad baptismi puritatem conatur reducere: sed peccator nunquam reducit ad puritatem illam nisi per poenitentiam cordis: ergo poenitentia exterior internam significat.

ff 1. CONTRA

AD OPPOSITIVUM

1. CONTRA per Hugonem: Sacramentum est materiale elementum foris sensibilibus propositum, ex similitudine repræsentans: sed exterior poenitentia non est talis, quia non est elementum: ergo non est sacramentum, nec signum.

2. ITEM interior poenitentia est virtus, vel actus virtutis: sed gratia virtutum, et sacramentorum differentes sunt: ergo interior poenitentia non est res alicuius sacramenti.

3. ITEM quodcumque recte ordinatur signum, et signatum in sacramentum, signum causa est signati per diffinitionem sacramenti superius habitam: sed poenitentia exterior non est causa interioris, nec illa effectus, immo econverso: ergo, et cetera.

4. ITEM cum in perfectione poenitentia tria sint, scilicet contritio, confessio, satisfactio, quaritur ratione cuius dicitur exterior, et ratione cuius dicitur interior. Si dicitur interior ratione contritionis, et exterior ratione confessionis, et satisfactionis. Contra: Ista non significant contritionem, sed potius voluntatem confitendi, et satisfaciendi. Si dicitur exterior ratione trium: tunc ergo cum sint tria diversa, erunt tria sacramenta. Si dicas quod ununtur, quæro quo genere vnitate vniantur.

CONCLUSIO.

Poenitentia sacramenti res est peccati remissio: signum vero est poenitentia humiliatio exterior, et absolutio: res vero, et signum, est interior poenitentia.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod sicut in iudicando de institutione oportet iudicium variari de poenitentia, secundum quod est sacramentum reconcilians Deo, et secundum quod reconciliat non solum Deo, sed etiam Ecclesie: sic et in proposito. Secundum namque quod est sacramentum reconcilians Deo, pro re habet peccati remissionem, pro signo habet exteriorem humiliationem, siue in habitu, siue in verbo, pro re, et signo interiorem poenitentiam. Nec oportet quod primum sit causa medij, sed potius econverso: et hoc quia est ex naturali dictamine: ideo procedit exterius ab interiori, non exterius facit id, quod interius est. Sed in quantum est sacramentum Ecclesie institutionem habens: sic habet rationem causæ, et signi: sicut alia sacramenta. Et ratio causalitatis refidet penes id quod formale est: ratio vero signi penes id, quod materiale est. Materiale autem in hoc sacramento est humiliatio poenitentis, siue quantum ad actum contritionis, siue quantum ad verbum accusationis, siue quantum ad poenam satisfactionis. Formale vero est absolutio sacerdotis. Hæc duo simul iuncta significant poenitentiam interiorem, secundum quod per ipsam est remissio culpæ perfecta quantum ad culpam, et quantum ad poenam: et quantum ad remissionem peccati, quo ad culpam, rationem habet signi exterioris sacramentum, quantum ad remissionem poenæ habet quodam modo rationem causæ. Et sic patet quid in hoc sacramento sit res, scilicet peccati remissio perfecta, et quid signum, scilicet exterior poenitentia secundum Ecclesiasticam formam, in qua est humiliatio, et absolutio. Res et signum est interior poenitentia: unde concedenda sunt rationes ad primam partem.

Explicatio.

1. AD illud quod obijcitur, quod non est elementum, dicendum quod Hugo valde large sumit elementum ad omne illud, quod exterius apparet sensibus: vel si approprietur ad corporalia sacramenta, tunc non intelligitur nisi de sacramentis proprijs nouæ legis.

2. AD illud quod obijcitur, quod gratia virtutis differunt a gratia sacramentorum, dicendum quod verum est aliquo modo: sed non oportet quantum ad essentiam, sed sufficit quantum ad effectum, vt supra

A determinatum est in principio: et sic est in proposito. Nam poenitentia interior est res exterioris, secundum quod vltra rectitudinem virtutis addit vltiorem effectum, scilicet remissionis perfectæ quantum ad culpam, et poenam, quando exterior est perfecta, et est simile in baptismo, vt visum est supra.

3. AD illud quod obijcitur, quod interior est causa exterioris, dicendum quod quia hoc sacramentum partim est naturalis dictaminis, partim institutionis: ideo signum exterius quodam modo causatur, et quodam modo causat. Nam detestatio interior in quantum detestatio est, bene facit exterius hominem humiliari: sed secundum quod absoluit in integrum a culpa, et poena, hoc habet ab exteriori absolute, et poenitentia: et sic patet quod conuenientissime est ordinatio in significando, et causando secundum quod ei competit.

4. AD illud quod obijcitur ratione cuius illorum trium est signum, dico quod ratione omnium. Sumitur enim contritio pro exteriori gemitu: nec tamen tria sunt sacramenta, sed illa tria vt vnium perfectum signum significant poenitentiam perfectam. Et hoc patet, quia si vere poenitet corde, ergo doler, et hoc significatur per gemitum contritionis: ergo detestatur culpam, et se redarguit: et hoc significatur per verbum confessionis: ergo habet voluntatem emendandi: et hæc significatur per poenam satisfactionis. Hæc tria continet poenitentia interior, quæ est vna, et vera virtus: et ideo omnia signa exteriora in vnium perfectum signum concurrunt, et sunt vnium sacramentum, et habent vnitate sacramenti, et est modus specialis vnitate, cum multi modi assignentur a diuersis. Et si tu obijcias, quod non sunt simul, dicendum quod saltem quantum ad propositum, siue voluntatis votum vnium manet in alio, vt qui contrititur vere proponit confiteri, et satisfacere, aliter non est contritio vera: sic intelligendum est de alijs.

ARTICVLVS III.

CONSEQUENTER quantum ad intelligentiam omnium horum, quæ dicta sunt in hoc tractatu de poenitentia, quaritur de poenitentia secundum quod habet rationem fundamenti. Et circa hoc, duo quaruntur. Primo de ratione fundamenti in se. Secundo vero in relatione ad rationem tabulæ.

QVÆSTIO I.

An poenitentia teneat rationem fundamenti.

Alex. Alen. 4. p. q. 14. memb. 4. ar. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 22. q. 5.

QVOD poenitentia teneat rationem fundamenti, ostenditur: Non rursus iacentes fundamentum poenitentia ab operibus mortuis.

ITEM Glossa: Quod prius dixit inchoationis sermonem, nunc vocat fundamentum: sed in sermone quo eruditur veniens ad Christum poenitentia est fundamentum, quod patet per illum excellentem doctorem Ioannem, qui prædicauit: Agite poenitentiam. Patet etiam per doctorem doctorum, qui incepit prædicationem suam ab hoc verbo: Agite poenitentiam. Glossa: Poenitentia est prima virtus, quia ibi dicitur: Prima virtus est per poenitentiam perimere veterem hominem.

ITEM impossibile est domum Dei ædificare in corde, nisi destruat ædificiũ satanæ, et ipse expellatur: sed hoc primo fit per introductionem poenitentia: ergo

Dist. 24. f. per litteras dub. 2.

Distin. 24. art. 10.

Questio la. realis. 2.

2. Cor. 3. c.

Ephes. 3. d.

FVNDAMENTA. Heb. 6. d.

Mat. 3. d.

ergo videtur quod poenitentia primo sternatur: ergo ipsa est fundamentum.

1. CONTRA: Fundamentum aliud nemo ponere potest præter id, quod positum est, quod est Christus: ergo si Christus solus est fundamentum, et poenitentia non est Christus, patet, et cetera.

2. ITEM: Fides est substantia sperandarum rerum, et cetera. Glossa: Est fundamentum omnium bonorum: sed non sunt duo fundamenta: ergo, et cetera.

3. ITEM poenitentia, et impoenitentia sunt opposita: sed impoenitentia est consummatio ædificij diabolici: ergo non fundamentum: ergo per oppositum videtur, quod poenitentia sit consummatio ædificij Iesu Christi, non fundamentum.

4. ITEM quaritur de numero, et ordine eorum, quæ ponuntur in fundamento ab Apostolo. Ponitur enim duas virtutes cum dicit: Non rursus iacentes fundamentum poenitentia ab operibus mortuis, et fidei ad Deum. Tangit etiam duo sacramenta, cum dicit: Baptismatum doctrinæ, impositionis quoque manuum. Duos articulos fidei cum dicit: Resurrectionis mortuorum, et iudicij æterni: Cum multo plures sint virtutes, et multo plura sint sacramenta, et sint articuli, quaritur quare hæc tantum enumerat.

5. ITEM quaritur iuxta hoc, cum fundamentum dicatur Christus: Fundamentum nemo aliud, et cetera. Dicatur etiam poenitentia in auctoritate prædicta. Dicatur etiam fides in textu, et Glossa: Dicatur claritas: In charitate radicari, et fundari. Dicatur humilitas secundum Gregorium, qui dicit in Moralibus: Totum ruinae crevit quod ædificas, si ante molem fabricæ humilitatis fundamenta non proiecias. Dicatur patientia secundum prudentem dicentem: Nam minor est virtus, quam non patientia firmat. Secundum quam communem naturam in his repertam dicitur potius fundamentum de his, quam de alijs.

CONCLUSIO.

Poenitentia habet rationem fundamenti Christiani secundum quod remouet prohibens, id est, immunditiam, accedenti ad Christum de regione dissimilitudinis.

RESPON. AD ARG. Ad vltimum iam questum intelligendum, notandum quod fundamentum dicitur dupliciter. Vno modo locus, in quo ædificium stabilitur, et hoc modo dicitur Christus fundamentum, et hoc bene notatur in Glossa vbi dicitur, quod sicut totum ædificiũ materiale tendit deorsum, quia locus fundans est deorsum: sic spirituale ædificium tendit sursum, quia Christus Dominus, qui fundamentum est spiritualis ædificij, est sursum. Alio modo dicitur fundamentum illud, secundum quod res locatur in suo sustentaculo. Et hoc potest esse tripliciter. Aut illud per quod prohibens remouetur, aut illud per quod ibi locatur, aut illud per quod confirmatur, et stabilitur. Si est illud, per quod remouetur prohibens: sic est poenitentia quæ remouet peccati immunditiam, super quam erat constructa machina diabolica. Si autem sit vt collocans: sed duo sunt in nobis, per quæ nati sumus locari, et tendere ad locum nostrum, scilicet intellectus, et affectus. Intellectus locatur in Christo per fidem, et affectus locatur, et conglutinatur per charitatem: et ideo non tantum dicit Apostolus: In charitate fundati, verum etiam, radicati. Si autem sit vt defendens, et roborans, aut contra ventum prosperitatis, aut contra ventum aduersitatis. Si contra ventum prosperitatis, est humilitas. Si contra ventum aduersitatis, est patientia, siue fortitudo. Et sic patet quod fundatur supra firmam petram ipsa anima: Et sic patet quod ratio fundamenti de omnibus dicitur secundum quamdam analogiam, S. Bon. To. 5.

AD Q. LAT. 2. RESPON. AD ARG. Ad vltimum iam questum intelligendum, notandum quod fundamentum dicitur dupliciter. Vno modo locus, in quo ædificium stabilitur, et hoc modo dicitur Christus fundamentum, et hoc bene notatur in Glossa vbi dicitur, quod sicut totum ædificiũ materiale tendit deorsum, quia locus fundans est deorsum: sic spirituale ædificium tendit sursum, quia Christus Dominus, qui fundamentum est spiritualis ædificij, est sursum. Alio modo dicitur fundamentum illud, secundum quod res locatur in suo sustentaculo. Et hoc potest esse tripliciter. Aut illud per quod prohibens remouetur, aut illud per quod ibi locatur, aut illud per quod confirmatur, et stabilitur. Si est illud, per quod remouetur prohibens: sic est poenitentia quæ remouet peccati immunditiam, super quam erat constructa machina diabolica. Si autem sit vt collocans: sed duo sunt in nobis, per quæ nati sumus locari, et tendere ad locum nostrum, scilicet intellectus, et affectus. Intellectus locatur in Christo per fidem, et affectus locatur, et conglutinatur per charitatem: et ideo non tantum dicit Apostolus: In charitate fundati, verum etiam, radicati. Si autem sit vt defendens, et roborans, aut contra ventum prosperitatis, aut contra ventum aduersitatis. Si contra ventum prosperitatis, est humilitas. Si contra ventum aduersitatis, est patientia, siue fortitudo. Et sic patet quod fundatur supra firmam petram ipsa anima: Et sic patet quod ratio fundamenti de omnibus dicitur secundum quamdam analogiam, S. Bon. To. 5.

1. COR. 3. c.

Alex. Alen. 4. p. q. 14. memb. 4. ar. 3. S. Tho. 3. p. q. 24. ar. 6. Et 4. Sent. d. 22. q. 1. art. 3. Richardus 4. Sent. d. 14. in expos. litteræ. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 22. q. 6.

A quæ ortum, et radicem habet in Christo.

1. 2. AD illud ergo quod quaritur, vtrum poenitentia sit fundamentum, dicendum quod sic, accedenti ad Christum de regione dissimilitudinis, siue peccati. Et patet responsio etiam ad illud, quod obijcitur de fide, et de Christo.

3. AD illud ergo quod obijcitur de impoenitentia, dicendum quod quia priuatiue opponitur, et in priuatiue oppositis tener consequentia econtrario non in ipso, sicut patet in compositione rei, et resolutione, quia quod est primum in componendo, vltimum est in resoluendo: ideo hæc ratio potius facit ad oppositum, quam propositum.

AD illud quod quaritur de numero, et ordine eorum, quæ ponuntur in fundamento, dicendum, quod Apostolus, sicut dicit Glossa, vocat fundamentum sermonem inchoationis, id est sermonem, qui debet fieri his, qui ad Christum sunt vocandi primo. In hoc autem sermone tria comprehendit, quæ habet necessario cognoscere, si quis vult ad legem Christianorum introire, et per hanc ad vitam venire. Oportet enim volentem ad Deum peruenire, quod sciat, quo debet tendere, et adiutorium per quod potest peruenire, et viam per quam debet incedere. Terminus est premium, adiutorium est sacramentum, via est virtus, siue virtutis opus, quod est præceptum, et hæc tria scire oportet volenti ad Deum peruenire, secundum illud Hugonis, quod tria sunt maxime attendenda præcepta sacramenta promissa. Via igitur est in virtutibus: et quoniam ad hoc quod recta via procedat, necesse habet declinare a malo, et tendere in bonum: ideo duplicem ponit virtutem, vnam per quam declinat a malo, et hæc est poenitentia: aliam per quam tenditur in bonum, et hæc est fides tendens in Deum per dilectionem, quæ sequitur poenitentiam quantum ad tendentiam, licet antecedat quantum ad cognitionem. Adiutorium similiter oportet duplex saltem esse. Vnum quod liberat a malo: et hoc est sacramentum baptismi, in quo delentur peccata. Alterum quod confirmat in bono, et hoc est confirmatio, siue manuum impositio. Similiter retributionem duplicem oportet cognoscere, scilicet bonorum, et malorum. Bonorum per resurrectionem mortuorum remunerandorum per gloriam. Malorum per iudicium æternum. Hæc oportuit primo prædicari, et inter prima hæc primo poenitentiam: et sic patet numerus, et ordo: et nostra etiam est instructio, qualiter docere debemus eos, qui de nouo veniunt ad legem Christi.

QVÆSTIO II.

An poenitentia dicatur fundamentum, et tabula.

Alex. Alen. 4. p. q. 14. memb. 4. ar. 3. S. Tho. 3. p. q. 24. ar. 6. Et 4. Sent. d. 22. q. 1. art. 3. Richardus 4. Sent. d. 14. in expos. litteræ. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 22. q. 6.

DE poenitentia sub ratione tabulæ. Et primo videtur quod ista duo non compatiantur, se circa poenitentiam, scilicet tabula, et fundamentum, quoniam fundamenti est subsistere, et tabulæ est superefferri: ergo si poenitentia recte dicitur fundamentum, improprie a Magistro tabula appellatur.

2. ITEM Hieronymus super illud: Peccatum sicut Sodoma, et cetera. Secunda tabula post naufragium est peccati abscondio: sed poenitentia consistit in peccati detestatione: ergo, et cetera.

3. ITEM fundamentum est primum: ergo si poenitentia est fundamentum, et est tabula: ergo est prima ff 2. tabula

Ad q. lat. 1.

Magist. d. 24. c. 1. Hiero. in ep. 3. Is. 10. 5.

tabula: ergo male dicit Hieronymus, quod sit secunda tabula. Videntur enim ista impossibilia, quod sit fundamentum, et quod sit secundum. Si tu dicas quod est tabula secundum quod est sacramentum, et fundamentum secundum quod est virtus. Contra: Si est tabula in quantum sacramentum: ergo est secundum sacramentum: ergo immediate de ipsa debet determinari post baptismum.

4. ITEM tabula dicitur, quia liberat a naufragio: sed penitentia liberat a naufragio secundum quod virtus: ergo est tabula secundum quod virtus. Queritur ergo secundum quem tropum dicatur tabula.

CONCLUSIO.

Penitentia secundum diversas acceptiones dicitur fundamentum, et tabula: ut virtus est fundamentum, et ut sacramentum tabula vocatur.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod penitentia siue dicatur fundamentum, siue tabula, sub tropo dictum est: tamen secundum aliam, et aliam acceptionem, secundum quod sit duplex translatio. Penitentia enim est virtus, et sic competit ei ratio fundamenti. Penitentia sacramentum est, et sic secundum hoc competit ei ratio tabule. Ratio autem huius est, quia virtus, ut vult Augustinus de quantitate anime, nihil aliud est quam equalitas mensis vndique rationi consentientis: vnde est quedam quadratura, per quam anima in spiritali edificio collocatur. Et quoniam in hac collocatione penitentia virtus primo occurrit in edificationem: ideo competit ei ratio primae partis edificij: hoc autem est fundamentum, et ideo penitentia virtuti rectissime aptatur nomen, et proprietates fundamenti. Sed nomen, et proprietates tabule competit penitentiae sacramento. Ad quod intelligendum oportet nosse, quid sit mare, quid naufragium, quid nauis, et quid tabula. Mare est praesens, faculum secundum illud Psalmi: Hoc mare magnum. Nauis quae perducit ad portum salutis, est vnitas Ecclesiastica, de qua dicitur: Transientes mare per ratem liberati sunt.

Explicatio.

Psal. 103. c

Sap. 14. a

A Et: Nisi in navi manseritis, et cet. Naufragium nauis est per separationem, et scissionem membrorum secundum illud Iudae. Hi qui segregant semetipsos, et cet. Tabula est adiutorium aliquod collatum, per quod possit ille, qui est in periculo naufragij, subleuari a periculo peccati: et hoc est sacramentum. Et cum duplex sit peccati periculum, duplex est naufragium. Et duplex est sacramentum liberans a duplici naufragio, scilicet a naufragio originalis: et hoc est baptismus. Et quia originale est primum, ideo baptismus est prima tabula. Et secundum naufragium est per actuale: et quia hoc curat penitentia, ideo dicitur secunda tabula. Et sic patet quod recte dicitur fundamentum, et recte dicitur tabula secundum diuersas acceptiones. Et recte in quantum virtus dicitur fundamentum, recte in quantum sacramentum liberans a naufragio dicitur secunda tabula: et sic patet illud argumentum. Est secunda tabula: ergo est secundum sacramentum. Patet etiam secundo obiectum, de compossibilitate horum duorum.

2. AD illud ergo quod obijcitur de absconsione. dicendum quod est absconsio per hypocrisim, et per penitentiam veram, quae totum remittit. Et Hieronymus loquitur de absconsione secunda, quae fit per reuelationem, non de prima.

4. AD illud quod obijcitur, quod penitentia liberat secundum quod virtus, dicendum quod sicut fides supplet locum baptismi, ubi quis non potest baptizari: sic penitentia virtus locum sacramenti: at tamen, quia hoc non habet nisi in articulo necessitatis, ut possit a naufragio liberare, sacramentum autem habet de se: ideo ratio tabulae debet sacramento attribui, non virtuti. Praeterea: Sacramentum respicit liberationem a malo, siue a periculo, non sic virtus. Et quia tabula sonat in rationem refugij, et liberationis a malo naufragij, et periculo peccati: ideo magis competit sacramento, quam virtuti: et sic patet responso ad obiecta omnia circa partem oppositam. Solum hoc diligenter attendendum est, quod quamdiu sumus in hoc mari, stringamus tabulam, propter periculum euitandum a mari magno.

4. AD illud quod obijcitur, quod penitentia liberat secundum quod virtus, dicendum quod sicut fides supplet locum baptismi, ubi quis non potest baptizari: sic penitentia virtus locum sacramenti: at tamen, quia hoc non habet nisi in articulo necessitatis, ut possit a naufragio liberare, sacramentum autem habet de se: ideo ratio tabulae debet sacramento attribui, non virtuti. Praeterea: Sacramentum respicit liberationem a malo, siue a periculo, non sic virtus. Et quia tabula sonat in rationem refugij, et liberationis a malo naufragij, et periculo peccati: ideo magis competit sacramento, quam virtuti: et sic patet responso ad obiecta omnia circa partem oppositam. Solum hoc diligenter attendendum est, quod quamdiu sumus in hoc mari, stringamus tabulam, propter periculum euitandum a mari magno.

4. AD illud quod obijcitur, quod penitentia liberat secundum quod virtus, dicendum quod sicut fides supplet locum baptismi, ubi quis non potest baptizari: sic penitentia virtus locum sacramenti: at tamen, quia hoc non habet nisi in articulo necessitatis, ut possit a naufragio liberare, sacramentum autem habet de se: ideo ratio tabulae debet sacramento attribui, non virtuti. Praeterea: Sacramentum respicit liberationem a malo, siue a periculo, non sic virtus. Et quia tabula sonat in rationem refugij, et liberationis a malo naufragij, et periculo peccati: ideo magis competit sacramento, quam virtuti: et sic patet responso ad obiecta omnia circa partem oppositam. Solum hoc diligenter attendendum est, quod quamdiu sumus in hoc mari, stringamus tabulam, propter periculum euitandum a mari magno.

4. AD illud quod obijcitur, quod penitentia liberat secundum quod virtus, dicendum quod sicut fides supplet locum baptismi, ubi quis non potest baptizari: sic penitentia virtus locum sacramenti: at tamen, quia hoc non habet nisi in articulo necessitatis, ut possit a naufragio liberare, sacramentum autem habet de se: ideo ratio tabulae debet sacramento attribui, non virtuti. Praeterea: Sacramentum respicit liberationem a malo, siue a periculo, non sic virtus. Et quia tabula sonat in rationem refugij, et liberationis a malo naufragij, et periculo peccati: ideo magis competit sacramento, quam virtuti: et sic patet responso ad obiecta omnia circa partem oppositam. Solum hoc diligenter attendendum est, quod quamdiu sumus in hoc mari, stringamus tabulam, propter periculum euitandum a mari magno.

4. AD illud quod obijcitur, quod penitentia liberat secundum quod virtus, dicendum quod sicut fides supplet locum baptismi, ubi quis non potest baptizari: sic penitentia virtus locum sacramenti: at tamen, quia hoc non habet nisi in articulo necessitatis, ut possit a naufragio liberare, sacramentum autem habet de se: ideo ratio tabulae debet sacramento attribui, non virtuti. Praeterea: Sacramentum respicit liberationem a malo, siue a periculo, non sic virtus. Et quia tabula sonat in rationem refugij, et liberationis a malo naufragij, et periculo peccati: ideo magis competit sacramento, quam virtuti: et sic patet responso ad obiecta omnia circa partem oppositam. Solum hoc diligenter attendendum est, quod quamdiu sumus in hoc mari, stringamus tabulam, propter periculum euitandum a mari magno.

4. AD illud quod obijcitur, quod penitentia liberat secundum quod virtus, dicendum quod sicut fides supplet locum baptismi, ubi quis non potest baptizari: sic penitentia virtus locum sacramenti: at tamen, quia hoc non habet nisi in articulo necessitatis, ut possit a naufragio liberare, sacramentum autem habet de se: ideo ratio tabulae debet sacramento attribui, non virtuti. Praeterea: Sacramentum respicit liberationem a malo, siue a periculo, non sic virtus. Et quia tabula sonat in rationem refugij, et liberationis a malo naufragij, et periculo peccati: ideo magis competit sacramento, quam virtuti: et sic patet responso ad obiecta omnia circa partem oppositam. Solum hoc diligenter attendendum est, quod quamdiu sumus in hoc mari, stringamus tabulam, propter periculum euitandum a mari magno.

4. AD illud quod obijcitur, quod penitentia liberat secundum quod virtus, dicendum quod sicut fides supplet locum baptismi, ubi quis non potest baptizari: sic penitentia virtus locum sacramenti: at tamen, quia hoc non habet nisi in articulo necessitatis, ut possit a naufragio liberare, sacramentum autem habet de se: ideo ratio tabulae debet sacramento attribui, non virtuti. Praeterea: Sacramentum respicit liberationem a malo, siue a periculo, non sic virtus. Et quia tabula sonat in rationem refugij, et liberationis a malo naufragij, et periculo peccati: ideo magis competit sacramento, quam virtuti: et sic patet responso ad obiecta omnia circa partem oppositam. Solum hoc diligenter attendendum est, quod quamdiu sumus in hoc mari, stringamus tabulam, propter periculum euitandum a mari magno.

4. AD illud quod obijcitur, quod penitentia liberat secundum quod virtus, dicendum quod sicut fides supplet locum baptismi, ubi quis non potest baptizari: sic penitentia virtus locum sacramenti: at tamen, quia hoc non habet nisi in articulo necessitatis, ut possit a naufragio liberare, sacramentum autem habet de se: ideo ratio tabulae debet sacramento attribui, non virtuti. Praeterea: Sacramentum respicit liberationem a malo, siue a periculo, non sic virtus. Et quia tabula sonat in rationem refugij, et liberationis a malo naufragij, et periculo peccati: ideo magis competit sacramento, quam virtuti: et sic patet responso ad obiecta omnia circa partem oppositam. Solum hoc diligenter attendendum est, quod quamdiu sumus in hoc mari, stringamus tabulam, propter periculum euitandum a mari magno.

DISTINCT. XXIII.

DE SACRAMENTI VNCTIONIS EXTREMAE

institutione, effectu, signo, et iteratione.



Præter præmissa est etiam aliud sacramentum, scilicet vnctio infirmorum, quae fit in extremis, oleo per Episcopum consecrato. Et sunt tria genera vnctionis. Est enim vnctio, quae fit chrismate, quae dicitur principalis vnctio, quia in ea principaliter paraclitus datur. Vnde et propter abundantiam gratiae duos liquores mixtos habet, oleum scilicet et balsamum: oleum conscientiae, balsamum bonae fame. Chrismata vero Graece, vnctio Latine dicitur. Nec tamen omne oleum ad vnctionem sanctificatum chrismata vocatur, sed illud solum, quod miscetur cum balsamo, quo capita regum et pontificum unguuntur, quo etiam baptizatos sacerdos ungit in vertice, et pontifex per impositionem manus confirmandos ungit in fronte. Est et alia vnctio, quae cathecumini et neophyti unguuntur in pectore et inter scapulas in perceptione baptismi. Tertia vero vnctio est, quae dicitur oleum infirmorum, et de qua nunc agitur.

A quibus institutum sit hoc sacramentum.

HOC sacramentum vnctionis infirmorum ab Apostolis institutum legitur. Ait enim Iacobus: Infirmatur quis in vobis: inducat presbyteros Ecclesiae, et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine

in nomine Domini, et alleviabit eum Dominus: et si in peccatis fuerit, dimittentur ei. In quo ostenditur duplici ex causa sacramentum hoc institutum, scilicet ad peccatorum remissionem, et ad corporalis infirmitatis alleviationem. Vnde constat eum, qui hanc vnctionem fideliter, deuoteque percipit, et in corpore et in anima alleviari: si tamen expedit ut in utroque allevietur. Quod si forte corpus valetudinem illi habere non expedit, illam quae est anime sanitatem in hoc sacramento acquirit. Et sicut in alijs sacramentis, ita et in isto aliud est sacramentum, aliud res sacramenti. Sacramentum est ipsa vnctio exterior. Res sacramenti vnctio interior, quae peccatorum remissionem, et virtutum ampliationem perficitur. Et si ex contemptu vel negligentia sacramentum hoc praetermittitur, periculosum est et damnabile.

De iteratione huius sacramenti.

QVAERUNT aliqui: Si hoc sacramentum iterari possit, cum baptismus et alia quadam sacramenta semel suscepta non iterentur. Augustinus dicit sacramentum non iterandum, et sacramento non faciendam esse iniuriam, sed hoc dicit, ubi agit de sacramento baptismi et confirmationis, et ordinationis. Vnde non videtur illud generaliter accipiendum, sed de sacramento baptismi, confirmationis, et ordinationis, quae nullatenus sunt repetenda: quia semel tantum, et non sepius datur baptismus, confirmatio, et ordinatio. Sacramentum vero altaris, et penitentiae, et coniugij saepe iterari videtur: quia saepe sacramentum corporis percipitur, frequenter penitentia agitur, coniugium saepe contrahitur. Quare ergo vnctio similiter non potest iterari? Si morbus non reuertitur, medicina non iteretur. Si vero morbus non potest cohiberi, quare medicina debet prohiberi? Sicut oratio iterari potest, ita et vnctio iterari posse videtur, utraque enim illic commemorat Iacobus, et utrumque alteri cooperatur ad conferendam alleviationem corporis et anime. Cur ergo negatur vnctionem super infirmum posse iterari ad impetrandam sapientiam sanitatem mentis et corporis, cum propter infirmitatem eadem saepe iteranda sit oratio? Quidam autem de omni sacramento intelligi volunt, quod non sit iterandum, scilicet secundum

In lib. 2. contra Parmenianum ca. 13. ro. 7.

Opin. aliarum.

totum illud, quod pertinet ad sacramentum, dicentes quedam sacramenta sepius posse suscipi, quedam vero non. Nec tamen quae sepius sumuntur totaliter iterantur: ut sacramentum altaris et vnctionis: quae licet sumantur sepius, tamen quia non iterum benedicuntur eadem hostia, vel idem oleum, non iteratur sacramentum cum iniuria. Sed dicit quis, sic et baptismus non iteratur, etsi aliquis frequenter baptizetur, dum eadem aqua non iterum benedicatur. Sed aliud est, inquit illi, de benedictione aquae quae fit baptismus, aliud de benedictione panis et olei. Potest etiam baptismus celebrari in aqua, etiam non benedicta: quia illa benedictio pro reuerentia tantum fit et decore, non virtute sacramenti. Sed corpus Christi non potest confici, nisi de pane consecrato: nec vnctio illa fieri potest, nisi de oleo ab episcopo consecrato. Ideoque illa sanctificatio ad virtutem sacramenti pertinere videtur. In coniugio quoque semel tantum benedicuntur quisque, non sepius. Benedicuntur enim, ut ait Ambrosius, cum prima, et non secunda uxore. Si ergo cum dicitur sacramentum non esse iterandum, nec iniuria ei esse faciendam, rationem dicti referas ad sanctificationem rei, qua sacramentum expletur: de omni sacramento generatim aliter id verum est. Si vero ad susceptionem sacramenti, de quibusdam verum est, quod non iterantur crebra susceptione: de alijs vero quibusdam non: quia frequenter sumuntur, ut hoc vnctionis sacramentum, quod in omni pene Ecclesia saepe repetitur,

In Glo. super illud. 1. Cor. 9. c Nubar tantum in Domino. In idem caput in fin. to. 4.

DISTINCT. XXIII.

De vnctionis extremæ sacramento.

Præter præmissa est aliud sacramentum, scilicet vnctio infirmorum.

Expositio textus.

PRÆTER determinatum est de quattuor sacramentis. Hæc est quinta pars, in qua agitur de quinto, scilicet de vnctione extrema. Dividitur autem hæc pars in duas. In prima agitur de sacramenti institutione. In secunda de instituti dispensatione. Et hoc, ibi: Querunt etiam aliqui si hoc sacramentum. Prima pars duas continet. In prima distinguit hanc vnctionem ab alijs. In secunda determinat causas suae institutionis, S. Bon. To. 5.

Diuisio.

A scilicet a quo est institutum, et propter quid, et in qua materia, hoc, ibi: Hoc autem sacramentum vnctionis infirmorum, et cet. Similiter secunda pars principalis duas habet secundum duas opiniones, quas ponit circa frequentationem siue iterationem sacramenti. Et primum modum ponit, ibi: Querunt aliqui, et cet. Secundum, ibi: Quidam autem de omni sacramento. In parte ista sunt dubitationes circa litteram.

Præter præmissa est etiam, et cet. Dub. 1.

Et primo de ordine istius sacramenti ad antecedentia, et sequentia. Videtur enim male ordinare: cum enim inter omnia sacramenta vltimo detur, propter quod et extrema vnctio nuncupatur, videtur quod vltimo debeat ordinari.

RESPON. Dicendum quod sacramenta quaedam respiciunt personam, quaedam communiter ipsam Ecclesiam: ut sicut in naturis quaedam sunt vires

ordinata ad conseruationem indiuidui, quaedam ad conseruationem speciei: sic in spiritualibus sacramenta quinque sunt ad conseruandam, et promouendam gratiam, vel consummandam circa ipsam personam, sed ordo, et coniugium ad consummandam ipsam Ecclesiam: et ideo quia multitudinem respiciunt, sicut multitudo sequitur unitatem, sic duo sacramenta praedicta consequuntur alia quinque, inter quae extrema unctio vltimum locum tenet. Alia ratio assignata est supra circa principium huius libri distincte, ubi tangitur ordo sacramentorum.

Vnctio, qua fit chrysmate, qua dicitur principalis, et cetera. Dub. I I.

Videtur male dicere, quia aut unctio principalis dicitur ab ordine, aut a dignitate. Si ab ordine, falsum dicit: quia prima unctio est in baptismo. Si a dignitate, adhuc falsum dicit: quia in sacramento ordinis est unctio maioris dignitatis.

RESPON. Dicendum quod principalis unctio dicitur confirmatio ex quadruplici causa, scilicet a loco, quia in fronte, quae est pars nobilior in corpore. A ministro, quia fit ab episcopo. Ab elemento, siue materia, quia de oleo mixto cum balsamo. Postremo ab effectu propter abundantiam gratiae. Vnde ibi paracletus in magna abundantia traditur: sic etiam paruit in Apostolis: et haec est unctio principalis. Et si obijciatur de ordinis sacramento, dicendum quod non datur amplius munus gratiae gratum facientis, sed amplius munus gratiae gratis datae, scilicet auctoritatis, et potestatis sacerdotalis, vel pontificalis. Datur etiam ibi munus gratiae gratum facientis in digne suscipientibus, licet non tantum. Et nota quod de eadem materia fit triplex unctio. Vna, qua baptizati inunguntur in vertice. Alia, qua confirmandi inunguntur in fronte. Tertia, qua inunguntur Pontifices in capite. Et hoc vult dicere in littera regum, et pontificum, id est regalium pontificum, quales sunt pontifices nouae legis. Nam reges secundum quod dicitur illi, qui nouerunt, inunguntur in scapulis.

Duplici ex causa sacramentum hoc institutum, et cetera. Dub. I I I.

Videtur male dicere, quia vnus sacramenti vnus est finis. RESPON. Vnus est finis principalis, et nihil impedit quando multiplex potest esse utilitas, dum tamen vnus sit finis principalis, alij vero per accidens: et sic est in proposito.

Et si ex contemptu, vel negligentia sacramentum hoc, et cetera. Dub. I V.

Videtur male dicere, quia negligentia in his, quae non sunt de necessitate salutis, non generat periculum, nec facit hominem dignum damnatione.

RESPON. Dicendum quod vel non tenetur disunctiue, sed magis intelligitur copulatiue: Vnde non intelligitur hoc de qualibet negligentia, sed solum de negligentia, quae generat contemptum, siue quae habet contemptum annexum. Vnde ita iudicandum est de hoc sacramento, sicut iudicatur de sacramento altaris.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam praesentis distinctionis secundum duo, quae Magister determinat de unctiois sacramento, duo principaliter quaeruntur. Primo quaeritur de ipso quantum ad ipsius institutionem. Secundo quantum ad usum, siue dispensationem.

A Quantum ad primum quaeruntur quattuor. Primo de causa eius finali. Secundo de eius efficiente. Tertio de materiali. Quarto de formali.

QVÆSTIO I.

An sacramentum extremae unctiois sit principaliter contra peccatum veniale.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 30. art. 1. Et 4. Sent. d. 23. q. 1. art. 2. Richardus 4. Sent. d. 23. q. 3. Tho. Arg. 4. Sent. d. 23. q. 1. art. 3. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 23. q. 1. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 23. q. 1.

QUANTVM ad causam finalem quaeritur, vtrum istud sacramentum principaliter sit ordinatum ad morbum corporalem, an ad spirituales. Et quod ad corporalem, videtur ex eius institutione: Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros, et cetera, et post dicit: Oratio fidei saluabit infirmum.

De hoc sacramento dicitur in Trid. sess. 14. lac. 5. c. Mar. 6. b

2. ITEM: Vnguebant oleo multos infirmos, et curabantur: si ergo vtebantur hoc sacramento secundum quod dicitur in Glossa, et hoc ad curationem infirmorum corporalem: ergo principaliter videtur ad hoc ordinatum.

3. ITEM Sacramentum ad illud finaliter ordinatur, propter quod principaliter dispensatur: sed illud principaliter dispensatur propter infirmitatem corporalem, quia nunquam datur nisi existentibus in graui infirmitate corporali: ergo videtur quod principaliter sit ad hoc.

4. ITEM si est contra infirmitatem sicut medicina, quaero contra quam, aut contra corporalem, aut contra spirituales. Si contra spirituales, cum non sit contra actuale, nec originale, erit contra veniale. Sed veniale quolibet die iteratur: ergo et hoc sacramentum: sed hoc sacramentum non datur frequenter, sed rarissime: ergo non est contra peccatum veniale: ergo est contra infirmitatem corporalem. Si tu dicas, quod est contra peccatorum sequelas, quaero aut contra aliquas determinate, aut contra omnes. Si contra aliquas, quare non similiter contra alias? Si contra omnes, cum sint diuersa secundum diuersitatem morborum, videtur quod debeant diuersa ad hoc esse sacramenta.

1. CONTRA: Quod non sit ad morbum corporalem curandum per se, videtur: quia sacramenta nouae legis in digne suscipientibus efficiunt quod signant: si ergo viri sancti digne suscipiunt sacramenta: ergo haberet unctio semper in eis efficaciam sanandi: ergo viri sancti nunquam morentur.

2. ITEM multi sunt viri perfecti, qui secundum Pauli exemplum desiderant dissolui et esse cum Christo. Si ergo sacramentum unctiois ordinatur ad vitam corporis conseruandam: ergo a talibus nullo modo debet suscipi.

3. ITEM Sacramentum est medicina spiritualis: ergo sicut medicina corporalis sanat solum morbum corporalem, et ad hoc est principaliter, et vniuersaliter, ita videtur quod medicina spiritualis curet solum morbum spirituales, ita quod ad hoc sit vniuersaliter, totaliter, et principaliter.

4. ITEM si unctio sanat morbum corporalem, aut per virtutem naturalem, aut per virtutem supra naturam. Non per virtutem naturalem, hoc constat, quia operatio sacramentorum non est secundum virtutes naturales elementorum exteriorum: ergo per virtutem supra naturam: sed illa aequae potest infirmitatem

infirmitatem incurabilem vt curabilem: ergo videtur A quod istud sacramentum liberet a lepra: sed hoc est falsum: ergo, et cetera.

CONCLUSIO.

Extrema unctio est contra peccatum veniale, et per accidens ad alleuacionem corporalis infirmitatis, et facit ad vigorandam animam.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod aliquorum opinio fuit quod sacramentum istud principaliter est ordinatum contra sequelas, vel reliquias peccati, quae grauant, quae relictae sunt tam ex originali quam ex actuale, quae quidem reliquiae sunt poenae spirituales: habentes tamen frequenter poenas corporales annexas propter sui expurgationem: et ideo principaliter hoc sacramentum est contra poenam spirituales, sed ex consequenti est ad sanandum morbum corporalem. Sed contra hoc est quod dicitur in institutione istius sacramenti: Si in peccatis fuerit, remittentur ei: ergo istud sacramentum est ordinatum contra aliquem morbum peccati. Et hoc ipsum tangitur in Glossa. Et cum non sit contra originale, nec contra mortale, relinquunt quod sit contra peccatum veniale. Et hoc communis opinio tenet. Sed notandum quod de veniali peccato est loqui dupliciter, aut prout est quis in statu viae, aut prout est in egressu. Si prout est in statu viae siue in itinere: sic morbus venialis est quasi inseparabilis, vel quadam necessitate iterabilis, ac per hoc quodam modo incurabilis: et ideo non debuit contra ipsum aliqua medicina specialiter, et principaliter ordinari: immo quodam modo omnia sacramenta valent ad eius curationem secundum plus, et minus. Si autem loquamur prout anima est in statu egressendi: sic possunt curari sine iteratione: et sic cum anima possit trahere talia crementalia, quae retraherent a gloria, instituit diuina misericordia remedium quod anima curari possit quantum ad remissionem culpae, et etiam partis poenae: et hoc est sacramentum unctiois extremae. Modus autem curandi veniale peccatum in hoc sacramento correspondet modo infirmitatis. Veniale autem peccatum grauat animam deprimendo deorsum, vt non ita intendat in Deum per deuotionem, et amorem, pro eo quod est ibi conuersio inordinata ad commutabile bonum, et pro eo quod est minor amor Dei, sicut tangit Augustinus in libro confess. Et ideo cum curatio directe fit per contrarium: per illud curatur quod animam aggrauatam per deuotionem sursum eleuat: Et quoniam corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam: cum illud sacramentum sit ad eleuandam animam per deuotionem, in qua anima recipit vigorem quemdam, in quo semper est delectio venialium, si sunt in anima: et per consequens repressio molestiarum corporaliu, si expedit ipsi animae: hinc est quod istud sacramentum principaliter est ad curationem, et alleuacionem infirmitatis spiritualis, scilicet peccati venialis, et per accidens est ad curationem, et alleuacionem infirmitatis corporalis, quodam modo ad vigorandam animam, quae regit corpus. Et sic patet quid sit in hoc sacramento res tantum, quid signum, et quid res et signum. Signum tantum est unctio exterior. Res tantum est venialis curatio. Res et signum in ipsa anima deuotionis excitatio, quae non est aliud, quam quadam spiritualis unctio. Concedendae igitur sunt rationes probantes istud sacramentum valere ad infirmitates corporales curandas. Concedendae etiam sunt rationes probantes, quod non valet principaliter contra illas, quoniam solum per accidens, et ex consequenti valet, vt prius ostensum est.

Opln. aliorum.

Improbatio lac. 5. d

Explicatio.

Sap. 9. d

Ad primas rationes

propter infirmitatem, sed propter hoc quod appropinquat egressui, in quo possunt venialia perfecte curari. Et quod illud sit verum, patet, quia quantumcumque quis infirmetur, non datur ei hoc sacramentum, nisi praesumatur quod moriatur, vel quod sit in articulo mortis. Et si constaret nobis de aliquo quod liberaretur ab infirmitate, non deberet dari ei hoc sacramentum, sicut patebit inferius.

4. AD illud quod obijciatur, de veniali quod quotidie iteratur, patet iam responsio, quia non datur hoc sacramentum contra istud peccati genus, nisi in statu, in quo praesumitur quod liberetur et a culpa, et a peccandi necessitate.

AD illud quod obijciatur, quod non valet principaliter, dicendum quod verum est: et hoc innuit ipsa forma orationis, in qua non fit mentio nisi de remissione peccatorum, tamen obijciatur, quod nullo modo debet valere a simili, quia corporalis medicina sanat spirituales morbum, dicendum quod non est simile, quia spiritus continet corpus: vnde passiones animae spirituales multum redundat in carnem. Vnde Sapientia dicit: Spiritus tristis exccat ossa: ideo non mirum si tranquilletur anima et vigoretur, et laetificetur, si etiam hoc redundat ad corpus: et sic hoc sacramentum respectum habet ad corpus releuandum propter alleuacionem spiritus.

4. AD illud quod quaeritur, per quam naturam hoc facit, dicendum quod per virtutem supra naturam: sed illa operatur secundum diuinam institutionem, quae noluit per hoc sacramentum proderet fecretum fidei: et ita nec secundum legem comunem ab infirmitatibus incurabilibus liberare. Et iterum in hoc sacramento aliquid est naturale, aliquid supra naturam. Effectus namque qui est in spiritu, est supra naturam, sed quod ille redundet in carnem, illud naturale est, secundum quod in Psalmo dicitur homo deuotus: Sicutui in te anima mea, et cetera. Et iterum alibi: Restituit caro mea, et cetera.

QVÆSTIO II.

An sacramentum extremae unctiois fuerit institutum a Christo.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 29. art. 3. Et 4. Sent. d. 23. q. 1. art. 4. q. 1. et 3. Guilielm. Alrisod. 4. Sent. tr. 14. 7. cap. 1. Scot. 4. Sent. d. 23. q. 1. Richardus 4. Sent. dist. 23. q. 2. Tho. Argent. 4. Sent. d. 23. q. 1. art. 2. Franc. de Mayr. 4. Sent. d. 23. q. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 23. q. 2. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 23. q. 4.

DE causa efficiente, siue instituyente: et quaeritur vtrum hoc sacramentum instituerit Christus, vel aliquis eius discipulus. Et quod Christus videtur, quia legislatoris est leges instituire: sed sacramenta omnia sunt leges, et statuta in lege Euangelica: ergo non solum hoc instituit Christus, verum etiam omnia.

2. ITEM Deus per seipsum instituit omnia sacramenta veteris legis, Moysi loquendo, et praecipiendo. Vnde in principio cuiuslibet sacramentalis praeccepti dicitur in Leuitico: Locutus est Dominus, et cetera. Si ergo sacramenta Euangelica sunt multo digniora, videtur, et cetera.

3. ITEM Sacramentum sicut habitum est supra distincte. 13. est, in quo diuina virtus secretius operatur: si ergo virtus diuina operatur in sacramentis principaliter, cum institueret sacramentum sit maioris dignitatis, quam operati in sacramento, et operatio

Ad rationes secundas.

Psal. 62. a Psal. 27. c

AD OPPOSITVM.

no est divina virtute: ergo et institutio.

3. I T E M dicitur, quod discipuli ungebant oleo multos infirmos, et curabantur. Sed constat quod Apostoli nondum erant tantae auctoritatis, quod per se auderent aliquid instituire: ergo videtur quod Dominus eis mandauerit: ergo videtur quod ipse instituit.

CONTRA: Magister dicit in littera: Hoc sacramentum legitur ab Apostolis institutum.

FVNDAMENTA. Iac. 5. c.

I T E M alibi non habemus mandatum de hoc sacramento nisi in Iacobo: ergo videtur ibi institutum fuisse.

I T E M omne sacramentum, quod Christus instituit, ipse per se exhibuit: sed Christus hoc sacramentum non exhibuit, quia nunquam infirmos oleo, sed solo verbo sanavit: ergo, et cetera.

I T E M omne sacramentum, quod Christus instituit, habuit figuram in veteri testamento: sed hoc non habuit ibi figuram, quia nunquam legitur infirmos propter curationem in veteri testamento ungi: ergo videtur quod institutio huius sacramenti non pertinet ad Christum.

CONCLUSIO.

Extremam unctionem Spiritus sanctus per Apostolos instituit, et sanctus Iacobus promulgavit.

Opin. aliorum.

RESPON. AD ARG. Ad horum intelligentiam notandum est, quod aliqui dicere voluerunt, omnia sacramenta instituta fuisse a Christo: quoniam ipse fuit legislator. Vnde quamvis non expresse legatur de confirmatione, et extrema unctione: tamen, credendum est ipsum instituisse. Et hoc aliquo modo innuitur de confirmatione, cum manus pueris impo-

Mat. 19. b.

nerit: de extrema unctione cum discipulos ad praedicandum misit, qui oleo ungebant infirmos, et curabantur, sicut dicitur: Nec dubium est, quin per mandatum ipsius hoc fecerint. Si autem Apostoli dicerentur aliqua instituisse, hoc est quia institutionem promulgauerunt, sicut beatus Iacobus confessionis, et unctionis. Sed tamen cum in Evangelio sufficiens lex Evangelica exprimitur, et Evangelica lex continet Christi statuta, et facta: et magis statuta, quam facta: quo modo probabile est, ut omnes Evangelistae sic sub silentio tam nobilia sacramenta pertransissent, si Christus instituisset, cum ex his nostrae salutis adminiculum eliciatur? Et ideo probabilius alij dicunt, et Magister videtur hoc sentire, immo aperte dicit quod Spiritus sanctus per Apostolos hoc sacramentum instituit, sicut supra dictum est de sacramento confirmationis. Et quod hoc potuerit esse, manifestum est, cum ipse sit doctor principalis, sicut et Christus. Et exemplo patet: quia Apostoli spiritu, scilicet dicente formam baptismi a Christo institutam, et confirmatam, ad tempus mutauerunt, quanto magis quod Christus insinuat instituire poterunt? Et quod ita fuerit congruum, manifestum est, si attendatur diversitas sacramentorum. Quaedam enim sunt sacramenta communia legi veteri, et nouae, quaedam propriissima legi nouae, quaedam medio modo, ex dictamine naturae, quod quia semper idem manet, illa sacramenta ab initio cucerunt, ut matrimonium, et poenitentia, secundum quod Deo reconciliat: et haec quidem Dominus Iesus consummavit, et confirmavit in lege noua, non euacuavit. Quaedam sunt propriissima legi nouae, et haec sunt, quae signant gratiam in tali statu, quae proprie competit legi nouae: haec autem duo sunt, confirmatio, et unctio, ubi signatur gratia Spiritus sancti, secundum quam iniungitur quis in pugilem, vt pro Christo deat moti: et in regem, vt in regnum caelorum possit introire, tamquam in suum. Hoc est nouae legis proprium: ideo in veteri testamento non habuerunt

Mat. 6. b.

Improbatio vide supra dist. 22.

Alia opinio adhaeret auctor. Dist. 7.

Huius disti, ac doctrinae de declaratione in Breuilog. p. 6. c. 4. ro. 6. Edit. Rom. videtur esse in concord. suo Cocil.

A certam figuram haec duo sacramenta. Et quia signant Spiritus sancti gratiam in aliqua abundantia: et Spiritus sanctus abundanter non fuit datus, quouisque Iesus non fuit glorificatus, sicut dicitur: ideo haec duo sacramenta a Christo fuerunt insinuat, sed post a Spiritu sancto fuerunt instituta. Quaedam sunt sacramenta media, quae in veteri lege non fuerunt in veritate: fuerunt tamen in figura, et significatione, sicut baptismus, Eucharistia, et ordo. Et quia Christus legem impleuit, et figuras euacuavit, haec tria sacramenta per seipsum instituit: sic patet quo modo congruentissime statuta, et instituta sunt Ecclesiastica sacramenta: vt nihil sit gestum pro obliuione, sed secundum inenarrabilem Dei dispensationem. Concedenda igitur sunt rationes probantes Spiritum sanctum per Apostolos hoc sacramentum instituisse.

Ioan. 7. f.

1. A D illud quod obijcitur, quod hoc est legislatoris, dicendum quod Spiritus sanctus suppleuit hoc, quod ipse Dominus dimiserat in doctrina, sicut dicitur: Multa habeo vobis dicere, quae non potestis portare modo: et post: Cum venerit, et cetera. Vnde sicut suppleuit quod deerat de doctrina secundum Dei ordinatam dispensationem, ita etiam de institutione ex causa congrua quod dimissum erat. Nec sunt duo legislatores Christus, et spiritus eius.

Ioan. 16. e.

2. A D illud quod obijcitur, quod per semetipsum, dicendum quod ipse immediate loquebatur Moysi, et post, Moyses praecipiebat populo, sicut nuncius Dei, et minister: sic Spiritus sanctus Apostolis, et ipsi vt ministri populis exponebant. Vnde sacramentorum institutionem non attribuimus nisi Deo vel per Filium, vel per Spiritum sanctum: Nec credendum est quemquam Apostolorum hoc per se instituisse, sed totum collegium: sed Iacobus promulgavit, sicut sententiam tulit de obseruantia legalium: Et per hoc patet sequens, quia sicut Deus operatur principaliter, et sacerdos vt minister: sic institutio sacramentorum respicit Deum, vt auctorem: et Apostolos respicit, vt ministros in promulgando.

Act. 15. e.

3. A D illud quod obijcitur, quod Apostoli ungebant oleo, dicendum quod ibi non fuit hoc sacramentum institutum, sed insinuat: et hoc patet, quia unctione illa principaliter fiebat ad sanitatem corporalem, non ad curationem spiritualem principaliter. Vnde sicut gratia sanatur tunc habebat Apostoli, et non potentiam ligandi, et absoluedi: sic oleum illud deseruiebat, siue operabatur ad salutem corporis: nunc autem principaliter operatur ad salutem spiritus, sicut in ipsa forma euidenter exprimitur.

QUESTIO III.

An extrema unctionis materia sit oleum consecratum ab Episcopo.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 20. ar. 4. et 5. Richardus 4. Sent. d. 23. q. 3. Steph. Brulof. 4. Sent. d. 23. q. 3. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 23. q. 5.

D E huius sacramenti materia: et dicit Magister, quod materia huius sacramenti est oleum ab Episcopo consecratum. Sed primo videtur quod magis deberet adhiberi aliud elementum, quam oleum. Primo quia hoc sacramentum est periculatum, et mortis appropinquans: et hi maxime sunt in articulo necessitatis: ergo talibus maxime de elemento communi provide-ri debet: si ergo aqua communior est, videtur, et cetera.

ADOPPOSITVM. Hoc dicit Concil. Trident. sess. 24.

2. I T E M in confirmatione, in qua datur gratia abundans, non solum est elementum olei, sed etiam balsami, quod est pretiosum: ergo cum hoc sacramen-

tum introducat hominem in regnum, quod est pretiosissimum praemium, videtur quod in eo deberet esse balsamum.

3. I T E M videtur quod non oporteat esse consecratum, quia Baptismus, et Eucharistia, in quibus est magna gratia, et efficacia, non indigent materia consecrata alia sanctificatione, quam quae fit in sacramenti forma: ergo pari ratione nec unctione extrema.

4. I T E M ad perfectum esse sacramenti, ista duo sufficiunt, scilicet significatio, et sanctificatio. Significatio est per elementum, sanctificatio est per verbu: sed haec duo sunt, si quis iniungatur de simplici oleo: ergo videtur quod sit ibi sacramentum perfectum.

5. I T E M si oportet sacramentum unctionis fieri de oleo consecrato, quaro cui competit nomen vel ratio sacramenti, an oleo, an unctioni.

FVNDAMENTA.

QVOD unctioni, videtur per ipsam denominationem sacramenti. Sed quod oleo consecrato, videtur, quia olei est signum, et oleum consecratum signum est sacrum sacra rei, quod non tantum habet significationem, sed etiam quoddam genus causalitatis per benedictionem: ergo videtur quod habeat in se completam sacramenti rationem.

I T E M panis consecratus est sacramentum, non ipsa manducatio, immo potius est vsus: ergo videtur similiter in proposito, quod oleum consecratum sit sacramentum, et unctio sit vsus: ergo non conuenienter nominatur. Quod si non est verum, non videtur hic exigi materia consecrata.

I T E M videtur quod nec oporteat esse consecratam ab Episcopo, quia plus est consecrare, siue corpus Domini conficere, vbi est transubstantiatio, quam oleu, vbi manet eadem vsa: sed simplex sacerdos potest primum: ergo et secundum. Iuxta hoc est quaestio, quare debeat esse oleum, et quare simplex non mixtu, et quare consecratum ab Episcopo, et si illa consecratio faciat oleum consecratum esse sacramentum.

Questio la-teralis.

CONCLUSIO.

Extrema unctionis materia est oleum consecratum ab Episcopo.

Opin. aliorum.

Improbatio

Huius disti dicitur esse in Concil. suo Cocil. vrb.

RESPON. AD ARG. Ad praedictorum intelligentiam est notandum, quod aliqui dicere voluerunt, quod materia in hoc sacramento est oleum, sed consecratio episcopalis superueniens facit esse sacramentum, sed inunctio consequens est sacramenti vsus, siue dispensatio. Sed quoniam istud repugnat denominationi sacramenti, et etiam communi opiniononi: ideo melius dicitur, quod sicut aqua in baptismo est elementum, sic in confirmatione chrisma, et in unctione oleum consecratum ab episcopo. Ratio autem sumi potest a parte instituentis, et etiam a parte finis. A parte instituentis, quoniam enim Christus per semetipsum instituit, qui per semetipsum potuit sanctificare baptismum, et Eucharistiam: ideo non est alia consecratio praeparans necessaria, sed solum ad sollempnitatem facit. Sed hoc sacramentum Spiritus sanctus instituit per Apostolos, qui non poterant sanctificare nisi per Deum: in hoc materia est non simplex elementum, sed oleum per verbum, et inuocationem sancti Spiritus consecratu: et hoc per verbum Episcoporu, qui sunt successores Apostoloru, vt sicut Spiritus sanctus instituit per Apostolos, sic etiam nunc consecrata per Episcopos. A parte finis sumitur ratio, quoniam hic datur gratia sanas languores spirituales, et datur gratia ordinans ad sanitatem perfectam, quae quidem est gloria: ideo debet signari per oleu, quod est curatiuum ratione curationis, et per oleum consecratum ratione ordinationis ad supereminente curationem, et per oleum simplex non per mixtu, quia ad ingressum in gloriam requiritur, et sufficit bona conscientia. His vsus facile est soluere ad obiecta.

1. A D illud enim quod obijcitur de communitate medicinae, dicendum quod istud non est sacramentum necessitatis, et praeterea modicum de elemento, scilicet de oleo sufficit, et hoc potest vbi que locorum haberi, et ideo non est periculum aliquod. Praeterea euitatio periculi non debet prauidicare dignitati, et congruitati sacramenti.

2. A D illud ergo quod obijcitur, quod deberet misceri cum balsamo, sicut in confirmatione, dicendum quod non est simile, quia in confirmatione datur gratia ad pugnandum in vita, per quam oportet ambulare non solum secundum placitum ad Deu, verum etiam ad proximu. Sed in unctione datur gratia ad resistendum diabolo, ne possit detinere, et ad hoc non est necessaria fama, sed bona conscientia: et quia balsamum aromatizans significat bonam famam, et oleum nitens bonam conscientiam: ideo, et cetera.

3. A D illud quod obijcitur, quod Eucharistia non indiget alia consecratione, dicendum quod non est simile tum ex parte instituentis, tum ex parte finis, vt visum est.

4. A D illud quod obijcitur, quod in oleo non consecrato si fiat unctio, est significatio, et sanctificatio, dicendum quod falsum est. Primo enim deficit significatio, quae non tantum exigit representatione, sed etiam institutionem: sic autem institutio est fieri. Secundo deficit sanctificatio, quia non habet verbum efficaciam, nisi habeat competens elementum.

5. A D illud quod obijcitur, quod oleum consecratum est sacramentum, dicendum quod proprie loquendo non est sacramentum, sed ad sacramentu ordinatum. Et ratio huius est, quia non habet nec perfectam significationem, nec sanctificatione quousque applicetur infirmo, et superueniat sacerdotis oratio: tunc enim significatur gratia intus iniungens, et tunc est primo sacramentum, et non ante: et ideo non est simile de corpore Domini, vbi in prima sanctificatione fit conuersio, et post non additur vberior interior sanctificatio, quae nouam introducat virtutem.

A D illud quod obijcitur, quod sicut sacerdotes possunt corpus Domini conficere, ita et oleum consecrare, dicendum quod non valet, quia tanta est potestas in ministris Ecclesiae, quantam distribuit Dominus membris: nec oportuit potestatem consecrandi oleum ita communicari sacerdotibus, sicut conficiendi corpus Christi, quia vnus episcopus facit totum prouinciae potestatem unctionis oleum consecrare: sed non potest quotidie in singulis parochiis Missam cantare, sicut decet, cum ille sit panis quotidianus, et communis omnibus: et sic patet istud.

QUESTIO IV.

An forma verbi sit de essentia Sacramenti.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 20. ar. 7. Et 4. Sent. d. 23. q. 1. ar. 4. Richard. 4. Sent. d. 23. q. 4. Steph. Brulof. 4. Sent. d. 23. q. 4. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 23. q. 5.

D E forma huius sacramenti. Et quaeritur, vtrum forma verbi sit de essentia huius sacramenti. Et quod sic, videtur. Primo per ritum vniuersalis Ecclesiae, quae vbi que locorum unctione tribuit cu benedictione sacerdotali.

I T E M probatur per illud Iacobi: Inducat presbyteros, et orent pro eo vngentes eum oleo: ergo praeimitur oratio ante unctionem: Et videtur quod illa sit de integritate, vt unctio: et hoc probatur per litteram sequentem: Oratio fidei saluabit infirmum: ergo efficacia sacramenti principaliter residet penes verbum orationis.

Resp. ad vlt. pro Fundam.

Iac. 5. c.

Ibi dicitur.

I T E M

I T E M hoc ipsum videtur per simile in alijs sacramentis, quia sacramenta nouæ legis sanctificant per verbum, vt dicit Hugo: ergo pari ratione videtur quod istud sacramentum.

I T E M sicut in alijs necessaria est intentio, et ideo est verbum etiam arctans intentionem: ita et in hoc necessaria est intentio: ergo pari ratione et verbi exprimentis, siue arctantis intentione prolatio.

AD OPPO SITVM. 1. C O N T R A: Omnia sacramenta ex fonte sacre Scripturæ ortum habent, quia nullum sacramentum est in Ecclesia, quin describatur in Scriptura: sed huius sacramenti forma nunquam describitur nec ab Euangelista, nec ab Apostolo: ergo, et cetera.

2. I T E M omnia sacramenta, quæ habent formam, eandem debent habere per totam Ecclesiam catholicam, quia variatio formæ est variatio sacramenti: et sacramentum debet esse vniuersale, sicut fides, et Ecclesia: sed hoc sacramentum non habet eandem formam: nam in Ecclesia Gregoriana est hæc forma: Per istam sanctam vñctionem, et suam pijsimam misericordiã indulgeat tibi Dominus quidquid oculorum vitio deliquisti. In Ambrosiana est hæc: Vn- gte oleo sanctificato in nomine Patris, et Filij, et Spiritus sancti, vt more militis vñcti præparatus ad certamen, aereas possis superare potestates, vel similibus huic: ergo non videtur quod aliqua forma sit substantialis.

3. I T E M omnes sacramentorum formæ traditæ sunt per orationem deprecatiuam: ergo non videtur conuenienter assignata, aut non est forma: quoniam sacramenta nouæ legis certitudinaliter ponunt suum effectum: ergo per orationem indicatiuam debent exprimi, non per deprecatiuam.

4. I T E M secundum beatum Iacobum, oratio fidei est illa, quæ est necessaria: si ergo oratio est ad Deum, et ad Deum oratur melius gemitu cordis, quam voce oris, videtur quod ad istius sacramenti perfectionem non oporteat aliquid ore tenus exprimi. Queritur igitur, si formam habet, quæ sit forma, et per quem modum.

C O N C L V S I O.

Extrema vñctionis forma, est oratio deprecatiua, et hoc ex principali institutione, multiplici congruentia ordinata.

Opilioris. Erronea contra con- cil. Trid. Sess. 14. Improbatio

R E S P O N. A D A R G. Dicendum quod aliqui voluerunt dicere, quod istud sacramentum non habebat formam verbi essentialem, sed quæ solum erat de bene esse: et ideo non fuit expressa, nec in Ecclesia inuenitur vnica, sed diuersa. Sed tamen istud non est securum dicere, nec secundum textum Scripturæ, cum in istius sacramenti institutione maximam vim videatur Iacobus in oratione instituere, et sibi totam efficaciam attribueret, cum dicit: Oratio fidei saluabit: Non dicit, vñctio. Oratio autem fidei dicitur non ipsius inungentis, sed ipsius Ecclesiæ, in cuius fide administrantur sacramenta: sicut ergo in alijs sacramentis non sufficit corde credere, nisi fiat professio in verbo exteriori, sic intelligendum est hic, quod non sufficit oratio mentalis sine vocali. Et ideo forma verbi est de integritate sacramenti, forma inquam verbi, secundum quod est expressiua orationis fidei. Et hoc propter talem institutionem istius sacramenti. Vnde nota quod est forma verbi, quæ exprimit actum, et intentionem: et talis est per modum indicatiuum, et non est de sacramenti necessitate, sed congruitate: et hæc in aliquibus Ecclesijs habetur, sed non in Romana, quæ maxime vitat ea, quæ possunt esse occasio deniandi. Et est forma, quæ exprimit orationem: et quoniam oratio est per modum deprecatiuum, talis forma est deprecatiua: et hæc est de necessitate sacramenti huius, et habetur

in omnibus Ecclesijs, quoniam hæc tangitur in institutione huius sacramenti. Et quoniam non exprimitur verbum determinatum, sed solum oratio fidei: ideo non oportet quod sit vniuersitas in verbo orationis, sed solum quod sit in sensu. Si quæras, quare in isto sacramento potius est oratio de essentia, quam in alio, respondeo quod ratio principalis est institutio. Si autem quæras rationem institutionis dici potest quod hæc habet rationem congruitatis multiplicem. Prima est ex parte suscipientis, qui propter infirmitatem est destitutus: ideo oratione est releuandus. Secunda est ex parte modi curandi, qui est deuotionem, et eleuationem animæ ad spiritualia: et quia quod super omnia excitat animam, ad hoc est oratio: ideo, et cetera. Tertia ratio est ex parte morbi, quoniam hic fit remissio peccati interueniente ministerio sacerdotis: et quoniam in remissione culpæ sacerdos non se habet nisi per modum deprecantis, vnde et in absolutione sua vitur oratione deprecatiua, vt in præcedentibus habitum est: hinc est quod optime institutum fuit, vñctionem non fieri sine oratione, cuius expressio est forma sacramenti, vt ostendunt rationes. His visis facile est respondere ad obiecta.

1. A D illud enim quod obijcitur, quod non habet ortum ex fonte sacre Scripturæ, dicendum quod falsum est, vt patet: immo ab illo verbo beati Iacobi: Oratio fidei saluabit infirmum.

2. A D illud quod obijcitur, quod non est eadẽ forma, dicendum quod secundum id quod est necessarium et essentialia sacramento, eandem oportet esse: sed forma verbi non est necessaria ratione vocis exterioris, sed prout est expressiua verbi interioris.

3. A D illud quod obijcitur de oratione indicatiua, dicendum quod non est simile de hoc sacramento, et de alijs, pro eo quod istud habet aliquam specialem rationem, quam non habent alia, vt visum est.

4. A D illud quod obijcitur, quod melius oratur gemitu cordis, dicendum quod in sacramentis, quia sunt signa exteriora, non tantum consideratur quod est interius, sed etiam signum exterius, ratione cuius habet rationem sacramenti: et sic patet totum. Quamuis enim aliquis crederet Trinitatem, nisi exprimeretur in baptizando, non daret sacramentum: et sic in proposito est intelligendum.

A R T I C V L V S I I.

C O N S E Q V E N T E R quantum ad secundum articulum quæstionis queritur de huius sacramenti dispensatione. Et circa hoc queruntur quatuor. Primo queritur, quis debeat administrare hoc sacramentum. Secundo, cui debeat dispensari. Tertio, in quo membro, siue loco. Quarto, et vltimo, quotiens.

Q V Æ S T I O I.

An administratio huius sacramenti competat solum Episcopis.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 21. ar. 3. Richar. 4. Sent. dist. 23. ar. 2. q. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 23. q. 5. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 23. q. 1. 2. Tho. Argent. 4. Sent. d. 23. q. 1. ar. 4.

I R C A quam proceditur sic. Videtur quod huius sacramenti administratio solis Episcopis competat. Primo per simile: Sacramentum confirmationis, quod habet materiam,

AD OPPO SITVM.

materiam consecratam, a solis episcopis traditur: ergo pari ratione, et sacramentum illud.

2. I T E M in artificialibus nobilioris artificis est vti instrumento factum quam ipsum facere: vnde nobilior est miles, qui vitur ense, quam faber, qui facit: ergo si episcopus solum oleum consecrat, videtur quod ipse solus hoc oleum inungere debeat.

3. I T E M in naturalibus videmus, quod eadem vis, quæ præparat materiam, inducit formam: et hoc spectat ad rectum ordinem operandi: si ergo gratia, et virtus conformis est naturæ, cum episcopus materiam præparet, videtur quod ipse solus sacramentum conferat: et hoc est in ipsa vñctione.

4. S E D C O N T R A ostenditur quod extendat se ad omnes, quia verbum, et elementum constituunt sacramentum: sed oleum consecratum potest administrari per simplicem laicum, et etiam verbum dicitur ergo et sacramentum administrari.

5. I T E M quod ita debeat esse, videtur: quia illud est sacramentum eorum, qui sunt in extremo mortis articulo: sed talibus frequenter non potest subueniri per sacerdotem: ergo videtur quod saltem per laicum eis subueniri possit.

6. I T E M hoc ostenditur exemplo, quia legitur in legenda S. Genouefa quod ipsa inungebat oleo infirmos, et curabat eos: ergo videtur quod hoc saltem spectet ad viros sanctos.

C O N C L V S I O.

Extrema vñctionis Minister est sacerdos, cum ratione materia, quæ est oleum consecratum, quod contingi non debet nisi manibus consecratis: cum ratione forma, quæ est per modum orandi, quod est munus sacerdotum.

R E S P O N. A D A R G. Dicendum quod huius sacramenti dispensatio ex officio spectat ad sacerdotes, et illud confirmat auctoritas, et ratio. Quia dicitur: Inducat presbyteros, et cetera. et orent super eum. Ratio, quia cum huius sacramenti materia sit oleum consecratum, non debet administrari, nec contingi nisi ab eo, qui habet manus consecratas, et talis est sacerdos: ideo non se extendit ad omnes. Nec ad solos episcopos, quia cum hoc sit sacramentum periculantum, qui non possunt adire prelatos, sed magis conuerso, oporteret multos perire, si a solis episcopis dari deberet. Ideo disposuit Spiritus sanctus, quod vnguentum non solum esset in capite, vel in barba Aaron: sed etiam descenderet vsque in oram vestimenti, scilicet vsque ad inferiores sacerdotes. Nec solum sumitur ratio a parte vñctionis, verum etiam a parte orationis. Quoniam enim officium mediationis sacerdotibus competit, sicut competit offerre dona, et sacrificia pro peccatis: nec solis episcopis, nec etiam laicis: Sic etiam dispensatio huius sacramenti, cuius efficacia principaliter consistit in oratione fidei, cuius est sacerdos minister de ratione sui officij.

1. Ratio.

2. Ratio.

1. A D illud quod obijcitur de confirmatione, dicendum quod nullo modo est simile. Primum, quia confirmandi, possunt adire Episcopum, non sic inungendi. Præterea: Manuum impositio solis Apostolis competebar, sed infirmorum curatio vsque ad alios discipulos descendebat: at sacramentum confirmationis est sacramentum impositionis manuum: sacramentum vñctionis est ad curationem ordinatum.

2. A D illud quod obijcitur, quod in artificialibus nobilior est vti instrumento, et cetera. dicendum quod illud veritatem habet vt plurimum in moralibus. Et ratio huius est, quoniam gradus dignitatis est in eis secundum ordinationem ad finem, et vtens instrumento immediatior est finis, quam fabricans: sed in his operibus Ecclesiæ est gradus secundum comparationem ad primum principium, ex quo fluit totum.

A regimen, et operatio in corpore Ecclesiæ: et ideo virtus prior superior est. Vnde superior est episcopus qui ordinat sacerdotem ad celebrandum, quam ipse sacerdos, qui celebrat: sic in proposito est intelligendum. Præterea: Non est tantæ seruitutis oleum consecrare, sicut infirmos inungere. Primum enim sufficienter potuit fieri ab vno, secundum vero minime: ideo voluit Spiritus sanctus, secundum magis communicari, quam primum.

3. A D illud quod obijcitur, quod eiusdem est formam inducere, cuius est materiam preparare, dicendum quod verum est de forma, quæ perficit illam preparationem, sicut faber fabricando ferrum inducit formam ensis: sic Episcopus quando benedicit, inducit consecrationem: sed propter hoc non oportet quod illo oleo vtatur, sicut nec faber ense.

4. A D illud quod obijcitur, quod verbum et elementum faciunt sacramentum, dicendum quod verum est in aliquibus sacramentis, quorum dispensatio omnibus est commissa: sed non est verum in omnibus, vt in Eucharistia: et sic intelligendum de vñctione extrema.

5. A D illud quod obijcitur de extremo mortis articulo, dicendum quod deuotio potest supplere absentiam sacerdotis: et ideo non est necesse omnibus committi, maxime cum sacerdos satis de facili possit adesse, nisi absit propter negligentiam infirmi.

6. A D illud quod obijcitur de S. Genouefa, dicendum quod sicut supra habitum est, quod quidam absoluunt merito, quidam ex officio. Sic intelligendum est in proposito. Vnde sicut ad solos sacerdotes pertinet absoluere, tamen viri sancti frequenter impetrant vitam merito, quod alij faciunt ex officio: sic et in vñctione intelligendum est.

Q V Æ S T I O I I.

An extrema vñctio debeat dari solum infirmis.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 22. ar. 1. Et 4. Sent. d. 23. q. 2. ar. 2. q. 1. Richardus 4. Sent. dist. 23. ar. 2. q. 4. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 23. q. 6. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 23. q. 17.



V I debeat sacramentum istud dari. Et quod solis infirmis, videtur per illud quod dicitur: Infirmatur quis in vobis: inducat presbyteros: ergo illis indicitur quod presbyteros inducant: et hoc videtur maxime per litteram sequentem: Oratio fidei saluabit infirmum.

FVNDAMENTA. lac. 76. 9

I T E M quod solis ratione vñctibus, ostenditur per textum, cum dicitur: Inducat presbyteros. Et post: Si in peccatis fuerit: si ergo presbyteros petere, seu inducere, et in peccatis esse, est proprium adultorum, et ratione vñctum, videtur, et cetera.

I T E M quod solis in periculo mortis existibus, videtur per ipsam denominationem, qua dicitur: vñctio extrema: ergo solum in extremis debet dari.

Contra: Quod non solis infirmis debeat dari, videtur per ipsam Glossam, quæ dicit: Infirmatur quis in vobis mente, et corpore scilicet, vel fide: ergo non solum infirmantibus corporaliter, sed etiam infirmantibus spiritualiter debet dari.

I T E M vñctio hæc debet dari appropinquantibus ad mortem, et existentibus in periculo mortis: sed qui ingreditur iustum bellum, in periculo mortis est: ergo, et cetera.

I T E M quod non solis ratione vñctibus, videtur: quia non soli tales infirmantur, sed etiam alij, qui indigent alleviatione, vt paruuli, et stulti: ergo videtur.

detur, quod debeat eis hoc sacramentum dari, quod est unctio infirmorum. ITEM hoc probatur ex Textu, in quo dicitur: Infirmatur quis in vobis? Quis tenetur infinite: ergo quicumque infirmatur, debet inungi.

Iac. 5. c

CONCLUSIO.

Extrema unctio debet dari solis infirmis ratione utentibus, et in periculo mortis existentibus.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod hoc sacramentum est principaliter ad venialia delenda, secundum quod possunt convenienter recipere affectum: et per hoc est in alleviationem animæ aggravatæ a corpore, corruptionem habente: et ideo istud sacramentum debet dari solis infirmis, qui peccata potenter venialiter, et his prout sunt in articulo mortis: sic enim possunt a culpa veniali liberari convenienter, et sufficienter: et hoc invenitur in ipso Textu, status, inquam infirmitatis. Et hoc est quod dicitur, infirmatur. Periculum, in hoc quod dicitur, quis, quasi discretive, et notabiliter, et grauter: ita quod deficit virtus naturæ, et auxilium medicinæ. Discretio vero rationis in hoc, quod dicitur: Inducam presbyteros. Et iterum in hoc quod subinfert: Si in peccatis fuerit, remittentur ei. Concedendæ igitur sunt rationes monstrantes hoc sacramentum dari debere solis infirmis ratione utentibus, et in periculo mortis existentibus.

AD illud quod obijcitur de Glossa, dicendum, quod istud intelligitur vniuersaliter sub disfunctione: nec excluditur infirmitas corporalis: sed præsupponitur.

AD illud quod obijcitur de his, qui intrant iustum bellum, dicendum quod estis tales sint in periculo mortis secundum fortunam, non tamen secundum naturam. Sacramenta autem Ecclesiastica non fortunam sequuntur, sed naturam respiciunt. Si tu obijcias de illo, qui damnatus est per sententiam, dicendum quod talis infamis est in facie Ecclesiæ, etiam si secundum veritatem non habet culpam: et sic patet ratio illa.

AD illud quod obijcitur, quod alij indigent alleviatione, dicendum quod ad hoc principaliter sacramentum istud non ordinatur, sicut patet in ipsa forma, sed ad peccatorum remissionem, quæ per sensus exteriores perpetrata sunt: et ideo non datur infantibus, nec naturaliter stultis.

AD illud quod obijcitur de hoc nomine, quis, dicendum quod magis discretive tenetur, quam infinite. Et si tu obijcias, quod talis modus non competit illi nomini, dicendum quod falsum est, quia talis modus annexus est modo accipiêdo interrogatiue.

QVÆSTIO III.

An in extrema unctio debet inungi totum corpus.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 2. art. 1. Et 4. Sent. d. 23. q. 2. art. 3. q. 1. Richar. 4. Sent. dist. 23. ar. 2. q. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 23. q. 6. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 23. q. 1. 8. Petrus de Palud. 4. Sent. dist. 23. q. 3.

AD OPPOSITIVM.

IN quo loco debeat fieri unctio. Et quod totum corpus debeat inungi videtur: quoniam talis unctio, aut est contra infirmitatem corporalem, aut contra infirmitatem spiritualem. Si contra corporalem: cum ergo mortalis infirmitas per totum corpus diffusa sit, totum debet inungi. Si contra spirituale: sed spiritualis infirmitas

non concedit aliquam partem determinate: ergo, et cetera.

ITEM unctio sacramentalis signat unctioem gratuitam, et spiritualem, quæ est in anima: sed anima est in qualibet parte corporis tota: ergo, et cetera.

ITEM unctio deuotionis respicit animam secundum potentiam intellectuam: sed illa nullius partis corporalis est actus: ergo nulla pars corporis determinate debet inungi: ergo totum corpus inungendum est.

ITEM cum quis purificatur ab originali, totus immergitur, si sit aqua sufficiens: ergo similiter si oleum est sufficiens, totus videtur inungendus.

SED CONTRA: De corde procedunt cogitationes malæ, furta, et cetera. secundum illud omnia peccata ex corde procedunt: ergo ad deletionem peccatorum signandam sufficit locum cordis inungere.

ITEM unctio confirmationis in vniuersa parte sola fit, scilicet in fronte: ergo pari ratione, et ibi unctio huius sacramenti.

ITEM si in pluribus partibus distincte: ergo plures sunt unctioes: ergo plura sunt sacramenta. Pes enim, et manus specie differunt secundum naturam organizationis.

ITEM si in diuersis partibus debet fieri unctio, cum contingat frequenter multa membra corporis amittere ex sola ægitudine, videtur quod ægitudine perfectione sacramenti faciat cetera, quod non est conueniens. Quæritur ergo quæ membra debeant inungi. Et vtrum mutilata debeant inungi.

CONCLUSIO.

In extrema unctiois sacramento septem partes inunguntur, non totum corpus: organa videlicet quinque sensibus deservientia: et quæ generatiua, et progressiua virtuti deserviunt.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod in talibus, ut sepe dictum est, finis imponit necessitatem his, quæ sunt ad finem. Quoniam ergo istud sacramentum principaliter ordinatur ad venialium deletionem, secundum quod ex textu beati Iacobi innuitur, et venialia perpetrantur ab anima secundum unctioem ipsius ad carnem corruptam; et hoc est per potentias per quas vnitur corpori ut organico: et ideo recte in deletionem talium peccatorum debet medicamentum exterius adhiberi; secundum id quod habet sensibile circa organa ipsarum potentiarum. Est autem triplex potentia animæ, secundum quam regitur corpus, et eruditur, et nutritur, secundum quam ad exterius comparatur, scilicet sensitua, generatiua, et progressiua: et ideo organa istarum potentiarum debent inungi. Et quoniam quinque sunt organa deservientia quinque sensibus, scilicet os, oculi, nares, aures, et manus, et lumbi deserviunt generatiua, pedes vero virtuti progressiua: ideo ista septem partes inunguntur: et sic patet quod nec totum corpus debet inungi, nec vna pars determinata.

AD illud ergo quod obijcitur de infirmitate spiritali, quod non determinat partem, dicendum, quod verum est, quod non determinat partem, in qua fit, verum tamen determinat partem, per quam contrahitur. Et per hoc patent duo sequentia de anima, quod est in qualibet parte corporis, et de potentia intellectuam: quoniam, etsi anima secundum essentiam sit in qualibet parte corporis tota, et secundum potentiam intellectuam, partem determinatam corporis non concernat: tamen secundum potentiam sensitivam et operatiua determinat sibi aliquas partes corporis organizatas, in quibus delectatur, et secundum quarum delectationes diuersa incurrit peccata.

AD illud quod obijcitur de baptismo, dicendum quod non est simile, pro eo quod in originali tota caroscendatur, sed in venialis peccati commissione aliquis actus specialis potentie concernitur.

FVNDAMENTA. Mat. 15. b

I. AD

AD illud quod obijcitur in oppositum de corde, dicendum quod est de cordis affectu procedant omnia: tamen per diuersas potentias subministrantes.

AD illud quod obijcitur de unctioe confirmationis, dicendum quod non est simile, pro eo, quod illa est contra pusillanimitatem, et verecundiam determinate: sed hæc est contra venialia peccata, quæ respiciunt actus omnium potentiarum.

AD illud quod obijcitur, quod ergo plura sunt sacramenta, dicendum quod illæ partes non inunguntur, nisi prout concurrunt in vnum; cui deseruiunt, et secundum cuius nutum mouentur: et ideo quia unctio est in his, secundum vnam naturam, et per comparisonem ad vnum: ideo vnum est sacramentum.

AD illud quod obijcitur de illis, qui perdunt hæc membra, dicendum quod quamuis sint mutilati, tamen debent inungi. Et si tu obijcias, quod est impletio falsi in forma, dicendum quod falsum est, quia cæci libenter vellent videre, et surdi auditum desiderant, quamuis non audiant: ideo recte dicunt in talibus membris inungi, quia per talia membra, aut peccauerunt, aut peccare voluerunt, saltem veniali appetitu. Si tu quæras, cum per membra genitalia maxime culpa in hominibus contrahatur, siue perpetratur venialis, et mortalis, vt quid non inunguntur? dicendum quod hoc est propter fedtatem membri, propter quam natura rationalis erubescit non solum tangere, sed videre: sed quod plus est nominare, et amplius erubescit cogitare: et ideo absit quod oleum sanctum debeat ibi apponi, sed loco illorum membrorum inunguntur lumbi. Credo etiam quod compatitur verecundia infirmorum, quia nemo est ratione vtens, qui non erubescat membra illa alijs demonstrare, immo ipsemet erubescit videre.

QVÆSTIO IV.

An sacramentum extrema unctiois iterari possit.

S. Tho. in suppl. 3. p. q. 23. art. 1. Et 4. Sent. d. 23. q. 1. art. 4. Richar. 4. Sent. dist. 23. art. 2. q. 6. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 23. q. 8. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 23. q. 6.

AD OPPOSITIVM.

VOtiens debeat hoc sacramentum dari. Et quæritur, vtrum debeat iterari. Et quod non, videtur. Primo, quia nulli sacramento facienda est iniuria: sed qui iterat sacramentum, facit ei iniuriam: ergo, et cetera.

ITEM per simile videtur: quia unctio Episcopalis siue confirmationis non iteratur: ergo nec unctio extrema iterari debet ratione consimili.

ITEM hoc videtur per denominationem, quia dicitur unctio extrema: sed vnus hominis vna est mors, et vnum extremum: ergo tantum semel debet inungi.

FVNDAMENTA.

CONTRA: Quoties iteratur morbus, et medicina: sed tam morbus corporalis, quam spiritalis iteratur, scilicet veniale peccatum, et corporalis infirmitas: ergo, et cetera.

ITEM aliquis qui est in periculo, secundum humanum iudicium, et opinionem medicorum, est inun-

gendus, quia præsumitur, quod laboret in extremis: si ergo ille idem in extremis alias laborare potest, videtur quod inungi debet.

ITEM hoc quæritur, si aliquis sacerdos incipit inungere, et in unctioe deficit, vtrum debeat a capitali te incipi, vel perfici.

ET iterum, vtrum aliquis in eadem infirmitate debeat bis inungi, vt puta in infirmitate incurabili.

CONCLUSIO.

Cum in hoc sacramento nec imprimatur character, nec detur effectus perpetuus, possibilis est reiteratio.

RESP. AD ARG. Dicendum quod istud sacramentum, sicut innuitur aperte in littera, et debet, et potest iterari. Si autem quæretur ratio huius, dicendum est quod generalis ratio, quare sacramentum non debeat iterari est, quia effectus eius est perpetuus, qui non iteratur: Vnde characteris impressio non est generalis ratio, sed potius effectus perpetuatio. Vnde ex quo panis semel consecratus est, non debet amplius consecrari, quamuis non imprimatur ibi character: et similiter oleum benedictum non debet amplius benedici, siue consecratur non debet amplius consecrari. Quoniam igitur in unctioe extrema non imprimatur character, nec datur effectus perpetuus, maxime si homo ab infirmitate resurgat: ideo secunda operatio sacramenti necessaria est: et ideo iterari potest, et debet medicina absque aliqua contumelia ipsius sacramenti.

AD illud ergo quod obijcitur, quod sibi fiat iniuria in iteratione, dicendum quod hoc verum est quando iteratur sacramentum, et nihil nouum efficitur: hoc autem in proposito non habet locum.

AD illud quod obijcitur de unctioe confirmationis, dicendum quod non est simile, quia ibi est effectus characteris, qui est perpetuus, propter quem amplius sacramentum iterari non debet.

AD illud quod obijcitur de denominatione, dicendum quod unctio extrema est dupliciter. Aut secundum veritatem, aut secundum nostram opinionem. Primo modo non iteratur, secundo modo sic: et ita frequenter accidit multos inungi pluries.

AD illud quod quæritur, si sacerdos deficit, vtrum sit iniunctum, dicendum quod potius est supplendum, quod inchoatum est, pro eo quod quilibet unctio specialem habet formam, sicut patet aspicienti ordinariarum: at tamen generaliter conueniunt in remissione peccati.

AD illud quod quæritur de infirmitatibus prolixis, aliqui voluerunt dicere, quod post annum iterari potest, pro eo quod completa est reuolutio corporum superiorum. Sed absurdum valde videtur sacramenta regulari secundum motum solis, et astrorum. Et ideo potest aliter dici, quod nullus in aliqua infirmitate inungendus est, nisi cum præsumitur ad exitum appropinquare: et hoc est ex infirmitatis aggravatione, quem statum natura diu sustinere non potest, immo aut vincit, aut vincitur. Si ergo infirmus non moriatur, sed diutius viuat: etsi non perfecte curetur, curatur tamen aliquo modo ab intentione morbi: quia ideo venialia iterum redire possunt, et iterum infirmitas corporalis aggravatur, ideo potest, et debet sacramentum unctiois iterari. Et sic patet responsio ad obiecta.



NUNC ad considerationem sacre ordinationis accedamus. Septem sunt spiritualium officiorum gradus...

Hugo li. 2. par. 3. c. 4.

Clemons Ep. ca. 2. ad Iacob fratrem Domini...

De tonsura Mar. 7. a

1. Pet. 2. b

Hug. li. 2. p. 1. c. 1.

2. Cor. 3. d

Exec. 5. c

AE. 18. b

1. Cor. 11. b

Isid. in li. 7. Ethy. c. 12. et alleg. d. 21. c. Cleros

TALES autem ad ministerium spirituale eligendi sunt clerici, qui digne possint Dominici sacramenta tractare. Melius est enim Episcopo paucos habere ministros...

DISTINCT. XXIV. PARS I. A

De sacramento ordinis quantum ad ea, quae ad illud disponunt.

Nunc ad considerationem sacre ordinationis accedamus.

Expositio textus.

Haec est sexta pars, in qua de sexto sacramento agitur. Posset tamen diuidi contra totam precedentem.

determinatam personam. Hic agit de his, quae respiciunt multitudinem Ecclesiasticam. Et primo de ordine. Secundo de matrimonio.

Diuisio.

Dist. 21.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam huius partis quaeritur de ordine in generali, de quo secundum duo, quae in littera determinantur, duo principaliter quaeruntur.

QUESTIO I.

An clerici debeant tonsurari.

Richardus 4. Sent. dist. 24. art. 1. q. 2. Stephanus Brulof. 4. Sent. dist. 24. q. 1. Petrus de Tarrant. 4. Sent. dist. 24. q. 1.



VIDE non debeant clerici tonsurari ostenditur, ubi comminatur Dominus his dicens: Dispergam eos in omnem ventum...

AD OPPOSITVM lxx. 49. f.

Gal. xli. d

Num. 6. c

Quaest. late ralis.

CONCLUSIO.

Clerici tonsurari debent, quia tonsura cum corona distinctionem ostendit, et erudit.

RESP. AD ARG. Dicendum, sicut melius infra videbitur, quod in sacramento ordinis datur potestas ad istud nobile officium exequendum.

ordines propter signandam, scilicet gratiam septiformem, quod nemo digne accipit ordines, qui non est in gratia: et haec est dispositio interior.

Nunc ad considerationem. Dub. I.

In parte ista sunt dubitationes circa litteram. Et primo quaeritur de ordine huius sacramenti ad alia precedentia: videtur enim male ordinare, quia hoc sacramentum est ordinatum ad dispensandum omnia alia sacramenta: ergo inter omnia alia videtur esse primum.

RESP. Dicendum quod dupliciter est loqui de ordine. Aut in comparatione ad alterum, respectu cuius est. Aut a parte subiecti, in quo est. Si in comparatione: sic verum est quod sacramentum ordinis in dispensante debet precedere, et praecedit omnia sacramenta, prout suscipiuntur.

In hoc igitur sacramento septiformis gratia, et cet. Dub. I I.

Videtur male dicere, quia dona Spiritus sancti sunt connexa: et isti gradus non sunt connexi necessario, nec simul: ergo non videtur quod istud sacramentum sit gratiae septiformis.

RESP. Dicendum quod verbum Magistri per quandam appropriationem intelligendum est, non per proprietatem, quod dona Spiritus sancti diuisim dantur in ordinibus singulis, sed vsus horum donorum his septem gradibus aptari possunt, et hoc, ascendendo a minori vsque ad summum.

Corona regale Deus, et cet. Dub. I I I.

Videtur male dicere, quia dicitur Sacerdotibus, quod sunt regnum sacerdotale: ergo secundum hoc sacerdotium adiacet regno, non econuerso: ergo magis deberet dicere regnum decorum.

RESP. Dicendum quod differentia est inter vetus, et nouum Testamentum, inter comparisonem sacerdotum, et regni. Quia enim vetus Testamentum erat adhuc carnalium, et carnaliter viuentium, ideo potestas saecularis erat principalior, et potestas sacerdotalis erat minor.

Tonsura autem Ecclesiastica vsus a Nazaraeis, et cet. Dub. I V.

Videtur male dicere, quia vmbra euacuata est per veritatem: vnde nullo modo debet legem nazaraeorum obseruare: ergo nec ritum, nec tonsuram.

RESP. Dicendum quod ritus iste, et vsus non fuit inchoatus secundum veritatem, sed secundum signationem: signabant enim, quod illi qui erant Domino dedicandi, deberent ab alijs segregari: in nulla autem parte corporis sic competit signari, sicut in capite, et sic.

S. Bon. To. 5.

autem ita continens est, ut tonsura cum corona. Primo ratione fitus, quia in superexcellenti parte debet hoc signaculum poni, ut significetur officium nobilitatis, ad quod parati sunt. Secundo vero, quia tonsura inferior cum rasura superiori circulem figuram faciunt in capillatura: et illa appellari potest corona, quæ signat eos parari ad regale sacerdotium; secundum illud: Vos estis genus electum, regales sacerdotium: ideo signaculum regale rectissime eis competit ad distinguendum. Competit nihilominus ad erudiendum: et hoc quia in talis signaculi collatione est superfluitatis amotio, est summitatis capitis denudatio, est figuræ orbicularis impressio. In primo instruuntur clerici, quid sit vitandum, quoniam superfluitas terrenitatis secundum illud Apostoli: Habentes alimenta, et quibus tegamur his contenti simus. Vnde et in hoc signatur, quod debent esse succincti lumbos mentis. In secundo instruuntur, quantum ad illud, quod est desiderandum, et quod est tenendum: et hoc est bonum supernum, secundum illud Apostoli: Nostra conuersatio in cælis est: Mente enim debemus accedere Deo, et sobrii esse proximo. In tertio instruuntur qualiter sit ad illud perueniendum. Figura enim orbicularis est simplicissima, capacissima, et pulcherrima. In quo signatur quod simplices debent esse in mente: In simplicitate cordis querite illum. Dilatati in affectione: Os nostrum patet ad vos o Corinthij, cor nostrum dilatatum est. Et pulchri in conuersatione: Quia confessio, et pulchritudo in conspectu eius: et hoc est per munditiam, iuxta illud Psalmi: Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat: Et sic patet, quare sic debeant consignari per tonsuram, et coronam. Nam tonsura dicitur amotio capillorum a parte inferiori: sed corona amotio orbicularis a parte superiori. Vel corona potest dici etiam ipse circulus, et tunc corona vtrumque comprehendet.

1. Ad illud ergo quod obijcitur, quod Dominus minabatur his, qui huiusmodi tonsuras obseruabant, verum est his qui faciebant ad cultum dæmonum, sed non his, qui faciebant ad cultum diuinum.

2. Ad illud quod obijcitur, quod in Christo Iesu non valet circumcisio. Intelligendum est quod per se non valet ad iustificationem capillorum amotio, verum tamen ad eruditionem valet, valet etiam ad distinctionem.

3. Ad illud quod obijcitur, quod cæsaries decorat naturam, dicendum quod decor naturæ duplex est. Quidam spiritualis, et quidam corporalis. Spiritualis decor per gratiam non auferitur, sed augetur: sed corporalis inanis est, et vanus secundum illud: Vanus est pulchritudo: et iste non est seruandus, immo contemnendus ab his qui interiore volunt seruare, secundum illud Apostoli: Sed licetis, qui de foris est homo noster, corrumpatur, et licet contempnibilis fiat extra, tamen decorus, et honorabilis fit intra: et in hoc significatur, quod huiusmodi cultura exterior est a spiritualibus fugienda.

4. Ad illud quod obijcitur de nazareis, quod totaliter radebantur, et cer. dicendum quod non oportet veritatem per omnia assimilari vmbra, quoniam diuersa diuersis temporibus conuenerunt: illi enim primo seruabant capillaturam, et post radebant, in quo significatur velamen legis Mosaicæ, et reuelatio Euangelicæ. Sed hic partim raditur, partim reseruat, ut signaculum regale maneat: plus enim fit corona ut sit signaculum distinctiuum, quàm figuratiuum: e contrario erat in voto nazareorum: et per hoc patet sequens: nam sufficienter abdicatio terrenorum figuratur in tonsura: et ideo conuersi laici tonsurantur, qui mundum relinquunt, et apertio mentis signatur per summitatis rasuram: et ideo non oportet totam amoueri capillaturam. Præterea: In ipsa signatione honestas debet attendi: et ideo non debent om-

1. Pet. 2. b
1. Tim. vi. b
Phil. 3. d
Sap. 1. a
2. Cor. 6. c
Psal. 95. b
Psal. 100. b

Prou. vi. d
2. Cor. 4. d

nino capilli amoueri, pro eo quod indecens videtur habitus, et forma clericalis.

6. Ad illud quod obijcitur de stultis, dicendum quod non solum stulti coronantur, sed etiam reges: et ideo non est principaliter stultitiæ signum, verum tamen et hoc non vacat a mysterio. Qui enim volunt vere Deo seruire, oportet quod stulti fiant huic mundo. Vnde: Quoniam enim in Dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes: Vnde: Nos stulti propter Christum, et cer.

ALI A duo quæ quaruntur, ex prædictis manifesta sunt, scilicet de tonsura conuersorum, et de coronatione clericorum: illi enim tonduntur, quia temporalibus renunciant: hi signantur, quia ad spirituale, et nobile officium assumuntur.

1. Cor. x. d
1. Cor. 4. e

Q V Æ S T I O II.

An corona sit sacramentum.

Richardus 4. Sent. dist. 24. art. 1. q. 2.
Scep. Brul. 4. Sent. dist. 24. q. 2.
Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 24. q. 2.

MTRVM corona sit sacramentum. Et quod sic, videtur: quia corona est signaculum, sicut dicitur in littera: et est signum rei sacræ, scilicet eleuationis mentis ad cælestia: ergo videtur quod corona sit sacramentum.

AD OPPOSITVM.

1. I T E M in spiritualibus corporalia non sunt propter corporalia: sed propter spiritualia: ergo talis consignatio in capillis fit propter spirituale signationem: sed signum exterius, cui respondet interius, est sacramentum: ergo, et cer.

2. I T E M corona non datur a quolibet, sed ab Episcopo, vel personis, quæ habent dignitatem specialem: ergo importat aliquam excellentiam: sed non quantum ad illud quod est exterius, quia barbarus potest ea facere: ergo quantum ad illud, quod est interius: ergo, et cer.

3. I T E M corona non datur a quolibet, sed ab Episcopo, vel personis, quæ habent dignitatem specialem: ergo importat aliquam excellentiam: sed non quantum ad illud quod est exterius, quia barbarus potest ea facere: ergo quantum ad illud, quod est interius: ergo, et cer.

4. I T E M ex corona efficitur aliquis, et dicitur clericus: sed clericus et laicus distinguuntur: si ergo omnes fideles, aut habent sacramentum ordinis, aut laici dicuntur, videtur quod coronati recipiunt in susceptione, vel coronatione sacramentum ordinis.

C O N T R A: Non distinguuntur nisi septem gradus, sicut assignantur in littera: sed corona antecedit omnes illos gradus: ergo non ponitur in aliquo gradu ordinis: ergo non est sacramentum ordinis, nec aliud: constat: ergo, et cer.

FVNDAMENTA.

I T E M in omni ordine traditur aliqua potestas: sed in corona nulla omnino traditur potestas: ergo corona non est ordo. Prima patet per definitionem ordinis, secunda manifestatur in collatione coronæ, ubi non fit mentio de aliqua potestate.

I T E M in ordinibus datur nobile sacramentum, ac per hoc debent cum magna sollempnitate dari: vnde non dantur nisi in missa, sed corona datur extra missam: ergo, et cer.

C O N C L V S I O.

Corona clericorum non est sacramentum, sed dispositio quadam, ut catechizatio est dispositio ad baptismum.

R E S P. A D A R G. Dicendum quod sicut in transeuntibus de vno statu ad alium præmittitur aliquod preparato-

preparatorium, quod non ponit in statum, sed dispositio: sic in proposito intelligendum est. Nam suscipientes ordinis sacramentum in quodam speciali statu inter fideles collocantur. Vnde quemadmodum inter statum saculare, et religiosum medius est nouitatus, in quo nec secularis nec religiosus est proprie, cum non vouerit ea, quæ sunt religionis seruare, et sicut inter fideles, et infideles medij sunt catechumeni, qui tamen non sunt inter fideles computandi, immo hora communionis de Ecclesia consueuerunt emitti, sicut nouitij de capitulo: sic clerici medij sunt, in quantum habent tonsuram, inter laicos, et ordinatos: Quia tamen signum istud omnibus est commune, ideo omnes clerici nuncupantur, et confunditur nomen. Sicut ergo nouitatus non est religio, sed ad religionem disponit: et catechumenatio, siue catechizatio non est baptismus, sed dispositio, et preparatio: sic commune signaculum non est sacramentum, nec ordo, sed tantum dispositio.

1. Ad illud quod obijcitur, quod est sacræ rei signum, dicendum quod ista non est tota ratio sacramenti, sed amplius oportet addere. Non enim sufficit signatio, nisi etiam ibi aliquid offeratur, quod cum non fiat in corona, quia nulla traditur spiritualis potestas, patet quod non est ordo.

2. Ad illud quod obijcitur, quod non fit nisi propter spirituale, dicendum quod verum est quod corona fit propter spirituale: non tamen propter spirituale officium, quod ibi datur, sed quod ibi figuretur: et ad hoc quod homo configuretur, et præparetur: et ideo non frustra fit.

3. Ad illud quod obijcitur, quod datur a persona excellenti, dicendum quod eiusdem est præparare materiam, et formam adducere: et quoniam præparat ad ordinis sacramentum, qui ponit hominem in statu excellentie, et qui etiam traditur a personis excellentibus: ideo et corona non ratione sui, sed ratione eius ad quod disponitur.

4. V L T I M V M quod obijcitur iam determinatum est, quia nec laicus est proprie nec ordinatus. Sed tamen magis se tenet cum ordinato, sicut nouitius plus appropinquat ad statum religionis: et sicut dicitur religiosus quamuis non professus dicatur, sic habens coronam dicitur clericus cum tamen non sit ordinatus: et sic patet totum.

Q V Æ S T I O III.

An in susceptione coronæ fiat abrenunciatio temporalium.

Richardus 4. Sent. dist. 24. art. 1. q. 3.
Scep. Brul. 4. Sent. dist. 24. q. 3.
Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 24. q. 5.

AD OPPOSITVM.

Psal. 15 a

MTRVM in susceptione coronæ fiat abrenunciatio temporalium. Et quod sic, videtur: Primo per istud quod dicunt in susceptione: Dominus pars hereditatis meæ, et calicis mei: tu es qui restitues hereditatem meam mihi: sed non restituitur, vel redditur nisi quod datur, vel dimittitur: si ergo clericus petat restitutionem hereditatis, implicat eius dimissionem.

2. I T E M super hoc dicit Hieronymus: Dominus cum his partibus, scilicet transitorijs, pars fieri deditur: restat ergo quod Deum in partem suam non habeant, aut hereditate alia careant.

Aug. lib. 2. p. 2. c. 3.

3. I T E M Hugo de sancto Victore in libro de sacramentis: Aliam terram non debet clericus habere nisi Deum, et ea quæ ad eum spectant, cui statutum.

S. Bon. To. 5.

est de decimis, et oblationibus, quæ Deo offeruntur, sustentari.

4. I T E M ad maiorem perfectionem tenentur clerici noui, quàm veteris Testamenti. Vnde: Nisi abundauerit iustitia vestra, et cer. Sed sacerdotibus, et leuitis dicitur: Non habebunt sacerdotes, et leuitæ, et omnes qui de eadem stirpe sunt, partem, et hereditatem cum reliquo populo Israel: ergo si illi ad hoc tenebantur, multo fortius videtur de clericis noui Testamenti.

Mat. 5. e
Deut. 18. a

5. I T E M tonsura signat temporalium abdicacionem, et corona eleuationem ad cælestia, sicut dicit Magister in littera: vel ergo est salum signum, vel clericus non debet habere patrimonium, siue a liqua possessionem temporalium.

C O N T R A: Ieremias fuit de ordine sacerdotali, sicut patet in principio: Verba Ieremiæ, et cer. et tamen dicitur: Dixit Ananeel Ieremiæ: Posside agrum meum, qui est in Anathoth, quia tibi competit hereditas: ergo competeat illis hereditas: si ergo veritas responderet figuræ, videtur, et cer.

FVNDAMENTA.
Ierem. 32. b

I T E M: Aedes leuitarum quæ in vrbus sunt, sicut patet in principio: sed non sic erat de adibus aliorum: ergo maiori libertate possidebant leuitæ quod habebant, quàm alij: ergo, et cer.

Leuit. 25. e

I T E M clerici possunt vxores ducere, filios procreare ante sacros ordines: si ergo non tenentur ad castitatem: ergo nec ad paupertatem: ergo non tenentur patrimonio renunciare.

I T E M nullus tenetur ad opera supererogationis, nisi voluntarie se obliget: si ergo clericus in suscipiendo tonsuram non intendit patrimonio renunciare, patet, et cer.

C O N C L V S I O.

In susceptione coronæ clericus non abrenunciatur bona temporalia quantum ad possessionem ex præcepto, sed solum de bono et æquo.

R E S P. A D A R G V M. Dicendum quod renunciare temporalibus in eo, qui Ecclesie deseruit, siue in eo qui clericus est, est perfectionis, et non necessitatis. Vnde et hoc fuit in Ecclesia primitiua, quod nihil habebat aliquis proprium, nihil suum esse dicebat: et adhuc hodie per Dei gratia inuenitur in religionis perfectione. Ad hoc tamen non compellitur clericus nec iure diuino, nec humano. Verum tamē de bono, et æquo minus debent insudari sollicitudini temporalium clerici, quàm laici, qui expectant successionem in posteris. Sed nunc illud verificatum est: Vnus est, et secundum non habet, et tamen laborare non cessat. Vnde vna ratio est, quia non expectat posteros. Alia ratio est, quia magis debent esse intenti ad spiritualia, et sollicitudo temporalis excludit spiritualia: Ideo auctoritates loquuntur quasi ipsi omnibus temporalibus debeant cedere, et omnia dimittere: Sed hoc non intelligitur quantum ad possessionem, sed potius quantum ad affectionem: nec ad hoc inducunt sibi nouam obligationem super alios ex debito, sed solum de bono, et æquo.

Explicatio.

Eccl. 4. b

1. 2. 3. Ad illud ergo quod obijcitur de restitutione hereditatis, dicendum quod hoc non dicit, quia dimittat ius, sed quia congruit, ut dimittat affectum, ut circa diuina sit intēsus: et sic intelligitur illud quod dicit Hieronymus, et quod dicit Magister Hugo.

4. 5. Ad illud quod obijcitur de sacerdotibus, et leuitis, quod non debeant hereditatem habere, dicendum quod illud intelligitur quantum ad terræ diuisionem, non quantum ad possessionem mobilium, ut pecudum, et domorum, et suburbanorum ad pecora alenda. Ratio autem quare temporalis hereditas in possessione terræ non dabatur leuitis, erat duplex. Prima, quia ipsi ut cultores Dei per totum populum

debeant dispergi. Secunda, vt circa diuinum cultum magis essent intenti, quia habebant vnde alias valent sustentari. Nunc autem clerici sunt de omni gente per totum mundum dispersi: et ideo istud preceptum non mansit. Et iterum sacerdotij Christi non tam fuit figura sacerdotium Aaron, quam etiam Melchisedech, qui secundum quod dicitur, fuit rex, et sacerdos sicut Christus. Et quamuis Dominus honorem regalem recusauerit propter exemplum humilitatis, et ipse pauper, et mendicus fuerit: tamen propter suam dulcissimam benignitatem ad hoc alios non arctauit. Sciebat enim quod melius est habere mercenarios, quam nullos, vel paucos filios: et ideo charitate refrigerante disposuit Spiritus sanctus, vt Ecclesia secularibus abundaret, ne cultus Dei propter paupertatem, et inopiam deperiret. Et istud aperte videtur, quia Ecclesia paupercola quasi nullum inueniunt rectorem, nisi sit talis: quod pro sui vilitate ab omnibus contemnatur. Vnde nullatenus credendum est statum vniuersalis Ecclesie aliter regi, quam disponit Spiritus sanctus quidquid sit de personis specialibus.

Q V A E S T I O I V.

An prelati Ecclesie teneantur clericis quantum ad temporale stipendium.

Steph. Brul. 4. Sent. dist. 24. q. 4. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 24. q. 6.

FVNDAMENTA. I. Cor. 9. b.

TRVM prelati Ecclesie teneantur clericis quantum ad temporale stipendium. Et quod sic, videtur: Nescitis quoniam hi qui in sacratio operantur, ea quae de sacratio sunt, edunt? qui altari deseruiunt, cum altari participant: si ergo clerici iam altari deseruiunt: ergo, et cer.

Hugo li. 2. p. 2. c. 3.

ITEM Magister Hugo dicit in lib. de sacramentis: Postquam clericus factus est, debet deinceps de stipendijs Ecclesie sustentari.

ITEM Decretalis lib. 3. de clericis ordinandis: Non liceat vili episcopo illos ordinare clericos, et nullas aliam monias eis ministrare: sed duorum vnus eligat, vel non faciat clericos, vel si fecerit, det illis vnde possint viuere.

ITEM alia decretalis Innocentij in eodem titulo: Tandiu per ordinatores, vel per eorumdem successores prouideri volumus ordinatis, donec per eos Ecclesiastica beneficia consequantur.

AD OPPOSITIVM

CONTRA: Clerici non tenentur patrimonium dimittere: ergo nec Ecclesia tenetur eis in necessarijs prouidere.

ITEM simplices clerici non tenentur Ecclesie deseruire: ergo nec prelati Ecclesie tenentur eis necessaria ministrare. Iuxta hoc queritur, vtrum clerici qui de bonis Ecclesie sustentantur, vtpote qui habent beneficium prebendale, teneantur ad horas canonicas. Et quod sic videtur, quia cum viuunt de altari, debent altari deseruire: sed seruitium Ecclesie a patribus statutum est in horis canonicis dicendis: ergo, et c.

Quest. late ralis.

ITEM oppositum huius est, quia cum non sint in sacris ordinibus constituti, non videntur ad hoc teneri, cum ante possint omnia, quo posse libertas dignoscitur laicalis.

CONCLUSIO.

Clerici ordinatis non habentibus vnde viuunt, Episcopus qui eos ordinauit, tenetur prouidere in necessarijs, secum non promotis ad sacros ordines, et non indigentibus.

RESP. AD ARG. Dicendum quod clericus or-

dinatus aut est ad sacros ordines promotus, aut non. Si sit ad sacros ordines promotus, et non habeat vnde viuatur, cum ei tenetur Ecclesia tamquam ministro ad seruitium Ecclesie deputato, et ipse indigeat, dico quod Episcopus, qui eum promouit, sibi in necessarijs prouidere tenetur. Si autem est promotus ad sacros ordines, vel si patrimonium habet, non tenetur sibi vel Ecclesia, vel Episcopus prouidere. Primo quia non est obligatus ad seruiendum Ecclesie. Secundo vero, quia non indiget. Et quamuis nemo tenetur proprijs stipendijs militare: quia tamen ipse promoueri voluit, deseruire tenetur Ecclesie ratione ordinis: nec tenetur sibi prouidere prelati necessario, cum non possit indigentiam allegare. Et totum hoc confirmatur per illud quod dicitur in illa decretali Alexandri lib. 3. de prebendis: Episcopus si aliquem sine certo titulo, de quo necessaria vita percipiat, in diaconum, vel presbyterum ordinauit, tandiu ei necessaria vita subministrat, donec ei in aliqua Ecclesia conuenientia stipendia militie clericalis assignet: nisi talis ordinatus de sua, vel paterna hereditate subsidia vitae possit habere. Et si queratur ratio huius, ius diuinum reddit, quia cum talis obligetur ad seruiendum Ecclesie, debet Ecclesia econtra obligari ad prouidendum ei in necessarijs. Et sic intelligenda sunt auctoritates, quae de hac materia loquuntur: et patent rationes ad oppositum, quia procedunt de simplici clerico.

Quod vero queritur vltimo, vtrum ad dicendum horas canonicas teneantur: per illud idem solui potest. Quidam enim obligantur Ecclesie, quia Ecclesia eis obligatur, vtpote qui beneficia recipiunt Ecclesie. In aliquibus est e conuerso, quia Ecclesia eis obligatur, quia ipsi primo per sacrorum ordinum susceptionem obligantur Ecclesie. Vnde apparet secundum ius commune, quod clerici in sacris ordinibus constituti tenentur ad horas canonicas ex officio: infra vero sacros ordines tenentur beneficiati ex beneficio: in sacris ordinibus constituti, et beneficiati tenentur ex vtroque: et hoc dicitur ius canonicum, et concordat diuinum, et cetera.

Quod vero queritur vltimo, vtrum ad dicendum horas canonicas teneantur: per illud idem solui potest. Quidam enim obligantur Ecclesie, quia Ecclesia eis obligatur, vtpote qui beneficia recipiunt Ecclesie. In aliquibus est e conuerso, quia Ecclesia eis obligatur, quia ipsi primo per sacrorum ordinum susceptionem obligantur Ecclesie. Vnde apparet secundum ius commune, quod clerici in sacris ordinibus constituti tenentur ad horas canonicas ex officio: infra vero sacros ordines tenentur beneficiati ex beneficio: in sacris ordinibus constituti, et beneficiati tenentur ex vtroque: et hoc dicitur ius canonicum, et concordat diuinum, et cetera.

Cofirmatio

Ad q. late ralem.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER quantum ad secundum articulum queritur de sacramento ordinis in generali, de quo quatuor queruntur. Primo queritur, vtrum sit in Ecclesia. Secundo, vtrum sit sacramentum. Tertio, vtrum sit sacramentum nouae legis proprium. Quarto, vtrum sit sacramentum vnum.

Q V A E S T I O I.

An in Ecclesia sit ordo.

S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 24. art. 1. Et 4. Sent. dist. 24. q. 1. art. 1. q. 1. Richardus 4. Sent. dist. 24. art. 3. q. 1. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 24. q. 1. art. 1. Stephanus Brules. 4. Sent. dist. 24. q. 5. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 24. q. 7.

IRCA quam sic proceditur, et ostenditur, quod in Ecclesia sit ordo. Primo per illud quod dicitur: quod Ecclesia similis est corpori organico: sed corpus organicum ad sui perfectionem necessario requirit ordinationem: ergo, et cer.

ITEM hoc videtur: Vide omnia, et fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est: ergo Ecclesia

FVNDAMENTA. I. Cor. 12. b.

Exo. 25. d.

Hebr. 9. f

Ecclesia militans imitari debet triumphatem. Vt enim dicit Apostolus: omnia haec exemplaria sunt caelestium. Si ergo in Ecclesia triumphante ordo est vt in angelis: patet, et cer.

ITEM Ecclesia constituitur ex duplici pariete, scilicet laicali et clericali: sed in pariete laicali est ordo, vtpote imperator, rex, dux, comes, tribunus, centurio, et decurio: omnia haec ordinem dicunt. Si ergo Ecclesia militat militia spirituali, videtur quod ipsa debeat esse vt castrorum acies ordinata.

AD OPPOSITIVM. Gal. 3. d

CONTRA: Vbi cumque est ordo, ibi est distinctio: sed vt dicitur: Omnes nos vnum sumus in Christo: intelligendo de omnibus fidelibus: ergo ibi non videtur esse ordo.

Philip. 2. a Luca 22. c

ITEM vbi cumque est ordo, ibi est determinata praeratio, et subiectio: sed in Ecclesia quilibet debet se reputare in finem sicut dicitur: In humilitate, superiores sibi inuicem, et cer. Quicumque voluerit inter vos maior esse, fiat sicut, et cer.

Galat. 5. b

ITEM vbi est ordo, ibi est praeratio et dominium: et vbi hoc est, ibi est aliqua subiectio, et seruitus: sed omnes fideles in libertatem vocati sunt, sicut dicitur: ergo inter fideles in Ecclesia nullus est ordo.

ITEM si est ordo, aut ergo secundum bona naturae, aut secundum bona fortunae, aut secundum dona gratiae. Si secundum bona naturae: ergo ille debet esse superior, qui est fortior, et qui est industrius: et hoc est falsum. Si secundum bona fortunae: ergo ille superior qui est ditior, et potentior: Si secundum dona gratiae: sed nemo scit quis habeat de gratia plus vel minus: ergo nemo scit quis sit subditus, aut quis sit praeratus: ergo non videtur quod sit aliquis ordo.

CONCLUSIO.

Sacramentum ordinis est necessarium in Ecclesia tum propter pulchritudinem, tum propter rectitudinem seruandam.

3. Reg. vi. 8

RESP. AD ARG. Dicendum quod necessarius est ordo in Ecclesia duplici ratione, scilicet propter pulchritudinem, et propter rectitudinem. Cum enim sit magna multitudo in Ecclesia, nisi esset ordo, manifesta appareret confusio: et haec est multitudinis praeratio. Vnde omnis sapiens, qui eo ipso quod sapiens est, pulchritudinis est amator, non producit multa sine ordine: et inter haec maxime apparet sapientia Dei, quae inter omnia opera sua manifestatur in constitutione Ecclesie. Necessarius est etiam ordo propter rectitudinem. Nam multitudo, cum in statu est in quo deuiare potest, errat si non habet ducem, nec rectorem, sicut dicitur: Vidi cunctum Israel dispersum in montibus, sicut oves non habentes pastorem. Quoniam ergo multitudo Ecclesie est in statu, in quo potest deuiare, indiget capite, et rigimine: et cum vnus non possit omnibus sufficere, nec ad omnia: ideo oportet secundum plus, et minus Ecclesiastica officia, et potestates distribuere, vt Ecclesia regatur, et dirigatur sine errore: et concedendae sunt rationes ad hoc.

1. Cor. 12. b

1. AD illud quod obijcitur de vnitatem, dicendum quod sicut in corpore nostro est considerare naturam, per quam est vnitatem, et conuenientiam, et naturam secundum quam est distinctio siue differentia: prima est complexio, secunda est organizatio: sic in corpore quod est Ecclesia. Per naturam enim charitatis omnes vnimur, sed per dona alia gratiarum, quae Apostolus enumerat, distinguimur, et ordinamur.

AD illud ergo quod obijcitur, quod vnusquisque se debet reputare inferiorem, dicendum quod

reputare se inferiorem est dupliciter. Vel quantum ad vitam meritum, vel quantum ad officium. Quantum ad vitam meritum, quia nemo scit quanti sit meriti, sic debet se reputare inferiorem. Sed quantum ad officium non oportet, et quantum ad hoc attenditur ordo.

Hebr. vlt. c

AD illud quod obijcitur de libertate, dicendum quod libertas ibi non excludit subiectionem, cum ipse Apostolus dicat: Obedite praepositis vestris per omnia: sed excludit ignominiam seruitutis, in qua est ille, qui est seruus peccati, et ita non excludit ordinem. Vel dicendum, quod alij subijci est dupliciter, scilicet timore, et amore. Qui subijcitur cum amore, ambulat in libertate spiritus, sicut filius. Qui ex timore, iste est quodam modo seruus: et in bonis, et iustis non est subiectio per timorem, sed per amorem: et talis subiectio, et praeratio, et ordo in nullo praerudicat libertati.

AD illud quod queritur secundum dona attendatur ordo, dicendum quod secundum dona gratiae gratis datae, quae quidem est potestas ad aliquod officium deputata: et de hac certi sumus certitudine, probabilitatis: et haec fiat, et non variatur etiam gratia gratum faciente abscedente: si enim gratia gratum faciens reddat dignum, talis gratia gratis data collocat in ordine, et gradu: et sic patet totum.

Q V A E S T I O II.

An ordo sit sacramentum.

S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 24. art. 3. Et 4. Sent. d. 24. q. 1. art. 1. Richardus 4. Sent. dist. 24. art. 4. q. 2. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 24. q. 1. art. 1. Steph. Brul. 4. Sent. d. 24. q. 6. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 24. q. 9.

TRVM ordo sit sacramentum. Et quod sic, patet per diuisionem sacramentorum, quae ponuntur esse septem, inter quae et ordo connumeratur, quae diuisio supra habita est.

Dist. 2.

ITEM in Ecclesia est ordinata potestas, quae manifestatur per aliqua signa, et confirmatur per institutionem diuinam: et illa est res sacra, haec autem dicuntur rationem sacramenti perfectam: ergo, et cer.

ITEM illud propriissime est sacramentum, quod maxime Deo consecrat in suisceptione: sed tale quid est ordo Ecclesiasticus: vnde et sacerdotes vocantur, qui ad gradum supremum perueniunt: ergo ordo maxime est sacramentum.

ITEM illud potissime est sacramentum, per quod sacramenta cetera conseruantur, et dispensantur: tale autem est sacramentum ordinis: ergo inter cetera videtur esse sacramentum praecipuum.

CONTRA: Omne sacramentum est elementum, siue signum, quod offert se sensibus: ordo autem est quid relatum: ergo non est sacramentum.

AD OPPOSITIVM

ITEM omne sacramentum est in medicamentum secundum statum naturae lapsae: sed ordo est ad perficiendum alios: vnde non ordinantur nisi qui quodam modo volunt aggredi opera perfectionis: ergo ordo cadit a ratione sacramenti.

ITEM in angelis est ordo, et tamen non tenet rationem sacramenti: ergo pari ratione nec in hierarchia inferiori. Si iudicas quod non est simile, quia ibi est totum spirituale. Obijcitur de laicis, qui sunt de Ecclesia, et suscipiunt sacramenta, et habent ordinem, et potestatem, et signa potestatis, vt rex habet sceptrum, et purpuram, et coronam: et tamen ordo talis non est sacramentum.

4. ITEM

4. I T E M ordo ita respicit quod est inferius, sicut A quod est superius, quia utroque destructo destruitur ordo: sed ordo quantum ad subiectos non est sacramentum: ergo nec quantum ad alios. Minor patet, quia cum omnes sint subditi, vel praelati, omnes habent sacramentum ordinis, quod manifeste est falsum.
5. I T E M in hierarchia caelesti est ordo, scientia, et actio, sicut vult beatus Dionysius: ergo si ei debet Ecclesia respondere, similiter videtur quod sit in humana: sed scientia, et actio non ponuntur inter sacramenta: ergo nec ordo.

Dionys. c. 3. et deinceps

CONCLUSIO.

Ordo prout dicit ordinatam potestatem ad ministerium, vel ad opus, vel ad alterum, est sacramentum.

RESP. AD ARG. Ad praedictorum intelligentiam est notandum, quod ordo dupliciter dicitur. Vno modo dicitur ordo ipsa relatio ordinatorum, ut praelatio, et subiectio. Et haec non dicitur, nec est sacramentum. Alio modo dicitur ordo ordinata potestas, secundum quam ipsum subiectum potens, habet ordinari dupliciter, scilicet ad opus, vel ad ministerium: et habet etiam ordinari ad alterum. Hanc autem potestatem dicimus ordinis sacramentum. Hanc autem necesse est poni in Ecclesia propter regimen, et decorum, quae attenduntur penes ordinem, ut prius visum est, quare debet esse in Ecclesia ordo. Sed principalior ratio, quare haec potestas debet conferri per modum sacramenti, est propter sacramentorum dignitatem, quae in Ecclesia dispensantur, et in quibus Deus colitur, quae ut non veniant in contemptum, non debuerunt omnibus committi dispensanda, sed personis spiritualibus: et dum his committitur, quod alijs non, datur his potestas, per quam speciali ordine situantur in Ecclesia Dei: et quoniam hi debebant ab alijs per signa aliqua secerni, et id signum est rei factae: ideo potestas haec debuit ordinari per modum sacramenti: et istud convenientissimum est. Cum enim sit ad sacramentorum ordinatam dispositionem, et distributionem, debuerunt ministri ad hoc ordinari per alicuius sacramenti susceptionem, in quo datur potestas, per quam ministri Dei ad ministrandum, et etiam inter se ordinantur: ideo recte ordo appellatur. His vis, obiecta in contrarium de facili terminantur.

1. Quod enim obijcitur, quod est elementum, dicendum quod in collatione huius potestatis aliquod signum est extra, quod largo modo appellatur elementum, quoniam largo, et extenso modo sumitur in diffinitione sacramenti.

2. A D illud quod obijcitur de medicamento, dicendum quod ordo non est tantum in medicamentum respectu suscipientis, sed etiam respectu aliorum: unde maxime tenet rationem sacramenti. Nec istud obuiat quod dicitur, quod debet dari perfectis, quoniam nemo reperitur ita perfectus, quin ulterius possit perfici. Vnde quilibet hoc sacramentum suscipiens aliquam gratiam in eo recipit, si digne recipiat, per quam excluditur difficultas ministrandi in his, quae pertinent ad cultum Dei.

3. A D illud quod obijcitur, quod ordo est in laicis, et in angelis, dicendum quod utrobique deficit ratio sacramenti: quoniam duo sunt quae integrant sacramentum, scilicet sensibile signum, et spirituale, siue sacrum signatum. Ratione primi deficit in angelis, qui sunt omnino spirituales. Ratione vero secundi deficit in laicis, in quibus ordo attenditur quantum ad potestatem terrenam, quae respicit bona naturae, vel fortunae specialis personae, vel reipublicae: in Ecclesiastica vero hierarchia contingit utrumque.

4. A D illud quod obijcitur, quod ordo respicit inferius, et cetera, dicendum quod ipse obijcit de ordi-

ne prout dicit relationem, sed hoc modo non est sacramentum, sed prout dicit potestatem super quam fundatur illa relatio: et haec ponit aliquid in his, qui praefertuntur per aliquid sibi datum, nihil vero in his qui subijciuntur.

5. A D illud quod obijcitur, quod scientia, et actio non dicunt sacramentum, dicendum quod scientia, et actio sunt annexa, et ordo est principale: unde cum ponitur ordo esse sacramentum, illa duo simul includuntur: et istud superius tactum est, quando agebatur de potestate clauium.

QVÆSTIO III.

An sacramentum ordinis sit proprium nouae legis?

Franciscus de Mayr. 4. Sent. dist. 24. q. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 24. q. 7. Petrus de Taran. 4. Sent. d. 24. q. 10.

TRVM sacramentum ordinis sit nouae legis proprium. Et quod non, videtur, quia in Psalmo dicitur: Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. hoc dictum est de Christi sacerdotio, sicut exponit Apostolus ad Hebraeos: ergo sacerdotium Christi prius in Melchisedech praecessit: ergo et ordo. Si tu dicas, quod praecessit in figura. Respondeo: Ita praecessit in figura in sacerdotio Aaron: ergo debet dici secundum ordinem Aaron, quod tamen non decuit dici, ut Apostolus ostendit.

AD OPPOSITVM Pf. 109. b

Heb. 7. d

1. I T E M Omnes eandem escam spiritualem manducauerunt: ergo idem vere fuit sacrificium: sed ordo est sacrificium administrandum: ergo idem ordo, et idem sacramentum.

1. Cor. 10. a

2. I T E M Ecclesia est vna ab Abel vsque ad finem mundi, et in vnica vnitate vnus debet esse ordo: ergo sacramentum ordinis est vnum in nouo, et veteri testamento.

3. I T E M sacramentum ordinis est de dictamine legis naturalis: et hoc patet, quia ab initio fuerunt sacerdotes, ut patet exemplo Melchisedech, et Hieronymus dicit. Et quod est de dictamine naturae, semper idem perseuerat: et hoc manifestum est in matrimonio: ergo idem debet esse ordo in veteri, et testamento nouo: ergo sacramentum hoc commune est non proprium.

CONTRA: Translato sacerdotio necesse est vt legis translatio fiat: si ergo Apostolus probat diuersitatem legis per diuersitatem sacerdotij, cum alia, et alia sit lex, videtur quod alius, et alius sit ordo.

FVNDAMENTA. Heb. 7. b

I T E M ordo est spirituale signaculum, in quo spiritualis potestas traditur ordinato, utpote in supremo ordine traditur potestas conficiendi corpus Christi: sed hoc est proprium solius nouae legis: ergo, etc.

I T E M sacramenta nouae legis alia sunt, et noua: ergo ad dispensanda haec cum sint maiora, et digniora, maior, et dignior potestas requiritur: si ergo sacramenta, quae dispensantur, sunt diuersa: ergo et sacramentum per quod dispensantur: sed hoc est ordo: ergo, etc.

I T E M idem ordo non est iterandus: sed ordinatus in lege, si veniat ad Euangelium, ibidem ordinatur: ergo videtur quod alius sit ordo, et aliud sacramentum.

CONCLUSIO.

Sacramentum ordinis est sacramentum proprium nouae legis, quemadmodum sacramentum Eucharistiae est illi proprium.

RESPOND. AD ARG. Dicendum quod sicut signum sortitur nomen signati, et e conuerso: et tamen

tamen signum, et signatum sunt diuersa: sic figura nomen veritatis sortitur, et vnum dicitur esse in alio, sicut rota in rota: et tamen aliud est figura, aliud est veritas. Per hunc modum intelligendum, quod lex noua differt a veteri, et sacrificium a sacrificio, et ordo ab ordine. Vnde sicut sacramentum Eucharistiae est nouae legis proprium, quamuis in veteri lege fuerit sacrificium, quod erat huius signum: sic spiritualis potestas, secundum quam attenditur ordinis sacramentum nouae legis propria est, sacerdotium similiter: quamuis istius ordinis, et sacerdotij praecesserit signum figuratum. Vnde sicut multum differt inter agnum verum, et typicum: sic multum differt, licet non tantum, inter potestatem offerendi hunc agnum, et illum: et ideo concedendum, quod sicut baptismus, et Eucharistia, sunt sacramenta nouae legis propria, licet in anterioribus fuerint praefigurata, sic in sacramento ordinis.

1. A D illud quod obijcitur secundum ordinem Melchisedech, dicendum quod intelligitur secundum expressam praefigurationem, sicut ibidem Apostolus ostendit, quia praefigurauit Christum quantum ad originem, et quantum ad dignitatem, et quantum ad ritum. Quantum ad originem, quia sine genealogia, scilicet expressa in scriptura. Quantum ad dignitatem, quia fuit sacerdos, et rex, et Abraham benedixit. Quantum ad ritum, quia obtulit panem, et vinum. Non sic in sacerdotio Aaron: et ideo peroptime appropriat in Psalmo, et eleganter valde exponit Apostolus.

2. 3. A D illud quod obijcitur, quod eandem escam manducauerunt, dicendum quod hoc intelligitur non de manducatione sacramentali, sed spirituali, quae est per fidem, et charitatem: et quia idem quod nos crediderunt, et amauerunt, eandem escam manducauerunt, et de eadem Ecclesia fuerunt: nec tamen eadem signa sensibilia habuerunt, nec eadem sacramenta: et ratio huius visa est supra, cum agebatur de sacramentorum differentia: et per hoc patet ratio de vnitate Ecclesiastica, quia illa est secundum fidei conuenientiam, non secundum sacramentorum indifferentiam.

4. A D illud quod obijcitur, quod est de dictamine naturae, dicendum quod verum est in vniuersali, non in speciali. Bene enim dicitur ratio recta Deum esse colendum, et ad hoc speciales ministros constituendos: sed tali cultu colendum, et tale sacrificium offerendum, et talem potestatem collatam esse hominibus: hoc non est naturae, sed gratiae.

QVÆSTIO IV.

An ordo sit vnum sacramentum.

6. Tho. in Suppl. 3. p. q. 33. ar. 3. Et 4. Sent. dist. 24. q. 1. art. 1. q. 5. Richardus 4. Sent. dist. 24. art. 3. q. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 24. q. 8. Petrus de Taran. 4. Sent. dist. 24. q. 11.

FVNDAMENTA.

TRVM ordo sit sacramentum vnum, vel plura. Et quod sit vnum, videtur per diuisionem sacramentorum, quae diuiduntur, si ergo alia non subdiuiduntur in septem: videtur quod ordo sit vnum sacramentum.

I T E M sacramentum vnionis, siue communionis est vnum sacramentum: ergo pari ratione, et sacramentum ordinis.

I T E M ab eodem est vnitas, a quo est perfectio, et complementum: sed sacramentum ordinis vnum habet complementum, scilicet sacerdotium quod complet omnes ordines praecedentes: ergo vnum est sacramentum.

I T E M quanto aliqua virtus potentior, tanto magis vnita: ergo quanto sacramentum maius, et excellentius, tanto magis vnum: sed sacramentum ordinis

est excellens, et in statu excellenti collocat ordinatum: ergo, et cetera.

CONTRA: Multiplicato inferiori multiplicatur superius: sed sacramentum est superius ad ordinem: ergo cum sint plures ordines, sunt ergo plura sacramenta.

2. I T E M cum ordinis sacramentum diuidatur, aut ergo in partes integrales, aut subiectiuas. Non integrales, quia nulla pars integralis recipit praedicationem sui totius: sed quilibet gradus Ecclesiasticus est ordo. Si in subiectiuas: ergo redit idem quod prius, quod illud sacramentum multiplicatur.

3. I T E M hoc sacramentum est ordinatum ad dispensationem aliorum sacramentorum: sed alia sacramenta differunt specie: ergo potentiae ordinatae ad illa debent differre specie: ergo videtur quod istud sacramentum per species diuersas plurificetur.

4. I T E M sacerdos cum sacerdote habet conuenientiam in sacramento ordinis: sed sacerdos cum diacono habet distinctionem, et differentiam: constat quod non solum materialem, ergo specificam habet, differentiam: ergo cum vtrumque horum sit sacramentum, videtur quod ordinis sacramentum diuersas habeat species sacramentorum.

CONCLUSIO.

Sacramentum ordinis est vnum, licet habeat plures partes potestatiuas, quae ordinantur ad vnum.

RESP. AD ARG. Dicendum quod sacramentum ordinis vnum est, multas tamen habet partes, quae sacramentum non plurificant, pro eo quod non sunt omnino partes subiectiuae: et tamen recipiunt praedicationem totius, quia naturam habent quodam modo partium subiectiuarum: et tales sunt partes potestatiuae. Quae maxime competunt ordini, tum quia ordo dicitur ordinata potestas, quae ex ordinatione multorum ad vnum redditur perfecta, et quodlibet illorum participat rationem potestatis, licet non perfecte: tum etiam quia ordo concernit distinctionem in partibus, sicut et numerus. Vnde quemadmodum partes numeri quodam modo habent naturam partium integran- tium in hoc, quod simul conuenientes per ordinem reddunt numerum perfectum, ut partes senarij constituunt senarium, et tamen quae libet pars numeri est numerus: sic omnes gradus ordinum vnum faciunt sacramentum perfectum, et tamen quilibet gradus ordo dicitur: et concedendae sunt rationes ostendentes hoc sacramentum esse vnum, quamuis aliquae non sint multum cogentes.

Explicatio

1. A D illud ergo quod obijcitur, quod multiplicato inferiori, dicendum quod illud verum est in eo, quod habet naturam speciei, siue partium subiectiuarum solum, non sic est in proposito.

Ex Ifag. Prophirij

2. A D illud quod quaeritur, vtrum diuidatur in partes integrales, aut subiectiuas, dicendum quod diuiditur in partes potestatiuas, quae vtrarumque partium habent naturam: vnde sicut diuisio analogi tenet medium inter diuisionem aequiuoci, et vniuoci, sic talis diuisio medium tenet inter diuisionem totius vniuersalis, et totius integralis.

3. A D illud quod obijcitur, quod ad dispensationem aliorum ordinat, dicendum quod principaliter ordinat ad dispensationem sacramenti altaris, quod vnum est.

4. A D illud quod obijcitur de differentia, dicendum quod quodam modo est specifica, quodam modo non: vna enim species non disponit ad aliam, sicut vnus ordo ad alium disponit, et ideo non est ibi specifica distinctio, sed tamen aliquo modo distinguuntur: quia tamen ad vnum complementum ordinantur, ideo vnum sacramentum faciunt.

D E O S T I A R I I S.

De ostiarijs
Ibid. lib. 2.
c. 1. de Ec-
clesiasticis
officijs ha-
betur d. 21
c. clericos.
1. Par. 9. a
Clic. carth.
4. c. 9. habet-
tur d. 23. c.
Ostiarius.
Joan. 2. c
Joan. 10. b



OSTIARIUS idem, et Ianitores sunt, qui in veteri testamento electi sunt ad custodiam templi, ut non ingrederetur in illud immundus. Dicitur autem ostiarius, eo quod praesint ostijs templi. Ipse enim tenentes clauem, omnia in-
tus et extra custodiunt: atque inter bonos et malos habentes iudicium, di-
gnos recipiunt, indignos respuunt. Vnde et eis cum ordinantur, clauis Ec-
clesiae dantur ab Episcopo. Et dicitur eis: Sic agite, tamquam rationem Deo
redditori de rebus, quae clauibus istis recluduntur. Hoc officium Dominus in sua persona susce-
pit, quando flagello de funiculis facto vendentes et ementes eiecit de templo. Ipse enim se ostia-
rium significans, dicit: Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur, et ingredietur,
et egredietur, et pasqua inueniet.

De Lectoribus.

De lectori-
bus
Ibid. lib. 2.
Eth. c. 1. et
habetur d.
21. c. clericos
Ibid. Epist.
ad Ludifre-
dum. lib. 4.
habetur d.
25. c. Perle-
stis.
Conc. carth.
3. c. 8. habet-
tur d. 23. c.
lector.
Hugo lib. 2.
p. 3. c. 6.
Luc. 4. c
Ibid. 58. a

SECUNDVS est gradus Lectorum. Lectores a legendo, sicut Psalmista a Psalmis can-
nendis, vocati sunt: Illi enim predicant populis, quid sequantur: isti cantant, et excitant ad
compunctionem audientium: licet quidam lectores ita miserabiliter pronuncient, ut quosdam
ad lacrum et lamentationem compellant. Iidem etiam pronuntiatores vocantur, qui populo an-
te nuntiant: quia tam erit clara eorum vox, ut etiam longe posteriorum aures adimpleat. Ad
lectorem autem pertinet lectiones pronuntiare, et ea quae prophetae vaticinauerunt, populis
pradicare: ut iam ex officio in Ecclesia legat prophetias et lectiones. Vnde et ei vidente po-
pulo traditur ab Episcopo codex diuinarum lectionum, et dicitur: Accipe, et esto verbi Dei
relator: habiturus, si fideliter impleueris officium, partem cum his, qui bene verbum Dei mi-
nistraverunt. Qui ad hunc gradum prouenit, litterarum scientia debet esse instructus, ut
sensus verborum intelligat, vim accentuum sciat, distincte legat, ne confusione prolationis in-
tellectum auditoribus auferat. Attendat quid indicatue, quid interrogatue sit legendum, ubi
sit in oratione facienda distinctio. Hec enim male seruata intellectum turbant, et alios ad ri-
sum prouocant. Auribus et cordi consulere debet vox lectoris. Hoc officium impleuit Christus,
cum in medio seniorum librum Isaiae aperiens, distincte ad intelligendum legit: Spiritus domi-
ni super me, et cet. Ex quo lectoribus datur intelligi, quia gratia spiritali clarere debent,
qui alijs verbum Dei annunciant. Hic ordo formam, et initium a prophetis accepisse videntur:
quibus dicitur: Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam.

De Exorcistis.

De exorci-
stis.
Ibid. lib. 7.
Eth. c. 12.
habetur d.
21. c. clericos.
Luca. 4. d
Conc. 3. car-
thag. cap. 7.
habetur d.
23. c. Exor-
cista.
Mar. 7. d
Mat. 8. d
Luc. 8. d
Mat. 12. c
Luc. 11. c

TERTIVS est ordo Exorcistarum. Exorcista autem ex Graeco in Latinum adiurantes
vel increpantes vocatur: inuocant enim super cathecumenos, et super eos, qui habent spiritum
immundum, nomen Domini adiurantes per eum, ut egrediat ab eis. Ad exorcistam perti-
net exorcismos memoriter retinere, manusq. super energumenos, et cathecumenos in exorci-
zando imponere. Debet autem habere spiritum mundum, qui spiritibus immundis imperat: et
malignum expellere de corde suo, quem expellit de corpore alieno, ne medicina, quam alij fa-
cit, sibi non prosit, et dicatur ei: Medice cura te ipsum. Hi cum ordinantur, accipiunt de
manu Episcopi librum exorcismorum, et dicitur eis: Accipite, et habetote potestatem imponen-
di manus super energumenos et cathecumenos. Hoc officio vsus est Dominus, quando salua sua
tetigit aures, et linguam surdi, et muti, dicens: Ephpheta, quod est: Adaperire, per hoc docens
nos spiritaliter debere et aperire aures precordiorum hominum ad intelligendum, et ora ad
constitendum: ut pulso demone, Spiritus sanctus vas suum recipiat. Hoc etiam officio vsus est
Christus, cum demoniacos multos sanauit. Hic ordo a Salomone videtur descendisse: qui quem-
dam modum exorcizandi inuenit, quo demones adiurati ex obsessis corporibus pellebantur:
Huic officio mancipati Exorcista vocati sunt. De quibus Christus in Euangelio: Si ego in Be-
elzebub eicio demonia, filij vestri, scilicet Exorcista, in quo eijciunt?

De

De Acolytis.

QUARTO loco succedunt Acolyti. Acolyti vero Graece, Latine ceriferarij dicuntur, a
deportandis cereis quando legendum est Euangelium, vel sacrificium offerendum. Tunc enim
accendantur luminaria, et deportantur ab eis: non ad effugandas aeris tenebras, cum sol eo
tempore ruset, sed ad signum laetiae demonstrandum: ut sub typo luminis corporalis illa lux
ostendatur, de qua legitur: Erat lux vera, qua illuminat omnem hominem venientem in hunc
mundum. Ad Acolytum pertinet preparatio luminarium in sacrario. Ipse cericum portat, ipse
vrceolum cum vino, et aqua suggesta pro Eucharistia subdiaconis preparat. Hi cum ordinan-
tur, cum edocti fuerint ab Episcopo qualiter in officio suo agere debeant, ab archidiacono ac-
cipiunt candelabrum cum cereo, et vrceolum vacuum. Hoc officium Dominus se habere testa-
tur, dicens: Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Huius officij for-
mam illi gerebant in veteri testamento, qui lucernas candelabri componebant, et accendebant
igne caelesti, ad illuminandas tenebras Aquilonares.

De Subdiaconis.

QUINTVS est ordo Subdiaconorum. Graece Hypodiacones vocantur, quos nos Sub-
diacones dicimus. Qui ideo sic appellantur, quia subiacent praeceptis et officijs Leuitarum.
Oblationes enim in templo a fidelibus suscipiunt, et Leuitis superponendas altaribus deferunt.
Hi apud Hebraeos Nathinai vocabantur, idest in humilitate Domino seruientes. Ad Sub-
diaconum pertinet calicem et patenam ad altare Christi deferre, et Leuitis tradere, eisq.
ministrare. Vrceolum quoque et aquam manilem et manutergium tenere Episcopo, et presby-
teris, et Leuitis pro lauandis ante altare manibus aquam praebere. His lex continentiae imponi-
tur: quia altari propinquantes, vasa corporis et sanguinis Christi portant. Vnde illud imple-
re debent: Mundamini qui fertis vasa Domini. Ad hos etiam pertinet tantum de oblationi-
bus ponere in altari, quantum sufficere possit populo, necnon corporalia, et pallas, et substra-
toria lauare. Hi cum ordinantur, accipiunt de manu Episcopi patenam et calicem vacuum: ab
archidiacono vero vrceolum cum aqua manili, et manutergium. Hoc officio vsus est Domi-
nus, quando linteo se praecinxit, et mittens aquam in peluim, pedes discipulorum lauit, et lin-
teo terfit.

De Diaconis.

DIACONORVM ordo sextum tenet locum propter senarij perfectionem. Hic ordo in
veteri testamento a tribu Leui nomen accepit vel traxit. Dicuntur enim et leuite. Praecepit
quippe Dominus Moysi, ut post ordinationem Aaron et filiorum eius, prorsus tribus Leui ad
diuini cultus ministeria ordinaretur, et consecraretur Domino: et seruirent pro Israel coram
Aaron et filijs eius in tabernaculo: ipsiq. gestarent arcam, et tabernaculum, et omnia vasa
eius: et in circuitu tabernaculi excubarent et in transportando tabernaculo ipse deponerent,
rursusq. componerent. A viginti quinque annis et supra iussi sunt seruire in tabernaculo:
quam regulam in nouo testamento sancti patres constituerunt: quia haec aetas ad ferenda onera
est robusta. Leuite ergo ex nomine auctoris vocati sunt. De Leui enim Leuitae exorti sunt:
a quibus in templo mystici sacramenti mysteria explebantur: Hi Graece Diacones, Latine mi-
nistri dicuntur: quia sicut in sacerdote consecratio, ita et in Diacono mysterij dispensatio ha-
betur. Ad Diaconum pertinet assistere sacerdotibus, et ministrare in omnibus quae aguntur in
sacramentis Christi, scilicet in baptismo, in chrismate, in patena, et calice: oblationes quoque
inferre, et disponere in altari. Componere etiam mensam Domini et vestire, crucem ferre,
et praedicare Euangelium, et Epistolam ad populum. Nam sicut Lectoribus vetus testamentum,
ita Diaconibus nouum praedicare praecceptum est. Ad ipsum etiam pertinet officium precum,
recitatio cathecumenorum nominum. Ipse praemonet aures habere ad Dominum, ipse donat pa-
cem, et ipse annunciat. Quod autem huic ordini a Moysi statutum est, hoc etiam in nouo te-
stamento representatur, cum Diacono super leuum humerum siola ponitur, et casula in diebus
ieiunij complicatur: quia quidquid laboris et subsistentiae in hac vita toleratur, quasi in leua
portatur, donec in dextera, id est, in aeternitate requies habeatur. Hic ordo ab Apostolis ce-
lebratus est, quando, ut legitur in Actibus Apostolorum, septem viros plenos Spiritu sancto
ad hoc officium elegerunt, et oratione praemissa manus eis imposuerunt. Vnde et consuetudo ino-
leuit, ut in omni matrice Ecclesia septem Diacones circa Christi aram, quasi septem columna
assistant.

De Acoly-
tis.
Ibid. ibid.
Dist. 21.
Clericos.
Joan. 1. a
Ibid. ad Lu-
disradum
habetur d.
25. Perle-
stis.
Conc. 4. car-
thag. c. 6. ha-
betur d. 23.
cap. Acoly-
tus.
Joan. 8. b
Exod. 27. c
Leuit. 6. b
De subdia-
conis.
Ibid. lib. 7.
Eth. c. 12.
habetur d.
22. c. clericos
Ibid. ad lu-
disradu
habetur d.
25. Perle-
stis.
Hugo lib. 2.
p. 3. c. 9.
Ibid. 52. d
Conc. 4. car-
thag. c. 5. ha-
betur d. 23.
c. subdiacon.
Joan. 13. d

De diaconis.
Ibidem c.
16.
Num. 3. a
Num. 4. a
Ibidem su-
pra.
Num. 8. d
Dist. 25.
Perlestitis.
Act. 6. b

De cond. 1. *assistant. Hi sunt septem angeli tuba canentes in Apocalypsi, qui quales esse debeant, Aposto-*
lus docet, Timotheo scribens. Hi cum ordinantur, solus Episcopus eis manum imponit: quia
 Apoc. 8. a *ad ministerium applicantur. Ponit eis orarium, id est, stolam super leuum humerum, ut per*
 1. Tim. 3. a *hoc intelligant se accepisse iugum Domini suave: quo ad sinistram pertinentia diuino timori*
 Cong. Cant. *subijciant. Accipiant et textum Euangelij, ut intelligant se esse pracones Euangelij Christi.*
 4. c. 4. et ha- *bitur. d. 23*
 Diaconus. *Hi autem antequam ordinentur, probentur ut docet Apostolus, et sic ministrent nullum cri-*
 Mar. 11. d *men habentes. Hoc officio usus est Christus, quando post caenam sacramentum carnis, et san-*
 1. Tim. 3. b *guinis discipulis dispensauit: et quando Apostolos dormientes ad orationem excitauit, dicens:*
 Mat. 26. c *Lac. 22. d Vigilate, et orate, ut non intretis in tentationem.*

De Presbyteris.

Isid. 7. Erb. *SEPTIMVS est ordo Presbyterorum. Presbyter Grace, senior interpretatur Latine. Non*
 c. 13. d. 21. *modo pro atate vel decrepita senectute, sed propter honorem et dignitatem quam acceperunt,*
 c. Cleros. *presbyteri nominantur: qui morum prudentia et maturitate conuersationis praecellere debent*
 Sap. 4. b *in populo. Vnde scriptum est: Senectus venerabilis est, non diuturna, nec annorum numero*
 Dist. 21. c. *computata. Cani enim sunt sensus hominis, et atas senectutis vita immaculata. Ideo autem*
 Cleros. *etiam presbyteri sacerdotes vocantur, quia sacrum dant: qui licet sint sacerdotes, tamen ponti-*
 AEt. 8. c. et *fificatus apicem non habent sicut Episcopi: quia ipsi nec chrismate frontem signant, nec pa-*
 19. *raclitum dant, quod solis deberi Episcopis lectio actuum Apostolorum demonstrat. Vnde et*
 Dist. 25. *apud veteres idem Episcopi et presbyteri fuerunt: quia illud est nomen dignitatis, non atatis.*
 Perleclis. *Sacerdos nomen habet compositum ex Graeco et Latino, quod est sacrum dans, siue sacer-*
 Dist. 25. c. *dux. Sicut enim rex a regendo, ita sacerdos a sacrando dicitur est: consecrat enim et san-*
 Presbyter. *ctificat. Antistes vero sacerdos dicitur est ab eo, quod ante fiat: primus enim est in ordine*
 Exod. 29. a *Ecclesiae. Ad presbyterum autem pertinet sacramentum corporis et sanguinis Domini in altari-*
 Mar. 10. a *bus Dei conficere, orationes dicere, et dona Dei benedicere: qui cum ordinantur, inunguntur*
 Luc. 10. a *eis manus, ut intelligant se accepisse gratiam consecrandi, et charitatis opera debere exten-*
 Mar. 16. c *dere ad omnes. Accipiunt et stolam, qua utrumque tenet latus: quia debent esse muniti ar-*
 Presbyter. *mis iustitia contra aduersa, et prospera. Accipiunt etiam calicem cum vino, et patenam cum*
 Exod. 29. a *hostijs: ut per hoc sciant se accepisse potestatem placabiles Deo hostias offerendi. Hic ordo a*
 Mar. 10. a *filijs Aaron sumpsit initium. Summos enim pontifices et minores sacerdotes instituit Deus per*
 Luc. 10. a *Moysem, qui ex praecepto Dei, Aaron in summum Pontificem, filios vero eius unxit in mino-*
 Mar. 16. c *res sacerdotes. Christus quoque duodecim elegit discipulos prius, quos et Apostolos vocauit:*
 Luc. 10. a *quorum vicem gerunt in Ecclesia maiores pontifices. Deinde alios septuaginta et duos discipu-*
 Mar. 16. c *los designauit: quorum vicem in Ecclesia tenent presbyteri. Vnus autem inter Apostolos prin-*
 Luc. 10. a *ceps extitit Petrus, cuius vicarius et successor est pontifex summus, unde dicitur Apostolicus,*
 Mar. 16. c *qui et Papa vocatur, scilicet pater patrum. Qualis autem eligi debeat presbyter, Apostolus*
 1. Tim. 3. a *scribens Timotheo ostendit: ubi nomine Episcopi presbyterum significat. Hoc autem officio usus*
 Hebr. 8. c *est Christus, cum seipsum in ara crucis obtulit, idem sacerdos et hostia: et quando post caenam*
 1. Tim. 3. b *panem et vinum in corpus suum et sanguinem commutauit. Ecce de septem Ecclesia gradibus*
 AEt. 6. b *breniter elocuti, quid ad quemquam pertineat insinuauimus. Cumq. omnes spirituales sint et*
 1. Tim. 3. b *sacri, excellenter tamen canones duos tantum sacros ordines appellari censent. Diaconatus sci-*
 AEt. 6. b *licet et presbyteratus: quia hos solos primitiua Ecclesia legitur habuisse, et de his solis prae-*
 1. Tim. 3. b *ceptum Apostoli habemus. Apostoli enim in singulis ciuitatibus Episcopos et presbyteros ordina-*
 AEt. 6. b *uerunt. Leuitas etiam ab Apostolis ordinatos legimus: quorum maximus fuit beatus Stephan-*
 1. Tim. 3. b *us. Subdiaconos vero et Acolytos procedente tempore Ecclesia sibi constituit.*

Quid sit quod hic dicitur ordo.

Ordinis *Si autem queritur: Quid sit quod hic vocatur ordo: sane dici potest signaculum esse, id*
 diffinitio. *est, sacrum quoddam, quo spiritualis potestas traditur ordinato, et officium. Character ergo*
 spiritualis, ubi fit promotio spiritualis, ordo vel gradus vocatur. Et dicuntur hi ordines sa- *cramenta: quia in eorum perceptione res sacra, id est, gratia confertur: quam figurant ea*
 que ibi geruntur.

Ex nominibus dignitatum vel officij.

Dist. 21. *SVNT et alia quaedam non ordinum, sed dignitatum vel officiorum nomina. Dignitatis*
 c. Cleros. *simul et officij nomen est Episcopus: Episcopatus autem vocabulum inde dictum est, quod ille*
 qui

qui Episcopus efficitur, superintendat, curam scilicet subditorum gerens: scopein enim Grace, Latine intendere dicitur. Episcopi autem Grace, Latine speculatores interpretantur. Nam speculator est praepositus in Ecclesia: dicitur eo quod speculetur, atque perspiciat populorum infra se positorum mores et vitam. Pontifex est princeps sacerdotum, quasi via sequentium. Ipse est summus sacerdos nuncupatur. Ipse enim Leuitas et sacerdotes efficit, ipse omnes Ecclesiasticos ordines disponit.

De quadripartito ordine Episcoporum.

ORDO autem Episcoporum quadripartitus est, scilicet in Patriarchis, Archiepiscopis, Metropolitanis, et Episcopis. Patriarcha Grace summus patrum interpretatur: quia primum, id est, Apostolicum tenet locum: ut Romanus, Antiochenus, Alexandrinus: sed omnium summus est Romanus. Archiepiscopus, princeps Episcoporum, archos enim Grace, Latine princeps dicitur. Metropolita autem a mensura ciuitatum dicitur. Singulis enim prouincijs et ciuitatibus praeminet: quorum auctoritati et doctrina ceteri sacerdotes subiecti sunt. Sollicitudo enim totius prouinciae ipsi Episcopis commissa est. Omnes autem superius designati ordines Episcopi nuncupantur. Nota quod Archiepiscoporum nomine primates superius significasse videtur, et Metropolitanorum, quos nunc Archiepiscopos dicimus. Horum autem discretio a Gentilibus introducta videtur: qui suos flamines, alios simpliciter flamines, alios archiflamines, alios protoflamines appellabant. Sacerdotes enim gentilium flamines dicebantur, qui habebant in capite pileum, in quo erat breuis virga, desuper habens aliquid lanae, quod cum per aenum ferre non possent, filam tantum in capite ligare coeperunt. Nudis enim capitibus eis incedere nefas erat. Vnde a filo, quo utebantur, flamines dicti sunt, quasi filamines. Sed festis diebus filo deposito pileum imponebant pro sacerdotij eminentia. Vates a vi mentis appellati sunt, cuius significatio multiplex est. Modo enim sacerdotem, modo prophetam, modo poetam significat. Cantor vero vocatur, qui vocem modulatur in cantu. Huius sunt duo genera: Praecentor, et Succentor. Praecentor, qui vocem praemittit in cantu: Succentor, qui subsequenter canendo respondet. Concenter autem dicitur, quia consonat. Qui autem non consonat nec concinit, concenter non erit. His breuiter tractatis admonendi sunt Christi ministri, quatenus sicut excellent ordinis dignitate, ita praecellant vita sanctitate: ut plebs eis commissa, eorumque disciplinis edoceta, gratanter eis obediat, et eorum imitatione de die in diem proficiat, a quibus diuina sacramenta percipiunt, et missarum sollempnia audiunt. Missa autem dicitur, vel quia missa est hostia, cuius commemoratio fit in illo officio: unde dicitur: Ite missa est, id est, sequimini hostiam, que missa est ad caelestia, tendentes post eam, vel quia missus caelestis venit ad consecrandum Dominicum corpus: per quem ad altare caeleste defertur hostia. Vnde et dicitur: Missa est.

DIST. XXIV. PARS I.

Determinat de ipsis ordinibus.

Osuarj idem, et ianitores sunt, qui in veteri testamento electi sunt, et c.

Expositio textus.

SVPRA egit Magister de disponentibus ad ordinem. Hic agit de ordinibus. Et haec pars habet duas. In prima agit de gradibus ordinum. In secunda de dignitate, siue officijs superadditis ordinibus, ibi: Sunt et alia quaedam non ordinum, et c. Prima pars habet tres partes. In prima ponit gradus ordinum, quos in littera distinguit, et partes in locis manifestat sunt. In secunda vero assignat differentiam ordinum minorum ad maiores, ibi: Cumq. omnes sint spirituales. In tertia vero determinat, in quo conueniunt, ibi: Si autem queritur quid hoc sit, quod hic vocatur ordo. Prima harum in septem partes diuiditur secundum septem ordines, quae patent in littera, quaelibet suo loco. Similiter secunda pars, in qua agitur de dignitatibus superadditis ordinibus, habet tres partes secundum tria, de quibus agit. Quaedam enim tenent nomina officiorum praecipue

A magis quam dignitatum, ut cantor, et subcantor. Quaedam nomina dignitatum, ut Archiepiscopus, Patriarcha. Quaedam media, ut Episcopus, quod est nomen dignitatis simul, et officij, ut dicitur in littera. Primo igitur agit de his, qui dicunt officium, et dignitatem. Secundo de his, qui dignitatem, ibi: Ordo autem Episcoporum quadripartitus est, et c. Tertio vero de his, qui dicunt officium, ibi: Cantor sic vocatur, et cetera.

Habiturus si fideliter impleueris officium, partem cum his qui bene verbum Dei ministrauerunt.

Dub. I.

Videtur male dicere, quia cum tales habuerunt aureolam, videtur quod omnes lectores habeant aureolam: et ita omnes sacerdotes.

RESP. Ad hoc potest dici, quod officium lectoris est non tantum prophetiam legere nudam, sed etiam exponere, et tunc bene patet officium: quoniam non solum legit corticem litterae, sed etiam explicat arcana prophetiae: et tunc est praedicator, et doctor, et meretur aureolam: quod si tantum officium accipiat, et non impleat, non habebit ex hoc aureolam, quia aureola non redditur voluntati, vel officio per se, sed voluntati iunctae cum actu praerogatiui alicuius. Posset tamen dici, quod id intelligitur quantum ad meritum substantiale.

S. Bon. T. 5.

hh ab

*Ab archidiacono accipiunt candelabrum, et cct.
Dub. II.*

Videtur male dicere, quia archidiaconus non potest ordinare: ergo nec dare vasa, in quibus significatur potestas. Item queritur quis sit actus principalior acolytorum, an ministrare de cereo, an ministrare de vrceolo. Et videtur, quod de vrceolo, quia secundum istum actum quodam modo iungitur cum officio subdiaconi: sed ad oppositum est, quia vnusquisque ordo denominatur a digniori, et principaliori: sed acolyti dicuntur quasi cerofetarij.

R E S P. Dicendum quod potestas traditur ab Episcopo: sed archidiaconus tradit vrceolum, et candelabrum, vt significetur quod talis ministrat subdiacono: et primum incipit circa altare ministrare. Archidiaconus autem dicitur princeps ministerij. Quod obijcitur, quis actus principalior sit, dicendum quod actus, a quo denominatur, est ferre cereos, quia hunc actum habent in quadam completionem. Sed actum ministrandi habent in imperfectione quantum ad ministracionem aquæ. Subdiaconus autem completius hunc actum habet. Alia ratio est, quia in ferendo cereos significatur potestas, quam habet in dando boni exemplum: et quia hoc est cuiusdam superpositionis, sed in ministracione aquæ subiectio: ideo, *et cct.*

*Leuita ergo ex nomine auitoris vocati sunt.
Dub. III.*

Videtur male dicere, quia sacerdotium nouæ legis euacuat sacerdotium veteris: ergo pari ratione ministerium euacuat ministerium: ergo non debent amplius leuitæ dici. Item queritur de hoc quod dicit: Ad diaconum pertinet assistere sacerdotibus: quia cū vnus ordinis vnus sit actus, et vna potestas, videtur quod male assignet diacono nouum actum, sicut intelligitur ex littera: ergo aut diaconus completitur nouum ordinem, et nouum characterem, aut non bene, nec vere assignatur ei huiusmodi actus.

R E S P. Dicendum quod leuitæ proprio nomine appellantur diaconi, in quo nomine clauditur proprius eorum actus, et principalis, scilicet ministrare sacerdoti specialiter, et immediate in sacramentis. Ad diaconos enim pertinet corpus domini transferre, in primitiua Ecclesia etiam sanguinem dispensare: vnde immediate isti sacerdotibus assistunt, et ministrant: et quando datur eis potestas ad hunc actum, tunc est dicendum characterem imprimi. Vnde cum nouum nihil circa illud in littera assignetur, intelligendum quod alij sunt annexi, hi principales. Et si tu queras, quare dicuntur leuitæ, dicendum quod non ideo dicuntur leuitæ, quia officium habeant leuitarum, sed quia consimile illi, et per illud officium præfiguratum.

*Ad presbyterum autem pertinet sacramentum, et cct.
Dub. IV.*

Videtur quod diuisio actuum sacerdotalium a Magistro posita, qui sunt, corpus Domini conficere, orationes dicere, dona Dei benedicere, non sit sufficiens: quia cum actus ligandi et soluendi sit multo nobilior, videtur quod Magister deberet assignare ipsi sacerdoti.

R E S P. Dicendum quod isti actus sunt proprie sacerdotum, et respiciunt sacerdotem secundum se: sed actus ligandi et soluendi respicit confessionem, ideo supra de hoc actu in sacramento de penitentia determinatum est: ideo Magister non repetit.

*Canones duos tantum sacros ordines appellari, et cct.
Dub. V.*

Videtur falsum esse, quia subdiaconus tangit vasa sacra: ergo videtur, *et cct.*

R E S P. Dicendum quod ordines sacri dicuntur tribus modis. Primo large: quia sacrum exigunt ministrum secundum illud: Mundamini qui fertis vasa Domini. Vnde quia contingunt res sacras, facti debent esse, et secundum hoc omnes isti tres dicuntur sacri. Secundo modo stricte dicitur sacer ordo, quia ipsum sacrum dispensat, et quodam modo tractat, deferendo et alijs administrando: et sic diaconus, et subdiaconus. Tertio modo sacrum dicitur propriissime: quia sacram rem conficit: et hoc competit ordini supremo: et ideo sacerdos appellatur.

Si autem queritur, et cct. Dub. VI.

Innit Magister, quod ordo est signaculum sacrum. Contra: Videtur male dicere, quia sacramentum est elementum: sed ordo est sacramentum: ergo ordo est elementum, non ergo spirituale signaculum. Item cum in alijs sacramentis imprimatur character, propter quod ordo magis diffinitur per signaculum. Item queritur, quid sit res, et quid signum in sacramento ordinis.

R E S P. Dicendum quod in collatione ordinis est collatio potestatis, per quam homo ponitur in statu diffinito, et gradus: et quoniam diuersitas est in potestatibus, diuersitas est in signaculis, et per consequens diuersitas est, et debet esse in exterioribus signis, aliter tamen et aliter, quia signa sunt simpliciter diuersa: sed potestates conueniunt in eadem anima in hoc, quod vniformis ratio distinguendi reperitur in omnibus characteribus, et ad vnum ordinatis. Quoniam ergo ordo debet diffiniri per id, quod commune est, et communitas non est a parte elementi exterioris, sed signaculi impressi: ideo magis diffinitur per id, quam per elementum exterius. Et iterum magis hoc sacramentum quam aliud, quoniam character plus habet hic rationem suam, id est rationem distinguendi, quam in alijs sacramentis, *et cct.*

ARTICVLVS I.

A D intelligentiam huius partis queritur de ordinibus in speciali, circa quos dupliciter dubitare contingit ad enodationem eorum, quæ Magister in littera tangit. Primo quantum ad characteris impressionem. Secundo quantum ad numerum, et distinctionem. Quantum ad primum queruntur quattuor. Primo queritur, vtrum in omnibus ordinibus imprimatur character. Secundo vtrum vnus vel plures. Tertio, vtrum habeant ordinem ad inuicem. Quarto, queritur quantum ad signum exterius, quod ei respondet.

QVÆSTIO I.

An in omnibus ordinibus imprimatur character.

*S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 35. art. 2.
Richardus 4. Sent. dist. 24. art. 3. q. 2.
Steph. Brul. 4. Sent. dist. 24. q. 9.
Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 24. q. 1.*

T R C A quam sic proceditur, et ostenditur, primo quod in omnibus imprimatur character per diffinitionem ordinis: Ordo est signaculum, in quo spiritualis potestas traditur

traditur ordinato: si ergo hæc est recta ratio, competit omnibus ratio signaculi: sed non est signaculum materiale, sed spirituale: hoc autem est character: ergo, *et cct.*

I T E M omne sacramentum iterari potest, quod non imprimatur characterem: sed nullus ordo potest iterari, sicut dicit Augustinus et habetur in distinctione sequenti: ergo in singulis imprimatur character.

I T E M character est signaculum impressum configurans nos Domino Iesu Christo: sed Dominus omnes ordines in semetipso exhibuit, sicut Magister inducendo probat in littera: si ergo in omnibus eidem configuramur, videtur quod in omnibus character imprimatur.

I T E M impressio characteris, siue signaculi est ad distinctionem secundum aliquem statum: sed in omni ordine ponitur quis in statu ministrandi determinato: ergo in omni ordine imprimatur character.

A D O P P O S I T V M.

1. C O N T R A: Character est signaculum spirituale: ergo in illis solis imprimatur, in quibus datur potestas noua, et spiritualis: sed potestas omnium ordinum inferiorum est corporalis, vt aperire ostium, siue custodire, prophetas dicere, candelabra deferre: ergo in his nullo modo imprimatur character.

2. I T E M character est signaculum quod respicit, siue quod habet imprimi in imagine ad configurandam ipsam Deo: sed actus quorundam ordinum solum sunt circa ministeria inferiora: ergo si talia non spectant ad imaginem configurandam Deo: patet, *et c.*

3. I T E M character est signum indelebile: ergo si collocat hominem in aliquo statu, impossibile est ab illo statu recedere, quin fiat contumelia sacramento: sed qui sunt in minoribus ordinibus constituti possunt licite redire ad laicum: ergo in eis character non imprimatur.

4. I T E M character est signaculum perpetuum, quod manet in anima separata: ergo non debet imprimi nisi ad actum perpetuum: sed actus ministerialis istorum ordinum inferiorum non est perpetuus: ergo, *et cct.*

C O N C L V S I O.

In omnibus ordinibus character imprimatur, quod est signum perpetuum distinctiuum.

Opinio 1. **R E S P. A D A R G.** Dicendum quod aliqui voluerunt dicere, quod character in solo ordine sacerdotali imprimatur, sed in ordinibus inferioribus solum disponitur quis ad talis characteris susceptionem. Nam propter suam nobilitatem de congruo exigit ordines inferiores habere præuios. Sed cum ordines inferiores saltem sacri sint de perfectione sacramenti, et in his fiat segregatio perpetua clericorum a laicis, non videtur in solo sacerdotio character imprimi. Et ideo dixerunt alij, quod character imprimatur in omnibus ordinibus sacris, sed non in minoribus. Et huius signum est, quia isti non possunt laicis commisceri, alij vero sic. Sed cum nullus ordo iterari possit, et quilibet habeat aliquid de ratione sacramenti, videtur quod in quolibet sit aliquid, quod habet rationem rei, et signi, et rationem signaculi perpetui: hoc autem characterem dicimus. Non igitur videtur, quod in illis solis imprimatur character. Et ideo est opinio probabilior, quod in omnibus ordinibus character imprimatur, sicut rationes expresse ostendunt. Cum enim character sit signaculum distinctiuum, et perpetuum, et Christo configuratiuum, et hoc est in omnibus ordinibus reperire, non est dubitandum characterem in omnibus imprimi.

Improb.

Opinio 2.

Improbatur.

Opin. 3.

1. A D illud quod obijcitur, quod est signaculum spirituale, dicendum quod in omnibus ordinibus datur potestas, vel spiritualis de se, vel ad spiritualem ordinans. Vnde potestas ostiarij est ad admittendum, homines ad diuinum sacrificium, potestas lectoris nõ solum ad excitandum auditum exteriorum, verum etiam

S. Bon. To. 5.

interiorem: et sic de alijs, sicut melius patebit, quando agetur de distinctione ordinum.

2. A D illud quod obijcitur de configuratione, dicendum quod character ordinis, vt est consecrantis animam, configurat Deo secundum iruaginem, vt assimilata Deo: et hoc fit in ordine supremo. Vel dicendum, quod magis proprie configurat tale signaculum Christo: quia cum Christus triplex habuerit officium, scilicet ministri in agendo, pugillis in patiendo, redemptoris in moriendo, ideo triplex fuit sacramentum, secundum quod homo configuratur his tribus modis: vnde tantum triplex est sacramentum, in quo fit characteris impressio. Nam baptismus configurat morienti, et redimenti: vnde in ipso conspeditur homo in mortem. Confirmatio configurat patienti, et pugnant: ideo signum crucis fit in media fronte. Sed ordo configurat ministranti, et operanti, sicut recte in littera ostenditur: et quia in omnibus configuratur quis Christo secundum plus, et minus, ideo in omnibus character imprimatur.

3. 4. A D illud quod obijcitur de indelebilitate, et perpetuitate, dicendum quod character omnium ordinum manet in anima, siue reuertentis ad laicum, siue morientis, vt signaculum distinctiuum: et hoc vel ad gloriam si bene vsus est, vel ad ignominiam si male: nec oportet, quod maneat semper quantum ad vsum ministerij, quia iste vsus quodam modo cõuertitur in præmiũ, vel supplicium: et per hæc patet vltimũ.

QVÆSTIO II.

An in diuersis ordinibus diuersi imprimantur characteres.

*S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 35. art. 5.
Steph. Brul. 4. Sent. d. 4. q. 10.
Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 24. q. 19.*

T R V M in diuersis ordinibus diuersi characteres imprimantur. Et quod sic, videtur: quia ordo secundum esse, essentialiter loquendo, est signaculum: ergo cum sint plures ordines, sunt ergo plura signacula spiritualia: sed illa signacula spiritualia characteres appellantur: ergo, *et cct.*

I T E M potestates ordinum sunt simpliciter diuersæ, sicut pater in ostiario, et acolyto: claudere enim ostium, et ferre cereum, siue corporaliter, siue spiritualiter intelligatur, est actus omnino diuersus. Si ergo potestates distinguuntur per actus, et signacula distinguuntur secundum diuersitates potestatum, diuersi sunt characteres.

I T E M signum debet respondere signato, et signatum signo: si ergo septiformis gratia datur, quæ est res vltima: et exteriora signa in diuersis ordinibus simpliciter sunt diuersa, videtur ex hoc quod characteres qui sunt signata, et signa:

I T E M in quolibet ordine imprimatur vnus character: et cum in quolibet ordine imprimatur, vt supra probatum est, tunc idem character iteratur: sed hoc est impossibile, et hoc dicere est contumeliam facere sacramento: videtur ergo quod post primum ordinem, qui alium recipit, nihil recipiat, sed sacramento contumeliam faciat: sed hoc est inconueniens: ergo, *et c.*

1. C O N T R A: In sacramento baptismi non imprimatur nisi vnus character, et similiter in sacramento confirmationis: ergo pari ratione in sacramento ordinis.

2. I T E M hoc sacramentum ordinis essentialiter respicit characterem, quam aliquod aliud sacramentum, in quo character imprimatur: si ergo ordo vnum est sacramentum, quantumcumque plurificetur, videtur quod vnus character in eo imprimatur.

h h 2 I T E M

FVNDAMENTA.

F

A D O P P O S I T V M.

3. I T E M si plures, et diuersi characteres imprimuntur: aut ergo diuersitate specifica, aut numerali. Non numerali, quia impossibile est plura accidentia eiusdem speciei esse in eodem subiecto. Si specifica: sed ex diuersis secundum formam, et speciem manentibus diuersis non fit vnum, nisi vnum materiale sit. respectu alterius: si ergo character respectu characteris non est materialis, et specie differt: ergo numquam faciunt vnum sacramentum, si diuersi sunt.

4. I T E M natura inferior non facit per plura, quod potest facere per vnum: ergo nec natura superior. Si ergo ordinati per vnum characterem possunt distinguui, sicut et baptizati, videtur quod vnus solus character in ordine imprimatur: quæritur ergo quæ sit necessitas, quare plures characteres imprimantur.

CONCLUSIO.

In diuersis ordinibus diuersi imprimuntur characteres secundum quod diuersa sunt potestates ministrandi.

Opinio 1. **RESP. AD ARG.** Dicendum est, quod inter opinantes in omnibus ordinibus esse characterem, duplex opinio esse consuevit. Quidam enim dicere voluerunt, quod omnes ordines in vno characterem vniuntur, differente tamen secundum maiorem complexionem, et minorem, sicut si sigillum imprimatur in cera, tenuerit ideam fortius, et amplius paulatim procedendo secundum plus et plus quousque veniatur ad statum perfectum. Si autem quæras, quæ sit ratio talis impressionis, respondent breuiter, quod hoc est, propter characteris imperfectionem. Sed si hoc esset, tunc impossibile esset promoueri ad sequentem ordinem omisso priori, quod est contra iura. Si etiam hoc verum esset, non esset differentia inter ordines nisi secundum magis et minus, quod est manifeste falsum, cum potestates in diuersis ordinibus sint ad diuersa ordinata. Postremo, si hoc esset verum, character reciperet magis. Sed quæritur, quare non reciperet minus: quod si hoc esset, tunc esset debilis. Quare etiam characteres aliorum sacramentorum magis, et minus non recipiunt, vt dicatur baptizatus, vel confirmatus magis, et minus. Quod cum non sit conueniens dicere, non est conueniens hanc positionem ponere. Et ideo dicitur aliter, et probabilius, quod in diuersis ordinibus diuersi imprimuntur characteres. Ratio autem huius est, quia nõ solum eo quod ad Dei cultum assumuntur, distinguuntur ab alijs, immo etiã inter ministrantes ordo est, et distinctio: et vterius gradus illi, et potestates ministrandi si semel dantur, numquam auferuntur, etiam si ad altius ministerium eleuetur, qui in minori ministrauerat: et ideo in diuersis ordinibus diuersa signacula debent imprimi, secundum quæ nobis diuersitas potestatum ministrandi, et perpetuitas innotescat: tale autem signaculum est character: et ideo in diuersis ordinibus diuersi imprimuntur characteres: et concedendæ sunt rationes hoc ostendentes.

Improb. **1.** A d illud ergo quod obijcitur de sacramento baptismi, et confirmationis patet responsio quod non est simile, pro eo quod non ponunt ita diuersitatem, sicut ponit ordinis sacramentum, quod de sui ratione implicat diuersitatem graduum.

2. A d illud quod obijcitur, quod character essentialiter est sacramentum, dicendum quod verum est, sed non nisi prout comparatur ad vterius signatum. Sicut ergo vna linea est scripta, et duæ, et tres, et quatuor: et tamen multarum linearum aggregatio ad vnam sententiam exprimendam non est nisi vna scriptura: sic in proposito est intelligendum, quia omnis talis animæ configuratio ordinatur ad hoc quod ei inscribatur signaculum, secundum quod homo Dei minister perfectus esse iudicatur. Et cum sacramentum

Opin. 2. **1.** A d illud ergo quod obijcitur de sacramento baptismi, et confirmationis patet responsio quod non est simile, pro eo quod non ponunt ita diuersitatem, sicut ponit ordinis sacramentum, quod de sui ratione implicat diuersitatem graduum.

2. A d illud quod obijcitur, quod character essentialiter est sacramentum, dicendum quod verum est, sed non nisi prout comparatur ad vterius signatum. Sicut ergo vna linea est scripta, et duæ, et tres, et quatuor: et tamen multarum linearum aggregatio ad vnam sententiam exprimendam non est nisi vna scriptura: sic in proposito est intelligendum, quia omnis talis animæ configuratio ordinatur ad hoc quod ei inscribatur signaculum, secundum quod homo Dei minister perfectus esse iudicatur. Et cum sacramentum

dicat quid ad alterum, et characteres vniuntur secundum quod ad alterum: et ideo plures characteres vnum faciunt sacramentum.

3. A d illud quod quæritur, vtrum differant specie, vel numero, dicendum quod dupliciter est loqui de characteribus, aut in se, aut prout vniuntur in vnitatem, et integritate sacramenti. Si in se, sic differunt sicut diuersæ species numeri, sicut binarius, et quaternarius. Si prout vniuntur in vnitatem sacramenti, sic quemadmodum binarius, et quaternarius constituunt senarium: et habent rationem partis constitutiue, et complementum ponunt in senario: sic intelligendum est in proposito, suo modo, licet non sit simile omnino.

4. A d illud quod obijcitur vltimo, iam patet responsio, quoniam istud verum est, et locum habet, quando per vnum potest ita bene fieri, vt per plura: in proposito autem non est sic, pro eo quod oportet ordinatos non solum ab alijs, sed etiam inter se distinguui.

QVÆSTIO III.

An characteres diuersorum ordinum sint essentialiter ordinati.

*S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 37. ar. 2.
Et 4. Sent. dist. 24. q. 2. art. 2.
Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 24. q. 11.
Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 24. q. 29.*

V T R V M characteres diuersorum ordinum sint essentialiter ad se inuicem ordinati: et quod sic, videtur: quia maior est connectio ordinis ad ordinem, quam ordinis ad baptismum: et characteris vnius ordinis ad characterem alterius, quam ad baptismalem: sed essentialis est ordinatio characteris ordinis ad baptismalem, sicut dicitur in decretali de presbytero non baptizato, libro tertio: Non baptizatus non potest ordinari. Vnde si de facto ordinatus est, et debet baptizari, et postiterum ordinari: ergo character ordinis essentiali ordine præsupponit baptismalem: ergo, et cetera.

2. I T E M magis competit ordini, quam numero: sed sic est in numeris, quod numerus posterior necessario præexigit priorem, et figura similiter posterior antecedentem: vnde numquam est quaternarius sine ternario, nec tetragonus sine trigone: ergo numquam est gradus secundus sine primo, nec tertius sine secundo: et sic de alijs.

3. I T E M ex diuersis formaliter non potest fieri vnum nisi ad inuicem ordinentur: sed omnes ordines vnum completum reddunt ministerium: ergo necessæ est quod ad inuicem ordinentur.

4. I T E M si quis scienter promoueretur ad ordinem posteriorem priori omisso, hoc ipso suspèditur ab executione, sicut dicitur in decretali: sed hoc non esset, nisi oporteret ibi seruari ordinem: ergo, et cetera.

5. I T E M vbicumque sunt gradus, oportet ponere ordinem: sed in sacramento ordinis diuersi ordines sunt gradus spiritualium officiorum, sicut dicitur in littera: si ergo per characteres in illis gradibus situantur, videtur quod sit ibi essentialis ordo.

C O N T R A: In his, in quibus est ordo essentialis, destructo priori destruitur posterior: sed non habito priori ordine, nihilominus haberetur posterior, sicut patet in ordinatis per saltum, qui non sunt reordinandi: ergo, et cetera. Maior patet per se, minor probatur per illud, quod dicitur distinctione liij. sollicitudo, et cetera, et extra de clerico per saltum ordinato. Tuz litteræ, et cetera.

I T E M

I T E M characteres comparisonem habent sicut potestates, et actus ordinum, ad quos ordines comparantur: sed in illis potestatibus nullus omnino est ordo, sicut in potestate expellendi demones, et ferendi carceros: ergo nullus est ordo in talibus characteribus.

I T E M in his, quæ respiciunt corporale, et spirituale, prius est corporale, quam spirituale: sed exorcizatio dicit liberationem a vexatione spirituum: sed acolytus respicit officium illuminandi: ergo prior est ordo acolyti, quam sit exorciste: non ergo recte ordinantur, cum vnus dicatur ordo tertius, alter quartus.

I T E M prius est quod liberat a malo, quam quod habitat ad bonum: sed in secundo est habitatio ad bonum, in tertio est liberatio a malo: ergo videtur quod tertius ordo sit prior, quam secundus: sed ita videtur, quod nullus sit ordo certus inter istos gradus.

CONCLUSIO.

Diuisi characteres ordinum non sunt essentialiter ordinati, sed bene habent congruitatem ordinis inter se non necessitatem.

RESPOND. AD ARG. Dicendum quod ordo necessitatis, et est ordo congruitatis. Si ergo loquamur de ordine istorum graduum Ecclesiasticorum, dicendum quod non est ordinatio necessaria, nec essentialis, pro eo quod ordo posterior haberi potest, et suscipi sine priori. Si autem loquamur quantum ad ordinationem congruitatis, sic est ibi ordo, eo quod ad bene esse ministerij sequentis præexigatur ordo siue potestas ministerij præcedentis. Quemadmodum igitur si quis velit ordinate procedere, prius debet exordium præmittere, post narrationem, et post ratiocinationem, et postremo conclusionem: tamen si vellet incipere, posset a posteriori, licet non ita ordinate, sic in ordinibus oportet intelligi. Cum enim ordines inferiores ministrant facris, et sacri ordines ministrant sacerdotio, et inferior gradus prior sit in ascendendo, et potestas ministerialis sit inferior, patet quod ibi est ordo, non tamen necessitatis, quoniam potestates diuersæ sunt, et per seipsas obtineri, et haberi possunt, licet non ita perfecte sine alijs. Est igitur ordo in his gradibus secundum maiorem accessum ad vltimum gradum, scilicet sacerdotium. Vnde primo homo introducit in Ecclesiam per ostiarium. Secundo inducitur per lectorem prophetarum. Tertio adiuuatur per exorcistam, vt liberetur a malo. Quarto excitatur per acolytū, vt proficiat in bono. Deinde sunt alij duo ordines, qui ministrant sacerdoti in oblatione sacrificij: Et sic patet quod est ibi ordo congruitatis, non necessitatis. Nec valent illæ rationes in contrarium de exorcista, et acolyto, pro eo quod omnes ordines potestatem spirituales dicunt, et pro eo quod eruditio præcedit liberationem a malo: et ideo concedendum est, quod sit ibi ordo in characteribus, sed non est ordo essentialis. Sicut in elementis ordo est, tamen vltimum elementum, siue littera ante scribi potest cum sit prima littera, vltima ordine retrogrado in scribendo: sed tamen ordinate scribendo est primo scripta, sic et ordines possunt suscipi descendendo, siue retrocedendo.

Explicatio.

1. A d illud ergo quod obijcitur de baptismo, dicendum quod non est simile: quoniam, sicut factum fuit supra in tractatu de baptismate, et in cõcilio, apud compendium, determinatum fuit, et decretalis Innocentij de presbytero non baptizato confirmat, Baptismus est fundamentum, et ianua omnium sacramentorum: et quoniam fundamentum non existente, nihil potest superædificari: ideo character baptismi alios præcedit essentiali ordine, non sic in alijs.

2. A d illud quod obijcitur de numeris, dicendum quod non est simile, quoniam numerus sequens habet præcedentem partem sui. Sed non sic gradus

1. I T E M quod non detur in manu impositione videtur. Primo per consimilem rationem, quia cum non fiat impositio nisi in solis duobus ordinibus, non imprimetur character nisi in his duobus solum, quod est manifeste falsum, sicut patet ex precedentibus.

2. I T E M ordo traditur tantum ab Episcopo: sed ordo traditur in impressione characteris: ergo si character imprimatur in impositione manuum, videtur quod solus Episcopus debeat manum imponere in ordinatione, quod est falsum, quia vt dicit canon distinct. xxij. Presbyter cum ordinatur, et cetera, omnes sacerdotes assistentes debent in ordinatione sacerdotis manus imponere.

S. Bon. To. 5.

h h 3 3. I T E M

sequens habet præcedentem partem sui, sed vt disponentem de congruo.

3. A d illud quod obijcitur, quod ex pluribus differentibus non fit vnum, dicendum quod verum est quod non fit vnum per essentiam, fit tamen vnum sacramentum, quæ est vnitas in comparatione ad vnū signandum perfecte, et sacramentum ordinis non habet omnimode vnitatem absolutam, sed per comparationem: ad quam vnitatem constituendam non requiritur essentialis dependentia in partibus.

4. 5. A d illa, quæ obijciuntur ibi vltimo de saltu, et de gradu, dicendum quod illæ duæ rationes non ostendunt, quod non sit ibi nisi ordo congruitatis quantum est de integritate sacramenti: est tamen ibi ordo necessitatis, quantum est de obligatione præcepti, quæ quis tenetur ordinate ascendendo, non saltando ordinari.

QVÆSTIO IIII.

An character imprimatur in vñctione vel benedictione.

*S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 37. art. 5.
Et 4. Sent. dist. 24. q. 2. art. 3. q. 2.
Richardus 4. Sent. dist. 24. art. 4. q. 3.
Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 24. q. 12.
Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 24. q. 20.*



V A N D O imprimatur character in diuersis ordinibus. Et cum in ordinibus sit ista quinque reperite, vt pote in ordine sacerdotali, scilicet benedictionem, inunctionem, manuum impositionem, et alius cuius potestatem, vt libri, vel vasis, vel clauis, et verbi expressionem: quæritur in quo istorum fiat characteris impressio. Et primo videtur, quod non in benedictione, quoniam semper in ordinibus fuit characteris impressio: et illud est ordini essentialis, in quo imprimatur character: sed benedictio non est de essentiali ordinum, cum non legatur talis sollempnitas fuisse in Ecclesia primitiua: ergo, et cetera.

FVNDAMENTA.

I T E M illud, in quo imprimatur character interior, debet habere assimilationem cum interiori characteri: sed character ille respicit aliquam potestatem, benedictio autem fit ad sanctitatem: ergo, et cetera.

I T E M quod non detur in vñctione videtur, quia si aliqua passio aliquibus inest, inest secundum aliquod commune: sed characteris impressio est in omnibus ordinibus: sed inunctione est in vno solo, scilicet in sacerdotio: ergo, et cetera.

I T E M vbi talis causa, ibi talis effectus: sed in Episcopatu est noua inunctio: ergo noui characteris impressio, hoc autem est falsum: quia si nouus character imprimeretur, sicut sacerdos posset esse sine diaconatu, sic Episcopus sine sacerdotio, cuius contrarium determinatum est in decretali lib. 5.

1. I T E M quod non detur in manu impositione videtur. Primo per consimilem rationem, quia cum non fiat impositio nisi in solis duobus ordinibus, non imprimetur character nisi in his duobus solum, quod est manifeste falsum, sicut patet ex precedentibus.

2. I T E M ordo traditur tantum ab Episcopo: sed ordo traditur in impressione characteris: ergo si character imprimatur in impositione manuum, videtur quod solus Episcopus debeat manum imponere in ordinatione, quod est falsum, quia vt dicit canon distinct. xxij. Presbyter cum ordinatur, et cetera, omnes sacerdotes assistentes debent in ordinatione sacerdotis manus imponere.

3. I T E M quod in libri, vel vasis traditione non im-
primatur, videtur: quonia esto quod tales libri, vel va-
sa deessent, sicut forte deerant in Ecclesia primitiua,

4. I T E M multa talia confert archidiaconus, vt am-
pullam: et aquae manilem subdiacono, sicut in littera
tangitur, et clauae ipsi hostiario: si ergo solius Episco-
pi est conferre ordines, videtur quod in tali traditione
non imprimatur character.

5. I T E M quod in verbi expressione non im-
matur, videtur. Primo quia in verbis illis signatur re-
cta potestatis executio, vt patet si quis inspiciat: ergo
cum illud sequatur ordinis essentiam, et characterem:
videtur, et cetera.

6. I T E M character non potest imprimi nisi
Deo: sed verbi expressio est per verbum imperandi,
cum dicitur: Accipe potestatem, et cetera, ergo in tali
forma non est competens imprimi characterem. Est
igitur quaestio, quare hoc sacramentum habet formam
verbi per modum imperatiuum, cum alia habeant,
per indicatiuum, vel deprecatiuum. Est etiam quaestio,
vnde ortum habuerit hec circa ordinem, scilicet ma-
nuum impositio, et benedictio, et vnctio. Est et qua-
estio, quare impositio manuum est in duobus ordini-
bus: sed vnctio in vno solo ordine, scilicet sacerdotio.
Est quarta quaestio, quare Diacono solus Episcopus ma-
nus imponit, sacerdotibus vero alii sacerdotes. Est
vltima quaestio, in quo essentialiter consistit sacra-
mentum illud exterius: et cum non habeat elementum,
nec formam statutam, videtur quod nihil essentialia
habeat. Et quod non habeat formam determinatam,
videtur, cum antiqua ordinaria alium modum habeant.

Quaest. lat. 1.

Quaest. lat. 2.

Quaest. lat. 3.

Quaest. lat. 4.

Quaest. lat. 5.

CONCLUSIO.

Character ordinis imprimitur, cum dantur instrumenta,
qua deseruiunt suo ministerio et officio, non in
vnctioe, neque in benedictione.

RESP. AD ARG. Ad praedictorum intelligenti-
am habendam haec sunt praesupponenda, quod omne
sacramentum aliquod signum essentialia habeat exte-
rius: nullo enim modo accidit sacramento esse signum,
sed essentialia est simpliciter. Amplius supponendum
est, quod in omni sacro, in quo imprimitur character,
istud est essentialia sacramento, in quo, siue per quod
character imprimitur. Amplius: Cum signum debeat
habere similitudinem ad signatum, in eo imprimitur
character, quod exterius magis est in sacramento sibi
simile. Quoniam igitur in ordine imprimitur charac-
ter, quod est signaculum ad aliquam potestatem spiri-
tualia: hoc pro generali regula habendum est, quod in
illo signo exteriori imprimitur character in quolibet
ordine, in quo principalis potestas, quam respicit or-
do, signatur tradi ordinato. Ad hanc autem signanda
duo concurrunt exterius, scilicet traditio alicuius in-
strumenti, et expressio verbi: vt sic in signo visibili si-
mul, et audibili significetur dari. Nec sufficit signum
audibile sine visibili, propter hoc quod aliud verbu,
aliud debet respicere signum, vt patet in alijs sacra-
mentis. Nec sufficit signum sine verbo: quia ad multa
potest tale signum, scilicet liber, vel illud vas dari: et
ideo oportet per verbum arctari. Et haec duo sunt es-
sentialia, et intrinseca sacramento, et perficientia sacra-
mentum. Quoniam enim manus est organum organo-
rum in operando, et lingua in exprimendo, recte si-
gnificatur conferri potestas in officio vtriusque: et haec
in quolibet ordine reperiuntur, secundum quod reperi-
tur et characteris impressio. Sed quoniam caracte-
res sunt diuersi habentes maiorem dignitatem, et mi-
nores secundum gradus potestatum. Ideo tam signa,
quam verba diuersificantur, maxime in ordinibus sa-
cris, et in minoribus. In ordinibus enim sacris, quonia
datur ibi nobilis potestas, et excellens, fit manus impo-

Regula.

Explicatio.

Ad q. lat. 5.

Ad q. lat. 3.

sitio non tantum instrumenti traditio, quonia manus
est organum organorum, in quo scilicet principalis
residet potestas operandi: vnde sic ordinabant in Ec-
clesia primitiua, vbi non nisi isti duo ordines explicite
erant. Sed in ordinibus minoribus fit traditio alicuius
instrumenti, vt clauis, vel libri, vel exorcismi, et cetera. Et
si plura instrumenta tradantur vni, illud pro principa-
li habendum est, quod Episcopus tradit cum prolatio-
ne verbi: Accipe potestatem. Vnde in omissione prin-
cipalis debet ordo iterari, quia praesumitur, quod cha-
racterem non receperit. Sed in alijs consequentibus si
fiat defectus, vel negligentia, debent suppleri. Con-
cedendum est igitur, quod in vnctioe non imprimitur
character, sed tantum fit propter sollempnitatem, et di-
gnitatem corporis Dominici, quod non est contre-
ctandum nisi manibus consecratis. Pontifici autem fit
vnctio in capite, in quo significatur abundantia gra-
tiae, quae in prelati debet in excellentia reperiri. Et
hinc est quod manus sacerdotis vnguntur oleo sancto:
sed caput pontificis chrismate, vt significetur, quod in
eo debet esse excellentia vitae in conspectu Dei in scien-
tia, et in conspectu hominum quantum ad famam.
Concedendum est etiam, quod non fit characteris im-
pressio in ipsa benedictione, sicut ostendunt illae ratio-
nes, quia potius est instituta ad denotionem excitatio-
nem, et impetrandam gratiam, quam fit de sacra-
menti substantia.

1. AD illud ergo quod obijcitur de manuum im-
positione, quod non reperitur in omnibus, ratio iam
dicta est: reperitur tamen aliquid simile, quia collatio
alicuius instrumenti, in quo est protensis manus, et fit
signatio collationis potestatis.

2. AD illud quod obijcitur, quod sacerdotes im-
ponunt manus, dicendum quod illa manus impositio
non est ad ordinis collationem, sed ad significationem.
Significatur enim gratia communionis, quae in ordi-
ne sacerdotali confertur, et per sacerdotem debet ad-
ministrari: ideo non imponunt manus sacerdotes Dia-
cono, sed solus Episcopus, in cuius impositione manuum
non tantum est signatio, sed etiam potestatis collatio.
Praeterea: In hoc significatur, quod ille qui ordinatur,
in illo ordine consecratur, cum sacerdotis manus sa-
cratas imponunt. Et nota, quod est multi sint assiste-
ntes; sufficit tamen quod tres manus imponant, aliud
est ex abundantia, nec tamen illud est de necessitate
sacramenti.

3. AD illud quod obijcitur de libri, vel vasis tra-
ditione, dicendum quod sicut omne instrumentum,
siue armatura in virtute manus est: sic etiam per im-
positionem manuum, vbi deessent talia, possunt si-
gnari: vnde sicut post videbitur, in impositione ma-
nuum in Ecclesia primitiua ceteri ordines implicaban-
tur, qui postmodum processu temporis explicati sunt,
et quantum ad verbum, et quantum ad signum, et
quantum ad personas.

4. AD illud quod obijcitur, quod archidiaconus
confert multa talia, dicendum quod hoc est ad pote-
statis explicationem. Vnde in tali traditione facta ab
archidiacono non traditur noua potestas, sed tradita
explicatur.

5. AD illud quod obijcitur de verbi expressione,
dicendum quod semper intelligendum est fuisse ver-
bum aliquod, in quo exprimeretur potestas talis dari:
sed non fuerunt verba praefixa nisi in solis duobus sa-
cramentis, quibus Dominus verba specialia ore pro-
prio praedixit: et ideo in alijs est verba sint necessaria,
non tamen sunt determinata vocabula, vel vocaliter:
sed verba quae cumque sensum exprimentia, quantum est
de ratione sacramenti, sufficiebant, si quis in haesim
introducere non intendebat. Sed nunc necessarium est
seruare formam ab Ecclesia statutam, et approbatam.

6. AD illud quod obijcitur de modo imperatiuo,
dicendum quod pontifex summus gerit personam
Christi, et personam superioris, sicut dicit Iherosolus

Ad q. lat. 3.

Ad q. lat. 4.

Ad q. lat. 1.

in libro de officiis: et quoniam potestas superioris
plus, et minus traditur, et descendit: et secundum
illam qui conferunt, subsunt: ideo rectissime modo
imperatiuo vtitur: et sic patet responsio ad primam
quaestionem. Omnes aliae quaestiones ex dictis patent,
praeter illam, quae est de ortu istorum. Nam bene-
dictio, et manus impositio a Patriarchis venit: sed
inunctio figuram habuit in lege, vbi dicitur, quod
inunctus est summus sacerdos.

Gen. 22. b
Leuit. 8. a

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER quantum ad secundum
articulum queritur de ordinibus quantum ad nu-
merum, et distinctionem: et circa hoc quaeruntur bre-
uiter quattuor. Primo quaeritur de diuisione ordinum
in sacros, et non sacros. Secundo, vtrum Plalmista-
tus sit inter ordines minores. Terrio queritur, vtrum
Episcopatus sit inter ordines maiores. Quarto, vtrum
sint septem, vel plures, aut pauciores ordines.

QUESTIO I.

An diuioio ordinum sit bona.

3. Tho. in suppl. 3. p. q. 37. art. 1.
Et 4. Sent. dist. 24. q. 2. art. 1.
Stephanus Brulef. 4. Sent. dist. 24. q. 1. 3.
Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 24. q. 9.

AD OP-
POSITVM

DE diuisione ordinum, et videtur quod ista
diuioio nulla sit. Primo, quia omnis or-
do essentialiter, et vniuersaliter est sacra-
mentum: vnde omne sacramentum dicit rem
sacram: ergo ordo vniuersaliter est res sacra: ergo om-
nis ordo est sacer.

2. I T E M in inferioribus ordinibus sic datur pote-
stas ministrandi circa altare, et ea quae pertinent ad
sacramentum sacramentorum, scilicet corpus domi-
nicum, sicut in diaconatu, et subdiaconatu, licet non
ita de propinquo: ergo videtur quod sicut illi sunt sa-
cri: sic et isti.

3. I T E M in Ecclesia primitiua non fuerunt ordi-
nes nisi sacri, scilicet presbyteratus, et diaconatus:
ergo vel illa Ecclesia fuit diminuta, vel ista superflua.
4. I T E M ea quae spectant ad substantiam sacra-
menti, semper eadem perseuerant: si ergo ordines
minores vere ordines sunt, aut tunc esse debuerunt,
aut vere ordines non sunt. Quod si tunc non fuerunt,
sicut patere potest, non videtur, et cetera.

FVND-
AMENTA.

CONTRA: In veteri Testamento erant distin-
cta officia ministrantium, ita quod alij ministrabant
circa altare, alij circa custodiam templi: si ergo ma-
ioris ordinis et dignitatis est nunc sacerdotium, et cul-
tus diuinus est ampliadus, et ampliatus: videtur quod
alij debent ad haec, alij ad illa deputari: ergo videtur,
quod cum ordines penes officia maiora, et minora di-
stinguantur, quod ordines maiores, et minores esse
debent.

Inf. dist. 37
Dist. 32.

I T E M sicut patebit cum de matrimonio agetur,
et habetur in decretis: Aliqui sunt ordines impedi-
entes matrimonium, et alij non. Si ergo in illo or-
dine, in quo corpus Domini consecratur, actus libi-
dinis per omnia remouetur, videtur quod alij sint
ordines sacri, et alij non.

I T E M quod debeat ita esse, probatur. Primo, quia
ordo est sacramentum perfectiorum: sed ad statum
perfectiorum non statim ascenditur, sed paulatim per-
uenitur: ergo si sacer ordo collocat aliquo modo in

A statu perfectionis, videtur quod aliquos ordines infe-
riores habere debeat, non sacros.

I T E M videmus in curia regis terreni, quod ad hoc
quod sit sufficienter ordinata, ministri superiores in-
digent inferioribus, qui obediunt, et subserviunt, et
maiores indigent minoribus: ergo si domus Dei or-
dinata debet esse, videtur quod ibi debent esse mini-
stri, et rursus ministri ministrantium, et primi sunt in
ordine superiori, secundi in minori: ergo minores,
et maiores.

CONCLUSIO.

Ordines quidam sacri sunt, quidam non sacri, non ra-
tione sui, sed ratione mysterij requirentis in
ministris sanctitatem.

RESP. AD ARG. Dicendum est, quod sacra-
mentum ordinis gradus habet plurimos: et prima qui-
dem distinctio est per gradus inferiores, et superiores,
siue per gradus sacros, et non sacros. Ratio autem
quare hoc sacramentum gradus habeat, est quia ordi-
nat ad dispensandum sacramentum dignissimum, et
ministrandum in templo Dei. Ad ministerium autem
illud concurrunt quaedam officia digniora, et quaedam
minus digna. Quae est omnia requirant ministros
sanctos, illa tamen quae attenduntur circa altare, et
circa portationem vasorum sacrorum, et circa oblatio-
nem sacrificij consummandam, potissime requirunt
ministros sanctos, secundum illud: Mundamini qui
fertis vasa Domini. Sanctitas autem, vel sanctificatio
potissime consistit in continentia: ideo sunt quidam
ordines, qui requirunt continentiam in ministris, qui-
dam vero minime. Ideo recte quidam ordines sacri
dicuntur, quidam non sacri, non ratione sui, sed ra-
tione mysterij, ad quod requiruntur sanctitas in mini-
stro: et sic patet ratio huius distinctionis ordinum per
sacros, et non sacros: et concedenda sunt rationes
ad hoc.

1. AD illud ergo quod obijcitur, quod omnis or-
do est sacramentum, dicendum quod omnes ordines
signa sunt sacra, et rei sacrae. Sed ab hac ratione non
dicuntur ordines sacri, sicut visum est, sed a consecra-
tione ministri: et quia ipsi ordines disponunt ad con-
tingendum, et ministrandum vasa consecrata.

2. AD illud quod obijcitur, quod in omnibus da-
tur potestas ad ministrandum aliquid circa sacra-
mentum maximum, dicendum quod verum est: tamen
secundum plus et minus, secundum propinquum, et
remotum: illis enim qui sunt in inferioribus ordini-
bus constituti, non licet vasa consecrata portare ex of-
ficio, quamuis propter inopiam ministrorum frequen-
ter talibus permittatur.

3. AD illud quod obijcitur, quod in Ecclesia pri-
mitiua soli ordines sacri fuerunt, dicendum quod fal-
sum est, immo et alij fuerunt: sed implicite dabau-
tur in impositione manuum, quoniam manus est or-
ganum organorum. Ratio autem quare non distin-
guebantur, erat propter paucitatem ministrantium,
et propter paucitatem fidelium: ideo oportebat quod
omnia officia darentur vni: Nunc autem multiplicatus
est diuinus cultus, ideo non est simile: et per hoc
patet vltimum.

4. QVOD enim dicit, quod substantia semper
fuerunt eadem, dicendum quod verum est: et semper
isti ordines, et gradus in Ecclesia fuerunt, licet non es-
sent explicati, et distincti, vt nunc: non solum enim
nunc debent distingui propter ministrantium amplifi-
cationem, sed etiam propter manuductionem, quia
ab ipsis cunabulis ordinantur nunc, qui debent esse
clerici. Ideo secundum profectum, et postquam
etatis in susceptione graduum debent, et possunt pro-
moueri, nec statim ad supremum gradum prouehi.

QVOD

Q V Æ S T I O II.

An psalmistatus sit ordo.

Steph. Brul. 4. Sent. dist. 24. q. 14. Petrus de Tarent. 4. Sent. d. 24. q. 4.

AD OPPO SITVM. Dist. 21.

Dist. 25.

TRVM psalmistatus sit ordo. Et quod sit, videtur: Cleros, et clericos, et infra: Generaliter clerici dicti sunt omnes, qui in Ecclesia Christi deseruiunt, quorum gradus, et nomina sunt hæc: Ostiarius, Psalmista, et Lector, et cetera. Et iterum: Perfectis: Et infra ibi enumerat officium Psalmistæ inter alios, et hoc expresse dicit Isidorus lib. 6. Etymologiarum.

1. ITEM ratione videtur hoc ipsum probari, quia Prophetia Psalmodum non est minus nobilis, quam alia: quia ergo sicut est ordo in Ecclesia deputatus ad recitandum alias prophetias, scilicet ordo lectoris, ita videtur quod debet aliquis ordo ordinari ad recitandum Psalmodum: sed iste est psalmista: ergo, et cetera.

3. ITEM nobilior, et dignius officium est Psalmodum in Ecclesia recitare, quam sit ostia custodire: ergo si ordo deputatus est ad illud officium, multo fortius videtur quod ad dicendum Psalmodum.

FVNDAMENTA. Dist. 77.

CONTRA: Illud nos: Et infra: Si quis Episcopus esse meretur, sit primum ostiarius, deinde lector, post exorcista, deinde sacerdos acolytus, deinde vero subdiaconus, deinde diaconus, postea presbyter: hic sufficienter gradus et ordines distinguuntur, et non ponitur ordo psalmistæ: ergo, et cetera.

ITEM omnes ordines sicut melius patebit, ab Episcopo dantur non a simplici sacerdote, sed psalmista status datur a simplici sacerdote. Vnde: Psalmista potest absque scientia Episcopi sola iussione presbyteri officium suscipere cantandi.

ITEM ad illud, quod communiter spectat ad totum chorum, non debet aliquis ordinari specialiter: sed psalmodia spectat ad omnes, qui sunt in choro, et cantus antiphonarum, et responsoriorum.

CONCLVSIO.

Psalmistatus proprie ordo non est, sed ordini annexus: et si quis tamen ordo dicit potest.

RESP. AD ARG. Dicendum quod Psalmistatus proprie non est ordo, sed officium ordini annexum. Et ratio huius est, quia non dicit officium cui debeat specialis gradus ordinis deputari. Sed solum est annexum ordini. Psalmista enim, et cantor pro eodem reputantur, sicut patet ex eis, quæ dicuntur: Psalmista id est cantor, et cetera. Psalmistæ enim est non solum Psalmodum cantare, sed etiam alios cantus armonicos lectionibus interferere: et hoc ut audientium corda excitentur ad Dei laudem, et ad eruditionem lectoris, ut non afficiantur tædio in auditu verbi diuini. In hoc ergo quod est ad laudem Dei, cum illud sit omnium fidelium communiter et simul, non oportet ad hoc ordinem deputari. In hoc autem quod excitat corda ad eruditionem, et ad percipiendum sensum, quem prædicat lector, est officium annexum ordini lectoris: et sic patet quod strictè accipiendo ordines, et gradus, psalmistatus non debet inter ordines computari.

Cap. Psal. mista. Dist. 23.

SED si largius extendatur nomen ordinis ad officium etiam annexum ordini, quod tamen specialiter, et principaliter non conuenit ordinatis: sic psalmistatus potest inter ordines computari, et ita accipit Isidorus: et per hoc patent auctoritates inductæ ad hoc

A quod sit ordo: loquuntur enim secundum hanc viam. 2. AD illud vero quod obijcitur, quod prophetia Psalmodum est dignior, vel æque digna, dicendum quod digna est quantum ad intellectum, et sensum ita sicut alia. Sed quia psalmista non tantum erudit per sensum verborum, quantum etiam excitat mentes per cantum musicorum, et per emissionem vocum resonantium, et hoc competit multitudini, alias vero prophetias competit vni recitare, cui alij sint intenti: ideo oportet illum qui legit, esse prouocatiorem non ratione eius quod recitatur, sed ratione modi recitandi: et sic patet illud.

3. AD illud quod obijcitur de custodia ostiorum, et psalmodia, dicendum quod maioris auctoritatis, et dignitatis est excludere indignos, et admittere dignos ad diuinum officium, quam interesse, et psalmodum cantare, pro eo quod primum dicit quandam auctoritatem, et potestatem: nec competit alicui, nisi detur ab eo, qui habet auctoritatem eminentem, scilicet ab Episcopo. Sed psalmodia respicit scientiæ, et vocem: et qui habet hæc sine donatione auctoritatis, potest hoc facere sola iussione sacerdotis, ut prædictum est: quamuis ergo istud officium maius videatur, tamen si consideretur auctoritas, utrobique illud est maius, quam hoc.

Q V Æ S T I O III.

An Episcopatus sit ordo.

S. Th. in suppl. 3. p. q. 40. art. 5. Et 4. Sent. dist. 24. q. 2. art. 3. Richardus 4. Sent. dist. 24. ar. 5. q. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 24. q. 15. Petrus de Palude 4. Sent. d. 24. q. 6.

TRVM Episcopatus sit ordo: Et quod sit, videtur. Gelasius Papa distinguens gradus ordinum in fine dicit: Deinde subdiaconus, et postea presbyter, et exinde si meretur Episcopus ordinetur.

1. ITEM Isidorus in lib. 7. Etymologiarum: Episcoporum quadripartitus est ordo: ergo Episcopatus est ordo.

3. ITEM ratione videtur, quia nullus rectè dicitur ordinari nisi ab ordinis susceptione: sed qui promouetur in Episcopatum, rectè dicitur in Episcopatum ordinari, sicut per omnes canones innuitur, qui de hac materia loquuntur: ergo, et cetera.

4. ITEM illa inter virtutes est virtus præcipua, quæ virtutes alias regit, et eis imperat: ergo pari ratione in ordine ille erit magis præcipuus, qui alios dispensat, et regit: et ille est ordo Episcopalis: ergo, et cetera.

5. ITEM hoc videtur per diffinitionem ordinis: Ordo enim est, ut dicit Magister, signaculum quo spiritualis potestas traditur ordinato: sed hoc totum est in Episcopatu: patet ergo, et cetera. Minor patet per ipsam ordinationem Episcopi, in qua traditur sibi baculus, qui significat potestatem spiritualem: vnde dicitur sibi cum traditur ei baculus: Accipe baculum pastoralis officij, id est potestatem ligandi, et soluendi: et sis in corrigendis vitijis pie seruiens, in fouendis virtutibus animos subditorum demulcens, in tranquillitate seueritatis censuram non deserens.

6. ITEM sollempnior inunctio, sollempnior benedictio, et sollempnior manu impositione fit in consecratione Episcopi quam sacerdotis: sed talis inunctio non potest esse vacua a significatione, et efficacia, cum sit nouæ legis: ergo est amplioris efficaciz: si ergo sacerdos

AD OPPO SITVM. Dist. 77.

Cap. 12.

Dist. presen. ti. 2. p. ca. si autem quaeritur.

FVNDAMENTA. Hugo li. 2. p. 3. c. 6.

facerdotium est ordo, multo fortius videtur quod Episcopatus.

CONTRA: Magister Hugo de sancto Victore distinguens gradus ordinum dicit sic: Primus est ostiarius, secundus lectorum, tertius exorcistarum, quartus acolytorum, quintus subdiaconorum, sextus diaconorum, septimus sacerdotum. Hic gradus dispares in eodem ordine habet dignitates, scilicet Episcopi, et cetera. ergo Episcopatus solum dicit dignitatem, non ordinem, et cetera.

ITEM distinctio graduum, et ordinum omnis est propter altaris ministerium, scilicet propter sacrificium, in quo est consummatio omnis diuini cultus: ergo cum peruenitur ad illud, ibi debet esse status: sed in presbyteratu peruenitur: ergo, et cetera.

ITEM gradus Ecclesiastici talem habent ordinem, quod possibile est posteriorem accipere omisso priori, quod patet per illud quod dicitur: Sollicitudo, et cetera. et extra de clerico per saltum ordinato: Tuæ litteræ, et cetera. Sed im possibile est aliquem promoueri in Episcopatum sacerdotio omisso, sicut dicitur extra de excessibus prælatorum, ex litteris, et infra ubi dicit Innocentius: Pontificale officium sine altaris ministerio non valet adimpleri: ergo videtur quod Episcopatus non sit ordo alius, quod sacerdotium.

ITEM promotus in sabbato ad ordinem sacrum, non debet in die sequenti alium ordinem sacrum suscipere: sed promotus in sacerdotem potest in die sequenti, scilicet Dominico in Episcopatum promoueri: ergo videtur quod Episcopatus non sit ordo sacer.

CONCLVSIO.

Episcopatus proprie non est ordo, sed ordinis eminentia, vel dignitas: nec in eo nouus character imprimitur.

RESPOND. AD ARG. Dicendum quod quod sicut tactum est, cum ordinis potestas principaliter sit ordinata ad dispensationem sacramentorum, et maxime illius sacramenti nobilissimi, scilicet corporis Domini, ibi est status graduum, et ordinum ascendentium: et ita ultra sacerdotium non est gradus ordinis. Sed tamen intra hunc gradum, et ordinem contingit esse distinctionem dignitatum, et officiorum, quæ tamen nouum gradum, vel ordinem non constituunt, ut Archipresbyter, Episcopus, Archiepiscopus, Patriarcha, Pontifex summus, quæ ultra sacerdotium non addunt ordinem, nec gradum nouum, sed solum dignitatem, et officium. Et ita Episcopatus prout concernit ordinem sacerdotij bene potest dici ordo: sed prout distinguitur contra sacerdotium dicit dignitatem quandam vel officium Episcopi annexum: et non est proprie nomen ordinis, nec nouus character imprimitur, nec noua potestas datur, sed potestas data ampliat. Vnde sicut non recipit alias clauas, sic nec aliud ordinem. Et hoc sentit Magister Hugo: hoc etiam sentit Magister sententiarum, sicut patet per id quod dicit in littera, quod non sunt nomina ordinum, sed dignitatum: Hoc etiam tenet communis opinio, quod in Episcopatu character nouus non imprimatur, sed illi aliqua eminentia confertur, quæ semper manet cum ipso character ordinis oblata omni iurisdictione. Hanc ergo opinionem sustinendo dicamus, quod Episcopatus præcise loquendo, non est ordo, sed ordinis eminentia, vel dignitas.

Hugo li. 2. p. 3.

tur ad Archiepiscopatum non consecratur de nouo, sed solum accipiat pallium, patet quod non potest intelligi, quod nouus sit ibi ordo, sed solum dignitas aliorum. Si ergo dicit ipse esse diuersos ordines, manifestum est quod nomen ordinis, ad officia et dignitates extendit: et per hoc patet aliud sequens. Sicut enim ampliat vocabulum, et significatio ordinis, ita et verbum cum dicitur: Iste ordinatur in Episcopatum: vnde non ita proprie dicitur aliquis ordinari cum promouetur in Episcopatum, sicut cum promouetur in sacerdotem, sed magis proprie dicitur consecrari. Vnde et Apostolus loquens proprie dicit: Posuit nos Spiritus sanctus Episcopos, et cetera. Et: Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.

Act. 20. 1. Tim. 3. 4.

4. AD illud quod obijcitur, quod per Episcopatum ordines dispensantur, dicendum quod numquam possunt per Episcopatum dispensari, nisi ordines illos, quos dispensat, haberet, maxime nisi haberet sacerdotium: et ideo concedo bene, quod Episcopatus includit necessario ordinem perfectissimum, scilicet sacerdotium, et illi superaddit aliquam eminentiam, quam et ipsum nomen insinuat: dicitur enim Episcopus ab Epi, quod est supra.

Episcopus vnde dicitur.

5. AD illud quod obijcitur, quod ordo est signaculum, in quo spiritualis potestas, et cetera. dicendum quod Episcopatus deficit quantum ad vtramque partem diffinitionis. Primo namque deficit a ratione ordinis quantum ad hoc quod dicitur signaculum, quia signaculum ibi accipitur pro character: et hic non imprimitur in Episcopatu, cuius signum est, quod non potest Episcopus consecrari, nisi sit sacerdos: et ita per se characterem non imprimitur. Amplius deficit, quia non datur ibi noua potestas, sed solum potestas ligandi, et soluendi ampliat: et ideo in huius signum baculus pastoralis porrigitur. Vnde sicut collatio pallij nõ dat nouum ordinem Archiepiscopo ultra Episcopatum: sic nec collatio baculi, aut annuli, aut mitræ, aut alicuius consimilis ultra sacerdotem: talia enim potius sunt sacramentalia, quam sacramenta: non enim sacramentalia tantum præcedunt sacramentum, sed etiam sequi possunt.

6. AD illud quod obijcitur, quod sollempnior est inunctio, dicendum quod verum est pro eo quod ad summum pontificatum assumitur, et datur ibi eminentia status, et dignitatis pastoralis, in qua debet esse eminentia sanctitatis. Vnde illa sanctitatis eminentia per superabundantem inunctionem debet signari, secundum quod dicitur de summo Pontifice Aaron: Sicut unguentum in capite eius, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Vnde quia ad officium illud maior requiritur sanctitas, quam requiritur ad ordines, hinc est quod maior sit inunctio. Reges enim, et principes consueuerunt inungi in signum dignitatis, quibus non ordo confertur, sed regalis dignitas: sic et Episcopi, quibus confertur ordo sacerdotalis: et propter hoc ratio illa non valet, quia inunctio non respicit ordinem in quantum est ordo, sed magis dignitatem. Vnde et sacerdos non inungitur

Psal. 132. 4.

ad ordinem necessitatem, sed magis ad sollempnitatem, ut di-gne possit corpus Christi sacratissimum consecrare.

QVÆSTIO IV.

An ordines sint septem, vel plures.

2. Th. in suppl. 3. p. q. 37. art. 2. Scot. 4. Sent. dist. 24. q. 1. Richardus 4. Sent. dist. 24. ar. 3. q. 3. Durandus 4. Sent. dist. 24. q. 3. Franc. de Mayr. 4. Sent. d. 24. q. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 24. q. 1. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 24. q. 12.

FVNDAMENTA. Hugo li. 2. par. 3. ca. 6. Mag. c. 1.

TRVM ordines sint septem, an plures vel pauciores: et quod tantum septē sint, hoc expresse magister Hugo dicit: Magister etiam dicit in littera.

ITEM necesse videtur, quia signum debet respondere veritati: sed in sacramento isto septiformis gratia Spiritus sancti datur: ergo videtur quod si gradus in ordine assignantur, quod septem debeant esse.

AD OPPOSITUM. Dyon. c. 5. de Eccl. hier. v. arch.

SED quod debeant esse tantum tres, videtur auctoritate Dionysij de Ecclesiastica hierarchia: ubi non ponit nisi tres gradus, scilicet ministros, sacerdotes, et Episcopos.

Exo. 25. d.

ITEM hoc videtur ratione, quia distinctio graduum debet esse penes actus hierarchicos: isti autem actus sunt tres tantummodo, scilicet purgare, illuminare, et perficere: ergo videtur quod sint tantum tres gradus, siue ordines. Sed quod sint plures, videtur: quoniam Ecclesia militans imitatur triumphantem in ordine assignantur, quod septem debeant esse.

ITEM quanto maior est recessus a principio, tanto magis tenditur in multitudinem: sed hierarchia Ecclesiastica plus distat a principio omnium summo, quam angelica: ergo pluribus gradibus, et ordinibus debet distingui, quam angelica: ergo plures debent esse ordines, quam novem. Est igitur quaestio, propter quid in hoc sacramento magis est graduum distinctio, quam in alijs. Et propter quid in numero septemario.

CONCLUSIO.

Ordines sunt septem, nec plures, nec pauciores: unus tamen est cui deseruiunt ceteri, videlicet sacerdotium.

1. Cor. 12. d.

RESP. AD ARG. Dicendum quod omnes in hoc concordant, scilicet, quod huic sacramento competit graduum distinctio, siue propter hoc quod penes ipsum membra Ecclesiae in corpore mystico ordinantur secundum diuersas operationes, et gratias, secundum quod dicit Apostolus: Siue propter hoc quod secundum illud sacramentum configuratur, et conformatur pulchritudo Ecclesiae militantis pulchritudini Ecclesiae triumphantis. Siue propter hoc quod illud sacramentum in supremo ponit, et disponit hominem ad gratiam perfectionis: et gratia perfecta in pluralitate donorum Spiritus sancti consistit. Siue propter hoc quod istud sacramentum ordinatur ad dignissimum ministerium, quod est consecratio Domini corporis, ad quam non statim est conuolandum, sed per gradus paulatim ascendendum, cum id sacramentum propter sui nobilitatem, et reuerentiam multa debeat habere ministeria inferiora. Omnibus his

A modis accipitur ratio pluralitatis in gradibus ordinum: et secundum aspectum ad has rationes plurificandi sumitur sufficientia graduum Ecclesiasticorum diuersimode a diuersis. Quidam enim sumunt penes distinctionem membrorum Ecclesiae, quae attenditur secundum dona gratiarum, quae determinat Apostolus dicens: Alij datur per spiritum sermo sapientiae, et est. et isti dicunt novem esse ordines secundum genera gratiarum, quae ibi ponuntur, quae sunt novem. Vnde adaptant sic: Alij datur per spiritum sermo sapientiae, scilicet Episcopo: Alij sermo scientiae, scilicet Sacerdoti, qui debet scire ligare, et soluere. Alij fides, scilicet diacono, qui debet Euangelium nunciare, in quo fides nostra continetur. Operatio virtutum subdiacono, qui aggreditur opera perfectionis. Interpretatio sermonum acolyto, cuius est alios illuminare, et tenebras effugare. Gratia sanitarum exorcistae. Genera linguarum psalmistae. Prophetia lectori, et discretio spirituum ostiario, qui admittit bonos, et repellit malos. Sed iste modus sumendi non est omnino competens, quoniam ista differentia gratiarum non eisdem sed diuersis conuenit membris: omnes autem ordines eisdem dantur, licet successiue. Secundi sumunt aliquantulum apertius penes conformitatem exempli ad exemplatum: dicunt enim quod sicut in angelica hierarchia est distinctio ordinum penes purgare, illuminare, et perficere, et sic est in Ecclesiastica. Vnde novem sunt ordines secundum hos tres actus triplicatos. Primo enim actui purgationis respondent tres. Quoniam aut purgari habet exterius, aut interius, aut partim sic, partim sic: si exterius per segregationem corporalem bonorum a malis, sic est ostiarius, qui admittit bonos, et excludit malos. Si interius, sic est potestatem inter inferiores, scilicet acolytatus, quia talis non purgat tenebras corporales, cum lumen serat de die, sed spirituales. Si partim sic, partim sic: sic est exorcista, qui purgat a vexatione diabolica, quae est quodam modo intra respectu corporis, quodam modo extra respectu animae, quia non illabitur daemon animae, licet obsideat corpus. Similiter quantum ad actum illuminationis tres ordines accipiuntur, secundum quod triplex est lumen, scilicet plenum, subsequens, et praecedens. Lumen plenum est in doctrina Euangelica, scilicet doctrina Christi, quae spectat ad diaconos. Lumen subsequens in doctrina Apostolica, quae spectat ad subdiaconos. Lumen praecedens in prophetica, quae spectat ad lectores. Similiter secundum opus perfectionis, siue consummationis triplex est ordo. Quia quaedam est consummatio prima, utpote per gratiam baptismi, et poenitentiae: haec debetur sacerdotibus. Quaedam excellentior: et haec Episcopis, quorum est ordinare, et consecrare abbates, et virgines. Quaedam excellentissima, utpote consecrare Episcopos, Archiepiscopos: et haec pertinet ad summum Pontificem, quia est pater patrum, in quo est plenitudo auctoritatis: et sic status istius ordinationis consummatur in vnitatem et descendit per gradus novem, ut sic conformatur Ierusalem caelesti: et iste nouenarius reducit ad ternarium actum, ut sic ascendat, et configuretur beatissimae Trinitati. Nam purgatio pertinet, seu reducit ad bonitatem, illuminatio vero ad sapientiam, sed consummatio ad potestatem: et sic regnum Ecclesiae per Spiritum sanctum, et Filium traditur Deo patri, dum ad ipsam supremam, et paternam vnitatem reducit, ultra quam non est cogitare ascensum. Et iste modus est satis probabilis. Tamen adhuc aliquantulum a proprietate recedit, dum non accipitur ordinum distinctio per id, quod est proprium sibi, et intrinsecum. Tertij adhuc sumunt aliquantulum apertius penes gratiam, ad quam ordinat ordo, quoniam tantum ordinat ad gratiam perfectam, quae septiformis est: ideo ordinum Ecclesiasticorum septem competit esse gradus, ut ordo ostiarij respondeat dono

Sufficientia graduum Ecclesiasticorum. Opin. 1. 1. Cor. 12. d.

Improbatur.

Opin. 2.

Primus actus.

2. Actus.

3. Actus.

Improbatur.

Opinio 3.

Improbatur.

4. Opinio Doctoris.

dono timoris per quod recedit homo a malo. Ordo sacerdotij dono sapientiae, quia gustat, et administrat ipsum lignum vitae, ipsum panem caelestem, in quo est omnis sapor. Ordines intermediij respondent intermedijs donis. Et iste modus iam dictus adhuc satis est probabilis, et magis attingit ad sufficientiam ordinum vere assignandam, quam aliquis praedictorum. Licet autem omnes hi modi ex dictis Magistrorum trahi sint: nam primus ex dictis Isidori, secundus ex dictis Dionysij, tertius ex dictis Hugonis, et Magistri: tamen adhuc aliquid videtur rationabilius posse dici, si quartum modum sumendi attendamus, qui est penes id, ad quod ordo ordinatur: et hoc quidem est ad corpus Christi verum dispensandum ad utilitatem corporis Christi mystici. Vnde in sacerdotio est status in quo est consummatio potestatis, et vtraque potestas in ipso concurrunt, scilicet conficiendi corpus Christi verum, et absoluendi mysticum. Hic autem ordo nobilissimus debet habere ordines sibi subministrantes secundum exigentiam huius duplicis potentiae. Vnde quidam ministrant quantum ad corpus Christi verum: et hi sunt ordines ipsi sacerdotio propinquiores. Nam dupliciter est ministrare, aut accipiendo hostias a plebe, et hoc est subdiaconi: aut offerendo sacerdoti, et hoc est diaconi, et illud est principale eorum officium, sicut expresse innuit Isidorus: et hoc est quod sic denominantur, scilicet diaconus, quasi ministrer, aut subdiaconus, quasi subministrer: alij vero inferiores subministrant, siue subseruiunt preparando corpus Christi mysticum ad hoc, quod possit perducere ad verum diuine percipiendum: et ad hoc sunt quattuor ordines, secundum quod quadrupliciter potest ad hoc preparari. Primo modo admittendo ad locum sacrum: et hoc est ostiariorum. Secundo praebendo documentum:

et hoc est lectorum. Tertio praestando auxilium: et hoc exorcistarum. Quarto monstrando bonum exemplum: et hoc ceterariorum, siue acolytorum, ad quos pertinet, ut luceat lux eorum coram hominibus, ut videant, et est. sic patet quod miro modo procedit ordo a multitudine in vnitatem. Nam principalis gradus est vnus, cui et subseruientes debent esse duo: quia enim a primo deficiunt, vadunt in dualitatem, et rursus subseruientes duobus sunt quattuor, quia deficiunt etiam ab illis: et sic patet perfectio, et consummatio ordinum, et distinctio in numero septemario secundum gradus potestatum, quae sunt essentiales ordini: quarum numerus, et sufficientia sumitur penes id, ad quod directae sunt. His visis obiecta de facili satis patent. Quod enim obijciunt, quod sunt septem, concedendum est.

Mat. 5. b

1. Quid vero obijciunt, quod sunt tres per Dionysium, dicendum quod Dionysius sub ministris comprehendit septē gradus, qui omnes ministrant sacerdoti. 2. Ad illud quod obijciunt de illo triplici actu, dicendum quod distinctio ordinum non sumitur penes illum triplicem actum, sed potius secundum actum ministrandi: et si etiam sumeretur, adhuc non valeret, quia illi plurificantur, ut patet in angelis. 3. Ad illud quod obijciunt, quod imitatur supernam Ierusalem, dicendum quod verum est secundum quod suo statui competit. In illa autem superna Ierusalem ordines assignantur supremi, inferiores, et medij secundum aspectus diuersos, sicut patet in distinctione hierarchiarum angelicarum: ordines autem Ecclesiastici sumuntur per comparationem ad vnum principaliter, quia ad hoc sunt: et hinc est quod nec illo modo plurificantur, nec in tot membra, in quot ordines angelici.

DISTINCT. XXV. DE ORDINATIS AB HAERETICIS: et a simoniacis: et de aetate ordinandorum.



OLET etiam quari: Si haeretici ab Ecclesia praecisi et damnati possint tradere sacros ordines: et si ab eis ordinati, redeuntes ad Ecclesiam vnitatem, debeant reordinari. Hanc questionem perplexam, ac pene insolubilem faciunt Doctorum verba, qui plurimum dissentire videntur. Videntur enim quidam tradere, haereticos sacros ordines dare non posse, nec illos qui ab eis ordinati videntur, gratiam recipere. Dicit enim Innocentius: Arianorum clericos non videri suscipiendos, cum sacerdotij, vel ministerij alicuius dignitate: quibus solum baptismum esse permittit, quod in nomine Patris, et Filij et, Spiritus sancti percipitur. Dicit etiam eos non posse dare Spiritum sanctum, quem amiserunt, et ordinatos ab haereticis caput habere vulneratum: et eum qui honorem amisit, honorem dare non posse: nec illum aliquid accepisse, quoniam in dante nihil erat quod ille posset accipere. Tradit etiam, venientibus ab haereticis per manus impositionem laycam tantum tribuendam communionem, nec ex his aliquem in clericatus honorem, vel exiguam subrogare. Gregorius etiam dicit sacrilegam esse Arianorum consecrationem, cum ex eorum manu communicatio percipitur. Cyprianus etiam dicit: Omnia quaecumque faciunt haeretici, carnalia et inania, et sacrilega esse, et eorum altaria falsa et illicita, sacerdotia et sacrificia sacrilega, qui more simoniarum, qua cum homines non sint, formam imitantur humanam, vultum Ecclesiae Catholicae, et auctoritatem sibi vendicant, cum ipsi in Ecclesia non sint, et cum sint sacrilegi, sacerdotium non administrant, et altare ponunt, cum nec sacrificari oblatio illic possit, ubi Spiritus sanctus non sit: nec cuiquam Dominus per eius preces et orationes proferat, qui Dominum ipsum violauit. Hieronymus quoque asserit omnia quae offeruntur ab haereticis contaminata esse in conspectu Domini: quia licet sancta videantur specie sui, tamen quia contacta sunt ab illo, qui pollutus est, pollutum est populum.

Aliquorum responsio.

Innoc. 1. in Epist. 128. ca. dist. 3. 1. q. 1. c. Arianos.

Greg. lib. 3. Dial. c. 31. habetur 1. q. 1. c. super ueniens.

Cypri. lib. 1. Epist. 6. ad Magistr. hieron. 1. q. 2. c. si quis inquit.

Hieron. in 2. Reg. habetur. 1. q. 1. sic populus.

Idem in A-
mos 5. habe-
tur 1. q. 1.
odis.
Idem in 8.
Osee. habe-
tur 1. q. 1.
illi.
Leo 1. Epist.
38. ad Ana-
tholium Con-
stant. Epist.
et habetur
1. q. 1. ca. in
Ecclesia.
Idem Epist.
73. Leoni
Augusto, ha-
betur 1. q. 1.
c. Manifestum
Li. 2. contra
Epist. Parme-
niani, c.
13. a princ.
10. 7. habe-
tur 1. q. 1. c.
Quod qui-
dam.

tur omnia. Idem: Odit Deus sacrificia hereticorum, et a se projicit: et quoties in nomine eius congregati fuerint, detestatur fetorem eorum, et claudit nares suas. Idem: Illi offerunt panem sacrilegum, et cet. Leo etiam testatur extra Ecclesiam nec rata esse sacerdotia, nec vera esse sacrificia. Idem etiam dicit: Per crudelissimam vesaniam in Alexandrina sede omnium sacramentorum lumen extinctum. Intercepta est sacrificij oblatio, defecit chrismatis sanctificatio, et paritidalibus manibus impiorum omnia se subtraxere mysteria. His alijsq. testimonijs astrui videtur sacramenta Ecclesiastica, precipue corporis et sanguinis, ordinationis, et confirmationis, per hereticos non posse ministrari.

Auctoritates ponit, quae videntur praemis obuiare.

CONTRA autem alij sentire videntur, quod ab hereticis etiam praecis, sacri ordines, sicut et baptismus tradi valeant: nec ab hereticis redeuntes, qui illic ordinati sunt et baptizati, iterum ordinandi sunt, sicut nec baptizandi. Vnde Augustinus: De hereticis etiam damnatis quod quidam dicunt: Baptisma quod accepit non amittit, qui recedit ab Ecclesia, ius dandi quod accepit, amittit: multis modis apparet inaniter dici. Primo, quia nulla ostenditur causa, cur ille qui illud baptismum amittere non potest, ius dandi possit amittere. Vtrumque enim sacramentum est, et quadam consecratione utrumque homini datur: illud cum baptizatur, et istud cum ordinatur. Ideo non licet in Catholica Ecclesia utrumque iterari. Nam si quando ex ipsa parte venientes, etiam praepositi, pro bono pacis correcto schismatis errore suscepti sunt: et si visum est opus esse ut eadem officia gererent qua agebant, non sunt rursus ordinandi. Sed sicut baptismus in eis, ita mansit ordinatio integra: quia in praecisione fuerat vitium, quod in unitate pacis est correctum, non in sacramentis, quae ubicumque sunt, ipsa vera sunt. Et cum ipsi expedire videtur Ecclesiae, ut praepositi eorum venientes ad Catholicam societatem, honores suos ibi non administrarent, non eis tamen ipsa ordinationis sacramenta detrahuntur, sed super eos manent. Ideoq. non eis manus imponitur, ne non homini, sed ipsi sacramento fiat iniuria. Sicut autem in baptismo est ius, quod per eos dari possit: sic in ordinatione ius dandi est: utrumque quidem ad perniciem suam. Sed aliud est non habere, aliud perniciose habere, aliud salubriter habere. Idem: De his, qui ab Ecclesia unitate separati sunt, nulla iam questio est, quin habeant et dare possint: sed perniciose habent, pernicioseq. dant, quia extra vinculum pacis sunt. Neutri sacramento facienda est iniuria. Sicut non recte habet qui ab unitate recedit, sed tamen habet, et ideo redeunti non redditur: sic etiam non recte dat qui ab unitate recedit, et tamen dat: et ideo qui ab eo accipit, venienti ad unitatem non iteratur. Idem: Aliud est non habere aliud, aliud est non iure habere, vel illicite usurpare. Non ergo ideo non sunt sacramenta Christi, et Ecclesia, quia eis illicite utantur non modo heretici, sed etiam omnes impij: sed illi corrigendi sunt et puniendi, illa autem sunt agnoscenda et veneranda. Item Gregorius: Quod dicitur ut qui ordinatus est iterum ordinetur, valde ridiculosum est. Vt enim baptizatus semel, iterum baptizari non debet: ita qui consecratus est semel, in eodem ordine non valet iterum consecrari. His alijsq. auctoritatibus videtur asseri, in omnibus impijs, etiam in hereticis praecis et damnatis Christi sacramenta permanere, cum iure dandi. Possunt enim dare, sed perniciose, et quibus dederint, non sunt iterum ordinandi: quae praemis ex opposito obuiare videntur.

Determinatio praemissa contradictionis auctoritatum.

HAE C autem quidam ita determinant: Dicunt enim hereticos accepta sacerdotali, vel Episcopali vocatione ab Ecclesia recedentes, baptismi quidem dandi ius retinere, sed non habere facultatem tribuendi sacros ordines, vel consecrandi Dominicum corpus, postquam praecisi et damnati sunt ab Ecclesia. Sicut degradatus Episcopus non habet potestatem largiendi sacros ordines, facultatem tamen baptizandi non amisit. Quod Augustinus ait: Intelligitur dictum de hereticis, qui non sententia Ecclesiae, sed prauitate sensus sui a fidei veritate, ac doctrina unitate diuisi sunt: qui licet tales sint, ius tamen ordinandi et consecrandi habent. Et qui ab eis ordinantur ante manifestam praecisionem, etiam si cum eis aperte exierint, et sententia Ecclesiae damnati fuerint, tamen si redierint, iterum ordinandi non sunt. Et ubicumque legitur de ordinatis ab hereticis, quod seruatibus ordinibus ministrare valeant, vel iterum ordinandi non sint: de huiusmodi accipiendum dicunt. Nam postquam praecisi fuerint et damnati iudicio Ecclesiae, ius ordinandi et consecrandi eis detractum asserunt, ut degradatis, vel excommunicatis,

Alij

Ca. praeced.

Lib. 2. epist.
32. 10. Ka-
nūnati Epi-
scopo ha. alif.
68. c. Sicut
semel.

Ibid. infra.

Ibid. infra.

Aug. ibidē
per totū in
sensu.

Alij vero dicunt, sacramenta ab hereticis et praecis secundum formam Ecclesiae celebrata, vera esse et rata: quia recedentes ab Ecclesia ius dandi et consecrandi non perdidit: et qui sic ab hereticis ordinantur, cum redeunt, iterum ordinandi non sunt. Quae vero ab hereticis aliter quam in Ecclesia sunt, falsa sunt et inania: et qui a talibus ordinari videntur, non munus, sed vulnus accipiunt. Et secundum hanc differentiam varie de his loquuntur doctores. Quidam vero dicunt eadem sacramenta ab hereticis praecis posse celebrari, quae a catholicis, si ab illis forma Ecclesiae seruetur. Et ab eis celebrata vera esse et rata, quantum ad se: quantum vero ad effectum, falsa esse et inania, et in his qui male tractant et in his qui male suscipiunt: et ideo irrita et falsa, quia quod promittunt, et conferre creduntur, non tribuunt. Damnanda etiam dicuntur: quia illicite dantibus vel accipientibus sunt in iudicium. Polluta etiam dicuntur, non quantum ad se, sed propter indignam hereticorum tractationem. Ideo Gregorius communionem Arij vocat execrationem: et Innocentius Bonosij ordinationem, damnationem: non quod ita in se sint, sed quia male dantes vel accipientes tales faciunt. Sicut etiam Hieronymus sacrificia eorum panem luctus vocat, non quantum ad se, sed quantum ad effectum. Nonnulli vero tradunt illos hereticos, qui in Ecclesia ordinati sunt, ius ordinandi et consecrandi, etiam cum separati fuerint, habere. Qui vero in schismate vel heresi positi, ab eis ordinati et iuncti fuerint, illo iure carent. Ideoq. cum ordinare volunt, vulnus potius insigunt, quam gratiam conferant.

De simonia vnde dicatur, et quid sit.

DE simoniaciis vero non est ambigendum quin sint heretici, qui tamen ante sententiam degradatiōis et ordinant et consecrant. Et licet simoniaci proprie dicantur, qui instar Simonis magi impretiabilem gratiam pretio conducere volunt, et qui pro ministerio sacro pretium recipiunt in modum Gieziae vocandi sunt: omnes tamen et dantes et accipientes simoniaci dicuntur: et vtrique eadem sententia percelluntur.

De his, qui scienter a simoniaciis ordinantur.

DIFFERT tamen inter eos, qui ordinantur a simoniaciis scienter, et eos qui ignorant. Qui enim scienter a simoniaciis se permiserint consecrari, immo execrari: eorum consecratio omnino irrita est. Qui vero ordinantur a simoniaciis, quos cum ordinantur, nesciunt esse simoniacos, qui et tunc pro catholicis habentur, eorum ordinatio misericorditer susciuntur.

De his, qui dicunt se emere corporalia, non spiritualia.

SI vero aliqui obiecerint, se non consecrationes emere, sed res ipsas, quae ex consecratione proueniunt, penitus desipere probantur. Nam quisquis horum alterum vendit, sine quo alterum non habetur, neutrum vendere derelinquit.

Distinctio simoniacorum.

SIMONIACAE autem heresis tripartita est distinctio. Alij enim simoniace a simoniaciis ordinantur. Alij simoniace a non simoniaciis. Alij non simoniace a simoniaciis. Vnde Nicolaus Papa: Statuimus decretum de simoniaca tripartita heresi, id est, de simoniaciis simoniace ordinantibus vel ordinatis, et de simoniaciis simoniace a non simoniaciis: & de simoniaciis non simoniace a simoniaciis: Simoniaci simoniace ordinati, vel ordinatores, secundum canones a proprio gradu decidant. Simoniaci etiam simoniace a non simoniaciis ordinati, similiter ab officio remoueantur. Simoniacos vero non simoniace a simoniaciis ordinatos misericorditer per manus impositionem pro temporis necessitate in officio permittimus permanere. Quod intelligendum est de his, qui ordinantur a simoniaciis, ignorantes eos esse simoniacos. Hos facit simoniacos, non reatus criminis, sed ordinatio simoniaci.

Alexander Papa de his, qui violenter a simoniaciis vel ab hereticis ordinantur.

SIMILITER, cum decernit Alexander Papa simoniacos omnino damnandos ac deponendos, subintelligendum est, nisi violenter quis attractus fuerit. De his enim et a quibuslibet hereticis violenter ordinatis, dicit Innocentius quod possunt habere aliquem colorem excusationis, si statim discedunt ab eis, et pessimo eorum conciliabulo renuntiant.

S. Bon. To. 5.

ii De

Ast. 8. d

Reg. 5. f

Vrbania Pa-
pa. 1. q. 1. c.
si quis a si-
moni-

Nicol. xxxv.
1. q. 1. cap.
statuimus
decretum.

Hec sunt
verba Gra-
tiani ibid.

Alex. secun-
dus. 1. q. 1.
c. erga simo-
niacos.
Innoc. 1. ep.
22. cap. 5.
habetur. 1.
q. 1. Cōstans

De ordinandorum etate.

Hac habentur dist. 77. quasi per totum. Dist. 7. s. c. si quis idem habetur ex eodem. Neocesar. d. 7. 8. Luc. 3. c. Ceteri. Trid. Sess. 23. capit. 22.

DE etate ordinandorum ita decrevit Nicolaus Papa: Sacri, inquit, canones sanxerunt, ut Subdiaconus non ordinetur ante quattuordecim annos, nec Diaconus ante viginti quinque, nec Presbyter ante triginta. Deinde si dignus fuerit, ad episcopatum eligi potest: quod nos etiam pari modo seruare iubemus. Item Fabianus: Si quis triginta etatis non impleuerit annos, nullo modo presbyter ordinetur, nisi valde sit dignus: quia et ipse Dominus triginta annorum baptizatus est, et sic cepit docere.

Nunc autem Concilium Tridentinum ita determinauit, ut nullus in posterum ad subdiaconatus ordinem ante 22, ad Diaconatus ante 23, ad Presbyteratus ante 25, etatis sue annum promoueat.

DISTINCT. XXV.

De dispensatione sacri ordinis.

Solet etiam quari, et cetera.

Expositio textus.

Diuisio.



VPRA egit Magister de ordine. Hic agit de potestate conferendi ordines. Et quoniam potestas exigit debitam ordinationem, ideo primo agit Magister de potestate conferendi ordines. Secundo vero de vitio, quod incidit circa ordinis dationem, et susceptionem, quod est simonia, ibi: De simoniaco vero. Tertio vero de idoneitate ordinandorum: maxime quantum ad etatem, ibi: Sacri, inquit, canones. Prima pars habet tres. In prima arguit ad partem falsam, ostendens quod heretici non possunt ordines dare. In secunda ad partem veram, ibi: Contra autem alij sentire videntur. In tertia autem predictas contrarietates ad concordantiam reducit, ibi: Hac autem quidam ita determinant. Similiter secunda pars, in qua agit de vitio, quod incidit circa ordinum dationem, quod est simonia, habet duas. In prima agit de culpa. In secunda vero de poena, ibi: Differt tamen inter eos, et cetera. Tertia pars remanet indiuisa.

Nec ab his aliquem clericatus honorem, vel exiguum subrogare. Dub. I.

Videtur male dicere, quia aut iste habet ordinem, aut nihil habet. Si nihil habet: ergo poterit ab episcopo catholico promoueri cum dispensatione, sicut patet in hereticis. Si habet ordines: ergo iam promotus est.

RESPON. quod hoc non dicit, quia non sit ordinatus, sed quia male sit ordinatus. Male autem est ordinatus dupliciter, aut quia est ordinatus a quo non debet, aut quia sicut non debet. Primo tripliciter. Aut quia ordinatus ab heretico, vel simoniaco, sicut hic in proposito: tunc enim si scienter facit, et communicat heresi, vel simoniae non potest exequi, nec dispensatur de facili, et hoc vult dicere in littera. Aut ordinatur a catholico sine licentia Episcopi proprii et auctoritate, talis debet deponi. 7. quaest. 1. Episcopus in diocesis. dispensari tamen potest si talis ordinans ponit spem in ratificatione Episcopi proprii. Aut ordinatur ab Episcopo, qui renunciauit loco, et officio, quia talis non debet conferre ordines: si vero renunciauit loco tantum, potest dare minores ordines, et de licentia Episcopi potest dare omnes: et qui sine licentia Episcopi proprii recipit ordines postea deponi de rigore iuris, potest tamen cum eo dispensari. Secundo modo dicitur male ordinatus, quia non recipit eo modo quo debet: et tunc aut furtiue, aut per saltum. Si furtiue, hoc est dupliciter: aut quia duos recipit, et eodem die, ita quod alterum furatur, loquendo

A de sacris: et poena omnium talium est depositio, sicut dicitur distinctione 77. subdiaconus, extra de eo qui furtiue innotuit, et cetera. Si autem furtiue recipit vnum tantum, tunc aut fuit prohibitum sub interminatione anathematis: et tunc solus Papa dispensat: extra de eo qui fur. Si autem non fuit prohibitum, tunc potest permitti in minoribus: et si intrat claustrum, praelatus potest dispensare cum eo. Si vero est ordinatus per saltum, hoc est dupliciter. Aut ex malitia, aut ex negligentia. Si ex malitia, licet characterem recipiat, tamen debet deponi. Si ignoranter, sic poena sibi imposta ab Episcopo poterit ad inferiorem ordinem promoueri suspensio eo interim ab executione superioris. distinct. 52. extra, de clericis per saltum. Nota etiam hic, quod licet possit saltari ab vno ordine, omisso alio, praetermissa tamen sacerdotio non potest esse Episcopus, extra de excessibus praelatorum. Ex litteris, in fine. Si vero omisit diaconatum, episcopus est, sed illum ordinem, quem omisit, dare non potest. Prima quaestio prima. Ita tamen non est in baptismo, quia est sacramentum primum.

Omnes tamen et dantes, et accipientes simoniaci dicuntur. Dub. II.

Videtur male dicere, quia Simon solum voluit emere: ergo soli emptores simoniaci debent dici, et venditores Giezi. Item plus fecit Giezi, quam Simon, quia Simon solum voluit emere: sed Giezi vendidit: ergo magis ab ipso debent denominari.

RESPON. Dicendum quod Simon ideo voluit emere, ut post venderet: ideo vtrumque malum, et peccatum sibi imputatur: et ideo vtrique ab ipso denominantur. Quod obijcitur de voluntate, dicendum quod quia iste iam tempore gratiae reuelatae, et maiorem potestatem, et spiritualem voluit emere, et iterum pactum voluit facere: ideo grauius satis et enormius peccauit, quam ille qui perijt ex quadam liberalitate, et credebat ille quod esset modicum, sed poena lepra sempiterna ostendit, quam magnum esset illud scelus.

Vtrique eadem sententia percelluntur. Dub. III.

Videtur male dicere, quia grauius peccant vendentes, ut videtur, quia minus appetunt, quam ementes: ergo grauius debet puniri. Contra tamen videtur, quia ementes praestant illi occasionem, ut accipiant, vltra sortem: ergo si grauius peccat vsuras accipiens quam dans, patet, et cetera.

RESPON. Dicendum quod quantum ad genus peccati est vniuersitas, quia vterque gratia Spiritus sancti facit iniuriam. Sed grauius pensatur peccatum secundum maiorem appetitum, et intentionem libidinis, et secundum statum personae vendentis, et ementis: grauius enim peccat Episcopus vendens, quam subditus emens: quia tamen genus peccati est idem, vtrique eadem sententia percelluntur.

Qui

Qui vero ordinantur a simoniaco, et cetera. Dub. III.

Videtur male dicere, quia tales simoniaci ordinantes sunt irregulares, et non habent executionem, et nullus dat: quod non habet: ergo non dat executionem. Item ponatur quod aliquis simoniacus, qui est mihi notus, sustineatur ab Ecclesia, et ipse est Episcopus meus, et ego compellor ad sacros ordines, quaeritur quid tunc facere debeam. Si enim scienter ordinetur a simoniaco, sum irregularis, et punior tamquam simoniacus. Si non obedio, pecco mortaliter, et scandalizo: ergo videtur quod in tali casu sit homo perplexus.

RESPON. Dicendum quod in primo casu executionem habet a iure, quod propter ignorantiam talem reputat eum excusatum, ordinem vero habet a simoniaco. In secundo debet quantum potest subterfugere, quod si non potest, magis patitur quam agat, et habetur tunc pro excommunicato: unde vel debet ordines differre, vel ad alium episcopum ire: sed si non potest ire ad alium, debet sustinere: et cum Ecclesia sustineat, debet et ipse sustinere, sicut ille qui ignorat.

Quisquis horum aliter vendit, sine quo, et cetera. Dub. V.

Videtur male dicere, quia ius patronatus annexum est fundo inseparabiliter: ergo cum ius patronatus sit spirituale, et non possit vendi sine simonia, impossibile est quod talis fundus sine simonia vendatur.

RESPON. Dicendum quod Magister non loquitur de temporalibus, quibus annexa sunt spiritualia: sed contra de spiritualibus, quibus annexa sunt temporalia, sicut est praebenda: et in talibus habet locum verbum Magistri, non in primis. Fundus enim non est annexus iuri patronatus, sed magis econuerso. Vel dicendum, quod intelligit de eo quod ita iunctum est spirituali, quod tenet locum spiritualis. Sed fundus siue villa, cui ius patronatus annexum est, tenet vere rationem rei temporalis.

Simoniaca autem haeresis tripartita est distinctio. Dub. VI.

Quaeritur quibus modis contrahatur simonia: et consuevit dici, quod quinque modis, qui his versibus continentur.

Munus, lingua, timor, caro cum fama populari.

Non faciunt gratis spiritualia dari.

Ergo secundum hoc videtur quod Magister insufficienter tres modos assignet. Iuxta hoc quaeritur de sufficientia horum modorum: cum enim fama sit bonus odor, sicut bonum exemplum, non videtur quod sit quid temporale. Item in veteri lege habebatur sacerdotium iure propinquitatis: ergo cum illud non esset peccatum, non videtur, et cetera.

RESPON. Dicendum quod proprie loquendo simonia est in pretio, quod quidem intendit auaritiam, maxime cum interuenit pactio: et ita simonia denominatur hic a Magistro. Et potest fieri tripliciter, quia pretium potest dari ita quod simoniacus non recipit, ut pote quia datur collateralibus: vel potest dari a collateralibus ordinati, vel potest ipse ordinatus dare ordinatori, et tunc est simonia in ordinis susceptione, et proprie loquendo in his tribus modis. Vel aliter, quia aut ordinatus dat, et ille recipit: et tunc simoniace ordinatur a simoniaco, aut quia nec iste dat, nec ille recipit, sed ille alias fuit simoniacus: et tunc ordinatur non simoniace a simoniaco. Penes hoc sumitur distinctio Magistri satis sufficientis: sed in communi distinctione modorum accipitur simonia generalius, a qua pauci sunt hodie S. Bon. To. 5.

A immunes in clero respectu multitudinis, ut potest quando ille, qui ordines tribuit, vel alius ex causa inordinata acquirit, siue ordinem, siue beneficium: et isti sunt quinque modi, quorum sufficientia patet sic: Si aliquis inordinate mouetur, aut ex timore male humiliante: et sic est vnus modus. Aut ex amore male inflammante: et tunc cum triplex sit amor, scilicet superbia vitae, quae amat honores, et concupiscentia carnis, et concupiscentia oculorum. Penes concupiscentiam oculorum accipitur illa, quae est in nummo, quae comprehendit omne terrenum, et obsequium vile. Penes amore carnalem accipitur aliud membrum, scilicet caro, quod comprehendit inordinatum amorem, siue respectu propinquorum, siue respectu aliorum, ut si quis amore fornicariae promoueret filium fornicariae. Si autem quantum ad superbiam, dupliciter. Aut prout appetit fauorem ut hypocrita: et sic est fauor, siue fama popularis: aut prout appetit laudari: et sic lingua: et sic patet sufficientia. Vel ut distinguatur munus a manu, a lingua, et corde, duplex motuum timor, et amor et sic erunt quinque modi: et per hoc patet numerus et sufficientia. Ad illud quod obijcitur de fama, dicendum quod fama magnum bonum esse non appetenti sicut viro iusto, sed appetenti, et laboranti, ad hoc non est magnum bonum, sicut hypocrita: unde: Memoria iusti cum laudibus, et nomen impiorum putrefcit. Quod obijcitur de consanguinitate non est simile, quia sacerdotium veteris legis erat carnale, sed illud nouae est spirituale: et sic patent ea, quae sunt circa istam partem.

Simoniae sufficientia.

Prout. 10. 6

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam praesentis distinctionis duo principaliter quaeruntur. Primo quaeritur de potestate ordinandi. Secundo de possibilitate ordinandorum. Circa primum quaeruntur quattuor. Primo, vtrum solus Episcopus possit ordinare. Secundo, vtrum Episcopus hereticus possit ordines dare. Tertio, vtrum simoniacus Episcopus aliquem valeat ordinem vendere. Quarto, vtrum ordines dans simoniace hoc ipso fiat hereticus.

QUESTIO I.

An solus Episcopus possit ordinare.

S. Thomae in suppl. 3. p. q. 38. ar. 1. Et 4. Sent. d. 25. q. 1. ar. 1. Richardus 4. Sent. dist. 25. q. 1. Tho. Argent. 4. Sent. d. 25. q. 1. ar. 1. Franc. de Mayr. 4. Sent. d. 25. q. 3. Steph. Brulof. 4. Sent. d. 25. q. 1. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 25. q. 1.



VD d solus Episcopus possit ordinare, ostenditur: Sine vlla contradictione quod minus est a maiore benedicitur: sed ordinum collatio est per benedictionem: ergo necesse est quod ille qui ordines confert eminentiam habeat vltra omnes ordines: sed talis non est nisi episcopus: ergo, et cetera. Item Isidorus in libro 7. Etymo. cap. 12. loquens de officio Episcopi, dicit: Ipse est summus sacerdos, ipse et Pontifex maximus nominatur: ipse enim efficit sacerdotes, atque leuitas: ipse omnes Ecclesiasticos ordines disponit.

FVNDAMENTA. Heb. 7. 6

ITEM ratione videtur, quia eius est in Ecclesia ordines constituere, cuius est Ecclesiam gubernare: sed gubernatio Ecclesiarum spectat ad Episcopos, qui sunt superintendentes: ergo et dispensatio ordinum.

ITEM eius est in Ecclesia ordines conferre, ad quem spectat ex Ecclesia filios generare perfectos, pro eo quod ordo collocat in statu perfectionis: sed hoc est illius solius, qui est sponsus, hic autem est Episcopus: ergo, et cetera.

ITEM maioris dignitatis est ordines dispensare, quam sit sacramentum confirmationis dare: sed primum est episcoporum tantum: ergo et secundum.

AD OPPOSITUM. 1. Tim. 4. d

1. CONTRA: Noli negligere gratiam, quæ in te est per impositionem manuum presbyteri: ergo in primitiva Ecclesia presbyterorum erat manus Episcopi imponere: ergo et ordinare: ergo, et cetera.

2. ITEM ordinatio ordinum principalium fit per manuum impositionem: ergo cui competit manuum impositio, comperit et potestas ordinandi: sed prima competit presbyteris: ergo, et cetera. Probatio media dist. 23. Presbyter cum ordinatur, Episcopus cum benedicente, et manum super caput eius tenente, et omnes presbyteri, qui presentes sunt, manus suas iuxta manus Episcopi teneant super caput illius: ergo, et cetera.

3. ITEM quod perfectum est, potest in tale quale ipsum est: sed ordo sacerdotalis est ordo perfectus: ergo potest in tale, quale ipsum est: ergo videtur quod sacerdos sacerdotem possit facere.

4. ITEM plus est corpus Domini conficere, quam aliquem ordinare in aliquo gradu Ecclesiastico: sed primum est non tantum episcopi: sed etiam sacerdotis: ergo pari ratione videtur, quod ordinatio clericorum.

5. ITEM plus præest sacerdos diacono, quæ præest Episcopus episcopo: sed Episcopus potest alium promovere, et consecrare in episcopum: ergo multo fortius sacerdos potest facere diaconum.

6. ITEM propter hoc est quæstio, cum minus a maiore benedicatur, quomodo Episcopus potest benedicere episcopum, et quod amplius est Archiepiscopus, immo quod adhuc maius est: Hostiensis benedicit Papam.

CONCLUSIO.

Soli Episcopi possunt sacros ordines conferre, qui habent ordinem conferendi et episcopalem dignitatem.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod sicut sacri canones dicunt, secundum ius commune non potest aliquis ordines dispensare præsertim ordines sacros, nisi solus Episcopus. Huius statutum ortum habet ex sacra Scriptura, et Spiritus sancti ordinatione. Ex sacra Scriptura, quia cum Dominus duo genera discipulorum habuit, quosdam in numero duodeno, quosdam in numero septuagesimo: primos

Luc. 6. b

Apostolos nominavit, super quos etiam fundavit Ecclesiam, ipsos tamen primo fundando in se: alios simplices discipulos appellavit: Et Apostolis primo fuit collata potestas imponendi manus, et consecrandi, non autem simplicibus discipulis, sicut patet ex textu, et ex Glossa. Et quoniam Apostolis successerunt Episcopi, discipulis vero sacerdotes simplices, sicut habetur distinct. 21. cap. In nouo testamento: et ita patet, quod auctoritas ordinandi, et manus imponendi secundum formam Ecclesie primitivæ episcopis appropriatur. Vnde et Apostolus scribens, dicit: Manus cito nemini imposueris. Consilium etiam Spiritus sancti concordat, quo et Scripturæ sunt editæ, et constitutiones Ecclesiasticæ: quia enim ordo potestas est, siue in ordines potestas traditur: ideo ab eo debet tradi qui potestatem habet, et in quantum habet potestatem. Possit autem gradus distribuere, et conferre non est cuiuslibet potestatis, sed eius qui in

Act. 8. c

potentia supereminet: sicut patet etiam in regimine curiæ secularis. Ad hoc ergo quod ordo recte tradatur, disponit Spiritus sanctus quod tradatur ab eo, qui non solum habet ordines, per quos est potens sicut et alij, sed et eminentiam dignitatis, per quam potest super alios. Hunc autem dicimus ordinem, qui dicitur ordinem cum eminentia: ideo patet, quod duo requiruntur ad hoc, quod Episcopus possit ordinem conferre, scilicet quod ille habeat illum ordinem, et quod habeat episcopalem dignitatem. Alia ratio est, quia si passim omnibus esset concessum: tot admitterentur ad ordines, quod non seruaretur ordo, immo potius generaretur confusio: Et ideo dispositum est Dei consilio, quod solis episcopis ordinem dispensatio, et aliorum perfectorum, ut consecratio abbatum, monialium, et Ecclesiarum, et consimilium concedatur. Possit etiam alia ratio assignari, siue ex hoc quod Episcopus sponsus est, siue ex hoc quod sacramentum ordinis statum perfectionis dicit: ideo his qui habent potestatis eminentiam, debuit reservari, et Episcopus tanquam sponsus filios, id est perfectos, et filias, id est imperfectos, debuit generare. Prima tamen ratio melius valet.

1. Tim. 5. d

1. AD illud quod obijciatur de impositione manuum presbyteri, dicendum quod presbyter vocatur ibi senior: et Apostolus intelligebat seipsum per impositionem manus presbyteri. Glossa presbyterium vocat episcopum, vel presbyteri, id est presbyterorum: quia sicut dicit ius, saltem tres sacerdotes debent manus imponere: sed tamen ipsi non imponunt ut dâtes potestatem, vel ordinem, quia ab uno solo dari potest, et debet: vnde ipsi non benedicunt sed solus Episcopus: sed hoc est in signum consecrationis suæ.

2. ET per hoc patet sequens, quia manuum impositio non facit ordinem, nisi illa quæ iuncta est benedictioni.

3. AD illud quod obijciatur de perfectione, dicendum quod est perfectio sufficientiæ, et redundantia. Ad hoc autem quod aliquid faciat aliud sibi simile, vel perfectum, non sufficit quod sit perfectum perfectione sufficientiæ, sed redundantia. Et quoniam in sacerdote est perfectio sufficientiæ, in Episcopo ratione eminentiæ superaddita est perfectio redundantia: ideo hæc perfectio sufficit ad generandum filios perfectos, non prima.

4. AD illud quod obijciatur, quod plus est corpus Domini consecrare, et cetera, dicendum quod illud argumentum peccat dupliciter. Primo quia potestas ordinandi præsupponit ordinationem, et superaddit, per quam non solum est ordinatus, sed etiam ordinator, et ideo prima est falsa. Et iterum consequentia non valet: quia non sequitur, si aliquis potest in maius quod possit in minus, nisi maius includat illud minus: ut ferre duos modios includit unum: non sic est in proposito.

5. AD illud quod obijciatur, quod magis superat sacerdos diaconum, et cetera, dicendum quod verum est quod magis superat, quam Episcopus superat episcopum, qui est iam, et super illum non habet posse: sed non magis quem superat ille, qui est Episcopus in actu illi, qui est episcopus in potentia. Præterea, etsi magis superet in ordine secundum quem accipitur ratio ordinati, non tamen in ordine secundum quem accipitur ratio ordinantis, qualis est in episcopo, non in presbytero: et ideo non valet illud.

6. AD illud quod ultimo quæritur, quo Episcopus benedicit episcopum, dicendum quod hoc nullum est inconueniens, quia non benedicatur nisi in quantum caret ordine, siue dignitate episcopali, et sic maior est. Sed tunc adhuc restat quæstio, quo modo benedicat Archiepiscopus, cum ille superior sit, et non possit dare quod non habet. Si tu dicas quod hoc facit auctoritate summi Pontificis, qui superest, tunc non minor restat quæstio de ipso, qualiter summus Pontifex benedicatur ab Episcopo Hostiensis. Si tu dicas quod Christus dedit ei hanc potestatem. CONTRA: Est quod ipse non esset, nec esset commissa alteri: numquid non posset summus Pontifex consecrari? et propter hoc dicendum quod infallibiliter verum est, quod dicit Apostolus, quod minor a maiore benedicatur pro statu, in quo benedicatur: nam sine cunctatione verum est quod nullus dat alij maiorem dignitatem, quam habeat: nec minimum ordinem dare potest, quem non habet: et ideo Episcopus consecrans Archiepiscopum, vel Papam, omnino non tribuit ei nisi consecrationem episcopalem. Sed ille amplius habet auctoritatem, et iurisdictionem a subditorum electione suo consensu, et Domini institutione, qui ordinavit Petrum, et eius successores super totam Ecclesiam, volens ut omnes qui canonicè electi fuerint, eandem quam et Petrus habeant potestatem.

ab Episcopo Hostiensis. Si tu dicas quod Christus dedit ei hanc potestatem. CONTRA: Est quod ipse non esset, nec esset commissa alteri: numquid non posset summus Pontifex consecrari? et propter hoc dicendum quod infallibiliter verum est, quod dicit Apostolus, quod minor a maiore benedicatur pro statu, in quo benedicatur: nam sine cunctatione verum est quod nullus dat alij maiorem dignitatem, quam habeat: nec minimum ordinem dare potest, quem non habet: et ideo Episcopus consecrans Archiepiscopum, vel Papam, omnino non tribuit ei nisi consecrationem episcopalem. Sed ille amplius habet auctoritatem, et iurisdictionem a subditorum electione suo consensu, et Domini institutione, qui ordinavit Petrum, et eius successores super totam Ecclesiam, volens ut omnes qui canonicè electi fuerint, eandem quam et Petrus habeant potestatem.

QUÆSTIO II.

An Episcopus hæreticus possit dare ordines.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 38. ar. 2. Et 4. Sent. d. 25. q. 1. ar. 2. Richar. 4. Sent. dist. 25. q. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 25. q. 2. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 25. q. 3.

FVNDAMENTA. Li. 2. contra epistol. Parmen. c. 23. to. 7.

TRVM Episcopus hæreticus possit dare ordines. Et quod sic, videtur. Augustinus contra Parmenianum dicit: Sicut dicimus in baptismo, quod per eos datur possit, ita et in ordinatione. Et ad hoc sunt plures auctoritates in litera.

ITEM ratione videtur, quia sicut se habet sacerdos ad potestatem conficiendi, sic se habet Episcopus ad potestatem ordinandi: sed sacerdos quantumcumque hæreticus, si habeat intentionem faciendi quod facit Ecclesia, vere conficit: ergo et hæreticus Episcopus vere ordinat, si formam Ecclesiasticam seruet.

ITEM si aliquis catholicus intra Ecclesiam ordinetur, et post in hæresim labatur, si iterum reuertatur, non reordinatur: ergo ordines, labendo in hæresim, non amittit: pari ratione nec Episcopus dignitatem, siue gradum episcopalem: ergo Episcopus existens hæreticus habet illam dignitatem, siue excellentiam ordinis: ergo et operationem consequentem ipsam de facto: ergo si ordinat, ordinatum est.

ITEM character æque vere est in malis, ut in bonis: et æque vere imprimitur malis, ut bonis: ergo pari ratione æque bene datur a malis, siue peruersis, ut a bonis: ergo cum essentia ordinis in character consistat: patet, et cetera.

AD OPPOSITUM.

1. CONTRA: Innocentius dicit, et habetur in litera: Constat eum, qui honorem amisit, honorem dare non posse: sed talis est hæreticus: ergo, et cetera.

2. ITEM 1. quæst. 1. Benedictio illi in maledictionem conuertitur, qui ad hoc quod fiat hæreticus ordinatur: ergo si per maledictionem nullus promouetur ad ordinem: patet ergo, et cetera.

3. ITEM plus est aliquem ad ordinem promouere, quam absoluere, vel ligare: sed hæreticus præcisus nullum potest absoluere, vel ligare: ergo nullum potest ad sacros ordines promouere.

4. ITEM inferior potestas non potest agere nisi per continuationem cum superiori, et propria potestate: sed potestatis plenitudo est in summo pontifice, a quo separatus et disunctus est hæreticus præcisus: ergo utique nihil omnino potest dare de his, quæ spectant ad ecclesiasticas potestates.

S. Bon. To. 5.

CONCLUSIO.

Episcopus hæreticus seruans formam Ecclesie, et intentionem habens Ecclesie, vere ordinat, licet non ad utilitatem ordinet.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod etsi ista quæstio aliquando fuerit dubia multum apud præclaros doctores de omnibus sacramentis tam de baptismo, quam de alijs quod non essent apud hæreticos: tamen per illustrissimum doctorem Augustinum, aperte est nobis hæc quæstio patefacta, quod sacramenta ecclesiastica apud hæreticos, qui formam Ecclesie seruant, et intentionem habent faciendi quod facit Ecclesia, sunt quantum ad veritatem, quamuis non sint quantum ad utilitatem: quia sacramenta dispensant, sed tamen fructum sacramentorum non reportant, pro eo quod Spiritus sanctus non confert gratiam extra catholicam Ecclesiam. Et ideo in omnibus sacramentis, quæ habent veritatem differentem ab utilitate, generaliter verum est, quod apud hæreticos possunt esse. Omnia autem sacramenta talia præter sacramentum poenitentiae, cuius res est interior contritio, sine qua nulla vera est absolutio, et cum qua nulla absolutio est vana, vel inutilis: ideo omnia possunt dispensare et dispensant veraciter præter solam absolutionem poenitentiae: et ideo nulla iterantur præter illa, nisi forte vinctio extrema. Et sic cum ordo habeat characterem, qui præter Spiritus sancti gratiam, qua peccata delentur, existit, dicendum quod per eos potest veraciter dispensari.

Li. 2. contra epistol. Parmen. c. 23. to. 7.

1. 2. AD illud ergo quod obijciatur de Innocentio, et Gregorio, ad illas duas auctoritates, dicendum, quod ideo dicitur recipere maledictionem, quia gratiam non recipit: ideo dicitur non recipere honorem, quia non recipit executionem, qui ordinatur ab hæretico præciso: qui ideo dicitur ordinem amisisse, pro eo quod ordinis executionem amisit, non quia amisit characterem, qui deleri non potest.

3. AD illud quod obijciatur de potestate absoluenti, dicendum quod non est simile, quia absolutio sacerdotalis aut nulla est, aut sine fictione est: nullus autem scienter ab hæretico absoluitur, qui caret fictione. Aliter tamen potest dici, quod potestas quadruplex reperitur in ministris Ecclesie: Quædam, namque est fundata super ordinem principaliter, ut potestas conficiendi. Quædam super iurisdictionem canonicam principaliter, ut potestas excommunicandi. Quædam super ordinem, et eminentiam, ut potestas ordinandi. Quædam super ordinem et iurisdictionem, ut potestas absoluendi, et ligandi in foro poenitentiali. Et quoniam character auferri non potest: ideo potestas quæ consequitur characterem, de facto auferri non potest. Sed quoniam iurisdicchio descendit ordinate a superiori ad inferius, ita quod plenitudo est in summo Pontifice: ideo potest auferri eam, et potestatem, quæ consequitur ipsam. Vnde potest excommunicatio auferre potestatem absoluendi, et excommunicandi, sed non ordinandi.

4. ET per hoc patet responsio ad multa, et ad sequens etiam. Quod enim obijciatur, quod in summo Pontifice est plenitudo potestatis, verum est secundum quod potestas consequitur iurisdictionem, quæ maxima, et in termino est in eo: sed non in quantum sequitur characterem, quia ille immediate a Deo imprimitur, et est in omnibus æqualis: tamen executio omnis potestatis debet fieri secundum eius regimen: et ideo si ipse prohibeat, non potest talis potestas licite exire in actum. Tamen quia ab ipso non dependet secundum rem de facto, facit sicut et alius: et sic patet totum.

Explicatio.

QVÆSTIO III.

An episcopus simoniacus possit ordines vendere.

Richardus 4. Sent. d. 25. ar. 2. q. 1.
Steph. Brulef. 4. Sent. d. 25. q. 3.
Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 25. q. 4.

FVNDAMENTA.

TRVM simoniacus Episcopus aliquem valeat ordinem vendere. Et quod sic, videtur: quonia nihil prohibetur nisi quod fieri est possibile, alioquin frustra prohibetur: sed sacri ordinis venditio prohibetur. 1. q. 1. Calixtus Papa prohibet: Sanctorum, inquit, patrum exempla sequentes ordinari quemquam in Ecclesia Dei, vel promoveri per pecuniam auctoritate sedis Apostolicæ modis omnibus prohibemus: ergo, et cetera.

ITEM quod potest furtive accipi, potest etiam pecunia emi, et vendi: sed ordo sacer potest furtive accipi, sicut dicitur extra de eo, qui furtive ordinem suscepit, ubi cum eo dispensatur, si ingrediatur religionem, quod possit in susceptis ordinibus ministrare: ergo, et cetera.

ITEM quod est in humana dispensatione, potest emi, et vendi, sicut et liberaliter ministrari: sed ordinum collatio in humana dispensatione consistit: ergo potest emi, et vendi: ergo simoniace dari.

ITEM character ordinis stat cum quantacumque culpa, et malitia: ergo et potestas ordinandi, et ordinem suscipiendi: ergo quantacumque sit in aliquo simoniaca prauitas: tamen non videtur dationem, vel susceptionem ordinis impedire.

AD OPPOSITIVM.

1. CONTRA: Gregorius dicit, et habetur 1. quæst. 1. Quicumque studet pretij datione sacrum ordinem accipere, non est sacerdos: sed inaniter tantummodo dici concupiscit: ergo per simoniam ordo non potest suscipi: ergo nec simoniacus dare.

2. ITEM Leo Papa sic arguit 1. quæst. 1. Gratia si non gratis datur, vel accipitur, gratia non est: Simoniaci autem non gratis accipiunt, igitur gratiam, quæ maxime in Ecclesiasticis ordinibus operatur, non accipiunt: si autem non accipiunt, non habent: si autem non habent, nec gratis, nec non gratis cuiquam dare possunt.

3. ITEM Dona Spiritus sancti sunt in potestate Dei, non hominis: ideo enim sancti Spiritus dicuntur, et sunt, quia ipse ea donat: ergo nemo potest ea habere nisi a Spiritu sancto: sed Spiritus sanctus cum sit liberalissimus, nihil potest vendere, neque vendit: ergo eius dona, nec pecunia possunt vendi, nec pretio comparari: si ergo ordo donum Spiritus sancti est, impossibile est ipsum pretio vendi, vel emi: ergo nec ab aliquo simoniaco dari.

Ioan. 20. e

4. ITEM in sacris ordinibus, scilicet diaconatu, et sacerdotio, Spiritus sanctus datur, quod patet per hoc quod dicitur ibi: Accipite Spiritum sanctum: sed Spiritus sanctus non potest vendi: ergo nec ordines sacri, qui etiam eius datione conferuntur. Probatio minoris: Quod potest emi, et vendi, potest in seruitutem redigi: sed Spiritus sanctus non potest redigi in seruitutem: ergo, et cetera. Quæritur igitur, cum simonia sit studiosa voluntas emendi, vel vendendi spirituale, quomodo possit incidere in sacrorum ordinum collationem, vel aliorum spiritualium, cum illa, ut videtur, vendi non possint.

CONCLUSIO.

Episcopus simoniacus simoniaco potest vere ordines dare.

RESPON. AD ARG. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, quod spirituale dicitur tripliciter. Vno modo quod est spirituale pure, vt gratia, et virtutes, et dona: et hæc nec de facto, nec de iure vendi possunt, immo si quis habens vellet vendere, non solum non acquireret amplius, sed etiam quod haberet amitteret. Alio modo spirituale est quod adiungitur, scilicet rei corporali, quæ tamen ratione illius spiritualis consecratur, et accipitur rationem spiritualis, et hoc spirituale de iure non potest vendi, pro eo quod non potest poni sub pretio: de facto tamen ratione rei corporalis vendi potest, et talia sunt sacramenta Ecclesiastica: Quoddam est spirituale, quod adiungitur rei corporali, quæ tamen habet rationem rei temporalis, vt calix consecratus, vel etiam ius patronatus, quia ibi consecratio iuncta est argento, et ius patronatus fundo: et illud dicitur spirituale, quia spirituali annexum: et hoc de facto vendi potest, de iure non potest vendi: tamen potest cum eo, cui adiunctum est in venditione transire: calix enim consecratus vendi potest, ita tamen quod consecratio non vendatur, sed argenti valor: et fundus vendi potest, cui annexum est ius patronatus: sed non ipsum ius patronatus de iure, quin committatur simonia. His prænotatis ad ordines vendendum est, in quibus est aliquid de primo genere, scilicet gratia sanctificans, aliquid de secundo, scilicet potestas ministerialis per aliquod signum exterius dispensata, cui inseparabiliter est adiuncta. Primam impossibile est pretio comparare, nec vendere: secundam vero possibile est pro pretio dari, quia inseparabiliter est adiuncta exteriori sacramento: et cum illud possit pro pecunia dari, potest et illa potestas vendi. Et sic patet quod simoniacus simoniace ordines dare potest.

1. 2. AD illud ergo quod obijcitur de Gregorio, et de Leone Papa, patet responsio quod loquuntur de gratia gratum faciente, quæ non potest nisi gratis dari: et hæc est quæ sacrum facit non quantum ad potestatem, quæ iuncta est rei exteriori positæ in hominis dispensatione.

3. AD illud quod obijcitur de donis Spiritus sancti, et cetera. Dicendum quod dupliciter est loqui de huiusmodi donis gratis datis. Aut ratione sui, aut ratione annexi: et secundum hoc duplicem habent dispensationem. Quantum ad se habent dispensationem Spiritum sanctum, qui characterem imprimit, et totam Trinitatem. Quantum vero ad annexum dispensationem habent hominem purum: et primus nunquam vendit, sed secundus vendere potest annexum illi, quod est quodam modo spirituale, et propter illud emitur: et ideo ipsa dona dicitur vendere, et potest, cum in eius potestate commissa sint temporalia dispensanda.

4. AD illud quod obijcitur ultimo, quod Spiritus sanctus non potest redigi in seruitutem, dicens quod in seipso vendi non potest: tamen eius effectus vendi possunt, pro eo quod eius effectus sunt in humano dominio constituti: et sic concedendum est veros ordines a simoniaco posse dari, quamuis non dentur, nec recipiantur ad utilitatem, sed potius ad damnationem, et bonum conuertatur eis in malum.

QVA

QVÆSTIO IV.

An dans ordines simoniace ex hoc ipso fiat hæreticus.

Richardus 4. Sent. d. 25. ar. 2. q. 2.
Steph. Brulef. 4. Sent. d. 25. q. 4.
Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 25. q. 6.

FVNDAMENTA.

TRVM dans ordines simoniace, ex hoc ipso fiat hæreticus. Et quod sic, videtur: Gregorius in registro, et habetur 1. q. 1. Presbyter si per pecuniam, et cetera. Et infra: Quia decimas, et altare, et Spiritum sanctum emere, vel vendere simoniacam hæresim nullus fidelium ignorat.

ITEM in eodem: Quisquis per pecuniam ordinatur, ad hoc ut fiat, hæreticus promouetur.

ITEM 1. quæst. 1. Eos, qui per pecunias, et infra: Tolerabilior est enim Macedonij, et eorum qui circa ipsum sunt Spiritus sancti impugnantur impia hæresis: illi enim creaturam, et seruum Dei Patris, et Filij Spiritum sanctum delirando fatentur: isti vero eundem Spiritum sanctum efficiunt seruum suum: ergo videtur quod sit ibi impijssima hæresis.

ITEM omnis qui æstimat donum Dei pecunia possideri, errat, et hæreticus est iudicandus: sed omnis vendens, vel emens ordines, æstimat donum Dei pecunia possideri: ergo, et cetera.

ITEM nullus est maior error circa naturalia, quam vni contrario attribueri suum contrarium: vt si quis ponat album nigrum: et circa mores nullus maior quam ponere bonum malum: ergo nec circa diuina aliquis est maior error, quam ponere Dei gratiam non esse gratiam: hoc autem ponit omnis qui eam emere, vel vendere contendit: ergo, et cetera.

ITEM sicut Filio attribuitur sapientia, ita Spiritui sancto largitas: sed qui attribueret filio insipientiam, laberetur in hæresim: ergo qui attribuit Spiritui sancto auaritiam, hæreticus est: sed qui credit dona Spiritus sancti per pecuniam vendi, vel emi, est huiusmodi, quia ponit Spiritum sanctum esse venalem: ergo, et cetera.

AD OPPOSITIVM.

1. CONTRA: Nulla hæresis est in contractu, sed in credulitate: sed simonia est in contractu emptionis et venditionis: ergo non videtur quod simoniacus fiat hæreticus.

2. ITEM hæresis est peccatum in filium, et contra veritatem: sed simoniacus peccat contra Spiritum sancti gratiam, et bonitatem: ergo non videtur esse hæreticus.

1. Reg. 9. b

3. ITEM non videtur labi in aliquod peccatum vendendo Spiritus sancti donum, quia dicitur de Saul, et de vxore Hieroboam, quod vtrique ad sanctos prophetas pretium detulerunt pro prophetia: et manifestum, et constans est prophetiam donum Dei esse: ergo, et cetera.

3. Reg. 14. b

4. ITEM per Apostolum: Si nos vobis spiritualia seminamus, non est magnum si carnalia vestra metamus: ergo licitum est pro spiritualibus carnalia accipi: non ergo videtur peccare.

1. Cor. 9. b

5. ITEM non videtur peccare qui emit, quia regnum caelorum, quod est supremum inter omnia, vendi potest et emi, sicut dicit Gregorius: Regnum caelorum tantum valet, quantum habes: ergo, et cetera.

6. ITEM qui emit, dat temporale pro spirituali: ergo carius habet spirituale, quam carnale: ergo non auertit se ab incommutabili bono, immo se potius conuertit: ergo non peccat, quia peccatum est auersio ab incommutabili bono, et conuersio ad commutabile.

CONCLUSIO.

Episcopus ordinans simoniace, nisi credat ordines sacros pretio appetiari posse, non constituitur hæreticus, secus si illud credat.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod sacri ordines nec aliquod sacramentum per pecuniam dari potest sine graui, et enormi peccato: pro eo quod spirituale, quod ex sola liberalitate pro sui dignitate dandum est, mercatur, et facit vile. Rursus: Quia illud quod erat impretriabile sub pretio ponit, quod nullo modo potest fieri, quin fiat contumelia Spiritui sancto: ideo illud non tantum est malum in se, immo etiam secundum se. Si autem quæras a me, vtum sit peccatum in fide, vel in moribus, dicendum quod ille, qui emit, vel vendit spiritualia, aut credit ea pro pretio posse æstimari, et valori rei terrenæ æquari, et pro pecunia possideri: et hæc est hæresis manifesta: et sic æstimat Simon magus. Talis enim errat in fide, quia credit gratiam non esse gratiam. Aut ille qui vendit, et emit non credit quod gratia Dei per pecuniam comparetur, sed tamen ardens auaritia nititur aliquid assequi, vel impetrare per pecuniam, quod ad humanam spectat dispensationem: et sic non est peccatum fidei sed motum, quoniam talis peroptime nouit, et male facit: sicut et ille qui fornicatur sciens fornicationem esse peccatum, non errat in fide, sed in via morum: et sic simoniacus est auarus, et in pessima specie auaritiæ: nec est hæreticus proprie: sed tamen a sanctis hæreticus vocatur, siue quia ad modum hæretici operatur, siue quia prout hæreticus proijcitur a Dei seruitio, et cultu propter enorme scelus.

Act. 8. d

1. 2. Et sic patet quo modo respondendum sit ad illud quod obijcitur, quod simoniacus non sit hæreticus. Patet etiam quod ad vtramque partem obijcitur.

3. AD illud vero quod obijcitur, quod non sit peccatum vendere exemplo prophetarum, dicendum quod nullus propheta donum vendidit prophetiæ, qui esset bonus, et sanctus, sed solum mali, sicut expresse reprehenduntur tales in Michæa: Vbi dicitur: Principes eius in muneribus iudicabant, et sacerdotes eius in mercede docebant, et propheta eius in pecunia diuinabant. Et infra: Propter hoc causa vestri Sion quasi ager arabitur, et cetera. illud quod obijcitur de vxore Hieroboam, et Saul, dicendum, quod nunquam legitur, quod illi propheta aliquid recepissent, sed ignoranter illi dabant, quia morem istum accipere consueuerunt quodam modo a diuinis ariolis, qui non erant prophetae veri.

Mich. 3. 6

4. AD illud quod obijcitur, quod seminans spiritualia potest metere carnalia, dicendum quod si propter hoc seminat, vt illa metat finaliter, maxime si pactio interueniat non est iniustitia, immo malitia, et auaritia: quod si hoc non intendat principaliter, immo carnalia metit, vt se sustentet, et spiritualia seminet, nulla est auaritia, nulla est mercatio, immo manifesta iniustitia, sicut multiplici exemplo Apostolus probat, quoniam talis debet sustentari. Vnde ex hoc patet quod si doctor, et consiliarius, et medicus, et alij qui laborant de consilio, siue de doctrina pretium recipiant propter laborem, et suam sustentationem, nulla est culpa, nulla est simonia. Si tamen quis venderet donum sibi diuinitus datum, non laborem suum, iudicaretur simoniacus. Similiter dicendum est de celebratione missarum, et consimilium.

1. Cor. 9. b

5. AD illud quod obijcitur, quod regnum caelorum emitur, dicendum quod emptio illa non est emptio, pro eo quod pretium eius non est nisi bona voluntas, quæ mercedem non intuetur: vnde quamuis

quamvis sine mercede non possit seruire, tamen quia liberaliter deseruit, nulla omnino pactio interuenit: unde totum spirituale est.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER quantum ad secundum articulum quaeritur de possibilitate suscipiendi ordines, de qua quattuor quaeruntur.

QVÆSTIO I.

An ad susceptionem ordinis requiratur sexus uirilis.

- S. Thomas in suppl. 3. p. q. 39. art. 1. Et 4. Sent. d. 25. q. 2. art. 1. Scot. 4. Sent. d. 25. q. 2. Richardus 4. Sent. dist. 25. ar. 4. q. 1. Tho. Argenti. 4. Sent. d. 25. q. 1. ar. 2. Franc. de Mayr. 4. Sent. d. 25. q. 4. Steph. Brul. 4. Sent. d. 25. q. 5. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 25. q. 7.

FVNDAMENTA.

QVOD sexus uirilis requiratur, ostenditur. Primo sic: Nullus ordo potest conferri nisi ei, qui habet naturalem possibilitatem, vel aptitudinem ad illum: nullus autem habet possibilitatem ad ordinem, qui non habet ad tonsuram, et coronam: et nullus ad hoc habet naturalem aptitudinem, quem decet semper habere velatum caput.

1. Cor. 11. a

ITEM nullus est possibilis ad ordines suscipiendos, nisi qui Dei gerit imaginem, quia in hoc sacramento homo quodam modo fit Deus siue diuinus, dum potestatis diuinæ fit particeps: sed uir rationis sexus est imago Dei, sicut dicitur: ergo nullo modo mulier potest ordinari.

1. Tim. 2. d

ITEM in ordine spiritualis potestas datur ordinato: sed talis potestatis non est mulier susceptibilis, sicut dicitur: Mulierem in Ecclesia docere non permitto, neque dominari in uirum: ergo nec ordinis. ITEM ordines alij preparant ad Episcopatum, si quis bene in illis conuerteretur: sed Episcopus sponus est Ecclesie: ergo cum mulier non possit ad Episcopatum prouehi, sed tantum uir, alioquin sponsus Ecclesie non esset: ergo ad ordines antecedentes promoueri est tantum uirorum.

AD OPPOSITIVM.

CONTRA: Legitur quod Delbora iudicauit Israel, et ei praesuit: ergo uidetur quod mulieri competat potestas iudiciaria, maxime quando abundat in gratia: ergo et potestas sacerdotalis.

Medic. 4. a

ITEM in nouo testamento uidemus abbatissas, quibus committuntur collegia regenda: ergo uidetur quod eis committi debeat potestas absoluendi, et ligandi: ergo pari ratione uidetur quod conferri

possit eis ordo sacerdotalis.

ITEM ordo sacerdotalis, et alij recipiunt tantum animam, et non carnem: sed quantum ad animam non est distinctio sexus, immo ita imago Dei est mulier, ut uir: ergo aequae bene est susceptibilis ordinis.

ITEM non est maior perfectio quam sit status religionis: nec maior fortitudo, quam sit in perfectione martyrij: sed mulieres admittuntur tam ad religionem, quam ad martyrium: ergo debent, et possunt admitti ad ordinem sacrum.

CONCLUSIO.

Mulieres non modo non debent, et non possunt de iure ordinari, sed de facto non ordinant, quia ad ordines suscipiendos requiruntur sexus masculinus.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod communis hoc tenet opinio, quod mulieres ad sacros ordines admitti non debent. Nam expresse dicitur: distinct. 23. Sacratas Deo feminas, vel monachas sacra uasa, vel sacratas pallas penes vos contingere, et incensum circa altare deferre perlatum est ad Apostolicam sedem, quae omnia vituperatione, et reprehensione plena esse nulli recte sapienti est dubium. Quapropter huius sanctae sedis auctoritate, ne peccatis haec latius diuulgetur, per omnes prouincias abstergi citissime mandamus. Et sic omnes consentiunt, quod promoueri non debent, sed utrum possint, dubium est. Sane quorundam opinio fuit quod possunt, qui dicti sunt Cataphrygae, qui etiam non solum praemissis auctoritatibus inniuntur, sed auctoritatibus adherent canonum, et pro se adducunt, in quibus ostenditur mulieres antiquitus ordines suscepisse. Dicitur enim 27. quaest. 1. diaconissam ante annos quadraginta non debere ordinari, statui- mus. Et in eadem quaestione: Si quis rapuerit, uel sollicitauerit diaconissam. Et similiter distinct. 22. mentio fit de presbytera. Sed si attendatur quod dicitur distinct. 22. Presbyteram, et coetera, ibi ostenditur quod presbyteram uocantur uiduae, et seniores, et matronae: et ex hoc colligitur quod diaconissae dicebantur quae communicabant cum diaconibus in legendo homiliam, quibus fiebat aliqua benedictio. Unde nullo modo credendum est, quod unquam secundum canones mulieres fuerint ad sacros ordines promotae. Et secundum sanio- rem opinionem, et prudentiorum doctorum non solum non debent, uel non possunt de iure, uerum etiam non possunt de facto. Et si quaeratur ratio huius, dicendum quod hoc uenit tam ex institutione Ecclesiae, quam ex hoc quod eis non competit ordinis sacramentum. In hoc enim sacramento persona, quae ordinatur, significat Christum mediatorem: et quoniam mediator solum in uirili sexu fuit, et per uirilem sexum potest significari: ideo possibilitas suscipiendi ordines solum uiris competit, qui soli possunt naturaliter representare, et secundum characteris susceptionem actu signum, his conferre: et ista positio probabilior est, et multis auctoritatibus sanctorum potest probari.

Opinio erronea.

Improbatio Presbyterae quoniam sunt.

eidem datur etiam potestas ista: et ordo significatio- nem habet, qui non competit mulieri, quamuis regimen competat feminis.

AD illud quod obijcitur, quod ordo respicit animam, dicendum quod ordo non respicit animam tantum, sed animam ut est carni coniuncta: et hoc ratione significationis, quae consistit circa signum uisibile, ac per hoc etiam circa corpus: et executio, et usus ordinis coniunctum respicit. Et ideo quoniam nec ordinis significatio, nec etiam dispensatio sic competit mulieri, sicut superius probatum est: ideo patet illud.

AD illud quod obijcitur de perfectione religionis, et martyrij, dicendum quod est perfectio status qui respicit gratiam gratum facientem: et huius aequae bene est susceptibilis mulier, ut uir: et est perfectio status qui respicit aliquid gratis datum: et haec potest competere uiri sexui, quamuis non competat alij: quia haec non tantum respicit quod est interius, sed etiam quod est exterius, talis est perfectio ordinis, in qua est collatio potestatis, quae ostendit multiplex ratio mulieribus minime conuenire.

QVÆSTIO II.

An ad susceptionem ordinis sit necessarius usus rationis.

- S. Thomas in suppl. 3. p. q. 39. art. 2. Et 4. Sent. d. 25. q. 2. art. 2. Richardus 4. Sent. dist. 25. ar. 4. q. 2. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 25. q. 6. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 25. q. 8.

AD OPPOSITIVM.

TRVM ad susceptionem ordinis necessarius sit usus rationis. Et quod sic, uidetur: quia nobilius, et perfectius sacramentum est sacramentum ordinis, quam sacramentum matrimonij, et in altiori statu ponit: sed sacramentum matrimonij non potest a furiosis, et ratione carentibus contrahi, sicut expresse habetur infra: ergo, et coetera.

Dist. 27.

ITEM hoc uidetur per formam, quia nullus offert aliquid non intelligenti: sed ordinando dicitur ordinari ordinato: Accipe potestatem, et coetera: ergo praesupponit in eo discretionem: si ergo non habet discretionem, non uidetur ordinem posse suscipere.

Dist. 77.

ITEM usus istius sacramenti nulli potest competere nisi habenti rationis usum: ergo si alij datur, frustra datur: ergo si Deus frustra nihil facit, uidetur quod ei, qui non habet usum rationis, numquam sacramentum ordinis conferatur.

ITEM si quis offerret potestatem recusanti, non esset ibi potestatis susceptio: quoniam sicut se habet collatio ad uoluntatem dantis, ita susceptio ad uoluntatem suscipientis: ergo si dans non dat nisi uelit, et intendat, suscipiens non suscipit, nisi uelit, et intendat.

ITEM tempus, et aetas determinantur in susceptione ordinis: sed hoc non est propter discretionem, et usum rationis, qui non habetur in minoribus annis: ergo, et coetera.

ITEM sacris ordinibus de necessitate est annexa continentia: sed nullus obligatur ad continentiam, nisi usum habeat rationis, et per consensum propriae uoluntatis: ergo saltem ad sacros ordines nullus potest ante annos discretionis promoueri: ergo necessarius est usus rationis.

FVNDAMENTA.

CONTRA: Alia sacramenta, quae imprimuntur, characterem, ut baptismus, et confirmatio ante usum rationis dari possunt: ergo uidetur pari ratione quod et istud sacramentum.

ITEM hoc ipsum uidetur, extra de clerico ordinato per saltum, ubi dicitur quod infra annos discretionis ad minores ordines est promotus, et post sine iteratione concessum est ei in huiusmodi ministrare.

ITEM sacerdoti quando ordinatur dantur clauae ligandi, et soluendi, etiam si sacerdos scientia careat: ergo multo fortius puero dari poterit ordo, si careat usu rationis.

ITEM si aliquis timore mortis compulsus se ordinari patitur, et malit ordinari, quam mori, est ordinatus, sicut et in baptismo manifeste patet: ergo sufficit uoluntas coacta: ergo non est necessarium, quod libere consentiat: ergo non uidetur necessaria aetas.

ITEM sapientis est respicere non tantum praesens, sed etiam quod futurum est: ergo si multi carent discretionem, de quibus praesumetur, quod aliquando fiat discreti, uidetur quod saltem ordo possit eis committi: et executio maneat in suspensio.

ITEM si aliquid ex parte suscipientis esset necessarium in ipsa ordinatione, oporteret quod saltem consensum suum exprimeret, et quod ab eo requireretur, sicut fit in matrimonio: sed hoc modo non fit in ordine: ergo non uidetur quod sit necessarius consensus: ergo nec usus rationis.

CONCLUSIO.

Ad sacramenti susceptionem non est necessarius absolute usus rationis, sed tantum quo ad bene esse, si de ordinibus proprie loquamur.

RESPON. AD ARG. Ad hoc dicunt aliqui, Opin. alio- quod ad ordinem omnium susceptionem requiritur rationis consensus, pro eo quod in quolibet ordine officium committitur respectu actus eliciendi a ratione, et officium nulli committitur, nisi ei qui uult recipere: et ideo dicunt quod usus rationis requiritur in ordinato, alioquin nihil omnino fit. Sed tamen Improbatio illud uidetur esse contrarium decretali de clerico per saltum ordinato, ubi tangitur quod ad minores ordines infra annos discretionis promotus est. Amplius: Totam die uidemus paruulos ad ordines minores promoueri, qui nec sciunt, quid sit ordo, nec quid ibi detur: et iterum, usus confirmationis non est ante adultam aetatem: et tamen sacramentum dari potest. Et ideo est alia opinio Magistrorum, quod ad aliquem ordinem requiritur usus rationis de necessitate sacramenti, ad aliquem ordinem de necessitate praeccepti, ad aliquos de honestate, et congruitate. Ad episcopatum namque, quoniam ibi contrahitur matrimonium spirituale, necessario requiritur consensus, sine quo non fit matrimonium nec spirituale, nec corporale, ut infra videbitur: ac per hoc necessario requiritur usus rationis, et discretionis de necessitate sacramenti, licet multa alia requirantur, de necessitate scilicet praeccepti. Ad ordines uero sacros requiritur rationis usus de necessitate praeccepti, pro eo quod ad illos ordines non debent admitti, nisi qui possunt ad continentiam obligari: et ideo qui ordinant scienter eos, qui non possunt obligari, quia ratione carent, faciunt contra statutum, et praecceptum Ecclesiae: et ideo si tales ordinantur exterius, characterem recipiunt de facto, quia non contradicunt, quamuis non consentiant. Ad minores uero ordines requiritur de honestate rationis usus, quia ibi committuntur officia, quae spectant non solum ad habentes usum rationis, immo etiam ad habentes scientiam litteraturae. Sed tamen quia illi ordines sunt, ad quamdam assuefactionem, ubi ex aliqua utilitate, uel necessitate uidetur expediens, possunt ad minores ordines promoueri, quam ante annos discretionis. Sed quod ita passim promouentur, et beneficijs Ecclesiasticis ditentur, uix potest esse sine contemptu

Opinio uer-

Explicatio.

contemptu canonum, et scandalo hominum, et periculo animarum. Concedendæ ergo sunt rationes ostendentes, quod non est necessarius usus rationis ad sacramenti esse, vel suscipere, sed solum quantum ad bene esse, et digne suscipere loquendo de ordinibus propriis.

1. Ad illud quod obijcitur de matrimonio, dicendum quod non est simile, quia in matrimonio non requiritur usus rationis propter dignitatem sacramenti, sed propter significationem coniunctionis Dei, et animæ, quæ non est nisi in mutuo consensu: præterea non concludit hoc generaliter de sacramento ordinis, sed solum de dignitate episcopi.

2. Ad illud quod obijcitur, quod dicitur: Accipe, dicendum quod illa oblatio significat magis imperiū, et potestatem dantis, quam executionem suscipientis: unde illius nõ tantum est offerre, sed conferre: et nisi sit obex contrariæ voluntatis, ita quod omnino sit inuitus, recipit sacramentum, secundum quod iudicatur de sacramento confirmationis.

3. Ad illud quod obijcitur de usu, dicendum quod etsi non habeat statim usum, quia tamen speratur aliquando habere, non frustra datur sacramentum, sicut etiam datur sacerdotium ei, qui longè post differt celebrare.

4. Ad illud quod obijcitur de recusante, dicendum quod hic est: sophistica consequentis, recusans non recipit: ergo oportet quod recipiens consentiat: quia medium est inter recusantem omnino, et consentientem.

5. Ad illud quod obijcitur de tempore, et ætate, dicendum quod determinatio ista temporis non est quantum ad sacramenti necessitatē, sed potius quantum ad susceptionis congruitatem, et solemnitatem, quam in maioribus ordinibus oportet seruari, saltem quantum ad annos discretionis propter votum continentie, et ordinum dignitatem: vltior vero prolatio temporis quantum ad sacerdotes quantum ad tempora moderna non exigitur, quia sicut in multis malitia supplet ætatem, ita in multis bonitas, et sanctitas supplet. Præterea, multi nunc ordinantur, qui non præficiuntur populo, vt religiosi: ideo nõ oportet in eis ita seruare tempora, vt in alijs, maxime si sit sanctitas vitæ, et scientia, et maturitas morum.

6. Ad illud quod obijcitur de continentia, iam patet responsio, nam continentia in sacris ordinibus non est de esse, sed de bene esse.

QVÆSTIO III.

An ad susceptionem ordinis sit necessaria indiuisio carnis.

Steph. Brulef. 4. Sent. d. 25. q. 7.

FVNDAMENTA. 1. Tim. 3. a



TRVM ad ordinis susceptionem necessaria sit indiuisio carnis. Et quod sic, videtur per Paulum ad Timotheum: Oportet Episcopum esse vnus vxoris virum: et hoc ipsum dicitur de diacono.

ITEM: Ambrosius ad Vercellenses, et habetur. 33. dist. Cognoscimus non solum de Episcopo, et presbytero Apostolum statuisse, sed etiam patres in concilij Niceni tractatu addidisse, clericum quempiã non debere esse, qui secunda coniugia sit sortitus.

ITEM ille non potest promoueri, qui habet vxorem, cuius caro est diuisa: ergo multo minus potest ille, qui habuit plures vxores. Prima patet ex hoc quod dicit Innoc. dist. 3. 4. Si quis viduam, licet laicus duxerit vxorem seu ante baptismum, seu post, nõ admittatur ad clerum.

ITEM sacerdos, siue Episcopus gerit figurã Christi: sed Christus non fuit diuisus, immo vnus vnus-

tate nature: ergo deficit in tali significatio ordinis: ergo et ordo, quoniam significatio est essentialis sacramenti.

ITEM Bigamia est proprietas; quæ numquã relinquitur: nec potest ille, qui est bigamus, fieri nõ bigamus: ergo si impedit sacramentum, videtur quod reddat se impossibilem ad ordinis susceptionem.

AD OPPOSITVM.

1. CONTRA: Carnis corruptio non impedit sacramenti susceptionem: ergo nec diuisio consimili ratione.

2. ITEM: si carnis diuisio impedit quæ est. cũ vxore, cum vituperabilior sit illa, quæ est cum meretrice, multo fortius illam impedit: sed illa non impedit: ergo nec ista.

3. ITEM: si carnis diuisio impedit, aut ratione alicuius, quod sit in carne, aut ratione eius quod sit in anima. Ratione alicuius quod sit in carne, non videtur quod relinquat aliam dispositionem, quam in cognitione vnus. Ratione alicui quod sit in anima nõ, quoniã mortua vxore nihil remanet de matrimonio.

4. ITEM quæro, quare impedit. Si propter defectum sacramenti, quæro cuius. Si matrimonij, contra: Plus deficit a sacramento matrimonij qui numquam contraxit, quam qui bis contraxit: ergo non deficit a sacramento matrimonij.

5. ITEM si a sacramento ordinis, Contra: Bigamia non atteditur secundum sacramentũ ordinis, sed secundum matrimonium: ergo non deficit ordo. Est igitur quæstio, quare diuisio impedit, et nõ corruptio. Et iterũ: Quare corruptio impedit in muliere vt non consecratur, quare non similiter et in episcopo.

6. Et iterum: Quare fornicatio vxoris potius faciat virum irregularem, quam fornicatio viri, cum potius puniendus sit propter diuisionem carnis suæ, quam aliena.

CONCLUSIO.

Bigami inepti sunt ad ordinis sacri susceptionem, licet recipiens characterem suscipiat, si de facto fiat: non debet tamen dispensari: secus in ordinibus inferioribus.

RESPON. AD ARG. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, quod sacramentum ordinis abundat ab alijs in ratione signandi, quoniã non solum illud, quod adhibetur exterius signat, immo ipse suscipiens signum est: et signat ipse Episcopus consecratus, vel presbyter ordinatus ipsum Christum secundum quod superius tactum est: et in hac proprietate differt ab alijs sacramentis, præterquam a matrimonio, in quo ipse vir qui est subiectum ipsius sacramenti signum est ipsius Christi, sicut mulier signum est Ecclesiæ: et ita concurrunt ad idem significandũ. Quoniam ergo de significatione ordinis primaria est, quod ordinatus significet Christum, vt sponsum Ecclesiæ: et hoc non potest significare bigamus, qui habuit vxorem viduam, quoniam Ecclesia vnicum habuit sponsum, et Christus vnica habet sponsam: hinc est quod tales inepti sunt ad ordines maxime principales, et sacros, in quibus homo iam incipit expresse figurare Christum: vnde bigamia reddit ineptum ad diaconatum, et subdiaconatum, et sacerdotium, et potissime ad episcopatum: et ideo in his ordinibus numquam legitur dispensatum, nec dispensari debet: non quia sacramentum essentialiter deficit, immo bigamus recipit characterem, sed quia perfectio sacramenti in ipso deficit, qui nulla ratione potest suppleri per hominem, nec repensari: tamen in ordinibus inferioribus ex causa necessitatis dispensationem recipit sicut dicitur. 34. dist. ca. Subdiaconus. §. Necessitate cogente. Et iterum lector, si viduam, et cetera. Ex his patet quod diuisio carnis impedit, et quare impedit, et quæ diuisio.

Quæst. 1. et 2.

1. Ad illud quod obijcitur de corruptione, dicendum quod non est simile, quia non repugnat necessitati

fitati sacramenti, nec significationi, vt bigamia. Similiter diuisio per fornicationem non impedit, quia non est diuisio per significationem: sed hæc est diuisio signans.

2. Ad illud quod obijcitur, aut hoc est ex parte animæ, aut ex parte carnis, dicendum quod ratio sumitur ex parte totius hominis, cuius est matrimonij contrahere: et quod est subiectum matrimonij, in quo quidem est impedimentum non ratione immunditiæ, vel qualitatis absoluta, quæ sit in carne, sed propter significationem deficientem. Quia enim contraxit cum vna, signauit Christum: quia vero ab vna recessit, et contraxit cum secunda, recessit a significatione: et ita est defectus sacramenti, scilicet vnitatis, quæ in sacramento matrimonij, et ordinis debet significari.

3. Et per hoc patet sequens quod obijcitur de defectu sacramenti: dico enim quod in eo deficit sacramentum vnitatis, quod siue deficiat ex parte sua, siue ex parte vxoris, reddit ipsum minus idoneum ad ordinis sacramentum. Si ergo quæras quod sacramentum deficit, vtrũ ordinis, vel matrimonij: dico quod sacramentum ordinis deficit, quia non est perfectio, quæ possit significare, quod exigit ordo. Præterea est defectus sacramenti matrimonij, defectus in quã non simpliciter negationis, sicut est in eo qui numquam fuit vxoratus, sed defectus priuationis, vbi aliquid est de significatione, aliquid de priuatione, quæ generat, quamdam enormitatem, siue deformitatem, ratione cuius ad tam nobile sacramentum non debet admitti.

Ex his patet quæstiones sequentes, quare, scilicet impedit diuisio, non corruptio, quia non priuatur sacramentum aliquod, nec efficitur defectuum propter corruptionem, sicut propter diuisionem.

4. Ad illud quod quæritur, quare non impedit corruptio consecrationem viri, sicut et mulieris: dicunt aliqui iurista, quod Episcopus signat Ecclesiam militantem, sed virgo signat Christum qui fuit virgo: sed illud non capit ratio recta. Et ideo aliter dicendum quod Episcopus signat Christum: sed mulier signat Ecclesiam triumphantem, siue ipsam Ecclesiam, quæ virgo est, et numquam fuit nisi vxor Christi: Christus autem etsi virgo fuit, tamen synagogam habuit non vt vxorem, sed vt concubinam.

5. Et per hoc patet vltimum, quare ille qui desponsat corruptam ab alio, et cognoscit, est ineptus, et bigamus iudicatur, dicendum enim quod ratio est, quia non est vnica vnica: ista enim non est vnica, et maiorem oportet significati vnitatem ex parte vxoris, quam viri: quoniam Ecclesia non fuit copulata nisi Christo, nec matrimonialiter, nec alio modo: Christus autem copulatus fuit synagogæ, quamuis non insolubilitate, et ita non matrimonialiter: et sic patet quod omnia talia statuta sunt valde rationabilia, quia in eorum constitutione non pensatur culpa, sed potius significatio congrua, et cetera.

QVÆSTIO IV.

An ad susceptionem ordinis sit necessaria conditio libertatis.

S. Thomæ in suppl. 3. p. q. 39. art. 3. Richar. 4. Sent. dist. 25. ar. 5. q. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 25. q. 8.

FVNDAMENTA.



TRVM ad susceptionem ordinis sit necessaria conditio libertatis. Et quod sic, videtur distinct. 54. Nullus episcoporum ad clericatum seruum alterius promouetur.

ITEM in eodem decreto, capitulo sequenti. Nulli de seruilis conditione ad sacros ordines pro-

moneantur, nisi a dominis suis prius legitimam libertatem consequantur.

ITEM si seruus intret religionem, redditur domino suo: et non potest ingredi, nisi efficiatur liber: ergo pari ratione nisi efficiatur liber, non poterit ad sacros ordines promoueri.

Mat. 6. c

ITEM: Nemo potest duobus dominis seruire, sicut ipse Saluator testatus est: ergo cum officij clericale totum hominem sibi requirat dedicari, nullus ad hoc poterit promoueri, qui sit in alterius potestate.

AD OPPOSITVM.

1. CONTRA: Seruus sapiens dominabitur stultis: ergo videtur quod vbi est sapientia, et virtus bonitas, quod nihil ex parte seruitutis obstat.

Prou. 17. a

2. ITEM ordo dicit potestatem spiritualem, seruitus dicit subiectionem corporalem: sed subiectio corporalis non habet repugnãtiam cum eo, quod spirituale est: ergo, et cetera.

3. ITEM Deus non est acceptor personæ: ergo tantum placet ei obsequium serui, sicut obsequium domini: ergo sicut possunt ad diuinũ cultum, et clericatum assumi domini, ita etiam possunt serui.

4. ITEM alia sacramenta ita libere possunt accipere serui, vt domini: et ad ea ita communiter admittuntur: ergo pari ratione videtur quod ad ordinem. Iuxta hoc quæritur, si seruus sit ordinatus ignorante domino, yrum sit ei restituendus.

Quæst. la. teralis.

5. ITEM si restituitur, quare non tres alia consecratur: et iterum quanto tempore possit repetere.

CONCLUSIO.

Seruus quo ad sacramenti honestatem ordinari non debet, licet si ordinetur, ordinem recipiat.

RESPON. AD ARG. Ad prædictorum intelligentiam notandum est, quod sacramentum ordinis non solum abundat ab alijs secundum rationem signi, propter hoc quod non tantum sacramentũ, sed etiam suscipiens sacramentum tenet rationem signi, immo etiam abundat secundum rationem remedij, quia non solum ibi gratia ad curandum subiectũ ordinatur, sed etiam datur gratia, quæ ordinat ad curandum alios: vnde collocat hominem non tantum in statu sanitatis, immo etiam in gradu honestatis, et dignitatis: et ideo ad hoc sacramentum requiritur nõ persona quælibet, sed persona honesta, cui honor, et dignitas competat clericalis. Et quoniam honestas multum respicit exteriora: ideo non solum propter defectũ vitæ efficitur quis inhabilis ad hoc sacramentum suscipiendum, sed etiam propter defectum multorum aliorum. Ad hoc enim quod persona sit honesta, oportet quod in ea concurrat honestas a parte originis, nominis, corporis, actionis, conditionis, et conuersationis. Propter defectum a parte originis ineptus est filius sacerdotis spurcius, et etiam quilibet illegitimus. A parte nominis siue famæ inepti sunt

Defectus honestatis.

infames, et publice penitentes. dist. 50. ex penitentibus. Propter defectum a parte corporis, corpore vitiat, et demoniaci, et epileptici. dist. 33. Communiter diffinimus. Propter defectum a parte actionis, vt quando incidit in peccatum enorme, siue factum, vt homicidium, distinct. 50. fere per totum: et hoc est propter magnum horrorem, qui est in sanguinis effusione siue iuste fiat, siue iniuste: vel propter hoc quod diuidit vnitatem animæ, et corporis. Propter defectum conditionis, vt seruus distinct. 54. Propter defectum conuersationis, vt curiales. distinct. 51. In omnibus autem tradunt distinctiones, siue exceptiones: sed illæ spectant ad scientiam inferiorum. Hæc tantum in generali dixisse sufficiat, quod quia sacramentum ordinis non tantum personæ meritum, sed honestatem considerat, quia clericus est persona communis, et ordo ponit in gradum dignitatis, debent excludi illi, in quibus sacramentum, et alia

Dist. 23. a

et alia per consequens possunt dehonefari. Et quoniam seruus quamdiu in tali statu est, est ignobilis, et ad ignobilia opera potest cogi, et ideo non potest se totum mancipare, cum alij sit subiectus: ideo non potest ad sacros ordines promoueri quantum est de sacramenti honestate: recipit tamen ordinem.

1. 2. 3. 4. A D illud ergo quod obijcitur, quod seruitus non impedit, et ad omnia sequentia patet responso per iam dicta.

Ad q. later. Verumtamen quod querit, si seruus debet reddi domino suo, respondetur quod aut est ordinatus domino sciente, et consentiente, aut ignorante, et nolente. Si sciente, et consentiente, vel etiam non contradicente, generat sibi preiudicium, vt amplius non possit repetere eum. Si ignorante domino et nolente, aut ignorante presentatore et Episcopo, aut altero, vel vtroque sciente. Si eis ignorantibus, tunc seruus tenetur se redimere, si habet pecuniam: quod si non habet, nec Ecclesia vult eum redimere, domi-

no suo debet reddi. Si autem sciente ordinante, et presentatore, tenentur domino in pecunia, vel in alio seruo, vel in duplum: quod si non habent, dominus potest sibi resumere seruum. Aliqui tamen dicunt, quod non, si peruenit ad sacerdotium: sed omnibus videtur quod dominus debeat seruari in demnis: habet tamen ius petendi eum infra annum: et quidam dicunt quod post ordinationem, quidam dicunt quod post cognitionem. Et haec omnia probantur per illa iura, quae dicuntur distinct. 54. Sunt et alia multa quae determinantur in iure, quae inquam competunt ordinandis, quae ex diuersis locis Scripturae sunt tracta, et maxime ad Timot. et haec omnia determinantur a distinct. 33. vsque in finem primae partis: et quoniam haec distinctio magis spectat ad scientiam inferiorem, ideo ad praesens ista sufficiant, ne extra metas nostrae scientiae exeamus. Et omnia ad ipsam sicut ad originem possent reduci, si quis haberet peritiam iuris canonici, et diuini.

1. Tim. 4. e

D I S T I N C T. XXVI.

DE SACRAMENTO CONIUGII, CUIVS

institutio, et causa ostenditur, itemq. sacra res, quam signat.



M alia sacramenta post peccatum et propter peccatum exordium sumpserint, matrimonij sacramentum etiam ante peccatum legitur institutum a Domino: non tamen ad remedium sed ad officium. Refert enim Scriptura Genesim in Adam misso sopore, atque vna de costis eius sumpta, et exinde muliere formata, virum in spiritu intelligentem, ad quem vsus mulier facta esset, post exortum prophetice dixisse: Hoc nunc os ex osibus meis, et caro de carne mea: propter hoc relinquet homo patrem et matrem, et adhaerebit uxori suae: et erunt duo in carne vna.

Gen. 2. d

Ibidem.

De duplici institutione coniugij.

CONIUGII autem institutio duplex est. Vna ante peccatum ad officium facta est in paradiso, ubi esset thorus immaculatus, et nuptiae honorabiles: ex quibus sine ardore conciperent, sine dolore parerent. Altera post peccatum ad remedium facta extra paradysum. Propter illicitum motum deuinandum. Prima, vt natura multiplicaretur: Secunda, vt natura exciperetur, et vitium cohiberetur. Nam et ante peccatum dixit Deus: Crescite et multiplicamini: et post peccatum omnibus pene hominibus per diluuium consumptis. Quod vero ante peccatum institutum fuerit coniugium ad officium, post peccatum vero ad remedium concessum, Augustinus testatur dicens: Quod sanis est ad officium, aegrotis est ad remedium. Infirmis enim incontinentiae, quae est in carne per peccatum mortua, ne cadat in ruinam flagitiorum, excipitur honestate nuptiarum. Si vero non peccassent primi homines, sine carnis incentiuo ac feruore libidinis ipsi ac successores eorum conuenirent. Et sicut remunerabile est aliquod bonum opus, sic coitus eorum bonus esset et remunerabilis. Quia vero propter peccatum lethali concupiscentia lex membris nostris adhaesit, sine qua carnalis non sit commixtio, reprehensibilis est et malus coitus, nisi excusetur per bona coniugij.

Super Gen. lib. 9. c. 7. to. 3.

Rom. 6. c

Quando secundum preceptum, quando secundum indulgentiam contractum sit coniugium.

PRIMA institutio habuit preceptum, secunda indulgentiam. Didicimus enim ab Apostolo humano generi propter vitandam fornicationem indultum esse coniugium. Indulgentia vero quia meliora non eligit, remedium habet, non primum, a qua si quis declinauerit, meretur exitiale iudicium. Quod secundum indulgentiam conceditur, voluntarium est, non necessarium: alioquin transgressor esset, qui illud non faceret. Et potest sane intelligi illud sub precepto dictum hominibus primis ante peccatum: Crescite et multiplicamini. Quo etiam post peccatum tenebantur,

Gen. 1. f

tenebantur,

tenebantur, vsquequo est facta multiplicatio, postquam secundum indulgentiam matrimonij contractus fuit. Ita etiam post diluuium, quo vniuersum pene humanum genus deletum est, secundum preceptum dictum est filijs Noe: Crescite, et multiplicamini. Multiplicato vero homine secundum indulgentiam contractum est, non secundum imperium.

Gen. 9. d

Quibus modis accipiatur indulgentia.

INDULGENTIA autem diuersis modis accipitur, scilicet pro concessione, pro remissione, pro permissione. Et est permissio in nouo testamento, de minoribus bonis, et de minoribus malis: De minoribus bonis est coniugium, quod non meretur palmam, sed est in remedium. De minoribus malis, id est, de venialibus, est coitus, qui fit causa incontinentiae. Illud scilicet coniugium indulgetur, id est, conceditur. Illud vero, id est, coitus talis permittitur, id est, toleratur, ita quod non prohibetur.

Quod nuptiae sint bonae.

FERVNT autem nonnulli heretici nuptias detestantes, qui Tatiani appellati sunt. Hi nuptias omnino damnant, ac pares fornicationibus alijsq. corruptionibus faciunt: nec recipiunt in suorum numerum coniugio utentem marem vel feminam? Quod autem res bona sit coniugium, non modo ex eo probatur, quod Dominus legitur coniugium instituisse inter primos parentes, sed etiam quod in Cana Galilee nuptijs interfuit Christus, easq. miraculo commendauit, aqua in vinum conuersa. Qui etiam postea virum dimittere uxorem prohibuit, nisi causa fornicationis. Apostolus etiam ait: Virgo non peccat, si nubat. Constat ergo rem bonam esse matrimonium, alioquin non esset sacramentum. Sacramentum enim sacrum signum est.

Aug. de haeresibus c. 25 to. 6. Aug. 4. seu cap. 3. Gen. 2. d Ioan. 2. a Mat. 19. b 1. Cor. 7. c Mat. 5. c & 19. b

Cuius rei sacramentum sit coniugium.

CVM ergo coniugium sacramentum sit, et sacrum signum est et sacre rei, scilicet coniunctionis Christi et Ecclesiae, sicut ait Apostolus: Scriptum est, inquit, Relinquet homo patrem et matrem, et adhaerebit uxori suae: et erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo et in Ecclesia. Vt enim inter coniuges coniunctio est secundum consensum animorum, et secundum permixtionem corporum, sic Ecclesia Christo copulatur voluntate et natura, qua idem vult cum eo: et ipse formam sumpsit de natura hominis. Copulata est ergo sponsa sponso spiritualiter et corporaliter, id est, charitate ac conformitate nature. Huius utriusque copulae figura est in coniugio. Consensus enim coniugum copulam spirituales Christi et Ecclesiae, quae fit per charitatem, significat. Commixtio vero sexuum illam significat, quae fit per naturae conformitatem.

Eph. 5. g Gen. 2. d

Qualiter intelligendum sit illud: Mulier illa non pertinet ad matrimonium, cum qua non est commixtio sexuum.

INDE est quod quidam doctorum dixerunt illam mulierem non pertinere ad matrimonium, quae non experitur carnalem copulam. Ait enim Augustinus: Non dubium est illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua docetur non fuisse commixtio sexus. Item Leo Papa: Cum societas nuptiarum ita a principio sit instituta, vt prater commixtionem sexuum non habeat in se Christi et Ecclesiae sacramentum: non dubium est illam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur non fuisse nuptiale mysterium. Item Augustinus: Non est perfectum coniugium sine commixtione sexuum. Hoc si secundum superficiem verborum quis acceperit, inducitur in errorem tantum, vt dicat sine carnali copula non posse contrahi matrimonium: et inter Mariam et Ioseph non fuisse coniugium, vel non fuisse perfectum, quod nefas est sentire. Tanto enim sanctius fuit atque perfectius, quanto a carnali opere immunius. Sed superius posita ea ratio dicta intelligendum est, non quin pertineat mulier illa ad matrimonium, cum qua non est permixtio sexuum: sed non pertinet ad matrimonium, quod expressam et plenam tenet figuram coniunctionis Christi et Ecclesiae. Figuratur enim illam unionem Christi et Ecclesiae, quae est in charitate, sed non illam, quae est in naturae conformitate. Est ergo et in illo matrimonio typus coniunctionis Christi et Ecclesiae: sed illius tantum, qua Ecclesia Christo charitate vnitur: non illius, qua per susceptionem carnis capiti membra vniuntur: nec ideo tamen minus sanctum est coniugium: quia vt ait Augustinus, in nuptijs plus ualet sanctitas sacramenti, quam fecunditas ventris. Est etiam coniugium signum spiritualis coniunctionis et dilectionis animorum, qua inter se coniuges vniri debent. Vnde Apostolus ait: Viri diligite uxores vestras, sicut corpora vestra,

7. q. 2. Non est. Ibid. Leo 1. epist. 9. c. 4

In soliloquijs.

Eph. 5. g In li. de bono coniugio li. ca. 18. in 10. 6.

S. Bon. Tom. 5.

kk DIST.

Eph. 5. g

DISTINCT. XXVI.

De matrimonio secundum causam formalem.

Cum alia sacramenta post peccatum, et propter peccatum exordium sumpserint, matrimonij sacramentum, et cet.

Expositio textus.

Ec est ultima pars totalis partis, in qua agit Magister de sacramentis. In hac enim parte agit ultimo de sacramento matrimonij: et quoniam tunc vnaquaque res perfecte cognoscitur quando cognoscitur secundum quadruplex genus causae: ideo pars ista habet quatuor partes. In prima agit de matrimonio secundum causam formalem. In secunda secundum causam efficientem, infra: Post hoc aduertendum est quid sit coniugium. In tertia secundum causam finalem, infra: Post hoc de bonis coniugij. In quarta secundum causam materialem, quae est personarum legitimitas: haec enim est dispositio a parte suscipientis: et per oppositum agit de illegitimitate, et hoc facit, infra: Nunc superest attendere, quae persona, et cet. Prima pars in qua determinat de matrimonio secundum causam formalem, habet duas: quia enim matrimonio formaliter conuenit sacramentum, et signum, et signum sacramentale duo in se continet, secundum quod tale signum signat diuinam institutionem, et naturalem representationem: ideo pars ista habet duas. In prima agit de matrimonij institutione. In secunda de representatione, siue aptatione signi ad signatum, et hoc, ibi: Cumq. coniugium sacramentum sit. Prima pars habet tres partes. In prima determinat institutionis tempus. In secunda modum, ibi: Prima institutio habuit praecipuum. In tertia remouet quoddam dubium, quod habet ex praedictis ortum, ibi: Euerunt autem nonnulli haeretici. Similiter secunda pars, in qua post institutionem agit de significatione, habet tres particulas. In prima determinat, quid sit in hoc sacramento signum, et quid signatum: ex quibus intelligitur vnicum fieri sacramentum siue integrari. In secunda ex verbis suis introducit dubium, ibi: Inde est quod quidam doctorum. In tertia vero dissoluit, ibi: Hoc secundum superficiem. Et ita in duobus est continentia huius distinctionis, scilicet in huius sacramenti institutione, et in sacramenti constitutione siue integratione.

Cum alia sacramenta post peccatum. Dub. I.

In parte ista sunt dubitationes circa litteram: & primo quaeritur de situ huius partis. Videntur enim quod sacramentum matrimonij deberet primo situari, siue primo de eo tractari. Primum quidem quia prius est quod animale est, deinde quod spirituale: sed matrimonium respicit statum animale, aliud spirituale: ergo et cetera. Item matrimonium est primum inter omnia institutum: ergo primo debuit de eo tractari. Respondeo, quod sicut tactum est, sacramenta non ordinantur secundum statum perfectionis, vel imperfectionis, nec secundum tempus institutionis: sed ordinantur secundum comparationem ad statum hominis indigentis his sacramentis: et quoniam quinque prima sacramenta respiciunt indigentiam principaliter in se, sed duo vltima sunt ad alterum, scilicet ordo, et coniugium: inter cetera minus habent de proprietate sacramentorum nouae legis, et minus de perfectione, cum nunc temporis sit indulgentia,

Diuisio. Dist. 27. Dist. 32. Dist. 34.

A ideo recte post alia determinat de ipso: et sic patet, responsio ad obiecta.

Secundum praecipuum dictum est filijs Noe: Crescite, et multiplicamini, et cet. Dub. II.

Cum illud idem dictum sit bestijs, quae non sunt rationis capaces, quo modo tale praecipuum potuit dari. Respondeo, Dicendum quod homini fuit, et benedictio et praecipuum, et morale, et sacramentale: benedictio ratione potentiae in generando. Praecipuum ratione capacitatis in rationando. Praecipuum sacramentale ratione coniunctionis indiuisibilis in significando. Ex hoc patet quod bestijs solum fuit benedictio illud verbum, quia non sunt rationis capaces: patet etiam quod non fuit sacramentale nisi ratione institutionis matrimonij in coniunctione Adae et Euae, quae postmodum est secuta.

De minoribus bonis est coniugium, quod non meretur palmam. Dub. III.

Videtur hoc falsum, quia omne quod fit ex charitate, meretur palmam: sed aliquis potest ex charitate contrahere, et uxorem cognoscere: ergo et cetera. Respondeo, Dicendum quod illud verbum aut intelligitur, quando quis vitur coniugio ad vitam ad fornicationem, aut intelligitur de palma secundum quod dicitur quando super excellentiam ad meritum quantum ad aureolam, siue quantum ad fructum sexagesimum.

De minoribus malis, id est de venialibus, est coitus, qui fit causa incontinentiae. Dub. IV.

Videtur falsum dicere, quia incontinentia est peccatum mortale: ergo et concubitus, qui fit propter continentiam, est mortale peccatum. Respondeo, Dicendum quod concubitus fieri causa incontinentiae dupliciter potest intelligi. Aut continentia intendatur ut aspernanda, aut quod intendatur ut assequenda, siue prosequenda, et primo modo intelligit Magister, secundo modo opponit. Vtrum autem sit peccatum in eo quod sic coire intendit, infra melius patebit.

ARTICVLVS I.

Ad intelligentiam praesentis distinctionis secundum duo, quae determinat Magister de sacramento matrimonij, duo principaliter quaeruntur. Primum quaeritur de eius institutione. Secundo de eius integritate. Circa primum tria quaeruntur. Primum quaeritur, quando fuerit institutum. Secundo, a quo. Tertio quaeritur, qualiter fuerit institutum.

QUESTIO I.

An matrimonium fuerit institutum ante lapsum.

Alex. Alenf. 4. p. q. 10. Memb. 1. art. 1. §. 1. S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 42. art. 2. Rich. 4. Sent. d. 26. q. 2. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 26. q. 1. ar. 2. Steph. Brul. 4. Sent. d. 26. q. 1. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 26. q. 2.

Quod matrimonium fuerit institutum ante lapsum, ostenditur per illud quod dicitur: Non legistis quod ab initio, qui fecit homines, masculum et feminam fecit illos, et dixit propter hoc, et cetera. Item

Item Magister in littera: Cum alia sacramenta post peccatum exordium sumpserunt, matrimonij sacramentum etiam ante peccatum legitur institutum.

Item ratione videtur, quia vsus coniugij est ad procreationem prolis: sed prolis procreatio conueniebat statui innocentiae: ergo tunc debuit institui.

Item matrimonium est apud omnes: ergo est de dictamine naturae: sed talia ab initio homini sunt impressa: ergo et cetera.

Ad oppositum. Hug. 1. p. 8 cap. 12.

Contra: Hugo de sancto Victore: Tempus institutionis sacramentorum ex tunc esse cepit, quando homo a gaudijs paradisi eiectus est: et ita videtur quod matrimonium post lapsum sit institutum.

Item ratione videtur, quia sacramentum est medicina contra morbum: sed tempore status innocentiae nullus fuit morbus: ergo et cetera. Si tu dicas, sicut dicit Magister, quod institutum est in officium non in remedium, quaeritur tunc, quare similiter alia non sunt instituta in officium, et post in remedium sicut matrimonium.

Item sacramenta sunt signa visibilia rerum inuisibilium, per quae homo manuducitur ad spiritualia cognoscenda: sed Adam non indigebat manuduci, quia spirituali mente erat praeditus: ergo non fuit necesse institui in statu innocentiae.

Item ante lapsum non erat maior inordinatio, vel libido in actu generatiua, quam in actu nutritiua: sed licuit Adae comedere de omni ligno: ergo similiter videtur quod licuit ei coire cum omni muliere: aut si non, quaeritur, quare magis est arctatus ad istum actum, quam ad alium.

Item cum post lapsum non habeat sacramentum, quod respicit actum nutritiua, et generatiua, et vtrumque est in remedium: quare Adam similiter non habuit in statu innocentiae sacramentum, quantum ad vtrumque actum in officium: et videtur, quod magis debuit habere quantum ad nutritiua, quia nutritiua magis erat ibi in vsu, quam generatiua.

CONCLUSIO.

Matrimonium fuit institutum tempore status innocentiae in officium, non in remedium, quod est peculiare huic sacramento: post lapsum autem etiam in remedium.

Respondetur ad arg. Dicendum quod quia institutio respicit vsum, vsus vero matrimonij est in remedium, et est in officium: vsus autem aliorum sacramentorum est tantum in remedium: ideo matrimonij vsus non tantum conuenit infirmis, sed etiam sanis. Et ideo duplex fuit eius institutio: vna ante lapsum in officium: alia post lapsum in remedium. Est autem vsus matrimonij in remedium contra ignorantiam, dum erudit in quantum signum: et in remedium contra concupiscentiam, dum illam refrenat ut medicamentum. Sic et eius officium fuit quantum ad duas operationes poterantur, et quantum ad actum cognitiua, ut homo videret exterius coniunctionem in creatura, quam intellegebat interius, non inquam ut erudiretur, sed ut videndo materialiter, quod sciebat, oblectaretur: similiter quantum ad actum generatiua fuit in officium, ut quia per se homo non potuit speciem conseruare, adiuncta socia, in actum illum conseruationis prodire possit. Ex hoc patet tria obiecta.

Explicatio.

Ad illud vero quod obijcitur de nutritiua, dicendum quod non est simile, quia ibi fit continua deperditio per calorem: ideo frequens debet fieri restauratio, et de multis, non de vno tantum. Aliter potest dici quod duplex est deperditio, scilicet quantum ad humidum nutritiua, et radicale: similiter duplex est restauratio, scilicet quantum ad humidum nutritiua per lignum paradisi, et similiter quantum ad humidum radicale per lignum vitae: hoc autem, ut dicit Augustinus, non solum fuit in vsu, sed in sacramento etiam, signabat enim passum sapientiae interioriorem: et quia vnica est sapientia, vnicus fuit ille. S. Bon. Tom. 5.

cibus, licet alij essent plures. Similiter quia in actu coniugij intelligitur coniunctio Christi, et Ecclesiae, et Christus est sponsus vnicus, et Ecclesia vnica: inde est quod diuina institutione est mulier viro in matrimonio coniuncta, sicut et lignum vitae prouisum, in sacramentum. Quia vero per peccatum est amissa conseruatio indiuidui, salua nihilominus illa, quae est speciei: ideo remansit matrimonium, sed non remansit illud lignum: habuerunt tamen aliquod signum quousque Christus nasceretur. Si tunc quaeratur, quare magis quantum ad nutritiua, et generatiua Adam habuit sacramenta, quam quantum ad alias potentias, ut visum et cetera. Dicendum quod ista fuerunt in vsu, et in talem vsu, qui veniebat ex indigentia: nam Adam nec per se poterat conseruari, nec per se poterat generare: et ideo indiguit aliquibus, quibus vteretur: et quia vsus exterioris hominis, et indigentia importabant similitudinem interioris, quia anima non per se potest viuere, nisi reficiatur a Christo: nec similiter per se bona opera facere nisi secunde- tur ab ipso: ideo patet vltimum, quod vnicum fuit sacramentum, nec penes alios sensus oportuit alia sacramenta institui.

QUESTIO II.

An sacramentum matrimonij a Deo fuerit institutum.

S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 2. ar. 2. Et 4. Sent. d. 26. q. 2. ar. 2. Scot. 4. Sent. d. 26. q. 1. Rich. 4. Sent. d. 26. Steph. Brul. 4. Sent. d. 26. q. 2. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 26. q. 2.

Quo fuerit sacramentum matrimonij institutum. Et quod a Deo, videtur per illud: Quod Deus coniunxit, homo non separat: hoc dicitur de coniunctione, et est in matrimonio: ergo si ista est a Deo: patet, et cetera.

Item hoc ipsum videtur, quia dixit Deus: Crescite, et multiplicamini: sed illud crementum erat per vsu actus matrimonialis: ergo matrimonium fuit a Deo institutum.

Item hoc ipsum ostenditur per rationem, quia si sacramenta sunt a voluntate humana, et omne tale est variabile, et mutabile, et cum sacramenta sint immutabilia, videtur quod non solum hoc, sed etiam omnia alia sint a Deo instituta.

Item sacramenta quanto maiora sunt, tanto a maiori instituenda sunt: sed sacramentum matrimonij est praecipue magnum, sicut dicitur: Sacramentum hoc magnum est: ergo a maximo Deo non ab homine institutum fuit.

Contra: Institutio matrimonij fuit in illo verbo: Hoc nunc os ossibus meis, et caro de carne mea, et cetera. sed istud verbum fuit Adae, non Dei: ergo fuit institutum ab homine, non a Deo.

Item si sacramentum matrimonij est institutum a Deo, et in his quae sunt a Deo instituta, non potest Ecclesia aliquid mutare, nec disponere: ergo nec circa matrimonium: sed tota die dispensatur quantum ad hoc sacramentum: ergo et cetera.

Item non legitur, Deum esse locutum de matrimonio, nisi quando dixit: Crescite, et multiplicamini, et cetera, et cum hoc etiam dictum sit bestijs, et cetera, videtur, quod etiam inter bestias constituit: sed hoc est inconueniens: ergo et cetera.

Item matrimonium contrahitur per humanum consensum: ergo est contractus humanus: sed contractus humani sunt instituti ab hominibus: ergo et cetera.

FVNDAMENTA. Mat. 19. a

Gen. 1. 6

Ephes. 5. g

Ad oppositum. Gen. 2. d

Gen. 1. 6

CON-

CONCLUSIO.

Sacramentum Matrimonij fuit institutum a Deo: licet sit sacramentum non modo fidei: sed etiam dictaminis naturalis.

RESP. AD ARG. Dicendum quod institutio matrimonij est a Deo. Sed nota quod quedam sunt sacramenta, quæ sunt purè fidei, sicut baptisimus, et confirmatio, et consimilia: quedam autem non tantum sunt fidei, sed etiam naturalis dictaminis: et talia sunt pœnitentia, et matrimonium: sed tamen nõ omnino sunt de dictamine iuris naturalis. Quæ primo modo sunt, Deus instituit mandando: quæ secundo modo, instituit interius illustrando: et sic instituit matrimonium. Vnde ipse non præcepit Adã, quod Euam duceret in vxorem, sed illustrauit eum interius, vt intelligeret eam sibi dandam in vxorem, et omnibus posteris per liberum consensum vxores illo modo coniungi.

Gen. 2. d

Mat. 19. a

Gen. 1. c

Mat. 19. a

1. Vnde Adam sic illustratus dixit: Hoc nunc os, etc. Et, sicut dicit Magister in littera, prophetice est locutus: et ideo verbum illud non fuit a semetipso, sed a Deo. Et ideo institutio huius sacramenti fuit a Deo. Et sic patet primum.

2. Ad illud quod obijcitur, quod tunc Ecclesia, nihil mutare potest, dicendum quod Dominus instituit sacramentum, quo ad formam, et quo ad materiam, quantum illi tempori congruebat, excipiendo solum patrem, et matrem, et quia alia personæ secundum diuersa tempora debebant congruere institutioni, de legitimitate personarum reliquit Ecclesiæ dispensandũ: et circa hanc dispensat Ecclesia.

3. Ad illud quod obijcitur, quod Dominus nõ est locutus de matrimonio nisi, ibi: Crescite et multiplicamini, dicendum quod falsum est, immo locutus est per Adam, quando Adam spiritu sancto illustratus dixit illud verbum in persona Dei: et hoc patet, quia Christus repetit illud, vt verbum Dei.

4. Ad illud quod obijcitur, quod est contractus humanus, dicendum quod non est pure humanus: et hoc patet sic: In matrimonio namque duo sunt, et mutua obligatio, et obligationis mutue indissolubilitas: et quamuis primum sit hominis, secundum est tamen instituentis, et ratione illius indissolubilitatis præcipue matrimonium tenet rationem sacramenti, et signi sacri: et ideo non ab homine ortum habet, sed a Deo: et hoc melius patebit infra, quando agetur de indissolubilitate matrimonij.

QVÆSTIO III.

An institutio matrimonij fuerit sub præcepto.

S. Tho. in Suppl. 3. p. 9. q. 1. ar. 2.

Et 4. Sent. d. 26. q. 1. ar. 2.

Rich. 4. Sent. d. 26. ar. 3. q. 1.

Steph. Brul. 4. Sent. d. 26. q. 3.

Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 26. q. 4.

FVNDAMENTA.

Gen. 1. c

VALITER fuerit institutũ matrimonium. Et est quæstio, vtrum institutio matrimonij fuerit sub præcepto: et quod sic, videtur per textum Genesis, quia præceptum est eis, quod crescerent, et multiplicarentur: sed non poterat hoc fieri nisi per coniunctionem maris cum femina: hæc autem coniunctio legitime facta est matrimonium: ergo matrimonium fuit institutum sub præcepto.

ITEM Magister in littera: Prima institutio matrimonij habuit præceptum: sed prima fuit in paradiso, et ibi data fuit sub præcepto: ergo et cor.

ITEM ratione videtur, quia matrimonium ordinatum erat ad conseruationem speciei: quantum ad generatiuam, et esus lignorum ordinatus erat ad conseruationem indiuidui: quantum ad nutritiuam, quia et si nunquam moreretur, tamen determinate

A tempore in aliam vitam transferretur: sed esus cadebat sub præcepto: ergo et coitus.

ITEM omnes qui possunt, tenentur pro loco et tempore multiplicare prolem spiritualem, reuocando scilicet hominem a peccato: ergo cum secundum statum primum multiplicatio corporalis esset coniuncta spirituali, videtur quod omnes tenebatur: et sic videtur institutũ fuisse matrimonium sub præcepto.

1. CONTRA: Si fuit institutum sub præcepto, aut ergo illud præceptum fuit iuris naturalis, aut positiu. Non positiu: quia vnum solum fuit. Non iuris naturalis: quia adhuc maneret: ergo nullo modo fuit institutum sub præcepto.

2. ITEM semper licitum fuit homini facere, quod melius est: sed melius est omnino continere, quam coire: quia castitas virginalis est dignior coniugali: ergo licuit non coire, nec nubere: sed non licuisset, si fuisset, vel esset sub præcepto: et sic et cor.

3. ITEM si præceptũ fuit, cum Abel vxorem nõ habuerit, videtur quod peccauerit: sed constat quod hoc est falsum, quia Abel est primus iustorũ, sicut testatur Dominus: A sanguine Abel iusti: ergo et cor.

4. ITEM ad matrimonium maxime requiritur liber consensus: ergo nullo modo arctari debuit homo per præceptum.

AD OPPOSITVM.

Mat. 23. d

CONCLUSIO.

Matrimonij præceptum fuit affirmatiuum, et de iure naturali secundum tempus: tempore autẽ legis gratia habuit indulgentiam, non præceptum.

RESP. AD ARG. Dicendum quod prima institutio matrimonij præceptum habuit, sicut dicit Magister: Et præceptum illud fuit affirmatiuum, et fuit iuris naturalis. Sed attendendum quod ius naturale quædam dicit simpliciter, quædam secundum tempus. Simpliciter vt Deum amandum. Secundũ tempus, vt omnia esse communia. Dico ergo, quod præceptum de vsu matrimonij fuit naturale secundum modo, quia quamdiu pauci erant, dictabat ius naturale, quod multiplicanda esset proles ad cultum Dei. Sed cessante isto statu, cessauit præceptum.

1. E T ideo institutio secunda tempore legis gratia habuit indulgentiam non præceptum. Et ex hoc patet responsio ad primum obiectum.

2. Ad secundum dicendum quod non tempore legis naturæ instituta: nec etiam corruptæ in statu primo perfectius fuit continere, quam nubere. Primo quidem, quia non erat pruritus, nec turpitu. do aliqua. Secundo vero, quia erat obedientie meritum. Vnde calibatus Ioannis non præfertur coniugio Abrahæ.

3. Ad illud quod obijcitur de Abel, dicendum quod illud erat præceptum affirmatiuum: et ideo non obligabat ad semper, sed pro loco, et tempore: et ideo non peccauit, quia nondum fenerat.

4. Ad illud quod obijcitur de libertate consensus, dicendum quod sicut præceptũ non aufert motum charitatis, qui motus maxime gratuitus, et liberalis est: sic non aufert libertatem consensus, nec dirimit: ideo quamuis Dominus præciperet cõtractiõnem matrimonij cum aliqua, tamen vtrum cum hac quis contraheret, vel cum alia, reliquit in mera libertate contrahentis.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER quantum ad secundum articulum quæritur de matrimonij integritate: et circa hoc quæritur tria. Primo quæritur de integritate quantum ad significationem. Secundo quantum ad causalitatem. Tertio quantum ad vtrumque.

Explicatio.

QVÆSTIO I.

An in matrimonio nutus sint signum, vel signatum.

Steph. Brul. 4. Sent. d. 26. q. 4.

FVNDAMENTA.

Aug. li. 9. q. 2. d.

VIDE fit in sacramento matrimonij signum, & quid signatum, et cum signum in sacramentis sit elementum, sicut dicit Hugo: quia sacramentum est elementum ex similitudine representans: et cum hic nullum sit elementum, videtur quod hic nullum sit sacramentum: et si nullum sacramentum, non videtur habere significationem sacramenti. Si tu dicas, quod vir, et mulier se habent in ratione elemẽti. Contra: Differt elementum ab eo, qui suscipit sacramentum: ergo si viri, et mulieris est sacramentum illud vt susceptiuum, non ergo vt figuratiuum.

ITEM sicut in noua lege appropinquauit veritas, ita nouæ legis tempore, scilicet veritatis debuerunt signa sacramentorum euidentia esse: cum ergo vir, et mulier fuerint semper materia huius sacramenti, videtur quod in noua lege non sunt materia, siue elementum. Si dicas, quod verbum, quo exprimitur consensus, est elementum. Contra hoc est, quod addit semper fuit opportunum. Si dicas, quod addit est benedictio annuli, et nuptiarum: hoc nihil est, quia hæc non sunt de substantia sacramenti.

AD OPPOSITVM.

1. ITEM Quæro quid sit signatum in hoc sacramento: et videtur Apostolus dicere coniunctio Christi, et Ecclesiæ, vbi ait: Hoc sacramentum magnum est: ego autem dico in Christo, et Ecclesia.

2. ITEM si homo non peccasset, Christus incarnatus non esset secundum communionem, et probabiliorem opinionem: et nihilominus magnum fuisse sacramentum: ergo non tantum coniunctio Christi, et Ecclesiæ est signatum.

3. ITEM si signat coniunctionem fidelis anime cum Deo: sed hæc separabilis, & solubilis est: ergo et matrimonium. Si vtrumque, tunc ergo cũ duplex sit coniunctio, et vna sine alia: videtur ergo quod illud sacramentum non sit vnum, sed plura.

4. ITEM cum in alijs sacramentis sit aliquid, quod est res tantum, aliquid quod est signum tantum, aliquid quod res et signum, quæro, vtrum illud sit in hoc: et si est, quæro quid sit illud. Si dicas, quod consensus exterior est signum tantum, interior res et signum, vnio Christi, et Ecclesiæ res tantum. Obijcitur, quia sicut ordinantur secundum causalitatem, sic ordinantur secundum significationem: ergo si primum non est causa secundi, sed magis econuerso: patet, et cetera.

CONCLUSIO.

Matrimonij signum est verbum vel nutus explicans consensus: et cum sit quodam modo ab instinctu natura, non habet hoc sacramentum elementum extra sensibile.

RESP. AD ARG. dicendum quod sicut in alijs sacramentis aliquid est, quod est res tantũ, aliquid quod est signum tantum, aliquid quod est res, et signum, sic et in matrimonio: Et hoc in omnibus sacramentis est generale. Differt tamen in modo cõparandis et hoc quia quedam sacramenta sunt totaliter ab institutione, quedam sunt partim a naturæ dictamine, partim ab institutione. Illa sunt totaliter ab institutione, quorum vsus respicit ea quæ sunt fidei pure, vt Baptisimus, et Eucharistia: ista habent signa significantia secundum institutionem exterius, et interius: et ideo talia habet conuenientia instituta. S. Bon. Tom. 5.

Explicatio

ta, et exterius adhibita: et in talibus verum est, quod signa ista euidentiora sunt secundum appropinquationem veritatis: et in talibus verum est, quod primum signum est causa secundi, et secundum quodam modo causa tertij, vt patet in baptisimo. Sunt et alia, quæ quodam modo ab instinctu naturæ sunt, vt matrimonium, in quo est maris, et feminae coniunctio: et pœnitentia, in qua est offensæ emendatio: partim etiam sunt a fide, scilicet quod illa coniunctio significet coniunctionem Dei, et animæ: et illa emendatio, facit reconciliationem Dei cum anima: et talia suam primam institutionem habuerunt in paradiso, matrimonium autem magis aperte: et quia quodam modo sunt a natura, et in statu naturæ instituta, non debebat homo subdi elemento: ideo non sunt in elemento extra sensibili. Habent tamen exterius signum, quod quidem significat anteriorem coniunctionem per naturam suæ signationis, sicut verbum, vel nutus, et illud addit, quod significat naturaliter consensum interiore animorum, scilicet copula carnalis, secundum quod significat coniunctionem Christi, et Ecclesiæ, vel Dei et animæ: hoc est secundum fidem, et institutionem. Est enim habile per naturam, et significat per institutionem, quia vnus est mas, et significat Christum, alius autem femina, et significat animam: et ex hoc patet responsio ad primum, quid sit hic signum, quia primo et principaliter est verbum, vel nutus, in quo exprimitur consensus: vt vero annexum est distinctio sexuum: patet etiam quare non habeat elementum, sicut alia sacramenta. Patet etiam, quare signum non creuit in euidentia, quia non erat omnino secundum institutionem: ideo immutabile est quantum ad ipsum significans, augmentum tamen, est in euidentia significandi, quia certius nunc scitur, quid significat matrimonium, quam antesciretur.

1. Ad illud quod obijcitur, quid sit ibi signatum, dicendum quod vnum est signatum principale, scilicet coniunctio Christi, et Ecclesiæ: et quia ista coniunctio est dupliciter, scilicet per charitatem, et per naturæ conformitatem, dupliciter in hoc sacramento significatur. Prima per consensum animorum, secunda per comixtionem sexuum.

2. Ad illud quod obijcitur, si homo non esset lapsus et cetera, dicendum quod adhuc significasset vnionem Christi, siue Dei cum Ecclesia, licet nõ expresse coniunctionem cum fidei anima: sed tamẽ Dominus ita præuiderat futurum esse: et ideo sic instituerat. Si tamen homo non peccasset, sacramentum a signatione vacuum non esset.

3. Ad illud quod obijcitur, quod primum non est causa secundi, dicendum quod vbi est signatio secundum institutionem, primum potest esse causa secundi: sed vbi per naturam, secundum quod est interius, est causa exterioris, quia effectus exterior signum est causæ interioris, vt verbum consentientis exterioris, interioris consensus est signum, sicut in pœnitentia visum est.

4. Ad illud quod obijcitur, quod non est causa secundi, dicendum quod vbi est signatio secundum institutionem, primum potest esse causa secundi: sed vbi per naturam, secundum quod est interius, est causa exterioris, quia effectus exterior signum est causæ interioris, vt verbum consentientis exterioris, interioris consensus est signum, sicut in pœnitentia visum est.

QVÆSTIO II.

An in sacramento matrimonij conseruatur gratia.

S. Tho. in Suppl. 3. p. 9. q. 4. ar. 4.

Rich. 4. Sent. d. 26. ar. 2. q. 3.

Steph. Brul. 4. Sent. d. 26. q. 5.

Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 26. q. 8.

FVNDAMENTA.

de Gen. lib. 9. c. 7. s. 8.

VIDE fit in sacramento causans, et quid causatum. Et quod hoc sacramentum aliquid efficiat, probatur: quia vt dicit Augustinus et habetur in littera, quod sanis erat ad officium, ægris est ad remediũ: sed quod nullam habet efficaciam non præstat remediũ: ergo si matrimonium præstat remediũ, aliquid efficit.

ITEM

ITEM si est sacramentum nouae legis: ergo non tantum representationem, sed etiam institutionem, et sanctificationem continet: sed sacramentum sanctificans donat gratiam: ergo et cetera.

ITEM sicut sacramentum representat ex similitudine, ita figurat ex institutione, et ita sanctificat, ex benedictione: sed in noua lege est benedictio nuptiarum: ergo videtur quod sit sanctificatio: sic et cetera.

AD OPPOSITIVM.

CONTRA: Si sacramentum aliquid efficit, efficit quod figurat: sed istud signat coniunctionem Christi, et Ecclesiae, et hanc non efficit: ergo nec aliquid aliud.

ITEM sacramentum quod dat gratiam, et habet efficaciam, ab omnibus debet accipi, qui habent morbum: sed omnes habent morbum concupiscentiae: ergo omnes debent nubere: sed bonum est homini non nubere: ergo non dat gratiam.

ITEM si dat gratiam, quaero quam. Si coniungit animam Deo, et desponsat, vel vniteriam membra ad inuicem, cum animam fieri sponsam Christi, et membra vnire sit effectus Baptismi, et Eucharistiae, videtur hoc sacramentum superfluere.

ITEM sacramentum quod dat gratiam: si vendatur, vel sub pacto pecuniae accipiatur, facit intervenire simoniam: ergo qui aliquam duceret vxorem pacto pecuniae esset simoniacus, quod falsum est.

CONCLUSIO.

Sacramentum matrimonij quantum est de ratione sacramenti est in remedium: et confert gratiam.

Opinio 1.

RESP. AD ARG. Ad hoc voluerunt aliqui dicere, quod illud sacramentum nullam dat gratiam: Et quod dicitur, quod sacramenta nouae legis dant gratiam, dicunt intelligi de his quae in noua lege sunt instituta. Nec est hoc sacramentum remedium per efficaciam, sed per indulgentiam. Et inde est quod concupiscentiam non minuit secundum habitum, minuit tamen secundum indulgentiam, et secundum actum, vt non vrat secundum quod dicitur, quod melius est nubere, quam vri. Alij dicunt, quod in sacramento matrimonij datur gratia digne, et deuote suscipientibus ratione benedictionis superaddita. Deus enim eis benedicit, ad benedictionem sacerdotis. Sed haec positio non videtur valere, quia illa benedictio est sacramentalis: et si sacramentale efficit, quanto magis sacramentum? Et ideo tertio modo dicendum, quod suscipientibus hoc sacramentum datur remedium, quantum est de ratione sacramenti, quod excusat coitum: et facit illud esse veniale, siue non esse peccatum, quod alias esset peccatum: Et hoc potest esse sine dono gratiae, et habuit hoc illud sacramentum statim post lapsum. Sed nunc tempore legis nouae non tantum praestat illud remedium, sed etiam aliquod gratiae donum digne suscipientibus, vt pote his qui ex charitatis consensu vniter ad procreandum prolem ad diuinum cultum.

1. Cor. 7. b Opinio 2.

Ratione enim expressionis consensus in indiuiduam consuetudinem vitae, et ratione benedictionis Ecclesiae, cuius est sacramenta Ecclesiae debite tractare, subleuatur anima a corruptione concupiscentiae inordinata: et datur gratia ad copulam singularem, et ad copulam vilem, et ad copulam inseparabilem. Et ex hac gratia fit remedium contra triplicem inordinationem concupiscentiae, et nascitur triplex bonum matrimonij: Concupiscentia enim inclinatur ad multas: quia luxuriosus non est vna contentus: et in matrimonio datur gratia homini, vt soli vxori velit coniungi: et ita pronitas ad multas excluditur per copulam singularem. Concupiscentia etiam inclinatur ad delectationem non ad vtilitatem: quia luxu-

Ratio et explicatio.

Gratia triplex quae datur. Triplex bonum matrimonij.

riosus non querit nisi satisfactionem appetitiuae, seu appetitus sensitiui. Datur ergo gratia in matrimonio, vt non recognoscat vxorem nisi propter prole: et ita excluditur delectatio appetitiuae per copulam vilem. Item: Concupiscentia fastidium generat post impletionem. Vnde luxuriosus postquam cognouit vnam, illam respuit, et vadit ad aliam. In matrimonio vero datur gratia, vt semper velit esse cum vna: et ita excluditur variatum concupiscentia per copulam inseparabilem. Ex copula singulari oritur bonum fidei, vt ad aliam non accedat. Ex copula vtili bonum prolis. Ex copula inseparabili bonum sacramenti.

AD illud ergo quod obijcitur, quo modo efficit quod figurat, dicendum quod figurat primo coniunctionem animarum: et hanc efficit non primo vniter, sed magis augendo, sicut confessio contritionem: et hoc iterum quodammodo efficit coniunctionem cum Deo: quia si membrum membro magis vniter, per consequens et magis vniter Christo: sicut in Eucharistia, dum membra magis vnuntur Christo, per consequens magis vnuntur ad inuicem, vnde Christo incorporantur: et sic pater differentia.

AD illud quod obijcitur, quod tunc omnes deberent accipere vxores, dicendum quod in matrimonio datur gratia ad remedium, sed in voto disponitur anima per gratiam ad perfectius remedium. Vnde quia perfectius minus perfectio est praerogandum, ideo non omnes debent nubere: sed melius faciunt, qui vo uent continentiam. Sed quia non omnes capiunt verbum, ideo vtrumque est congruum, vel bonum, et remedium voti, et religionis, vel remedium matrimonialis coniunctionis.

AD aliud patet responsio, quoniam in sacramento non fit desponsatio, sed figuratur ipsa desponsatio quae est Dei ad animam. Sed desponsatio quae fit et figuratur, est desponsatio viri, et mulieris, vbi per consequens datur gratia aliqua ad efficaciorum desponsationem, et vnionem ipsius animae: hoc tamen est ex consequenti.

AD illud quod vltimo obijcitur de simonia, dicendum quod matrimonium accipit rationem spiritualitatis, et gratiae quando consensus iungitur benedictioni, vbi explicatur significatio, et obtinetur per benedictionem sanctificatio, et ideo in benedictione sacerdotali consistit ratio spiritualis praecipue: nam matrimonium habet aliquid de contractu voluntario, et annexum temporale, vt temporale: et ideo si aliquis venderet benedictionem, esset simoniacus: qui autem consentit finaliter propter pecuniam, quamuis peccet, non tamen iudicatur simoniacus, maxime quia ipse non est sacramenti dispensator. Et praeterea, multa temporalia sunt adiuncta, vt mutua educatio, et filiorum enutritio, et alia plura, et ideo licet dotes accipere: et ideo si quis cum pactione magis dotis consentiat, simoniacus non est, quia id sacramentum, etsi aliquo modo cum aliis conueniat in praestando remedium, habet tamen carnale officium coniunctum, ratione cuius in pactione non cadit etiam in vitium simoniacum, etiam si aliquid detur, cadit tamen in peccatum, quia contra gratiam desponsatur: haec autem potuit esse ratio, quae mouit illos, qui dixerunt in hoc gratiam non dari. Sed qui recte vult respicere, et iudicare, necesse habet pretiosum a vili separare, ratione quorum diuersa habuit, sacramento continet attribueret, et sacri canones hoc inuenerunt, in quibus ab antiquo statutum fuit, vt vir cum vxore in primo die benedictionis carnaliter non coiret, ob reverentiam illius benedictionis Ecclesiae, quae tunc videtur annexa sacramento, vti que tamen fit in quantum figurat: in quantum tamen habet efficaciam, vt et ecclesiasticum spectat ad eius esse complementum: et sic patet totum.

QVA.

QUESTIO III.

CONCLUSIO.

An carnalis commixtio sit de integritate matrimonij.

Copula carnalis non est de integritate sacramenti matrimonij, quantum ad esse necessitatis, sed solum quantum ad esse completionis.

S. Th. in Suppl. 3. p. q. 42. ar. 4. Rich. 4. Sent. d. 26. art. 4. q. 3. Steph. Brul. 4. Sent. d. 26. q. 6. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 26. q. 9.

AD OPPOSITIVM.

Matt. 19. a

Est in can. cau. 7. q. 2. cap. No. 8.

FUNDAMENTA.

Gen. 2. d

De bono coniug. ca. 3. 26. 6.

ITEM carnalis commixtio sit de integritate matrimonij, quantum ad signantiam, et efficaciam. Et quod sic, videtur: quia in institutione matrimonij dicitur: Erunt duo in carne vna, et Dominus ipse repetit: Sed hoc non est ante commixtionem: ergo commixtio est de integritate.

ITEM Augustinus dicit, et habetur in littera: Non dubium est illam mulierem ad coniugium non pertinere, cum qua docetur commixtio sexuum non fuisse.

ITEM ratione videtur, quia coniugium est signum coniunctionis Christi, et Ecclesiae in conformitate naturae: sed haec solum est commixtio: ergo et cetera.

ITEM matrimonium est institutum in remedium contra concupiscentiam: sed hoc remedium habetur ab his solum, qui matrimonio sunt coniuncti: ergo hoc remedium non est per contingentiam, sed per commixtionem, quia aliter non esset magis remedium nubere, quam non nubere.

CONTRA: Quod non sit de integritate quantum ad signantiam videtur, quia perfectum matrimonium fuit inter Adam, et Eua ante cognitionem carnalem, et ante dixit: Hoc nunc os est car. quam eam cognosceret: ergo commixtio non est de integritate.

ITEM perfectum matrimonium fuit inter Mariam, et Ioseph, quia fuit ibi bonum prolis, bonum fidei, et sacramentum: et sine commixtione: ergo et cetera.

ITEM quod non sit de integritate in ratione remedij, videtur: quia Augustinus dicit, quod sanctior est copula mentium, quam corporalis: ergo maior datur ibi efficaciam contra concupiscentiam in vnione mentali, quam carnali.

ITEM in actu illo efficitur homo totus caro: ergo per oppositum cum gratia, quae est remedium contra concupiscentiam facit spiritualement, numquam datur in illo actu.

ITEM in illo actu satisfit concupiscentiae: sed dum satisfit ei, ipsa intenditur: sed quod intendit concupiscentiam, non est remedium, immo venenum: ergo carnalis commixtio non prodest, immo obest ad remedium matrimonij.

DISTINCT. XXVII.

QVID SIT MATRIMONIVM, ET QVOD illius causa efficiens est consensus.

NOTA haec aduertendum est quid sit coniugium, et quae sit efficiens causa coniugij, et quae sint bona coniugij, et quo modo per ea exferatur coitus carnalis, quae sint legitima persona ad matrimonium. Sunt alia plura in matrimonio consideranda, quae sub compendio perstringemus.

Quid

Explicatio.

RESP. AD ARG. Dicendum quod integritas rei dupliciter accipitur, videlicet, vel quantum ad esse necessitatis, vel quantum ad esse completionis, siue plenitudinis. Si loquamur quantum ad esse necessitatis, verum est quod sacramentum matrimonij esse habet sine commixtione carnis. Si autem quantum ad esse plenitudinis, sic est de eius integritate: et sic procedunt rationes ad partes oppositas. Et hoc patet sic: In matrimonio enim considerantur haec tria, scilicet signum, officium, remedium. Quantum ad significationem, dicendum quod duplex est eius significatio: significat enim coniunctionem Christi, et Ecclesiae per charitatem: et coniunctionem eorundem per naturam conformitatem. Similiter duplex est officium. Vnum enim est mutuae educationis, et fomenti: et aliud procreandae prolis. Similiter duplex est remedium. Vnum est quantum ad concupiscentiae defluxionem, vt scilicet non ad omnem mulierem intendat. Aliud quantum ad inordinationem, vt scilicet non libidine, sed amore prolis, nec sine matrimoniali affectu mulierem cognoscat. Primum igitur signatum, et primum officium, et primum remedium sunt in sacramento matrimonij quantum ad coniunctionem animarum. Secundum est solum quantum ad coniunctionem corporum. Et primum est de substantia matrimonij quantum ad esse necessarium. Secundum quantum ad esse plenum. Et sic patet responsio ad vtramque partem distinguendo perfectionem duplicem, siue duplicem integritatem sufficientiam, et plenitudinis. Et secundum hoc distinguunt Iurista: matrimonium, scilicet matrimonium ratum, et matrimonium consummatum.

AD illud ergo quod obijcitur, quod gratia non datur in illo actu: ergo non est remedium contra peccatum, dicendum quod remedium aliquod contra peccatum est dupliciter, aut quia liberat a peccato commissio: et hoc est per gratiam, quae in eo confertur, quoddam quod liberat a peccato, quod committeretur alias: et tale est matrimonium, quia multi infirmi vrerentur concupiscentia, nisi haberet vxorem, quam cognoscendo carnis aduersionem euadit: et in tali quantum ad vsum non est necesse gratiam dari, quamuis in actu illo possit homo mereri, sicut habebitur infra.

AD illud vero quod vltimo obijcitur, quod non est in remedium, immo contra, quia intendit concupiscentiam in satisfaciendo ei, dicendum quod qui cognoscit vxorem, debita concupiscentiae non satisficit, sed potius obuiat, ne vratur: et ideo non intenditur, sed remittitur in eo seruat libidinis. Sed qui cognoscit, vt delectetur, non cognoscit matrimonialiter: et talis non habet remedium, immo praestat concupiscentiae fomentum.

Quid sit coniugium.

27. q. 2. in
prin.

SVNT ergo nuptia vel matrimonium, viri mulierisq. coniunctio materialis inter legitimas personas, individuum vite consuetudinem retinens. Ad individuum consuetudinem vite pertinet, quod absque consensu alterius neuter continentiam profiteri potest, vel orationi vacare: et quod inter eos dum vivunt, vinculum coniugale permanet, ut alij se copulare non liceat: et ut inuicem alter alteri exhibeat, quod quisque sibi. Hac autem descriptione legitimorum et fidelium tantum matrimonium includitur.

De consensu qui efficit coniugium.

EFFICIENS autem causa matrimonij est consensus, non quilibet sed per verba expressus: nec de futuro, sed de presenti. Si enim consentiunt in futurum, dicentes: Accipiam te in virum: et ego in te uxorem: non est iste consensus efficax matrimonij. Item si consentiant mente, et non exprimant verbis vel alijs certis signis: nec talis consensus efficit matrimonium. Si autem verbis explicant quod tamen corde non volunt, si non sit coactio ibi vel dolus, obligatio illa verborum, quibus consentiunt dicentes: Accipio te in virum: et ego te in uxorem, matrimonium facit.

Auctoritatibus probatur, quod solus consensus facit matrimonium.

Habentur
hac 27. q. 2.
in prin.

QUOD autem consensus matrimonium faciat, subditi probatur testimonijs. **A**is enim **I**sidorus: Consensus facit matrimonium. Item **N**icolaus Papa: Sufficiat solus secundum leges eorum consensus, de quorum coniunctionibus agitur: qui solus si forte in nuptijs defuerit, cetera etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur. **I**oannes **C**hrysostomus: Matrimonium quidem non facit coitus, sed voluntas: et ideo non soluit illud separatio corporis. Item **A**mbrosius: Non defloratio virginitatis facit coniugium, sed pactio coniugalis. Ex his apparet quod consensus, id est pactio coniugalis matrimonium faciat: Et ex tunc coniugium est etiam si non praeceperit, vel secuta est copula carnalis.

Hom. 32. in
Matt. opus
imperf. in
medio.
Ambros. de
Virg. c. 5. et
6.

Quando incipiat esse coniugium.

Habentur
hac causa.
27. in prin.
lib. de vir-
ginib. ca. 5.
et 5.
Lib. 9. et 7.
cap. 7.
Libr. 1. de
nupt. et ob-
cup. sententia
cap. 1. et 7.
Mat. 12. d
Luc. 2. g

QUOD enim ab ipsa desponsatione, in qua pactio coniugalis exprimitur, coniuges sint, sanctorum testimonia probant. **A**it enim **A**mbrosius: Cum initiatur coniugium, coniugij nomen aspicitur, cum coniungitur viro, coniugium est, non cum viri admixtione cognoscitur. Item **I**sidorus: Coniuges verius appellantur a prima desponsationis fide quamnis adhuc inter eos ignoretur coniugalis concubitus. Item **A**ugustinus: Coniux vocatur ex prima desponsationis fide, quam concubitu non cognoverat nec fuerat agnitus. Nec peccarat, nec mendax manserat coniugij appellatio, ubi non fuerat, nec futura erat carnis vlla commixtio. Propter quod fidele coniugium ambo parentes Christi vocari meruerunt non solum illa mater, sed etiam ille pater eius, sicut coniux matris eius: utrumque mente, non carne. Ex his evidenter insinuat, quod ex tempore quo intercedit consensus vocalis ac maritalis (qui solus coniugium facit) veri coniuges sunt sponsus et sponsa.

Secundum quosdam non est coniugium ante carnalem copulam, sed sponsi et sponsa sunt.

QUODAM tamen asserunt verum coniugium non contrahi ante traditionem et carnalem copulam: nec vere coniuges aliquos, antequam intercedat commixtio sexus: sed a prima fide desponsationis vir sponsus, et mulier sponsa est, non coniux. Sponsos autem et sponsas coniuges frequenter appellari dicunt, non quia sint, sed quia futuri sunt, cuius rei responsum inuicem fecerunt. Et secundum hoc verba promissarum auctoritatum intelligenda fore trahunt.

Qua ratione nituntur.

QUOD vero inter sponsam et coniugem plurimum interfit, ex eo asserunt. quia licet sponsa ante carnalem copulam inconsulto vel nolente sponso monasterium eligere: qua factio sponso etiam licet aliam ducere. Coniugatus vero vel coniugata nec continentiam (nisi ex communi consensu) servare valet, nec monasterium petere, nisi uterque continentiam pariter pro-

ter profiteatur. Quod vero liceat sponsa monasterium eligere auctoritatibus sanctorum, probatur. **A**it enim **E**usebius Papa: Desponsatam puellam non licet parentibus alij viro tradere: tamen licet sibi monasterium eligere. Item **G**regorius: Decreta legalia desponsatam (si conuerti voluerit) nullo penitus consueverunt damno multari. Refert etiam **H**ieronymus, quod **M**acharius inter Christi eremitas precipuus, celebrato nuptiali conuiuio cum vespere thalamum esset ingressurus, ex urbe egrediens transmarina petijt, et eremi solitudinem sibi elegit. **B**eatus etiam **A**lexius similiter ex nuptijs diuina gratia vocatus, sponsam deseruit, et nudus Christo famulari cepit. His auctoritatibus et exemplis liquet licere sponsis sine consensu suarum sponstarum, et econuerso continentiam profiteri.

27. q. 2. De-
sponsatam.
Ibidem sta-
tim. et est
epistola 20.
lib. 6.
c. Decreta.
27. q. 2. §. 2.

Quod coniugatus, vel coniugata nequeant continentiam profiteri sine alterius consensu.

HOC autem coniugatis nullatenus licet. Non enim potest vir melioris vite propositum sumere sine uxoris consensu, et econuerso. **V**nde **G**regorius scribens Theotista patrie: Sunt qui dicunt religionis gratia coniugia debere solui. Verum sciendum est, quia etsi hoc lex humana concessit, tamen lex diuina prohibuit. Si vero utrisque conueniat continentem vitam ducere, hoc quis audeat accusare? Sic enim multos sanctorum nouimus cum suis coniugibus, et prius continentem vitam duxisse, et post ad sanctae Ecclesiae regimina migrasse. Si vero continentiam, quam vir appetit, mulier non sequitur, aut quam uxor appetit, vir recusat, coniugium diuidi non potest: quia scriptum est: Mulier potestatem suae carnis non habet, sed uir: similiter, et uir potestatem suae carnis non habet, sed mulier. **I**dem. **A**gathosa latrrix presentium, quae est uirum suum contra voluntatem suam in monasterium esse conuersum. Quapropter experientiae tuae praecipimus, ut diligenti inquisitione discutias, ne forte eius voluntate conuersus sit, vel ipsa mutare se promiserit. Et si hoc reperiueris, et illum in monasterio permanere prouideas, et hanc sicut promisit, mutare vitam compellas. Si vero nihil horum est, nec quoddam fornicationis crimen (propter quod licet uxorem dimittere) praedictam mulierem commississe cognoueris: ne illius conuersio uxoris relictae in seculo fieri possit perditionis occasio, volumus ut maritum suum illi, etiam si iam tonsuratus est, reddere debeas, omni prorsus excusatione cessante. Quia nisi fornicationis causa uirum uxorem dimittere nulla ratio concedit. Postquam enim copulatione coniugij uiri, et mulieris unum corpus efficitur, non potest ex parte conuerti, et ex parte remanere in saeculo. Item ex octauo Synodo: Si quis coniugatus conuerti ad monasterium velit, non est recipiendus, nisi prius a coniuge castimoniam profitente fuerit absolutus. Tales ergo coniuges tunc sine culpa sequuntur Christum, relicto saeculo, si habent ex pari voluntate castitatis consensum. Item: Si uir et uxor diuertere pro sola religiosa inter se consenserint, uita, do- nullatenus sine consensu Episcopi fiat: ut ab eo singulariter prouiso constituatur loco. Nam uxore nolente, vel altero illorum etiam pro tali re matrimonium non soluitur. Item **A**ugustinus: Si abstines sine uxoris voluntate, tribuis ei fornicandi licentiam: et peccatum illius tunc imputabitur abstinentiae. Item **N**icolaus Papa: Scripsit nobis **T**haberga regina, regia se uelle dignitate, vel maritali copula exui, et sola uita priuata esse contentam, desiderare. Cui scripsimus, non hoc aliter fieri posse, nisi eandem vitam uir eius **L**otharius elegerit. Ex his patet quod coniugati sine communi consensu monasterium eligere, continentiam profiteri, vel habitum religionis sumere non valent: et si fecerint, reuocari debent. Sponsi uero possunt sine communi consensu monasterium eligere. **V**nde uidetur inter sponsam, et sponsam coniugium non esse. Ideoque asserunt a prima fide desponsationis coniuges appellari, non re presentium, sed spe futurorum: quia ex fide, quam ex desponsatione sibi inuicem debent, postea efficiuntur coniuges. Praemissas autem auctoritates, quibus asseritur quod consensus matrimonium facit, ita intelligi uolunt, ut consensus, vel pactio coniugalis non ante coitum faciat matrimonium, sed in coitu. Sicut enim defloratio virginitatis non facit matrimonium, nisi praecedat pactio coniugalis: ita nec pactio coniugalis, antequam adsit copula carnalis. Ex pactio ergo coniugali sponsi et sponsa sunt ante coitum, in coitu uero efficiuntur coniuges. Facit etiam pactio coniugalis, ut que prius erat sponsa, in coitu fiat coniux.

Responso

Responsio ad prædicta, cum determinatione superiorum.

H I S autem ita respondemus: Fit aliquando desponsatio, ubi est compromissio viri et mulieris de contrahendo matrimonio: non est autem ibi consensus de presenti. Est et desponsatio habens consensum de presenti, id est pactiōnem coniugalem, quæ sola facit coniugium. In illa ergo desponsatione, ubi est pollicitatio contrahendi matrimonium, sponsi tantum et sponsa fiunt, non coniuges: et talibus sponsis licet sine communi consensu continentiam profiteri, et monasterium eligere. In ea vero desponsatione ubi est consensus de presenti, coniugium contrahitur: et ab illius desponsationis prima fide veri coniuges appellantur. Secundum hanc distinctionem desponsationis varie loquuntur doctores.

Quo modo accipiatur sponsa in subditis capitulis.

ALIQUANDO enim sponsas vocant, quæ talem habuerunt desponsationem, ubi fuit pactio coniugalis de presenti: et illæ vere coniuges sunt. Vnde Gregorius: Si quis uxorem desponsauerit vel subarrhauerit, quamquam postmodum præueniente die mortis eius nequinerit eam ducere in uxorem, tamen nulli de consanguinitate eius licet accipere eam in coniugio: et si inuentum fuerit actum, separetur omnino. Item Iulius Papa: Si quis desponsauerit uxorem vel subarrhauerit, et vel præueniente die mortis, vel irruentibus quibusdam causis eam non cognouerit, nec frater eius, nec ullus de consanguinitate eius eandem sibi tollat in uxorem ullo umquam tempore. Item Gregorius: Qui desponsatam proximi sui puellam cepit in coniugium, anathema sit ipse, et omnes consentientes ei: quia secundum legem Dei mori decernitur. Nam diuina legis mos est, sponsas appellare coniuges, *Matth. 1. d. ut in Euangelio: Accipe Mariam coniugem tuam. Et in Deuteronomio: Si quis alterius sponsam in agro, vel quolibet loco oppresserit, vel adduxerit in domum suam, moriatur, quia uxorem proximi sui violauit: non quæ iam uxor erat, sed quæ a parentibus uxor fieri debebat. Ex his colligitur quod sponsæ quedam coniuges sunt ante commixtionem sexuum. Sed forte illud mouet quod in fine capituli dicitur: Non quæ iam uxor erat, sed quæ uxor fieri debebat. Quod non ita intelligi debet, quasi uxor uere non fuerit, ex quo pactio coniugalis intercessit: sed quia nondum traducta fuerat, nec res uxoria intercesserat, scilicet concubitus coniugalis.*

Quod aliter accipitur in his alijs capitulis sponsa.

H A E C etiam sponsa est, quæ sic viro desponsata est, ut non intercesserit consensus de presenti, sed sponsio futuri. Secundum quem modum illud decretum intelligitur: Si quis sponsam filij oppresserit, et post filius eius eam duxerit, pater postea non habeat uxorem, nec mulier virum: filius qui patris facinus ignorauit, aliam ducat. Si coniux illa fuisset (quod utique foret si in sponsalibus pactio coniugalis intercessisset) non permitteretur sponso aliam ducere. Mæchis autem pœna non nubendi ex rigore infligitur, ut alij terreantur. Idem ex eodem: Quidam desponsauit uxorem et dotauit, et cum ea coire non potuit, quam clanculo frater eius corrupt et grauidam reddidit, decretum est, ut quamuis nupta non potuerit esse legitimo uiro, desponsatam tamen fratri frater habere non possit, sed mæchus et mæcha fornicationis quidem vindictam sustineant, licita uero eis coniugia non negentur. De illa desponsatione hoc intelligi debet, ubi non fuit consensus coniugalis de presenti: alioquin non liceret eis alia sortiri coniugia. Secundum hoc etiam illud intelligi debet: Statutum est a sacro Conuentu, ut si quis sponsam alterius rapuerit, publica penitentia mulctetur, et sine spe coniugij maneat. Et si ipsa eadem crimini consentiens non fuerit, licentia nubendi alteri non negetur. Apparet hanc fuisse desponsatam sine pactiōne coniugali de presenti, et ideo non fuisse coniugem: cui uiuenti sponsa alteri nubendi licentia non negatur. Sunt enim quedam nuptialia pacta de futuro, ex quibus sponsi et sponsæ uocantur, nec exinde coniuges sunt. Et est pactio quedam coniugalis de presenti, quæ sponsum et sponsam etiam coniuges facit. Et utraque pactio desponsatio uel sponsalia interdum dicuntur, proprie tamen sponsalia dicuntur quedam sollempnia pacta nuptialia.

Quare non statim tradantur sponsæ.

D E nuptialibus pactis, ubi est tantum sponsio futuri, ait Augustinus: Institutum est, ut iam pacta sponsæ non statim tradantur, ne uilem habeat maritus datam, quam suspirauit sponsus dilata.

Quæ sponsa sit uidua mortuo sponso, et quæ non.

ET est sciendum quod illa sponsa, quæ tantum in futuro est pacta, mortuo sponso non remanset uidua: quia non fuerat uir eius. Vnde si quis eam duxerit, ad sacros ordines conscendere non prohibetur: quia non duxit uiduam. Vidua enim maritus æque sicut bigamus, sacerdos fieri prohibetur. Ex tali autem copula nullus arcetur a sacris ordinibus.

Qui alterius sponsam eo mortuo ducit, ad sacros ordines accedere potest.

SECUNDO hoc intelligendum est quod ait Pelagius Papa de illo, qui mortuo sponso eius sponsam ducit in uxorem. Nihil est, inquit, quantum ad hunc articulum attinet, quod ei obuiet de canonicis institutis, quin ad sacros ordines promoueri valeat. Si uero talis sponsa fuisset, inter quam, et sponsum eius consensus de presenti intercessisset, eo mortuo uidua remansisset: cui copulatus in coniugio, ulterius ad sacros ordines non accederet, cum uiduam duxerit. Non est ergo ambigendum, quin solus de presenti consensus coniugium efficiat, et exinde veri coniuges appellentur. Ideo post talem consensum si quis alij se copulauerit, etiam si carnis commixtio illic sequatur, ad priorem copulam renouandus est.

DISTINCT. XXVII.

De matrimonio secundum causam efficientem, determinans generaliter, quod consensus sit matrimonij causa.

Post hæc aduertendum est, quid sit coniugium, et quæ sit efficiens causa.

Expositio textus.



Bæc est secunda pars, in qua agitur de causa efficiente coniugij, quæ quidem est consensus: et quoniam non omnis consensus facit coniugium, ideo primo determinat Magister in generali, quod consensus sit matrimonij causa. Secundo inquit, qualis sit ille consensus, infra: Hic quæri debet utrum consensus de futuro, et cetera. Prima pars habet duas. In prima determinat de ipso coniugio quantum ad quidditatem. In secunda uero quantum ad causalitatem, ibi: Efficiens autem causa matrimonij et cetera. In prima parte duo facit. In prima breuiter præmittit, de quibus intendit agere. In secunda diffinit coniugium, matrimoniale, et hoc ibi: Sunt ergo nuptia uel matrimonium, et cetera. et hæc sunt quasi duo præambula ad cognoscendam matrimonij causalitatem, siue originem efficientiam. Similiter secunda pars huius distinctionis, in qua agit de causa efficiente, diuiditur in quattuor partes. In prima ueritatem narrat. In secunda auctoritatibus confirmat, ibi: Quidam autem consensus matrimonium faciat, et cetera. In tertia impugnat, ibi: Quidam tamen asserunt, et cetera. In quarta obiectiones in contrarium determinat, ibi: Hæc ita respondemus et cetera. Subdiuisiones partium manifeste apparent in littera, maxime in his duabus partibus ultimis, maxime utrum ex solo consensu contrahatur insolubile vinculum: et sic tria continentur in hac distinctione, scilicet matrimonij quidditas, causalitas, et insolubilitas.

Matrimonium uiri, mulierisq. coniunctio. et cetera. Dub. I.

VIDETUR quod ista diffinitio sit falsa. Primum quia non est necesse coniuges semper simul cohabitare: ergo non est necesse ad hoc quod sit matrimonium, quod sit ibi indiuidua uitæ consuetudo. Item uidetur esse superflua, quia si est coniunctio mari-

talisis est indiuisibilis: ergo si hoc clauditur in primo membro, uidetur quod superfluat illud addere.

R e s p. Dicendum quod hic diffinitur matrimonium secundum statum perfectum, siue consummatum: ista autem diffinitio: Matrimonium est maris, et femine coniunctio maritalis, sufficiens est quantum ad esse diffiniti: et tangitur ibi genus et differentia. Sed quoniam maritalis coniunctio duo implicat in se, scilicet legitimitatem personarum, et indiuisiōnem personarum: ideo ad maiorem eruditionem superadditur aliud, scilicet, inter legitimas personas, et cetera. et non est de esse diffinitionis, sed explicatio primi membri. Posset tamen dici, quod notetur ibi quadruplex genus causæ, scilicet formalis in hoc quod dicitur: Coniunctio maritalis. Efficiens, in hoc quod dicitur, Viri, et mulieris, quæ in quantum consentiunt, se habent in ratione causæ efficientis: materialis, in hoc quod dicitur: Inter legitimas personas: finalis, in hoc quod dicitur: Indiuiduam uitæ et cetera. ubi tangitur bonum sacramenti, quod est principale matrimonij: et per hoc patet obiecta, quia non est superfluitas, nec falsitas, quia non notatur indiuisio quantum ad coniunctum, sed quantum ad sacramentum.

Si autem uerbis explicant, quod tamen corde non uolunt, si non sit coactio ibi, uel dolus, et cetera. Dub. II.

VIDETUR male dicere, quia cum impossibile sit quod aliud exprimat in corde, quam sit in ore sine dolo, uidetur Magister implicare impossibile.

R e s p. Dicendum quod dolus dupliciter potest esse, scilicet expressus exterius per sermonem, uel solummodo in corde: sicut intentio iocandi in dando baptismum potest esse dupliciter, aut ita quod tantum sit in corde, aut ita quod aliquo modo exprimat in signo exteriori: sic dolus est in corde, quando exterius facit omnino, sicut facit qui simpliciter consentit: et de hoc dolo Magister non intelligit. Alius est quando per signum exprimitur, sicut in decretali quadam de sponsalibus ponitur casus, de quodam qui cum uocaretur Ioannes, nominabat se Petrum in consentiendo dicens: Ego Petrus, uel aliquid simile: et tunc manifeste deprehenditur dolus exterius: et de tali loquitur Magister, non de dolo occulto. Istud autem uerbum intelligendum est habere ueritatem secundum iudicium in facie Ecclesiæ, non secundum ueritatem siue in foro conscientie.

Refere

Refert etiam Hieronymus, et cetera. Dub. III.

Dei ibi Magister de Machario, quod eremi solitudinem elegit: queritur ergo utrum sponsa eius fuerit soluta ab eo. Et videtur quod non, quia iuit in eremum: ergo cum non dederit potestatem suam alij: sed fuerit liberę voluntatis, potuit redire ad saculum: ergo videtur quod vxor soluta non erat. In contrarium est, quia ipse non peccabat: ergo vxori nihil subtrahebat: ergo illi licebat transire ad secunda votu.

Res p. Dicendum quod quamuis eremite obedientia non promittant: tamen quia persone sunt religiose, votum continentie annexum habent: et ratione assumptionis habitus, et more intelligitur in ipso sollempnari votum, maxime si est cum socijs, qui vouerunt castitatem, et ipse in habitus talis susceptione ad continentiam perpetuam se colligauit.

Volunt ut maritum suum illi, etiam si iam tonsuratus est, reddere debeat. Dub. IV.

Quaeritur utrum tonsuratus debeat in saculo manere: Et quod sic videtur: quia non absoluitur a voto, immo post mortem vxoris non licet contrahere, immo tenetur continere: et ideo compellendus est: ergo videtur quod non sit absolutus a voto sollempni: ergo videtur quod tenetur ferre habitum. Contra hoc est, quia esset in contumeliam vxoris: ergo si ipsa non debet puniri: patet et cetera.

Res p. Dicendum quod talis qui intravit religionem, aut intravit vxore nolente, et non consentiente: tamen in saculo existente, et contradicente: et talis non tenetur ad religionem, quia non potuit votum emittere, immo si repetat, ei reddendus est: tenetur tamen, quantum in se est, continentiam feruare: vnde cum alio non potest contrahere, quia continentiam, quantum in se est, potuit seruare, sed non religionem intrare: quia potuit non exigere, sed tenebatur reddere. Aut intrat religionem vxore volente, sed tamen in saculo remanente: et talis soluitur a viro non simpliciter, sed ad tempus, nec omnino, sed solum in quantum votum erat in preiudicium mulieris. Et hoc habetur in quadam decretali de conuersione coniugatorum ex parte, vbi scribitur, quod si aliquis venit castitatem, et habitum religionis suscepit vxore consentiente, sed postmodum in saculo ipsa remanente, et ipse remansit: illa autem mortua, ille idem postmodum cum alia contraxit: et hoc quidem non debuit fieri: vnde dicitur quod separandus est ab illa, et compellendus est religionem intrare: et ratio redditur ibi, quia vxore sua manente in saculo, religionem non potuit profiteri, ea tamen sublata de medio sine periculo salutis, votum quod fecit, non potuit vitare: et ita patet quod non tenetur ferre habitum, quamdiu vxor viuunt, tum propter scandalum, tum propter vxoris vituperium.

Vbi est sollicitatio contrahendi matrimonium, sponsi tantum et sponsa sunt. Dub. V.

Videtur sentire quod non licet sponso transire ad religionem sponsa nolente, nisi sit sponso de futuro, aliter distinctio sua ad propositum nihil videtur valere: et hoc falsum videtur, sicut habetur in libro iij. decret. de conuersione coniugatorum, vbi dicitur in illa decretali: Nullum est ceterum, quod licet alteri intrare altero inuito, et illi licet ad secunda vota transire. Et ratio ibi redditur, quia cum non fuissent ibi vna caro simul effecti, satis potest vnus ad Deum

A transire, et alter in saculo remanere. Item quod distinctio ista Magistri non soluat, videtur: quia Macharius, et Alexius vterque consentit de presenti: aliter enim non fecisset coniuia: ergo licet post contractum matrimonium sponfam dimittere. Et iterum, quod liceat nubere, habetur ex predicta decretali. Si enim ista mulier nondum est effecta vna caro, et propter hoc potest vir transire: ergo si ipsa puniri non debet, aut vir suus est sibi restituendus, aut illa potest cum alio contrahere.

Res p. Dicendum quod reuera, sicut expresse dicit decretalis illa, licet his, quae consenserunt de presenti ad religionem conuolare, et alteri licet nubere: nec est credendum quod Magister velit oppositum dicere. Aliter enim iuri canonico, et rationi contraret, nec in parte ista ei consentidum esset. Vnde distinguunt Iurisperiti matrimonium secundum triplicem differentiam. Quoddam enim initiatum, quoddam ratum, quoddam consummatum. Matrimonium initiatum in desponsatione de futuro, ratificatur in consensu de presenti, consummatum in copula carnali: et ideo praemissa auctoritates, intelligi possunt non solum de sponsa, verum etiam de coniuge. Aliquando tamen auctoritates, quae sequuntur, intelliguntur de ea, quae pure est sponsa: et propter hoc distinguit Magister duplicem modum desponsandi. Sunt tamen et alij modi, qui infra patebunt.

Cui copulatus in coniugium vltimus ad sacros ordines non accedens, cum viduam duxerit. Dub. VI.

Videtur male dicere, quia talis non diuidit carnem suam, nec vxor diuidit: ergo in nullo videtur prauidicare sacramento. Item talis mulier si ingrediatur religionem, consecratur vt virgo: si ergo mulieri nullum prauidicium generatur, videtur quod nec viro. Contrarium autem videtur dici in littera.

Res p. Dicendum quod illud quod dicit Magister, et Pelagius fuit de rigore iuris, non propter obstaculum quod fuit ex parte sacramenti directe. Vnde secundum noua iura hodie non tenetur, eo quod neuter carnem suam diuidit, et vxorem habuit virginem, quod attenditur in perfectione sacramenti. Et si tu objicias mihi de eo, qui contraxit cum aliqua virgine, et matrimonium consummavit, et post contraxit cum alia, quam tamen non cognouit, quod bigamus iudicatur, dicendum quod hoc non est propter defectum sacramenti, sed quia praesumitur contra ipsum de incontinentia: sicut diaconus, qui contraxit cum secunda in diacognatu: et intellige, contraxit de facto, quia de iure non potest, vt habetur vigesima octaua distinctione, cum opere subsecuto puniatur tamquam bigamus: cum tamen secundum non fuerit matrimonium.

ARTICVLVS I.

Ad intelligentiam praesentis distinctionis secundum tria, quae determinat Magister, tria principaliter quaeruntur. Primo quaeritur de matrimonij quidditate. Secundo de causalitate. Tertio de insolubilitate. Circa primum quaeruntur duo. Primo quaeritur quid sit coniugium genere, siue re. Secundo quid sit nomine.

QVA.

Art. II.

QUESTIO I.

An matrimonium sit maris et femina coniunctio.

5. Tho. in Suppl. 3. p. q. 44. ar. 2. Et 4. Sent. dist. 27. q. 1. art. 2. Scotus 4. Sent. dist. 27. q. 1. Richardus 4. Sent. dist. 27. q. 2. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 27. q. 1. art. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 27. q. 1. Petrus de Tarrant. 4. Sent. d. 27. q. 2.

FVNDAMENTA.

TRVM matrimonium sit maris, et feminae coniunctio, et quod sic, videtur per rationem, quam posuit Magister in littera: Matrimonium, inquit, est maris, et feminae coniunctio. Et quod ita sit, ostenditur ratione: Solo viro existente non est matrimonium: similiter sola muliere existente non est matrimonium: ergo matrimonium est in similitate, et in coniunctione vnus ad alterum.

Item nihil absolutum est vnus in duobus subiectis: sed matrimonium vnus est in viro, et in femina: ergo non dicit quid absolutum sed relatum: sed illud quodcumque sit, cum non sit disparitas, sed conformitas, non est distinctio, sed coniunctio.

Item illud ad quod consequuntur ista tria bona scilicet fides, proles, et sacramentum, est recte matrimonium: hoc autem est coniunctio maris, et feminae, vbi est fides in singularitate, proles in fecunditate, et signantia in insolubilitate: ergo, et cetera.

AD OPPOSITVM

CONTRA: Multiplicato superiori essentia multiplicatur inferius: ergo si matrimonium est coniunctio, quotiens vir et vxor coniunguntur, totiens matrimonium contrahitur: et ita inter eundem virum, et eandem mulierem erunt plura matrimonia, quod si falsum est: ergo, et cetera.

Item nullum sacramentum iteratur super eandem materiam: ergo si matrimonium est coniunctio viri cum muliere, ex quo semel coniungitur, non debet amplius coniungi cum eadem: sed hoc est falsum, et inconueniens: ergo, et cetera.

Item omne sacramentum est signum sensibile: sed nulla relatio est signum sensibile, coniunctio autem maris, et feminae est relatio: ergo coniunctio talis non est signum: ergo nec sacramentum: ergo a simplici conuersione, nullum sacramentum est coniunctio: ergo nec matrimonium.

Item si matrimonium est coniunctio, aut ergo corporum, aut animorum. Non animorum, quia tunc matrimonium esset in patria. Non corporum, quia tunc inter Mariam, et Ioseph non fuisset coniugium.

Item siue sit coniunctio corporum secundum commixtionem, siue animorum secundum consensum, contingit talem coniunctionem remoueri per modum: ergo et matrimonium solui, et destrui. Sed hoc falsum est, vt iam patebit: ergo matrimonium non est coniunctio.

CONCLUSIO.

Matrimonium essentialiter dicitur coniunctio maris, et feminae.

RESP. AD ARG. Dicendum quod matrimonium secundum genus remotum est signum: specificatio autem, vel descensus ad genus inferius accipitur secundum comparisonem ad significatum: vnde cum signatum in hoc sacramento sit coniunctio Christi, et Ecclesiae, et interior no potest melius significari, quam per coniunctionem exteriorem, sicut baptismi ablutio interior per ablutionem aquae exterioris: ideo sicut baptismus dicitur ablutio, sic matrimonium dicitur essentialiter, et secundum genus suum, S. Bon. To. 5.

A coniunctio. Et nota quod sicut in ablutione baptismi est aliquid permanens, sicut impressio characteris interior: et aliquid transiens, vt lotio exterior, et vtrumque dicitur baptismus: sic in matrimonio est aliquid permanens: et hoc est vinculum, per quod ligatur vir, et mulier, quantumcumque exterior separatur: et aliquid transiens, sicut coiuuctio primo facta per verbum exterioris, vel per exteriorē actū: et vtraque dicitur matrimonium et vtraque est coiuuctio. Et ideo recte matrimonium coiuuctio dicitur, et est, sicut rationes primae ostendunt.

Ad illud quod obijcitur, quod multotiens coniunguntur, dicendum quod quaedam coniunctio dicitur vinculi, quaedam facit vinculum, quaedam est vsus vinculi: dico ergo quod prima et secunda, quia respiciunt substantiam matrimonij, no iterantur, sed solum tertia: et ad multiplicationem illius non sequitur multiplicatio matrimonij, quoniam non est genus in essendo, sed actus in vtendo, siue vsus in agendo.

Et ex hoc patet sequens, quia non est iteratio sacramenti: et sicut frequenter manducare corpus Christi non dicit sacramenti iterationem, sed vsum: sic in proposito intelligendum est, licet non sit simile omnino, quia quod semel manducatum est, iterum manducari non potest. Sed haec mulier, quae semel cognita est, iterum cognosci potest.

Ad illud quod obijcitur, quod omne sacramentum est signum sensibile, dicendum quod sicut similitudo corporalis sensu percipitur non ratione sed ratione qualitatum, in quibus est assimilatio, quae sensu apprehenduntur: sic intelligendum est in proposito, quod quamuis coniunctio secundum se non sit perceptibilis, vt relatio: est tamen ratione eorum quae coniunguntur, vt viri et mulieris, et ratione signi, in quod vel per, quod coniunguntur.

Ad illud quod quaeritur, utrum sit corpus, an animorum, dicendum quod est corpus et animorum, quia est coniunctio ratione vtentium, et habetium sexus distinctos: illa autem coniunctio quae respicit totum coniunctum, et est matrimonium essentialiter, no est affectio animorum, vel approximatio corporum, sed quoddam vinculum obligatorium, quod non perimitur siue affectu, siue corpore separantur. Et per hoc patet responsio ad vltimum.

QUESTIO II.

An matrimonium habeat plura nomina.

5. Tho. in Suppl. 3. p. q. 44. art. 2. Rich. 4. Sent. dist. 27. q. 1. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 27. q. 2. Petrus de Tarrant. 4. Sent. dist. 27. q. 2.



VID sit matrimonium nomine: et quod fundamenta matrimonium debeat hoc vinculum appellari, ostenditur. Primo per iura canonica, et ciuilia, quae sic appellant, et Magister sic in littera appellat, et multiplex ad hoc potest adduci auctoritas. Vnde Augustinus contra Faustum: Matrimonium ob hoc dictum est, quod non ob aliud debeat femina nubere, nisi ad hoc vt mater fiat.

Item ratione videtur, quia in alijs sacramentis denominatio fit a materia vel a materiali principio: sicut patet, quod baptismus lauacrum dicitur ab aqua lauante, magis quam a verbo: sed in coniunctione maris, et feminae, femina est per modum materiae: ergo videtur quod per illam debeat denominatio fieri. Item quando relatio vel comparatio est inter extrema aliqua, si recte denominatur, ab eo debet denominari, in quo maior est dependentia: sed mulier magis indiget viro coniungi, quam e conuerso: ergo talis coniunctio potius debet denominari a muliere, quam a viro. I I I T E M

ITEM relatio æquiparantiæ potissime ei appropriatur, in quo est consummatio illius: sicut æqualitas, et similitudo filio appropriatur, pro eo quod dat præintelligere principium a quo, patri autem vnitas appropriatur: ergo si vir primo creatus est vnicus, et post mulier facta, vt ei coniungeretur in adiutorium, et hoc per matrimonium: ergo hoc vinculum debet appellari matrimonium.

AD OPPOSITIVM.

1. CONTRA: In omnibus denominatio debet fieri a digniori: sed in coniunctione carnali, siue matrimoniali dignius extremum est vir quam mulier, quoniam caput mulieris est vir: ergo, et cetera.

2. ITEM quæro, secundum quod genus causæ sit ista denominatio. Si secundum genus causæ finalis: sed mulier propter virum facta est, non vir, propter mulierem: ergo potius debet denominari a patre. Si secundum genus causæ efficientis: sed efficiens est actuum principium, et principium actuum in coniunctione maris, et feminae est vir: ergo potius debet denominari a viro. Si secundum causam materialem: sed non vir ex muliere, sed mulier ex cocta viri. Si secundum causam formalem: cum magis teneat rationem formæ vir, sicut dicit Philosophus, quod materia appetit formam, sicut femina virum, videtur quod a viro debeat denominari.

x. Phys. 128. 21.

3. ITEM coniunctio maris, et feminae est relatio æquiparantiæ, sed relatio talis respicit vtrumque extremum æqualiter, et talis relatio non magis denominatur ab vno, quam altero: ergo non magis a matre, quam a patre.

4. ITEM denominatio rei debet fieri ab eo, quod accidit, et abesse potest: sed vinculo tali, siue sacramento frequenter deest proles: ergo et maternitas: ergo cum falso talis mulier dicatur mater, falso tale vinculum dicitur matrimonium.

CONCLUSIO.

Matrimonium plures habet etymologias, quarum posterior est quod dicitur matris munium, cum maxime ei incumbat concipere, portare, parere, nutrire, et compati.

RESP. AD ARG. Dicendum quod aliqui voluerunt dicere quod illud vinculum, siue coniunctio non denominatur a patre nec a matre: sed cum sit vinculum vnum denominatur ab vtroque in quantum vniuntur: et quoniam pater et mater, siue vir et mulier vniuntur, vt sint vna materia proles, ideo hoc sacramentum matrimonium appellatur, non a matre, sed a materia, et a monos, quod est vnum: inde matrimonium quasi vnus materia. Sed licet illud videatur probabiliter dici, tamen est contra Isidorum in ix. lib. etym. cap. vlt. vbi dicit, quod matrimonium dicitur a matre: vnde matrona dicitur, quæ iam nupsit, et est dicta matrona quasi mater nati. Vnde sicut ibi colligitur, hoc sacramentum appellatur coniugium, appellatur, et nuptiæ, appellatur et matrimonium. Et hanc triplicem denominationem habet secundum triplicem comparationem, siue considerationem. Potest enim considerari secundum illud quod est: et sic dicitur coniugium, quasi commune iugum, quia mutuum est vinculum, et mutua potestas; et hoc dicit Isidorus ix. etymol. Aut secundum signum in quo apparet: et sic dicitur nuptiæ, quasi a nubibus, quia nubentes operiri solebant, et eorum capita velabantur: vnde et nomen translatum est. Aut secundum fructum ad quem perducit: et quoniam perducit ad bonum proles, ideo matrimonium appellatur. Magis autem bonum proles per matris nomen datur intelligi, quia mulier propter procreationem liberorum facta est in adiutorium viri: et quia in procreatione proles magis incumbit sibi labor. Vnde nota, quod matrimonium quattuor habet etymologias secundum nomen matris. Vno modo dicitur matrimonium, quia matris mo-

Opinio propria. Appellatio triplex.

Matrimonij etymologia quadruplex.

nos, id est lex: quia vt dicit Augustinus contra Faustum: Lib. 16. cap. 26. et c. Ad hoc debet femina nubere, et cetera. Secundo modo quia matrem monet, vt seruet sædas cõtra luxuriam.

Contra quod dicitur: Reliquit ducem pubertatis, et pacti Dei sui, et cetera. Tertio modo quia matrem in vita defendit, tum per virum, tum per prolem, quia mulier indiget defensore: Defendite viduam. Quarto, matrimonium dicitur matris munium, id est matris officium, pro eo quod proles enutritio, et acquisitio maxime spectat ad mulierem in concipiendo, in portando, in pariendo, in nutriendo, et in compatiendo: vnde sicut possessio dicitur patrimonium, quia paterna sollicitudine acquiritur: sic proles acquisitio matrimonium est: hæc est potissima inter omnes etymologias.

1. 2. AD illud ergo quod obijcitur, quod a digniori debet fieri denominatio, dicendum quod denominatio est a fructu ventris: et ita a digniori. Vnde non fit denominatio a muliere secundum quod mulier, sed secundum quod mater: et per hoc patet sequens, a quo genere causæ sumitur, quia a causâ finali, a qua maxime debent sacramenta denominari.

3. AD illud quod obijcitur de relatione æquiparantiæ, dicendum quod istud vinculum in se consideratum æqualiter respicit vtrumque extremum, sed re larum ad effectum non: et hic fit denominatio per comparisonem ad effectum.

4. AD illud quod obijcitur, quod non semper habent prolem, dicendum quod non fit denominatio ab euentu, sed ab intentione, propter quam principaliter institutum fuit sacramentum: ideo ibi non est falsitas, nec vanitas.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER de secundo articulo scilicet de causalitate matrimonij. Et circa hoc duo quaeruntur. Primo quaeritur, vtrum consensus sit causa matrimonij. Secundo quaeritur, vtrum solus consensus vocalis faciat matrimonium.

QVÆSTIO I.

An consensus sit causa matrimonij.

S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 45. art. 1. Et 4. Sent. d. 27. q. 1. art. 2. q. 1. Richard. 4. Sent. dist. 27. q. 2. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 27. q. 1. art. 2. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 27. q. 3. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 27. q. 3.

QVOD consensus sit causa matrimonij quantum ad primum genus causæ, ostenditur per Chrysostrum qui dicit, quod matrimonium non facit coitus, sed voluntas.

ITEM Ambrosius: Non defloratio virginitatis facit coniugium, sed pacto coniugalis.

ITEM exemplo probatur, quia inter Mariam, et Ioseph fuit matrimonium, et tamen non interuenit nisi consensus.

ITEM ratione probatur, quia maioris libertatis est pacto coniugalis, quam seruitutis: sed solo consensu aliquis facit se seruum: ergo solo consensu potest fieri alterius coniux.

1. CONTRA: Nihil est causa efficiens sui ipsius: sed matrimonium non est aliud quam consensus, quia ille est signum coniunctionis Christi, et Ecclesiæ: ergo consensus non est causa efficiens matrimonij.

2. ITEM si propositum est causa propositi, et oppositum oppositi: ergo si consensus est causa matrimonij constitutus, dissensus est destruens: sed matrimonium non destruitur per dissensum hominum: ergo nec per consensum constituitur.

AD OPPOSITIVM Ex 2. de nisi ma cont. 47 et ex B. An gust. 1. deo Trin. c. 1.

3. ITEM

3. ITEM multiplicata causa multiplicatur effectus: ergo si consensus est causa, et duo sunt consensus: ergo videtur quod duo sunt matrimonia inter virum, et mulierem: sed non sunt duo matrimonia: ergo, et cetera.

4. ITEM si duo consensus faciunt matrimonium, necesse est vniri: sed tunc vniuntur quando sunt in idem: sed in matrimonio non vniuntur in vnum, quia consensus viri est in mulierem, consensus mulieris in virum: ergo diuersi: non ergo, et cetera.

CONCLUSIO.

Causa efficiens matrimonij remota est diuina institutio, proxima vero est humana pactio et consensus duorum, videlicet maris et femina.

RESP. AD ARG. Dicendum quod sicut baptismus dupliciter dicitur. Vno modo prout comprehendit exteriorem abluentionem, et interiorem characteris impressionem: alio modo pro interiori characteris impressionem: sic matrimonium vno modo comprehendit vinculum, et exterius signum, et sic matrimonium est consensus expressus, non eius effectus: alio modo prout stat pro vinculo interiori. Huiusmodi autem vinculum habet causam primam, et habet causam proximam. Prima est diuina institutio: proxima est humana pactio, quæ est conuenientia consensuum duorum, scilicet maris, et feminae.

1. ET ideo dico quod consensus est causa matrimonij, sed non tota, immo cum institutione diuina consensus non alterius tantum, sed vtriusque personæ: Et per hoc patet primum argumentum.

2. 3. AD illud quod obijcitur, quod oppositum est causa oppositi, et cetera. dicendum quod est causa efficiens, et conseruans: et est causa efficiens solum, non conseruans: sicut patet, quia sol est causa luminis primo modo, cultellus causa vulneris secundo modo: sic matrimonium habet causam efficiensem consensum, sed non conseruantem. Est ergo consensus causa vt matrimonium fiat, non vt permaneat. Similiter oppositum, dissensus non est causa dissoluens factum, sed impediens ne fiat.

4. AD illud quod obijcitur, quod non vniuntur, dicendum quod est vniri et in obiecto et in subiecto, et est vniri in effectu. Dico ergo quod quamuis duo consensus non vniantur in subiecto, nec in obiecto, vniuntur tamen in effectu, qui surgit ex illo mutuo consensu: dum enim hæc vult illum in virum, vult esse eius vxor: et dum ille hanc in vxorem ducit, efficitur vir eius. Et si tu obijcias, quod non vniuntur in effectu, nisi etiam vniantur in obiecto: dico quod vniuntur in effectu secundario, et in obiecto secundario.

QVÆSTIO II.

An ad contrahendum matrimonium sufficiat consensus mentalis.

S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 45. art. 5. Richardus 4. Sent. dist. 27. q. 3. Steph. Brul. 4. Sent. d. 27. q. 4. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 27. q. 4.

AD OPPOSITIVM

TRVM ad contrahendum matrimonium sufficiat consensus vocalis absque mentali. Et quod sic, videtur. Primo per illud quod in littera dicit Magister: Si verbis explicat quod tamen corde non volunt, obligatio illa verborum quibus consentiunt, dicentes: Accipio te in virum, matrimonium facit.

S. Bon. To. 5.

2. ITEM hoc ostenditur ratione in simili, scilicet in iuramento, quia quacumque arte verborum quis iuret, in ea significatione Deus accipit, in qua ille accipit cui iuratur, sicut dicit Isidorus: ergo in matrimonio similiter videtur, quod Deus accipiat in illa intentione, in qua accipit coniux: ergo si coniux credit per verba illa ipsum vere consentire, talis consensus facit matrimonium: et sic, et cetera.

3. ITEM Ecclesia iudicat matrimonium esse quodcumque aliquis contrahit cum aliqua per verba de presenti in publico: et si dicat se non intendisse, nihilominus sententiat ipsum debere reddere, quod exigit ius matrimonij: ergo si Ecclesia recte iudicat, et non credit illi, et credendum sit homini ferenti testimonium contra se: sine consensu cordis, solo consensu exteriori est matrimonium.

4. ITEM hoc pro regula in canone habetur xxx. q. j. c. Dictum est, quod fraus et dolus nemini debent patrocinari. Si ergo iste dolose agit in consentiendo ore, non corde, non debet sibi dolus eius suffragari: ergo ita obligat, sicut si corde, et ore consentiret.

5. ITEM hoc videtur ratione deducendo ad inconueniens. Si enim requiritur interior consensus, cum nemo de illo sit certus, nec esse possit, nemo scit vtrum matrimonium contraxit: ergo quotiescumque debirum petit, vel reddit, discrimini se committit.

6. ITEM esto quod quis contrahat cum duobus per verba de presenti, primo cum vna, et postea cum alia, et nescit quæ istarum interius consenserit: ergo nescit quæ sit vxor eius vera: sed tenetur vxori veræ debitum reddere: ergo videtur talis perplexus esse.

CONTRA: Innocentius in quadam decretali de sponsalibus lib. 3. respondens cuidam casui in hac materia, vbi defuit interior consensus, et vir mutauit sibi nomen, dicit quod non est matrimonium. Et ratio, quam assignat in fine, his verbis continetur: quia dolus affuit, et defuit omnino consensus, sine quo nequeunt cetera scædas perficere coniugale.

ITEM in alia decretali proxima ante illam dicit: Pueri ante annos legitimos per verba sola non contrahunt, cum intelligantur minime consentire.

ITEM hoc ratione videtur, quia in alijs sacramentis sicut in baptismo, ad hoc quod sit sacramentum, necessario requiritur intentio dispensantis, sicut supra ostensum est in baptismo de his, qui ioculariter baptizant: ergo pari, immo multo fortiori ratione in matrimonio, cum ad hoc sacramentum requiratur consensus maxime libertatis.

ITEM quodcumque in sacramento deficit illud, quod tenet rationem medij inter rem, et signum, nihil factum est: vtputa, si in baptismo non imprimatur character, et in Eucharistia non sit verum corpus Christi: sed in hoc sacramento locum medij tenet consensus animorum: ergo quando ille deficit, irritum est matrimonium.

ITEM quantumcumque aliquid constat ex aliquo tamquam formali, et ex aliquo tamquam materiali: quodcumque deficiat, et ipsum deficiat: sed sacramentum matrimonij est tale: ergo cum solus consensus animorum sit dispositio, et forma verborum sit complementum, quodcumque deficiat, non erit sacramentum: ergo, et cetera.

CONCLUSIO.

Matrimonium verum non est in foro Dei, ubi est tantum exterior, et non interior consensus, licet in foro Ecclesia esse aliquando possit.

RESP. AD ARG. Dicendum quod est loqui de matrimonio dupliciter. Aut in foro, seu facie Ecclesiæ, aut in foro conscientie secundum duplex forum, scilicet iudiciale, et pœnitentiale: et secundum hoc est dupliciter iudicare: quia in foro iudiciali

11 2 iudica-

FVNDA-MENTA.

Q V Æ S T I O I.

An matrimonium consummatum sit insolubile.

S.Tho. in Suppl. 3. p. q. 46. ar. 2. Richardus 4. Sent. dist. 27. art. 2. q. 2. Franc. de Mayr. 4. Sent. d. 27. q. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 27. q. 5. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 27. q. 9.

iudicatur secundum allegata, in foro pœnitentiæ se- cundum veritatem, et conscientiam. Si ergo in foro pœnitentiæ loquamur, quia hoc est iudicium secundum veritatem, et in conspectu Dei, dicendum quod sicut dicunt Doctores nostri, nec est matrimonium, nec matrimonium iudicandum. Et cum huius sit multiplex ratio, hæc tamen est præcipua: quia in omnibus sacramentis requiritur intentio voluntaria faciendi, quod facit Ecclesia: quia ergo talis secundum veritatem non intendebat contrahere matrimonium, non fuit, nec est sacramentum. Si autem loquamur in foro iudiciali, ubi secundum allegata oportet iudicari: si probari potest consensus per verba exteriora, in quibus non apparuit evidens dolus, matrimonium iudicatur: sed tamen Ecclesia decipitur. Sed non est deceptio contra iustitiam, quia non est ibi ignorantia iuris, sed facti: ergo si sit consensus exterior sine exteriori, non est matrimonium secundum veritatem, nec secundum diuinum iudicium, nec secundum conscientiam forum: quamuis esse videatur, et iudicetur secundum iudicium Ecclesiasticum.

1. Ad illud quod primo obijcitur de Magistro, patet responsio, quoniam loquitur secundum forum Ecclesiasticum.

2. Ad illud quod obijcitur de iuramento, similiter potest dici, quod secundum iudicium Ecclesiasticum vel humanum obligatur, si tamen dicitur obligari secundum Deum, hoc est propter hoc quod Deus talem reputat dignum pœna perituri: sicut et illum, qui iuramentum non implet, et hoc propter suam fraudem.

3. Ad illud quod obijcitur de iudicio Ecclesiæ, dicendum quod Ecclesia fallitur: et quamuis contingat ipsum seduci a veritate rei, non tamen recedit a veritate iustitiæ: quia debet iudicare secundum allegata. Et si tu obijcias mihi, quod in foro iudiciali contra seipsum allegat, et vnicique credendum est ferenti testimonium contra se, dicendum quod quia Ecclesia habet testimonium in contrarium, et quia etiam tale testimonium certitudinis est in præiudicium causæ matrimonialis, quæ maxime fauorabilis est: ideo talis viri testimonium non auditur, tamen in foro pœnitentiæ, siue conscientiæ creditur homini consentienti suam turpitudinem, quia nihil ibi dicendum est, nisi turpitudinem.

4. Ad illud quod obijcitur, quod fraus non debet alicui patrocinari, dicendum quod duo sunt ibi, scilicet, verbi dolositas siue falsitas, et vera carentia consensus. Verbi dolositas non patrocinatur, immo obest in omni foro, siue iudiciali, siue pœnitentiæ, quia vtrobique vel punitur, vel pro obligatione reputatur. Sed vera carentia hæc est, quæ suffragatur in conspectu Dei, vt verum matrimonium non sit.

5. 6. Ad illud quod nemo scit vtrum interius consentiat, dicendum quod quia de quolibet præsumendum est bonum, nisi manifestus dolus appareat: ideo de quolibet præsumendum est, quod corde consentiat si ore exprimat, nec est aliud credendum: etsi non sit ita ignorantia facti in altera persona, quæ ignorat, coitus excusatur, sicut Iacob excusatur in hoc, quod cognouit Liam, quia credebatur cognoscere suam Rachelem. Nec committit se discrimini, nec perplexitati. Quia enim prima credi debet consentisse: ideo ei adhærendum est, et debitum reddendum: et sic patet totum.

ARTICVLVS III.

CONSEQUENTER quantum ad tertium articulum quæritur de insolubilitate matrimonij: et de hoc duo quærentur. Primo quæritur de insolubilitate quantum ad matrimonium consummatum. Secundo quantum ad matrimonium ratum.

Genes. 29. f

Q V Æ S T I O I. An matrimonium consummatum sit insolubile. V D D tale matrimonium sit insolubile ostenditur per verbum Domini: Quod Deus coniunxit, homo non separat: ergo tales quia Deo sunt coniuncti, sunt inseparabiles: quia Deus nullos separat.

I T E M quæcumque sunt separabilia, plura sunt: sed Dominus dicit, quod vir et mulier non sunt duo, sed vna caro: ergo non sunt separabiles.

I T E M hoc ipsum ostenditur per diffinitionem matrimonij, quam ponit Magister in littera, indiuiduam vitæ consuetudinem retinens.

I T E M hoc matrimonium est signum vnionis Christi, et Ecclesiæ secundum conformitatem naturæ: sed illa vnio est inseparabilis: ergo, et cetera.

1. CONTRA: Omne vinculum iterabile est dissolubile: sed matrimonium est vinculum iterabile, quia possunt esse secundæ nuptiæ: ergo est dissolubile.

2. I T E M omne sacramentum perpetuum imprimat signaculum in subiecto perpetuo: sed matrimonium nihil imprimat in animam: ergo, et cetera.

3. I T E M omnis effectus, cuius causa est dissolubilis, ipse est dissolubilis: sed causa matrimonij est mutui consensus, et ille est dissolubilis: ergo, et cetera. Prima pars patet per illud Chrysostomi, quod eisdem causis, quibus vnumquodque constituitur, per easdem destruitur.

4. I T E M vir tenetur vxori ex vinculo matrimonij reddere debitum: sed ex mutuo consensu possunt se perpetuo absoluere: ergo similiter ex mutuo consensu matrimonium diuidere. Similiter ex lege matrimonij tenentur in simul cohabitare, et possunt diuersas religiones ex communi consensu intrare: ergo, et cetera.

C O N C L V S I O.

Matrimonium est indissolubile extremis manentibus, quod prouenit dispositione a significatione, effectiue autem ab institutione diuina.

R E S P. A D A R G. Dicendum quod matrimonium est insolubile extremis manentibus, sed ipsis corruptis vel eorum altero, soluitur, quia non manet ligatio, nisi etiam maneat quæ ligantur. Extrema autem sunt destructibilia, quia sunt extrema ratione sexuum, non aliorum: et quia sexus respicit dispositionem a parte corporis, et ita vitam corporalem: dico quod recte matrimonium dicitur vinculum indissolubile, sed non perpetuum.

1. 2. E T per hoc patet responsio ad duo prima: obijciunt enim ac si vinculum esset perpetuum. Ratio autem huius insolubilitatis dispositiue venit ab eius significatione, quia significat vnionem indissolubilem, scilicet Christi, et Ecclesiæ secundum conformitatem naturæ, sed effectiue venit ab institutione: quia sic Deus instituit, vt amplius non soluantur dum viuunt.

3. E T per hoc patet responsio ad illud de consensu, quia non est tota causa matrimonij. Vnde si esset tota causa, bene obijceret: sed vltimus est ibi diuina institutio.

tutio. Verumtamen illud non bene soluit, pro eo quod si duæ causæ concurrunt ad eundem effectum, altera destructa, non manet effectus: et ideo si ad matrimonium cum institutione diuina concurrat consensus, videtur, et cetera. dicendum ergo, quod est causa introducens tantum, et introducens et conseruans. Quando ergo dicitur, quod si destruitur causa, et effectus, verum est de conseruante, non autem est verum de introducente tantum: Consensus vero vinculum illud introducit, non conseruat: et ideo ipso desinente non definit: et ideo patet illud.

4. A D illud quod obijcitur de redditione debiti, et cohabitatione, dicendum quod illud est in potestate congregatorum, quia vterque habet potestatem super corpus alterius: et quoniam vterque potest iuri suo renunciare, inde est quod cohabitatio, et debiti solutio potest diuidi: non sic vinculum, quod Deus instituit, quod tenet rationem sacramenti.

Q V Æ S T I O II.

An matrimonium animorum sit insolubile.

S.Tho. in Suppl. 3. p. q. 45. ar. 2. Richardus 4. Sent. dist. 27. art. 2. q. 2. et 3. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 27. q. 6. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 27. q. 10.

FVNDAMENTA.

INsolubilitate illius matrimonij, quod solum est in coniunctione animorum. Et quod tale matrimonium sit insolubile ostenditur: quia determinatum est in iure, quod si quis per verba de præsentia consentiat in aliquam, et post in aliam consentit, et carnaliter cognoscit, quod ad primam reuocandus est: ergo primum vinculum fuit insolubile, cum non soluitur per matrimonium consummatum.

I T E M hoc ipsum ostenditur per diffinitionem matrimonij prædictam. Si tamen dicas quod ei non conuenit, obijcitur per Hugonem, qui ita diffinit matrimonium: Matrimonium est maris, et femine legitimus consensus indiuiduam vitæ consuetudinem retinens.

Matt. 19. I T E M quod Dominus dixit: Quos Deus coniunxit, homo non separat, aut intelligitur quo ad coniunctionem animorum, aut corporum. Quia animorum videtur, quia illa copula est sanctior: ergo si de illa intelligit, videtur quod quo ad illam sit inseparabile.

I T E M matrimonium significat quantum ad coniunctionem animorum coniunctionem Dei, et Ecclesiæ: sed Ecclesia semel Christo desponsata nunquam separatur, nec separabitur: ergo nec illud matrimonium.

I T E M cum vir consentit in mulierem, transfert potestatem sui corporis in potestatem mulieris, quia tunc ei alligatur: ergo si non habet potestatem sui corporis, nec intare religionem, nec alij potest se copulare.

A D O P P O S I T V M. 1. CONTRA: Hieronymus dicit, quod Dominus Ioannem vocauit de nuptijs: ergo soluit eum ab vxore: sed non soluisset nisi fuisset ligatus vinculo in-

dissolubili: ergo, et cetera.

2. I T E M sacri canones ante commixtionem carnalem dant liberam potestatem alteri ingredi religionem, et alteri nubendi post eius ingressum, sicut patet per multa quæ habentur in littera: sed non possent nubere, nisi vinculum esset solutum: ergo, et cetera.

3. I T E M anima nunquam in hac vita sic Deo coniungitur, quin possit ab eo separari: ergo nec sponsus coniungitur inseparabiliter sponsæ ante copulam carnalem.

4. I V X T A hoc quæritur si statim post ingressum in religionem est solutum tale vinculum. Et quod sic videtur, quia alioquin mulier damnum sustineret: quia esset alligata, et vir non esset alligatus, quod non est conueniens, quia ad paria iudicantur. Si autem statim soluitur: sed possibile est ipsum egredi religionem: ergo potest nubere, esto quod vxor alteri nupserit, quod est contra canones. Propter hoc quæritur quando soluitur, et quare soluitur per vinculum voti, non per vinculum matrimonij maioris.

C O N C L V S I O.

Matrimonium, quod tantum est in coniunctione animorum, est insolubile suo modo, cum non ab homine, sed a Deo per sollempne votum continentie separatur.

R E S P. A D A R G. Dicendum quod insolubilitas consequitur matrimonium non tantum consummatum, sed etiam ratum: et propter hoc etiam ratum est, quia quamdam insolubilitatem licet minore, quam matrimonium consummatum habet: habet tamen sibi competentem, sicut et illud. Sicut enim vinculum matrimonij consummati est insolubile, videntibus extremis vita corporali, nec soluitur nisi morte corporali: sic nec matrimonium, in quo est coniunctio mentium, et animorum potest solui, nisi homo moriatur spiritualiter huic mundo, siue operi carnis: et hoc fit intrando religionem, et emittendo votum castitatis sollempne. Ex tunc enim soluitur tale matrimonium, ex quo spiritualiter moritur: et hoc probatur per illam decretalem Innocentii de conuersione coniugatorum: Ex parte tua.

1. 2. C o n c e d e n d u m est igitur matrimonium illud esse insolubile suo modo, cum sit sacramentum, nec separatur ab homine, sed a Deo cui sollempne votum continentie promittitur. Et ex hoc patent obiecta præter vltima duo.

3. A D illud quod obijcitur de translatione potestatis, dicendum quod potestas corporis non simpliciter transfertur in matrimonio rato, sed sub conditione vtriusque, scilicet statu, et vita manente. Vnde dico, quod si vxor peteret sibi statim debitum, non teneretur reddere, nec Ecclesia cogeret, quod statim redderet: sed saltem dat inducias vsque ad duos menses, vltra quod tempus tenetur aut mulieri debitum reddere, aut ad vitam aliam se transferre: tunc ergo est vinculum solutum, cum homo ad vitam aliam est ingressibiliter translatus: et ideo dicitur mortuum.

4. E T ex hoc patet illud, quod vltimo quæritur, quando scilicet soluitur vinculum, videlicet quando ligatur vt non possit redire ad sæculum: et si vxor infret, necesse habet vnum sibi de duobus eligere infra duos menses secundum canones: et per hoc patet totum.

C O N S E N S V S D E F U T V R O E T I A M C V M

iuramento coniugium non facit, et in quam rem sit ille consensus matrimonium efficiens.



HIC queri debet: Vtrum consensus de futuro, addito etiam iuramento, coniugium efficiat: ut si quis promittat vel etiam iuret alicui se usque ad tempus placitum illam ducturum, et illa promittat vel iuret se illi nupturam: numquid talis sponsio eos coniuges facit? Si mutato proposito aliter vel uterque ad alienam copulam transit, numquid ob priorem sponsonem iuramento subnixam secunda federationis pactum scinditur? Considera quia longe aliud est promittere, et aliud facere. Qui promittit, nondum facit. Qui ergo promittit se in uxorem ducturum aliquam, nondum eam duxit in uxorem: et que spondit se nupturam, nondum nupsit. Quo modo ergo appellari coniuges possunt, qui nondum contrahunt, sed in futuro se contracturos iurando promittunt? Item: Si ex vi iuramenti ad futurum pertinentis mox efficiuntur coniuges: cur iurant in futuro se facturos quod in presenti efficiunt? Item: Si ex quo iurant, mox efficiuntur coniuges: tunc rem hanc efficiunt, quando iurant se facturos. Ideo dico quod coniugium tunc non fuit, sed futurum promittitur. Si vero ille post uxorem duxit, et illa marito nupsit, coniugium utrinque fuit, et non potest dissolui. Præcedens ergo mendacium vel periurium penitentia est corrigendum, sed coniugium sequens non est dissoluendum. Non autem sic est; quando iuramentum coniugij presentis consensus attestacione firmatur: quia post talem consensum si quis alij se copulauerit, etiam si prolem procreauerit, et irritum debet fieri, et ipse ad priorem copulam reuocari.

Quæ videntur obuiare præmissis.

In aut. qui bus monac. off. leg. S. pen. col. 6. et allegatur 30. q. 5. c. 30. q. 5. c. 1.

P R A E M I S S A E autem sententia videtur obuiare illud quod leges tradunt. Si quis iuris diuinis scripturis iurauerit mulieri se eam legitimam uxorem habiturum, vel etiam si in oratorio tale sacramentum dederit, sit illi legitima uxor, quamuis nulla dos, nulla alia scriptura interposita sit. Sed hic ostenditur quid fieri vel esse debeat, non quid tunc fiat. Non enim per illud iuramentum tunc fit uxor, sed fieri debet: quia iuratum est. Potest et de illo iuramento hoc dictum intelligi, ubi de presenti consentiunt, ac se inuicem suscipiunt. Illi etiam sententia, qua dictum est solum consensum facere coniugium, videtur obuiare quod Euaristus Papa ait: aliter legitimam non fit coniugium, nisi ab his, qui super feminam dominationem habere videntur, et a quibus custoditur, uxor petatur, et a parentibus sponsetur, et legibus dotetur, & a sacerdote, ut mos est, benedicatur, et a paranympis custodiatur, ac sollempniter accipiat. Item: Ita legitima sciote esse conuubia, aliter vero presumpcia: non coniugia, sed adulteria, vel fornicationes sunt, nisi uoluntas propria suffragata fuerit, et vota succurrerint legitima. Hoc autem non ita intelligendum est, tamquam sine enumeratis non possit esse legitimum coniugium: sed quia sine illis non habet decorem, et honestatem debitam. In huius enim sacramenti celebratione, sicut in alijs, quedam sunt pertinentia ad substantiam sacramenti, ut consensus de presenti, qui solus sufficit ad contrahendum matrimonium: quedam vero pertinentia ad decorem & sollempnitatem sacramenti, ut parentum traditio, sacerdotum benedictio, & huiusmodi: sine quibus legitime fit coniugium, quantum ad uirtutem, non quantum ad honestatem sacramenti. Sine his ergo non quasi legitime coniuges, sed quasi adulteri uel fornicatores conueniunt, ut illi qui clanculo nubunt, et utique fornicatores essent, nisi eis suffragaretur uoluntas uerbis expressa de presenti, que legitimum inter eos facit matrimonium. Nam et consensus occultus de presenti per uerba expressus, coniugium facit, licet non sit ibi honestus contractus: sed matrimonium non sanxit consensus, qui in occulto fuit. Si enim alter alterum dimiserit, non cogitur iudicio Ecclesie redire, & commanere quasi cum coniuge: quia non potest probari testibus contractus, qui in occulto est factus. Quod si ipsi qui in occulto sibi consenserunt, eundem consensum uoluntarie in manifesto profiteantur, tunc utrique propria uoluntas suffragatur, et legitima uocata succurrunt ad sancendum coniugium, quod prius occulte fuerat contractum. Voluntas ergo uerbis expressa in occulto ad hoc suffragatur, ut fiat coniugium: manifeste uero expressa suffragatur, ut sanciat et roboret, ac liberum sit Ecclesie de hoc iudicare, si expedierit.

Ibid.

Solutio.

De

De qua re sit consensus ille: an de carnali copula, an de cohabitatione, an de alio.

HIC queritur: Cum consensus de presenti matrimonium faciat, cuius rei consensus sit ille: An carnalis copula, an cohabitationis, an utriusque. Si cohabitationis consensus matrimonium facit, tunc frater cum sorore, pater cum filia potest contrahere matrimonium. Si carnalis copule: tunc inter Mariam et Ioseph non fuit coniugium. Proposuerat enim Maria in uirginitate manere, nisi Deus aliter facere inberet, secundum quod uidetur angelo dixisse: Quo modo fiet istud, quoniam uirum non cognosco? id est, me non cognituram proposui. Neque enim quia uirum tunc non cognoscebat, necesse erat inquiri quo modo posset habere filium: sed quia se numquam cognituram proposuerat. Dicit enim Beda, quod in uirginitate manere disposuerat. Si ergo contra suum propositum post consensum in carnalem copulam, uidetur facta uoti rea mente, etsi non opere violata. Dicamus ergo quod consensus cohabitationis, uel carnalis copule non facit coniugium, sed consensus coniugalis societatis, uerbis secundum presens tempus expressis: ut cum uir dicit: Ego accipio te in meam, non dominam, non ancillam, sed coniugem. Quia enim non ancilla, uel domina datur, ideo nec de summo, nec de imo a principio formata est, sed de latere uiri ob coniugalem societatem. Si de summo fieret, ut de capite, uideretur ad dominationem creatam. Si uero de imo, ut de pedibus, uideretur ad seruitutem subiicienda. Sed quia nec in dominam, nec in ancillam assumitur, facta est de medio, id est, de latere, quia ad coniugalem societatem assumitur. Cum ergo sic conueniant, ut dicat uir: Accipio te in meam coniugem: et dicat mulier: Accipio te in meum uirum: his uerbis, uel alijs idem significantibus exprimitur consensus, non copula carnalis, uel cohabitationis corporalis, sed coniugalis societatis: ex qua oportet eos cohabitare, nisi forte causa religionis pari uoto corporaliter separentur, uel ad tempus, uel usque in finem.

Hac omnia habetur 27 q. 2. c. 1. in 1. m. Luc. 1. c. Super Luc. c. 3. ad c. 1. Luca.

Gen. 2. d

D I S T I N C T. XXVIII.

Inquit qualis sit ille consensus, qui est efficiens matrimonij causa, ostendens quod non debet esse defectiuus ex aliquo exteriori.

Hic queri debet, vtrum consensus de futuro, et cet.

Expositio textus.



V P R A ostendit Magister consensum esse causam matrimonij. Hic excludit differentias consensuum non efficientium matrimonium: et talis est consensus defectiuus. Quoniam autem consensus dupliciter potest deficere, scilicet ex aliquo exteriori, uel ex aliquo interiori, ut puta per errorem, uel per coactionem: ideo hæc pars habet duas. In prima agit de consensu defectiuo exteriori. In secunda uero interiori. infra: Oportet autem consensum coniugalem liberum esse a coactione. Prima pars secundum triplicem consensum, siue secundum quod consensus potest tripliciter considerari, scilicet quantum ad tempus, in quo siue pro quo fit, quantum ad alienum testimonium coram quo fit, et quantum ad terminum in quem dirigitur: secundum hoc hæc pars habet tres partes. In prima inquit Magister de consensu de futuro, iuramento firmato, vtrum faciat matrimonium. In secunda de consensu cum testimonio, ibi: Præmissa autem sententia videtur obuiare, et cet. In tertia querit in quam rem oportuit consentire ad hoc, quod contrahatur matrimonium, an in carnalem copulam, an non: et hoc ibi: Hic queritur, cum consensu de presenti. Qualibet autem istarum partium duas habet. In prima opponit. In secunda soluit. Partes autem in littera manifeste sunt.

Diuisio. Dist. 29.

A nem. Si enim nihil addit: ergo frustra apponitur. Si addit: ergo firmiter est promissio, et maius vinculum. Sed contra: Maius vinculum superueniens soluit minus, ut uotum priuatum soluitur per matrimonium consummatum: ergo si aliquis spondeat alicui cum simpliciter fide, et post alijcum iuramento, uidetur quod teneatur ad secundam.

R e s p. Dicendum quod in his quæ sunt eiusdem fori generis, quamuis unum sit maius alio, tamen non soluit. Unde matrimonium consummatum non soluit ratum, eo quod uotumque est matrimonium, et ligat in facie Ecclesie: similiter nec sponsalia solunt sponsalia, sed matrimonium sponsalia soluit: et ideo standum est primæ fidei, et obligationi. Nam secundum iuramentum nullum est, eo quod contra illud est quod fideliter adimplere tenetur. Unde faciendum est secundum illud Isidori: In malis promissis respicende fidem: ideo iurando peccauit, sed non peccauit adherendo primæ.

Non autem sic est quando iuramentum coniugij presentis consensus attestacione firmatur. Dub. 11.

C Videtur male dicere, quia matrimonium ante copulam soluitur per uotum sollempne: ergo cum matrimonium consummatum tantæ sit obligationis ut uotum, uidetur quod similiter soluere debeat.

R e s p. Dicendum quod non est simile, quia hic sunt obligationes eiusdem generis. Præterea, ut que uiuit mundo. Et iterum, in sequenti matrimonio fides promittitur, et datur mulieri: in uoto autem sollempni est obligatio alterius generis. Præterea, moritur homo mundo, quod soluit tale vinculum. Et iterum, fides, et obsequium promittitur Deo, cui plus tenemur, quam alijs: et ideo non est simile, quia status perfectionis assumitur: et ideo tale uotum licitum est, ac per hoc obligatorium. Secundum autem matrimonium non est licitum: et ideo nec robur habet, nec obligationem: et sic patet quod non est simile.

Ue si quis promittat, uel etiam iuret alicui, et cet. Dub. 1.

Queritur, vtrum iuramentum addat ad promissio-

Sac. 11.

Sacerdotium benedictio, et cet. *Dub. III.*

Innuat Magister, quod sine benedictione non fit coniugium quantum ad honestatem sacramenti. Videtur hoc falsum, quia in secundis nuptijs maxime est sacramentum honestum, et tamen non est benedictio.

RESP. Dicendum quod in secundis nuptijs, maxime quando mulier est vidua, non fit benedictio propter defectum sacramenti, sicut infra patebit. Sic autem et celebratur Missa determinate propter triplex bonum matrimonij, quod tribus personis appropriatur: bonum prolis Patri, bonum fidei Filio, bonum sacramenti, siue vinculi indiuisibilis Spiritui sancto appropriatur.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam presentis distinctionis sex queruntur. Primo queritur, vtrum consensus de futuro faciat matrimonium. Secundo, vtrum consensus ad tempus. Tertio, vtrum consensus conditionatus. Quarto, vtrum consensus tacitus. Quinto, vtrum consensus occultus. Saxo, vtrum solus consensus in carnalem copulam.

QVÆSTIO I.

An consensus de futuro faciat matrimonium.

*S. Tho. in suppl. 3. p. q. 45. art. 3.
Rich. 4. Sent. dist. 28. q. 1.
Franciscus de Mayr. 4. Sent. dist. 28. q. 2.
Steph. Brul. 4. Sent. dist. 28. q. 1.
Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 28. q. 1.*

AD OPPOSITVM



QUOD consensus de futuro faciat matrimonium ostenditur hac ratione: Sicut se habet presens ad presens, ita futurum ad futurum: sed consensus de presenti facit matrimonium in presenti: ergo consensus de futuro, facit matrimonium de futuro.

ITEM per simile videtur: Sicut qui promittit aliquid in presenti, obligatur in presenti: sic qui promittit aliquid de futuro, obligatur pro illo tempore: sed sicut promissio est causa obligationis, ita consensus est causa matrimonij: ergo videtur quod consensus de futuro faciat matrimonium de futuro.

ITEM consensus de futuro facit matrimonium, si carnalis copula subsequatur: sed carnalis copula non est causa matrimonij, sed ipsum sequitur: ergo prius fuit matrimonium, quam coirent: ergo, et cet.

ITEM si consentiat de futuro et sequitur stuprum, ita vt non cognoscat affectu maritali, sed fornicatio, facit matrimonium: sed magis obligat iuramento, quam stuprum: ergo si consentiat cum iuramento, est ei vxor.

FVNDAMENTA.

CONTRA: Iura dicunt, quod si quis in aliquam consentiat per verba de futuro, et in alteram per verba de presenti, secunda est vxor: si ergo vnus est vna vxor, prima non fuit vxor.

ITEM ratione videtur: quia quod futurum est, non est: ergo cum consentit de futuro, nondum consentit: ergo modo non est matrimonium. Quod autem nec in illo futuro, patet, quia ponatur quod tunc non consentiat, non est consensus tunc, nec prius fuit: ergo non est matrimonium, nec fuit.

ITEM qui semel consentit in aliquam, non debet iterum consentire ad hoc, quod fiat matrimonium: sed consensus de futuro cum dicitur: Accipiam te in meam, obligat iterum consentire: ergo per verba de futuro non est consensus matrimonialis. Quod se obliget, patet, quia se obligat ad accipiendum in vxorem, et non aliter accipitur, quam per consensus.

CONCLUSIO.

Matrimonium contractum per verbum de futuro non est tunc vere matrimonium, licet sit ibi obligatio.

RESP. AD ARG. Dicendum quod consensus non facit matrimonium, nisi exprimat per verba de presenti. Si enim exprimat per verba de futuro, in veritate non est consensus tunc, sed promissio de consentiendo. Vnde si dicat quis: Ego consentiam in te: tunc quidem non consentit, sed se consenturum promittit: et quia non est ibi consensus, ideo non est matrimonij contractio: quia vero est promissio, ideo est obligatio: propterea non matrimonium, sed sponsalia debent dici. Et hæc quidem firmata sunt quando simplici promissioni additur iuramentum. Secundum enim iura cogendus est vir, vt mulierem accipiat in vxorem, nisi aliquis casus interueniat, qui soluat sponsalia.

AD illud quod obijcitur, quod sicut presens se habet ad presens, et c. dicendum quod verum est. Vnde sicut si consentit hodie, fit hodie matrimonium: sic si consentit cras, fit cras. Sed cum nunc dicit de futuro, non consentit, sed consentire promittit: et ideo non fit matrimonium, nec de presenti, nec de futuro, sed solum sponsalia contrahuntur.

AD illud quod obijcitur, quod qui de futuro promittit, obligatur ad futurum, dicendum quod verum est, quia promissio est presens: vnde cum dicit: Ego faciam hoc, actu promittit: et ideo obligatur. Similiter et iste obligatur spondendo: sed non propter hoc fit matrimonium: sicut nec promissio est solutio.

AD illud quod obijcitur de carnali copula, dicendum quod iura presunt, quod ipse consentit: et hoc per signum expressum exterius, quia tamquam vxorem cognoscit, et presunt etiam, quod tamquam vxorem cognoscat, ne reportet commodum de malitia. Vnde in veritate si non consentit, sed solum tamquam meretricem cognoscit, matrimonium secundum veritatem non est: quia tamen coitus ille cum precedenti sponsione signum est probabile consensus matrimonialis, ideo matrimonium est secundum iudicium Ecclesie: et consulendum est tali, quod consentiat, si non consentit interius in animo.

QVÆSTIO II.

An consensus ad tempus faciat matrimonium

*S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 46. art. 1.
Et 4. Sent. d. 28. q. 1. art. 2.
Richar. 4. Sent. dist. 28. q. 2.
Steph. Brul. 4. Sent. dist. 28. q. 2.
Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 28. q. 2.*



QUOD consensus ad tempus faciat matrimonium, vt cum dicitur: Accipio te in meam vsque ad decem annos: Et quod sic, videtur: quia hic est consensus viri in vxorem, et vxoris in virum facta expressione per verbum: ergo, et cet.

1. ITEM

ITEM hoc videtur ratione, quia sicut se habet simpliciter ad simpliciter, sic secundum tempus ad secundum tempus. Sed consensus simpliciter facit vxorem, et matrimonium simpliciter: ergo similiter consensus ad tempus facit matrimonium ad tempus.

ITEM sicut aliquis fit seruus simpliciter se subdendo, ita etiam fit seruus simpliciter se subdendo, ita etiam fit seruus ad tempus se subdendo ad tempus: ergo similiter videtur in coniugio: et sic videtur quod ad certum tempus possit fieri matrimonium.

ITEM qui aliquid potest dare simpliciter, potest dare et ad tempus: sed vir potest dare simpliciter potestatem sui corporis: ergo et ad tempus: sed non potest potestatem sui corporis dare nisi vxori: ergo potest habere vxorem ad tempus. Si tu dicas, quod Dominus instituit ad semper. Contra: Nihil debet Dominus instituire, quod possit vergere in diminutionem sui honoris, vel nostre perfectionis. Sed si matrimonium esset temporale, posset quis se totum ad Dei obsequium deputare, quando vellet: ergo, et c.

FVNDAMENTA.

CONTRA: In quadam decretali Gregorij de conditionibus appostis in desponsationibus dicitur capit. vitimo: Si quis dicat: Contraham tecum, donec inueniam aliam honore, vel facultatibus dignorem: matrimonialis contractus quantumcumque sit favorabilis, caret effectu.

ITEM ad hoc est diffinitio Hugonis, qui dicit quod matrimonium est consensus indiuiduam vitæ consuetudinem tenens.

ITEM hoc videtur ratione, quia de esse matrimonij, vt supra ostensum est, est indissolubilitas: ergo qui consentit in matrimonium, ad omne tempus se obligat: ergo si exprimit, quod non obligatur nisi ad tempus, nullo modo est matrimonium.

ITEM nulla anima vnitur Deo per desponsationem nisi simpliciter consentiat, et proponat coniungi: ergo similiter in signo, si hoc est conueniens signum non fit matrimonium, nisi exprimat simpliciter consensus: sed matrimonium est conueniens signum: ergo, et cet.

CONCLUSIO.

Matrimonium non est ubi consensus est ad tempus, quia ibi implicatur aliquid contra naturam matrimonij.

RESP. AD ARG. Dicendum quod ad hoc quod fiat matrimonium, necesse est consensus esse, et exprimi simpliciter. Vnde dici debet: Accipio te in meam: quod si alio modo consentiat, non est consensus matrimonialis, siue coniugalis, sed adulterium. Vnde deficit matrimonium verum, siue deficiat in corde, siue in ore consensus simpliciter: sed quando in ore, tunc in conspectu Dei et secundum veritatem: quando in ore, tunc in facie Ecclesie. Ratio autem: quare oportet simpliciter consentire, et quod nihil valet consensus ad tempus, est quia consensus non facit matrimonium, nisi eatenus, quatenus presupponit diuinam institutionem: diuina autem institutio respicit congruam signationem. Si ergo est signatio rei indiuisibilis, siue coniunctionis: ideo constituit Dominus coniunctionem talem ad perpetuitatem. Et huic etiã competit dictamen iuris naturalis, quia vir potest vxori dare simpliciter potestatem sui corporis: et ideo si consensus consonat institutioni, necesse est quod sit ad omne tempus, alioquin causa particularis non concordat vniuersali: et ideo nihil fit, nec consentit in talē, vt in vxorem, sed potius, vt in concubinam. Et concedendæ sunt rationes ad hoc, quia in forma verborum implicatur aliquid, quod est contra matrimonij substantiam.

AD illud ergo quod obijcitur, quod sicut se habet simpliciter, dicendum quod hoc verum est vbi

contingit reperire secundum quid in vtroque extremorum. Sed matrimonium nullo modo est secundum tempus: et ideo non valet illud.

AD illud quod obijcitur de seruitute, dicendum quod non est simile, quia seruitus vinculum potest esse temporale, et perpetuum: sed matrimonium est perpetuum.

AD illud quod obijcitur, quod potestas corporis potest dari ad tempus, dicendum quod non potest dari ad tempus, nisi detur simpliciter: et est simile, quia Deus non acceptat bonam voluntatem, vel seruitium alicuius, nisi velit, vel proponat semper sibi seruire.

AD illud quod obijcitur, quod Dominus non debuit instituire, dicendum quod in huius sacramenti institutione magis congruit in signando, et necessitas, quam aliud consideratur: et hæc exigunt ipsam esse perpetuum.

QVÆSTIO III.

An consensus conditionatus faciat matrimonium.

*S. Tho. in suppl. 3. p. q. 47. art. 5.
Richardus 4. Sent. dist. 28. q. 8.
Steph. Brul. 4. Sent. dist. 28. q. 3.
Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 28. q. 5.*



VTRVM consensus conditionatus faciat matrimonium, vt, accipio te in meam, si dederis mihi centum libras. Et quod sic, videtur per simile: quia votum conditionatum votum est: ergo similiter videtur quod consensus conditionatus sit consensus, et per consequens matrimonium efficiat.

ITEM aliquis consentiens in aliquam ex spe pecunie habendæ, matrimonium contrahit: ergo si consensus talis competit matrimonio: ergo ipsius expressio non repugnat: ergo si dicat: Consentio, si dederis: patet, et cet.

ITEM quando aliquis promittit aliquid sub conditione, si stet conditio, stat obligatio, et promissio: sed possibile est stare conditionem: ergo et consensus, et obligationem, et matrimonium.

CONTRA: Plus se obligat qui simpliciter de futuro promittit, quam qui sub conditione. Nam prima est obligatio simpliciter, secunda vero non: sed consensus per verba de futuro expressus non facit matrimonium: ergo, et cet.

ITEM post consensum istum aut est vxor, aut non. Si vxor: sed possibile est conditionem non stare, et non consenserat simpliciter, sed sub conditione: ergo est vxor sine consensu: sed non est vxor: ergo talis consensus non efficit matrimonium.

ITEM matrimonium est vinculum nullo modo solubile: sed omnis obligatio vel pactio sub conditione facta est solubilis: ergo, et cet.

CONCLUSIO.

Consensus de futuro sub conditione per modum pæne, aut per modum contractus, sed inhonestus, et contra subiectum matrimonij, non facit sponsalia: facit autem illa si conditio sit honesta, vel etiam inhonesti modo non contra subiectum matrimonij. Consensus de presenti cum conditione præterita, aut presenti facit matrimonium: non autem cum futura.

RESP. AD ARG. Dicendum est, quod consensus

AD OPPOSITVM.

AD OPPOSITVM

FVNDAMENTA.

sentus conditionatus si fiat per verba de futuro, iudicari habet, sicut et consensus de futuro. Vnde sicut consensus de futuro non facit matrimonium, sed desponsationem, siue sponsalia: sic nec talis consensus sub conditione. Attendendum tamen, quod conditio aut apponitur per modum poenae, aut vt determinatio contractus. Si per modum poenae, nullius est vigoris, pro eo quod matrimonia debent esse libera. Vnde si quis proponat, promitto contrahere tecum sub poena centum marcarum, vel si non contraxero, dabo tibi centum, etiam si non contrahat, non debet, nec tenetur ad illam poenam. Si autem apponitur vt determinatio contractus siue consensus, distinguendum est. Aut enim est conditio honesta, aut inhonesta. Si est honesta, stante conditione stant sponsalia, non stante non stant, vt si quis dicat: Contraham tecum si placuerit patri meo, vel si tu volueris conuerti ad fidem. Si autem est inhonesta duplex est. Aut est contra substantiam matrimonij, aut non. Si contra substantiam matrimonij, tunc nulla est obligatio, vt si dicat: Contraham tecum, si procuraueris venena sterilitatis, vel aliquid huiusmodi. Si autem est inhonesta, et non contra substantiam matrimonij, vt si dicatur: Contraham tecum, si furatus fueris, vel si Deum offenderis, talis conditio pro non adiecta habenda est. Et hoc totum probatur per illa, quae dicuntur extra, in Quarto Lib. de conditionibus appositis in dispensatione. Si autem consensus fiat per verba de praesenti: aut conditio est praeterita, aut praesens, aut futura. Si conditio est praeterita, vt: Accipio te in meam, si mortuus est pater tuus, vel de praesenti, vt: Accipio te in meam, si es virgo, stante conditione stat matrimonium. Si autem conditio est de futuro, aut futuri necessarii, aut futuri contingentis. Si futuri necessarii, vt: Accipio te in meam, si sol orietur cras, tunc est matrimonium. Si autem conditio est contingens, dico quod non est matrimonium, eo quod consensus pendet de futuro, sicut et conditio: et ideo iudicandum est tunc, sicut de futuro: nec est matrimonium, nisi carnalis copula subsequatur, quia tunc intelligitur a conditione apposta recessisse.

Resp. ad r. pro Fund.

Ad illud ergo quod obijcitur ad secundam partem, quod non fiat matrimonium per consensum conditionatum, dicendum quod verum est vbi est conditio de futuro contingenti, quia tunc consensus pendet ex futuro.

1. Ad illud vero quod obijcitur, quod simpliciter stat per simile in voto, dicendum quod non est simile, quia votum est pura obligatio: matrimonium autem est coniunctio, et non est coniunctio nisi per praesens, sed obligatio est bene per futurum.

2. Ad illud quod obijcitur, quod consensus ex spe pecuniae facit matrimonium, verum est quando simplex est, et absolutus. Sed cum exprimitur sub conditione, non exprimitur simpliciter, nec vt absolutus, nec vt praesens: et ideo non est simile.

3. Ad aliud dicendum, quod matrimonium plus dicitur quam obligationem. Vnde dico, quod non sequitur: Iste est obligatus isti mulieri, vt.

eam accipiat in vxorem: ergo est eius vir: sicut non sequitur: Obligauit se ad persoluendum: ergo soluit: vnde matrimonium non tantum est

obligatio: immo etiam ipsius vinculi indiuisibilis vnio.

Q V A E S T I O III.

An consensus tacitus faciat matrimonium.

S. Tho. in suppl. 3. p. q. 45. art. 5.
Et 4. Sent. dist. 28. q. 1. art. 3.
Richardus 4. Sent. dist. 28. art. 2. q. 1.
Stephanus Brulef. 4. Sent. dist. 28. q. 4.
Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 28. q. 6.

T R V M consensus tacitus facit matrimonium. Et quod sic, videtur per decretalem in lib. 4. de sponsalibus: Tuae fraternitati, et c. Matrimonium in veritate contrahitur per legitimum viri, et mulieris consensum: sed necessaria sunt verba quantum ad Ecclesiam ad consensum exprimentum de praesenti: ergo videtur quod quantum ad Deum sit matrimonium sine verbo.

1. I T E M ratione alia videtur, quia peccatum adulterij, siue fornicationis solo interiori consensu iudicatur consummatum, etiam sine signo exteriori: ergo si plus potest consensus castus, quam incaustus: patet, et cetera.

2. I T E M consensus verborum exteriorum non vnit nisi per consensum interiorum: sed vbi vnus propter alterum, vtrobique tantum vnus: ergo videtur quod si adit vnus consensus exterior, idem omnino faciet.

3. I T E M aliqua duae personae consentiunt aequae intente, et plene ante expressionem et post: ergo si post expressionem est matrimonium, et ante similiter.

4. I T E M si aliquis vouet interior tantum, nihilominus vouet, et obligatur ad votum: ergo similiter si consentit interior tantum. Si tu dicas quod non est simile, quia votum fit Deo, qui videt corda: matrimonium vero respectu hominis qui corda nescit: obijcitur tunc, quod saltem in conspectu Dei debet esse matrimonium.

5. I T E M hoc ostenditur per simile: quia qui vere contritus est interior, in conspectu Dei vere poenitentis iudicatur, etiam si non adsit confessio oris: ergo similiter in matrimonio.

6. I T E M hoc ostenditur per simile: quia qui vere poenitentis iudicatur, etiam si non adsit confessio oris: ergo similiter in matrimonio.

C O N T R A : Matrimonium est sacramentum: sed omne sacramentum est signum, et signum est quod offert se sensui: ergo, et cetera.

I T E M si consensus interiori faceret matrimonium: ergo cum nesciat homo occulte alterius, nesciret vtrum esset vir illius, an non: ergo si illi coniungeretur exterior, nesciret vtrum esset matrimonium: et ita in periculo se poneret.

I T E M quantumcumque velim voluntate plena alteri aliquid dare, nullum ius acquiritur illi ex mea voluntate, si non promittam exteriori per signum: sed in matrimonio ius acquirunt coniuges inter se inuicem: ergo, et cetera.

I T E M ratione videtur: quia quantumcumque credat aliquis, et nisi sermonem exprimat: Ego te baptizo, non baptizat: ergo a simili videtur, quod non contrahat quantumcumque consentiat: nisi sermonem exprimat: et ex hoc videtur quod mutus non possit contrahere.

C O N C L V S I O .

Matrimonium non contrahitur per consensum tacitum: quia exteriori exprimitur consensus, est necessarium.

R E S P. A D A R G. Dicendum quod ad omnia sacramenta.

sacramenti esse necessario requiritur signatio, siue expressio. Omne enim sacramentum signum est, et vt signum administratur: et ideo istud est necessarium: sed in aliquibus est materia determinata, et forma verborum praescripta, quae vim habent sibi ad hoc datam: et talia sacramenta numquam fiunt, nisi illa verba pronuncientur. In aliquibus autem non venit vis a verbo exteriori, sed ab intrinseco, vt in poenitentia quantum ad confessionem, et in matrimonio: et in talibus sufficit qualicumque fiat expressio siue verbo, siue scripto, siue etiam quocumque nutu alio. Concedendum est igitur, quod matrimonium non contrahitur, nisi consensus exteriori exprimat, vel per verba conuenientia, vel per nutus idem importantes.

1. E T per hoc patet primum ad primam partem, scilicet quod de decretali obijciebatur. Patet etiam quod inter mutos potest contrahi matrimonium, non tamen sine aliquo signo. Similiter patet vitium ad oppositum, quod non est simile de baptismo.

2. A D illud quod obijcitur de adulterio, vel peccato, dicendum quod non est simile, quia peccatum est in interiori deordinatione, sed sacramentum consistit in exteriori signatione.

3. 4. A D illud quod obijcitur, quod est ibi vnus propter alterum: ergo vtrobique tantum vnus, dicendum quod differt dicere vnus propter alterum, et vnus per alterum: quia vbi est dicere vnus per alterum, est ponere duo, quorum alterum est sicut efficiens, alterum sicut instrumentum: et non est verum quod efficiens possit tantum per se, quantum potest cum instrumento. Quod autem dicitur, vbi vnus propter alterum, verum est cum loquitur de veritate obiecti, vbi propter, dicit causam formalem, vt, video colorem quia lucidum, et amo vinum, quia dulce: et sic in similibus.

5. A D illud quod obijcitur de voto, dicendum quod non est simile propter duas rationes. Vna, quia votum non est sacramentum, per quod obligetur homo homini. Alia, quia obligat se homo Deo, ad quem cogitare est loqui: matrimonium autem est sacramentum, per quod obligatur homo homini.

6. A D illud quod obijcitur, quod vere contritus dicitur poenitens, dicendum quod verum est de poenitentia virtute, sed non sacramento: matrimonium autem est sacramentum non virtus: et praeterea est ad alterum semper non ad se, sicut contritio: et ideo non est simile, vt patet.

Q V A E S T I O V.

An consensus de praesenti expressus in occulto faciat matrimonium.

S. Tho. in suppl. 3. p. q. 45. art. 4.
Richardus 4. Sent. dist. 28. art. 2. q. 3.
Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 28. q. 5.
Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 28. q. 6.

FVNDAMENTA.

T R V M consensus de praesenti expressus in occulto, verum facit matrimonium. Et quod non, videtur: quia Euaristus Papa dicit: et habetur in littera loquens de occultis, et clandestinis connubijs: Non coniugia, sed adulteria, vel fornicationes sunt.

I T E M hoc ipsum videtur ratione, quia personae quae secundum institutionem Ecclesiae non sunt legitime ad matrimonium contrahendum, vt frater et soror in secundo gradu, si de facto contrahunt, nihil faciunt, immo separantur: cum ergo huiusmodi clan-

destina sint contra Ecclesiae prohibitionem: ergo nihil fit in eis.

I T E M si aliquis contrahat cum aliqua in occulto, et cum alia in manifesto, et veniatur ad iudicium Ecclesiae, Ecclesia dicit illam vxorem, quam accepit in manifesto: ergo si recte iudicat, illa est vxor: ergo alia non fuit vxor.

I T E M matrimonium est sacramentum Ecclesiae: ergo debet accipi in facie Ecclesiae: ergo si accipitur in occulto, non est sacramentum Ecclesiae: ergo nec verum sacramentum: ergo nec matrimonium.

1. **C O N T R A :** Sacramentum matrimonij pro materia habet personas legitimas, et pro forma consensum: sed haec duo integre possunt esse in occulto: ergo, et cetera.

2. I T E M ita baptizatus est aliquis in occulto, sicut in manifesto: ergo matrimonium est ita in occulto, sicut in manifesto a simili.

3. I T E M contractus matrimonij est per verba, maris, et feminae, alijs nihil agentibus, nec dicentibus: ergo ita est integrum si fiat illis absentibus, sicut et praesentibus. Iuxta hoc quaeritur, quare Ecclesia prohibuit matrimonium contrahi in occulto, cum alias esset licitum, et non prohibuit aliquem baptizare in occulto, vel etiam consecrare Eucharistiam.

C O N C L V S I O .

Matrimonia contracta in occulto, vere sunt connubia sed prohibita, ideo cum peccato contracta.

R E S P. A D A R G. Dicendum quod ad esse matrimonij ista duo sufficiunt, scilicet legitimitas in personis, et vnitas in consensu. Ad sollempnitatem vero, et decorem, siue honestatem requiritur, et parentum traditio, et sacerdotum benedictio: haec autem ita sunt ad decorem sacramenti, vt tamen sint de necessitate praecipui. Et ratio huius est vitatio periculi, quia frequenter qui in occulto contrahunt, poenitent, et cum alijs de facto contrahunt: et cum non potest primus contractus probari, necesse habet Ecclesia decipi, et contra veritatem dare sententiam: et ideo oportuit talia prohibere: hinc est quod si aliquis cum aliqua contrahit in occulto, quamvis sit matrimonium, tamen coniunctio illa non est sine peccato, sicut nec coniunctio fornicarij, non tamen tantum: et inde est quod Euaristus Papa dicit, quod non sunt connubia: sed adulteria propter culpam.

1. A D illud quod obijcitur, quod illud matrimonium, quod fit contra institutionem Ecclesiae, irritatur, dicendum quod quaedam instituit Ecclesia circa hoc sacramentum tamquam necessaria, vt pote quod personae sint legitime. Quaedam tamquam expedientia, vt pote in aperto contrahere. Et sic matrimonium quod primo modo fit contra institutionem Ecclesiae irritat Ecclesia: quod secundo modo, minime.

2. A D aliud respondendum, quod Ecclesia in casto illo necessario decipitur: non tamen decipitur vt non iuste iudicet, quia iuste iudicare est iudicare secundum allegata: decipitur tamen secundum veritatem latentem.

3. A D illud quod obijcitur, quod est sacramentum Ecclesiae, dicendum quod verum est: tamen accipitur etiam ab alijs qui sunt extra Ecclesiam, vt baptismus, non tamen ad salutem nisi ab his, qui sunt in ipsa Ecclesia: et baptismus accipitur in occulto, quia sacramentum necessitatis: et non est ibi periculum, immo vitatur periculum: sed illud in facie Ecclesiae accipitur salubrius, in occulto vero accipitur vere, sed non salubriter: quia contra Ecclesiasticam sanctionem.

Q V A

An consensus debeat esse in carnalem copulam.

S. Tho. in suppl. 3. p. q. 48. art. 1. Et 4. Sent. dist. 28. q. 1. art. 4. Guilal. Altsiod. 4. Sent. tract. 9. cap. 2. q. 2. Richardus 4. Sent. dist. 28. art. 2. q. 4. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 28. q. 6. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 28. q. 7.

AD OPPO SITVM.

IN quid debeat esse consensus, et quod in carnalem copulam, videtur: quia ita dicit Hieronymus, et habetur q. 17. c. 1. Sunt quidam: Quod vouentibus virginitatem non solum nubere: sed etiam velle nubere damnabile est: sed non esset damnabile nisi esset contra votum, et non esset contra votum nisi consentirent in opus carnis: ergo necesse erat in illud consentire.

ITEM in omnia que consentit vir, et vxor, possunt consentire frater, et soror licite, excepta copula carnali: ergo si inter fratrem, et sororem non potest licite contrahi matrimonium, patet, et c. Si tu dicas mihi, quod oportet consentire in copulam coniugalem, quæro quid vocetur copula coniugalis: et tandem oportet ad hoc deuenire, quod ibi includatur copula carnalis.

Dist. 30. Allegatur li. de nupt. et concupis. sed non inuenitur.

ITEM Augustinus dicit, et habetur infra: et loquitur de purissima Virgine: quæ committens virginitatem suam diuine dispositioni, consentit in carnalem copulam: si ergo nullum matrimonium purius illo, nullum sanctius, in omni oportet consentire.

ITEM si qua mulier dicat: Consentio in te, vt tamen non cognoscas me, non est matrimonium: ergo si ista conditio est contra substantiam matrimonij: ergo tenetur consentire in carnalem copulam.

ITEM matrimonium ad hoc institutum est, vt sint duo in carne vna: ergo necesse est ad hoc quod sit matrimonium, quod carnaliter vniantur, vel in carne, vel in voluntate: ergo non est matrimonium sine carnali copula.

FVNDAMENTA.

CONTRA: Magister dicit in littera, quod consensus cohabitationis, vel carnalis copule non facit coniugium.

Dist. 30.

ITEM dicitur: Consentit Maria in copulam matrimoniam, seu maritalem, sed non in copulam carnalem.

ITEM hoc ipsum expresse dicit Hugo in libro de Virginitate Mariæ: et tamen ex consensu suo matrimonium contraxit: ergo non oportet in carnalem copulam consentire.

ITEM ratione videtur: quia nullus consentiens in actum carnis est virgo perfecte: beatus Ioannes est virgo perfecte: ergo non consentit in actum carnis: et consentit in matrimonium, quia de nuptijs est a Domino vocatus: ergo, et cetera.

De Sancta Virginitate c. 4. 10. 6.

ITEM nullus consentiens, et volens continetiam virginalem potest sine peccato consentire in actum carnis: beata Virgo vouit, sicut dicit Augustinus, et ipsa innuit in responsione sua, quam dixit: ergo peccauit si in actum siue in carnalem copulam consentit: et constat quod sine peccato nupsit: ergo, et cetera.

ITEM possibile est inter duos esse plenum matrimonium, et perfectum sine commixtione carnali: ergo possibile est quod aliquis consentiat in matrimonium non consentiendo in commixtionem carnalem: si hoc potest esse in re, et effectu, potest esse in consensu, et causa.

Consensus, qui matrimonium facit, est consensus in mutuum suorum corporum potestatem: qua tamen alia, et alia est in contractione, et in consummatione.

RESP. AD ARG. Dicendum est, quod quorundam opinio fuit, quod ad hoc, quod contrahatur matrimonium necesse est absolute consentire in copulam carnalem. Et dicunt hi quod beata Virgo, et Ioannes consentit, tamen sine peccato: quia Ioannes nec vouerat, nec proposuerat virginitatem seruare: beata Virgo quia non vouerat, sed tantum proposuerat.

Sed hæc opinio iniuriam facit Virgini gloriose: quia quamuis excuset a culpa, minuit tamen virginitatis eius gloriam: vt iam non debeat Virgo super omnes virgines nuncupari, quod noster refugit animus pariter, et auditus. Vnde hæc opinio satis conuenienter a Magistro Hugone reprobat. Aliorum opinio fuit, et istius fuit Altsiodorensis, quod necesse est consentire in copulam carnalem non in particulari, sed in vniuersali: non explicite, sed implicite. Oportet enim consentire in copulam coniugalem, que continet quatuor, scilicet cohabitationem, et mutuum obsequium, et mutuum corporum potestatem, et copulam carnalem. Sed illud non videtur sufficiens, quia constat, quod beata Virgo bene sciebat legem coniugij, et sciebat explicite, et cogitabat de actu coniugum: aut ergo consentiebat, aut dissentiebat. Si consentiebat: redit primum inconueniens. Si dissentiebat: ergo nec in generali, nec in speciali consentiebat. Tertia opinio est, quod oportet consentire in carnalem copulam, vel absolute, vel sub conditione, videlicet nisi Deus aliter disponat, vel si placuerit Deo, et tali modo consentit Virgo beata, vt videtur dicere beatus Augustinus, et hoc non repugnat virginitati. Sed certe omnis qui recte consentit, taliter consentit. Præterea: Non est consensus conditionatus, sed absolutus ille, qui matrimonium facit, et maxime cum non sit conditio: Deus autem nolebat virginem carnaliter copulari viro. Et propterea dicendum, quod consensus, qui matrimonium facit, est consensus in mutuum tuorum corporum potestatem. Et hoc sonant verba cum dicunt: Accipio te in meam, vel in meum: et sic consentit beata Virgo, et Ioseph. Sed notandum est, quod aliter datur potestas corporis in contractione matrimonij, aliter in consummatione. In contractione ita datur vni, vt non possit illo viuente dari alij: ita etiam datur illi, vt ius habeat petendi, et necesse sit reddere petenti, nisi moriatur mundo per votum castitatis sollempne, et ingressum religionis. Quoniam igitur beata Virgo diuina inspiratione nouerat, vel fortassis ipsius Ioseph relatione, quod numquam vellet vti eius corporis potestate, sed eius custodire virginitatem: ideo et debuit ei committi, siue dari. Sciebat etiam quod si vellet exigere, quod posset publicando votum contraire: et sic pater istud. Si ergo volumus istam mutuum corporum potestatem vocare copulam coniugalem, sic beata Virgo consentit in copulam, vt omnes nubentes. In matrimonij autem consummatione omnino transfertur potestas, ita quod nec voto priuato, nec sollempni possit petenti debitum aduersari. Vnde gloriose Virgo matrimonium consentit contrahere: sed certa fuit quod numquam matrimonium consummaret, et hoc ciuit Spiritus sancti reuelatione, vel Ioseph relatione, vel quia considerabat de voti publicatione, quia in lege præceptum erat seruare: sed nullus fuerat ausus hoc vouere: et hoc tangitur in libello illo, quem trātulit Hieronymus de natiuitate Mariæ, qui quamuis sit apocryphus, continet tamen multa verissima.

ITEM illud ergo quod obiicitur, quod velle nubere damnabile est, dicendum, quod Hieronymus loquitur

Opin. 1.

Improb.

Opin. 2.

Improb.

Opinio 3.

Improb.

Opinio 4.

Explicatio.

loquitur de illis, qui volunt nubere ex carnis petulantia, et tales magis appetunt coniunctionem corporum, quam animorum.

ITEM illud quod obiicitur, quod in omnia frater et soror, præterquam in copulam carnalem possunt consentire, dicendum quod falsum est: non enim possunt sibi suorum corporum dare mutuum potestatem. Vnde alter potest alij nubere, altero contradicente.

ITEM illud quod obiicitur, quod dicit Augustinus, quod consentit in copulam carnalem, dicendum quod illud intelligitur, quia consentit in mutuum corporum potestatem, que ad carnalem copulam ordinatur, non tamen de necessitate: et beata Virgo in illam mutuum corporum potestatem absolute consentit, residuum vero, scilicet ordinationem in actum, diuine dispositioni commisit, credens semper, immo et sciens quod Dominus ipsam seruaret sine macula. Exemplum est de beata Cecilia.

ITEM illud quod obiicitur, quod conditio illa impedit, dicendum quod verum est contra collationem mutue potestatis: in consensu enim in copulam coniugalem datur potestas petendi debitum, licet non teneatur ad statim, si viam habet, per quam euadere possit: quæ etsi non erat nota omnibus, erat tamen nota

spiritualibus mentibus: sicut certum est nobis de gloriose Virgine, et probabilius præsumitur de Ioseph: quoniam hoc non est iuris positium, sed magis est iuris diuini.

ITEM illud quod obiicitur, quod est propter carnalem copulam, dicendum quod verum est, quod prima et principalis institutio ad hoc fuit: et tamen hoc non est tota ratio siue causa matrimonij, sicut melius patebit infra, immo etiam fidei, et sacramenti, et mutue educationis: et hoc supra determinatum est, vbi agitur, vtrum carnalis copula sit de integritate sacramenti. Hæc autem sine præiudicio dicta sint, maxime propter reuerentiam Virginis: non enim possumus negare, quia inter Mariam, et Ioseph fuerit coniugium, cum hoc dicat Scriptura Evangelica, et sancti omnes in hoc consentiant. Rursus: Pietas fidei, et reuerentia Virginis non patitur nos sentire ipsius beatissimam, et purissimam, et integerrimam animam ad opus carnis fuisse aliquantulum inclinatum, nec credo ipsam in dubio se super hoc posuisse. Si quis tamen aliter dicat, dum tamen Virgini non faciat iniuriam, non est magna vis facienda. Cauendum est enim diligenter, vt honor dominæ nostræ in nullo ab aliquo minuat, qui etiam in periculo capitis debeat integer custodiri.

D I S T I N C T. XXIX.

COACTIO EXCLVDIT CONSENSVM CONIUGALEM.



PORTET autem consensum coniugalem liberum esse a coactione. Coactus enim consensus, qui nec consensus appellari debet, coniugium non facit, sicut testatur Urbanus Papa scribens Sanctio regi Arragonum in hac verba: De neptis tua coniugio, quam te cuiusdam militi daturum necessitatis instante articulo sub fidei pollicitatione confirmasti, hoc equitate dictante decreuimus, ut si illa virum illum omnino, vt dicitur, renuit, et in eadem voluntate persistit, vt viro illi se prorsus deneget nupturam: nequaquam eam inuitam, ac renitentem eiusdem viri cogas coniugio copulari. Idem: Si verum esse constiterit, quod nobis legati Iordanis principis retulerunt, scilicet quod ipse coactus et dolens filiam suam nolentem, stentem, et pro viribus renitentem, Rainaldo desponsauerit: quoniam legum et canonum auctoritas talia sponsalia non approbat, ne ignorantibus leges, et canones nimis durum videatur, ita sententiam temperamus, vt si princeps cum assensu filie id, quod coactus est, perficere voluerit, concedamus. Sin autem legatus noster utraq; que partes audiat: et si nihil fuerit ex parte Rainaldi quod amplius impediatur, ab ipso Iordane sacramentum, quo consent hęc, qua dicta sunt, accipiat. Et nos canonum et legum scita sequentes, deinceps non prohibemus, quin alij viro, si voluerit, prædicta eius filia, tantum in Domino nubat. Ex his apparet coniugium fieri inter consentientes et spontaneos, non inter renitentes et inuitos. Verumtamen qui inuit et coacte coniuncti sunt, si postea ab aliquo temporis spatio sine contradictione et querimonia cohabitauerint, facultate discedendi, vel reclamandi habita, consentire videntur: et consensus ille consequens supplet, quod præcedens coactio rulerat.

In libro Pandectarum.

CONSENTIRE autem probatur, qui euidenter non contradicit, secundum illud: In sponsalibus eorum consensus exigendus est, quorum in nuptijs desideratur. Intelligitur tamen semper patri filia consentire, nisi euidenter dissentiat. Item: Sponsalia, sicut nuptia, consensu sunt contrahentium. Et ideo sicut in nuptijs, ita et in sponsalibus patris familias filiam consentire oportet: que si patris voluntati non repugnat, consentire intelligitur.

31. q. 2. c. de nuptijs. Ibid. si va rum.

In li. pande tarum.

DISTINCT. XXIX.

Consensus qui est efficiens matrimonij causa non debet esse defectiuus ex aliquo interiori, scilicet ex voluntate.

Oportet autem consensum conjugalem liberum esse a coactione, et cetera.

Expositio textus.



Sed hoc per arctationem dictum esse intelligendum est. Consensus autem dupliciter deficit, aut a parte voluntatis per coactionem, aut a parte rationis per errorem. Ideo primo queritur, vtrum consensus coactus faciat matrimonium. Secundo, vtrum erroneus, infra: Nec solum coactio impedit, vel excludit consensum, et cetera. Prima pars habet tres partes. In prima veritatem determinat. In secunda explanat, ibi: Ex his apparet coniugia fieri, et cetera. In tertia vero illud quod determinat circa matrimonium, applicat ad sponsalia, ibi: Consentire autem probat, qui euidenter non contradicit.

Diuisio.

Dist. 30.

Coactus enim consensus. Dub. I.

Queritur hic de situ huius partis: videtur enim male hic situari, quia si coactio est impedimentum matrimonij: ergo in illo capitulo deberet determinari, vbi agit de impedimentis matrimonij.

RESP. Dicendum quod quia Magister agit hic de matrimonio a parte cause efficientis, et causa efficiens est consensus non quilibet, sed plenus, et plenitudo consensus deficit secundum modos predictos: ideo hic agit de coactione, et errore: infra vero agit de personarum legitimitate: et quia illa multis modis potest priuari, et per consequens matrimonium impediti: ideo inferius agit de multis impedimentis: et hæc est ratio, quare tractatus ille ab hoc separatur, quia ratio impediendi venit ex alio genere cause.

Nequaquam inuitam, ac renitentem eiusdem viri cogas coniugio copulari, et cetera. Dub. II.

Ponatur quod aliqua consentiat in aliquem per nuncium, et ante aduentum nuncij pœniteat, et nolit consentire, vtrum sit compellenda. Et quod sic, videtur: quia si potestatem suam commisit procuratori, tunc ita factum est, quia procurator facit, sicut si Papa faceret: ergo si procurator, et nuncius consentiat, quantumcumque postmodum reclamet, videtur quod stet matrimonium. Sed contra: Ponatur quod statim ex quo pœnitet antequam nuncius perueniat, cum alio contrahat, constat quod matrimonium est, cum adhuc alij non sit alligatus: ergo aliud matrimonium nõ stat. Item non fit matrimonium nisi per mutuum consensum: consensus autem mutuus nullus est, nisi simul sit actu, vel habitu: ergo si pœnitet antequam tunc consentiat: patet, et cetera. Queritur ergo vtrum matrimonium possit contrahi inter absentes.

RESP. Dicendum quod si aliquis consentit in absentem per procuratorem, potest fieri matrimonium, non solum sponsalia contrahi: dum tamen constet vtrūque consentire, sicut in presentiarum potest vnus alteri consensum exprimere per interpositam personam. Quod autem queritur vtrum ipsa pœnitente matrimonio contrahatur, dicendum quod re vera si non ante pœniteat, quam ille consentiat, res est salua. Et si

A pœnitet in corde, et reclamet in signo in conspectu testium, per quos possit probari, vtpote negãdo, vel matrimonium cum alia contrahendo, re vera non est matrimonium nec in conspectu Dei, nec in conspectu Ecclesiæ, quia consensus non simul concurrunt, maxime si fecit quod in se fuit, vt reuocatio voluntatis eius ad nuncium perueniret: et hoc patet, quia si statim ex quo pœnitet cum alia contraheret, matrimonium esset. Quod obijciatur, quod dedit alteri suam potestatem, dicendum quod semper intelligitur potestatem ad hunc actum dare, consensum in ipso remanente, qui est de essentia matrimonij interioris in facie Dei, et exterioris in facie Ecclesiæ.

Verumtamen qui inuiti, et coacti coniuncti sunt, et cetera. Dub. III.

Videtur dicere, quod si non reclamat, quod est matrimonium. Contra: Illud potest esse ex negligentia: sed negligentia non supplet locum consensus: ergo non videtur quod fit matrimonium.

RESP. Dicendum quod secundum faciem Ecclesiæ consensus præsumptus matrimonium facit, quando scilicet probabiliter præsumitur, quod consensus ille sit maritalis. Hoc autem potest esse tripliciter: primo modo quando consentit ore: secundo vero quando et si non consentit ore, tamen voluntarie consentit in carnale opus, petendo, et reddendo quod exigitur: tertio modo quando reclamare potest, et habet locum, et tempus, et non reclamat, consentire præsumitur: et ideo amplius non auditur. Immo in facie Ecclesiæ pro matrimonio habetur, non propter negligentiam, sed propter consensum, qui creditur inclinatus, et voluntarius simpliciter, quamuis in principio fuerit coactus.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam præsentis distinctionis tria queruntur. Primo queritur, vtrum consensus coactus faciat matrimonium. Secundo, vtrum consentiens in renitentem generet sibi præiudicium. Tertio, vtrum aliquis possit compelli per præceptum patris ad matrimonium contrahendum.

QUESTIO I.

An consensus coactus faciat matrimonium.

S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 45. art. 4. Scot. 4. Sent. dist. 29. q. 1. Ricard. 4. Sent. dist. 29. q. 1. Durandus 4. Sent. dist. 29. q. 1. Franc. de Mayr. 4. Sent. d. 29. q. 1. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 29. q. 1. art. 1. Steph. Brnl. 4. Sent. dist. 29. q. 1. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 29. q. 1.



Videtur consensus coactus faciat matrimonium, videtur: quia Augustinus dicit, quod coacta voluntas, voluntas est: ergo a simili, consensus coactus, consensus est: sed posita causa ponitur effectus: ergo posito tali consensu est matrimonium.

AD OPPOSITVM.

ITEM hoc videtur ratione per simile, quia qui baptizari consentit timore mortis, baptizatus est, et pro baptizato habetur: ergo similiter est in matrimonio.

3. ITEM

ITEM hoc videtur per rationem, quia consensus non potest cogi, sed tantum induci: sed sicut inducitur aliquis minis, ita inducitur blandicijs: sed si aliquis inductus blandicijs cõsentiat in matrimonium, matrimonium tenet: ergo similiter si inducitur minis.

ITEM qui negat Christum timore mortis, peccat: sed nullus peccat nisi liber: ergo consentiens in aliquid timore mortis libere consentit: sed consensus liber facit matrimonium: ergo qui consentit timore mortis, et cetera.

FVNDAMENTA. CONTRA: Decretalis de sponsalibus, et matrimonio: Cum locum non habeat consensus, vbi metus, vel coactio intercedit, necesse est vt vbi consensus com munis requiritur, coactionis materia repellatur: ergo, et cetera.

ITEM consensus matrimonialis signum est coniunctionis anime, et Dei: sed anima non coniungitur Deo consensu coacto: ergo si signum est congruum, matrimonium non contrahitur timore coacto.

ITEM numquam anima fit sponsa Dei, nisi vnatur ei per amorem: ergo numquam fit sponsa viri, nisi vnatur ei per amorem: sed vnio que est per consensum coactum, non fit per amorem: ergo, et cetera.

ITEM in consensu matrimonij acquiritur potestas in alterutrum: ergo necesse est quod in consentiendo sint æquales: sed cum alter cogit alterum ad consentiendum non sunt æquales: ergo tali consensu non contrahitur matrimonium.

CONCLUSIO.

Consensus coactus vi, vel metu inuito non facit matrimonium: sed si post coactionem in carnalem copulam consentiat, est matrimonium: coactio autem ex metu leui non impedit matrimonium.

RESP. AD ARG. Dicendum quod consensus coactus potest esse dupliciter, scilicet vi, vel metu. Vis est maioris rei impetus, que repelli non potest. Metus est instantis, vel futuri periculi trepidatio. Tunc autem fit vis, quando capitur, ducitur, trahitur inuitus, vel ligatus ipso reclamante, et renitente, et hæc est coactio, in qua non est consensus. Et in hac omnino non est matrimonium. Est et alia coactio per metum, vt cum aliquis minatur mortem, vel intentat, nisi consentiat: et de hac coactione distinguunt aliqui, quod talis consentiens, aut consentit ore, sed non corde: et tunc non est matrimonium aliquo modo. Aut corde consentit, quamuis coactus: et tunc matrimonium est in cõspectu Dei, quia voluntas coacta voluntas est: sed non est in conspectu Ecclesiæ, que præsumit quod talis non consentit corde: et ideo iudicat, et sententiat vt vterque alteri in Domino nubat. Sed certe in istud non videtur consentire decretalis prædicta, que dicit, quod consensus non habet locum vbi metus, vel coactio intercedit. Et ideo distinguitur aliter, quod metus duplex est, quidam leuis, quidam iustus. Iustus, vtpote qui in virum constantem cadere potest. Leuis est cum quis paruum malum minatur, vel cum talis minatur, de quo præsumitur quod implere non possit. Et talis metus non facit consensum adeo defectiuum, quod impediatur matrimonium contrahendum, vel dirimatur iam contractum: sed consensus cum tali metu facit matrimonium. Tunc autem est metus iustus quando aliquis comminatur damnũ mortis, mutilationis, feruitutis, et stupri. Tunc autem cadit in virum constantem, quando præsumitur probabiliter, quod ille qui minatur possit minas implere, non tamen esset timendum si simplex rusticus minaretur duci. In hoc metu dicunt iura consensum non facere matrimonium. Sed ratio huius sumitur a diuersis diuersimode. Quidam enim dicunt, quod hoc est ex indulgentia iuris: iura enim indulgent, tales separari. Vel quia præsumunt

Opinio I.

Improbatur.

Opin. vera.

Opin. circa rationem.

Opin. circa rationem.

Opin. circa rationem.

Opin. circa rationem.

Opin. circa rationem.

Opin. circa rationem.

Opin. circa rationem.

Opin. circa rationem.

A consentiente ore non consensisse corde: et quia verbum solum dixit, vt pœnam recideret. Vel etiam ratione finis, quia coacta matrimonia pessimos exitus consueverunt habere. Alij dicunt quod non ex iuris indulgentia, sed hoc facit defectus liberi, et perfecti consensus, qui debet esse in matrimonio: quia sicut ostensum est, plenus debet ibi esse contentus: et hoc videtur probabilius. Si tamen post coactionem in carnalem copulam consentit, extunc incipit esse matrimonium.

AD illud ergo quod primo obijciatur, quod coacta voluntas, voluntas est, dicendum quod verum est, sed numquam sufficit talis voluntas ad faciendum bonum, nec etiam ad contrahendum matrimonium, pro eo quod Dominus voluit hoc sacramentum contrahi per consensum liberum non coactum.

AD illud quod obijciatur, quod qui coactus consentit in baptismum baptizatur, respondetur quod baptismus est opus Dei non hominũ, sed matrimonium est ad consensum hominũ. Aliter potest dici, quod nõ est simile, quia non tanta libertas ibi requiritur, quanta in matrimonio: totum enim esse matrimonij a consensu causatur.

AD illud quod obijciatur, quod consensus inducitur per blandicias, dicendum quod blandicia non ita detrahunt de ratione consensus, sicut minas, quia blandicia ad amorem excitat, sed minas ad terrorem.

AD illud quod obijciatur de eo, qui negat Christum timore, dicendum quod facilius est peccare quam benefacere. Vnde plura exiguntur ad construendum bonum, quam ad faciendum malum. Præterea: Nullus timor respectu peccati perpetrandi potest, nec debet cadere rationabiliter in virum constantem. Nam talis timor est tantum respectu alicuius rei faciendæ, que non est nostræ salutis contraria, sicut vir constans rationabiliter prius deberet permittere se interfici, quam Deum negare. Sed non rationabiliter ageret, si dimitteret se interfici antequam in aliquid indifferens consentiret. Matrimonium autem non est de his, que sunt salutis contraria, vel contra salutem: et sic patet quo modo intelligitur de metu, qui potest cadere in constantem virum.

QUESTIO II.

An consentiens in renitentem generet sibi præiudicium.

Richardus 4. Sent. dist. 29. q. 3. Steph. Brulof. 4. Sent. dist. 29. q. 2. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 29. q. 1.



Matrimonium consentiens in renitentem generat sibi præiudicium, vt non possit cum alio contrahere matrimonium. Et quod sic, videtur: quia vnusquisque potest abrenunciare iuri suo: sed de iure vnusquisque est quod possit in aliam personam matrimonialiter consentire: huic autem iuri homo renunciat, cum alij per consensum se obligat. Si ergo qui consentit in inuitum, suo iuri renunciat: patet, et cetera.

ITEM potestas proprii corporis transfertur per consensum animi, qui præest ei: sed vnusquisque sibi præest: ergo cum consentit in aliquam, potestatem sui corporis ei tribuit: ergo iam non potest dare eam alij.

ITEM iste consentit in inuitam, et renitentem, et post modum illa consentit: constat quod cum illa consentit, matrimonium ratum existit: ergo si mulier virum sibi obligat, non ex hoc quod ipsa consentit,

Opinio 2.

AD OPPOSITVM.

sentit, quia consensus vnus personæ alteram non obligat: ergo hoc est propter priorem consensum, quem ille prius emiserat: ergo prius obligatus erat.

4. I T E M efficacius, et intensius consentit, qui nõ solum fauet consentienti, sed etiam consentit, et aliam personam ad consentiendum compellit: sed primus modus consentiendi facit matrimonium, et obligationem inducit: ergo multo fortius secundus.

Colof. 3. c

5. I T E M charitas est vinculum perfectionis, sicut dicitur: Hoc autem vinculum quamuis sit perfectum, et spirituale: tamen potest esse vnus ad alterũ, ita quod non sit mutuum: ita pari ratione et vinculum carnale: ergo et matrimonium: ergo videtur quod aliquis possit esse iunctus matrimonialiter alicui, si in aliquam consentit, aut econuerso altera dissentit.

FVNDAMENTA.

CONTRA: Matrimonium est maris, et feminæ coniunctio: omnis autem talis coniunctio est æquiparantiæ relatio: sed omnis talis requirit conuenientiam inter extrema, quia ad minus est inter duos. Vnde si alter duorum desinat esse similis, non est similitudo: ergo a simili in matrimonio, si alter dissentiat, non est matrimonium, nec sponsalia: constat ergo quod nulla est ibi obligatio, nec aliquod præiudicium.

I T E M vbi est matrimonialis obligatio, est vir et vxor: sed vxor dicitur respectu viri, sicut pater respectu filij: et econuerso: ergo sicut sequitur: Iste non est filius huius: ergo iste non est pater huius: ita bene sequitur: Non est obligata isti, vt vxor: ergo iste non est obligatus isti vt vir, nec alio modo: ergo, et cetera.

I T E M consensus qui transfert corporis potestatem in alteram, est consensus, qui dicit: Accipio te in meam: sed nullus potest accipere aliquam in suam, nisi qui facit suam: ergo absque consensu mulieris nullus est consensus viri.

I T E M quantumcumque vendam aliquid, non sit contractus, nec astrictio, nisi tu emas: ergo pari ratione numquam transfertur potestas viri in mulierem, nisi mulier consentiat. Si ergo ipsa est coacta, non videtur esse obligatio.

CONCLUSIO.

Consentiens in renitentem, perseverante renitentia corde, et signo, præiudicium non facit sibi, nec non possit cum alia consentire.

RESP. AD ARG. Dicendum quod queretur vtrum consentienti in renitentem fiat præiudicium, est querere vtrum matrimoniale vinculum claudicet, vt ex parte sit solidum, et ex parte contritum: et hoc est querere, vtrum aliquis sit vir, cuius non est vxor: et aliqua sit vxor, quæ non habet virum: et hæc in seipsa quæstio soluitur, pro eo quod in ea opposita implentur propter naturam matrimonialis vinculi, quod est relatiuum, et mutuum, quod signat ipsa comparatio, et relatio vxoris ad virum. Dico igitur quod matrimonium non potest esse claudum quantum ad vinculum, quia si mulier inuita est, et in dissensu perseverat tam signo, quam corde, nullum est matrimonium. Nec vnus acquirit potestatem aliquam in alterũ, pro eo quod in altero extremo desit consensus. Vnde primus non se habet per modum efficientis, sed disponetis: et ideo si secundus adueniat, tunc perficit matrimonium, pro eo quod iam habet consensum mutuum, qui est eius principium completum: et extunc vir obligatur, et ei præiudicium ad consentiendum in personam aliam generatur.

1. A D illud ergo quod obijcitur, quod potest renunciare iuri suo, dicendum quod huic iuri non renunciatur nisi per votum, aut matrimonium: et quoniam in tali consensu non est votum, nec est matrimonium, et nemo est qui accipiat illud ius: ideo il-

le consensus nullum potest per se præiudicium generare.

2. A D illud quod obijcitur, quod potestas transfertur per consensum animi, dicendum quod in translatione potestatis huius duo sunt, scilicet donatio, et acceptio. Quantum ad donationem attinet, hic est consensus proprius: quantum, ad receptionem, hic est consensus alieni: et quia ille non est ibi: ideo non est translatio.

3. A D illud quod obijcitur, si illa consentiat, dicendum quod tunc incipit obligari, et non ratione consensus alieni tantum, sed ratione sui qui præcesserat in actu, et erat in habitu: qui etsi non obligaret, quia non erat qui acciperet, ideo alieno consensu adueniente ille consensus habet vim obligandi, quamuis prius non haberet. Posset tamen dici, quod in tali casu consensus viri renouari debet vel verbo, vel signo.

4. A D illud quod obijcitur, quod efficacius consentit, dicendum quod si iste non obligetur, hoc non est propter defectum intentionis, quia non sit sufficienter intensus, sed quia non est mutuum.

5. A D illud quod obijcitur de vinculo charitatis, dicendum quod charitas prout est vinculum, quod facit vnum corpus spirituale, numquam est quin sit in vtroque extremorum, alioquin non facit vnum. Et in matrimonio sunt vnum, sponsus et sponsa, et signatur coniunctio Dei, et animæ, quæ numquam claudicat: ideo nullus est consensus quantum ad vim sacramenti, si libertatem habet in vna persona, et coactionem in alia.

QVÆSTIO III.

An aliquis possit ad matrimonium compelli per præceptum patris.

S. Tho. in Suppl. 3. p. 9. q. 47. art. 5. Richardus 4. Sent. dist. 29. q. 4. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 29. q. 1. art. 2. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 29. q. 3. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 29. q. 7.

TRVM aliquis possit ad matrimonium compelli per præceptum patris. Et voco hic compulsionem, vt obedire teneatur. Et quod sic, videtur: quia dicitur, quod Isaac vocauit filium suum Iacob, præcepitque ei dicens: Non accipias vxorem, et cetera. constat quod Isaac non præcepit nisi quod potuit, et debuit: ergo potest hoc pater filio præcipere.

AD OPPOSITVM

Gen. 28. d

Colof. 3. d

1. I T E M: Filij obedite parentibus vestris per omnia: ergo in omnibus, quæ non sunt contra salutem, teneatur patri filius obedire. Vnde Glossa: Placet Deo si per omnia obeditis, ita tamen si Domino obeditis. Si ergo matrimonium non est contra salutem: patet, et cetera.

3. I T E M sicut se habet pater spiritualis respectu matrimonij spiritualis, ita pater carnalis respectu carnalis. Sed Dominus Papa potest præcipere alicui sub pœna excommunicationis, quod Episcopatum accipiat: ergo pater carnalis quod filius cum muliere, cum qua vult, contrahat.

4. I T E M stultus est qui iurat, et se obligat pro alio, quin non est ei obligatus, vt si iurarem pro extraneo, quod ipse ad sanctum Dionysium iret: si ergo parentes iurant pro filijs: ergo videtur quod suis possunt præcipere, vt iuramenta sua debeant implere.

5. I T E M si aliquis contrahat sponsalia cum aliqua, nondum est matrimonium contractum: et tamen per Ecclesiasticum præceptum compellitur ad contrahendum.

Si ergo

Si ergo potest compelli ab Episcopo, pari ratione videtur quod possit compelli a patre suo.

FVNDAMENTA.

CONTRA: In eo in quo pares sumus, vnus non tenetur obedire mandato alterius: sed quantum ad ius matrimonij omnes sunt pares: ergo non videtur quod pater possit filio imperare.

I T E M patre imperante matrimonium, filius sine peccato potest castitatem vouere: ergo non tenetur patri obedire.

I T E M filius si vult religionem intrare, non tenetur patri determinanti, vel prohibenti sibi religionem obedire, immo in quantumcumque potest sine peccato intrare, quia tale votum est spontaneum: si ergo matrimonium debet esse liberum: pater, et cetera.

I T E M nemo potest me compellere ad perpetuum seruitutem: sed vir eo quod contrahit cum vxore, dat ei sui corporis perpetuam potestatem: ergo non videtur quod in hoc teneatur quis alicui obedire.

I T E M si teneretur obedire, tunc sponsalia per parentes contracta absque consensu filiorum nubentium essent stabilia: sed hoc est contra iura canonica, et ciuilia: ergo, et cetera.

CONCLUSIO.

Pater non potest cogere nec præcipere filijs vt contrahant matrimonium, nisi charitas, aut rationabilis quadam causa eos liget.

RESP. AD ARG. Dicendum quod sicut ostendunt rationes vltimæ, matrimonij contractus debet esse liber omnino, tum ratione signationis, tum etiam ratione talis et tantæ obligationis, quæ in illo contractu consistit: ideo non est præcipiendum a parentibus filio præcepto obligatorio, quod contrahat. Quia potest continere si vult, et iterum si vult contrahere. Et adhuc per præceptum non potest pater ad contrahendum cum hac, vel cum illa eum obligare, nisi charitas vel rationabilis causa eum liget, vel promissio ipsius voluntaria. Rationabilis autem causa ligat, quando pater habet inimicitias, et non potest euadere nisi filius cum consanguinea inimici contrahat: vt charitas verò ligat, quando pater prohibet filio ne contrahat cum muliere mala: ob promissionem voluntariam ligatur, vt quando ipsemet se obligat contrahendo sponsalia, præiudicium sibi generat in hoc, quod inchoat matrimonium: vnde tenetur ad con-

summandum, et ad hoc compelli potest per mandatum Ecclesiasticum.

1. E T per hoc patet responsio ad primum in contrarium, et ad vltimum. Nam Isaac rationabiliter præcepit illud, quod Iacob alias tenebatur facere: tum propter malitiam mulierum, tum etiam quia semen Chanaam de terra illa erat disperdendum, et illud clare insinuatur in textu, et clarius in quodam libello, qui dicitur testimonium patriarcharum.

2. A D illud quod obijcitur de obedientia respectu patris, dicendum quod illa distributio intelligitur solum quantum ad ea, quæ sunt de paterna honorificatione, et quantum ad ea quæ spectant ad regimen familiæ. Si autem quantum ad alia intelligatur, consilium est non præceptum: et hoc innuit Glossa quæ dicit: Placet Deo, et cetera.

3. A D illud quod obijcitur de matrimonio spirituali, respondet aliqui quod Papa non potest præcipere, quia consensus debet esse liber: sed post susceptionem potest præcipere administrationem: sed tamen istud non videtur securum dicere, cum tota die videamus fieri contrarium. Et ideo dicunt aliqui quod simpliciter potest præcipere. Nec est simile de patre carnali, quia pater spiritualis potestatis plenitudinem super filios suos habet amplius quam pater carnalis. Et præterea non est tanta seruitus, et tam indiuisibilis copula in matrimonio spirituali, sicut in carnali: et hoc patet, quia Papa potest deponere, et ab soluere ab Episcopatu. Tertius modus dicendi est, quod vbi rationabilis causa est, scilicet necessitas, vel communis utilitas, potest præcipi: et tunc ille tenetur obedire: et quoniam semper præsumendum est, quod tantus pater ex causa rationabili moueatur, nisi expresse appareat contrarium, credendum est quod subditus obedire tenetur. Quod si sciret se insufficientem, et indignum, et videret sibi imminere periculum animæ, credendum est quod non teneretur obedire. Hæc enim obedientia modicum, aut nihil de suo debet habere, maxime temporibus modernis. Quidquid tamen sit, non est simile de isto matrimonio, et de illo, ratione iam visa.

4. 5. A D illud quod obijcitur de iuramento pro altero, dicendum quod sicut infra patebit nullus est roboris, sed cuiusdam solatij, et sollempnitatis, quando parentes iurant pro paruulis: nec obligantur ad aliud, nisi quod bona fide ad hoc laborabunt, quod matrimonium compleatur. Vltimum patet, quia talis sibi præiudicium generauit ex propria obligatione.

DISTINCT. XXX.

DE ERRORE QVI EVACVAT CONSENSVM:

de coniugio Mariæ, et Ioseph, et de finali causa matrimonij, quæ est prolis procreatio.

NEC solum coactio impedit, vel excludit consensum, sed etiam error. Non autem omnis error consensum impedit. Est enim error alius persone, alius fortune, alius conditionis, alius qualitatis. Error persone, quando hic putatur esse homo ille, et est alius. Error fortune, quando putatur esse dives qui pauper est, vel econuerso. Error conditionis, quando putatur esse liber, qui seruus est. Error qualitatis, quando putatur esse bonus, qui malus est. Error fortune et qualitatis coniugij consensum non excludit. Error vero conditionis coniugalem consensum euacuat, de qua conditione post modum tractabimus. Error quoque persona consensum coniugalem non admittit: vt si quis S. Bon. To. 5. mm 3 feminam

feminam nobilem in coniugium petat, et pro ea alia ignobilis tradatur ei, non est inter eos coniugium: quia non consensit vir in istam, sed in aliam. Ut si quis promitteret mihi se venditurum aurum, et pro auro offerret mihi aurichalcum, et ita me deciperet: numquid dicerer consensisse in aurichalcum? numquam volui emere aurichalcum: nec ergo in illud consensisse: quia consensus non nisi voluntatis est. Sicut ergo error materiae excludit consensum, ita et in coniugio error persona. Sed obijciunt de Iacob, qui pro Rachel septem annis seruierat, et supposita est ei Lia: numquid error persona excludit coniugium, cum non in eam, sed in Rachel consenserit? Sed quod ibi factum est, in mysterio gestum non improbe traditur, ibi tamen est non praecessit, secutus est consensus: nec ex illo concubitu, qui consensum praecessit, fornicarij iudicantur, cum ille maritali affectu eam cognouerit, et illa uxorio affectu debitum persoluerit: putans lege primogenitarum, et paternis imperijs se illi iure copulatam. Excusatur etiam, quia Dei consilio in mysterio ita actum est. Hodie etiam excusaretur ille, cui inscio uxoris soror lectulum eius ingressa se subijceret: quae cum sine spe coniugij perpetuo manere censeatur, ille tamen qui cognouit eam per ignorantiam excusatur, quod per simile probatur: Si enim diabolus transfigurans se in angelum lucis credatur bonus, non est error periculosus. Quod autem vir ille in illam mulierem non consenserit, ex simili ostenditur: Si quis haereticus nomine Augustini, vel Ambrosii, alicui Catholico se offerret, eumque ad sua fidei imitationem vocaret: si ille assentiret, in cuius sententiam fidei diceretur consensisse? Non in haereticorum sectam, sed in integritatem fidei, quam ille haereticus se mentiebatur habere. Error vero fortuna consensum non excludit. Quae enim nubit pauperi, putans illum esse diuitem, non potest renunciare priori conditioni, quamvis errauerit. Nec error qualitatis: ut si quis ducat uxorem meretricem, vel corruptam, quam putat esse castam, vel virginem, non potest eam dimittere.

De coniugio Mariae, et Ioseph.

P R A E M I S S I S aliquid addendum est de modo illius consensus, qui inter Mariam, et Ioseph intercessit. Sane credi potest, non solum Mariam, sed etiam Ioseph apud se disposuisse virginitatem seruare velle, nisi Deus aliter iuberet: eosque sic consensisse in coniugalem societatem, ut uterque de altero reuelante Spiritu sancto, intelligeret quod virginitatem seruare vellet, nisi Deus aliter inspiraret: sed illam voluntatem verbis non expresserunt, postea vero expresserunt, et in virginitate permanerunt. Consensit ergo Maria in maritalem societatem, sed non in carnalem copulam, nisi de eadem specialiter Deus praeciperet, cuius etiam consilio in maritalem consensit copulam, quia virginitatem seruare volebat: et ideo non aliter consensisset in coniugalem societatem, nisi familiare Dei consilium habuisset, de qua Augustinus sic ait: Beata Maria proposuit se seruaturam votum virginitatis in corde, sed ipsum votum non expressit in ore. Subiecit se diuinae dispositioni, proposuit se perseueraturam virginem, nisi Deus aliter ei reuelaret. Committens ergo virginitatem suam diuinae dispositioni, consensit in carnalem copulam, non illam appetendo, sed diuinae inspirationi in utroque obediendo: postea vero simul cum viro labijs expressit, et uterque in virginitate permansit.

Quod perfectum inter eos fuit coniugium.

I N T E R quos, ut ait Augustinus, perfectum fuit coniugium: perfectum quidem non in significatione, sed in sanctitate. Sanctiora sunt enim coniugia pari voto continentium. Vnde Augustinus: Quod Deo pari voto, et consensu voueratis, ambo perseueranter reddere debuistis: quo proposito si lapsus est ille, in saltem perseuera. Non quia pariter temperabatis a commixtione carnali: ideo maritus tuus esse desiderat: immo vero tanto sanctius coniuges manebatis, quanto sanctiora concorditer placita seruabatis. Perfectum ergo fuit Mariae et Ioseph coniugium in sanctitate. Perfectum etiam fuit secundum triplex bonum coniugij, fidem scilicet, prolem, et sacramentum. Omne enim nuptiarum bonum, ut ait Augustinus, impletum est in illis parentibus Christi, fides, proles, sacramentum. Prolem cognoscimus ipsum Dominum: fidem, quia nullum adulterium: sacramentum, quia nullum diuortium. Solus ibi nuptialis concubitus non fuit: quia in carne peccati fieri non poterat sine pudenda concupiscentia carnis, quae accidit ex peccato: sine qua concipi uoluit, qui sine peccato futurus erat. Et licet non intercesserit coniugalit concubitus, coniuges tamen uere fuerunt mente non carne, sicut et parentes: quamuis Ambrosius dicat perfectum fieri coniugium per carnalem copulam. In omni, inquit, matrimonio coniugatio intelligitur spiritualis: quam confirmat, et perficit coniunctorum commixtio corporalis.

Sed

Sed intelligendum est coniugium perfici commixtione corporali, non quantum ad veritatem, vel sanctitatem coniugij, sed quantum ad significationem: quia perfectius unionem Christi, et Ecclesiae tunc figurat.

De causa finali coniugij.

EXPOSITO quae sit efficiens causa matrimonij, consequens est ostendere ob quam causam soleat, vel debeat contrahi matrimonium. Est igitur finalis causa matrimonij contrahendi principalis procreatio prolis: propter hoc enim instituit Deus coniugium inter primos parentes, quibus dixit: Crescite et multiplicamini, et cet. Secunda est post peccatum Adae uitatio fornicationis. Vnde Apostolus: Propter fornicationem unusquisque habeat uxorem suam, et unaqueque habeat virum suum. Sunt et aliae causae honestae, ut inimicorum reconciliatio, et pacis reintegratio. Sunt etiam et aliae causae minus honestae, propter quas aliquando contrahitur: ut viri mulierisque pulchritudo, quae animos amore inflammatos saepe impellit inire coniugium, ut valeant suum expleri desiderium: Quaevis quoque et diuitiarum possessio frequenter est coniugij causa, et aliae multae, quae cuique diligentiam adhibenti facile est discernere. Nec est assentiendum illis, qui dicunt non esse coniugium, quod propter has causas minus honestas contrahitur. Constat enim ex praemissis coniugium fieri ex communi consensu uerbis de presenti expresso, quamuis amor ad hoc atraxerit. Cuius rei documentum praestat Iacob, qui Rachel decoram facie, et venusto aspectu amauit, eamque multum diligens, ait: Seruiam tibi pro Rachel septem annis. In Deuteronomio etiam legitur: Si uideris in medio captiuorum mulierem pulchram, et admaueris eam, uoluerisque uxorem habere, introduces eam in domum tuam, et cetera.

Quod malus finis non contaminat sacramentum.

ET licet sine non bono contrahatur coniugium, quando species contrahentis mouet animum, coniugium tamen bonum est: quia uita mala, vel intentio peruersa alicuius sacramentum non contaminat. Habuit autem coniugium Mariae et Ioseph alias causas speciales, scilicet ut Virgo solatio uiri sustentaretur, et ut diabolo partus celaretur, ut Ioseph esset testis castitatis, defendens eam ab infamia suspitionis, ne ut adultera damnaretur.

D I S T I N C T. XXX.

Consensus, qui est efficiens causa matrimonij, non debet esse defectiuus a parte rationis.

Nec solum coactio impedit, vel excludit consensum, sed etiam error, non autem omnis error consensum impedit, et c.

Expositio textus.

S V P R A egit Magister de consensu, qui deficit a parte voluntatis. Hic secundo agit de consensu, qui deficit a parte rationis. Et quoniam ex hac parte potest dupliciter deficere. Aut propter errorem in ratione. Aut propter obliquitatem in intentione, quae aliquid dicit rationis, aliquid dicit voluntatis: Ideo primo determinat de consensu, qui fit in errore. Secundo vero determinat de consensu, qui fit mala intentione, et per oppositum bona, ibi: Expositio quae sit causa efficiens matrimonij. Prima pars habet duas. Primo enim determinat varios errores, qui incidunt circa consensum. Secundo determinat, qualiter consensus Mariae, et Ioseph fuerit rectus, et sanctus, ibi: Praemissis aliquibus addendum est de modo illius consensus, et c.

Si enim diabolus transfigurans se in angelum lucis credatur bonus, non est error periculosus. Quod autem, et c. Dub. 1.

Videtur falsum dicere, quia hic est error, qui ducit

A ad idololatriam, ut si ostendat se esse Christum, et credatur, et adoretur.

R e s p. Dicendum quod Magister loquitur de errore illo, ita quod non procedatur ultra, quia iste non est error iuris, sed facti. Vel si ultra procedat, intelligitur ita, quod non simpliciter, sed sub conditione, utpote si adoret eum, si est Christus, tunc nulla est idololatria, nec deceptio periculosa. Si autem ultra procedat, tunc incipit esse periculum.

Si quis haereticus nomine Augustini vel Ambrosii alicui Catholico se offerret, eumque ad suae fidei imitationem vocaret, si ille assentiret, in cuius sententiam, et c. Dub. 11.

Videtur quod talis error sit periculosissimus, quia si talem haereticum nomine Augustini recipit, tunc credit omnia quae sibi dicit, et ita contra fidem, et efficeretur qui sic credit, haereticus, et nullus a tali errore excusatur: ergo, et cet.

R e s p. Dicendum quod si haereticus ille, qui sic se offerret sub nomine Augustini, procederet in praedicando errorem, si ex tunc crederet, periculum esset, quia non tantum in persona esset error, verum etiam in fide. Nec excusatur talis qui tali consentit, quoniam habet consiliarium interiorum, ad quem debet recurrere, et quem debet consulere. Sed si ille non procedat ultra, sed solum in generali dicat, quod sequitur sectam suam, tunc nullum est periculum: et si praedicat ei verum in persona Augustini, potest sibi esse meritum in assentiendo. Vnde nota, quod in eadem ueritate assentiens alicui alicui secundum quod catholico doctore meretur, assentiens uero haeretico demeretur, assentiens uero philosopho nec meretur, nec demeretur.

Gen. 1. a demeretur. Vnde esto quod sicut Moyses dixit: In principio creavit Deus celum, et terram: ita etiam diceret Aristoteles, ita etiam Arius, qui crederet quod Moyses dixit, mereretur, quia crederet quod Spiritus sanctus fuerit: aristoteli: et ita crederet primæ veritati. Qui crederet, quod Aristoteles dicit, nec mereretur, nec demeretur, quia adhereret sapientie mundana: Qui crederet quod Arius dicit, putans Arium, qui fuit hæreticus, esse doctorem verum, demeretur, quia assensus est fundatus super heresim.

Error vero fortune consensum non excludit. Que enim nabit pauperi putans illum esse diuitem, non potest, et c. Dub. 111.

Videtur male dicere, quia possibile est quod aliquis consentiat in aliquam pro sola pecunia: ratio consentiendi fuit pecunia: sed non existente causa principali non existit effectus: ergo si non est diues illa, in quam consentitur propter diuitias, non est consensus: ergo nec matrimonium. Item: Esto quod consensus exprimeretur sub conditione pecunie, deinde si non daretur, non esset matrimonium in conspectu Ecclesie: ergo pari ratione si non est ita in corde, non est matrimonium in conspectu Dei.

R e s p. Dicendum quod error fortune non excludit consensum, immo consensum inducit. Inducitur autem consensus a falsa estimatione ad eliciendum consensum verum: et cum non sit in aliam personam, quam in hanc, verus est consensus, et verum est matrimonium. Quod ergo obijcitur, quod pecunia est causa, dicendum quod falsum est, immo estimatio, vel spes habenda pecunie. Ad illud ergo quod obijcitur, si consentit spe pecunie, dicendum quod aliud est spe pecunie consentire, aliud sub conditione consentire. Qui enim consentit spe pecunie, supponit diuitias in estimatione, et absolute elicit consensum ex voluntate: et ideo matrimonium contrahit: sed qui sub conditione, reservat sibi adhuc consensum: et ideo non est matrimonium, nec est similitudo inter hunc consensum, et illum.

Potest vero expresserunt, et in virginitate permanserunt. Consensit ergo in Maria in maritalem societatem, sed non in carnalem copulam, et c. Dub. 114.

Mat. 1. d Contra: Accepit Mariam coniugem suam, et non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum. Ex hac littera dupliciter arguitur de ly donet: ergo post cognovit. Similiter de ly primogenitum, quia primum dicitur respectu secundi. Item: Descendit Capharnaum ipse, et mater eius, et fratres eius: ergo fratres habuit: et constat quod non de patre: ergo de matre.

R e s p. Dicendum quod ex duplici verbo predicto ortum habuit vilissima hæresis Claudianorum, qui fatentur beatam Virginem post generationem Christi fuisse cognitam a Ioseph: sed hæresis ista est omnino irrationalis: quod beatissima mater Dei, ex quo fuit templum Dei, et Spiritus sancti, operi carnis vacaret: et hoc non potest cadere nisi in animam impiam, et stultam, credere scilicet tantam in matrem Dei indignitatem. Ideo erroneus est, et perniciosus: et Dominus in morte istum errorem euacuavit, quando eam beato Iohanni recommendavit, et dedit eam sibi in solatiu loco filij: nec illi dedit, si filios habuisset. Quod ergo obijcitur de ly donet, dicendum quod dicit terminum incertum, sicut sibi: Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis donec ponam: constitat quod post sedebat a dextris. Similiter dico quod primogenitus prius ordinem ad anterius, non ponit ordinem ad posterius: et ideo primogenitus appellatur, quia Dominus erat secundum legem offerendus. Et si tu obijcias quod habuit aliquos fratres, dicendum

Ioh. 19. e Psal. 109. a

A quod fratres vocantur ibi propinqui in secundo gradu, vel in tertio.

Committens ergo virginitatem suam divina dispositioni consensit in carnalem copulam, non illam appetendo, et cetera. Dub. V.

Ex hoc videtur quod saltem fuerit mente corrupta, quod dicere est blasphemia. Item videtur sibi contradicere, quia paulo ante dicit: Consensit Maria in maritalem societatem, sed non in carnalem copulam: ergo falsum dicit nunc.

B R e s p. Dicendum quod illud verbum Augustini intelligitur, non quia Virgo consensit, ut ipsam cognosceret, quia numquam credo hoc ipsam voluisse, nec Deum sibi hoc inspirasse: sed consensit in conjugalem societatem, siue in mutuum corporum potestatem, quæ ordinata erat ad copulam carnalem, non tamen ordinatione necessaria.

Iacob qui Rachel decoram facie, et venusto aspectu amavit. Dub. VI.

Quæritur hic, utrum peccauerit. Et quod sic videtur: quia Magister dicit in littera, quod pulchritudo proculdubio est causa minus honesta, propter quæ contrahitur matrimonium. Item: Fallax gratia, et vana est pulchritudo, sicut dicitur: ergo qui propter pulchritudinem contrahit matrimonium, moquetur ex vanitate: si ergo in sacramentis diuinis talis causa est reprehensibilis: patet, et cetera.

R e s p. Dicendum quod pulchritudo in muliere, vel in viro potest dupliciter mouere ad matrimonium contrahendum. Aut sicut causa principalis: aut sicut causa inducens, et attrahens quoddam modo. Si sicut causa principalis, tunc est causa minus honesta, quia non debet hoc intendi in matrimonio, sed filiorum procreatio, vel aliquod simile: et hoc iterum ordinatum est ad diuinum obsequium. Si autem sicut inducens, potest esse sine peccato ad minus graui, pro eo quod pulchritudo naturaliter attrahit animam ad amorem: et si amor talis sit complacentie non multum intensus, non est culpabilis. Si quis autem dicat, quod Iacob ibi venialiter peccauerit, non est multum improbabile: Et nota quod multe possunt esse cause inducentes, quæ sine peccato inducunt: dum tamen non sitatur in eis, scilicet gratia, pulchritudo, diuitie, merces, sapientia, virtus, et mores: sed virtus, et mores super omnia sunt attendenda.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam præsentis distinctionis tria queruntur. Primo queritur de consensu illo, qui est cum errore. Secundo queritur de consensu virginis Mariæ. Tertio de consensu illo, qui est ex libidine.

QVÆSTIO I.

An consensus erroneus faciat matrimonium.

S. Tho. in suppl. 3. p. q. 51. art. 1. Et 4. Sent. dist. 30. q. 2. art. 1. et 2. Scot. 4. Sent. d. 30. q. 1. Richardus 4. Sent. dist. 30. q. 1. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 30. q. 1. art. 3. Franc. de Mayr. 4. Sent. d. 30. q. 1. Stephanus Brulef. 4. Sent. dist. 30. q. 1. Petrus de Tarrant. 4. Sent. dist. 30. q. 1.

TRVM consensus erroneus faciat matrimonium. Et quod non, videtur: quia consensus sequitur cognitionem: igitur quæ consentit, consensit in eum, de quo cogitat: sed

Pron. 31. d

FVNDAMENTA.

fed credens hunc esse alium, de illo cogitat: ergo consentit in illum, et non in hunc: et sic, et cetera.

I T E M voluntarium est cuius principium est in ipso cognoscente singula: ergo inuoluntarium vbi non est cognitio: sed vbi errat, non cognoscit: et sic non est ibi ratio voluntarij: ergo nec matrimonium.

I T E M plus habet de ratione inuoluntarij quod fit per ignorantiam, quam per violentiam: sed illud impedit: ergo et istud.

I T E M ad hoc est auctoritas, quæ dicit hoc, sicut habetur causa 29. q. 1. per totum.

AD OPPOSITVM. 1. CONTRA: Isaac credit benedicere Esau, et tamen benedicendo Iacob benedictus est: ergo a simili, qui credidit ducere vnam in vxorem, et ducit aliam, vxor eius est.

2. I T E M Iacob credidit cognoscere Rachel, et cognouit Lyam, et tamen matrimoniu fuit: ergo, et cetera.

3. I T E M hoc ostenditur ratione, quia qui peccat per ignorantiam, nihilominus peccat, et non excusatur: ergo nec matrimonium infingitur propter errorem.

4. I T E M obijcitur, quia rusticus credens cuprum aurum, emit cuprum non aurum: ergo similiter videtur, quod mulier credens Petrum esse Martinum, consentit in Petrum.

5. I T E M si consensus erroneus impedit in quantum erroneus: ergo vbi cumque est error, est impedimentum: ergo si credit contrahere cum diuite, et contrahit cum paupere, videtur quod non fiat contractio matrimonij. Iuxta hoc queritur, quis error impediatur, et utrum error nobilitatis impediatur matrimonium: videtur enim quod non, cum sit error qualitatibus: oppositum autem dicit Magister in littera.

CONCLUSIO.

Matrimonium impedit error persona, non autem semper error proprietatum persone.

R E S P. AD ARG. Dicendum quod error potest esse dupliciter in consensu. Aut error circa personam. Aut circa proprietates persone. Si sit error circa personam, talis consensus tollit, et matrimonium impedit. Quæ enim consentit in aliquem, credens ipsum esse alium secundum veritatem, affectus eius coniungitur ei, de quo credit, et in eum consentit: et ideo non est ibi matrimonium pro eo quod non est consensus mutuus. Ad hoc autem quod sit error persone, necesse est quod duplex persona occurrat. Vna in aspectu interiori, altera in aspectu exteriori: et talis error facit consensum, et voluntatem diuertit ab eo, qui exteriori apparet, pro eo quod consensus omnis et voluntas aliquam consequitur cognitionem. Inuisa enim, ut dicit Augustinus, diligere possumus, incognita nequam. Si autem sit error proprietatum persone, talis error non omnino tollit consensum: et ideo non omnino impedit matrimonium, nisi quando est error conditionis, siue seruitutis. Quare autem iste error magis impediatur, quam alius, infra dicitur.

Explicatio Lib. 2. de Trin. c. 1. et 11. in Ioh. 10. 9. Dist. 36. art. 1. q. 1.

1. AD illud ergo quod obijcitur de benedictione Iacob, dicendum quod non est simile, quia benedictio est opus Dei: et secundum veritatem illi debebatur, quem ignorans benedicebat: et ideo Isaac benedictionem postmodum confirmauit: sed consensus est opus persone quantum ad iudicium potens errare, opus non est simile.

2. AD illud quod obijcitur, quod Iacob cognoscens Lyam, errauit: et tamen matrimonium fuit, dicendum quod non ex coitu fuit matrimonium: sed postmodum Iacob consentit in illam, quam cognouerat: et rursus seruiuit pro prima.

3. AD illud quod obijcitur, quod ignorantia non excusat a culpa, dicendum quod ignorantia iuris non excusat, sed tamen ignorantia persone, et facti adhi-

bita diligentia excusat: ut si quis cognoscat aliam, credens cognoscere suam: sic in proposito.

4. AD illud quod obijcitur, quod qui credit emere aurum, et cetera. dicendum quod non est simile duplici ex causa. Primum, quia rusticus non cogitat de auro nisi in generali, sed de cupro in speciali. Sed mulier errans in Petro, cogitat de Martino in speciali. Præterea: Consensus qui est actus voluntatis interior, sequitur estimationem, et credulitatem: sed emptio est actus exterior, qui consequitur contractum exteriorē circa rem. Si tamen rusticus mentionem faceret de auro, ita quod mentio de auro fieret in contractu, et ille venderet aurum pro auro, tunc non teneret contractus, immo teneretur decipiens ad restitutionem, et quantum ad hoc est simile. Et hoc est quod Magister introducit illud pro simili in ipsa littera.

5. AD illud quod obijcitur quis error impediatur, patet responso ex prædictis. Quod vero queritur de nobilitate, dicendum quod circa nobilitatem contingit errare dupliciter. Aut circa subiectum persone. Aut circa proprietates persone, ut patet per exemplum. Mulier enim quæ credit hunc, quem videt esse filium regis Angliæ, dupliciter potest errare. Aut enim cognoscit personam filij regis Angliæ visu, vel auditu: et tunc in veritate consentit in illum, quia de illo cogitat: et tunc est error persone, et non est matrimonium. Aut personam eius non cognoscit, sed solum cogitat dignitatem, et credit hunc, quem videt habere illam dignitatem, et nobilitatem: et tunc non consentit nisi in hunc, et est error proprietatis non substantiæ. Quod ergo obijcitur, credit hunc esse alium, falsum est, sed alterum, quia nobilitas non est substantia, sed accidens.

QVÆSTIO II.

An consensus matrimonialis beatæ Mariæ Deo fuerit placitus.

S. Th. 4. Sent. dist. 30. q. 1. art. 4. Scot. 4. Sent. d. 30. q. 2. Richardus 4. Sent. dist. 30. art. 2. q. 2. Duran. 4. Sent. d. 30. q. 2. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 30. q. 1. art. 4. Franciscus de Mayr. 4. Sent. dist. 30. q. 2. Steph. Brul. 4. Sent. d. 30. q. 2. Petrus de Tarrant. 4. Sent. d. 30. q. 5. et 7.

TRVM consensus matrimonialis beatæ Mariæ Deo fuerit placitus, et in se honestus. Fuit enim hoc ordine. Primo virgo vouit. Secundo nupsit, et nupsit ipsi Ioseph: Primo videtur fuisse reprehensibilis in hoc quod vouit, quia sicut dicitur: Lex et prophetæ vsque ad Ioannem: ergo videtur quod beata Maria in principio erat sub lege: sed in lege sterilis erat maledicta, sicut innuitur: Dum vouit, videtur quod incurrerit maledictionem.

2. I T E M votum castitatis est in consilio: sed consilia primo a Christo sunt promulgata, et in prædicatione Euangelica: ergo videtur quod ante Christi aduentum virginitatem vouere ad virginem non pertinebat.

3. I T E M vterius: Non videtur bene fecisse quod nupsit alij, primum propter periculum, quoniam mulier, quæ vult virginitatem seruare, cum periculo potestatem sui corporis viro tradit, et maxime contrahendo, vel cohabitando: ergo si beata Virgo vouerat, periculo se committebat, quando cum viro contraheret, vel cohabitaret.

4. I T E M perfectius est carere omni consortio virili siue quantum ad societatem, siue quantum ad copulam, quam aliquo modo viro adherere: ergo si debebat.

Mat. 11. b Dem. 7. c

bat matrem Domini esse perfectissimam, nullo modo decurt viro alicui esse nuptam.

5. Vltius videtur quod tali viro non debuit nubere, quoniam virgo Maria erat cognata Helisabeth, quae erat vxor sacerdotis Zachariae, sicut dicitur: sed personae, quae erant de diuersis tribubus, non debebant simul contrahere, sicut probatur per illud quod dicitur in Numeris: Cum ergo Ioseph esset de tribu Iuda, vt patet in Mattheo, videtur quod male fecit beata Virgo, quod illi nupsit.

6. I T E M Beata Maria erat ex stirpe regali, ex proge- nie David sicut cauat Ecclesia: Regali ex proge- nie Maria: sed Ioseph fuit faber, sicut dicitur: ergo si non deceat virgines de regali stirpe nubere, videtur quod beata virgo Maria inconuenienter nupsit.

CONCLUSIO.

Matrimonialis consensus gloriosissima virginis fuit Deo placitissimus: sicut enim conueniens: illam vouere, ac postea nubere. idq. ipse Ioseph.

R E S P. A D A R G. Dicendum quod hoc totum quod in illo matrimonio gestum est, familiari consilio Spiritus sancti est factum: Primo namque decurt virginem Deo virginitatem vouere triplici ratione. Prima est, vt ei esset ei decentissimum habitaculum. Quia enim sapientia candor est lucis aeternae, et speculum sine macula, quod nihil inquinatum incurrit, decebat vt ex matre incorrupta et re, et voluntate firma conciperetur: perfecta autem corruptio voluntatis in voto consistit virginitatis. Secunda ratio est, vt esset mulieribus totius virginitatis exemplum, sicut enim Deus pater Christum viris praeposuit in exemplum, sic eius matrem in exemplum praeposuit mulieribus: et quoniam hoc est maxime imitandum, et laudandum, scilicet votum virginitatis, et ideo in illa esse debuit. Tertia ratio est, quia debet in ea esse omnis nobilitatis, et sanctitatis privilegium: absit enim quod aliqua alia virgo beatam Mariam excellat: immo Altissimus, qui fundauit eam, omnis dignitatis privilegio ipsam adornauit: vt sicut ipse ea praeceteris adamauit, sic ipsa omnibus esset sanctior, et amabilior esset vniuersis. Vnde circumscripta maternitate Dei adhuc ipsa praeceteris sanctis debet amari, et laudari: et ideo Spiritus sanctus, qui alij inspirauit virginitatis votum, ab ea non retinuit celatum. Non solum autem conueniens fuit vt voueret, sed etiam vt nuberet ex triplici causa. Primo propter signationem. Secundo propter infamiae vitiationem. Tertio propter diuini consilij occultationem. Propter signationem, quia Ecclesia est spiritualis sponsa, et virgo, et mater: hoc signari debuit: et nulla alia ad hoc signandum idonea fuit, nisi haec quae simul fuit virgo, et mater: et ideo vt perfecte signaret, debuit etiam desponsari. Secunda ratio est propter infamiae vitiationem: quia vt dicit Bernardus omnes credidissent, quod esset fornicaria: et non decebat hoc credi de matre Dei, nec etiam de Christo, quod esset natus ex adulterio: tolerabilius autem fuit ad tempus credi, quod esset natus ex coniugio. Si enim virgo fuis- set infamata, et filius eius, tunc dolor excusationis pharisaeis esset relictus, et velamen ipsis mulieribus infamibus. Tertia ratio est propter consilij diuini occultationem, ne aduersario notum fieret consilium Dei. Hoc aut occultatum fuit aduersario per hunc modum, quia sicut Bernardus dicit, non poterat latere diabolum, quod scirent homines, vnde per homines scire non potuit, nec per se, quia a virgine procul repellebatur. Decens etiam fuit vt tali homini nuberet triplici ex causa, scilicet ratione generis, et ratione fidelitatis, et ratione paupertatis. Ratione generis, quia erat de tribu Iuda, et de femine David, et propinquus beatae virginis: et per ipsum descripta est genealogia Christi, quae non debet per feminas describi, sicut Hierony-

Luce 1. c

Num. vi. c

Mat. 13. g

Sap. 7. d

Rom. in me

dio hom. 2.

super Mis-

ses. est. 10. 2.

Ibidem.

mus super Mattheum dicit. Secunda ratio est, quia fuit vir castus, et iustus sicut dicit Euangelium, et vt esset virgini in solatium, et in testimonium eunti in Aegiptum, datus est ei a Deo in virum. Tertia ratio est propter paupertatem, quia Christus super omnia venit, confundere superbiam, non voluit vocari filius regis, sed magis filius fabri. In quo ostenditur Christi humilitas, et etiam ipsius virginis gloriosae, et confusa est mundanorum superbia. Ex his patent obiecta.

1. 2. A D illud quod obijcitur primo, quod non debuit vouere, quia hoc spectat ad Euangelium, dicendum quod virgo sanctissima non erat sub lege: nam quo modo sub lege erat, quae legis auctorem genuit? Et rursus: Si illi qui spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege, cum haec esset plena Spiritu sancto, non pertinebat ad legem, sed ad Euangelium, quod ab ipsa infantia in corde ipsius scripserat Dei digitus, ipse scilicet Spiritus sanctus.

3. 4. A D illud quod obijcitur de periculo, et imperfectione. Dico, quod virgo certificata fuit vel inspiratione diuina, vel reuelatione angelica de ipsius sancti Ioseph continentia: et ipsa de se certa erat, quia nullum omnino carnis stimulum sentiebat: et ideo sine omni imperfectione, et periculo nubere poterat, et debebat, quoniam Deus sic inspirabat.

5. 6. A D illud quod obijcitur, quod fuit de genere sacerdotali, dicendum quod verum est ex parte matris, sed ex tribu David ex parte patris: et ideo illi nubere debuit, et potuit etiam secundum legem. Praeterea: Puellae de genere sacerdotum sub illa lege non aetabantur, nec etiam illae, ad quas non spectabat hereditas, propter hoc, quod lex illa instituta fuit ne confunderentur hereditates. Vltimum patet.

Q V A E S T I O III.

An consensus libidinosus sit causa matrimonij.

S. Tho. in suppl. 3. p. q. 48. art. 2. Et 4. Sent. dist. 30. q. 1. art. 3. Rich. 4. Sent. dist. 30. art. 3. q. 1. Scep. Brul. 4. Sent. dist. 30. q. 3. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 30. q. 10.

M T R V M consensus libidinosus sit causa matrimonij, vt puta cum aliquis consentit in aliquam propter diuitias, vel propter pulchritudinem. Et quod non videtur: quia coniunctio matrimonialis est a Deo, vt patet per illud quod dicitur: Quod Deus coniunxit, homo non separat: sed coniunctio libidinis non est a Deo, haec autem coniunctio, vel consensus venit ex libidine, quia est ex inordinato amore: ergo, et c.

1. I T E M cuius causa mala, ipsum quoque malum: vnde si radix mala, et ramus operis malus: sed consensus iste est malus: ergo non efficit matrimonium nisi malum: sed matrimonium non est malum cum sit sacramentum: ergo, et c.

2. I T E M matrimonium spirituale contractum interueniente auaritia, et pecuniae passione omnino rumpitur, et non debet stare, sicut patet in Episcopo simoniaco: ergo pari ratione matrimonium carnale, quod est signum illius.

3. I T E M matrimonium est signum coniunctionis Christi, et Ecclesiae: sed Ecclesia non coniungitur Christo, nec Christus Ecclesiae, nisi amore casto: ergo, et c.

C O N T R A hoc videtur sacra Scriptura: quia dicitur expresse, quod Iacob propter pulchritudinem consentit in Rachelem. Similiter: Si videris mulierem pulchram.

I T E M hoc ostenditur duplici simili, quia qui baptizat

A D O P P O S I T V M

Mat. 19. a

Mat. 19. b

F V N D A M E N T A . Gen. 29. e Dent. 22. b

Mat. 19. b

ptizat alium intentione lucrandi, vere baptizat, et intentione est necessaria ad baptismum, sicut consensus ad matrimonium: ergo, et c.

I T E M mercenarius qui praedicat amore pecuniae praedicat, et profert Euangelium verum, et credendum est ei: ergo si amor libidinosus non deprauat Euangelium in praedicante, nec matrimonium in consentiente.

I T E M si requiritur consensus castus ad matrimonium, pari ratione et charitas: ergo non petit hoc sacramentum perfici nisi ab habentibus charitatem, quod non est in aliquo alio sacramento.

CONCLUSIO.

Consensus libidinosus habens libidinem pro fine et obiecto, non facit matrimonium.

R E S P. A D A R G. Dicendum quod consensus libidinosus dicitur dupliciter. Aut quia intendit libidinem per modum finis, et obiecti, videlicet quia talis consensus nihil querit nisi corporalem copulam extorquere, et feminam non vxorem ducere, et iste priuat intentionem contrahendi. Alio modo dicitur libidinosus, quia et si consentiat in aliquam, vt ducat in vxorem, tamen hoc non facit propter seruandam castitatem, sed propter explendam cupiditatem, siue voluptatem. Primus consensus est contra sacramenti veritatem. Secundus est contra vtilitatem, non contra veritatem. De consensu autem isto est hic sermo, non de eo qui caret intentione contrahendi, sed de illo qui intendit contrahere intentione libidinis: iste autem non aufert, quin sit matrimonium. Vnde concedendae sunt rationes hoc probantes.

1. A D illud quod obijcitur, quod matrimonium est a Deo, et hoc a libidine, dicendum quod in consensu duo sunt, scilicet substantia consensus, et circumstantia mala, quia propter pecuniam, vel luxuriam. Substantia actionis est bona, et est a Deo: et haec est causa consensus. Circumstantia vero nihil facit ad hoc: vnde nec iuuat, nec est causa, nec concausa. Vnde ex hoc patet sequens, quia consensus non est causa matrimonij secundum id quod habet malitiositatis, sed secundum illud quod habet bonitatis.

2. Q V O D vero dicitur, quod opera exteriora recipiunt qualitatem ab interiori, verum est secundum quod sunt opera rationis, quae ordinantur in finem, et procedunt ab ipsa voluntate in quantum bona per ordinationem in finem bonum, non in quantum mala.

3. A D illud quod obijcitur de matrimonio spirituali, dicendum quod non est simile. Primum, quia ibi requiritur dignitas personae, et honestas quae debite tractare debeat sacramenta. Secundum vero quia illud sacramentum est spirituale, et officium ad quod eligitur est spirituale, et sponsa spiritualis, ideo quando introducit per pecuniam, omnino repellitur: non sic est in matrimonio carnali, ad quod nec personae dignitas, nec officium spirituale est. Et iterum: Non datur gratia per eum modum, per quem in alijs sacramentis, sed solum auxilium gratiae, sicut supra in principio visum est, nisi forte ratione benedictionis adiunctae, quae vendentem faceret simoniacum.

4. A D vltimum, respondendum quod non est signum ratione omnium conditionum, sed ratione indiuisibilitatis: ideo non oportet quod ex castitate, vel ex charitate conueniant.

D I S T I N C T. XXXI.

DE TRIBVS BONIS CONIUGII: QVOD illorum sit prorsus necessarium, et quid in admixtione coniugum excuset a culpa.

D I C I T U R hac de bonis coniugij quae sint, et qualiter coitum excusent, dicendum est. Tria sunt principaliter bona coniugij. Vnde Augustinus: Nuptiale bonum tripartitum est, scilicet fides, proles, sacramentum. In fide attenditur, ne post vinculum coniugale cum alio vel alia coeatur. In prole, vt amanter suscipiatur, religiose educetur. In sacramento, vt coniugium non separetur: et dimissus vel dimissa nec causa prolis alteri coniungatur.

De duplici separatione.

S E P A R A T I O autem gemina est, corporalis scilicet, et sacramentalis. Corporaliter possunt separari causa fornicationis, vel ex communi consensu causa religionis, siue ad tempus, siue vsque in finem. Sacramentaliter vero separari non possunt dum viuunt, si legitima personae sint. Manet enim vinculum coniugale inter eos etiam si alij a se discedentes adhererint. Vnde Augustinus: Vsque adeo manent inter viuentes semel inita iura nuptiarum, vt potius sint inter se coniuges etiam separati, quam cum alijs quibus adhererunt. Item Manet inter viuentes quoddam coniugale vinculum, quod nec separatio, nec cum altero copulatio possit auferre, sicut apostata anima velut de coniugio Christi recedens, etiam fide perditam sacramentum fidei non amittit, quod lauacro regenerationis accepit. Redderetur enim redeunti, si amississet abscedens. Habet autem hoc qui recesserit ad cumulum supplicij, non ad meritum praemij. Item: Quibus placuit ex consensu ab vsu carnalis concupiscentie in perpetuum continere, absit vt vinculum inter illos coniugale rumpatur, immo firmiter haeret, quo magis ea pacta seruanda sunt, quae charius concordiusq. seruanda sunt, non voluptarijs corporum nexibus sed voluntarijs animorum affectibus. Et attende quod tertium bonum coniugij dicitur sacramentum.

Super Gen. 2. c. 1. 2. 3.

Mat. 19. b

In lib. 1. de nup. et concu. c. 1. 2. 3. 7. Ibid. infra.

Ibidem immediate in fine c. 2. 1. 2.

Hugo 4. sen
cont. c. 5.

rum, non quod ipsum coniugium, sed quia eiusdem rei sacra signum est, id est, spiritualis et inseparabilis coniunctionis Christi et Ecclesie.

Hec tria non adfunt omni coniugio.

Hugo de sa
cramentis
p. 12. cap. 8.

ET est sciendum ab aliquibus contrahi coniugium, ubi hæc tria bona non comitantur. Deest enim fides, ubi vir cum alia, vel mulier cum alio coit. Hoc ergo bonum ita coniugio adheret, ut ex eo, si adsit, amplius commendetur coniugium: si non adsit, non inde annihilatur. Quia enim adultera est, non ideo coniux non est: immo si coniux non esset, adultera non foret: non enim est adulterium, nisi cum fides thori violatur legitimi. Quod cum sit, culpa committitur, sacramentum vero non cassatur. Bonum quoque prolis non omnibus adest coniugibus. Quidam enim pari voto continentiam servant. Alij pro atatis defectu, vel alterius rei causa generare non valent. Nec omnes illi etiam qui prolem recipiunt, bonum prolis habent. Nam bonum prolis dicitur non ipsa proles, vel prolis spes, qua ad religionem non referatur, immo ad hereditariam successionem: ut cum quis heredes terrenæ possessionis habere desiderat: sed spes ac desiderium, quo proles ad hoc queritur, ut religione informetur. Multi ergo prolem habent, qui tamen bono prolis carent: nec ideo tamen coniugium esse desinit. Sacramentum vero ita inseparabiliter coniugio heret legitimarum personarum, ut sine illo coniugium non esse videatur, quia semper manet inter viuentes vinculum coniugale: ut etiam interveniente diortio fornicationis causa, coniugalis vinculi firmitas non solvatur. Vbi vero non inter legitimas personas contrahitur coniugium, non adest illud bonum quod dicitur sacramentum: quia potest solui talium copula, de quibus post dicitur: Quod vero coniugium sit inter eos, qui coniugali affectu, non tamen gratia prolis, sed explende libidinis causa conveniunt: nec fornicarij, sed coniuges appellantur, ostendit Augustinus inquitens: Solet queri, cum masculus et femina, nec ille maritus, nec illa uxor alterius, sibi met non filiorum procreandorum, sed pro incontinentia solius concubitus causa copulantur, ea fide media, ut nec illa cum altero, nec ille cum altera faciat id: utrum nuptie sint vocanda. Et potest fortasse non absurde hoc appellari connubium, si usque ad mortem alicuius eorum id inter eos placuerit, et prolis generationem, quamvis non causa coniuncti sint: non tamen vitauerint, ut vel nolint sibi nasci filios, vel etiam opere malo aliquo agant, ne nascantur. Ceterum si vel utrumque, vel horum unum desit, non inuenio quomodo has nuptias appellare possimus: Et enim si aliquam sibi ad tempus adhibuerit, donec aliquam dignam honoribus, aut suis facultatibus inueniat, quam in coniugio adducat, animo ipse adulter est: nec cum illa, quam cupit inuenire, sed cum ista, cum qua sic est, ut cum ea non habeat maritale consortium. Ecce coniuges dicuntur, qui solius concubitus causa conveniunt, si tamen prolis generationem aliquo malo dolo non vitent.

In lib. de
bono coniu-
gali c. 5. et
6.

De his qui procurant venena sterilitatis.

De nupt. et
concup. lib.
2. c. 15. et
10. 7
habetur 32
q. 2. c. Ali-
quando.

QUI vero venena sterilitatis procurant, non coniuges, sed fornicarij sunt. Vnde Augustinus: Aliquando eousque peruenit hæc libidinosa crudelitas, vel libido crudelis, ut etiam venena sterilitatis procuret: est nihil valuerint, conceptos fetus intra viscera aliquo modo extinguat vel fundat, volendo prolem suam prius interire, quam vivere: aut si in viero vivebat, occidi, antequam nasci. Prorsus si ambo tales sint, coniuges non sunt: et si ab initio tales fuerunt, non sibi per concubitum, sed per stuprum potius conuenerunt. Si vero ambo tales non sunt, audeo dicere, aut illa quodam modo est mariti meretrix, aut ille adulter uxoris.

Quando sint homicide qui procurant abortum.

Aug. in lib.
quæst. 20. et
vate. c. 22.
Exod. 9. 80.
habetur 32
q. 2. Quod
vero.

HIC queri solet de his qui abortum procurant, quando iudicentur homicide, vel non. Tunc puerperium ad homicidium pertinet, quando formatum est et animam habet: ut Augustinus super Exodo asserit. Informe autem puerperium, ubi non est anima viua, lex ad homicidium pertinere noluit. Dicit etiam Augustinus quod informe puerperium non habet animam, ideoque multatur pecunia, non redditur anima pro anima. Sed iam formato corpori anima datur, non in conceptu corporis nascitur cum semine deriuata. Nam si cum semine et anima existit de anima, tunc et multa anima quotidie perent, cum semen fluxu non proficit natiuitati. Primum oportet domum compaginari, et sic habitorem induci. Cum ergo lineamenta compacta non fuerint, ubi erit anima? Item Hieronymus ad Algæsam: Semina paulatim formantur in viero, et tandem non reputatur homicidium, donec elementa confecta suas imagines membraque suscipiant. His apparet tunc eos homicidas esse, qui abortum procurant, cum formatum est et animatum puerperium.

In 10. 3. E-
pistolarij in
quaestioni-
bus q. 4.

De

De excusatione coitus, quæ fit per hæc bona.

CV M ergo hæc tria bona in aliquo coniugio simul concurrunt, ad excusationem coitus carnalis valent. Quando enim seruata fide tori causa prolis coniuges conueniunt, sic excusatur coitus, ut culpam non habeat. Quando vero deficiente bono prolis, fide tamen seruata conueniunt causa incontinentia, non sic excusatur, ut non habeat culpam, sed venialem. Vnde Augustinus: Coniugalis concubitus generandi gratia non habet culpam: concupiscentia vero satianda, sed tamen cum coniuge propter tori fidem, venialem habet culpam. Item hoc quod in his pro quibus quotidie dicimus: Dimitte nobis debita nostra, et cetera. Vbi autem hæc bona desunt, fides, scilicet et proles, non videtur coitus defendi a crimine. Vnde in sententijs Sexti Pythagorici legitur: Omnis ardentior amator propria uxoris adulter est. Item Hieronymus: Sapiens iudicio amat coniugem, non affectu: non regnat in eo impetus voluptatis, nec preceps fertur ad coitum. Nihil est fædus quam uxorem amare quasi adulteram. Qui dicunt se causa humani generis uxoris iungi, imitentur saltem pecudes: et postquam venter uxoris intumuerit, non perdant filios, nec amatores se uxoris exhibeant, sed maritos. Idem in matrimonio opera liberorum concessa sunt, voluptates autem, quæ de meretricum amplexibus capiuntur, in uxore sunt damnate.

To. 10. de
utilita. pe-
nis. hom. 50
circa med.
in sensu in-
li. do bo. con-
iug. ca. 6. et
7. 10. 6. et
de nupt. et
de nupt. et
cōcupis. c.
15. lib. 2.
Hug. 4. sen-
tent. cap. 4.
Mat. 6. b
Lib. 1. con-
tra Iouin.
et habetur
32. q. 4. ca-
origo quidē
ibid. est sen-
tētia Sex-
ti.
Ibid. c. libe-
rorum.

De indulgentia Apostoli quo modo sit accipienda.

SED si concubitus qui fit causa prolis culpa caret, quid Apostolus secundum indulgentiam permittit? ita enim ait: Hoc autem dico secundum indulgentiam. Cui enim præstatur venia, nisi culpa? Per hoc etiam quidam probare volunt nuptias esse peccatum. Sed, ut prædictum est, indulgentia alia est concessionis, alia permissionis. Egerat Apostolus de nuptijs, et de carnali coitu, et ad utrumque retulit illud: Hoc autem dico secundum indulgentiam. Indulgetur enim nuptie secundum concessionem, et concubitus nuptialis, qui fit tantum causa prolis. Concubitus vero qui est præter necessitatem generandi ob incontinentiam, indulgetur secundum permissionem: quia ibi est aliqua culpa, sed leuis. Ideoque non iubetur, nec conceditur, sed permittitur, quia non est laudabilis, sed venialis. De hoc Augustinus, sic ait: Forte aliquis dicet: Si veniam concessit Apostolus: ergo peccatum sunt nuptia. Cui enim venia, nisi peccato conceditur? Plane quod infirmitati permisit secundum veniam, audeo dicere peccatum esse: Veniam namque concedens Apostolus, concubitum attendit coniugatorum, ubi est incontinentia malum. Incontinentia malum est, quod vir cognoscit uxorem etiam ultra necessitatem procreandi liberos, sed et ibi est nuptiarum bonum. Non enim quia incontinentia malum est, ideo coniugium. Vbi est concubitus præter intentionem generationis, non est bonum: non propter illud malum culpabile est hoc bonum, sed illud malum fit veniale propter bonum nuptiale: quod non reprehendit Apostolus, sed malum incontinentia. Item concubitum, qui non fit causa prolis, nuptie non cogunt fieri, sed impetrant ignosci: si tamen non ita sit nimis, ut impediatur tempora, quæ orationi debentur, nec immutentur in eum usum, qui est contra naturam. Concubitus enim necessarius causa generandi inculpabilis, et solus ille nuptialis est. Ille vero, qui ultra necessitatem progreditur, non rationi, sed libidini obsequitur, et hunc non exigere, sed reddere coniugi ne fornicetur, ad coniugem pertinet. Si vero ambo tali concupiscentie subiguntur, rem faciunt quæ non est nuptiarum: cuius delicti non sunt nuptie hortatrices, sed deprecatrices. Decus quidem coniugale est castitas, procreandi et reddendi carnalis debiti fides, hoc est opus nuptiarum, quod ab omni peccato defendit Apostolus, dicens: Non peccat virgo si nupsit. Cum ergo culpabilis non sit generandi intentione concubitus, qui proprie nuptijs imputandus est, quid secundum veniam concedit Apostolus, nisi quod coniuges debetum carnis exposcunt, non propagationis voluntate, sed libidinis voluptate, quæ tamen voluptas non propter nuptias cadit in culpam, sed propter nuptias accipit veniam? Immoderata ergo progressio secundum veniam conceditur. Quocirca et hinc laudabiles sunt nuptie, quia etiam illud quod non pertinet ad se, ignosci faciunt propter se. Non enim iste concubitus, quo seruatur concupiscentia, agitur, ut impleatur fetus, quem postulant nuptie. Omnino ergo in genere suo nuptie bone sunt: quia fidem tori seruant, et prolis suscipiende causa utrumque sexum commiscunt, et impietatem separationis horrent. Sanctitati etiam coniugij nec coniux infidelis obesse potest, sed potius fidelis prodest infideli, ut Apostolus docet. Ex his ostenditur, quod coniuges, qui causa prolis tantum conueniunt, vel qui exigentibus debitum reddunt, defendit a peccato sanctitas

1. Cor. 7. a
De uerbis
Apostoli.

Aug. in lib.
de bon. con-
iug. ca. 10.
c. 6.

Aug. li. 1. c.
4. de nupt.
et concupis.
10. 7.

Aug. contra
Iulianum
Har. libro
3. ca. 21. et
22. 10. 7.

1. Cor. 7. b
Hug. 4. sen-
tent. cap. 4.

S. Bon. To. 5.

nn coniugij

conjugij bonumq. nuptiale. Si enim absque peccato non posset fieri concubitus conjugalis, non precepisset Dominus post diluuium eos copulari, dicens: Crescite et multiplicamini: cum iam sine carnali concupiscentia non possint commiseri.

Quod non omnis delectatio carnis peccatum est.

SED forte aliquis dicet, omnem carnis concupiscentiam et delectationem, qua est in coitu, malum esse et peccatum: quia ex peccato est et inordinata. Et nos dicimus illam concupiscentiam semper malam esse, quia fœda est, et pœna peccati: sed non semper peccatum est. Sæpe enim delectatur vir sanctus secundum carnem in aliqua re, ut requiescendo post laborem, edendo post esuriam: nec tamen talis delectatio est peccatum, nisi sit immoderata. Sic et delectatio que fit in coitu conjugali, cui adsunt illa tria bona, a peccato defenditur. Videtur tamen beatus Gregorius aliter sentire, scilicet quod sine peccato non possit fieri carnalis commixtio, dicens: Vir cum propria coniuge dormiens, nisi lotus aqua Ecclesiam intrare non debet. Quamuis diuersa hominum nationes de hac re diuersa sentiant, et alia custodire videantur. Romanorum tamen semper ab antiquioribus usus fuit, post admixtionem propriae coniugis, et lauacri purificationem querere, et ab ingressu Ecclesie paululum temperare. Nec hoc dicentes culpam deputamus esse coniugium, sed quia ipsa licita admixtio coniugis sine voluptate carnis fieri non potest, a sacri loci ingressu est abstinendum: quia voluptas ipsa sine culpa nullatenus esse potest.

Determinat auctoritatem.

HOC autem, ne predictis obuiet, intelligendum est in illis, qui non gratia proles conueniunt, quorum voluptas non est sine peccato. Et vix aliqui reperiri possunt adhuc amplexus carnales experientes, qui non interdum conueniant præter intentionem procreandæ proles. Hoc autem quoties fit, ab ingressu Ecclesie abstinendum est. Et quod ita intelligendum sit, Gregorius consuetudinem ostendit: Si quis vero ita sua coniuge, non cupidine voluptatis raptus, sed tantum creandorum liberorum gratia vitur, iste profecto siue de ingressu Ecclesie, siue de sumendo corporis Domini mysterio, suo est iudicio relinquendus: quia prohiberi a nobis non debet accipere, qui in igne positus nescit ardere. Cum vero non amor procreandæ sobolis, sed voluptas dominatur in opere commixtionis: habeant coniuges etiam de commixtione sua, quod desinant. Tunc autem vir, qui post admixtionem coniugis lotus aqua fuerit, etiam sacram communionem valeat accipere, cum et secundum prescriptam sententiam, Ecclesiam licuerit intrare.

DISTINCT. XXXI.

De matrimonio secundum causam finalem quantum ad bona coniugij communiter.

Post hæc de bonis coniugij, que sint, et qualiter coitum excusent, et cetera.

Expositio textus.



VPRA egit Magister de causa formali, et efficiente coniugij. Hic agit de causa finali propter quam: et hæc est triplex bonum. Diuiditur autem hæc pars in duas. In prima agit de bonis coniugij communiter. In secunda de bonis fidei specialiter, et cetera. Prima pars habet duas. In prima determinat, que et quot sint bona coniugij. In secunda vero determinat, qualiter per ea excusatur coitus, ibi: Cum igitur hæc tria bona in aliquo, et cetera. Prima pars habet tres partes: In prima determinat, que et quot sint bona coniugij. In secunda qualiter se habeant ad matrimonium, vtrum sint separabilia, an inseparabilia, ibi: Et est sciendum ab aliquibus contrahi coniugium. In tertia vero mouet duo dubia incidentia, ibi: Solet quari, cum masculus, et femina, et cetera. Similiter secunda pars, in qua agitur, quo modo bona coniugij excusantur.

Diuisio.

Dist. 32.

Illum actum, habet tres particulas. In prima determinat, per quem modum excusantur. In secunda determinat quamdam auctoritatem Apostoli, que videtur esse contraria, ibi: Sed si concubitus, qui fit causa proles, et cetera. In tertia determinat quamdam auctoritatem Gregorij, ibi: Sed forte aliquis dicit, et cetera. Et sic duo principaliter determinat Magister in hac distinctione.

Nam bonum proles dicitur non ipsa proles, et cetera. Dub. I.

Videtur male dicere, quia per matrimonium non generatur proles sancta, sed culpam habens: ergo si proles non est bonum sacramento in quantum proles, sed in quantum sancta, cum in principio ortus sit non sancta, non debet dici bonum sed malum. Item quid est quod dicit, quod bonum proles dicitur spes, ac desiderium, quo proles, vt religiose informetur: cum enim hoc habeant steriles, videtur, et cetera.

RESPON. Dicendum quod proles potest queri triplici intentione. Primo, vt educetur ad cultum Dei. Secundo, vt in hereditate succedat. Tertio, vt quis in proles multitudine, et pulchritudine gloriosus appareat. Primum est bonum sub ratione boni. Secundum est sub ratione indifferentis. Tertium est bonum deformatum siue ad malum tractum. Bonum igitur matrimonij, quod est bonum simpliciter iudicandum est proles cum tali intentione, et cum tali ordinatione. Si autem alijs duobus modis habetur

habetur quidem aliquid bonum, sed non sicut institutum est: et competit huic sacramento, quod institutum est ad procreandam prolem, ad cultum diuinum.

Vbi vero non inter legitimas personas contrahitur coniugium, potest solui talium copula, et cetera. Dub. I I.

Videtur male dicere, quia numquam fuit copula: ergo numquam soluitur, quia non soluuntur nisi copulati.

RESPON. Dicendum quod aliqui copulantur secundum veritatem. Aliqui copulantur de facto, et secundum apparentiam. Si sint matrimonialiter copulati, non soluuntur, quia vere fuit ibi copula, et vinculum. Si secundum apparentiam, soluuntur: sed illud soluere nihil aliud est, quam ostendere prius non fuisse.

Si vero ambo tales non sunt, et cetera, aut illa meretrix est mariti, et cetera. Dub. I I I.

Videtur male dicere, quia matrimonium est vinculum, quod importat relationem, sicut similitudo: sed etiam in rebus necessaria est conuertentia: ergo si ista non est vxor, nec ille vir est: ergo si ista est adultera, et ille similiter.

RESPON. Dicendum quod esse adulterum est duobus modis. Aut ratione actus, aut ratione intentionis. Si ratione actus: sic dico quod si ista est adultera, quod ille qui eam cognoscit, est adulter. Si ratione intentionis, sic dico quod vna persona intendit cognoscere affectu maritali, et alia affectu libidinis: et sic loquitur Augustinus in proposito, quia si matrimonialiter coniuncti sunt, ita quod talis pactio non intercedit, sed postmodum in altero, vel in vtroque fit intentio extra generandam prolem, est adulterium non ratione generis actus, sed ratione intentionis, pro eo quod facit contra bonum proles: et ita aduersatur matrimonio, non excusatur. Quod ipse obijcit, tenet de adulterio, quod est ratione generis actus.

Informe puerperium non habet animam, ideoq. multiplicatur pecunia. Dub. I V.

Queritur hic, vtrum talis peccet mortaliter: et vtrum sit irregularis. Et quod non, videtur: quia non punitur nisi solum pecunia, non pœna mortis: ergo videtur leue peccatum esse: quia mortalia peccata in lege puniebantur pœna mortis. Item si est peccatum mortale, quero sub quo genere: sed non sub genere homicidij: ergo si non est homicidium, de quo magis videtur, videtur quod non est mortale peccatum. CONTRA: Videtur quod grauius peccet quam ille, qui procurat abortum puerperio iam formato, quia plus nocet, quia maius bonum impedit: sed maius bonum impedit qui impedit animæ procreationem, quam qui impedit corporis vegetationem: ergo magis peccat ille qui abortum procurat, quam ille qui animam a corpore separat. Item ex hac ratione videtur, quod magis peccet qui interficit puerum non baptizatum, quam qui interficit puerum Christianum, quia facit perire in anima, et corpore. Item peccatum procurantis abortum aut pensatur secundum quantitatem bonitatis rei, que est, vel que futura est. Si rei que est, tunc nullum videtur peccatum, quia non est nisi quedam superfluitas in ventre. Si rei que futura est, sed futurus est homo viuens: ergo talis iudicandus est homicida.

RESPON. Dicendum quod talis non est iudicandus homicida quantum ad factum, quia non cedit, nec aliquis moritur ante puerperium formatum: tamen quantum ad voluntatem peruersam iudicatur. S. Bon. To. 5.

A dicandus est homicida non ratione homicidij, sed etiam maleficij: vnde talis inter maleficos computatur, et tale crimen graue est. Quod ergo obijcitur, quod non sit mortale, quia non punitur morte, ratio non valet, quia multa sunt mortalia, que morte non pledebantur: tamen illud grauius scelus est, dum ex certa scientia operatur contra naturam: contra enim naturam bestiarum est, que prolem expectant. Quod queritur sub quo genere peccati sit, dicendum quod spectat ad maleficium. Quod obijcitur, quod plus nocet, dicendum quod non consideratur quantitas nocimenti secundum id, quod potest esse: sed secundum id quod est: quia secundum id quod potest esse, cum vnus homo per successionem possit esse origo mille; qui occideret vnum, occideret mille, quod falsum est: et ideo quia nondum est anima, nedum est tantum bonum quamuis esse possit: ideo non sic grauius peccat: et sic patent obiecta.

Non propter illud malum culpabile est hoc bonum. Dub. V.

Videtur falsum dicere, quia dicitur, quod modicum fermentum totam massam corrumpit: ergo videtur quod modicum malum fœdat bonum potius quam econuerso.

RESPON. Dicendum quod malum dupliciter potest iungi bono, aut vt corruptibili, aut in quantum medicinali. Si in quantum corruptibili, sic malum fœdat bonum. Si in quantum medicinali, sic curatur, et expellitur. Et est exemplum, quia morbus iunctus nature sanæ eam vitiat, et infirmat: morbus vero iunctus medicine non reddit medicinam morbidam, sed potius curatur ab ipsa: et quoniam matrimonium est bonum medicinale, ideo non fœdatur a malo, sed potius curat malum.

Admixtio coniugis sine carnis voluptate fieri non potest. Dub. V I.

Et iterum dicit: Carnalis voluptas sine culpa nullatenus esse potest. Hoc videtur falsum, quia tunc nullum coitum contingeret esse sine peccato: et hoc est contra Gregorium, qui excepit eum, qui gratia proles coit, siue pro generanda prole: et tamen est carnis commixtio.

RESPON. Dicendum quod faciendæ est vis in verbo, quia non dicitur carnis commixtio quilibet actus conjugalis, sed ille qui fit ad delectationem carnis, vel ad eius exercitationem, in qua quidem semper est aliqua culpa.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam huius distinctionis duo principaliter queruntur. Primo queritur de bonis matrimonij in se. Secundo, qualiter excusantur coitum. Circa primum tria queruntur. Primo queritur, vtrum bona matrimonij sint in genere conferentis, siue vitilis, an honesti, an delectabilis. Secundo queritur de numero, et sufficientia. Tertio queritur de necessitate horum bonorum. S. Bon. To. 5.

QVÆSTIO I.

An matrimonium sit in genere honesti.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 49. ar. 1. Et 4. Sent. d. 31. q. 1. ar. 1. Richardus 4. Sent. d. 31. q. 1. Duran. 4. Sent. d. 31. q. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 31. q. 1. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 31. q. 1.

FVNDAMENTA. 1. Cor. 7. f

QVOD sint in genere honesti videtur, super illud: Non ut laqueum, et cetera. Glossa: Non esse turpe monstravit, sed quod honesto honestius est generali nomine honesti commendavit.

ITEM hoc videtur ratione: quia castitas cum sit virtus, est in genere honesti, sed actus coniugalis, est actus castitatis, quoniam est castitas coniugalis, sicut vidialis: ergo, et cetera.

ITEM actus qui alias esset fornicarius, fit nō fornicarius per coniugium: sed nihil tollit de honestate peccati, nisi honestum: ergo coniugium, et cetera.

ITEM servare fidem coniugij hoc est opus iustitiæ de se: sed talia cadunt in genere honesti, et hoc est bonum matrimonij: ergo, et cetera.

AD OPPOSITIVM.

1. CONTRA: Augustinus de bono coniugali: Quædam bona data sunt a Deo, quæ propter se appetenda sunt, ut sapientia, salus, et amicitia. Quædam vero propter aliud necessaria, ut doctrina, cibus, et coniugium: sed honestum est propter se appetendum: ergo, et cetera.

2. ITEM Hieronymus in libro de virginibus: Fornicationis periculo conceduntur nuptiæ, et excusabile fit quod non propter se est appetendum, sicut viduis solum fornicationis periculo conceduntur secunda connubia.

3. ITEM ratione videtur, quia honestū est quod sua vi nos trahit, et dignitate sua nos allicit: sed omne tale est ab omnibus appetendum, coniugij autem non est ab omnibus appetendum: ergo, et cetera.

4. ITEM omnis verecundia recta est de eo, quod habet aliquid inhonestatis non de honesto: sed omnis homo sanæ mentis actum coniugalem erubescit: ergo, et cetera.

CONCLUSIO.

Matrimonium propter bonum fidei est in genere honesti, propter vero prolem in genere conferentis, et propter sacramentum in genere delectabilis.

3. et 5. Ethic. cap. 5.

Explicatio.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod cum triplex bonum sit in coniugio, scilicet fides, proles, sacramentum: Fides est quod suam cognoscat, et non aliam: hoc est bonum moris de se ordinatum, et cadit in genere honesti. Proles vero bonum cadit in genere conferentis: confert enim proles multiplicatio ad speciem conservationem, et perfectionem numeri, sicut cibus ad conservationem individui. Bonum vero sacramenti cadit in genere delectabilis, quia tanta est ibi vnio, ut relinquat homo patrem, et matrem, et sint duo in carne vna: unde præcipitur viris, ut uxores diligant sicut corpora sua. Et sic patet, quod cum tria sint in electione, sicut vult Philosophus, scilicet honestum, conferens, et delectabile, in triplici genere est bonum coniugij: et hæc tria bona pura essent in statu puritatis, et innocentie, sed per peccatum sunt suis contrarijs admixta. Quoniam in actu illo est quædam inhonestas contracta ratione improbitatis libidinis, et pruritus: et ideo in bono honesto,

A quædam permiscetur inhonestas. Est etiam quoddam damnum, quia impeditur homo a rationis instantia, seu intentione: unde procreando prolem ad cultum Dei, impeditur ut tunc perfecte colere Deum non valeat. Sic igitur bono conferenti permiscetur damnum, et etiam delectabili, scilicet sacramenti indiivisioni quædam tribulatio, et angustia: quia qui cum vxore est, cogitat quæ sunt mundi, quo modo placeat vxori, et diuisus est, et cetera. et ita bonum delectabile permiscetur tristitiæ, et angustia. Quoniam ergo bonum est, tamen permixtum: ideo appeti potest, et etiam melius est non appeti. Unde qui iungit

1. Cor. 7. f

1. Cor. 7. g

B virginem bene facit, et qui non iungit virginem, melius facit. Concedendæ ergo sunt rationes ostendentes matrimonium secundum aliquid sui esse in genere honesti.

1. AD illud ergo quod obijcitur, quod est propter aliud appetendum, dicendum quod loquitur ratione boni conferentis, quod ibi est.

2. 3. 4. AD illud quod obijcitur de Hieronymo, et ad rationes sequentes solvendum est, quod non est pure bonum, sed aliquid habens admixtum: et quia bonum istud est medicinale, ideo bonum non fit malum propter malum quod ibi est, immo curat, et excusat malum, non ut non sit peccatale: et ideo est ibi verecundia, et tribulatio, sed solum ut non sit culpabile, sicut patebit infra.

Art. seq.

QVÆSTIO II.

An tria sint matrimonij bona.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 49. ar. 2. Et 4. Sent. d. 31. q. 1. ar. 2. Guilliel. Altiifod. 4. Sent. trañ. 9. cap. 4. q. 3. Scot. 4. Sent. d. 31. q. 1. Richar. 4. Sent. dist. 31. q. 2. Duran. 4. Sent. d. 31. q. 2. Tho. Argent. 4. Sent. d. 31. q. 1. ar. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 31. q. 2. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 31. q. 2.

D E numero, et sufficientia bonorum matrimonij, et assignantur ab Augustino tria bona in libro de bono coniugali, scilicet fides, proles, et sacramentum. Primo videtur quod hic sit defectus: nam præter hoc est in coniugio mutuū obsequium, et hoc quidem aliquod bonum est sicut dicitur: Melius est duos esse quàm vnum: et non est aliquid istorum: ergo, et cetera.

FVNDAMENTA.

Eccl. 4. 6

ITEM ista tria competunt matrimonio secundū quod est in officium: sed matrimonium non solum est in officium, sed etiam in remedium: ergo videtur plura esse.

ITEM bonum pacis est aliquod bonum, immo maximum bonum, ut dicit Augustinus: sed hoc est bonum quod frequenter facit coniugium: ergo insufficienter enumerat. Si dicas quod enumerat ea, quæ sunt bona matrimonij, non ut frequenter, sed ut semper. Obijcitur, quia nec fides, nec proles semper est in matrimonio.

S E D C O N T R A: Videtur quod superfluat, quia vnus rei vnicus est finis: ergo si matrimonium sacramentum est vnum: ergo vnum debet habere principalem finem: ergo vnum est bonum eius, quia bonum et finis idem.

ITEM nihil dicitur esse bonum sui ipsius: sed matrimonium est sacramentum: ergo sacramentum non est bonum matrimonij.

ITEM nihil debet connumerari suis proprietatibus: sed fides, et proles sunt conditiones, et proprietates matrimonij: ergo sacramenti: ergo non debent distingui, neque connumerari cum bono sacramenti.

QVÆSTIO III.

An tria sint bona de necessitate matrimonij.

CONCLUSIO.

Matrimonij bona sunt tria, fides, proles, et sacramentum: quorum sufficientia triplici via declaratur, et signant triplicem proprietatem vnionis Christi cum Ecclesia: quia vnitur vni, generans filios, et nunquam separatur.

Matrimonij sufficientia 1.

3. Suffic.

3. Suffic.

Explicatio.

Resp. ad 4. argum. 2. Phys. de causis.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod numerus, et sufficientia bonorum matrimonij potest accipi a parte causæ instituentis, siue efficientis: et sic a triplici principio. A dictamine naturæ, ut vir cubet cum muliere ad conseruationem ipsius naturæ: et sic est bonum prolis. A dictamine rationis rectæ, ut vir cum sua, et non cum alia cubet muliere: et sic est bonum fidei. A dictamine gratiæ, ut significetur vnio diuinæ naturæ, et humanæ: et sic est bonum sacramenti. Potest etiam accipi a parte principali constituentis, et hoc tripliciter: quia ad hoc quod matrimonium habeat esse completum, tria sunt necessaria, scilicet institutio, vsus, et fructus. Ratione institutionis est bonum sacramenti: ratione debiti vsus, est bonum fidei: ratione fructus conferentis vsus, est bonum prolis: et sic patet quod est triplex bonum. Potest denique accipi a parte finis mouentis, siue terminantis: et hoc vel quia ad bonum, vel quia contra malum: Quia ad bonum, cum triplex sit eligendum bonum, scilicet honestum, conferens, et delectabile. Ratione boni honesti est fides, ratione conferentis proles, ratione delectabilis est sacramentum, secundum quod superius est monstratum. Vel aliter, quia contra malum concupiscentiæ, quæ habet in se triplex malum, scilicet fluxum, inordinationem, et fastidium. Contra fluxum est in matrimonio vnio singularis, contra inordinationem vnio vnica, contra fastidium vnio inseparabilis. Ratione singularitatis in vnione est fides, ratione utilitatis proles, ratione inseparabilitatis sacramentum. Et hæc tria signant triplicem proprietatem vnionis Christi cum Ecclesia, quia scilicet vnitur vni, et quia ex ea filios generat, et quia nunquam separatur. Ex his patent obiecta, quia connumerantur non quæcumque bona, sed quæ communia sunt statui naturæ corruptæ: ideo nec pax, nec obsequium, nec bonum, quod accipitur in quantum est remedium, inter hæc bona connumerantur, sed hæc tria bona solum.

AD illud quod obijcitur, quod superfluum, quia vnus finis, et cetera, dicendum quod vnum est bonum principale, et inseparabile, scilicet sacramentale vinculum, et alia sunt huic annexa, et nihil impedit quod aliquid habeat vnum principalem finem, et plures utilitates adiunctas. Patet etiam responsio ad illud, quod obijcitur de bono sacramenti: nam ipsa vnio dicitur sacramentum matrimonij, sed inseparabilitas vnionis dicitur bonum sacramenti, siue sacramentum quod est bonum matrimonij.

Ratio autem quare conditio inseparabilitatis vdicat sibi nomen istud, est, quia matrimonio est con substantialis, et consequens ipsum inseparabiliter: non sic alia conditiones: et sic patent obiecta.

S. Bon. To. 5.

D E necessitate horum trium bonorū, vtrum scilicet sint de necessitate sacramenti. Et quod bonum sacramenti sit de necessitate, dicit Augustinus, et habetur in littera: Sacramentum ita inseparabiliter coniugio hæret, ut sine illo esse non videatur.

ITEM ratione videtur, bonum sacramenti est ratio inseparabilitatis: sed inseparabilitas, quæ rei semper inest, est necessitas: aut ergo bonum sacramenti non est bonum, aut necessario inest.

ITEM quod bonum prolis de necessitate consequatur matrimonio, videtur: quia dicit Augustinus, et habetur in littera, quod qui venena sterilitatis procurauerint, non sunt coniuges.

ITEM ratione videtur, quia institutum fuit matrimonium ad crescendum, et multiplicandum: ergo frustra est si hoc sine careat: sed non potest esse omnino frustra, cum sit sacramentum: ergo, et cetera.

ITEM quod bonum fidei sit de necessitate sacramenti, videtur: quia dicit Augustinus, quod si quis consentiat in aliquam, ut postmodum aliam accipiat, non est sacramentum: sed hoc est propter defectum fidei: ergo, et cetera.

ITEM ratione videtur, quia licet ex causa fornicationis matrimonium diuidere: sed non liceret nisi fides esset de substantia: ergo, et cetera.

1. CONTRA: Quod sacramentum non sit de substantia matrimonij, videtur: quia si aliquis contrahat cum aliqua per verba de præfenti, est matrimonium contractum: et tamen illo transeunte ad religionem ista potest nubere: ergo non erat ibi vinculum inseparabile.

2. ITEM quod nec fides, videtur: quia matrimonium potest esse inter perpetuo continentes: et potest esse inter incontinentes, quia neuter cum alio, vel alia potest contrahere: ergo, et cetera.

3. ITEM quod proles non sit de necessitate, videtur: quia matrimonium est inter steriles, sicut patet: sed hoc non est bonum prolis. Quæritur ergo, quid est quod dicit Augustinus, quod non sunt coniuges: si enim prius cōsenserunt, fuit matrimonium ratum: si post coierunt, fuit consummatum: sed hoc nullo casu, nullo pacto rumpitur: ergo, et cetera.

CONCLUSIO.

Bona tria, fides, proles, et sacramentum sunt de necessitate matrimonij: licet duo, fides, et proles, quodam modo sint ad esse, et quodam modo ad bene esse.

RESPON. AD ARG. Sicut tangit Magister in littera, et accipit ab Augustino cum sint tria bona matrimonij, scilicet fides, proles, sacramentum, vnum scilicet sacramentum est de necessitate matrimonij. Sacramentum enim venit ex mutua obligatione, et diuina institutione, et signatione illius vnionis: et ideo quia ista sunt de necessitate matrimonij, per consequens est sacramentum: sed alia duo bona quodam modo sunt de esse, quodam modo de bene esse. Si enim loquamur quantum ad matrimonij vsum, sic sunt de

FVNDAMENTA. 2. De nupt. et concup. ca. 20. vel 21. et 7.

Lib. 1. de nupt. et concup. ca. 15. 20. 7.

De bo. coniug. cap. 5. 10. 6.

AD OPPOSITIVM.

Explicatio.

na 3 bene

QVÆSTIO I.

An coitus propter prolem possit esse sine omni copula.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 49. ar. 4. Guiliel. Alsfiod. 4. Sent. tract. 9. cap. 4. q. 1. Richar. 4. Sent. dist. 26. ar. 2. q. 2. Tho. Arg. 4. Sent. d. 31. q. 1. ar. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 31. q. 4. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 31. q. 4.

A bene esse, quoniam usus matrimonij absque his esse potest, sicut quotidie est: et non solum est absque his, sed etiam cum suis oppositis. Vnde sterilitatis, et abortus procuratio, et fidei fractio non dissolunt matrimoniale vinculum contractum. Si autem loquamur quantum ad matrimonij contractum, qui est per matrimoniale consensum, sic potest esse contractus absque his duobus bonis, vtpote in sterilibus, et in continentibus, si tamen non est contra hæc. Tunc autem est consensus contra hæc, quando sub tali pacto consentitur, vt prolis sterilitas procuretur, vel vxor alij prostituatur: tunc enim non est consensus, vel pactio matrimonij, sed potius adulterij cum directe repugnat institutioni matrimonij. Sed carentia, siue absentia horum duorum non repugnat, quia fides venit ex recto matrimonij vsu: et quia possunt homines abuti ipso, ideo potest deesse fides. Similiter proles venit ex fructu ventris: et quia steriles possunt esse vel natura, vel arte: ideo matrimonium hoc bono potest carere.

1. A d illud ergo quod obijcitur, quod sacramenti bonum non est in matrimonio ante carnalem copulam, dicendum quod falsum est, quia est inter coniuges insolubile vinculum, nec soluitur nisi per mortem spiritualem, vel civilem, sicut post consummationem per mortem corporalem: verum est tamen quod non est ibi sacramentum secundum completam, et plenariam rationem.

2. A d illud quod obijcitur, quod fides non sit de necessitate, quia qui sic consensit, vt aliam ducere possit, post non contrahit, dicendum quod hoc non est tantum propter defectum fidei, sed etiam propter defectum sacramenti, quia non vult isti coniungi perpetuo: et quia in pactioe introducit conditio contraria bonæ fidei, nec propter infidelitatem soluitur matrimonij sacramentum, sed soluitur obligatio ad reddendum debitum.

3. A d illud quod dicit Augustinus, quod qui venena procurauerant, et cetera, dicendum quod hoc non dicit, quia per hoc soluitur matrimonij vinculum, sed quia sacramenti amittatur meritum, et graue incurrant peccatum. Vnde non sunt coniuges, supple, veri, et fideles.

A d illud quod obijcitur de bonis prolis, quod propter hoc institutum est, dicendum quod non tantum propter hoc, sed etiam in remedium, et in signum: et ideo quamuis non sit ibi hoc bonum, possunt tamen esse alia bona: si autem homo sterisset, tunc semper fuisset hoc bonum, quia tantum fuisset in officium: et hoc bonum non deesset, quia nulla esset sterilitatis pœna.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER quantum ad secundum articulum quaeritur de excusatione actus coniugalis per bona matrimonij. Et cum contingat coire cum vxore causa concupiscentiæ implendæ, causa fornicationis vitandæ, et causa prolis procreandæ: circa hoc secundum hæc tria, tria quaeruntur.

Primo quaeritur, vtrum coitus propter prolem possit esse sine omni culpa. Secundo quaeritur, vtrum coitus propter fornicationem vitandam, possit esse sine omni peccato veniali. Tertio, vtrum coire cum vxore causa concupiscentiæ satiadæ, sit semper peccatum mortale.

Respon. ad 3. pro Fundam.

Q V Ò D coitus propter prolem possit esse sine omni culpa. Et quod sic, videtur: quia dicit Augustinus de bono coniugali, et habetur in littera: Coniugalis concubitus generandæ prolis gratia non habet culpam.

ITEM ratione videtur: Matrimonium est sanctum, et bonum, quod patet: quia a Deo est institutum, et confirmatum per præsentiam suam ad nututias: et approbatur per repositionem suam: sed re sancta potest homo sancte vti, et sine peccato: ergo cum hoc sit maxime causa prolis: patet, et cetera.

ITEM omne quod Deus præcipit, potest fieri sine peccato: sed Deus præcipit prolem procreare post lapsum: ergo possibile est hoc facere sine peccato.

ITEM nulla potentia est mala de se: ergo omni potentia bene possumus vti: sed potentia generandi est potentia nobis data: ergo possumus ea bene vti: sed bene vti siue melius non est aliter, quam ad illud, ad quod est, et secundum quod ad illud est: hoc autem est cum cognoscit vxorem propter prolem: ergo, et cetera.

1. CONTRA: Omnis delectatio immoderata est peccatum, quia ubi est defectus modi, est malum culpa: sed in coitu est delectatio immoderata, etiam quando coit quis causa prolis procreandæ: ergo est ibi peccatum.

2. ITEM omnis delectatio, in qua peruertitur reclusus ordo, est peccatum: sed in coitu coniugali est delectatio, in qua anima absorbetur a carne, etiam cum coit propter hoc: ergo, et cetera.

3. ITEM omnis actus, in quo rationabiliter homo erubescit, est peccatum, vel fœditatem habet, vt purgare ventrem: attamen non ita rationabiliter de hoc erubescit quis, quia non debet homo erubescere de pœna, sed de culpa: sed in coitu coniugali ratione, vel amore prolis erubescit, et nullo modo coram alijs faceret: ergo est peccatum.

4. ITEM omnis coitus in quo regnat libido, est peccatum: sed in actu coniugali pro generanda prole regnat libido, quia dicit Augustinus, quod peccatum non transmittit ad posteros propagatio, sed libido: ergo, et cetera.

5. ITEM omnis actus, qui est necessario ordinatus ad culpam, est peccatum: sed hic est in coitu ratione prolis, quia contrahit peccatum proles: ergo in actu coniugali semper est peccatum.

6. ITEM vbicumque est actus coniugalis, necesse est præcedere motus in carne: sed primi motus sunt peccata saltem venialia: ergo semper coitus propter prolem est peccatum veniale.

7. ITEM si matrimonium excusat coitum propter prolis bonum: aut excusat a peccato quod est, aut a peccato quod non est. Non a peccato quod non est, nec fuit. Si a peccato quod est: ergo aliquod est ibi peccatum. Iuxta hoc quaeritur, pro quanto dicitur matrimonium excusare coitum, cum omnis ordinatio, quæ cum vxore habetur, possit etiam haberi cum alia muliere: et ita sit libido, et pruritus, et carnalis

FVNDAMENTA. De bo. coniug. c. 6. et 7. et lib. 1. de nupt. et concupiscent. 15. to. 6. Ioan. 2. a Mat. 19. a

Gen. 8. d

AD OPPOSITIVM.

et carnalis actus in cognoscendo vxorem, sicut etiam aliam mulierem, vel penes.

CONCLUSIO.

Actus coniugij excusatur per sacramentum tamquam morbus per remedium, et potest excusari tam quo ad culpam mortalem quam quo ad venialem.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod circa hoc quidam errauerunt dicentes, quod in actu generatiuæ non est culpa nisi per excessum, sicut in actu nutritiuæ. Alij errauerunt dicentes semper esse peccatum, et nullo modo excusari, immo propter peccatum matrimonium vitari, non vitium excusari: malum enim iunctum bono ipsum vitat, non econuerso bonum malum excusat. Et primi quidem non intellexerunt morbum, quomodo scilicet infecta est vis generatiua. Secundi vero non intellexerunt sacramentum esse remedium, et medicamentum, quod non vitatur a morbo, sed contra morbum sedatur. Et ideo qui recte credunt, vt e contra morbum, et remedium, dicunt actum coniugij per sacramentum excusari tamquam morbum per remedium. Si quis autem velit rationem morbi, et remedij intueri, potest patere sic: Primum quidem omnis actus in quo regnat pruritus libidinis, adeo quod absorbetur ratio, et homo efficitur totus caro, est actus deordinatus, et actus, in quo quantum est de se, peruertitur regnum anime: et inordinatio quæ est in viribus anime secundum quam ordinationem attenditur iustitia quædam, quæ non tantum est in ordinatione ad alterum, sed in ordinatione virtutum anime ad se: sed hoc est in actu coniugali, sicut experimento patet, et sancti dicunt, maxime Augustinus, et Origenes, et in Glossa tangitur: Qui fornicatur, in corpus suum peccat.

1. Error. 2. Error. Contra 1. Contra 2. Explicatio. Indic. 1. 4. b. Osee. 1. a. Exo. 3. g.

Glossa: Hic proprie seruit anima corpori in tantum, vt ipso momento, et experimento huius flagitij nihil cogitare homini liceat, aut intendere, quia mentem captiuam subdit ipsa submersio et absorbitio libidinis. In huius autem deordinationis argumentum plurimum facit erubescencia nature, quæ mendax esse non potest. Erubescit autem morum illorum membrorum, et actum tanto plus, quanto est melius ordinata: et sic patet quod actus ille de se est morbidus, quia sine tanta deordinatione exerceri non potest sicut in eadem Glossa tangitur post. Ecce igitur qualiter possumus videre morbum. Remedium autem intueri sic possumus: Quidam enim est actus, qui dicit deordinationem mentis ad Deum, vt idolatrare, et periuurare: quidam est qui dicit deordinationem creaturæ ad creaturam, siue vnus ad alterum, siue eiusdem ad se. Primum est malus, et morbidus secundum se, et nullo modo potest fieri bene, nec diuino mandato, nec aliter. Secundus vero quia non habet essentiali deordinationem, potest per diuinum imperium ordinari: vtpote cum Deus præcipit occidere hominem, cum etiam præcipit rem alienam accipere, cum etiam inspirat seipsum occidere, sicut Samson, in quem irruit Spiritus Domini: per hunc modum ordinavit coitum Osee cum muliere, quæ non erat sua vxor, per Dei mandatum. Sed quoniam actus iste coniugalis non omnibus debet præcipi, prouidit diuina dispositio illam deordinationem ordinare non per mandatum, sed per aliquod statutum, et per statutum quod esset signum illius coniunctionis, quæ erat ordinata ad concupiscentiæ remedium, et ita per sacramentum matrimonij, quod quia habet rationem medicinæ, potius excusat, quam vitat, sicut cum Dominus præcepit hebræis, vt vasa Aegyptiorum asportarent: asportatio non facit præceptum malum, sed potius e contra præceptum quod est potentius, et superius fecit asportationem bonam,

A et meritoriam, quæ alias esset culpabilis, et mala. Sancti igitur et omnes catholici dicunt coitum per sacramentum matrimonij excusari a culpa mortali, maxime quando gratia prolis fit. Sed de modo excusandi est duplex opinio, quia quidam voluerunt dicere, quod excusatur a culpa mortali, sed non a veniali, quia mortale sit ibi veniale. Alij dixerunt, et hoc videtur sentire Augustinus, quod cum Deus perfectum det remedium contra morbum, quando gratia prolis coitur, potest esse sine omni culpa: et hoc est magis consonum rationi, et pietati fidei: Et concedenda sunt rationes ad hoc. Si tamen hæc intentio duret a principio vsque in finem, vt nõ deflectatur ad aliud mens, quod tamen est valde difficile.

1. 2. 3. 4. A d illud quod obijcitur, quod est ibi immoderatio, deordinatio, erubescencia, et libido, dicendum quod hæc quattuor possunt esse circa actum rationis, aut sensualitatis. Si circa actum rationis, semper faciunt culpam, quia faciunt malum secundum se. Si autem sunt circa actum sensualitatis existente ordinatione circa actum rationis, tunc ista cedunt in pœnam: et sic est in proposito. Nam per virtutem sacramenti ratio ordinatur, vt moderate velit, et ordinate, et honeste: nec de illo actu erubescit homo, quia vult filios procreare, nec improba voluntate appetit, sed casta. Sed nisi intenerint remedium matrimonij, tunc esset inordinatio non solum in sensualitate, sed etiam in ratione: et sic semper esset peccatum. Vnde istis quattuor medijs ostendi potest, quod actus generatiuæ est peccatum, nisi excusetur.

5. A d illud quod obijcitur, quod est causa peccati, dicendum quod falsum est, quia actus ille secundum se non est causa nisi prolis, sed ratione primæ transgressionis prolem generari non contingit, sine culpa sua non generantis, quia non propter culpam generantis, sed propter culpam primi parentis nascitur proles peccatrix.

6. A d illud quod obijcitur de primis motibus: potest dici quod antecedunt actum coniugalem, nec semper sunt peccata: vtpote quando surgunt ex cogitatione ordinata, vtpote si Abraam cogitaret cognoscere vxorem vt acciperet prolem: et tunc si caro moueretur non peccaret.

7. A d illud quod ultimo quaeritur a quo peccato excusat, dicendum quod a peccato non quod est, sed quod alias esset, nisi matrimonium interueniret. Vnde differenti modo est remedium sacramentum matrimonij, et alia sacramenta. Hoc enim est in remedium, quia facit vitare peccatum, quod incurreretur: alia vero liberat a peccato in quod iam quis est lapsus: pro tanto autem præstat remediū, quia actus de se inordinatus ordinatur per diuinum statutum.

QVÆSTIO III.

An coitus coniugalis causa fornicationis vitandæ possit esse sine omni peccato veniali.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 40. ar. 5. Et 4. Sent. d. 31. q. 1. ar. 5. Guil. Alsfiodor. 4. Sent. tract. 9. ca. 4. q. 2. Richardus 4. Sent. d. 31. ar. 3. q. 2. Tho. Argent. 4. Sent. d. 31. q. 1. ar. 3. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 31. q. 5. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 31. q. 5.

ITEM coitus coniugalis causa fornicationis vitandæ possit esse sine omni peccato veniali. Et quod non, videtur: quia dicit Augustinus et habetur in littera: Hoc quod coniugati vici concupiscentia vtiuntur inuicem ultra necessitatem procreandi liberos, ponam in his, pro

Opin. aliorum.

Opin. propria.

Limitatio opinionis.

FVNDAMENTA.

Mat. 6. b

1. Cor. 7. a

Habetur in littera. Respōne de cimā ad August.

AD OPPOSITUM.

Cap. 1.

pro quibus quotidie dicimus: Dimitte nobis debita nostra.

ITEM: Iterum reuertimini in idipsum, ne tentet vos satanas propter incontinentiam: hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium: sed si meritorium esset sine peccato sic vxorem cognoscere, posset non tantum indulgeri, verum etiam præcipi.

ITEM: Gregorius dicit super Osee, quod vir qui cognouit vxorem non debet Ecclesiam ingredi, nisi laetur. Et post dicit: Hanc constitutionem non extendi ad eos, qui vxores solo amore prolis cognoscunt: ergo alia culpa amplior est in his, qui cognoscunt causā fornicationis vitandæ: sed non nisi venialis: ergo, et cetera.

ITEM: qui cognoscit ad vitandam fornicationem, aut impellitur a carne, aut non. Si non impellitur: ergo vitur remedio, cum non indigeat: ergo aliqua inordinatio est ibi: ergo veniale. Si impellitur: sed impulsus talis non est sine peccato: ergo, et cetera.

1. CONTRA per Augustinū: Infirmitas carnis excipitur per bonum matrimonij, ne cadat in foueam peccati: sed cum coit causa fornicationis vitandæ, infirmitas carnis mouet: ergo, et cetera.

2. ITEM: ratione videtur, quia qui vitur aliquo ad illud, ad quod est, potest hoc facere sine peccato: sed coniugium est propter fornicationem vitandam: ergo, et cetera.

3. ITEM: maius bonum est continentia, quam proles: ergo magis licitum, et debitum est amare continentiam, quam prolem: sed qui coit amore prolis procreandæ potest sine peccato: ergo qui amore continentie seruandæ.

4. ITEM: qui coit amore continentie seruandæ in altero, non peccat, vt cum reddit debitum vxori, ne in fornicationem labatur: ergo si non magis debet esse sollicitus de aliena continentia, quam de sua: D patet, et cetera.

CONCLUSIO.

Coniugalis coitus ad vitandam fornicationem in se est peccatum veniale: in vxore autem vitanda nullum est criminis.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod qui coit causa fornicationis vitandæ, aut hoc est in se, aut in altero. Si in altero, vt reddat debitum, hoc est pura iustitia, hoc est fidei, et est de bonis matrimonij: recte ideo omnino a culpa excusatur. Qui vero coit causa fornicationis vitandæ in se, in hoc semper peccat venialiter, quia aut pulsatur a carne, aut si non pulsatur, ex quo tamen non vult procreare prolem, nec compellitur debitum reddere, aliqua superfluitas est ibi: et ideo peccat. Et si tu obijcias, quod licet homini bibere, ne sitiat: sic etiam sine peccato coire, ne fornicari appetat: Non est simile, quia hic est motus naturæ, in coitu non, nec etiam necessitatis: et hoc dicit Magister in sequenti distinctione. Reddere debitum coniugale nullius est criminis, exigere autem ultra generandi necessitatem, culpa est venialis.

1. AD illud ergo quod obijcitur de Augustino, dicendum quod foueam peccati vocat peccatum mortale.

2. AD illud quod obijcitur, quod ad hoc est, et cetera. Dico quod ad hoc est secundum indulgentiam, non secundum imperium: et ideo veniale peccatum, et in hoc ordinatur.

3. AD illud quod obijcitur de continentia, quod maius bonum est, dico quod continentiam seruare contingit sine hoc, sed non prolem procreare.

4. AD illud quod obijcitur, quod continentia seruanda est in altero sine culpa, dico quod non est

A locus à minori, sed à maiori, quia ibi est actus iustitiæ, ratione cuius tenetur, et excusatur, non ratione amoris continentie.

QUESTIO III.

An coire cum vxore ratione concupiscentie satiana sit semper peccatum mortale.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 49. art. 6. Richar. 4. Sent. d. 31. ar. 3. q. 3. Tho. Argenti. 4. Sent. dist. 31. q. 1. ar. 4. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 31. q. 6. Petrus de Tarrant. 4. Sent. d. 31. q. 6. et 7.

VERVM coire cum vxore ratione concupiscentie satiana sit semper mortale peccatum. Et quod non, videtur: quia Augustinus dicit, et habetur in littera: Coniugalis concubitus gratia concupiscentie satiana, sed tamen cum coniuge propter tori fidem, veniale habet culpā.

ITEM: hoc ipsum videtur ratione, quia delectari in coitu coniugali ratione boni matrimonij peccatum non est: ergo nec velle delectari, quia si actus bonus, et voluntas actus bona: ergo videtur, et cetera.

ITEM: qui delectatur in cibo non propter Deum, sed propter ipsum cibum, quia boni saporis est, non peccat mortaliter: ergo pari ratione cum delectatio coniugalis non sit mortalis, si vult delectari non peccat mortaliter.

CONTRA: Dicit auctoritas, et habetur in littera: Vehemens amator vxoris est adulter: sed qui amat vxorem propter hoc vt delectetur in ipsa, est vehemens amator: ergo, et cetera.

ITEM: Hieronymus: Voluptates, quæ de meretricum amplexibus capiuntur, in vxore damnandæ sunt.

ITEM: ratione videtur, quia velle coire, siue appetere sola delectatione, est peccatum etiam ante consensum: ergo etiam cum progreditur in consensum, et actum, cum comedit vir, tunc eum comedere erit mortale.

ITEM: qui cognoscit propter hoc vt delectetur, fruitur creatura, quia ibi ponit finem suæ quietis: sed summa perueritas est frui vtendis: ergo, et cetera.

CONCLUSIO.

Conueniens cum vxore concupiscentie satiana causa, vt ex impetu libidinis recognoscatur eam, non vt vxorem, mortaliter peccat: secus autem, tantum venialiter.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod aliqui dicunt, quod qui finaliter cognoscit vxorem, vt habeat illam miseram delectationem, quæ dicitur esse in coitu, peccat semper mortaliter, quando illam ponit tamquam finem principalem, sicut si aliquis propter vanam gloriam prædicaret: qui autem cognoscit aliqua alia causa principali, sed tamen quasi a latere placet ei delectatio: quæ est ibi: sicut de aliquo qui finaliter prædicat propter Deum, sed tamen quasi a latere placet ei delectatio laudis, dicunt quod peccat venialiter. Ad hoc enim quod coniugalis coitus sit sine omni peccato, necesse est quod illa delectatio non placeat, immo displiceat rationi. Tanta enim est vt auferat vsum rationis, et spiritum prophetie secundum illud tempus: et ideo non potest tunc referri in Deum: et ideo ea non potest quis bene vti volendo, sed nolendo: non sic est de alijs delectationibus, quarum sensus possunt a ratione actu referri in Deum. Vnde secundum hoc aliud est delectationem querere, aliud est oblatam acceptare, aliud eam tolerare: primum est peccati mortalis, secundum est venialis.

FUNDAMENTA. De bo. coniug. ca. 6. et 7. et 1. de nupt. et con. cap. ca. 15. 10. 6.

AD OPPOSITUM. Sextus Pythagoricus.

Opin. aliorum.

Improbatio

Opin. propria.

venialis, tertium est perfectionis. Sed hæc positio licet probabilis videatur tamen nimis dura est: licet enim viris cum vxoribus iocari, et etiam delectari, et veniale est: ita tamen quod faciant affectu maritali: nec oportet omnem delectationem referre in Deum, peccant tamen venialiter. Nec semper frui creatura est mortale, nisi ita ponat ibi finem quod etiam faceret, si contra Deum esset: tunc enim ponit finem vltimum ibi. Vnde non est simile de prædicatione, quæ est opus priuilegiarum. Et propter hoc est alia opinio quod qui cognoscit vxorem propter delectationem finalem, aut mouetur in delectationem tanto impetu, vt cognoscat vxorem, sicut meretricem: et hoc tunc est, quando eam cognosceret etiam si non esset vxor: et tunc peccat mortaliter, quia tunc ponit ibi finem vltimum, et tunc vere, et proprie fruitur, et nimis ve-

hementer amat. Si autem in ea vult delectari, quia vxor, et nullo modo eam cognosceret, si vxor non esset, tunc non est omnimoda inordinatio: et tunc est peccatum veniale, et excusatur per bonum matrimonij, vt non sit mortale. In hoc casu dicunt locutum fuisse Augustinum. Tamen illa ratio non valet: delectari non est malum: ergo nec velle: quamuis enim laudari non sit malum, tamen velle laudari malum est: et secundum has duas vias procedunt rationes ad partes oppositas. Illæ enim quæ probant quod sit mortale libidinis ardore, et creaturæ fruitione, procedunt secundum quod coitus sit secundum impetum voluptatis. Rationes vero ad oppositum procedunt secundum quod habetur respectus ad matrimonij sacramentum, quia cognoscit eam, quia vxor: nec aliter delectaretur in ea, nisi esset matrimonialiter coniuncta.

Respon. ad 2. pro Fundam.

DISTINCT. XXXII.

DE SOLVTIONE CARNALIS DEBITI.



SCIENDVM etiam est quia cum in omnibus alijs vir præsit mulieri, vt caput corpori, est enim vir caput mulieris, in soluendo tamen carnis debito pares sunt. Ideo Apostolus virique pariter præcepit in hac causa sibi inuicem subijci, inquit: Vir debitum reddat vxori, similiter et vxor viro: quia mulier non habet potestatem sui corporis, sed vir: similiter et vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier: quia nec mulier ad alium virum, nec vir ad aliam mulierem potestatem sui corporis habet: nec vir ad continentium, nec mulier potestatem habet sine mutuo consensu: sed alter alterius potestatem habet corporis, vt poscenti alteri non liceat alteri negare debitum. In hoc enim pares sunt, quia nec viro, nec mulieri corpus suum licet alij tradere: sed sibi inuicem debitores sunt in hac causa, ne peccandi detur occasio: Per quod non dominium tollitur viro, sed vitium. Debent enim sibi coniugati non solum ipsius sexus sui commiscendi fidem liberorum procreandorum causa, qua prima est in ista mortalitate societas, verum etiam caritatem infirmitatis inuicem excipiende ad illicitos concubitus deuittandos, mutuum quodam modo seruitutem: vt est alteri eorum continentia placeat, nisi ex alterius consensu non possit. Ad hoc enim neuter habet potestatem sui corporis: quod adeo verum est, vt etiam quod non filiorum procreandorum, sed infirmitatis et incontinentie causa expetit, vel ille de matrimonio, vel illa, non sibi alterutrum negent, ne per hoc incidant in damnabiles corruptelas. Reddere enim debitum coniugale nullius est criminis: exigere autem ultra generandi necessitatem culpa est venialis. Fornicari vero vel mochari puniendi est criminis.

Aug. contra Faust. 22. 10. 6. in sen. su. cap. 1. 1. Cor. 11. a. 1. Cor. 7. a.

Aug. de bono coniug. 6. 6. 10. 6.

Ibid. c. 7.

Quod neuter continere valeat, nisi ex communi consensu.

QVOD vero sine consensu vxoris vir continere non valeat, subditis probatur testimonij. At enim Augustinus: Si dicat vir: Continere iam volo: Nolo autem dicit vxor: non potest. Super psal. Quod enim tu vis, illa non vult. Numquid per continentiam tuam illa debet fieri fornicaria? Si alij nupserit te viuo, adultera erit. Non vult tali lucro Deus tale damnum compensari. Redde debitum: et si non exigit, redde. Pro sanctificatione perfecta Deus tibi computabit, si non quod tibi debetur exigit, sed reddis quod debes vxori. Idem secundum uerba Apostolica, etiam si uir continere noluisse, et tu noluisse, debitum tibi reddere cogeretur: et illi Deus imputaret continentiam, si non sue, sed tua concederetur infirmitati, ne in adulterium caderes. Quisquis ergo compatiens infirmitati vxoris reddit, non exigit debitum: aut si propter propriam infirmitatem duxit vxorem plangens potius, quia sine vxore esse non potuit, quam gaudens quia duxit, securus expectat diem nouissimum. Idem una sola causa esse potest, quare ad id, quod uouisti non modo non hortaremur, sed etiam prohiberemus implere: si forte tua coniux hoc tecum suscipere animi vel carnis infirmitate recusaret. Nam uouenda talia non sunt a coniugatis nisi ex consensu et uoluntate communi: et si prapropere factum fuerit, magis est corrigenda temeritas, quam persoluenda promissio. Non enim Deus exigit, si quis ex alieno aliquid uouerit, sed potius usurpare metas alienum. Idem Apostolus nec ad tempus, ut uacent orationi, nisi ex consensu

Idem ad Arminiarium episc. 45. 10. 2. Aug. in lib. de adulter. coniug. lib. 1. c. 2. et seq. 10. 9.

Idē in qua- *sensu voluit coniuges carnali inuicem fraudari debito. Idem manifestum est ita voluisse legem*
stionibus. *feminam sub viro esse, ut nulla eius vota quae abstinentiae causa vouerit, reddantur ab ea, nisi*
Numerorū *auctor fuerit vir permitiendo. Nam cum ad peccatum eiusdem viri pertinere voluerit lex, se*
lib. 4. c. 59. *prius permiserit, et postea prohibuerit: non tamen dixit ut faciat mulier quod vouerat, quia*
10.4. *permissa iam prius a viro fuerat. Viri dixit esse peccatum, quia abnuūit quod prius concesserat,*
non tamen mulieri ex hoc iussum dedit, ut cum prius vir ei concesserat, postea si prohibuerit,
contemnatur. Ex his apparet, quod vir vel mulier continentiam Deo offerre non potest sine com-
muni consensu, nec alter alteri debitum negare debet. Si vero quilibet eorum alterum a suo
iure absoluerit, ad praeteritam seruitutem numquid renocare poterit? Hoc enim videtur Augu-
stinus supra voluisse. Quibusdam videtur, quod mulier non discedens a domo viri, quae vi-
ro permittere continentiam vouerit vel promiserit, eodem prohibente soluere non valeat: et
hoc propter dignitatem viri, qui est caput mulieris. Sed melius hoc intelligitur in tali casu,
ubi vir concedit mulieri vouere continentiam, et ante votum prohibet implere. Si vero ha-
bitum mutauerit, non potest renocari, secundum illud: Qui uxorem suam velare permiserit,
Ex concil. *aliam non accipiat, sed similiter conuertatur.*
Remen. 33.
q. 5. c. Qui
uxorem.

Quibus temporibus cessandum sit a coitu.

In libro de **ET licet debitum poscenti semper sit soluendum, non licet tamen qualibet die poscere. Vn-**
quest. noui *de Augustinus: Christiano cum uxore sua aliquando licet conuenire, aliquando non: propter*
et v. 10. *processionis enim dies et ieiuniorum aliquando non licet conuenire: quia etiam a licitis abstinen-*
4. cap. 127. *dam est, ut facilius impetrari possit quod postulatur. Idem quoties enim vel dies natiuitatis, vel*
ad si. habe- *reliqua festiuitates aduenerint, non solum a concubinarum consortio, sed etiam a proprijs ux-*
1. Reg. 23. q. *ribus abstinete. Idem Ambrosius: Si causa procreandorum filiorum ducitur vxor, non multum*
4. Christia- *tempus concessum videtur ad ipsum usum: quia et dies festi, et dies processionis, et ipsa ratio con-*
no. 1bid. c. *ceptus, et partus iuxta legem cessare usum carnis his debere temporibus demonstrant.*
Quoties.
1bid. si cau-
sa et est in
epist. ad Con-
sent. c. 71.

Hieronymus videtur dissentire a praemissis.

In quoda **ILLI autem quod dictum est, reddere debitum non esse peccatum, videtur obuiare quod ait**
serm. 33. q. *Hieronymus: Quicumque uxori debitum reddit, vacare non potest orationi, nec carnes agni*
4. Sciatu. *edere. Idem si panes propositionis ab his, qui uxores suas teigerant, comedi non poterant, quanto*
Ibid. *magis panis qui de caelo descendit, non potest ab his, qui conugalibus paulo ante h. efere complexibus,*
1. Reg. 21. b *violari atque contingi? Non quod nuptias condemnemus, sed quod eo tempore quo carnes agni*
Ioan. 6. d *manducaturi sumus, vacare a carnalibus operibus debeamus. Hoc capitulum maxime ad mini-*
Hier. super *stros Ecclesia pertinere videtur: quibus non licebat sacra officia celebrare, atque mysteria*
Marth. 23. *tempore coningalis amplexus, quo etiam praesentia Spiritus sancti non datur. Vnde idem ait:*
q. 2. *Connubia legitima carent quidem peccato, nec tamen tempore illo, quo coningales actus ge-*
nerantur, praesentia Spiritus sancti dabitur, etiam si propheta esse videatur, quae officio gene-
rationis obsequitur.

Quibus temporibus non sint celebrandae nuptiae.

33. q. 4. **NON solum in opere carnali obseruanda sunt tempora, sed etiam in celebrandis nuptijs, se-**
Nō oportet. *cundum illud: Non oportet a Septuagesima usque in octauam Pasche, et tribus hebdomadis ante*
ex concil. *festum sancti Ioannis, et ab Aduentu Domini usque post Epiphaniam celebrare nuptias. Quod si*
Ilerden. *factum fuerit, separentur. Item Nicolaus papa: Nec uxorem ducere, nec coniugia facere qua-*
Nicolaus pa- *dragesimali tempore conuenire posse ullo modo arbitror.*
pa ad con-
fulen Bul-
gariorum.
33. q. 4.

DISTINCT. XXXII.

De matrimonio secundum causam finalem quantum ad fidem tori.

Sciendum etiam est, et cetera.

Expositio textus.

Diuisio.



S P R A egit Magister de bonis matrimo-
 nij in communi. Hic specialiter agit,
 quo modo vir obligatur uxori, et econ-
 uerso quantum ad solutionem debiti. Ha-

A bet autem haec pars duas. In prima determinat quae
 sit obligatio inter uxorem, et virum quantum ad fi-
 dem tori. In secunda determinat, quo modo et qua-
 liter haec fides fuerit in patribus antiquis, infra: *Qua-*
ritur hic de antiquibus patribus, et cetera. Prima pars
 habet duas partes. In prima determinat de modo
 obligationis. In secunda de tempore, in quo debet
 debitum peti, ibi: *Et licet debitum poscenti sit solu-*
endum, et cet. Prima pars habet duas. In prima osten-
 dit quod vir, et vxor in hac lege, siue fide indicantur
 ad paria: et quod vnus sine voluntate alterius conti-
 nere non valeat. In secunda auctoritatibus confir-
 mat, ibi: *Quod vero sine consensu uxoris, et cetera.*
 Similiter

Similiter secunda pars, in qua determinat de tempo-
 re, in quo debitum debet peti, habet duas. In prima
 determinat, quod non semper est debitum peten-
 dum, quamuis semper sit soluendum. In secunda
 incidenter determinat, quod non est semper nup-
 tias celebrare opportunum, ibi: *Nec solum in cor-*
pore carnali, et cetera.

In hoc enim paves sunt: quia nec viro nec mulieri cor-
pūs suum licet alij tradere, sed sibi inui-
cem debitorum, et cetera.
 Dub. I.

Ephes. 5. e

Videtur hoc falsum, quia in hoc sacramento si-
 gnatur coniunctio Christi, et Ecclesiae, Dei, et ani-
 mae: inter quos nulla omnino est paritas: ergo nec
 viri ad uxorem. **ITEM:** Mulieres subiectae sint viris
 suis: et post dicit de viris, quod diligant eas sicut
 corpora sua: ergo cum corpus sit pars inferior: pa-
 tet, et cetera.

R E S P O N. Dicendum quod in matrimonio est
 considerare sexuum distinctionem, et conformem
 coniunctionem, et postremo mutuum obligationem.
 Ratione duorum primorum signat Deum, et Eccle-
 siam, quia sicut mulier eget viro, sic Ecclesia Chri-
 sto. Ratione coniunctionis inseparabilis, et conformi-
 tatis signat illam coniunctionem. Ratione obliga-
 tionis non est significatio, quia Deus omnino liber
 est, et nulli omnino obligatur: tamen debet esse in-
 ter virum, et mulierem obligatio, quia aliter non
 interueniret inseparabilis vnio: quoniam conformis
 est vnio, ideo conformis est obligatio: et ideo quan-
 tum ad hoc pares indicantur, quia conformiter sibi
 inuicem obligantur. **A D** illud, quod obijcit, quod
 vir est superior, dicendum quod illud, intelligitur
 quantum ad illos actus qui respiciunt sexum vitalem
 specialiter, scilicet quantum ad regimen domus, **D**
 et consilium.

Nam vouenda talia non sunt a coniugatis.
 Dub. I I.

Q ueritur, vtrum peccet mortaliter, qui sic vouet.
 Et quod sic, videtur: quia qui scienter vsurpat alien-
 um, peccat mortaliter, etiam si det in eleemosynam:
 ergo cum talis vouens vsurper alienum: patet, et cet.
ITEM qui vouet quod non licet, vel iurat, hoc ipso
 perituro est, quia temerarie iurat: ergo cum non li-
 ceat viro continere uxore inuita, videtur quod si vo-
 ueat, mortaliter peccet. **ITEM** si iuraret quod num-
 quam mulierem cognosceret, peccaret mortaliter:
 ergo pari ratione si voueat.

R E S P O N. Dicendum quod cum quis vouet
 continentiam dupliciter potest vouere, aut inten-
 tione fraudandi uxorem, aut amore continentiae.
 Si intentione fraudandi uxorem, sic est iniquum, et
 prohibitum: et tale votum est illicitum. Si continen-
 tiae amore sine consensu coniugis, tale votum aliquid
 habet temeritatis, aliquid habet honestatis. Vir enim
 non habet sui corporis potestatem quantum ad debi-
 tum soluendum, sed sui iuris est quantum ad debi-
 tum petendum: et ideo primum non potest voue-
 re, sed secundum: et ideo nisi vxor consentiat, vo-
 tum est reuocandum quantum est ad debiti redditio-
 nem: sed stat quantum ad solutionem. Vnde si quis
 deliberate vouit castitatem, tenetur quantum in se
 est continere, vt debitum non petat, si tamen vxor
 petat, soluere debet: et sic nulli sit praedictum, et
 non offertur Deo alienum, sed proprium. Et sic pa-
 tet quod hoc non est omnino alienum, et patet re-
 sponso ad obiecta. Tamen quod obijcit de iura-
 mento non est simile, quia iuramentum temerarium
 est simpliciter, cum teneatur facere contrarium. Vn-
 de peccat statim cum sic iuret, non sic cum voueat.

A *Si vero quilibet eorum alterum a suo iure absoluerit,*
 et cetera. Dub. I I I.

Ponatur quod mulier de consensu viri emittat sim-
 plex votum, et postmodum vir poeniteat, vtrum te-
 neatur ei debitum reddere. Et videtur quod non,
 quia suo iuri renouit: vnde videtur quod non
 habeat ulterius potestatem petendi debitum. In op-
 positum autem videtur auctoritas Augustini, vbi di-
 citur: Sin autem contraxerit, et cet. super illud di-
 xit Augustinus, et habetur in littera, quod vir potest
 retractare votum vxoris, in quod consenserat: et
 praeterea vir non est astrictus seruare continentiam,
 quia vxore mortua posset ducere aliam: ergo videtur
 quod possit debitum reddere.

Num. 30. b

Lib. 4. c. 59.

R E S P O N. Dicendum quod si mulier vouet assen-
 su viri, aut hoc est assensu priuato, aut assensu qui est
 in conspectu Ecclesiae, siue praelati. Si assensu qui sit
 in conspectu praelati, sic secundum iuris formam non
 potest debitum petere, quia renouit suo iuri. Si
 autem occulto consentit, quia prononit continere,
 et intendit simpliciter iuri suo renunciare, iam mul-
 lier in conspectu Dei absoluta est, nec tenetur debi-
 tum reddere, si hoc ex deliberatione viri concefferit.
C Sed quoniam hoc non constat Ecclesiae, compellatur
 per excommunicationem ab Ecclesia viro debitum
 reddere. Si quaras, vtrum debeat obedire, dicen-
 dum quod si votum non emisit, potest sine peccato
 debitum reddere, et tenetur ad mandatum Ecclesiae.
 Si autem emisit votum, credo quod vir eam reuoca-
 re non possit, nec tenetur assentire ei. Nec est simile
 de voto abstinentiae, pro eo quod quantum ad omnia
 vir praestit uxori, praeter quam in lege tori. Vtrum-
 tamen talem modum uouendi non approbat Ecclesia
 propter periculum quod imminet: vnde non patitur
 quod vnus uoueat, et religionem ingrediatur, nisi
 alter similiter uoueat, et talis sit persona, de qua non
 possit suspicio oriri. Si autem aliter fiat, coram Deo
 tenetur obseruare.

Et licet debitum poscenti semper sit persoluendum, non
licet tamen qualibet die poscere, et cetera.
 Dub. I V.

Videtur hoc falsum, quia si non licet petere: ergo
 illicite, et iniuste petit: sed iniuste petenti rem non
 tenetur quis reddere, quia non est ei reddendum nisi
 ius suum: ergo si non potest semper iuste petere:
 non ergo semper tenetur debitum soluere.

R E S P O N. Dicendum quod tunc non licet quan-
 do priuat iustitiam, et aequitatem, condecantiam,
 et honestatem, sicut patet per litteram sequentem.
 Esto tamen quod priuet iustitiam, adhuc non valet
 ratio illa, quia iniuste petere est dupliciter. Aut quia
 non habet ius in re petita, sicut ille qui petit rem alien-
 nam: et tali non oportet reddere. Aliter est petere
 iniuste, quia etsi habeat iustitiam, tamen modum
 debitum in petendo non seruat: vel potest esse quod
 non sit prohibitum, sed tamen sit prohibitum ali-
 quando petere. Verbi gratia: Praelatus superior si in-
 iungat inferiori, vt nihil praecipiat subdito, tamen
 subdito non dicit quod ille non obediat, si praelatus
 inferior praecipit: ille tenetur obedire, quia non est
 exemptus: at tamen ille peccat mortaliter. Sic in pro-
 posito potest intelligi. Quidquid sit de exemplo in-
 ducto, verum est quod etsi aliquis ius suum inordi-
 nate exigit, tamen ex hoc non dat potestatem alteri
 retinendi, quod debet reddere. Vnde Dominus so-
 lum prohibuit accedere ad menstruatam: et ideo ista
 prohibitio non se extendit ad mulierem: et ideo te-
 netur reddere, sed ille petendo peccat. Et sic intel-
 ligendum est, quod Augustinus dicit super Leuitico,
 quod necessario vtrique indicitur continentia, et
 vterque in Leuitico praecipitur interfici: et vterque
 facit.

Leuit. 20. b

facit contra bonum prolis, vt Hieronymus dicit. Hoc enim intelligere est ratione personae petentis, quae recte dicitur accedere, et contra hoc facere, vt ex praedictis patet.

Quicumque uxori debitum reddit, vacare non potest orationi. Dub. V.

Videtur male dicere, quia dicitur: Sine intermissione orate: hoc est praecipuum: ergo si non potest orare qui reddit debitum: patet, et cetera. I T E M videtur illud simpliciter esse falsum, quia nihil impedit orationem sicut peccatum: sed veniale peccatum non impedit: ergo nec actus, in quo nulla est culpa. I T E M de Dauid obijcitur, qui fuit deuotissimus, et tamen habuit plures uxores, et liberos. Si tu dicas illud intelligi de eo tempore, in quo quis coit, similiter posses dicere de tempore, in quo homo dormit.

RESPON. Magister dicit hoc intelligendum esse de clericis: sed tamen istud non plene satisfacit obiectionibus praedictis: et ideo dicitur, quod cum dicitur aliquis non posse, necessario dicitur potentiam negare simpliciter, vel facultatem: et iste modus saepe est in Scriptura. Non vult ergo Hieronymus negare potentiam, sed facultatem: vnde non dicit, quod non possit orare: sed dicit quod non potest orationi vacare, quia actus ille multum deijcit mentem spiritualem, sicut dicit Augustinus, nisi sit gratia excellens, et specialis, sicut fuit in Dauid. Et ideo aliud est consilium, vt cum quis vult se totum orationi dare, debet a tali actu abstinere: et sic patet quod non repugnat orationis praecipuo: tamen de illo quod dicit, quod orandum est sine intermissione, intelligendum est quod nomine orationis omnis bonus actus intelligitur secundum Glossam. Vnde dicitur ibi: Non cessat orare, qui non cessat bene facere. Quod obijcitur, quod peccatum magis grauat, dicendum quod falsum est de veniali peccato propter multam foeditatem animae, quae est in illo actu: et frequenter anima multum impeditur per aliquas foeditates, vel etiam infirmitates penales.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam huius partis quaeritur de obligatione coniugum quantum ad solutionem debiti. Circa quod quatuor breuiter oportet quaeri. Primo quaeritur de obligatione per comparationem ad votum continentiae. Secundo per comparationem ad accidens superueniens. Tertio per comparationem ad tempus, in quo debitum debet peti, et solui. Quarto de tempore in quo debent nuptiae celebrari. Circa primum duo quaeruntur. Primo, vtum per votum post carnalem copulam possit vir continere vxore nolente. Secundo, vtum possit continere vxore nolente ante carnalem commixtionem.

QVÆSTIO I.

An per votum post carnalem copulam possit vir continere, vxore nolente.

S. Thomas in suppl. 3. q. 3. ar. 1. Et 4. Sent. d. 32. q. 1. ar. 1. Scot. 4. Sent. d. 32. q. 1. Ricard. 4. Sent. dist. 32. ar. 2. q. 1. Duran. 4. Sent. d. 32. q. 1. Tho. Arg. 4. Sent. d. 32. q. 1. ar. 2. Franc. de Mayr. 4. Sent. d. 32. q. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 32. q. 1. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 32. q. 3.

TRVM per votum post carnalem copulam possit vir continere vxore nolente. Et videtur quod non: quia post carnalem copulam vir non habet potestatem sui corporis: si non habet: ergo non potest de ipso facere sacrificium continentiae vxore nolente.

ITEM Augustinus dicit, et habetur in littera: Non modo non hortamur, sed etiam quod vouisti prohibemus adimplere, si forte coniux tua hoc tecum suscipere animi vel carnis infirmitate recusat.

ITEM ratiō videtur, quia mulier non tenetur continere, nec vir potest eam ad continentiam cogere: sed cogit eam, si ipsa in vita vult continentiam seruare: ergo cum non possit cogere, non potest continere.

ITEM sicut seruus tenetur domino obsequi, sic vir vxori debitum reddere, et fortius, quia est a Domino confirmatum: sed seruus prohibente domino non potest religionem intrare, vel a seruitio eius se auferre: ergo, et cetera.

CONTRA: Licitum est viro vxore etiam prohibente accipere crucem in subsidium terrae sanctae: sed votum continentiae adhuc melius est: ergo, et cetera.

ITEM vxore prohibente potest quis corpus suum ad martyrium, et mortem exponere: et tunc constat quod se reddit impossibilem ad soluendum debitum: ergo, et cetera.

ITEM quantacumque quis iuret, vel voueat, vel se obliget vt non impleat consilia, non tenet iuramentum, nec votum: ergo nullus potest se obligare, quin semper faciat melius: sed melius est continere, sicut dicit Apostolus: ergo, et cetera.

ITEM qui impedit aliquem volentem ascendere ad altiore statum, peccat grauiter, quia Spiritui sancto obuiat: ergo si vir vult continere, et religionem intrare, videtur quod vxor tenetur consentire: ergo si non vult, potest ad hoc compelli de iure: ergo, et cetera.

CONCLUSIO.

Post copulam carnalem emisso voto vir debet debitum reddere vxori petenti, sed non potest petere.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod continere est duobus modis: aut omnino ita quod debitum ne petat, nec soluat: aut non omnino ita quod debitum non petat, tamen petenti soluat. Primo modo non potest vir continere vxore inuita, quia non potest ei auferre ius, quod habet in corpus viri. Secundo modo continere potest ipsa contradicente, et vouere potest: et si voueat, seruare tenetur, videlicet vt numquam debitum petat. Concedenda sunt ergo rationes probantes, quod non omnino potest continere.

AD illud quod obijcitur, quod potest accipere crucem.

crucem, dicendum quod hoc factum est in fauorem, et necessitatem terrae sanctae: nec facta est omnino derogatio iuri mulieris, quia debet mulier velle pro necessitate tanta continere ad tempus, quod si nolit, potest virum suum sequi: sed cum vouetur continentia, tunc omnino mulier iure suo priuatur, etiam secundum tempus totius vitae.

AD illud quod obijcitur de martyrio, dicendum quod mori potest pro Christo, si necessitas imminet, quia mulier tenetur hoc velle: et si vir voluntarie se offerat, mulier non potest negare, quia ipso mortuo poterit cum altero contrahere: sed non sic est cum vouet vxore viuente.

AD illud quod obijcitur, quod semper licet facere quod melius est, nec potest se homo obligare ad minus bonum, dicendum quod verum est de eo, qui habet sui corporis potestatem. Vel dicendum quod si continet non petendo, sed solum reddendo, non minus mereatur, quam si omnino contineret. Vnde Augustinus dicit, et habetur in littera: Pro sanctificatione perfecta Deus tibi reputabit, si non quod tibi debetur exigit, sed reddis quod debes vxori.

AD illud quod obijcitur de eo, qui impedit aliquem: et cetera. dicendum quod peccat qui impedit aliquem ea ratione, qua in illo extinguit bonum propositum, et sancti Spiritus donum: sed mulier in hoc non potest consentire, quin sit sibi praedudum, quia si concedit viro quod voueat continentiam, tenetur et ipsa continere: quoniam igitur ipsa non potest cogi ad continentiam, quia hoc est consilium: ideo dico quod ipsa non peccat: sed si alia mulier impediret, tunc peccatum esset.

QVÆSTIO II.

An vir ante commixtionem carnalem possit continere, vxore nolente.

S. Tho. in Suppl. 3. q. 63. ar. 1. Et 4. Sent. dist. 32. q. 1. ar. 1. Ricard. 4. Sent. dist. 32. q. 1. et 2. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 32. q. 1. ar. 1. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 32. q. 2. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 32. q. 1. ar. 2.

TRVM vir ante carnalem copulae commixtionem possit continere vxore nolente. Et quod non, videtur: Vxori vir debitum reddit, similiter et vxor viro: sed ante commixtionem tenentur: ergo, et cetera.

ITEM vxor viro obligatur voluntarie, et per mutuum consensum: si ergo ante commixtionem est mutuum consensus: ergo et obligatio ad redditionem debiti.

ITEM mulier non tenetur continere, et non potest cum altero contrahere: ergo potest iuste debitum exigere: sed iuste exigenti iniustus est negare: ergo, et cetera.

ITEM esto quod vir post consensum de praesenti violenter extorqueat copulam carnis, est matrimonium consummatum: ergo tenetur ad soluendum debitum omnino ipsa vxor ei: sed violentia non inducit nouam obligationem: ergo prius obligabatur.

CONTRA: Decretalis de conuersione coniugatorum, cap. Praeterea, concedit viro potestatem intrandi religionem vxore nolente: sed plus est religionem intrare, quam continere: ergo concedit licentiam continendi.

ITEM per consensum contrahitur matrimonium: esto quod non sit in copulam carnalem, vt supra.

pra ostensum est: ergo si non obligatur nisi ad illud, in quod consentit: patet, et cetera.

ITEM si omnis vir esset obligatus ad soluendum debitum ante carnalem copulam: ergo nihil adderet carnalis commixtio ad conseruationem matrimonij.

ITEM quaeritur iuxta hoc. Vnde hoc est quod copula coniugalis violenter extorta matrimonium consummat, et consensus coactus matrimonium non ratificat: et vtum huic liceat post copulam mulieris vouere continentiam. Et quod sic, videtur: quia si prius licebat, et nullus potest ei ius suum violenter auferre: patet, et cetera.

CONCLUSIO.

Vxore petente ante carnalem copulam potest vir duos menses continere, sed post tenetur reddere debitum, vel manifestare se mortuum mundo per sollemne votum.

RESP. AD ARG. Dicendum quod ante conseruationem matrimonij vtraque persona nec omnino obligatur, nec omnino est libera. Non omnino obligatur, quia potest mori mundo: et sic matrimonium soluitur ipso viuente in carne: et tunc hoc factum omnino est absolutum. Nec omnino libera, quia si vult huic mundo viuere, necesse habet petenti debitum reddere: et quia in medio est inter vitam huius saeculi, et vitam religiosam, siue spiritualem: ideo sacri Canonnes terminum praefixerunt, vt possit deliberari, videlicet terminum duorum mensium, vel circa illud. Et ideo dicendum quod vxore petente potest continere per duos menses, sed post, vel tenetur reddere debitum, vel manifestare se mundo mortuum per sollemne votum ad religionis ingressum, quod si non faciat, tenetur ad debitum soluendum, sicut prima rationes ostendunt.

AD illud quod obijcitur in contrarium, quod potest intrare religionem: ergo in saeculo continere, dicendum quod non valet, quia introitus in religionem facit mori mundo, et solui vinculum: vnde in nullo sit sponte praedudum: non sic est cum manet in saeculo.

AD illud quod obijcitur, quod non oportet consentire in carnalem copulam, dicendum quod quamuis non oporteat in eam consentire, oportet tamen consentire in copulam coniugalem, quae necessario ordinat ad illam, nisi interueniat mors spiritualis, vel ciuilis.

AD illud quod obijcitur, quod nihil addit, dicendum quod falsum est, immo addit quantum ad signationem, et quantum ad obligationem. Quia enim sunt vnum corpus, et vna caro: ideo non potest vnus transire de hoc mundo, reliquo remanente: et ideo non potest vouere continentiam, nisi coniux pariter voueat. Praeterea tenetur ad statim reddendum post carnalem copulam: sed ante datur ei spatium duorum mensium: et ideo addit.

AD illud quod quaeritur de ea, quae corrupta est violenter a viro, dicendum quod quia matrimonium est consummatum, non potest sine assensu viri religionem intrare, nec votum vouere.

AD illud quod obijcitur, quod matrimonium debet esse liberum, dicendum quod verum est quantum ad consensum, in quo est matrimonij fundamentum: ista tamen copula quamuis sit violenta, quia tamen maritalis est, et fundata super consensum voluntarium, ideo voluntaria iudicatur: et ideo matrimonium radicum consummatum. Praeterea consensus de sui ratione importat libertatem, non sic coniunctio corporalis.

Resp. ad 2. pro Fund.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER quantum ad secundum articulum queritur de obligatione coniugii...

QVÆSTIO I.

An oporteat coniugi leproso debitum reddere.

Richardus 4. Sent. dist. 32. art. 4. q. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 32. q. 3. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 32. q. 8.

FVNDAMENTA.

IT quod leproso coniugi oporteat debitum reddere, videtur: quia dicit decretalis de coniugio leproforum...

ITEM ratione videtur: quia matrimonium est vinculum insolubile: ergo non soluitur per infirmitatem...

ITEM leprosi tentantur de fornicatione: ergo possunt, et debent habere remedium: ergo si iste qui habet uxorem...

ITEM leproso ipso quod leprosi non tenentur ad continentiam, nec possunt cogi: ergo necesse est uxores eorum eis reddi.

AD OPPOSITIVM

CONTRA: Præcipitur vt leprosi extra communionem sanorum eijciantur: ergo cum vxor est sana, debet per legem sequestrari ab vxore.

ITEM lepra est morbus contagiosus: ergo morbus, quem licet homini fugere: ergo mulier cum viro leproso non tenetur cohabitare: et si hoc: ergo nec debitum reddere.

ITEM lepra est morbus hereditarius: ergo transmittitur ad prolem: ergo cum coitus qui est causa deformitatis in prolem fit contra bonum prolis, et talis sit prohibitus, quia propter hoc non licet ad menstruam accedere, vt dicitur infra: ergo nullo modo licebit mulieri coire cum leproso, aut eonuerso.

ITEM sicut lepra reddit inhabilem ad ordinis susceptionem, ita reddit inhabilem ad ordinis susceptionem: ergo sicut reddit inhabilem ad matrimonij contractionem post sponsalia, quia soluit sponsalia, ita videtur quod reddit inhabilem ad debiti solutionem.

CONCLVSIO.

Coniux leprosus habet ius petendi debitum, licet vxor leprosus debeat extra habitare.

De coniugio leproforum

RESPOND. AD ARG. Dicendum quod quamuis lepra soluat sponsalia, tamen non potest solvere matrimonium: et ideo cum aliquis efficitur leprosus, et coniux est et leprosus: et quia coniux est, habet ius petendi debitum, et reddendi: quia vero leprosus debet extra sanos abire: ita dico quod mulieri petenti debitum potest soluere: sed tamen non habet necesse cohabitare omnino. Vnde quod dicitur, quod viri uxores sequantur, et ministrant, dicitur per modum admonitionis, non præcepti: nec cogi potest

A sanus ad aliud, quam vt reddat debitum infirmo: et hoc propter periculum fornicationis: et sic concedenda sunt rationes probantes, quod debeat soluere debitum.

1. AD rationes duas ad oppositum patet responsio, quia non sequitur, si non tenetur cohabitare, quod nec debitum soluere.

2. AD illud quod obijcitur de prole, dicendum quod secus est de menstruat, et leprosis: Nam menstruata alio tempore possunt bonam prolem procreare, sed leprosi non possunt, nec omnino faciunt contra bonum prolis, quia quantum in se est libenter generarent sanum: attamen proli generatae melius est sic esse, quam omnino non esse.

3. AD illud quod obijcitur de irregularitate, dicendum quod non est simile, quia vtrumque est congruitatis, scilicet quod ordinem non suscipiat, et quod in ordine suscepto non ministrat. Sed matrimonium contrahere hoc libertatis est, sed ius reddere hoc necessitatis est propter insolubilitatem vinculi: et sic patet illud quod obijcitur.

4. AD illud quod obijcitur de irregularitate, dicendum quod non est simile, quia vtrumque est congruitatis, scilicet quod ordinem non suscipiat, et quod in ordine suscepto non ministrat. Sed matrimonium contrahere hoc libertatis est, sed ius reddere hoc necessitatis est propter insolubilitatem vinculi: et sic patet illud quod obijcitur.

QVÆSTIO II.

An aliquis teneatur reddere debitum fornicanti.

S. Th. in suppl. 3. p. q. 62. art. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 32. q. 4.

TRVM quis teneatur debitum reddere fornicanti: et quod sic, videtur: quia si vterque fornicatur, alter alteri tenetur: ergo si maius malum, non soluit mutuum tenentem: ergo nec quando tantum alter fornicatur.

ITEM vir semper tenetur seruare fidem vxori etiam fornicanti, quia non licet viro fornicari, esto quod vxor fornicetur: sed seruare fidem est debitum reddere: ergo, et cet.

ITEM non fornicans potest petere: ergo fornicans tenetur reddere: ergo habet ius petendi: sed vinculum coniugale est mutuum: ergo vterque habet ius petendi: ergo si fornicans habet ius petendi, iustum est quod alter reddat: ergo tenetur reddere.

CONTRA: Potest dimittere vxorem causa fornicationis: ergo non tenetur debitum soluere.

ITEM si mulier procuraret abortus, vir non deberet, nec teneretur ei debitum reddere, quia agit contra bonum prolis: sed fornicans agit contra bonum fidei: ergo non tenetur.

ITEM coniuges ad paria iudicantur quantum ad torum: ergo quod non facit vnus alteri, vel nõ vult facere, nec potest petere: sed si mulier fidem non seruat: ergo nec potest cogere virum, vt fidem seruet: ergo nec vt debitum soluat.

CONCLVSIO.

Non tenetur aliquis fornicanti reddere debitum: sed si alter sit eiusdem criminis, alter alteri non potest obijcere. Si tamen innocens petat, priuat se libertate illa.

RESP. AD ARG. Dicendum quod si alter fornicatur, et hoc potest alter scire per signa probabilia, et per coniecturas apertas, ergo tenetur soluere, nec ab Ecclesia est cogendus, si potest illud probare: si tamen ipse, vel ipsa non sit eiusdem criminis, quia si sint in eodem crimine, non potest alter alteri obijcere, quod habet in se. Si tamen innocens petat debitum, priuat se libertate, et ex hoc obligat se ad reddendum, quia dum vult debitum sibi reddi a fornicante, et ipse se eidem obligat. Concedenda sunt igitur rationes

rationes probantes, quod reddere debitum fornicanti non tenetur.

1. AD illud quod obijcitur, quod tenentur ambo, si ambo peccent, dicendum quod verum est. Ratio huius est, quia neuter est tunc super alterum: sed cum aliquis facit contra bonum matrimonij, alter, id est ille qui facit, meretur puniri, et alter meretur habere libertatem: nunc autem neuter est liber, quia vterque peccat: et ideo non est simile, quia quod non tenetur reddere, hoc non tantum erat pœna peccantis, sed etiam libertas non peccantis.

2. AD illud quod obijcitur, quod tenetur seruare fidem, dicendum quod fides attenditur quantum ad duo, primum vt non cognoscat aliam, secundo vt cognoscat suam. Quod non cognoscat aliam hoc debet esse tamquam naturale matrimonio: vnde talis fides nunquam potest solui matrimonio durante. Si autem hæc non durat, cum alia conditio super hanc fundetur, non tenetur seruare hanc, cui prima non seruatur, nec ius habet petendi, qui prius infringit.

3. AD aliud patet responsio, quia non fornicans habet ius petendi, quia nihil contra fidem fecit, sed alius fecit contra: ideo et in hoc factus est inferior, et minus ius habet quam alter.

ARTICVLVS III.

CONSEQUENTER quantum ad tertium articulum queritur de obligatione quantum ad tempus. Et circa hoc duo queruntur. Primo queritur, vtrum tempore menstruorum obligetur mulier ad debitum reddendum, et vtrum possit petere. Secundo, vtrum tempore dierum sollempnium debitum licite possit peti, et solui.

QVÆSTIO I.

An tempore menstruorum possit reddi, et peti debitum.

Richardus 4. Sent. dist. 32. art. 4. q. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 32. q. 5. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 32. q. 7.

FVNDAMENTA.

Leuit. 20. c.

VD d tempore menstruorum non possit peti debitum, ostenditur: Vir, qui ad menstruatam accesserit, immundus erit septem diebus. Situ dicas, quod ceremoniale est. Contra: Vir si iustitiam fecerit, et cet. Et post: Ad menstruatam non accesserit: vbi inter moralia computatur. Et Glossa ibidem præcipit, vt viri non solum in alienis, sed etiam in proprijs vxoribus modum, et tempora seruent.

ITEM quod non debeat reddere videtur, quia non solum qui male agunt, peccant, sed etiam qui consentiunt: ergo peccat qui reddit, cum consentiat.

ITEM non est reddendus gladius furioso, vt se interficiat: sed petens debitum tempore menstruorum contra salutem suam petat: ergo non ei reddendum est.

ITEM quod nec sit reddendum, nec petendum videtur, quia dicitur quod vterque interficiatur, scilicet vir, et mulier: sed pœna mortis non nisi pro peccato mortali infligebatur: ergo vterque peccat mortaliter.

ITEM Hieronymus dicit, quod ex tali coitu nascuntur pueri elephantici, et monstruosi: ergo vterque facit contra bonum prolis, et si hoc: ergo vterque mortaliter peccat.

S. Bon. To. 5.

CONTRA: Maior passio est passio lepræ quam passio menstrui: ergo si propter lepram non potest mulier debitum negare, igitur nec propter menstruum.

ITEM: Mulier non habet potestatem sui corporis: ergo cum vir petit, suum petit: ergo si suum, et iustum est vnicuique reddere quod suum est: ergo iuste reddit mulier.

ITEM esto quod vir nesciat, quod sit tempus menstruorum, et mulier timet de lapsu eius, queritur quid debet facere: et ostenditur quod reddere, quia illius animam liberat a morte, et ab omni culpa.

ITEM sicut fluxus sanguinis reddit mulierem immundam, ita fluxus feminis reddit virum immundum: sed non peccat mulier, quæ petit a viro semini suo debitum: ergo, et cet.

ITEM si aliquo modo repugnat matrimonio talis coitus, hoc non est nisi ratione prolis: sed possibile est quod talis mulier sit sterilis, et tunc non timetur deformitas prolis: ergo, et cet.

CONCLVSIO.

Menstruorum tempore scienter petenti, non tenetur vxor reddere debitum: quod si reddat, peccat mortaliter.

RESP. AD ARG. Dicendum quod aliqui voluerunt dicere, quod omni tempore siue menstruorum, siue alio debet debitum reddi, sed non debet peti. Et dicunt quod ratio huius est, quia petere est agere, sed reddere quodam modo pati: et primum est libertatis, secundum vero necessitatis est. Vnde et Dominus non præcepit mulieri non reddere, sed homini non accedere: ac per hoc non exemit mulierem a tenentione reddendi, sed vir obligatur, vt hoc non possit petere sine transgressione: et hoc videtur Magister dicere in littera cum dicit: Et licet omni tempore debitum sit petenti soluendum, non tamen licet omni tempore petere. Sed illud non videtur consonare nec rationi, nec auctoritati. Primum non auctoritati, quia est contra bonum prolis, sicut dicit Hieronymus super illud Isaie: Omnes iustitie nostræ sicut pannus menstruatae: dicit enim: Tunc concipiuntur membris deprauati, cæci, claudi, leprosi: vt quia parentes non erubuerunt in conclau commiseri, patenter eorum peccatum, et aperte redarguatur in paruulis. Item Augustinus super Leuiticum: Ad mulierem, et cet. necessario interim vtrique continentia indicitur. Et iterum: Cum sufficienter prohibuisset, hoc etiam repetit, ne forte in superioribus videretur figuratiue dictum. Et iterum: Vterque præcipitur interficere, sicut ibi patet: ergo vterque mortaliter peccat. Et iterum: Esto quod mulier menstrua tunc temporis debitum petat a viro, et hoc constet viro, durum videtur dicere quod ius teneatur sibi reddere in prolis præiudicium: si ergo ad paria iudicantur, et dominium non habet alter in alterum contra diuinum statutum, non videtur quod reddere teneatur. Et ideo aliqui voluerunt dicere, quod nõ debet reddere, nisi præsumat de viro, quod incidat in fornicationem: quod si præsumit, debet occurrere maiori periculo: nec reddit gladium ad interficiendum, sed potius ad sanandum. Sed nec istud sufficit, quia aut mulier tenetur, aut non tenetur. Si tenetur: ergo absque præsumptione periculi debet reddere. Si non tenetur vt tunc, hoc non est contra diuinum mandatum: ergo quantumcumque timeat de culpa alterius, cum nõ sit faciendum malum certum pro incerto euitando, non debet sibi reddere debitum: nõ quia reddat gladium furioso, quia ista non est ratio, nam aliter seipsum interficit. Nec dat ei occasionem periculi, nisi ipsa petat: non enim ideo est culpa, quia gladium furioso reddit, sed quia contra præceptum, siue prohibitionem agendo se deordinat: et hoc non est propter tempus, sed propter morbum, qui est contra prolis bonum. Vnde similiter esset de vicina partu, quia

Improb. Item 64. b

Leuit. 18. c

Leuit. 20. c

Opin. 2.

Improbat.

Opin. 2.

Opin. 2.

quia

QVÆSTIO II.

An tempore dierum sollempnium possit licite peti, et solui debitum.

St.Th.in suppl. 3.p.9.64.art.7. Richardus 4.Sent. dist. 32.art.3.9.1. Steph. Brulof. 4.Sent.dist.32.9.6. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 32.9.5.



TRVM tempore dierum sollempnium debitum possit peti licite, et solui. Et quod sic, videtur: Nolite fraudare inuicem nisi ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi: ergo non licet abstinere etiam propter orationem nisi utroque consentiente: ergo si non habet necesse consentire, alter potest petere, et alter debet reddere.

FVNDAMENTA. 1. Cor.7. 4

ITEM ratione videtur: quia concubitus coniugalibus ratione debiti soluendi nullam habet de se culpam: ergo in die sollempni reddere non est peccatum.

ITEM coniugium institutum est in remedium concupiscentie, vt fornicatio vitetur: sed possibile est quod homo infirmus magis tentetur de opere carnis in die sollempni: ergo tunc licet adhibere remedium.

ITEM si alter coniugum ex sola libidine explenda peteret debitum, ille, a quo petitur deberet soluere, quia reddit ei quod suum est: ergo videtur multo fortius si tempore sacro petat causa fornicationis vitanda.

CONTRA: Quod tali tempore nec debeat peti, nec reddi ostenditur auctoritate Augustini, quæ habetur in littera: Christiano cum vxore sua non licet aliquid conuenire propter dies processionis, et ieiuniorum, et cet.

AD OPPOSITVM Quæst. ex no 10, et vet. Test. c. 27. in fine.

ITEM videtur exemplo Gregorij in lib.1. dialogorum, quod mulier, quæ nocte cognouit virum, cum in die veniret ad processionem, a diabolo est accepta: sed hoc non esset, nisi graue peccatum esset: ergo, et cet.

ITEM hoc videtur ratione, scilicet quod nec sit petendum, nec reddendum, quia potest esse dies sollempnis, vt Pascha, vel Natalis, in quo vterque tenetur communicare: sed constitutio Ecclesie est vt non accedat aliquis ad communionem, quando cognoscit vxorem: ergo cum non possint simul stare, et tenetur ad faciendum vnum: ergo non ad faciendum alterum.

ITEM hoc videtur per rationem virtutis, quæ considerat non solum actum, sed etiam debitas circumstantias: sed debita circumstantia est in discernendo diem sacrum a non sacro: ergo, et cet.

ITEM hoc videtur per simile, quia non licet in omniloco nec petere, nec reddere debitum, vt pote in Ecclesia: ergo similiter videtur quod nec in omni tempore.

ITEM hoc videtur ratione, quia maior est delectatio in coitu, quam in cibo: ergo si Ecclesiastica institutio quantum ad abstinentiam cibi est necessaria obseruanda, multo fortius quantum ad coitum.

CONCLUSIO.

Diebus sollempnibus petere debitum culpa est, non autem reddere.

RESPOND. AD ARG. Dicendum quod sicut dicit Magister, debitum semper est poscenti soluendum, non tamen semper licet petere: cuius ratio est, quia reddere est necessitatis, sed petere est voluntatis: et in sacris diebus inordinate voluptatis est petere, quod

Opin. 3.

quia ex actu illo timetur paruulus opprimi, et occidi, vel si ipsa laboraret aegritudine acuta, nullus pro illo tempore diceret eum teneri, non ratione temporis, sed ratione morbi, vel periculi. Tertius modus dicendi est, qui videtur esse probabilior, quod tempus menstruorum aut est secundum naturam, aut præter naturam. Si secundum naturam, semel in mense, quia tunc possibile est filios generare, et per abundantiam, et corruptionem humoris in pessimo statu: ideo morale est præceptum, vt illo tempore non cognoscatur. Vnde si ignoranter peti, vel violenter reddidit, excusatur. Si scienter, et libenter peti, et reddidit, contra præceptum facit, et mortaliter peccat: et vir secundum tempus illud non habet potestatem in corpus mulieris. Si autem sit tempus contra naturam, et passio præter naturam, tunc dicitur quod filij non generantur vitiis in natura: et tunc si diu duret, debitum potest peti, et reddi. Ex his patent obiecta.

1. QVOD enim obijcit de lepra non est simile, quia ille morbus est continuus, iste momentaneus.

2. AD illud quod obijcitur, quod non habet potestatem, dicendum quod tunc non habet alter potestatem in corpus alterius, vel etiam quod plus est obediendum Deo, quam homini siue mulieri.

3. AD illud, quod queritur, quando vir nescit, dicendum quod si credit ipsum desistere, debet ei infirmitatem dicere, vel saltem infirmitatem simulare: quia si nec tunc vult desistere, debet quantum potest resistere: quod si ille violenter extorquet, mulier est immunis a culpa: aliter enim propter vitandam culpam viri, non debet ipsa facere culpam.

4. AD illud quod obijcitur de immunditia, dicendum quod non est propter immunditiam, sed quia talis est proli contraria.

5. AD illud quod obijcitur de sterili, dicendum quod nescitur quamdiu habet muliebria vtrum concipiat: et ideo obligatur diuino mandato, sicut et alie, quæ consueuerunt concipere. Quamuis autem iste modus vltimo dictus videatur esse probabilior, primus tamen modus dicendi est securior, et sanior, quonia standum est pro matrimonio: et valde durum videtur quod mulier debitum non reddat viro instanter petenti, cum non appareat infirmitas grauis, et manifesta. Si tu dicas, quod non debet sine violentia, potest esse quod vir non potest sibi violentiam facere, et ex hoc cadet in peiorum fornicationem: et ideo dicendum est secundum primum modum, quod secus est in petitione, et redditione, sicut dicit Magister in littera, et primo notatum est. Vnde prohibitio in fornicatione mensruosa extendit se, vt non petant, sed non vt non reddant: et ideo non absolutur a tentione reddendi: et per hoc intelligenda sunt auctoritates de hoc loquentes. Debet tamen mulier aliquo modo se reddere difficilem, et cum dolore debitum soluere, ne dum appetit a se peti, ipsa rea sit, ac si peteret: vnde resistere potest nisi credat scandalum præstare marito. Ex hoc patet illud quod obijcitur de consensu. Dum enim necessitate compulsa femina reddit, non dicitur consentire, nec furioso gladium reddere, sed ipse agit, et hæc patitur. Præterea: Gladius furioso est reddendus, vt euitetur maius periculum: sic in proposito, cum timetur periculum, et vir potest euadere periculum fornicationis, vel odij per redditionem, in quam incurreret per abnegationem. Ex his patent alia. Concedendum est enim, quod debitum non potest peti scienter, quia hoc est morale præceptum, quod debitum non petatur. Et non valet de lepra, nec de potestate corporis, quia vsus est ei arctatus per mandatum illud: et patent auctoritates inducæ in contrarium: omnes enim intelligendæ sunt quantum ad scienter exigentes.

QVÆSTIO I.

An in celebrandis nuptijs debeat tempus obseruari.

Rich. 4.Sent. dist. 32.art. 5.9.1. Steph. Brul. 4.Sent. dist. 32.9.7. Petrus de Tarant. 4.Sent. dist. 32.9.9.



VD tempus debeat obseruari in celebrandis nuptijs, ostenditur. Primo per illud quod dicitur: Tempus amplexandi, et tempus longe fieri ab amplexibus: ergo videtur quod non omni tempore liceat nuptias celebrare.

FVNDAMENTA. Eccles. 3. a

ITEM: Nec vxorem ducere, nec conuiuiam facere in quadagesimali tempore vilo modo conuenire potest arbitror.

Quæst. 33. cap. 4.

ITEM secundum omnium mores tempus celebrationis nuptiarum est tempus sollempnitatis, et gaudij carnalis, quia vehemens est amoris conuersio ad hæc: sed hæc non competit fieri in tempore deputato ad sanctificationem spiritus: ergo, et cet.

ITEM plus est nuptias celebrare, quam debitum soluere: sed in actu carnali ad hoc quod fiat recte, et honeste, seruanda sunt tempora: ergo multo fortius in contractione matrimonij, siue nuptiarum celebratione prima.

AD OPPOSITVM Gal. 4. c

CONTRA: Dies obseruatis, et mensibus, et temporibus, et annis. Et post: Timeo ne absque causa laborauerim in vobis: ergo videtur quod sit hæreticæ tempora obseruare: ergo videtur quod quolibet tempore bonum sit nuptias celebrare.

ITEM in aliorum sacramentorum perceptione non est determinatio temporum nisi ex sola congruitate, nec seruantur communiter temporum determinationes: ergo videtur similiter quod nec in matrimonio, et sponsæ traditione.

ITEM matrimonium est sanctum, et bonum, cum sit sacramentum: ergo in diebus sacris competens est ipsum celebrare.

ITEM si matrimonium repugnat diebus penitentis, non est secundum rationem sui, sed potius ratione abusus: ergo potius deberet in nuptijs prohiberi, et interdici abusus, quam tempus. Est ergo questio, propter quam causam ista tria tempora interdiciantur, quæ ponuntur in littera: et magis in hoc sacramento, quam in alio.

CONCLUSIO.

Ratione duplici interdictum est celebrare nuptias aliquibus temporibus, non tamen per simplicem consensum contrahere, vel sponsalia.

RESP. AD ARG. Dicendum quod duplex est ratio, quare in his tribus temporibus interdictum sit nuptias celebrari. Vna scilicet moralis, alia figuralis. Moralis quidem est de his tribus temporibus anni propter præcipuarum sollempnitatum expectationem, in quibus consueuerunt fideles communicare, scilicet, Natalis Domini, Pascha, et Pentecostes, quando debet se fideles preparare, vt Dominum suum possint digne, et reuerenter accipere: et per hoc debent sensum a terrenis aliquatenus eleuare: et quoniam in sponsæ traditione, et nuptiarum celebratione propter nouitatem vehementer animus conuertitur ad illud, quod deorsum est, et ad gaudia vana: ideo ista tria tempora ex rationabili

quod patet sic: Coniugium enim ratione sui actus est remedium, sed non omnino curans, sed excusans. Vnde in actu coniugali est opus carnis, quod trahit animam deorsum, et ad terrena sapiendum, et etiam ad delectationem sentiendum. Quoniam igitur aliqui sunt dies, in quibus debet anima sanctificari, et assurgere ad diuina, vt pote sollempnitates præclare, sunt etiam aliqui dies, in quibus debet anima affligi, vt pote ieiuniorum, et processionum: ideo conueniens est in talibus temporibus ab illo actu cessare: et ideo sancti patres instituerunt, non tamen instituerunt tamquam præceptum propter carnis lubricum, quod in multis est magnum: et quia non tamquam præceptum instituerunt, nec ius petendi debitum abstulerunt: ideo cum petitur, manet necessitas ad reddendum. Ideo dicendum quod reddi potest sine omni culpa in illis diebus, dum tamen reddat cum displicentia, et dolore. Peti autem non potest sine culpa, et si aspectus sit ad delectationem, grauis est culpa: si autem ad lubricum carnis, et suam infirmitatem, cuius est conscius, vel conscientia vehementer timet, et propter hoc petit, veniale potest esse peccatum: atramen vix contingit, quod in præcipuis diebus non sit graue peccatum. Concedendæ igitur sunt rationes, quod debet reddi, quia non possunt se fraudare nisi ex consensu. Vnde tempus orationum non sufficit ad abstinentiam, nisi addit etiam mutus consensus, sicut innuit Apostolus.

1. 2. AD illud ergo quod obijcitur, quod christiano non licet conuenire, dicendum quod non dicit hoc propter hoc, quod illud sit peccatum mortale, et eius oppositum sit in præcepto: sed quia quandam inhonestatem habet, et hoc patet in eadem auctoritate, quia dicit, quod in talibus diebus debent a licitis temperare: et hoc dico nisi contemptus sollempnitatis interueniat, sicut fuit in illa muliere, de qua loquitur Gregorius, quæ iuit ad processionem.

AD illud vero quod obijcitur, quod non debet reddi propter communionem, dicendum quod cum reddens cum dolore, et iniuitus reddat, non arctatur nec ab ingressu Ecclesie, nec a comunione: tamen communicatio possit de consensu sacerdotis differri.

AD illud quod obijcitur, quod est ibi excessus, dicendum quod non est excessus ex parte reddentis, nec etiam ex parte petentis, cum exigat necessitas: si enim propter periculum faciat, non est excessus mortalis, sed venialis.

AD aliud dicendum quod non est simile de loco, quia in loco est consecratio sacramenti, et deputatio ad opera diuina solum: ideo temeratur locus sacer: est enim mensa propria, sed tempus non sic omnino deputatur.

AD vltimum dicendum quod non est tantum periculum, nec lubricum in gustu sicut in ractu: et ideo institutum est de ieiunio sub præcepto: sed de cessatione ab amplexu est consilium maxime coniugatis, qui inuicem cohabitant. Hoc sine præiudicio sit dictum, pro eo quod sancti videntur talem coitum aggrauare, sicut auctoritates Hieronymi in littera videntur sentire. Sed intelligendum est, quod sancti istud non prohibuerunt, maxime cum Apostolus dicat, quod propter orationem non debent inuicem fraudare nisi ex consensu: et ideo concedendam est istud magis esse congruitatis, et honestatis, quam necessitatis, nisi conscientia obliget, qua credat illud esse prohibitum, et mortale peccatum: vel nisi interueniat sacræ diei contemptus, de quo valde potest timere, qui tunc debitum non erubescit petere.

ARTICVLVS IV.

CONSEQUENTER quantum ad quartum articulum queritur de tempore celebrandi nuptias. Et circa hoc duo queruntur. Primo queritur, vtrum quod

rationabili causa sunt interdicta, scilicet tempus aduentus vsque ad octauas Epiphaniæ, tempus a Septuagesima vsque ad octauas Paschæ, tempus a tertio die ante Ascensionem vsque ad octauas Pentecostes: et quia multe abusiones sunt, quæ his temporibus non conueniunt. Alia est ratio figuralis, scilicet quia in his temporibus sunt dies ieiuniorum, et sicut dicitur: Non debent filij sponsi lugere, quamdiu cum illis est sponsus: cum autem auferetur, et cetera. ideo quodam modo in his diebus signatur absentia sponsi: et ideo in talibus diebus non debet fieri sponsus, et sponsæ coniunctio, nec nuptiarum celebratio. Vnde non est interdictum contrahi sponsalia, vel matrimonium in his diebus per simplicem consensum, sed interdictum est nuptias celebrare, et sponsam in domum viri adduci: et hoc totum congruitatis ratio exigit, pro eo quod est constitutio humana.

1. Ad illud ergo quod obiicitur, quod non sunt tempora obseruanda, dicendum quod tempora obseruari est tripliciter. Aut enim tempora obseruantur quantum ad naturam in his, quæ sub sunt nature, vt quantum ad actum feminandi, et nauigandi. Aut tempora seruantur in his, quæ sunt supra naturam, sicut sunt ea quæ sunt gratiæ, et liberi arbitrij. Aut tempora obseruantur secundum spiritualem institutionem in executione spiritualium, vt dies instituta ad colendum Natile Domini obseruanda est, vt in ea amplius laudetur Deus. Primum quidem non est peccatum, nec tertium, sed secundum: et hoc modo non fit obseruatio in matrimonio, quia non obseruatur lunatio, neque temporum variatio, nisi secundum quod statutum est ad cultum Dei: vnde non est obseruatio ratione temporis, sed magis ratione cultus diuini.

2. Ad illud quod obiicitur, quod in alijs sacramentis non interdicuntur tempus, patet responsio: quia hoc sacramentum habet aliquid spirituale, et aliquid carnale: vnde et hoc decet, tum ratione actus carnalis: tum etiam ratione signationis.

3. Ad illud quod obiicitur, quod est sanctum, et bonum, dicendum quod verum est: attamen habet annexum aliquid, quod tempus orationis impedit: et si impedit post primam coniunctionem, quanto magis in prima, vbi est maior ardor, et ardentior affectio?

4. Ad illud quod obiicitur, quod abusus deberet interdici, dicendum quod non solum ratione abusus, sed etiam ratione vsus habet aliquod præstare impedimentum. Præterea, facilius est determinare tempus, et melius obseruatur, quam si moueretur gaudium superfluum. Quod vltimo queritur iam determinatum est.

Q V Æ S T I O II.

An matrimonium contractum tempore indebito debeat separari.

Richardus 4. Sent. dist. 32. art. 5. q. 2.
Steph. Brul. 4. Sent. dist. 32. q. 8.
Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 32. q. 10.

AD OPPO- SITVM, 2. q. 4.

TRVM matrimonium contractum in tempore indebito debeat separari. Et videtur quod sic: Non oportet a septuagesima vsque ad octauam Paschæ, et tribus hebdomadibus ante festum Ioannis nuptias celebrare: quod si factum fuerit, separentur.

2. I T E M hoc videtur secundum ius antiquum, quod sic dicit: Copulationem quam contra Ecclesiasticam regulam contingit esse contractam, matrimonium non esse censemus.

3. I T E M ratione videtur: quia in foro Ecclesia-

stico iudicandum est secundum statuta Ecclesiæ: ergo si Ecclesia statuit nuptias talibus temporibus non fieri, debent tales, si fiunt, iudicari pro non factis: ergo debent separari.

4. I T E M aliquis primo contrahit cum aliqua in clanculo, et cum alia in manifesto: licet sit vir primæ secundum veritatem, tamen iudicatur vir secundæ in foro Ecclesiæ, quia cum prima non seruauit formam Ecclesiæ, sicut cum secunda: ergo si iste qui celebrat nuptias, nõ seruat Ecclesiasticam formam, patet quod secundum iudicium Ecclesiæ separandus est.

C O N T R A: Nihil est propter quod debeat separari matrimonium, nisi desit aliquid, quod sit de eius substantia: sed de substantia matrimonij nihil est nisi consensus, et persona legitima: si ergo nihil horum desit in proposito, patet, et cetera.

I T E M matrimonium non debet separari in pœnam, nisi sit criminis enormitas, maxime contra aliquod matrimonij bonum: sed hic nihil est tale: ergo, et cetera.

I T E M in quadam decretali de matrimonio contracto: Ex litteris, contra Ecclesiæ interdictum dicitur: Non est conueniens vt ob id solum sacramentum coniugij dissoluatur.

C I T E M non prohibetur matrimonium contrahi, sed nuptias celebrari: hoc autem accidit matrimonio: ergo nullo modo debent separari propter hoc.

C O N C L V S I O.

Matrimonia tempore indebito contracta non possunt simpliciter separari, licet in pœnam ad tempus separari possint.

R E S P. A D A R G. Dicendum quod iunctos matrimonialiter triplici modo separat Ecclesia. Quosdam simpliciter quantum ad vinculum, ostendens inter eos nõ fuisse matrimonium: et hoc est propter hoc, quod interuenit aliquod impedimentum, quod est contra substantiam matrimonij, vel ex parte consensus, vel legitimitatis personarum: et illud dicitur impedire, contrahendum, et dirimere iam contractum. Quosdam separat simpliciter quantum ad tempus solum in pœnam: et hoc est propter aliquod crimen, quod est contra matrimonij bonum. Quosdam separat ad tempus solum ad pœnitentiam agendum: et hoc quando interuenit aliquod impedimentum, quod non est contra matrimonium nec quantum ad substantiam, nec quantum ad bonum, sed inducit peccatum: et tale est Ecclesiasticum interdictum: et de tali separatione intelligitur auctoritas canonis, quam Magister adducit in littera. Et sic dicendum quod tales non debent simpliciter separari, sed solum ad tempus in pœnam peccati, quia contempserunt mandatum Ecclesiæ: et hoc etiam fit ad aliorum terrorem.

2. Ad illud ergo quod obiicitur secundo de Ecclesiastica regula, dicendum quod Ecclesia dicit matrimonium debere contrahi sic, et sic: et in illa sua institutione quedam dicit vt necessaria, quedam vt ad sollempnitatem facientia: et canon dicit de his quæ regula Ecclesiastica dicit huic sacramento necessaria.

3. 4. Ad illud quod obiicitur de foro Ecclesiastico, dicendum quod in foro Ecclesiastico nunquam iudicatur matrimonium non esse, nisi quando in facie Ecclesiæ deest aliquid, quod est de substantia matrimonij, quod tamen non deest secundum veritatem, sicut in matrimonio clandestino, vbi non potest probari consensus: non sic est in proposito: et ideo patet illud vltimum.

FVNDAMENTA.

Cap. ex litteris.

Resp. ad 1.

D I S T.

D I S T I N C T. XXXIII.

DE DIVERSIS CONIUGII LEGIBVS.



V A E R I T V R hic de antiquis patribus, qui plures simul leguntur habuisse uxores vel concubinas, vtrum peccauerint. Ad quod dicimus: Pro varietate temporum varia inuenitur dispensatio conditoris. Ab exordio enim temporis inter duos tantum, Adam scilicet et Euam inchoatum est coniugium, Deo per os Ade dicente: Homo adharebit uxori suæ, et erunt duo in carne vna: et secundum inchoationis modum inter duos tantum per omnem successionem temporum contraheretur coniugium, si primi homines in obedientia perstisissent. Post eorum vero copulam filij et filie eorum matrimonio coniuncti sunt, sed vnus viri tantum. Ideo autem fratres sororibus tunc sunt copulati, quia non erant alie mulieres vel viri, quibus Ade filij vel filie iungerentur. Primus omnium Lamech duas legitur simul habuisse uxores: et hoc in eo arguitur, quia pro expletione carnalis voluptatis id fecisse perhibetur. Postea vero, cum iam pene omnes homines falsis dijs seruirent, paucis in cultu Dei permanentibus, consultum est a Deo plures in matrimonio copulare sibi, ne illis paucis deficientibus, cultus et notitia Dei deficeret. Vnde Abraam viuente uxore ad ancillam intravit, et ex ea genuit. Iacob etiam liberis et ancillis se copulauit. Et filie Loth patre ebrio vsæ sunt. Cum enim ceteris in idololatria relictis, Abraam et filios eius in peculiarem populum sibi Dominus elegisset, vite multarum fecunditate mulierum populi Dei multiplicatio quærebat: quia in successione sanguinis erat successio religionis. Vnde etiam in lege maledicta erat sterilitas, quæ non relinquebat semen super terram. Hinc etiam sacerdotibus coniugia decreta sunt: quia in successione familie successio est officij. Non ergo Abraam vel Iacob deliquit, quia præter uxorem filios ex ancilla quesuit: nec tamen illorum exemplo præter coniugale debitum, fecunditatem in aliqua licet alicui querere, cum illorum coniugia nostrorum æquentur virginitati: immoderatus vsus coniugij nostri temporis, turpitudinem fere imitetur fornicationis illius temporis. De hoc Augustinus sic ait: Antiquis iustis non fuit peccatum, quod pluribus feminis utebantur: nec contra naturam faciebant, cum non lasciuendi causa, sed gignendi hoc facerent: nec contra morem, quia eo tempore ea fiebant: nec contra preceptum, quia nulla lege erat prohibitum. Idem: Obijciuntur Iacob quattuor uxores, quod, quando mos erat, crimen non erat. Sic patriarche coniugibus excipientibus semen suum misciebantur, non concupiscentia perficienda voluptatis, sed providentia propagande successionis, sicut Apostoli auditoribus suis admirantibus doctrinam suam condelectabantur, non auaritate consequende laudis, sed charitate seminande veritatis. Idem alibi: Antiquis temporibus cum adhuc salutis nostra mysterium velaretur, iusti officio propagandi nuptias contraherent, non vitæ libidine, sed ducti pietate: qui multo facilius continere possent et vellent. Vtebantur tamen coniugibus, et plures vni viro habere licebat: quas castius habebat, quam vnc vnâ quilibet istorum, in quibus videmus quod secundum veniam concedit Apostolus. Habebant enim eas in opere generandi, non in morbo desiderij. Item Ambrosius: Dixit Sara ad Abraam: Ecce conclusit me Dominus, vt non pariam. Intra ergo ad ancillam meam, vt filium facias ex ea: et ita factum est. Considera primum quod Abraam ante legem Moysis, et ante Euangelium fuit. Non ergo in legem commisit Abraam, sed legem prauent. Non enim interdicitum videbatur. Secundo considera, quod non ardore aliquo vage succensus libidinis, non petulantis formæ captus decore, ancilla conturbatio coniugalem post habuit torum: sed studio querende posteritatis, et propagande sobolis. Adhuc post diluuium raritas erat humani generis, erat etiam religionis. Denique et Loth sancti filie hanc causam querende posteritatis habuerunt, ne genus deficeret humanum: et ideo publici muneris gratia priuatam culpam prætexit. Item Augustinus: Iustus quamuis cupiat dissolui, et esse cum Christo, tamen sumit alimentum, non cupiditate viuendi, sed officio consulendi, vt maneat quod necessarium est propter alios. Sic misceri feminis iure nuptiarum officiosum fuit sanctis viris, non libidinosum. Quod enim est cibus ad salutem hominis, hoc est concubitus ad salutem humani generis, et vtrumque non est sine delectatione carnali: quæ tamen modificata, et refranante temperantia in usum naturalem redacta, libido esse non potest. Quod autem in sustentando vitam illicitus est cibus, hoc est in quarenda prole fornicarius vel illicitus concubitus: et quod est in cibo licito immoderatio appetitus, hoc est in coniugibus venialis ille concubitus.

32. quæst. 4. c. Recurrat nunc §. his ita Gratianus hac dicit. Genes. 2. d

Genes. 4. c

Genes. 16. a Genes. 26. a et 30.

Genes. 39. d

Genes. 7. c

Gratianus Ibidem.

Lib. 22. contra Faustū c. 27. 10. 6.

Lib. 22. contra Faustū c. 4.

Lib. 33. q. 4. c. litteram et habetur vbi supra.

Ast. 2. c

Idem de bono coniuga

li. c. 13. 10. 6

1. Cor. 7. a

Lib. 1. c. 4.

de Abraam

32. q. 4. c. Di

xit Sara. Genes. 19. d

Genes. 19. d

Lib. de bono

coniug. c. 13.

10. 6.

Ibid. c. 16

Non

Non præfertur virginitas Ioannis castitati Abraæ.

In lib. de bono coniug. c. 21. 10. 6. **Q**UOD vero castitas virginalis non præferatur in merito coniugali castitati Abraæ. Augustinus ostendit, inquit: Sicut non est impar meritum patientie in Petro, qui passus est, et in Ioanne, qui passus non est: sic non est impar meritum continentia in Ioanne qui nullas expertus est nuptias, et in Abraam qui filios genuit. Nam illius calibatus, et istius connubium, pro temporum distributione Christo militauerunt: sed continentiam Ioannes in opere, Abraam in solo habebat habitu. Melior est autem castitas calibum quam nuptiarum: quarum unam Abraam habebat in usu, ambas in habitu: caste enim et coniugaliter vixit. Esse autem castus quis igno sine coniugio potuit, sed tunc non oportuit. Item Hieronymus: Quis ignoret sub alta dispensatione Dei omnes retro sanctos eiusdem fuisse meriti, cuius nunc Christiani sunt? Quo modo Abraam ante placuit in coniugio, sic nunc virgines placent in castitate. Seruiuit ille legi et temporis suo: seruiamus et nos legi et temporis nostro, in quos fines seculorum deuenerunt. Ex his apparet, quod sancti patres ante legem sine peccato plures habuerunt uxores vel concubinas. Eas nunc uxores appellat scriptura, nunc concubinas. Rachel tamen et Lia ambæ uxores fuerunt, non concubinae.

Oppositio.

Leuit. 18. c. Deut. 24. a Mat. 19. a **S**I quis opponat, quod fidem tori non seruabant illi patres. Dicimus in hoc seruasse fidem tori, quia non alijs, sed proprijs vxoribus vel ancillis miscbantur. Ecce que fuerit consuetudo in hac ante Legem. Legis vero tempore interdixit Moyses carnalem copulam fieri cum matre, cum nouerca, cum sorore, cum nepte, cum amita, cum matertera, cum nuru, et alijs quibusdam. Permisit autem diuortium fieri dato libello repudij, in quo vir scribebat causas, pro quibus uxorem repudiabat. Permisit autem aliam ducere dato priori libello, quod propter duritiam cordis eorum permissum Christus dicit, non ut concederetur disidium, sed ut tolleretur homicidium. Permisit fieri mala, ne fierent peiora: et hoc permittendo non Dei iustitiam demonstrauit, sed in peccatore minuit culpam.

Cui licebat plures habere, vel non.

Deut. 17. a Lib. 5. in c. 27. Deut. 2. Reg. 11. b Galat. 4. a **S**ED numquid sub lege licebat habere plures uxores? Audi quod scriptum est in Deuteronomio: Non habebit rex uxores plurimas, quæ alliciant animam eius. Super quem locum ait Augustinus: Manifestum est Salomonem hoc præceptum transisse: Dauid autem plures habuit, nec præceptum præterijt. Permissum est enim regi plures habere, non plurimas, quæ alliciant animam, multiplicare. Cum tamen additur: Ut non eleuetur cor eius, alienigenas prohibitum esse videtur. Verumtamen multiplicatio vxorum generaliter prohibita est. Permissum est autem regi plures habere, sed non multiplicare. Veniente autem plenitudinis tempore, quo Christi gratia ubique est dilata, reducta est lex nuptiarum ad priorem honestioremq. institutionem: ut vnus vni in figura Christi et Ecclesie coniungatur. Nec queritur electio muneris in successione generis, sed in perfectione vite, et sinceritate scientia: et virginitas fecunditati præfertur, et sacerdotibus continentia indicitur.

De virginitate mentis, et carnis.

In lib. 2. de virg. et habetur 32. q. 5. c. Tolerabilius. Lib. ad virginem lapsam c. 4. habetur 32. q. 5. Reuerentia. Ibid. lib. 2. de synonim. habetur ibid. c. non potest **M**ELIOR est autem virginitas mentis quam carnis. Vnde Ambrosius: Tolerabilius est mentem virginem quam carnem habere: vtrumque bonum est, si liceat: si non liceat, saltem non homini, sed Deo casti sumus. Virgo profitti potest, adulterari non potest: nec lupanaria infamant castitatem, sed castitas etiam loci abolet infamiam. Idem: Non potest caro corrumpi, nisi mens ante fuerit corrupta. Item Isidorus: Non potest corpus corrumpi, nisi prius animus corruptus fuerit. Munda enim a contagione anima, caro non peccat. In fine huius capituli aperitur quo modo verum sit, nisi anima prius fuerit corrupta, corpus non posse corrumpi, scilicet licet peccato. Illud etiam Augustini aduertendum est: Sicut, inquit, sanctius est mori fame, quam idolotheitis vesci: ita sanctius est defungi sine liberis, quam ex illicito coitu stirpem quaerere. Vnde cumque vero nascantur homines, si parentum vitia non sectentur, et Deum recte colant, honesti et salui erunt. Semen enim ex qualicumque homine, Dei creatura est: et eo male utenti male erit: non ipsum aliquando malum est.

DIST.

DISTINCT. XXXIII.

Qualiter fides tori fuerit in patribus antiquis.

Queritur hic de antiquis patribus, qui plures, et cet.

Expositio textus.

Diuisio.



SVPRA ostendit Magister quod vir tenetur vxori seruare fidem tori, quæ quando non seruat, incidit in culpam. Hic intendit inquirere, vtrum sancti patres ista fidem seruabant: Habet autem hæc pars duas partes. In prima sanctos patres, qui simul habuerunt plures uxores, excusat a culpa. In secunda dissoluit quasdam locutiones dubias, ibi: Si quis opponat, quod fidem tori non seruabant, et c. Prima pars habet tres partes. In prima sanctos patres a culpa excusat. In secunda multiplici auctoritate confirmat, ibi: De hoc Augustinus sic ait, et c. In tertia earum continentiam commendat, ibi: Quod vero castitas virginalis, et c. Vbi ostendit quod pariter meriti fuit in eis continentia coniugalis, cuius vel quanti est in nobis continentia virginalis. Similiter secunda pars, in qua determinat dubia, tres habet partes secundum tria, quæ ibi facit. Primo enim opponit, et determinat vtrum seruauerint fidem tori. Secundo querit, et determinat, vtrum seruauerint mandatum legis, ibi: sed numquid sub lege licebat, et c. Tertio determinat, quæ virginitas, siue incorruptio sit melior, et sanctior, an illa quæ est mentis, an illa quæ est carnis, ibi: Melior est autem virginitas mentis, quam carnis, et c. Et sic duo breuiter determinat in hac parte, scilicet de continentia coniugali in antiquis patribus, et de virginali in viris Euangelicis, et spiritualibus, siue etiam mulieribus: et tertio breuiter tractat de repudio.

Maledicta erat sterilis, qua non non relinquebat, et c. Dub. I.

Queritur hic, aut hoc intelligitur quantum ad maledictionem pœnæ, aut culpæ. Si quantum ad maledictionem pœnæ, adhuc verum est illud, quod sterilitas non dicit naturam, sed defectum, et malum: et non culpæ, ergo pœnæ. Si maledictionem culpæ: ergo esse sterilem erat culpa, quod manifeste falsum est.

1. Reg. 1. b **R**ESPONDENDUM quod istud intelligitur de maledictione pœnæ, prout pœna non tantum dicit defectum naturæ, immo etiam amplius, scilicet opprobrii infamie: tunc enim erat infamis, et vilis reputabatur, et ignominiosa, quasi Dominus eius vuluam conclusisset. Exemplum est de Anna in libris Regum. Vnde steriles mulieres quando non fecundabantur, reputabant sibi esse ignominiam. Quia ergo tunc omnes viris copulabantur, et prolem quærebant: et si non habebant, ignominiosæ erant: ideo omnes steriles maledictæ erant, quia fructum ventris non habebant, quem illud tempus requirebat. Nunc autem queritur fructus bonorum operum: ideo et si mulier careat filijs per virginitatem, vbi est sterilitas voluntaria, non maledicatur, sed laudatur. Si vero careat propter defectum naturalem, non maledicatur, sed sustinetur, maxime si non est in ea sterilitas bonorum operum.

Publici muneris, et c. Dub. II.

Dicit hic Ambrosius de filiabus Loth, quod publici muneris gratia priuatam culpam prætexit. Videtur falsum dicere, quia si quis furetur, vt det pauperibus,

bus, non excusatur a peccato furti: ergo nec ille ab incestu, cum a patre cognatæ fuerunt. Itē videtur quod multipliciter peccauerunt. Primo, quia patrē inebriauerunt: secundo, quia ambæ cum eodem viro concubuerunt: tertio quia cum patre suo peccauerunt.

RESPONDENDUM quod quomodo filia Loth videantur ex pietate motæ fuisse, quia non propter delectationem carnis, sed propter conseruationem humani generis artem illam cogitauerunt: tamen non excusantur ab incestu, quia scienter contra primam institutionem matrimonij, in qua excipiuntur pater, et mater, iacuerunt cum patre. Secundo vero quia super falsam extimationem voluntatem suam fundauerunt: et ideo si ignorantia, et naturalis pietas aliquo modo excuset culpam, non tamen a toto, sed a tanto, nec adeo excusat, quin mortaliter peccauerint, licet de patre præsumi possit, quod non peccauerit mortaliter. Et hoc vult Ambrosius dicere, quod intentio illa, quæ bonum commune non voluptatem propriam intendebat, prætexit priuatam culpam. Fuit enim culpa vera, sed tamen quandam excusationis speciem habuit ex illa intentione, quæ videbatur esse pia. Plus tamen habuit de stultitia, et de temeritate, quam de pietate. Primo quia patrem sanctum debebant conseruare. Secundo vero, quia et si verum esset quod totum genus humanum esset consumptum, non tamen debuissent attentare tam horribile factum, nisi interueniret diuinum mandatum. Sed in hoc manifestatum est, quod in nulla muliere confidendum est, quia de ceperunt eum, cuius castitas gloriosa prædicatur, dum inter tam impios tam sancte et laudabiliter vixit.

Continentiam Ioannes in opere, Abraam in solo habebat habitu. Dub. III.

Videtur male dicere, quia aut loquitur de continentia virginali, aut simpliciter. Si de continentia simpliciter, tunc falsum dicit, quia Abraam veram continentiam habebat in usu. Si de virginali, cum illa sit incorruptionis perpetua meditatio, illa non habebat nec habitu, nec actu. Et iterum: Si plura bona paucioribus meliora sunt, videtur quod perfectiori modo fuerit continens.

RESPONDENDUM quod continentia vno modo dicit priuationem vniuersalem illius actus: et sic vocat Augustinus castitatem calibum. Alio modo dicit priuationem immoderantiæ vel temperantiæ respectu illius actus: hoc modo ponit actum cum modestia: et hanc vocat castitatem nuptiarum. Per primam vult homo nullo modo coire, per secundam vero vult quando, et quo modo, et cum qua debet coire. Prima est nobilior, quam secunda. Vtramque harum simul habere in usu est impossibile, sed alteram habere in usu, alteram in habitu nullum est inconueniens: et sic fuit in Abraam, quia continentiam nuptiarum habuit in usu, sed alteram in habitu, quia facillimum fuisse ei tamquam viro temperantissimo vniuersaliter a muliere abstinere: et hanc voluntatem habebat quantum erat in se: et sic patet quo modo habuit vtramque. Patet etiam quo modo continentiam habuit in habitu, non in opere quantum ad omnimodam abstinentiam. Patet etiam, quod non est melius habere ambas, quam alteram, quia castitas calibatus continet in se quidquid perfectionis habet altera.

Omnis retro sanctos eiusdem fuisse meriti, cuius nunc Christiani sunt. Dub. IV.

Videtur male dicere: quia si eiusdem meriti fuerunt: ergo status legis æquiparatur statui Euangelij: quo modo igitur verum est, quod post aduentum Saluatoris effusa sit plene gratia Spiritus sancti?

RESPONDENDUM quod relatiuum identitatis, et aduerbium similitudinis in præsentia auctoritate non dicunt

dicunt æqualitatem, sed magis proportionem, ut ita intelligatur: quia sicut competit legi Evangelicæ continere, ita nubere tunc: tamen hoc excedit illud absolute, et tempus excedit tempus, et status statum: sicut si fiat comparatio pueri ad puerum, et viri ad virum, siue ad statum viri: sic in proposito intelligendum. Vnde sancti non intendunt astruere æqualitatem, sed ostendere statum illum esse bonum, quamuis nobis non competat imitari.

Has enim nunc vxores appellat scriptura, nunc concubinas. Dub. V.

Quæritur, quid secundum veritatem fuerint: cum enim non possint simul esse vxores et concubinae, videtur scriptura falsum dicere.

RESP. Dicendum quod reuera concubinae fuerunt, sicut innuit textus Genesis de Agar, de qua primo dicitur, quod Sara dedit eam viro suo in vxorem: et post dicitur: Eijce ancillam, et filium eius. Et Augustinus expresse dicit de Ciuitate Dei vbi dicit, quod obediuit vxori reddendo ei debitum. Similiter intelligitur de illis duabus ancillis vxorum Iacob, quarum quaelibet data fuit a domina viro, et vir in eis reddebat vxoribus: quoniam ergo in matrimonium non erant coniunctæ, ideo secundum veritatem non erant vxores, sed concubinae. Sed quoniam vxorio affectu cognoscebat, et semen computabatur vxoribus, et ira legitimum: hinc est quod vxores dicuntur. Aliqui inde volunt dicere, quod vere vxores fuerunt, tamen dicuntur concubinae propter hoc, quod erant ancillæ vxorum, et non nascebatur eis semen, sed liberis. Sed si attendatur figura, quæ ibi importabatur, quam notat Augustinus in libro de baptismo, et verba eius de Ciuitate Dei, prima positio est verior. Si vero quæretur, quæ fuerit vxor verior inter Rachel, et Liam, dicendum quod vtraque fuit, quia feruuit in vxore: et in vxorem seruauit, sicut dicitur in Osee. Sed tanquam secundum affectum Iacob, Rachel verior, et maius habebat dominium, siue posse ad Iacob: sed secundum diuinam dispositionem Lia: de cuius semine ortus est Christus Dominus, propter quem tota generatio Iacob immo omnis generatio benedicta est.

Nec quæritur electio muneris in successione generis. Dub. VI.

Videtur hoc esse falsum: cum enim multi matrimonialiter copulentur, et non ob aliud quam propter prolem principaliter: ergo videtur quod hoc quæretur. Item: Nonne coniuges prolem desiderant, et a Deo quærent? constat quod immo. Item: Quis modus est iste loquendi? Non quæritur electio muneris? quod est illud munus?

RESP. Dicendum quod omnia bona quæcumque habemus, dona Dei sunt, et munera Dei: intelligendum est igitur quod huiusmodi dona, et munera quærent homines, cum ea desiderant: et cum orant Deum pro eis acquirendis, et laborant vt ea habeant. Possunt igitur hæc munera dupliciter inquiri. Vel secundum affectum humanum: et sic adhuc quæritur, desideratur, et eligitur munus successionis, et prolis. Vel secundum promissum Evangelicum: et quoniam lex Evangelica promittit perfectionem in presenti, et gloriam in futuro, et dona spiritualia non carnalia: hinc est quod benedicitur: Non quæritur electio muneris, et cetera. secundum intentionem Evangelij.

Non potest corpus corrumpi, et cetera. Dub. VII.

Videtur illud verbum Isidori manifeste falsum, quia multis virginibus a viris pessimis facta est iniuria, et corruptæ sunt violenter. Si tu intelligis de corruptione peccati, sicut dicit Magister. Contra: Omne peccatum est in libero arbitrio: ergo non est in carne, vel in corpore.

RESP. Dicendum quod istud intelligitur de corruptione, quæ redundat in amissionem decoris virginis, cum enim sit de magnis bonis, nullo modo potest periri, vel auferri omnino nolenti. Sed ipse opponit de qualibet corruptione.

Sanctius est mori fame, quam idolothytis vesci. Dub. VIII.

Videtur male dicere, quia idolum nihil est in mundo. Et iterum: Nihil est rei sciendum sicut dicitur: Et similiter dicitur quod de omnibus licet vesci.

RESP. Dicendum quod illud intelligendum est de illo qui vescitur idolothytis in reuerentiam idoli, vel quando scit alios propter ignorantiam scandalizari: verumtamen propter scandalum in articulo necessitatis non est idolothytum dimittendum, sed cum protestatione, quod non facit in reuerentiam idoli, et est sumendum: et tunc non scandalizat.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam presentis distinctionis secundum tria, quæ determinat Magister, tria principaliter quærentur. Primo quæritur de continentia, coniugali in antiquis. Secundo vero quæritur de virginali. Tertio de repudio. Circa primum quærentur tria. Primo quæritur, vtrum contra legem naturæ sit habere concubinam: Secundo vtrum contra legem naturæ sit quod vnus homo habeat plures vxores. Tertio quæritur, vtrum Deus debuisset in hoc dispensare, quod licitum esset homini habere concubinas.

QVÆSTIO I.

An sit contra legem naturæ habere concubinam.

S. Tho. in suppl. 3. p. q. 65. art. 3. Richardus 4. Sent. dist. 33. art. 2. q. 1. Stephanus Brulef. 4. Sent. dist. 33. q. 1. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 33. q. 3.

QVOD non sit contra legem naturæ habere concubinam, ostenditur sic: quia non est contra legem naturæ habere ancillam, et seruum: sed ancilla potest homo vti vti libet: ergo non est contra legem naturæ carnaliter eam cognoscere: sic, et cetera.

ITEM mulier non coniugata, et libera habet potestatem sui corporis: sed qui habet rem aliquam potest illam dare cui vult: ergo et ille qui acquirit licite, licite accipit, quia nulli fit iniuria: ergo quando de voluntate mulieris procedit, vt cognoscat eam sine pactione coniugali, cum non sit alterius, nec aliquid fiat iniuria: videtur, et cetera.

ITEM Isidorus in libro 5. Etym. Ius naturale est commune omnium nationum: sed habere concubinam non est contra huiusmodi: ergo, et cetera.

ITEM quod possit de iure naturæ habere eam cum vxore videtur, quia vir non habet sui corporis potestatem, sed mulier: ergo vxore volente suscipere semen de ancilla sua, tenetur vir ancillam cognoscere.

ITEM ad hoc ipsum, facit exemplum de Abraam, qui ad petitionem Saræ cognouit Agar: vbi etiam dicit Augustinus quod hoc fecit Sara eo iure, quo non habet vir sui corporis potestatem: sed hoc est secundum ius naturæ: ergo, et cetera.

CON.

CONTRA Secundum omnes leges, filij, qui de concubinis sunt, vituperabiles sunt, et contumelia est eis sic nasci: sed non est vituperium nisi præcedat inordinatio: ergo si secundum dictamen naturæ est contumelia in filijs, qui sic nascuntur, videtur quod in tali actu sit deordinatio: et sic patet, et cetera.

ITEM recta ratio dicitur, quod filius debet succedere patri: ergo pœna est filio quando non habet hereditatem paternam: sed secundum omnium mores est, quod nati de concubinis non succedant in hereditate paterna, ergo cum similiter recta ratio dicitur quod non est pœna iusta nisi propter deordinationem culpæ, cum non fuerit in eo culpa post generationem, fuit culpa in generando.

ITEM recta ratio dicitur, quod vir et mulier in actu illo vniuntur, et fiunt vna caro: et quod actus ille est æqualitatis, quoniam similis in specie, et natura: sed vnio ad æqualitatem non est nisi vxoris, et viri, aliter non sunt æquales: ergo recta ratio, siue dictamen naturale refugit coitum cum concubina.

ITEM recta ratio dicitur, quod parentes ambo debent filium educare, et quod plus est, postmodum in senectute filius debet educare parentes, et æqualiter eos educare tenetur et semper: ergo cum iudicet virum, et mulierem debere coniungi propter proles generationem, quia ad hoc data est vis generatiua, iudicatur, eos ex hoc simul conuenire ad proles educationem: et rursum ad proles recipiendum obsequium, et honorem vsque in finem: ergo iudicatur quod non recte conueniunt, nisi æqualiter, et inseparabiliter conueniant in actu illo: sed si sic, tunc vir, et vxor solum debent conuenire: ergo, et cetera.

ITEM quod non debeat habere concubinam cum vxore, videtur: quia vxor non potest conuenire cum alio viro, quin committat adulterium, quod est contra ius naturale: ergo nec vir cum aliqua alia muliere, quam cum vxore.

ITEM ius naturale dicitur, quod homo quod sibi vult fieri faciat alij, et non faciat alij quod sibi non vult fieri: sed maritus secundum rectam rationem abominatur, et odit quod alius suam cognoscat vxorem: ergo, et cetera.

CONCLUSIO.

Habere concubinam licet non sit contra ius naturæ propriissime sumptum, sed tamen communiter aut proprie sumatur contra illud est: et ideo non solum est malum quia prohibetur, sed prohibetur quia malum.

RESP. AD ARG. Dicendum quod ius naturale tripliciter dicitur, scilicet communiter, proprie, et magis proprie: et secundum hoc tripliciter diffinitur ab Isidoro. Vno modo sic: Ius naturale est quod in lege, et Evangelio continetur. Sic diffinitur in principio decreti. Si sic accipitur ius naturale, sic habere concubinam est contra ius naturale: quia est contra legem, et Evangelium. Sed contra legem Moyssi implicite, quia non præcipit expresse fornicatorem interfici nisi in casu, sicut patet: tamen implicite clauditur ibi, non mœchaberis, vbi prohibetur omnis coitus, nisi matrimonialis. Contra legem Evangelicam est expresse, nam dicit fornicarios non habere partem in regno Dei, et dicit quod habeat vnusquisque suam propter fornicationem vitandam. Ratio autem præceptionis est sacramentum matrimonij, quod est institutum a Deo in signationem, et in curationem. In signationem, ante lapsum, sed in curationem post lapsum. Quia enim corrupta est illa vis, et deordinata, vt dictum est supra, adeo quod non exit in actum, quin regnum animæ peruerterat, non potest fieri post lapsum sine peccato, nisi excusetur per matrimonium: ideo tali-

Explicatio. Deut. 22. d.

1. Cor. 5. d. 7. a.

Dist. 32. art. 2.

ter cognoscere concubinam est peccatum, quantum est de se, et contra legem, et Evangelium: et ita contra ius naturale communiter dictum. Secundo modo dicitur proprie: et sic diffinitur in principio decretorum: Ius naturale est quod est commune omnium nationum: et hoc ius est, quod dicitur ratio recta. Contra illud adhuc est cognoscere siue habere concubinam: et hoc patet, quia ius naturale dicitur, quod conueniant vir et mulier in tali actu ad generationem prolis, quæ vtrique succedat, et cui communiter præsent, et illa vtrique æqualiter subsit: et quoniam actus ille est consimilis in specie, et ad generandum consimilem in specie, dicitur natura vt conueniat in quadam æqualitate: sed hoc est cum pater coniungitur illi, vt sit vxor, et materfamilias: et ideo recta ratio dicitur quod non conueniant, siue coniungatur illi vt concubina. Sed ista in multis est obfusata per libidinem: sed tamen salua manet in his, qui non deprauant iudicium per mala opera. Tertio modo dicitur ius naturale propriissime, quod natura docuit omnia animalia: et hoc modo non est contra naturam, nec tamen omnino secundum naturam: et hoc quia quædam animalia bruta sunt, licet non omnia quæ coniunguntur per indiuiduam copulam, vt sunt turtures: et quoniam sicut vult Philosophus, omnes virtutes, quæ sunt in animalibus dispersæ in homine colliguntur, sicut arma omnium animalium in manu hominis: quamuis non omnia alia animalia habeant instinctum, tamen natura hominis habeat: vnde ad hoc inclinatur recta natura hominis, vt si adhæret mulieri, sic adhæreat, vt pro ipsa patrem, et matrem deserat: et sic accipiat in copulam indiuiduam. Secundum hæc igitur patet, quod fornicari, seu habere fornicariam, vel concubinam non solum est malum, quia prohibetur, sed prohibitum quia malum. Vnde concedendæ sunt rationes ad hoc.

1. AD illud ergo quod obijcitur, quod potest vti re sua, et cetera. Dicendum quod quæ ad talem vsum accipitur, ad æqualitatem accipitur: est ordinate accipitur, oportet quod æqualis fiat: et ideo nunquam recte vtiur nec ancilla, nec libera, nisi cum ea tamquam cum vxore contrahatur.

2. AD illud quod obijcitur, quod nulli facit iniuriam, quia illa voluit, dicendum quod facit iniuriam Deo, quia contra ius statutum facit: facit etiam iniuriam sibi, pro eo quod se deordinando in corpus suum peccat: nam vir facit sibi iniuriam, quamuis ipsa velit, quia vt frenetica vult malum suum, vt si aliqua vellet vt se occideret, vel ea abuteretur contra naturam, quis aunderet dicere hoc non esse malum?

3. AD illud quod obijcitur, quod ius naturale est commune, dicendum quod quoddam magis est apertum, quoddam magis occultum, et secundum quod plus apertum, est commune: secundum quod minus, est minus commune: et quoniam istud magis est occultum, ideo minus commune: tamen lex matrimonij apud omnes reperitur.

4. AD illud quod obijcitur, quod mulier habet potestatem corporis viri, dicendum quod est cetera bona sint communia, hoc tamen bonum debet esse priuatum. Vnde nulli alij potest vxorem suam communicare, nec potestatem exigere in alio, sed solum in corpore suo: sic nec mulier de viro.

5. AD illud quod obijcitur de Sara, dicendum, quod Abraam nunquam obtemperasset nec obtemperare debuisset, nisi diuina dispensatio interuenisset. Vnde illud quod dicit Augustinus non fuit tota causa: ex quo dicitur quod Sara non obtemperasset nisi diuina dispensatio interuenisset.

6. AD illud quod obijcitur, quod dicitur quod dicit Augustinus non fuit tota causa: ex quo dicitur quod Sara non obtemperasset nisi diuina dispensatio interuenisset.

7. AD illud quod obijcitur, quod dicitur quod dicit Augustinus non fuit tota causa: ex quo dicitur quod Sara non obtemperasset nisi diuina dispensatio interuenisset.

8. AD illud quod obijcitur, quod dicitur quod dicit Augustinus non fuit tota causa: ex quo dicitur quod Sara non obtemperasset nisi diuina dispensatio interuenisset.

9. AD illud quod obijcitur, quod dicitur quod dicit Augustinus non fuit tota causa: ex quo dicitur quod Sara non obtemperasset nisi diuina dispensatio interuenisset.

QVÆ.

QVÆSTIO II.

An habere plures uxores sit contra legem naturæ.

S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 65. art. 4. Et 4. Sent. dist. 33. q. 1. art. 1. Scot. 4. Sent. dist. 33. q. 1. Richardus 4. Sent. dist. 33. art. 1. q. 1. et 2. Durandus 4. Sent. dist. 33. q. 1. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 33. q. 1. art. 3. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 33. q. 2. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 33. q. 1.

FVNDAMENTA. Gen. 4. d. Lamech primus bigamus.

TRVM contra legem naturæ sit, quod vnus habeat plures uxores. Et quod sic, ostenditur auctoritate, quia dicit Glossa de Lamech, qui habuit duas uxores: Primus contra morem, et naturam adulterium commisit: ergo, et cetera.

ITEM ratione videtur, quia secundum dictamen naturæ est, quod vir et mulier quantum ad actum illum pares sint: sed vxor vna non potest esse plurimum virorum: ergo nec e conuerso.

ITEM secundum rectam rationem vir tenetur vxori debitum reddere: ergo cum impossibile sit simul pluribus reddere, non potest se simul pluribus obligare: sed si plures poster simul habere, simul se pluribus obligaret: ergo, et cetera.

ITEM quod indictum est homini a constitutione, spectat ad ius naturæ: sed a sua constitutione dictum est: Relinquet homo patrem, et matrem, et erunt duo in carne vna: ergo secundum dictamen naturæ est, quod tantum sint duo: ergo vna vnus, et non plures.

Gen. 2. d.

AD OPPOSITVM. Lib. 22. contra Faustum c. 49. 10. 6. Lib. 15. de Civ. Dei c. 26. lib. 11. c. 16. lib. 10. c. 38. 10. 5. Faust. lib. 22. c. 47. 10. 6.

1. CONTRA: Augustinus dicit, et habetur in littera: Quando erat mos habere plures uxores peccatum non erat: sed mos, vel consuetudo contra naturam non est approbanda, nec excusat a culpa: ergo habere plures uxores non est contra naturam.

2. ITEM Augustinus dicit, quod contra præceptum non erat, quia nulla hoc lege prohibitum erat: sed quod est contra ius naturæ, est prohibitum in lege naturæ: ergo, et cetera.

3. ITEM ratione videtur, quia quod est cibus ad salutem indiuidui, hoc est coniugium ad conseruationem speciei: sed licitum est pluribus cibis vti ad conseruationem indiuidui: ergo et plures uxores habere ad conseruationem speciei.

4. ITEM coniunctio maris, et femine est propter proli multiplicationem: et hæc est secundum dictamen naturæ: ergo si mulier sterilis ex natura dicitur quod possit ex alio generare, cum vnusquisque quantum est de natura appetat semen, et prolem relinquere super terram: ergo non est contra, sed secundum naturam.

CONCLUSIO.

Pluribus viri vxoribus est contra ius naturæ, accipiendo ius naturæ duobus modis, videlicet quod in lege et Euangelio scribitur, et quod ratio recta dicitur.

Gen. 2. d. Mat. 9. a.

RESP. AD ARG. Dicendum quod sicut dictum est supra in illa distinctione præsupposita, si ius naturale dicatur quod in lege, et Euangelio scribitur: sic ius naturale est, quod sit vna vnus: Erunt, inquit, duo in carne vna tam in veteri, quam in nouo. Si autem ius naturale dicatur, quod ratio recta dicitur, adhuc verum est, quia adhuc dicitur natura secundum quod ratio

tionis recta est, quod non faciat alij, quod sibi non vult fieri. Sed vir non vult quod vxor habeat alium virum: igitur nec ipse debet velle habere aliam vxorem, cum in tali actu, vt supra visum est, ad paria iudicentur, et tamquam pares conueniant. Si dicatur ius naturale, quod natura impressit animalibus, dicendum quod non omnibus, sed aliquibus animalibus brutis impressit. Sed tamen in natura est aliquorum animalium irrationalium, et in nostra natura plantarum: hoc patet experimento, eo quod in matrimonio est quidam amor singularis, in quo non communicat alienus: vnde naturaliter omnis vir zelat vxorem quantum ad hoc, vt nullum diligat præter ipsum in actu illo: et omnis vxor similiter zelat virum quantum ad hoc: vnde stante natura nunquam fuisset ibi communitas, etiam si cetera fuissent communia. Similiter charitate adueniente, quæ facit omnia esse communia, nunquam facit vxorem communem propter priuatum amorem, qui debet esse, qui etiam est sacramentum illius amoris, quo Deus zelat animam, vt nolit eam aliquem alium tantum diligere: sicut anima Deo nullo modo vult propter aliam deseri: et in hoc patet sapientia Dei, quæ se nobis in nobis ostendit, et nobis ipsis ostendit, quid agere debeamus in creaturis subditis secundum illud Iob: Interrogauimus, et docebunt te: sed mens hominum obfusca hoc non attendit. Concedendum igitur quod vti pluribus vxoribus est contra ius naturæ.

1. AD illud ergo quod obijcitur, quod quando mos erat, peccatum non erat, dicendum quod mos ille erat approbatus non ab hominibus tantum, sed a Deo, vt post patebit: et ideo peccatum non erat. 2. AD illud quod obijcitur, quod non erat contra præceptum, dicendum quod vocat præceptum expressum exterius per vocem vel scripturam, sicut legem Moisaicam. 3. AD illud quod obijcitur de cibo, dicendum quod non est simile, quia ibi est vñus rei inferioris, hic est vñus paris: et ideo vnus, alioquin superior fit. Præterea, ibi est mutuu amor, et ideo mutuu zelus: et ideo singularitas. 4. AD illud quod obijcitur, quod est ad multiplicationem talis actus, et cetera, dicendum quod est natura dicitur prolem esse multiplicandam, tamen dicitur debite, et ordinate, et ita quod nulli fiat iniuria: et ideo magis cessandum est a generatione proli, quam iniuriam inferre alicui: et ideo nec vxorem aliam duci. Item: Esti natura dicitur quærendo bonum commodi, non tamen in præiudicium boni honesti, et honestas consistit in rectitudine iustitiæ, et obseruatione fidei, sed bonum commodi est in fecunditate proli: hinc est quod ad prolem generandam non debet alia vxor adijci, nisi Deus dispenset.

Iob 12. b.

QVÆSTIO III.

An Deus debuerit dispensare de concubina habenda.

S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 65. art. 3. Richardus 4. Sent. dist. 33. art. 2. q. 1. Steph. Brul. 4. Sent. d. 33. q. 3. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 33. q. 4.

TRVM Deus debuerit dispensare, quod licitum esse habere concubinas, et quod liceret habere plures uxores. Et quod non debuerit dispensare, videtur: quia conditor naturæ non facit contra naturam, nec contra ius naturæ: sed habere plures uxores, et plures concubinas est contra ius naturæ: ergo, et cetera.

AD OPPOSITVM

1. ITEM

2. ITEM nunquam Deus dispensauit, quod una esset plurium uirorum: ergo cum magis sufficiat una mulier pluribus viris, quam e conuerso, non debuit dispensare, quod vnus vir esset plurium.

Mat. 19. a. Gen. 2. d.

3. ITEM in institutione matrimonij, et eius confirmatione dicitur, quod erunt duo in carne vna: & super illud: Adhærebit uxori. Glossa: Non uxori: ergo si Deus contra suam institutionem non debuit facere: uidetur et cetera.

4. ITEM dispensatio recta debet esse propter maius bonum: sed cum vnus habeat duas, hic non soluitur bonum fidei: quia cognoscit uir aliam uxorem; cum tamen mulier non cognoscat alium virum. Nec etiam bonum sacramenti, quia Christus unicam habet Ecclesiam sponsam non plures: ergo uidetur quod male sit dispensatum.

5. ITEM si omnis dispensatio debet esse propter aliquam causam, quæo quæ sit illa. Si multiplicatio proli ad cultum Dei, cum ista causa omni tempore stet, quia cultus Dei est multiplicandus: ergo in omni tempore debet ista dispensatio stare.

Deut. 17. d.

6. ITEM videtur quod ista dispensatio se extendit ad solos patres, quia dicitur: Nō habebit uxores plurimas, quæ alliciant animum eius: hoc dicitur de Rege: ergo multo fortius alijs est istud prohibitum.

FVNDAMENTA. Gen. 16. a.

CONTRA: Quod dispensatum fuerit, uidetur: quia Abraam simul cum uxore habuit concubinam: et tamen non reprehenditur, immo Dominus approbavit, cum dixit de Ismaele, quod ipsum faceret crescere: ergo cum hoc non liceret per naturam, dispensatum est cum eo.

ITEM Iacob habuit duas uxores, et duas concubinas, et constat quod hoc placuit Deo, quia semen, quod ex omnibus accepit, est approbatum: ergo cum eo fuit dispensatum.

1. Reg. 20. a.

ITEM Dauid habuit plures uxores, et concubinas, sicut dicitur, et tamen non reprehenditur: ergo dispensatum est cum regibus.

ITEM Helchana habuit plures uxores, et tamen non reprehenditur: ergo uidetur quod cum omnibus sit dispensatum.

Deut. 21. b.

ITEM lex supponit tamquam licitum: Si habuerit homo duas uxores, unam dilectam, et alteram odiosam: nec hoc redarguit: ergo omnibus erat licitum: ergo cum omnibus dispensatum. Quæritur igitur, quo modo et quando sit dispensatum: e quibus expressum, et quare tunc, et non modo, et quantum se extendat.

CONCLUSIO.

Sine necessitate, congruitate, utilitate, et honestate nunquam dispensauit Deus tenere concubinas, quia illa sunt causa, quæ ad talem dispensationem concurrunt.

RESP. AD ARG. Dicendum quod ad dispensationem ad hoc quod debite fiat, et conuenienter homo ea vtatur, ista quattuor sunt concurrentia, scilicet necessitas, congruitas, utilitas, et honestas: et ista quattuor sunt hic. Primum quidem congruum fuit illud tempus dispensationi, quoniam tempus fuit figuræ: et quoniam Christus generare debebat liberos, et filios per baptismum, et in Ecclesia catholica, et in hæreticis diuerticulis: ideo in figura debuit præcedere matrimonium, siue generatio ex libera et ancilla. Et rursus: Quoniam inter illos, qui ab hæreticis baptizantur, quidam hæresim sequuntur, quidam ad Ecclesiam reuertuntur: ideo vtriusque figura præcessit. Primi in Ismaele de quo dictum est: Eijce ancillam, et filium eius. Secundi in ancillis Iacob: quarum filij sunt inter liberos computati.

1. Ratio.

Gen. 21. b. Gen. 35. d.

S. Bon. Tom. 5.

Hoc habetur ab Augustino in libro de baptismo. Fuit ergo temporis congruitas. Fuit etiam necessitas, quia pauci erant Deum colentes: et ut cultus diuinus non periret, necesse fuit, vt filios multiplicaret: et contingit quod vxores steriles haberent, ideo necessitatem habuerunt tunc plures habere. Fuit etiã utilitas, quia filij erudiebantur a parentibus, et mores patrum seruabant: et ideo quanto plures, tanto cultus Dei erat celebrior: et ideo erat tunc vtile multo procreare. Fuit etiam honestas, quia non affectu libidinoso, sed casto non affectu adulterij, sed mariti etiam concubinas cognoscebant. In cuius rei testimonium de Abraam dicitur, quod non ipse accepit ancillam, sed uxori obediuit: et ei in ea debitum reddidit, et affectu viri cognouit: et ideo dicitur, quod Sara dedit Agar in vxorem Abraam, non quia fuerit vxor, quia postmodum fuit eiecta, sed vt significetur, quod eo affectu eam cognouit quo et vxorem. Vnde Augustinus vocat ipsum virum feminis viriliter vntem, vxore temperanter, ancillam obtemperanter, nulla intemperanter. Ex hoc patet quod hæc dispensatio non se extendit ad tempus naturæ institutæ, nec gratiæ, quia in natura instituta non erat tempus figuræ, nec necessitas sterilitatis.

Li. 1. de bapt. p. 1. c. 1. Do. nat. c. 1. 0. in fin. 1. 7. 2. Ratio. 3. Ratio.

4. Ratio.

Gen. 16. a.

Similiter in tempore gratiæ cessauerunt figuræ, et omnes uocantur ad Christi culturam, et multiplicatum est genus humanum ualde. Ratione utilitatis se extendit ante tempus Abraæ, quia ante non multiplicabatur ad cultum Dei, sed ad malum, quia imitatores erant patrum scelera: et ideo delicti sunt cum terra. Ratione vero honestatis ad illos solos se extendit, qui vxoribus, et concubinis temperanter, et ad cultum Dei multiplicandū sciebant, et volebant vti, aliter eis dispensatio non ualebat. Ista autem dispensatio facta est diuina inspiratione in patriarchis, et rege Dauid, quoniam vtrisque de semine facta est repromissio: et quia isti erant capita, et imitandi erant tamquam sancti, et intellexerunt recte dispensationem hanc ad omnes extendi, qui erant imitatores eorum in castitate: et mos fuit ex hoc introductus, durans vsque ad Christi aduentum. Sed tunc cessauit, quia cessauit congruitas, et necessitas, vt uisum est. Vnde omnibus, quibus licuit, licuit solum ex dispensatione, quæ fuit per inspirationem: hoc dicitur extra de diuortio in quadam decretali Innocentij: vbi dicitur quod nunquam licuit alicui nisi diuina inspiratione.

1. AD illud quod obijcitur, quod Deus non facit contra ius naturæ, dicendum quod uerum est contra ius naturæ, quod ordinat in ipsum: sed contra ius naturæ, quod ordinat ad proximum, potest: non tamen facit contra, sed supra: quia ratio recta sic dicit hoc non esse faciendum, ut tamen dicat in eius opposito, Deo esse obediuendum.

2. AD illud quod obijcitur, quod una sit pluriū, dicendum quod si vna esset plurium, nulla esset utilitas, quia vnus potest fecundare plures, sed nō una a pluribus. Esset etiam damnum, quia defectus tranquillitatis: non enim potest cum pace vnus duobus dominis seruire, sicut vnus dominus duobus seruis imperare, et uir caput est, et dominatur mulieri. Deesset etiam bonum sacramenti, quia vna anima non duobus viris, sed Christus multis copulatur animabus. Et amplius esset incertitudo proli, et confusio hereditatis.

3. AD illud quod obijcitur, quod Deus instituit, quod duo et cetera, dicendum quod uerum est tempore legis naturæ, et tempore gratiæ. Sed ex causa tempore legis debuit dispensare, nec facit contra suam institutionem ipse, qui rem instituit, cum pro loco, et tempore dispensat.

4. AD illud quod obijcitur, quod dispensatio debet esse propter maius bonum, dicendum quod bonū proli a deo necessarium est, ut propter ipsum uellet pp Deus

Deus in aliquo detrahi bono fidei, et sacramenti, non tamen omnino, quia tunc aliqui fidem seruabant, et ratio signationis ibi manebat.

5. Ad illud quod obijcitur, quod multiplicatio prolis non est causa, dicendum quod immo, quia cultus Dei crescebat tunc non per uocationem, sed per successionem, quia illis tantum fuit lex tradita: et ideo tunc erat opportunum.

6. Ad illud quod queritur, ad quos se extendebat, dicendum quod ratione inspirationis tantum ad patres, sed ratione honestæ imitationis, et moris deriuatum est ad posteros, qui vxoribus utiliter uti sciebant. Quod ergo obijcitur, quod regibus non erat prohibitum, ne haberent plures, sed ut non haberent plurimas: non dicitur etiam illud simpliciter, sed cum determinatione, quæ alliciât animum eius, et tales erant alienigenæ.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER quantum ad secundum articulum queritur de continentia virginali: et circa hoc tria queruntur. Primo queritur de ipsa virginitate quantum ad genus suum. Secundo de comparatione continentie virginalis ad matrimonium, siue coniugium. Tertio de virginitate per comparationem ad præmium.

QVÆSTIO I.

An virginitas sit virtus.

S.Tho. 2. 2. q. 152. ar. 3. Et 4. Sent. dist. 33. q. 3. art. 2. Rich. 4. Sent. d. 33. ar. 4. q. 1. Tho. Argen. 4. Sent. d. 33. q. 1. ar. 4. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 33. q. 4. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 33. q. 7.

FVNDAMENTA.

TRVM virginitas sit virtus. Et quod sic, videtur per diffinitionem virtutis: quia virtus est bona qualitas mentis, et cetera. Et per diffinitionem Philosophi illud idem.

Li. de S. Vir. si. c. 1. 3. t. 6.

ITEM hoc ostenditur per diffinitionem virginitatis, quam ponit Augustinus, dicens: Virginitas in carne corruptibili incorruptionis perpetuæ est meditatio: sed meditari incorruptionem perpetuam hoc est maxime arduum, et difficile, et tale est virtutis obiectum.

ITEM hoc ipsum videtur ratione, quia abstinere a coitu illicito est virtutis: sed difficilius est ab omni coitu abstinere quam ab illicito: ergo si illud est virtutis, multo fortius istud.

ITEM in virginitate meremur non tantum auream, sed etiam aureolam: sed omne meritum consistit mediante virtute, vel dono, vel beatitudine: ergo et cetera.

AD OPPOSITVM.

CONTRA: Omnis virtus, quæ non est in fine, in medio consistit: sed virginitas consistit in extremo, quia omnino abstinere: ergo et cetera.

ITEM actus omnis virtutis est in præcepto, quia est necessarius ad salutem: sed actus virginitatis non est in præcepto: ergo virginitas non est virtus.

Mat. 25. b

ITEM nulla virtute quis male utitur, vt patet: sed virginitate contingit male vti, vt patet de factis virginibus.

ITEM omnes virtutes sunt connexæ: unde qui habet unam, habet omnes: sed hoc non est de virginitate: ergo et cetera.

ITEM nulla virtus expellitur, vel amittitur nisi per vitium, et peccatum: sed virginitas perditur

A sine peccato in his, quæ uiolenter corrumpuntur: ergo et cetera. Si tu dicas de his, quod non amittunt: obijcitur de his, quæ transeunt de continentia virginali ad coniugalem, quæ virginitatem perdunt sine culpa.

ITEM omnis virtus perditur recuperatur per penitentiam, quia ex gratia, in qua est omnis virtus: sed virginitas perditur nunquam recuperatur: ergo et cetera.

CONCLUSIO.

Virginitas secundum illud, quod nominat habitum, est virtus, et consistit in medio.

RESP. AD ARG. Dicendum quod continentia virginalis, siue virginitas, tria dicit. Primum est abstinencia ab omni coitu illicito. Secundum est continentia ab omni coitu licito. Tertium est integritas mentis, et carnis. Quantum ad primum dicitur habitum, quantum ad secundum dicitur virtutis statum, quantum ad tertium dicitur decorem: vnde virginitas est habitus continentie perfectus, et decorus. Concedendæ igitur sunt rationes probantes virginitatem virtutem esse secundum illud, quod nominat habitum. Quæ vero obijcuntur in contrarium, omnia procedunt ratione status, vel decoris: et quantum ad hunc statum ad extremum tendit. Ratione etiam status non est in præcepto, ratione cuius status potest perdi per descensum ad inferiorem statum, ratione cuius status non est alijs connexa. Ratione vero decoris contingit, quod perdatur homine inuito. Contingit etiam superbe, et male vti. Contingit etiam vt amissa non possit recuperari. Quantum vero ad illud, quod est ibi habitus substrati, omnes conditiones virtutum in ea reperiuntur: et sic patent omnia præter primum, quod obijcit de medietate, quia ita similiter posset opponi de continentia virginali.

ITEM propterea dicendum, quod quando dicitur quod virtus consistit in medio, hoc non est intelligendum respectu obiecti, quia sic nullus esset castus, nisi cognosceret medietatem omnium mulierum de mundo, quia illud est medium inter aliquam, et nullam. Sed istud intelligitur vt sic medium teneatur, et virtus sit medium circa delectationes, et tristitias: nam qui omnino nihil sentit de passionibus carnis, hic insensibilis iudicatur, et hoc habet per naturam: qui vero omnino eis consentit, hic luxuriosus est: qui vero excitatur, sed tamen non consentit, talis virtuosus est: sed hoc omnino bene est in virginibus, quia aliquo modo caro excitat, quâuis non ita sicut in corruptis. Hoc autem intelligitur loquendo secundum virtutes politicas, et naturam lapsam: nam per superabundantem gratiam potest esse, quod non sentiat, et tamen virtutem habeat: vt patet in Christo, et eius Matre dulcissima.

Resp. ad 1. ad opposit. 3. Eth. c. 6.

QVÆSTIO II.

An virginitas præferatur continentie coniugali.

S.Tho. 2. 2. q. 152. art. 4. Et 4. Sent. dist. 33. q. 3. art. 3. Et 3. contra Gent. cap. 137. Rich. 4. Sent. d. 33. ar. 4. q. 2. Tho. Arg. 4. Sent. d. 33. q. 1. ar. 4. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 33. q. 5. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 33. q. 8.

DE comparatione continentie virginalis ad matrimonium, siue coniugium: et quod virginitas sit melior, et perfectior, videtur: quia uirtus consistit circa difficile, et arduum: ergo

ergo circa maius arduum maior virtus: sed magis arduum est omnino abstinere a coitu, quam aliquando tantum: ergo maior virtus.

ITEM opera perfectionis sunt in consilio, imperfectionis vero in indulgentia: sed virginitas est in consilio, matrimonium in indulgentia: ergo et cetera.

Mat. 13. b

ITEM cui debetur fructus maior, illud est maioris virtutis: sed continentie virginali debetur fructus centesimus, sicut dicitur in Glossa, coniugali vero trigesimus: ergo et cetera.

ITEM quod similius est statui gloriæ, est perfectius: sed continentia virginalis est similior statui gloriæ, quia ibi est incorruptio: ibi non nubunt. Vnde Hieronymus dicit, quod Angelis est cognata virginitas: ergo et cetera.

AD OPPOSITVM. cap. 21. t. 6.

CONTRA Augustinus de bono coniugali. Non est impar meritum continentie in Ioanne, qui nullas expertus est nuptias, et in Abraam qui filios generauit.

ITEM Augustinus de bono virginali: In continentia coniugali bene vitur homo malo, qui concupiscentiam restringit in connubio: sed laboriosius est bene vti malo, quam bene vti bono: ergo et cetera.

ITEM ratione videtur: Si optimum in aliquo genere melius est optimo alterius generis, ipsum simpliciter est melius altero: sed optima fecunditas melior est omni integritate: vnde melius est in beata Virgine, quod est mater, quam quod virgo: ergo simpliciter fecunditas melior virginitate: sed fecunditas est in coniugio: ergo et cetera.

ITEM quod ad plura valet, et magis facit ad perfectionem gloriæ, illud est melius: sed continentia coniugalis non tantum prodest continentibus sed etiam filijs generatis: facit etiam ad perfectionem numeri electorum: sed virginalis sibi soli prodest, et perfectionem electorum non accelerat: ergo et cetera.

ITEM terra sterilis est iuste maledicenda: sed virginitas facit ventrem sterilem: ergo merito est maledicenda: non ergo melior.

ITEM si homo stetit, non minus perfectas habuisset virtutes: sed tunc non esset virginitas, sed tantum continentia coniugalis: ergo continentia coniugalis est continentia perfectissima: ergo virginitas non superexcellit, immo exceditur.

CONCLUSIO.

Virginitas præferatur continentie coniugali, quia hic est corruptio facta, ibi autem incorruptio sancta.

RESP. AD ARG. Dicendum quod sicut tactum est, in virginitate est tria considerare, scilicet habitum, statum, et decorem integritatis. Si loquamur quantum ad habitum, sic se habent vt excedentia, et excessa, quia ex maiori virtute potest continere etiam coniugata, quam virgo, et econuerso. Si autem loquamur quantum ad decorem, sic semper virginitas præferatur continentie coniugali, quia ibi est corruptio facta, hic autem est incorruptio sancta. Si autem loquamur quantum ad statum, tunc est loqui dupliciter, aut secundum idem tempus, aut secundum diuersa. Si secundum idem dupliciter. Aut secundum tempus legis, aut secundum tempus gratiæ. Si secundum tempus legis, status continentie coniugalis omnino præferatur, et status virginitatis prohibetur: & sterilis maledicatur, et in contumelia habetur. Si secundum statum gratiæ, vbi non requiritur fecunditas ventris, sed sanctitas, et incorruptio, et puritas mentis, virginitas præferatur continentie coniugali. Si autem secundum diuersa tempora loquimur, vt potest in continentie statum consideremus in tempore legis, et virginitatis in tempore gratiæ, sicut vnusquisque in suo optimo: sic status statui non præferatur.

S. Bon. To. 5.

tur, nec meritum merito: dum tamen sit charitas æqualis. Et hoc est quod dicit Augustinus, quod calibatus Ioanis non præferatur coniugio Abraham. Rationes igitur probantes, quod continentia virginalis est dignior, procedunt ratione statuum relatorum ad tempus gratiæ, vel ratione decoris virginitatis.

1. AD illud quod obijcitur in contrarium de auctoritate Augustini, dicendum quod loquitur secundum statum diuersorum, scilicet legis, et gratiæ.

2. AD illud quod obijcitur, quod laboriosius est et cetera, dicendum quod verum est ceteris paribus: sed licet actiua sit laboriosior, non tamen melior, quia alia purior.

3. AD illud quod obijcitur, quod optima fecunditas est melior, et cetera, dicendum quod hoc verum esset, si fecunditas illa esset per actum coniugalem, sed non fuit: ideo nihil ad coniugium ex hoc, immo magis ad comendationem virginitatis.

4. AD illud quod obijcitur, quod valet ad plura est melius, dicendum quod hoc est verum si æque intente valeat. Sed aliquid intente valet ad vnum, quod præualet remisse valenti ad plura.

5. AD illud quod obijcitur, quod terra sterilis maledicenda, dicendum quod verum est, si sterilis est fructu, quem tempore suo debet producere. Sed tempore gratiæ non queritur fructus ventris, sed mentis: non corporalis, sed spiritualis.

6. Quod ultimo obijcitur, loquitur de habitu: et hoc verum est: de statu autem non est uerum: aliquem enim statum patientiæ, et temperantiæ contingit habere nobiliorem, et fortiozem post lapsum.

QVÆSTIO III.

An virginitatis præmium sit aureola.

S.Tho. 2. 2. q. 152. ar. 5. Et 4. Senten. d. 33. q. 3. ar. 3. Et 3. contra Gent. cap. 134. Steph. Brul. 4. Sent. d. 33. q. 6.

DE virginitate per comparationem ad præmium. Et dicitur communiter quod præmium virginitatis est aureola: et hoc probatur per figuram, vbi præcipitur esse fieri supra magnam coronam, aliam paruum coronulam: et secundum hanc figuram duplex est præmissum, vt dicunt Magistri. Substantiale: et hoc dicitur aurea ad similitudinem magnæ coronæ. Et accidentale: et hoc dicitur aureola ad similitudinem paruæ. Si ergo coronari debet illa corona anima decora, et maxime Christi sponsa: et talis est virgo: ergo et cetera.

FVNDAMENTA.

Exo. 25. 0

ITEM hoc ostenditur per scripturam: Mulier amicta sole: et in capite eius corona duodecim stellarum: si hoc de beata Virgine recte exponitur, sicut Christus vincens communicat thronum, sic beata virgo perfecte continentibus coronam: sic et cetera.

Apo. 12. 2

ITEM corona debetur certanti, sed maxima pugna est in carne: ergo qui ipsam perfecte vincit et notabiliter, debet notabiliter coronari: sed perfecte vincunt virgines: ergo sunt notabiliter coronandæ: ergo aliquam coronam habebunt, quam non habebunt coniugati.

ITEM corona debetur certanti, sed maxima pugna est in carne: ergo qui ipsam perfecte vincit et notabiliter, debet notabiliter coronari: sed perfecte vincunt virgines: ergo sunt notabiliter coronandæ: ergo aliquam coronam habebunt, quam non habebunt coniugati.

SED CONTRA: Omne meritum charitatis est, ergo et præmium: ergo si charitas omnes virtutes mouet, et omnibus communicat meritum: ergo et præmium: ergo nullum præmium reddendum est virginitati, magis quam alij virtuti. Si dicas, quod uerum est de præmio substantiali.

AD OPPOSITVM.

pp 2 Con.

Contra: Nullum præmiū debetur ei, qui caret charitate, nec substantiale, nec accidentale: ergo omnem præmiū debetur charitati.

2. ITEM si virginitati debetur aliquod præmiū superadditum: aut hoc est ratione difficultatis, aut ratione perfectionis. Si difficultatis: sed difficilius est suam voluntatē omnino abnegare, et pro Christo mendicare, quam continentiam seruare: ergo multo fortius tali actui debetur aureola. Si ratione perfectionis: sed multo perfectius est diligere inimicos: ergo et cetera.

3. ITEM si virginitati debetur præmiū speciale: aut ergo ratione incorruptionis carnis, aut mentis. Si carnis: ergo violenter corrupta non haberet aureolam, cuius contrarium habetur per verbum Lucia: Si inuit me violaueris, castitas mihi duplicabitur ad coronam. Si secundum incorruptionem mentis: aut quia nunquam corrupta: aut quia reparata. Si quia nunquam corrupta: tunc ergo paucissimis debetur aureola, et etiam non beato Iohanni, quia voluit nubere, sicut dicitur: et tamen eius virginitas multum commendatur. Si quia reparata: ergo quantumcumque fuit luxuriatus, dummodo perfecte peniteat, habebit aureolam. Si secundum vtrumque: redit adhuc maius inconueniens, quia nullis, aut paucis aureola debetur.

4. ITEM cum virginitati debeatur fructus centesimus: et constat quod hoc non est præmiū substantiale, sed accidentale: videtur ergo quod idem sit aureola, quod fructus: sed cum fructus conueniat statui virginali, quare non aureola? quæritur ergo differentia.

CONCLUSIO.

Virginitatis præmiū non modo est gaudiū essentiale omnibus bonis commune, sed aureola addens gaudiū quoddam accidentale.

RESP. AD ARG. Dicendum quod triplex præmiū legitur in scriptura, scilicet præmiū aureæ, præmiū quod est fructus, et præmiū aureolæ: distinguitur autem a diuersis hoc diuersimode. Dicitur enim quidam, quod præmiū aureæ debetur radici charitatis: præmiū fructus debetur ratione refrenationis pronitatis, sed præmiū aureolæ ratione incorruptionis. Quia enim charitas influit in omnes virtutes: ideo aurea omni virtuti, et actui debetur. Et quoniam vis concupiscibilis quantum ad generationem est corrupta, et infecta: ideo in ipsa regit pronitas: ideo soli continentie, que illam refrenat, præmiū fructus debetur. Quia vero incorruptio attenditur quantum ad fidem contra voluptatem, et quantum ad constantiam vsque ad mortem: ideo tribus actibus debetur aureola: scilicet prædicationi, continentie virginali, et ipsi martyrio. Vnde secundum hos aurea est gaudiū de Deo, fructus de pronitatis restrictione, sed aureola gaudiū de incorruptione. Sed hæc positio non videtur conueniens, quoniam incorruptio non tantum est in his, quibus debetur aureola, sed etiam in iustitia, quæ est perpetua, et immortalis, et in charitate quæ nunquam excidit: et ideo modus iste sumendi non videtur conueniens. Aliter dicunt alij, quod præmiū aureæ debetur ipsi radici charitatis, sed fructus ratione difficultatis, et aureola ratione perfectionis: vnde quia difficultas maxima est in continendo omnino, immo quoddam martyrium, et in sustinendo terribilia, quæ mortem inducunt: ideo fructus debetur martyribus, et continentibus: perfectio vero maxima est in actibus tribus ipsius anime, scilicet rationalis, concupiscibilis, et irascibilis. Et hoc dupliciter. Et per conuersionem ad Deum: et ita debetur eius perfectio aureæ. Et per comparisonem ad bonum

inferius, et ita debetur aureola, quæ est diminutiua, quia est remuneratio in bono creato: et secundum actum perfectum triplicis potentie assignatur, vel redditur aureola. Nam perfectissimus actus rationalis per comparisonem ad inferius est veritatem fidei prædicare, concupiscibilis carnem omnino a coitu refrenare, irascibilis mortem sustinere, et ideo tribus debetur aureola triplex. Sed adhuc positio ista non videtur omnino conueniens, quia tanta est perfectio omnia relinquere, et seipsum abnegare, sicut prædicare, et omnino continere: ideo non videtur quod secundum perfectionem, vel ratione perfectionis virginitati debeatur aureola.

Aliter igitur dicendum quod sicut dictum est supra, quod in virginitate tria considerantur, scilicet habitus, status, et decor: habitui responderet aurea, status fructus, sed decori integritatis aureola. Et quod habitui aurea, hoc non est dubium. Quod vero status fructus, hoc patet sic: quia sicut fructus maior, et minor, quem ponit Dominus in Euangelio, attenditur secundum nobilitatem terræ, sic fructus maior, et minor secundum statum. Esto enim quod tres in tribus statibus contineant, secundum quod melius possunt, adhuc excedit continentia vidialis coniugalis, et virginalis vidualem. Vnde quia in continentia maxime status diuersi considerantur, et secundum illam distinguuntur: ideo soli continentie præmiū fructus aptatur, non quin et alijs possit aptari, si est diuersos status assignare. Quod autem aureola respondeat alicui decori exteriori, patet: quia aureolæ assignantur his actibus, qui considerant aliquid extrinsecum, et puta, quod est infra, ut corpus: uel quod est iuxta, ut proximus, quem conuertit, et ad patriam per bonam doctrinam ducit. Vnde decor quidam erit doctoribus de conuersis per ipsos, et quidam etiam decor, et gaudiū erit martyribus in corpore, qui se pro Christo passionibus exposuerunt: quidam decor uirginibus in corpore, quod pro Christo incorruptum seruauerunt, et ille decor uel gaudiū de illo decore aureola recte dicitur. Credo tamen melius, quod ille decor aureola dicatur, quam gaudiū, quia omnes gaudebunt de decore, non tamen omnes habebunt aureolam. Sed ut totum vnum dicant, melius est dicere, quod vtrumque, scilicet decor cum gaudiū, et gaudiū cum decore. His visis patent obiecta.

1. 2. 3. Quid enim obijciatur, quod debetur radici charitatis omne meritum, dicendum quod verum est de præmio substantiale: sed de accidentali non est verum primo et per se, sed non sine illo. Vnde est causa sine qua non. Similiter patet, quare virginitati debeatur aureola, non ratione perfectionis, sed ratione decoris. Ratione perfectionis status debetur fructus centesimus, sed ratione decoris aureola.

Ad illud quod quæritur, ratione cuius incorruptionis debeatur aureola, triplex est ad hoc opinio. Quidam enim dicunt, quod cum meritum consistat in anima, quod incorruptionis mentis debeatur aureola. Similiter perfecte voluntati sustinendi mortem pro Christo: et hoc confirmant per illud, quod dicitur de beato Martino: O beata anima, quam et si gladius persecutoris non abstulit, palmam tamen, martyrij non amisit. Sed ista positio non videtur conueniens, quia quantumcumque velit aliquis prædicare, nisi exeat in opus, non credo quod habeat aureolam. Vnde illud Beati Martini de præmio essentiali intelligendum est, quia equalis fuit martyribus propter magnitudinem charitatis. Alia opinio est quod debetur actui exteriori. Vnde si aliquis non martyrizetur actu, non habebit aureolam. Similiter si auferatur virginitas violenter, perditur aureola. Vnde Leo Papa dicit, quod corrupte per violentiam se non audent facris virginibus coparare, nec etiam annulo desponsentur: et secundum hos quantumcumque homo

Quæstio la- teralis.

Opinio 1. Aurea.

Fructus.

Aureola.

Improbatur.

Opinio 2.

Fructus.

Aurea.

Aureola.

Improbatur.

Opinio Do- ctoris.

Aurea. Fructus.

Aureola.

Ad quæst. la- teralem. Opinio 1.

Improbatur.

Opinio 2.

Improbatur.

Opinio 3.

Leo papa.

homo prædicet, reportat præmiū, sed non aureo- lam, nisi aliquem conuertat. Sed durum est dicere, quod si violetur omnino per violentiam, quod ali- quid ibi perdat, dum nullus consensus interueniat, nulla culpa. Et ideo tertio modo dicendum, quod aureola debetur actui interiori per comparisonem ad decorem exteriorem, et exteriori relato ad interi- us. Vnde si virgo velit corrumpi, et non corrū- patur, et post peniteat, quia saluata est incorruptio in carne: ideo aureolam habebit. Item si nolit cor- rumpti, et corrumpatur, corruptio illa non est iudicanda corruptio decoris virtutis: et ideo manet dec- or integer, quia decoratio virtutis ab interiori pro- cedit: et hoc est quod dicitur in littera: Non potest corrumpi caro, nisi prius mens corrumpatur, scilicet corruptio, quæ obuiet virginitati. Vnde quod dicitur, quod se non audeant facris virginibus com- parare, hoc est propter periculum, quia fortassis in actu illo consenserunt, vnde semper est eis timendū. Ex his potest patere, quando virginitas amittatur. Cū enim ad perfectam virginitatem duo concurrat, scilicet incorruptio mentis, et incorruptio carnis: in- corruptio mentis est sicut formale, et completum: incorruptio carnis est sicut materiale. Si ergo vtrū- que pereat, totum perditum est, et nunquam recu- perari potest. Si autem amittatur incorruptio carnis, salua incorruptione mentis, manet quod formale, et completum est virginitatis: ideo meritum et præmiū, quamuis etiam illud quod materiale erat sit perditum: vnde perditum est in conspectu homi- num, non tamen in conspectu Dei, et hoc est quod dicit Ambrosius, et habetur in littera. Si autem per- datur incorruptio mentis salua incorruptione carnis, tunc perditur quod formale est, et manet quod est materiale: et quia illa redit ad suum propositum, et habet materiale substratum, redeunte virginitate, virgo iudicanda est licet non in tanta gloria, in qua- ta esset si nunquam consensisset: et hoc sentire vi- detur esse magis pium.

ARTICVLVS III.

CONSEQUENTER quantum ad tertium ar- ticulum quæritur de repudio: et circa hoc tria- queruntur. Primo quæritur, vtrum licitum fuerit vxorem repudiare. Secundo, vtrum debuerit per- mitteri. Tertio quæritur de ipsius repudiate recon- ciliatione.

QVÆSTIO I.

An fuerit licitum vxorem repudiare.

S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 67. art. 2. Et 4. Sent. d. 33. q. 2. ar. 1. Scot. 4. Sent. d. 33. q. 3. Rich. 4. Sent. d. 33. ar. 3. q. 1. Dur. 4. Sent. dist. 33. q. 3. Tho. Argen. Sent. d. 33. q. 2. ar. 3. Steph. Brul. 4. Sent. d. 33. q. 7. Petrus de Turant. 4. Sent. d. 33. q. 5.

AD OPPO- SITVM.



Quod fuerit licitum vxorem repudiare ostenditur sic: Lex Moysi illicita punie- bat: quod ergo non puniebatur in lege, tempore legis erat licitum: sed repudia- tio non puniebatur: ergo et cetera. S. Bon. Tom. 5.

2. ITEM licitū est quod nulla lege prohibetur: sed Iudæi non erant attricti alij legi, quam sibi a Deo data: ergo licitum erat omne, quod in lege illa non prohibebatur: sed repudium non prohibebatur in illa: ergo et cetera.

3. ITEM licitum est omne quod diuina in- spiratione mandatur: sed Moyses diuina inspiratione afflatus dedit legem in Deuteronomio in quo xxiii. cap. præcipit libellum repudij dari: ergo videtur quod sit licitum.

4. ITEM licitum est quod sit rationabili causa: sed rationabilis causa est vtridiosa societate separe- tur, maxime quando surgit ex causa exterioris mouente: ergo si vir propter deformitatem habebat vxorem exosam: videtur et cetera.

5. ITEM lex matrimonij perfectior est in noua, quam in veteri: sed in noua licitum est ab vxore se- parari aliqua de causa, vtr puta causa fornicationis: ergo videtur quod in lege veteri licuit aliqua de causa fieri repudium.

CONTRA: Nihil est licitum, quod est contra diuinam institutionem: sed diuortium est contra diuinam institutionem: quia Deus coniunxit masculum, et feminam: sed quos Deus coniunxit, homo separe non debet: ergo et cetera.

ITEM nihil est licitum, quod est contra ius natura: sed natura ius dicit, vt non faciat quis alij, quod sibi non vult fieri: ergo cum vir nollet repudiari ab vxore non debet repudiare eam.

ITEM nihil licet in quo est peccatum: sed in diuortio est peccatum, quia dicit Chrysostomus, quod qui secundum legem dimittit, quatuor committit iniquitates, quia apud Deum est homicida, et cetera.

ITEM maior est vnio viri, et vxoris, quam pa- tris et filij, quia dicitur: Relinquet homo patrem, et matrem et cetera. Sed nulli licet repudiare: ergo et cetera.

ITEM auctoritate Domini: Non licet vxorem dimittere, excepta causa fornicationis: sed propter illam non erat diuortium, immo mulier lapidabatur: nec alia causa: ergo nunquam fuit licitum.

CONCLUSIO.

Repudium vxoris nunquam fuit licitum, vt sine culpa fieret, sed bene vt sine pena: quia quando- que ius non puniebat.

RESP. AD ARG. Dicendum quod secundū quod dicit Dominus, repudium vxoris nunquam licitum fuit, vt sine culpa fieret: fuit tamen licitum, vt fieret sine pena. Vnde aliquid licere alicui, hoc est duplici de causa. Aut quia non obuiat iuris re- ctitudo: et sic non fuit repudium licitum. Aut quia non obuiat iuris puniatio: et hoc modo licuit vxorem repudiare, quia tunc non obuiat iuris puniatio.

1. 2. Ex hoc igitur patet, quod obijcit, quod non puniebat lex Moysi, nec prohibebat: quamuis enim lex Moysi non prohiberet, quia non decreuerat punire: tamen nihilominus lex naturæ, et dictamen rationis contrarium dicebat.

3. Ad illud quod obijciatur, quod Moyses mand- dat, dicendum quod Moyses aliquid prohibuit in repudio, aliquid mandauit, aliquid permisit. Pro- hibuit vxorem dimittere sine causa. Permisit uxorem dimittere ex causa fornicationis: et præcepit libellū dari: et in datione libelli non erat peccatum, sed in dimissione.

4. Ad illud quod obijciatur de causa rationabili, dicendum quod vir et vxor individualiter coniunguntur a Deo: ideo nulla potest esse causa separatio- nis, quo ad vinculum, sed quo ad debitum potest esse causa defectus fidei, quia unus non seruat alteri fidem: et quia ista tunc non fuit causa, ideo nulla fuit rationabilis causa.

V I T I M V M vero patet, ut patebit infra, quia fornicatio potest esse ratio, quare vxor non possit viro debitum reddere, ut in quo peccat quis, in hoc et torquetur: et illa ratio tunc fuit, nec alia potest esse: et ideo et cetera.

QVÆSTIO II.

An repudiare vxorem debuerit permitti.

S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 67. ar. 3. Steph. Brul. 4. Sent. d. 33. q. 8. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 33. q. 5.

AD OPPOSITVM.

TRVM repudiare vxorem debuerit permitti. Et quod non, videtur: quia qui non prohibet malum cum possit, habetur pro consentiente: sed legislator potuit prohibere, et non prohibuit repudium: ergo consentit: sed consentiens malo, peccat: ergo et cetera.

Rom. 3. b

2 I T E M: Non sunt faciēda mala, ut veniat bona: ergo nec permittenda mala, ne veniant maiora mala: ergo nec debuit repudium permittit propter vitandū homicidium.

3 I T E M vir et vxor pares sunt quantum ad legem tori: sed sicut vir potest occidere vxorem, ita vxor odians virum potest machinari in mortem eius: ergo idem periculum, et idem ius est ex vtraque parte: sed non permittebatur in lege, ut vxor repudiaret virum: ergo et cetera.

4 I T E M tempore legis naturae non legitimus fuisse permissum repudium: tempore gratiae similiter legitimus fuisse prohibitum, quare ergo tempore legis scriptae fuit permissum? Si dicas, sicut Dominus dicit: Ad duritiam cordis eorum.

5 C O N T R A: Quia duri erant, ideo ad eorum duritiā constringendā imposuit legislator onera graui: ergo si graue est habitare cum vxore exosa, congruebat ergo non permitti repudium.

FVNDAMENTA.

C O N T R A: In lege non debuit prohiberi aliquid quod non debuit puniri, nec puniri debuit nisi ex quo deberent effici meliores, saltem in opere, quantum non charitate: sed si repudium non permitteretur, homines illi, qui prouidi erant ad homicidium, laborarent in peius: ergo et cetera.

I T E M nulla sacramenta ita perfecte fuerunt in veteri testamento, sicut in nouo: ergo nec sacramentum coniugij: ergo si perfectio in sacramento coniugij consistit in indiuisibilitate: non ergo debuit perfecte in lege veteri indiuisibilitas imperari.

I T E M si tanta esset arctitudo inter virum et vxorem, quod nullo modo separari possent, cum fornicatio tunc non puniretur, omnes efficerentur fornicarij, et pauci aut nulli ducerent vxorem: ergo si praeceptum fuit tunc semen legitimum multiplicari, repudium non debuit prohiberi.

C O N C L V S I O.

Repudiare vxorem Moyses ad multa mala vitanda, et coactio propter maius malum vitandum iuste permittit.

Permissio quadruplex.

R E S P. A D A R G. Dicendum quod permissio est quadruplex. Vno modo per priuationem perceptionis: et sic Apostolus permittit minus bonum, quia non praecepit maius bonum, sicut virginibus nubere permittit. Secundo modo per priuationem prohibitionis: et sic venialia dicuntur permissa, quia non sunt prohibita. Tertio modo per priuationem punitionis: et sic repudiatio vxoris est permissa, quia non punitur in lege, ut vxor repudiaret virum: ergo et cetera.

sa, quia non punitur in lege. Quarto modo per priuationem prohibitionis: et sic omnia mala dicuntur a Deo permissa: quia non prohibet. Prima permissio est propter boni qualitatem. Secunda propter nostram infirmitatem. Tertia propter vitanda maiora mala. Quarta propter elicienda maiora bona. Permissit ergo Moyses, quia non poterat prohibere hoc malum, quin triplex malum inde sequeretur. Primum quidem defectus sacramenti, quia non vellent vxorem ducere. Secundo, multiplicatio fornicationis. Tertio homicidium.

1, 2. Ex hoc parent duo prima, quia Moyses non permittit nisi coactus propter scilicet maius malum vitandum: unde fuit ibi potius pati, quam agere: sed qui facit malum, ut veniat bonum, peccat faciendo: ideo non est simile quod secundo obijciatur.

3. A D illud quod obijciatur, quare non permittitur mulieri, dicendum quod tempore legis non iudicabatur ad paria vir cum muliere, tum ratione conditionis, quia vir principium est mulieris, tum ratione praeuaricationis, quia mulier est initium peccati: ideo dictum est ei: Sub viri potestate eris.

4. A D illud quod quaeritur, quare potius tempore illius legis fuit permissum, dicendum quod ad hoc triplex fuit ratio. Vna, quia non fuit eis omnino reuelandum matrimonij mysterium, quia erat tempus umbræ. Secunda, quia ipsi erant imperfecti: unde tantum onus noluerunt recipere. Tertia, quia duri, et hoc onus noluerunt portare, et occulte possent abijcere: et ideo non fuit imponendum.

5. A D illud quod obijciatur de constringente duritiæ, dicendum quod frangenda erat per poenam, quae non esset occasio maioris mali, qualis fuisset obligatio ad talem inseparabilitatem: et ideo sic debuit frangi, vel constringi.

QVÆSTIO III.

An vxor post repudium debeat viro reconciliari.

S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 67. ar. 5. Rich. 4. Sent. d. 33. ar. 3. q. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 33. q. 9. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 33. q. 6.

D E reconciliatione, et quaeritur, utrum vxor post repudium debeat viro reconciliari. Et quod sic, videtur: quia peccatum fuit vxorem dimittere, ut supra ostensum est: ergo iustum est ipsam resumere.

I T E M mulier repudiata si contrahit cum alio, aut peccat, aut non. Si non peccat: ergo cum propter nullum peccatum eius fuerit repudiata, et non debeat infligi poena nisi propter culpam, manifestum est, et cetera. Si peccat, ergo manet vinculum cum priori: ergo adhuc est vxor eius: sed Dominus vult, quod vxor sit cum viro: et cetera.

I T E M de omni malo licitum est poenitere: sed poenitentia retractat malum factum: ergo cum repudiare vxorem sit malum: ergo licitum est poenitere: ergo et retractare: ergo et vxorem sibi reconciliari.

I T E M diuisa per diuortium potest reconciliari: ergo et per repudium.

1. C O N T R A: Dicitur, quod non est recipienda post repudium, ne peccare facias terrā: ergo qui recipit, facit peccare terram: ergo et cetera.

2 I T E M vulgo dicitur: Si dimiserit vir vxorem suam, et illa...

FVNDAMENTA.

AD OPPOSITVM. Dent. 24. d. 1er. 3. b

et illa recedens duxerit virum alterum, numquid feueretur ad eum? quasi dicat non: ergo et cetera.

3. I T E M iste repudiando vxorem, quantum in se est, amittit ius in eam tamquam in vxorem: ergo si recipit, accipit quod non est suum.

4. I T E M sententia iudicis secundum legem debet irtractabiliter obseruari. Iusta enim sententia non est retractanda: sed cum vxor dimittebatur dato libello repudij, in conspectu Ecclesiae fiebat per sententiam legis repudium: ergo et cetera.

C O N C L V S I O.

Vxor licite potest post repudium viro reconciliari, nisi culpa adulterij interueniat.

R E S P. A D A R G. Dicendum quod post repudium aliquid fuit licitum, et concessum, ut ambo, scilicet virum, et mulierem manere inuictos, vel etiam ante nuptias alias inuicem reconciliari. Aliquid fuit licitum, et permissum, ut scilicet vir vxore repudiata aliam duceret vxorem: non enim fuit prohibitum habere plures vxores. Aliquid fuit illicitum, et prohibitum, ut videlicet vxor repudiata viro viuente duceret alium. Quia enim nunquam licuit vi viro plures habere viros, cum primus vir repudiata viuat, non licet ei habere secundum. Hoc tamen non fuit prohibitum directe, sed oblique in poenam eius impositum, ut numquam possit redire ad virum priorem, quia voluntarie se polluit

cum secundo: et ideo dicitur, quod polluta, et contaminata est mulier illa propter adulterium, scilicet quod commisit cum secundo. Concedendum est igitur, quod licitum est post repudium vxorem viro reconciliari, nisi culpa adulterij interueniat, propter quam puniendam prohibetur, ne ad virum redeat, quia tunc licite fiebat diuortium: unde miro modo, licet occulto, tamen vere ipsa lex iudicabat inseparabile esse coniugij sacramentum: et hoc magis expresse tangit Ieremias.

1, 2. Quod ergo dicit lex, quod non est recipienda, intelligitur propter adulterium commissum, non quia non sit vxor, sed quia contra matrimonium fecit. Magis autem puniatur mulier, quam vir rationibus praedictis, scilicet in solutione tertij argumenti praecedentis quaestionis, quia in lege inferior erat.

3. A D illud quod obijciatur, quod nullo modo licet, cum perdidit ius, dicendum quod non habet ius repetendi, postquam repudiauerit. Si tamen vxor velit, de eius voluntate, et consensu potest iterum licite fieri.

4. A D illud quod obijciatur, quod sententia lata secundum legem non est retractanda, dicendum quod lex quaedam praecipit, quaedam permittit. Sententia lata secundum legem praecipientem omnino iusta est, et retractanda non est: sed secundum legem permittentem, cum ibi sit aliquid iustitiae sine omni peccato reconciliari potest, immo meritorie, et licite.

D I S T I N C T. XXXIV.

D E P E R S O N I S L E G I T I M I S, E T I L L E G I T I M I S A D C O N T R A H E N D U M M A T R I M O N I U M, P R A E F E R T I M V E R O D E F R I G I D I S, M A L E F I C I A T I S, F U R I O S I S, & I N C E S T U O S I S.

N VNC superest attendere quae persona sint legitima ad contrahendum matrimonium. Legitime iudicantur persona secundum statuta patrum, quae diuersa sunt. Aliae namque fuerunt legitime ante Legem, aliae sub Lege, aliae in tempore gratiae. Item in primitiua Ecclesia quaedam erant legitime, quae modo non sunt. Earum vero, quae modo legitime sunt vel illegitime, quaedam sunt plene legitime, quaedam omnino illegitime, quaedam mediae. Plene legitime sunt, quibus non obuiat votum continentiae, vel ordo sacer, vel cognatio, vel dispar cultus, vel conditio, vel natura frigiditas, & si quid est aliud. Penitus vero illegitime sunt per votum, per ordinem, per cognationem, per disparem cultum. Mediae vero sunt, nec plene legitime, nec omnino illegitime, per frigiditatem, per conditionem. Si enim tales iunguntur ignoranter, committere possunt quibusdam accidentibus causis, et eisdem deficientibus diuidi.

De frigidis separandis.

D E his enim, qui causa frigiditatis debitum reddere non possunt, consulit Gregorius, ut permancant. Sed si mulier censatur dicens: Volo esse mater, et filios procreare: decreuit, ut vterque eorum septima manu propinquorum iuret, quod numquam carnaliter conuenerint: et tunc mulier secundas nuptias contrahat. Vir autem qui frigida natura est, absque spe coniugij permancat. At enim sic: Interrogasti de his, qui matrimonio iuncti sunt, & nubere non possunt, si ille aliam, vel illa alium ducere possit, de quibus scriptum est: Vir et mulier si se coniunxerint, et post dixerit mulier de viro quod coire non possit cum ea, si potest probari quod dicit per iustum iudicium, alium accipiat: si vero ille acceperit aliam, separentur. Item: Requisti de his qui sibi.

Sextentim huius cap. summam continetur extra de frigidis et maleficiatis. Gre. 33. q. 2. c. Quod autem in terr. Hic. Requisti de his qui sibi.

his qui ob causam frigida natura dicunt se non posse inuicem operam carni dantes, commisceri. Iste vero, si non potest ea vii pro uxore, habeat eam quasi sororem. Quod si retinaculum coniugale voluerit rescindere, maneat utriusque innupti: nam si huic non potuit naturaliter concordare, quo modo alteri conueniet? Si igitur vir aliam uxorem vult accipere, manifeste patet ratio, quod suggerente diabolo odij fomitem, exosam eam habuerit: et ideo eam dimittere mendacij falsitate molitur. Quod si mulier causatur, et dicit. Volo esse mater, et filios procreare: uterque eorum septima manu propinquorum tactis sacrosanctis reliquijs iureiurando dicat, ut numquam per commixtionem carnis coniuncti una caro effecti fuissent. Tunc videtur mulier secundas posse contrahere nuptias: humanum dico propter infirmitatem carnis eorum. Vir autem qui frigida natura est, maneat sine coniuge. Quod si et ille aliam coniugem acceperit, tunc hi qui iurauerant, periurij crimine rei teneantur: et penitentia peracta priora cogantur recipere connubia. Hoc seruandum est, cum uterque idem fatetur. Sed si vir asserit se debitum reddidisse uxori, et illa diffidat: cui potius fides habenda sit, merito quaeritur. De hoc ita statutum est: Si quis ita acceperit uxorem, et habuerit eam aliquo tempore, et ipsa femina dicit quod numquam coisset cum eo, et ille vir dicit quod sic fecit: in veritate viri consistat, quia vir est caput mulieris. Hoc de naturali impossibilitate statutum est.

De his, qui maleficiis impediti coire non possunt.

DE maleficij autem impedimento hoc tenendum decernitur: Quod si per sortitias et maleficas concubitus non sequitur, hortandi sunt quibus illa eueniunt, ut spiritus contrito, et humiliato, Deo et sacerdoti de omnibus peccatis confessionem faciant, et lacrymis, elemosynis, orationibus, et ieiunijs Domino satisfaciant: et per exorcismos ac cetera Ecclesiastica disciplina munimina ministri Ecclesie tales sanare procurent. Quod si non potuerint, separari valebunt. Sed postquam alias nuptias expetierint, illis uiuentibus, quibus post iuncta fuerint, prioribus, quos reliquerant, etiam si possibilitas concubendi eis reddita fuerit, reconciliari nequibunt. Quod in fine huius capituli continetur, ex rigore magis dictum intelligendum est, quam ex canonica equitate. Vel intelligendum est non posse reconciliari prioribus, nisi iudicio Ecclesie, quo diuisio facta fuerat.

De furiosis.

FURIOSI quoque dum in amentia sunt, matrimonium contrahere non valent. Vnde Fabianus: Neque furiosus, neque furiosa matrimonium contrahere possunt: sed si contractum fuerit, non separentur. Item Nicolaus Papa: Hi qui matrimonium sani contraxerunt, et uni ex duobus vel ambobus amentia, vel furor, vel aliqua infirmitas acceperit, ob hanc infirmitatem talium coniugia solui non possunt. Similiter est etiam sciendum de his, qui ab aduersarijs excacantur, vel membris iruncantur, vel a barbaris excelsi fuerint.

De his, qui cum duabus sororibus dormiunt.

DE his etiam, qui cum duabus sororibus, vel qua cum duobus fratribus dormiunt, videndum est quid censeant canones. Qui dormierit cum duabus sororibus, et una ex illis ante fuerit uxor, neutram ex ipsis habeat: nec ipsi adulteri umquam in coniugio copulentur. Item nec proprie uxori licet sibi reddere debitum: quam sibi reddidit illicitam, sororem eius cognoscendo. Nec post mortem uxoris licet ei adultera vel adulteri copulari in coniugium. Item Zacharias Papa: Concubisti cum sorore uxoris tue, si fecisti, neutram habere uis: et uxor tua si non fuerit conscia sceleris, et continere non uult, nubat in Domino, qui huc facit cui uult. Tu uero et adultera sine spe coniugij maneatis: et dum uiuatis, penitentiam agite. Quod ait, cui uult nubat, intelligendum est post mortem uiri. Vnde Gregorius: Qui uxorem suas in adulterio deprehendunt, nec ille, nec illa aliam uxorem accipiat, uel alium uirum, quamdiu ambo uiuunt. Si uero adultera mortua fuerit, uir eius, si uult, nubat: adultera uero numquam, etsi mortuus fuerit uir eius: sed omnibus diebus penitentia lamenta persoluat. Hic de illo adulterio agitur, quod cum cognato uiri, uel cognata uxoris committitur.

Non

Non est dimitenda uxor pro aliqua macula, seu deformitate corporis.

ILLUD etiam sciendum est, quod pro aliqua infirmitate uel macula corporali non licet uiro uxorem dimittere, et econuerso: sed debet alter alteri subsidia providere. Vnde Augustinus: Si uxorem quis habeat sterilem, sine deformem corpore, uel debilem membris, uel cacam, uel claudam, uel surdam, uel si aliquid aliud, sine morbis uel laboribus, doloribusque confectam, et quidquid, excepta fornicatione, excogitari potest, uehementer horribile pro societate, fideque susineat.

Aug. de sermone Domini in monte. c. 29. 10. 4.

DISTINCT. XXXIV.

De matrimonio secundum causam materialem, qua est personarum legitimitas, uel illegitimitas.

Nunc superest attendere, qua persona sint legitima ad contrahendum matrimonium, et cet.

Expositio textus.

SUPEREGIT Magister de matrimonio, quantum ad genera causarum. Hic agit quantum ad quartum genus cause, scilicet quantum ad causam materialem, qua quidem est personarum legitimitas, uel illegitimitas. Et diuiditur haec pars in duas, quia quaedam personae sunt simpliciter illegitime respectu matrimonij. Quaedam respectu matrimonij perfecti, utpote illae quae alias nupsent, et iam mortuus est uir, uel defuncta uxor. Ideo Magister primo agit de impedimentis. Secundo circa finem istius tractatus agit de secundis nuptijs, ibi: Sciendum est quod non solum prima, uel secunda nuptia, et cet. Prima pars habet duas. In prima agit de impedimentis, quae non omnino auferunt illegitimitatem. In secunda uero de his, quae omnino faciunt illegitimitates, infra: Sunt ergo quidam ordines. Prima pars habet duas secundum duo impedimenta, de quibus principaliter agit. Primo enim agit de impotentia coeundi, quae respicit defectum uiri. Secundo uero de conditione, quae respicit statum legis humanae, infra: Nunc de conditione uideamus. Prima pars habet duas quia ad impedimentum sequitur diuortium. Ideo primo agit de matrimonij impedimento, licet semiplene. Secundo uero de diuortio, infra: Hoc etiam notandum est, quod cum Dominus, et cet. Prima pars habet duas partes. In prima determinat huiusmodi impedimenta in generali. In secunda in speciali, ibi: De his enim, qui causa frigiditatis, et cet. Et illa secunda pars subdividitur in duas, quia impedimentum potest uenire uel ex parte uis imperatae, scilicet generatiuae, uel imperantis, ut liberi arbitrij. Ideo primo ponit impedimenta respicientia primam uim. Secundo uero secundam, ibi: Furiosi quoque dum in amentia sunt, et cet. Et quaelibet harum habet duas secundum subdivisionem impedimenti. Impedimentum in ui generatiua est impotentia coeundi: et haec est duplex, naturalis scilicet, et accidentalis. Similiter in impedimentum ex libero arbitrio est aut propter defectum cogitationis in crimine, aut honestatis in uoluntate: et sic sunt duo, scilicet criminis enormitas, uel incestus, et corporis deformitas, et horror.

Diuisio.

Dist. 37.

Dist. 36.

Dist. 35.

Plene legitima sunt quibus non obuiat uotum continentiae, uel ordo sacerdotij, uel cognatio, uel dispersus cultus, uel cognatio et cet. Dub. I.

VIDETUR male dicere, quia legitimitas est habitus, illegitimitas est priuatio: sed per habitus

A cognoscuntur priuationes, non per priuationes habitus: ergo male diffinitur legitimitas per priuationem illegitimam.

R s p. Dicendum quod sicut solutio uno modo dicit habitum respectu ligationis, alio modo priuationem: sic in proposito. Si enim comparatur solum, et ligatum respectu actus quantum ad quod est expeditio, solutio dicitur habitum. Si uero comparatur respectu uinculi, solutio dicitur priuationem uinculi: et sic dupliciter potest diffiniri, per hunc modum de legitimitate oportet intelligi.

VOLO esse mater et filios procreare, decreuit, ut uterque eorum cum septima manu propinquorum iures quod numquam carnaliter conuenerunt. Dub. I I.

VIDETUR male dicere, quia propter sterilitatem uxoris non potest uir allegare contra uxorem, quod uelit esse pater, ergo nec propter frigiditatem uiri mulier, quod uelit esse mater. Item Matrimonium stat sine bono prolis: ergo propter hoc quod uelit esse mater, non debet diuidi.

R s p. Dicendum quod sancti curialiter loquuntur secundum quod ipse mulieres sunt uerecundae, mulier enim non potest separari a uiro propter defectum potentiae generandi, sed potentiae coeundi: et in illa circumlocutione intelligitur, quod carnaliter uult cognosci a uiro: et ita patet quod non est simile de causalitate, sed bene esse simile de arctitudine. Si enim adeo arcta est, quod cognosci non potest, uir potest allegare, et dicere, quod uelit esse pater; id est nolit continere, si potest coire: et sic patet illud.

Retinaculum coniugale voluerit rescindere, maneat utriusque innupti. Dub. I I I.

VIDETUR utrumque esse falsum, primum scilicet de retinaculo coniugali, quia si est ibi retinaculum, cum sit vinculum insolubile, solui non potest. Si uero non, quo modo rescinditur? Rursus: Videtur falsum dicere, et male praecipere, quia cum alter eorum non habeat impedimentum aliquod, potest licite cum altero contrahere. Iuxta hoc quaeritur, utrum si ille qui est frigidus, uere diuortium petat, utrum audiendus sit. Et quod non, uidetur: quia fornicans non potest petere diuortium, quia sit ob culpam suam: ergo neccitalis frigidus cum ipse sit in causa. Sed contra hoc est, quia cum non sit ibi matrimonium, uidetur quod neuter teneatur.

R s p. Dicendum quod diuortium propter impotentiam coeundi aliquando fit propter hoc, quod impotentia est in altero. Aliquando propter hoc quod impotentia est in utroque, uterque debet sine spe coniugij remanere. Si propter hoc quod sit in altero siue in uiro siue in muliere, post diuortium, ille, in quo est causa, debet remanere sine spe coniugij tamquam persona illegitima: quod si contrahat, et possit, tunc debet redire ad priora uota. Quod ergo dicitur, quod remaneant innupti, refertur ad eum, in quo reperitur

peritur causa illegitimitatis, siue in viro, siue in muliere. Quod obijcitur de retinaculo, dicendum quod et si secundum veritatem non sit ibi retinaculum coniugale, tamen secundum apparentiam, vel estimationem ibi est. Vel etiam quaedam sponsio, et obligatio, quia affectu maritali inuicem cohabitare possunt: unde valde laudandum est eos, quod infirmul permancant, nisi velint transire ad arctiorem vitam. Quod queritur, si viro petente debeat fieri, dicendum quod sic, si probari possit, attamen quia contra se, et contra matrimonium vadit, suspicio mala de viro colligitur. Et ideo abundans probatio tali viro indicitur, maxime si mulier dicat se cognitam esse ab ipso. Quod si mulier confiteatur, aut oportet euidenter probare, aut debent ambo inuicti remanere: vel etiam numquam separari: pro quo Ecclesia debet diligentiam, quam potest, adhibere.

Septima manu propinquorum talis sacrosanctis et cet. Dub. IIII.

VIDETUR male dicere, quia nullus debet iurare, nisi de eo, de quo certus est: sed nullus propinquorum certus est, pro eo quod actus ille latebras requirit: ergo videtur quod nullus possit iurare.

ITEM Esto quod nullus sit propinquus, vel pauci, numquid poterunt separari? ITEM: Quare magis hoc debet fieri manu propinquorum, quam aliorum.

RESPON. Dicendum quod quamuis de actu illo vix aut numquam habeatur certitudo per facti euidentiam: habet tamen ut plurimum per signa probabilia, et per coniecturas, quae quamuis non sufficiunt ad generandam scientiam, sufficiunt tamen ad generandam fidem, siue credulitate, quae aliquod robur praestat. Dico igitur, quod ad hoc quod diuortium fiat, vterque debet iurare, quod numquam carnaliter conuenerint, nec conuenire potuerint, et quod operam dederint, et vnusquisque quod per se non steterit, et propinqui debent iurare quod ita credunt: et tunc ex quo simul cohabitauerunt per tempus sufficiens, diuidi possunt. Si autem alter eorum, utpote mulier dicat, quod non sit cognita: et vir dicat quod sic, standum est viro, quia vir est caput mulieris, quia etiam loquitur pro causa matrimoniali, quae est maxime fauorabilis. Si autem mulier velit offerre, et replicare ipsum esse mentitum, per ostensionem claustrorum, standum est probationi mulieris. Si vero vir petat diuisionem, et dicat se non cognouisse, et mulier dicat se fuisse cognitam, quamuis vir sit caput mulieris, tamen non est standum iuramento viri, pro eo quod ipse contra matrimonium agit, et multi relinquunt uxores suas. Unde si aliae probationes non sunt, non est standum pro eo, sed pro matrimonio. Quod queritur, quare manu propinquorum, dicendum quod hoc est ex duplici ratione. Tum quia eis magis constat. Tum etiam, quia probabile est quod magis pro matrimonio stent.

Tunc hi, qui iurauerunt, periturij crimine rei teneantur. Dub. V.

VIDETUR male dicere, quia iurauerunt se ita credere: sed quamuis non ita sit, non propter hoc iurauerat falsum, nec contra mentem: ergo non sunt periuri.

RESPON. Dicendum quod facienda est visio verbo. Non enim dicit quod sint periuri, sed quod rei teneantur, quia ita retractanda est sententia diuortij lata per illa iuramenta, sicut sit lata est per iuramenta falsa: pro eo quod facti euidentia ostendit illa iuramenta fuisse nulla quantum ad illam sententiam fortificandam: nec praebuerunt fortificationem, sed potius errandi occasionem.

A Prioribus quos reliquerant, etiam si possibilitas concubendi eis reddita fuerit, reconciliari, et cet. Dub. VI.

Videtur male dicere, quia si copulentur alijs, et coeunt inuicem, tunc apertum est quod solutum est maleficium: ergo videtur quod non fuerit perpetuum: ergo, et cetera.

RESPON. Dicendum quod cum dicitur quod non possunt reconciliari, hoc intelligitur, quando praesumitur maleficium illud fuisse personale: et tunc valet vterque coniungi alij, quia non habet illegitimitatem nisi respectu alij, quia non habet alij coniugatur vere coniungitur: et ideo non potest redire ad primam. Si autem maleficium illud fuisset ita vniuersaliter, ut nullam posset cognoscere mulierem, tunc si rediret potentia cognoscendi, et vellent redire, possent, et deberent se inuicem reconciliare. Sed quis potest hoc experiri, vel dare licentiam probandi, cum haec, et multa maiora quotidie eueniant, et contingant?

Neque furiosus, neque furiosa matrimonium contrahere possunt: sed si contractum fuerit, non separantur. Dub. VII.

Videtur Fabianus hic male dicere, quia si non separantur, contrahunt: et si contrahunt, possunt contrahere.

RESPON. Dicendum quod furiosus in actu non potest contrahere nec de iure, nec de facto. Furiosus vero in habitu non potest de iure contrahere, quia prolem nescit educare. Sed tamen si sit sanae mentis in actu, potest de facto contrahere: et si contrahat, contractum est. Unde negatio prima non priuat potentiam simpliciter, sed solum de iure: vel si priuat potentiam simpliciter, tunc intelligitur de furia in actu: et sic intelligitur verbum Magistri, et verbum sequens aduersariue intelligitur de furiosis in habitu sanae mentis in actu, qui potest contrahere saltem de facto.

Nec propria uxori licet sibi reddere debitum, quam sibi reddidit illicitam, sororem eius cognoscendo. Dub. VIII.

Videtur male dicere, quia non potest eam iure suo priuare.

RESPON. Istud non tenet nunc: sed debet intelligi illud, quia non licet ei petere, nec reddere etiam ut satisfaciatur suae concupiscentiae. Sed tamen tenetur debitum reddere uxori, ex quo peccatum superuenit post matrimonium legitime contractum: unde quamuis matrimonium non claudicat quantum ad vinculum, tamen quantum ad debitum reddendum claudicare potest: sicut pater de eo, qui intrat religionem sine licentia uxoris, et emittit votum sollempne: sic in proposito intellige. Unde ista decreta, quae hic allegantur, abrogata sunt.

F Quod pro aliqua infirmitate, macula corporali, et cet. Dub. IX.

Videtur male dicere, quia magis potest sustineri, ut plurimum fornicationis culpa, in qua potest esse usus coniugij, quam illa infirmitas, in qua non potest esse usus coniugij: ergo si per fornicationem dimittitur, videtur quod et propter talem infirmitatem possit dimitti.

RESPON. Dicendum quod non sit separatio post coniugij consummationem, nisi fiat in poenam alterius: et quoniam nemo punitur nisi pro culpa, et afflictio addenda non est, hinc est quod pro qualicumque poena, vel infirmitate non est vxor reiicienda.

ARTI-

ARTICVLVS I.

CONCLUSIO.

AD intelligentiam eorum, quae in praesenti distinctione determinantur, secundum tria, quae in ea tanguntur, tria principaliter quaeruntur. Primo quaeritur de impedimentis matrimonij in generali. Secundo in speciali de impotentia coeundi. Tertio de defectu, qui venit ex parte liberi arbitrij. Circa primum quaeruntur duo. Primo quaeritur, vtrum matrimonium habeat impedimentum. Secundo, dato quod habeat plura, quaeritur de numero, et sufficientia impedimentorum.

QUESTIO I.

An matrimonium habeat impedimentum.

5. Tho. in Suppl. 3. p. q. 50. art. 1. Et 4. Sent. d. 34. q. 1. ar. 1. Guil. Altif. 4. Sent. traft. p. c. 7. q. 1. Rich. 4. Sent. d. 34. q. 1. Dur. 4. Sent. dist. 34. q. 1. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 34. q. 1. ar. 1. Franc. de Mayr. 4. Sent. dist. 34. q. 1. Steph. Brul. 4. Sent. d. 34. q. 1. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 34. q. 1.

AD OPPOSITVM.

VIDETUR matrimonium non habeat impedimentum, ostenditur: quia matrimonium est remedium contra morbum concupiscentiae: ergo si ille morbus ad omnes se extendit nullo impediendo, videtur similiter matrimonium, cum medicina debeat ex opposito respondere morbo: ergo videtur quod matrimonium in omnibus esse possit nullo impediendo.

ITEM nullum aliud sacramentum habet impedimentum, quia si aliquis suscipiat de facto, susceptum sit: ergo similiter videtur in matrimonio, quod qualicumque sit aliquis, tamen si de facto contrahat, suscipit matrimonij sacramentum.

ITEM matrimonium est insolubile vinculum, ut est supra probatum: ergo si contrahatur, numquam dirimitur: ergo nullum est impedimentum, quod dirimat iam contractum.

MAL. 19. a

ITEM matrimonium, cum sit sacramentum, operatur Deus, unde coniuncti matrimonialiter dicuntur coniuncti a Deo: sed diuina operatio non habet impedimentum, cum Deus sit agens nobilissimus: ergo matrimonium nullum habet impedimentum.

FVNDA-MENTA.

CONTRA: Matrimonium institutum est in officium: sed multi sunt inepti ad officium, utputa ad generandum per coitum: ergo multi sunt non idonei ad matrimonium: ergo, et cet.

ITEM Matrimonium institutum est in remedium: sed multi sunt, quibus non potest esse in remedium, quia non possunt conuenire: ergo, et cet.

ITEM multi sunt qui non possunt vnquam sine peccato actum illum exercere, ut puta qui vouerunt continentiam, vel quibus est prohibitum coniungi ab eo qui potest: sed omne sacramentum potest venire in usum sine peccato, cum ordinet ad salutem: ergo aliqui sunt inepti ad matrimonium.

LEM. 18. d

ITEM nihil est sacrum quod sit contra diuinum mandatum: sed sacramentum est sacrum signum: ergo nihil est sacramentum quod sit contra diuinam praerceptionem: sed diuinum praerceptum prohibet matrimonium fieri inter multa genera personarum: ergo si contrahant de facto, non est sacramentum: ergo habet impedimenta.

Matrimonij sacramentum multa habet impedimenta, cum maximo consistat in humana dispensatione, et non modo sit datum in remedium, verum etiam in officium.

RESPOND. Dicendum quod sacramentum matrimonij habet impedimentum multiplex, sicut ostendunt rationes ad hoc adductae. Ratio autem quare hoc sacramentum magis habeat impedimenta, quam alia, est duplex. Vna est ratioe causae efficientis, quia quamuis omnia sacramenta sint a diuina institutione, et humana dispensatione, tamen hoc sacramentum maxime consistit in humana dispensatione, quia per consensum contrahentium oritur, nec habet dispensatorem determinatum. Alia ratio est ratione finis, quia cum omnia sacramenta sint in remedium, istud non tantum est in remedium, sed etiam in officium: et cum alia sint spiritualia, huic coniuncta est actio carnalis, scilicet coniunctio, quae est per coitum: et ideo facilius recipit impedimenta. Ex his patent obiecta.

1. QVOD obijcitur, quod nullus excluditur a morbo concupiscentiae, dicendum quod morbus ille aliter remediabilis est, quam per matrimonium, utputa per continentiam.

2. AD illud quod obijcitur, quod alia sacramenta se extendunt ad omnes, patet responsio, quia non est simile de hoc, et de alijs, ut visum est.

3. AD illud quod obijcitur, quod est vinculum insolubile, dicendum quod verum est ex quo ligat, sed possibile est aliquos ineptos esse, ita ut hoc vinculo non vinciantur.

4. AD illud quod obijcitur, quod diuina operatio non potest impediri, dicendum quod est vbi Deus operatur, ut tota causa: sed non est sic in matrimonio, immo necesse est interuenire consensum legitimum. Praeterea, operatio ista praesupponit materiam in qua.

QUESTIO II.

An matrimonij impedimenta sint plura.

5. Tho. in Suppl. 3. p. q. 50. art. 1. Et 4. Sent. dist. 34. q. 1. ar. 1. Richardus 4. Sent. dist. 34. q. 1. Durandus 4. Sent. d. 34. q. 1. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 34. q. 1. ar. 1. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 34. q. 1. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 34. q. 1.

DE numero, et sufficientia impedimentorum matrimonij. Et quod sint multa, videtur: quia impedimenta sunt propter priuationem, vel defectum boni matrimonij: sed defectus boni malum est, ut dicit Dionysius, malum est infinitis modis, quamuis bonum sit vno modo: ergo infinitis modis videtur quod possit impediri.

ITEM impedimenta matrimonij accipiuntur secundum accidentia personarum: sed ut vult Philosophus, accidentia sunt infinita: ergo et impedimenta. Maior patet discurrendo in singulis: minor patet per Philosophum.

ITEM impedimenta matrimonij respiciunt matrimonij conditionem, et illud respicit personas singulares: sed singularia sunt infinita, et indeterminata: ergo et matrimonij impedimenta.

CONTRA: Nihil impedit matrimonium nisi secundum institutionem Dei, vel Ecclesiae: sed institutio Dei, vel Ecclesiae quantum ad matrimonium est in determinatis conditionibus: ergo, et cet.

Matrimonij impedimentum multiplex.

1. Ratio.

2. Ratio.

AD OPPOSITVM.

Dion. de diuinis nominibus cap. 7. circa finem.

Colligitur ex 11. Met. cap. 9. et 12 Met. sex. 3.

FVNDA-MENTA.

ITEM

ITEM impossibile est scire legem matrimonij, et vinculum, nisi sciantur illa, quæ istud vinculum solunt: sed lex matrimonij est nobis determinata: ergo et impedimeta: ergo sunt in numero diffinito.

CONCLUSIO.

Matrimonij impedimenta ad numerum duodenarium deducuntur, quæ sumuntur a multis, quæ in sacramento reperiuntur.

Explicatio.

RESP. AD ARG. Dicendum quod hoc sacramentum habet impedimenta plura: sed quædam impediunt ex congruitate, et ista dicuntur impedire contrahendum, sed non dirimere iam contractum, vt est Ecclesiæ interdictionum, si fiat clanculo, et tempore feriato, quia talia respiciunt solemnitatem matrimonij. Quædam impediunt de necessitate, quia non stat cum eis sacramentum: vnde dicuntur impedire contrahendum, et dirimere contractum: quia quamuis esset contractum de facto, tamen in veritate non fuit sacramentum, nec matrimonium verum. Impedimenta autem illa his verbis continentur, de quibus infra habebitur sigillatim:

Sufficietia impedimentorum.

1. Causa.

2. Causa.

3. Causa.

4. Causa.

2. Suffic.

De sufficietia ergo impedimentorum, dicendum quod impedimentum fit, siue potest fieri ex quadruplici causa. Nam ex efficiente causa prouenire possunt tria. Efficiens causa est consensus: ad consensum autem concurrunt ratio, et voluntas. Contra rationis actum est error: contra actum voluntatis, vis vel violentia: contra actum utriusque conditio seruitutis, quæ impedit partim propter defectum libertatis, partim propter errorem. Ex parte causæ materialis tria, quia matrimonium est coniunctio voluntarie introducta: ergo est personarum naturaliter disparatarum. Coniuncti ergo proximitate sunt inepti ad matrimonium. Sed coniuncti possunt esse tripliciter, consanguinitate, affinitate, iustitia publicæ honestatis, quæ contrahitur ex sponsalibus per verba de presenti: et sic sunt tria impedimenta. Ex parte causæ formalis tria, quia matrimonium est vinculum, in quo est mutua potestas viri, et vxoris: impedimentum autem contra hoc est, quando non potest dare sui corporis potestatem. Et hoc potest esse tripliciter. Aut quia tradidit alteri qui adhuc viuuit: et sic est ligatio. Aut quia se dedicauit Deo: et sic est sacer ordo. Aut quia Deo, et prælato: et sic est votum, quando quis vouet ingredi religionem vel continentiam, sollempnem. Ex parte finis similiter tria, quia matrimonium est ad procreandam prolem ad cultum Dei, vel saltem in remedium honestatis. Contra rationem procreandi, vel remedij est impotentia coeundi. Contra cultum Dei, qui est in fide, est disparitas cultus, qui est in moribus, et criminis enormitas: ita sunt duodecim impedimeta. Similiter aliquam recipiunt diuisionem, vt impotentia coeundi, et crimen: sicut melius patebit infra. Posset tamen aliter horum impedimentorum sumi sufficietia. In matrimonio enim considerantur personæ, quæ iunguntur, et ipsum vinculum, et illud per quod vincuntur, et illud ad quod vincuntur. Quod vincitur, et vinculum per quod et ad quod personæ, quæ vincuntur, debent aliquo modo conuenire in cultu Dei, et fide: sed distare vinculo naturali, et consimili, propter hoc quod natura abhorret personas multum consimiles

A in actu illo sociari. Multum igitur distant, quando sunt dispartes in cultu: multum appropinquat quando sunt iuncti cognatione, vel affinitate, vel publicæ honestatis iustitia. Propinquitas consanguinitatis est ex fructu matrimonij, sed affinitatis ex actu, iustitia publicæ honestatis tenet medium inter vtrūque: et sic sunt quattuor impedimenta, scilicet cultus disparitas, cognatio, affinitas, et publicæ honestatis iustitia. Consideratur iterum ipsum vinculum, quo vincuntur indiuidualiter: et ob hoc non possunt coniungi, vel vinciri, qui sunt alij obligati. Obligari autem alij est dupliciter, aut Deo, aut homini. Et homini dupliciter, aut per matrimonium, et sic est ligamen: aut per seruitutem, et sic conditio. Obligari similiter Deo est dupliciter. Aut per votum, aut per id, quod habet annexum votum, vt sacer ordo: et sic sunt alia quattuor, ligamē, conditio, votum, et ordo. Tertio circa matrimonium consideratur illud, per quod contrahitur: et sic est consensus: et hic respicit actum rationis, et contra hunc est error: et actum voluntatis, et contra hunc est violentia: et sic sunt duo. Quarto consideratur usus matrimonij: et hic dupliciter impeditur. Aut per impossibilitatem vtendi: et sic est impotentia coeundi. Aut per abusum. Et sic est enormitas criminis: et sic patet numerus, et sufficietia horum impedimentorum, et quod sunt in numero determinato, scilicet duodecim.

1. AD illud ergo quod obijcitur, quod malum est modis infinitis, dicendum quod Dionysius loquitur de malo quantum est de se: quia priuatio, et non ens est, et caret fine, et determinatione. Si autem loquamur de malo prout ei subternitur actus, vel per comparationem ad bonum, quod priuatur, sic ponit in genere per reductionem: et species determinatas habet, sicut patet in vitijs. Veruntamen istud non valet ad propositum, quia impedimenta matrimonij non sunt defectus vel mala, sed et aliqua bona habet impossibilia.

2. AD illud quod obijcitur secundo penes accidentia, dicendum quod non penes quæcumque accidentia, vt pote, quod sit albus, vel niger: sed penes accidentia, quæ directe respiciunt matrimonium quantum ad aliquod bonum: et ita sunt in numero determinato.

3. AD illud, quod sunt circa singularia, dicendum quod sicut operationes virtutum sunt circa singularia: tamen sermo, et cognitio est de eis prout reducuntur ad aliquod vniuersale: primo modo non habet certitudinem, secundo modo habet: sic in proposito casus emergentes sunt multi, et innumerabiles circa speciales personas: tamen omnes sub hac generalitate impedimentorum comprehenduntur: et sic patet totum.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER quantum ad secundum articulum queritur de impotentia coeundi: et circa hoc duo queruntur. Primo queritur, vtrum impotentia naturalis coeundi sit impedimentum matrimonij. Secundo queritur de impotentia coeundi accidentali, quæ est per maleficium.

QVÆ.

QVÆSTIO I.

An naturalis impotentia coeundi impediatur matrimonium.

S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 68. art. 1. Et A. Sent. dist. 34. q. 1. art. 2. Guil. Alstod. 4. Sent. tract. 9. cap. 7. q. 3. Scot. 4. Sent. d. 34. q. 1. Richardus 4. Sent. dist. 34. art. 2. q. 1. Durandus 4. Sent. d. 34. q. 2. Th. Arg. 4. Sent. d. 34. q. 1. art. 2. Stephanus Brulef. 4. Sent. dist. 34. q. 3. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 34. q. 3.

AD OPPOSITIVM

QVOD naturalis impotentia coeundi non impediatur matrimonium, ostenditur: quia verum matrimonium est matrimonium sine carnali coitu: sed quodcumque aliquis habet perfectum esse sine aliquo, non impeditur per defectum illius: ergo, et cetera.

2. ITEM voluntas continendi in vtroque coniugum non soluit matrimonium: ergo nec necessitas continendi pari ratione: sed vbi est impotentia, et cetera.

3. ITEM matrimonium est vinculum insolubile: sed possibile est impotentiam coeundi accidentalem contrahi: ergo si perpetuum non impeditur accidentali, nec matrimonium impeditur impotentia coeundi.

4. ITEM naturalis impotentia venit ex frigidityte in viro: sed frigiditas est accidens: ergo potest expelli per caliditatem: ergo et talis impotentia: sed accidens cito transiens non soluit vinculum perpetuum: ergo, et cetera. Similiter obijcitur de arctatione ex parte mulieris.

FVNDA-MENTA. CONTRA: Extra. lib. 4. de Frigidis, et maleficiis: Sicut puer qui non potest reddere debitum, non est aptus coniugio: sic qui impotentes sunt, minime apti ad contrahendum matrimonia reputantur.

ITEM in matrimonio obligatur homo ad reddendum debitum: sed nullus potest se obligare ad impossibile: sed impotens coire, non potest debitum reddere: ergo non potest matrimonium contrahere.

ITEM in matrimonio transit potestas corporis viri in mulierem, et e conuerso: sed quando alter est impotens, non transit potestas, quia nemo dat quod non habet: ergo, et cetera.

ITEM si matrimonium est in remedium: ergo inter personas, inter quas nec officium, nec remedium potest esse, non potest esse matrimonium: sed hoc est per impotentiam: ergo, et cetera.

ITEM ad hoc est auctoritas iuris 32. q. 1. quæ dat licentiam contrahendi alteri personarum in casu isto: ergo non est matrimonium.

CONCLUSIO.

Impotentia coeundi ex naturali frigidityte proueniens, matrimonium impedit.

RESP. AD ARG. Dicendum quod impotentia coeundi naturalis aut est temporalis, aut perpetua. Si temporalis, non impedit. Si perpetua, tunc impedit contrahendum, et dirimit contractum, et si alter coniugum petat separationem, separandi sunt: si autem velint mutuo cohabitare, possunt, vt qui non potest mulierem habere vt vxorem, habeat vt sororem. Sed quia dubium est vtrum impotentia talis sit perpetua: ideo Ecclesia vtrique adhibet debitam diligentiam ad sciendam perpetuitatem, et indicit cohabitare per tres annos, et experiri actum illum, et remedia, si qua possunt esse contra talem impotentiam. Ad sciendum autem S. Bon. To. 5.

A tem quod præcesserit, creditur iuramento septem- restium, vel etiam inspectioni claustrorum, alioquin statur verbo viri. Decipitur tamen Ecclesia aliquando, et cum confitetur de deceptione, iubet eos, quos separauerat, ad priora iura redire. Concedendum est igitur, quod impotentia coeundi, quæ venit ex naturali frigidityte, matrimonium impedit, si sit perpetua secundum veritatem. Qualiter autem cognoscatur eius perpetuitas, et quæ sit diligentia adhibenda, hoc est inferioris scientiæ determinare, vt Iuristarum, aut Medicorum.

1. AD illud ergo quod obijcitur, quod verum matrimonium est sine carnali copula, dicendum quod verum est, sed non est sine ordinabilitate ad carnalem copulam: quia sicut dictum fuit, necesse est consentire in mutuam corporum potestatem: hic autem consensus nullus est, nec talis obligatio in eo, qui non habet posse exercendi actum illum: et ideo argumentum non valet, quia potentia coeundi quantum ad legitimitatem personæ contrahentis est de essentia: non sic actus.

2. Per hoc patet responso ad sequens, quod voluntas continendi non impedit matrimonium, quoniam adhuc manet ordinabilitas ad actum cum voluntate, quia non necesse est esse perpetuam, pro eo quod voluntas potest verti: et ideo non est simile de impotentia et voluntate.

3. AD illud quod obijcitur, quod est vinculum insolubile, dicendum quod istud verum est, postquam contractum est legitime: et extunc si superueniat illegitimitas, hæc non soluit matrimonium: sed si prouenit, impedit contractionem: et adeo impedit, quod est videatur matrimonium contrahi secundum faciē hominum, tamen secundum veritatem non contrahitur: et ideo dicitur dirimere iam contractum, non quia illud vinculum infringat, sed tantum est impedimentum, quod est de facto consummetur in facie hominum, nullam tamen soliditatem habeat.

4. AD illud quod obijcitur, quod frigiditas est accidens, et cetera, dicendum quod frigiditas duplex est. Quædam accidentaliter, quædam complexionaliter, et per naturam. Illa quæ est in homine accidentaliter, potest vt plurimum expelli, pro eo quod non est a prima complexione. Sed frigiditas, quæ est ex complexione, et naturaliter inest, sicut in his, qui sunt insensibiles per naturam, vel per malam dispositionem membri aliquid ad hoc ordinati, vt arctitudo in muliere: si tanta est quod nullum remedium adhiberi possit secundum iudicium bonarum matronarum, hæc est quæ impedit, et hæc est inseparabilis, et perpetua: et de hac non valet ratio. Quod enim dicitur contrarium expelli per contrarium, verum est, vt dicit Philosophus, nisi alterum inest per naturam.

QVÆSTIO II.

An impotentia coeundi per maleficium impediatur matrimonium.

S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 68. art. 2. Guil. Alstod. 4. Sent. tract. 9. cap. 7. q. 3. Scot. 4. Sent. dist. 34. q. 1. Richardus 4. Sent. dist. 34. art. 3. q. 1. Durandus 4. Sent. d. 34. q. 2. Th. Arg. 4. Sent. dist. 34. q. 1. art. 2. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 34. q. 4. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 34. q. 5.

D E impotentia coeundi accidentali, quæ est per maleficium, vtrum impediatur matrimonium. Et quod sic probatur. 33. q. 1. Si per fortarias, vel maleficas occulto: sed nunquam nisi iusto Dei iudicio permittente, et diabolo

FVNDA-MENTA.

CONCLUSIO.

Impotentia coeundi per maleficium, matrimonium impedit, si precedat contractum, secus si sequatur.

RESP. AD ARG. Dicendum quod aliqui dixerunt, quod maleficium nihil erat in mundo: nec aliquis vis nisi in sola aestimatione hominum, qui multos naturales defectus attribuunt maleficijs demonu propter defectum fidei. Sed ista positio derogat iuri, et derogat opinioni vulgi, et quod maius est, experimento: et ideo non habet stabilitatem. Fuerunt et alij qui dixerunt, quod maleficium impedit coitum ad tempus, sed tamen nullum esse perpetuum, quia quodlibet dissolui potest vel per diabolum, vel per maleficium, vel per diuinum auxilium: et dixerunt illud capitulum primo propositum abrogatum. Sed certe adhuc istud est contra experimentum, et contra ius nouum; quia decretalis Honorij precipit in talibus fieri diuortium, cum experimento probatum sit multos habitasse simul per longum tempus, et adhibuisse opera magnam, et quaesisse multa remedia, et nihil omnino valuisse: et ideo per experientiam conijcit Ecclesia tale maleficium aliquando esse perpetuum. Rursus, quia multi sunt qui remedium inuenerunt, conijcit non semper esse perpetuum: et ideo hoc maleficium aliquando impedit, aliquando non. Et ideo secundum communem doctorum opinionem distinguendum est quod impotentia coeundi accidentalis, quae venit per maleficium, aut est temporalis, aut perpetua. Si temporalis, non impedit: tunc autem praesumitur esse temporalis, quando infra spatium trium annorum cohabitantes, et quam possunt operam dantes siue per Ecclesiastica sacramenta, siue per alia remedia sanari possunt. Si autem non sanantur aliquo remedio, extunc praesumitur esse perpetua. Haec autem impotentia perpetua aut praecedit legitimam contractionem matrimonij, aut sequitur. Si praecedit, facit personam illegitimam, ita quod impedit contrahendum, et dirimit iam contractum. Si sequitur, non impedit, sicut etiam de seclis dicitur causa 32. q. 7. vbi tale capitulum inscribitur, et in littera ponitur. Illi qui matrimonium sani contraxerunt, et vni ex duobus aut amentia, aut furor, aut aliqua infirmitas accedit, ob hanc causam coniugiat alium solui non possunt. Similiter intelligendum qui ab aduersarijs excaccantur, aut membris truncantur, aut a barbaris seclis sunt. Et sic concedendum, quod sicut seclio quae reddit impotentem ad coitum, facit personam illegitimam, si praecedat contractionem, non facit si sequatur: quia matrimonium non potest solui nisi per mortem vel spiritualem, vel carnalem. Vnde extra. de conuer. coniugatorum. ex parte tua, vbi dicitur: Ex quo matrimonium inter legitimas personas per verba de praesenti contrahitur, in nullo potest casu dissolui, vt viuente reliquo alter possit ad secunda vota transire. Si igitur sequatur contractionem, non impedit, si vero praecedat impedit, si sit perpetuum. Dupliciter autem sit maleficium perpetuum. Aut respectu omnis mulieris: et sic reddit inhabilem ad illam, sed non ad omnes: et tunc tales separari secundum iura possunt, alijs copulari: non sic est de frigidis; quia si copulantur alij, scit Ecclesia se esse deceptam: et ideo retrahat diuortij sententiam. Concedenda sunt igitur rationes ostendentes quod maleficium praestat impedimentum matrimonio.

1. AD illud ergo, quod obijcitur, quod potentius est Dei beneficium, dicendum quod verum est quoad id, contra quod ordinatur, vt matrimoniu, quam moribus concupiscentiae: quia morbus non vitiat matrimoniu, sed matrimonium excusat vitium. Sed matrimonium non est ordinatum ad restituendam potentiam coeundi: et ideo maleficium non vincit, nec expellit: nec ex hoc sequitur, quod maleficium sit potentius.

2. AD illud quod obijcitur, quod dissolui potest per causam et cet. dicendum quod omne tale maleficium dissolui potest per Deum, dissolui etiam potest per diabolum: sed non omne dissolui potest per maleficium, vel humanum consilium: quia malefici, sicut per confessionem eorum scitur, aliqua maleficia sciunt facere, quae ipsi ad poenitentiam conuersi non possunt destruere, nec homines sciunt consilium adhibere, propter hoc quod industria diabolica super-excellit humanam. Et quoniam humanum consilium deficit; et Deus propter meritum peccati praeteriti frequentem non exaudit, et diabolus ad hoc non debet inuocari, nec eius patrocinium implorari, hinc est quod tale maleficium dicitur esse perpetuum.

3. AD illud ergo quod obijcitur de culpa, dicendum quod non semper remotio poenae sequitur remotionem culpae. Et similiter ex parte facientis multa possunt destitui, quae non possunt constriui. Et similiter ex parte exorcismi: non enim semper habet efficaciam in expulsiorem diaboli, permittente iusto iudicio Dei.

4. AD illud quod obijcitur, quod nullum maleficium aufert potentiam comedendi, dicendum quod sicut diabolo permisa est a Deo potestas super serpentes magis, quam super alia animalia in prioris facti memoriam, vnde plus per incantationes serpentes, quam aues capiuntur: sic quia actus ille vitiosus est, et quodam modo fetens, et vt plurimum coniunguntur homines ad illum actum libidinose: ideo diabolus plus habet ibi posse, et plus ei permittitur: et hoc probatur exemplo scripturae, et auctoritatis, quoniam dicitur quod daemonium nomine Asmodaus septem viros in lecto interfecit non in conuiuio.

5. AD illud quod ultimo obijcitur, quod aequaliter se habet vis illa ad omnes, dicendum breuiter, quod verum est: et si impediretur naturali impedimento, aequaliter impediretur quantum ad omnes: sed quia de monacho ministerio impeditur qui assistit, et se obijcit secundum petitionem fortilege mulieris, impetrante hoc merito infidelitatis, sicut fides impetrat, vt Deus assistat ad faciendam miracula: sic cum fortioria respectu personae determinata facit fortilegium, quia diabolus in actu illo praesto est, et non in alijs: et tunc vel propria virtute, vel per herbam, vel lapidem, vel naturam occultam, vim impedit, ne in actu exeat, non respectu alterius mulieris, quia ad hoc inuitatus non fuit, aut quia Dominus non permittit, occultum enim Dei iudicium hic latet, sicut patet in vxore Tobiae.

ratione: ergo, et cet. I T E M plus tollit consensum stultitia, quam error: sed error impedit matrimonium: ergo multo magis furia.

I T E M furiosus non potest stare in iudicio, nec testificari: ergo nec contractum facere: sed plus est contractum facere ratione sui corporis, quam rerum: ergo si matrimonium est contractus respectu proprii corporis: patet, et cet.

I T E M furiosus non meretur, nec demeretur: sed omnis qui suscipit sacramentum, suscipit ad meritum, vel demeritum, vel digne vel indigne: ergo furiosus non potest suscipere sacramentum: et sic nec matrimonium.

1. CONTRA: Matrimonium est ad procreandam prolem ad cultum Dei: ergo qui potest hoc facere, potest matrimonium contrahere: sed furiosus potest generare: ergo potest matrimonium contrahere.

2. I T E M furia protenit accidentaliter: sed matrimonium est vinculum insolubile: ergo furia non impedit matrimonium.

3. I T E M si a furia potest quis liberari: et nemo potest scire, vtrum sit perpetua: sed impotentia coeundi non impedit nisi sit perpetua secundum veritatem, vel probabiliter conijcitur: ergo et cet.

4. I T E M furiosus potest baptizari, et recipit sacramentum baptismi: ergo consimili ratione potest matrimonium contrahere.

CONCLUSIO.

Furia concomitans, et remouens potestatem consentiendi, impedit matrimonium.

RESP. AD ARG. Dicendum quod circa hoc distinguendum est, quia furia aut concomitatur, aut praecedit, aut sequitur. Si concomitatur, tunc quia furiosus non habet potestatem consentiendi, impedit matrimonium, et nullum est. Si autem praecedit, et ille habet lucida interualla, vel sequitur, matrimonium non impedit. Rationes ergo probantes, quod impedit, procedunt ea via, qua furia est temporis consensus, et secundum actum. Si vero non esset actu furiosus, sed habitus, etiam si haberet lucidum interuallum, non deberet contrahere propter periculum, quia talis prole nescit educare, nec cum vxore debite cohabitare: tamen si contraheret, contractus esset.

1. AD illud vero quod obijcitur in contrarium, quod potest procreare prolem, dicendum quod secundum statum furiae non potest, quia nescit quis sit Dei cultus: et quia nescit etiam filios educare. Praeterea si hoc posset, non sequeretur, quia hoc non dicitur totum esse matrimonij.

2. AD illud quod obijcitur, quod accidentaliter venit, et recedit, dicendum, quod si matrimonium sit contractum per furiam, non tamen soluitur, sed impediri potest vt non contrahatur: et si etiam contrahatur, nihil sit nisi postmodum consentiat, cum habuit interualla lucida.

3. AD illud quod obijcitur, quod potest liberari a furia, dicendum quod non est simile de furia, et de impotentia coeundi, quia furia impedit ratione consensus: et consensus est in vno actu, et in modico tempore: et ideo si tunc sit furia, cum tollat consensus, impedit matrimonium. Sed impotentia coeundi est contra matrimonij usum, non contra consensus, et quia vsus totum tempus vitae concernit: ideo non est impedimentum, nisi protendatur per totam vitam.

4. AD illud quod obijcitur de baptismo, dicendum quod non est simile, quia baptismus est sacramentum contra originale: quod quia per alium contractum est, sufficit alienus consensus, nec oportet interuenire proprium: non sic in proposito, immo oportet quod contrahens consentiat.

ARTICVLVS III.

CONSEQUENTER quantum ad tertium articulum quaeritur de defectu, siue impedimento, qui venit ex parte liberi arbitrij. Et circa hoc duo quaeruntur. Primo quaeritur de perversitate rationis, quae est in furiosis. Secundo de subuersione voluntatis in incestuosis.

QUESTIO I.

An furia impediatur matrimonium.

S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 68. art. 3. Richar. 4. Sent. dist. 34. art. 4. q. 2. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 34. q. 2. art. 3. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 34. q. 5. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 34. q. 6.

FVNDAMENTA.



TRVM furia impediatur matrimonium. Et videtur quod sic, quia matrimonium est tantum consentientium, et consensus est ratione vtentium: sed furiosi non vtuntur ratione.

S. Bon. Tom. 5.

Decretal. li. 4. tit. 15. cap. 7.

AD OPPOSITVM.

lo preparante, concubitus non sequitur, hortandi A sunt, et cet. Et post: Si sanari non poterunt, separati val ebunt.

I T E M extra libro 4. de frigidis, et maleficiatis in decretali Honorij: Littera vestra, vbi est questio de eo, qui alias mulieres poterat cognoscere, sed non propriam vxorem: in fine decretalis inferitur: Ipsis cum septima manu propinquorum iuramento firmantibus se commiseri carnaliter nequiuisse, proferatis sententiam diuortij inter eos.

I T E M vbi cumque talis causa, ibi talis effectus: sed frigiditas, vel arctitudo impediabat, et dirimebat propter impotentiam reddendi debitum: ergo cum talis causa sit in maleficiatis: videtur, et cet.

I T E M maius periculum est in his, qui possunt coniungi alijs, et non sibi, quam in his, qui nullis possunt coniungi, quia potest esse multis occasio adulterij, et homicidij, et cet. Si ergo separantur propter impotentiam coeundi cum qualibet propter naturalem defectum: pari ratione propter impotentiam coeundi cum vna propter maleficium.

I T E M maleficia fiunt arte, et potestate demonum, sicut dicitur in auctoritate canonis prius posita: sed diabolus est potentior, et versutior, quam homo. Si ergo homo potest alterum omnino reddere inhabilem ad actum matrimonij, vel castrando, vel secando per violentiam, vel dando medicinam, vel per virtutem lapidis aliquam occultam, sicut aliqui medici narrant, videtur quod multo fortius hoc diabolus possit: ergo per maleficium poterit praestari efficax impedimentum.

1. CONTRA: Huiusmodi fortilegium est diabolicum maleficium: sed matrimonium est remedium, et diuinum beneficium: sed potentius est diuinum beneficium, quam diabolicum maleficium: ergo potius matrimonium soluit maleficium, quam maleficium excludat matrimonium.

2. I T E M nihil impedit matrimonium quod est temporaneum: sed maleficium omne est dissolubile: ergo per maleficium non impeditur matrimonium.

3. I T E M quod sit dissolubile, probatur ex parte eius cui fit, et modi faciendi, et per quem. Ex parte eius cui fit, quia talia maleficia fiunt per diabolica commercia, quae non habent posse super viros sanctos, quia ipsi sunt triumphatores diaboli: ergo solum super peccatores: sed iste potest desinere esse peccator: ergo, et cet. Ex parte modi, quo fit, quia omnis res, vt dicit Chrysostomus, per easdem res destruitur per quas componitur: ergo si hoc factum est per maleficium, vel maleficia: ergo per illud, vel illa potest destrui. Ex parte eius, per quem fit, quia per diabolum: sed virtus diaboli expellitur ab homine per exorcismos, etiam quando obsidet corpora: ergo videtur quod similiter quantum ad effectum maleficij.

4. I T E M videtur quod ista maleficia nullius vigoris sint, quia qua ratione habent effectum in actum illum, eadem ratione in actum omnem: ergo si per maleficia possent impedire coitum, ita possent comectionem, et gressum: et sic perire totum mundum per suum fortilegium, quod credere est sacrilegium.

5. I T E M si maleficium impedit, aut debilitando vim generatiuam, aut auferendo facultatem coeundi in actum. Si primo modo: ergo cum illa vis aequaliter se habeat ad omnes, si impedit coitum quantum ad vnam, impedit quantum ad omnes: si ergo non impedit quantum ad omnes: ergo videtur quod quantum ad nullam: et ita nihil videtur dicere, quod possit cognoscere alias mulieres, et non suam. Similiter argue de secundo modo, scilicet auferendo facultatem coeundi in actum.

2. AD illud ergo, quod obijcitur, quod potentius est Dei beneficium, dicendum quod verum est quoad id, contra quod ordinatur, vt matrimoniu, quam moribus concupiscentiae: quia morbus non vitiat matrimoniu, sed matrimonium excusat vitium. Sed matrimonium non est ordinatum ad restituendam potentiam coeundi: et ideo maleficium non vincit, nec expellit: nec ex hoc sequitur, quod maleficium sit potentius.

2. AD illud quod obijcitur, quod dissolui potest per causam et cet. dicendum quod omne tale maleficium dissolui potest per Deum, dissolui etiam potest per diabolum: sed non omne dissolui potest per maleficium, vel humanum consilium: quia malefici, sicut per confessionem eorum scitur, aliqua maleficia sciunt facere, quae ipsi ad poenitentiam conuersi non possunt destruere, nec homines sciunt consilium adhibere, propter hoc quod industria diabolica super-excellit humanam. Et quoniam humanum consilium deficit; et Deus propter meritum peccati praeteriti frequentem non exaudit, et diabolus ad hoc non debet inuocari, nec eius patrocinium implorari, hinc est quod tale maleficium dicitur esse perpetuum.

3. AD illud ergo quod obijcitur de culpa, dicendum quod non semper remotio poenae sequitur remotionem culpae. Et similiter ex parte facientis multa possunt destitui, quae non possunt constriui. Et similiter ex parte exorcismi: non enim semper habet efficaciam in expulsiorem diaboli, permittente iusto iudicio Dei.

4. AD illud quod obijcitur, quod nullum maleficium aufert potentiam comedendi, dicendum quod sicut diabolo permisa est a Deo potestas super serpentes magis, quam super alia animalia in prioris facti memoriam, vnde plus per incantationes serpentes, quam aues capiuntur: sic quia actus ille vitiosus est, et quodam modo fetens, et vt plurimum coniunguntur homines ad illum actum libidinose: ideo diabolus plus habet ibi posse, et plus ei permittitur: et hoc probatur exemplo scripturae, et auctoritatis, quoniam dicitur quod daemonium nomine Asmodaus septem viros in lecto interfecit non in conuiuio.

5. AD illud quod ultimo obijcitur, quod aequaliter se habet vis illa ad omnes, dicendum breuiter, quod verum est: et si impediretur naturali impedimento, aequaliter impediretur quantum ad omnes: sed quia de monacho ministerio impeditur qui assistit, et se obijcit secundum petitionem fortilege mulieris, impetrante hoc merito infidelitatis, sicut fides impetrat, vt Deus assistat ad faciendam miracula: sic cum fortioria respectu personae determinata facit fortilegium, quia diabolus in actu illo praesto est, et non in alijs: et tunc vel propria virtute, vel per herbam, vel lapidem, vel naturam occultam, vim impedit, ne in actu exeat, non respectu alterius mulieris, quia ad hoc inuitatus non fuit, aut quia Dominus non permittit, occultum enim Dei iudicium hic latet, sicut patet in vxore Tobiae.

De hoc Leo Papa ait: Nullus ducat in matrimonium, quam prius polluit adulterio. Item: Relatus est auribus sanctorum sacerdotum, quemdam alterius uxorem stupro violasse: et insuper mœchæ iuramentum dedisse, quod post legitimi mariti mortem, si superviveret, duceret eam in uxorem: quod et factum est. Tale ergo concubium prohibemus et anathematizamus. His alijsq. auctoritatibus vetantur in coniugium copulari, qui se prius adulterio macularunt. Sed contra Augustinus ostendit dicens: Denique mortuo eo, cum quo fuit verum coniugium, fieri potest coniugium cum qua praecepsit adulterium. Idem: Possit fieri sane licitas nuptias ex personis illicitè coniunctis honesto placito subsequente, manifestum est.

Determinatio.

SED hæc ultima auctoritas de concubinis loquitur, non prohibens concubinas posse transire ad honestum placitum nuptiarum, si castitatem et fidem servare velint. Prima vero auctoritas Augustini de illis agit, qui de peccato penituerunt, et nihil in mortem viri machinate sunt, nec vivente viro fidem adulteræ dedit mœchus, quod eam in coniugio duceret si superviveret. Qui vero hæc faciunt, alijs præmissis auctoritatibus prohibentur copulari.

DISTINCT. XXXV.

De diuortio, quod fit propter adulterium.

Hoc etiam notandum est, quod cum Dominus concedat, et cetera.

Expositio textus.

Diuisio.

VPRA egit Magister de triplici impedimento matrimonij. Hic agit de diuortio quod ortum habet ex culpa, et peccato. Et quoniam adulterium potest precedere matrimonium, vel sequi: et secundum quod præcedit, causat diuortium, et secundum quod sequitur similiter: ideo hæc pars habet duas. In prima agit de diuortio, quod fit propter adulterium, quod sequitur matrimonium. In secunda agit de adulterio, quod antecedit matrimonium, ibi: Solet etiam queri an valeat duci, et cet. Prima pars habet quatuor particulas. In prima ostendit Magister, quod vir innocens potest fornicariam dimittere, et econverso. In secunda ostendit, quod si ambo fornicantur, vnus non potest alterum inuitum dimittere, ibi: Si vero queritur an adulter adulteram. In tertia ostendit, quod post diuortium coniuge vivente neuter potest nubere, ibi: Si quis autem fornicationis expertus, et cet. In quarta quod possunt inuicem reconciliari, ibi: Possunt autem reconciliari, et cet. In secunda vero parte principali primo opponit, deinde soluit.

Nequit adultera vxor dimitti a viro nisi ipse, et cet. Dub. I.

Queritur, vtrum vir, qui fornicatur in occulto, possit dimittere uxorem, quæ fornicatur in aperto. Et quod sic, videtur: quoniam vir potest agere contra uxorem, et illa non potest excipere contra virum, et sic excipit, nihil valet, cum non possit probare. Iuxta hoc queritur, in quibus casibus competat vxori excipere contra virum petentem diuortium.

RESP. Dicendum quod talis fornicans non debet eam dimittere, nec potest sine peccato in conspectu Dei, licet possit in conspectu Ecclesiæ, pro eo quod vxori non defuit ius excipiendi, quamvis defuit probatio. Argumentum est 32. q. 6. per totum. Si tamen vir egisset penitentiam, et illa accusata noller agere penitentiam, si perseveraret in adulterio, creditur tunc, quod vir possit eam accusare, et dimittere per sententiam. Si vero vir esset in crimine notorio sicut vxor, non posset. Vnde septem sunt casus, in quibus

A secundum iura adultera potest excipere contra virum. Primus est, si fornicariam coniunxit. 22. q. 7. per totum, et extra de diuortijs. Secundus, si quis prostituit eam, extra de eo, qui cognouit consanguineam vxoris suæ, discretionem, et cet. Tertius, cum credebatur maritum in bello defunctum, et nupsit alij. 34. q. 1. cum per bellicas. Quartus, si cognita fuit latenter ab aliquo, quem credebatur esse virum suum. Argumentum 34. q. 1. Quintus, si fuerit vi oppressa 32. q. 5. proposito, et c. hoc autem intelligendum est de vi absoluta, non de metu. Sextus, quando reconciliauit eam sibi post adulterium, et petijt debitum 32. q. 1. Septimus est rarus, si infidelis repudiat vxorem, et illa ducit virum alterum, si veniat ad fidem debet eam recipere, non obstante quod fuerit fornicata: extra de diuortio. Gaudemus.

Cum tanto grauius eos puniri oportuerit, et cet. Dub. I I.

Queritur quis grauius peccat, vtrum mulier, quæ adulteratur, quam vir, vel econverso. Et quod magis vir, videtur littera dicere. Item: Sexus muliebris est infirmior, et ad lapsum pronior per naturam: ergo magis excusatur a culpa. Sed contra hoc est, quod sexus muliebris naturaliter est verecundior, et viro debet esse subiectionis: ergo videtur quod grauius peccat, si adulteretur.

RESP. Dicendum quod ista duo crimina se habent sicut excedentia et excessa. In hoc enim quod sexus virilis est habilior per naturam, et debet regere feminam, grauius peccat adulterando, sed quia vir maiorem habet impulsivem ad luxuriam propter fortitudinem caloris, et quia maiorem habet copiam, necesse est sexus verecundus per naturam: hinc est quod mulier grauius peccat, ideo maior ex peccato mulieris oritur infamia tam viro, quam mulieri. Vnde aliquo modo verum est hoc, quod dicit Gregorius de carnalibus vitijs quod sint minoris culpæ, sed maioris infamiæ. Ferre enim in omnibus istud reperitur, quod ad inuicem comparata se habent vt excedentia, et excessa. Verum tamen quod magis excedat fornicatio mulieris, videtur, quia magis lædit virum, et minus habet impulsivum, licet sit minus fortis ad resistendum: illud enim recompenatur per humanam verecundiam, quæ debet eam retrahere multum.

Patronus enim est surpitudinis, qui celat crimen uxoris. Dub. I I I.

Videtur male dicere Chrysostomus, quia: Fidelis est qui

Peccata carnalia sunt minoris culpæ, sed maioris infamiæ.

qui celat crimen amici: ergo bonum est crimen celare. Item qui scienter infamat alterum, aufert ei maximum bonum: ergo grauius peccat. RESP. Dicendum quod celare est dupliciter. Aut cum scit, sed tamen est occultum alijs, et non detegit. Aut cum scit apertum, et notum, et dissimulando cooperit. Primum est fidelitatis. Secundum vero est præbere patrocinium sceleri. Vel aliter: Celare hoc est dupliciter. Aut in præiudicium correptionis: aut in supportationem peccatoris, et infirmi: et primum est malum, secundum vero est bonum. Vel aliter: Celare crimen hoc est dupliciter. Aut personæ quæ potest prodesse: aut personæ quæ potest obesse. Primum est malum, secundum est licitum. Et sic patet illud.

Quod tibi durum videtur, vt post adulterium sibi reconcilietur coniux. Dub. I V.

Queritur, si sententia diuortij lata est per errorem, et post vir promotus est ad sacerdotium, si error Ecclesiæ, et deceptio pateat, vtrum reddendus sit vxori, si ipsa non vult continere. Et quod sic, videtur: quia mulier habebat ius suum, et saluo iure mulieris non poterat continentiam vouere contra voluntatem vxoris.

RESP. Dicendum quod inducenda est ad continentiam, quod si manifesta deceptio in latone prioris sententiæ apparet, et ipsa non vult continere, debet vir suus ei reddi. Verumtamen ille non poterit petere debitum, quoniam quantum in se fuit, continentiam vouit. Et hoc dico, nisi mulier fuerit fornicata.

Et insuper mœcha iuramentum dedisse, quod post legitimi, et cet. Dub. V.

Videtur hic velle, quod fides superaddita impediatur iuramentum. Sed videtur quod non, quia licitum est hanc ducere uxorem post mortem viri: ergo licitum est promittere: ergo propter illam promissionem non debet impediri sequens matrimonium, sed confirmari: ergo si simplex adulterium non impedit, videtur quod nec impediatur cum fidei datione.

RESP. Dicendum quod talis fides non est fides, sed potius infidelitas, pro eo quod est contra bonum fidei, quo vxor tenetur alligata viro: et ideo cum in fidei datione matrimonia inchoentur, et talis fides matrimonio repugnet, non inhiat, immo simpliciter inhabilis reddit, quia nec initiari amplius inter tales personas potest, nec consummari similiter. Si autem alter in mortem viri machinetur propter contrahendum matrimonium, potius se facit inhabilem, quam se reddat habilem. Quod ergo obijcit, quod est licitum, dicendum quod non est: tum quia fit ex mala causa: tum quia est occasio multorum malorum: et ideo si iurat, non obligatur ad iuramentum seruandū, sed potius ad penitentiam faciendam pro iuramento male et inordinate emisso, et sic patet illud.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam præsentis distinctionis queritur de diuortio. Et circa hoc sex queruntur. Primo queritur, vtrum liceat uxorem dimittere ex causa fornicationis. Secundo, vtrum dimittere uxorem fornicariam sit in præcepto. Tertio, vtrum possit quis fornicantem dimittere propria auctoritate. Quarto, vtrum diuortio celebrato possit aliam uxorem ducere. Quinto, vtrum post diuortium possint inuicem reconciliari. Sexto, vtrum diuortium nullo peccato præcedente possit sine culpa fieri.

QVÆSTIO I.

An causa fornicationis possit fieri diuortium.

Si hoc in Suppl. 3. p. q. 62. art. 2. Et 4. Sent. dist. 35. q. 1. art. 1. Richardus 4. Sent. dist. 35. q. 1. Steph. Brulsi 4. Sent. dist. 35. q. 1. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 35. q. 2.

VD d possit fieri diuortium ex causa fornicationis, ostenditur: Si quis uxorem dimitterit, excepta causa fornicationis: ergo si hanc causam excipit, et vera est exceptio Domini, videtur quod ex hoc licet dimittere.

ITEM ratione videtur: quia alter coniugum non habet potestatem in corpore alterius, nisi quia dat ei sui corporis potestatem: si quantum est in se, subtrahit potestatem sui corporis, amittit potestatem in corpore coniugis: sed hoc facit per fornicationem: ergo, et c.

ITEM vir non tenetur esse cum vxore, nec reddere debitum, nisi ratione bonæ fidei, nec econverso: ergo si fornicans frangit bonum fidei, non tenetur debitum reddere, nec cohabitare: ergo potest eam dimittere.

ITEM alter coniugum fornicando scandalizat alterum, quia est factum minus rectum, præbens occasionem ruine: ergo si omne quod scandalizat, potest homo a se sequestrare, vt patet: Si oculus tuus scandalizat: ergo, et cet.

CONTRA: Quod Deus coniunxit, homo non sepat: sed coniuges sunt diuinitus coniuncti: ergo non debent humano iudicio separari: ergo nec diuortium fieri ex aliqua causa.

ITEM non est reddendum malum pro malo: ergo quamuis vxor fornicando iniurietur viro, vir non debet ei reddere malum: ergo non debet eam abijcere.

ITEM sicut dicunt Canones, vtroque fornicante non potest alter ab altero separari: sed maior culpa est cum vterque fornicatur quam alter: ergo si non potest fieri diuortium ex maiori culpa, nec ex minori.

ITEM propter defectum boni prolis, vtrpura si alter sit sterilis, non potest coniux dimitti: ergo si hoc non minus sit bonum prolis, quam bonum fidei, videtur quod propter defectum fidei matrimonium non soluitur.

ITEM quero, qua de causa possit diuortium fieri magis ex fornicatione, quam ex alio peccato. Si quia peccat in coniugem, similiter peccare potest detrahendo, odiendo, et cet. Si vero quia diuidit carnem: ergo cum in peccato sodomitico non diuiditur caro, videtur quod ex illo non possit dimitti vxor: quod nefarium videtur, cum illud sit magis contra matrimonium.

ITEM quero, cum in repudio vir, et vxor non iudicantur ad paria, quia vxor non repudiabat virum: vnde est hoc, quod in diuortio ad paria iudicantur secundum iura. Præterea, quæ est differentia inter diuortium, et repudium.

CONCLUSIO.

Ex fornicationis causa diuortium fieri potest, si culpabilis fuerit fornicatio, et singularis, ita videlicet quod alter non sit particeps.

RESP. AD ARG. Dicendum quod propter fornicationem.

FUNDAMENTA. Mar. 19. b

Mat. 6. c

AD OPPOSITVM. Mat. 19. a

F

fornicationem licitum est fieri diuortium inter coniuges, altero postulante. Et ratio huius est, quia Dominus concessit. Ratio autem quare concessit, haec est, quia non seruanti fidem, immo frangenti, non tenetur vir fidem seruare: et quia directe peccauit contra actum matrimoniale, in eodem puniri debet. Concessit igitur Dominus diuortium fieri hoc exigente aequitate iuris matrimonialis, quae surgit ex hoc quod, alter iniuriatur alteri culpabiliter subtrahendo ius, quod habebat in corpore sine iniuria alterius. Vnde non ex quacumque fornicatione fit diuortium, sed ex ea, quae est culpabilis, et singularis in altera personarum. Si ergo fornicetur sine culpa, vtpote per violentiam, vel per ignorantiam, cum credit alium, cum quo coit, esse virum suum, aut credit virum mortuum, et contrahit cum alio, ex tali non fit diuortium. Si vero fornicatio non est singularis, vel quia alter similiter fornicatur, et non potest de hoc alterum increpare, vel etiam quia alter fornicatur altero consentiente, et profituente: et tunc est particeps criminis, vel etiam altero occasione praebente, vtpote cum repudiavit eam, et illa contraxit cum alio: si ambo veniant ad fidem, seu lucem, tenetur ipsam recipere: vel etiam ab altero tolerante, et dissimulante, vtpote cum cognoscit eam voluntarie, postquam scit coniugem fornicari. Omnibus his modis fit quasi criminis particeps: et ideo non fit ei iniuria, et ideo ex causa tali non debet fieri diuortium: quod si fiat ex tali causa propter defectum probationis, peccat ille qui procurat diuortium, quia iniuste subtrahit ius coniugi.

1. Ad illud ergo quod obijcitur, quod fit ab homine diuortium, dicendum quod falsum est, immo a Deo fit ex causa iusta. Non enim homo separat, sed Deus, quos poena damnat, quos reatus accusat, quos maleficium coarctat.

2. Ad illud quod obijcitur, quod non est reddendum malum pro malo, dicendum quod si quis vxorem dimittat in ultionem iniuriae, vtiq; peccat, sed dimitti debet propter scandalum proprium euitandum, et propter vxoris vitium corrigendum.

3. Ad illud quod obijcitur, quod non debet propter peccatum vtriusque, dicendum quod diuortium non fit nisi altero petente, et altero coniugum alterum repellente, quia quando vterque reus est, non habet actionem in alterum: quia in quo iudicat alterum, se ipsum condemnat. Cum autem alter est innocens, potest agere: ideo non est simile.

4. Ad illud quod obijcitur, quod non fit propter defectum prolis diuortium, dicendum quod non est simile, quia fornicator peccat in corpus comparis: sed si defectus est prolis, potest esse sine peccato, vel saltem sine peccato in corpus viri.

5. Ad illud quod quaeritur, quare fornicatio separet, dicendum quod est culpa non tantum contra Deum, et contra corpus suum, sed contra matrimonij bonum, et contra coniugij actum, et contra corpus coniugis. Est enim contra fidem, et contra actum matrimoniale. Abutitur etiam corpore, quod non est suum, sed alterius: et ideo talis amittit ius petendi debitum: et quia hoc totum est in peccato contra naturam, ideo sub fornicatione comprehenditur.

6. Ad illud quod quaeritur de repudio, dicendum quod differt repudium, et diuortium, quia repudium fiebat ex indebita causa, sed diuortium ex debita, et illud est permissum, hoc concessum. Differunt etiam quia post repudium non prohibebantur nubere, post diuortium autem prohibentur. Differunt etiam quia vir repudiabat vxorem, non econuerso: vnde non iudicabantur ad paria, in diuortio iudicantur ad paria. Et huius ratio est, quia mulier merito primi peccati est subiecta viro: sed post reconciliationem Christi, in quo non est seruus, et liber, masculus, et femina: omnino quantum ad legem tori ad paria iudicantur.

Q V A E S T I O II.

An dimittere vxorem fornicariam sit in praeccepto.

S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 62. ar. 2.
Et 4. Sent. dist. 35. q. 1. ar. 2.
Richard. 4. Sent. dist. 35. q. 2.
Steph. Brul. 4. Sent. dist. 35. q. 3.
Petrus de Tarrant. 4. Sent. dist. 35. q. 2.

VTRVM dimittere vxorem fornicariam sit in praeccepto. Et quod non, videtur: quia dicit Glossa: Dominus permittit causa fornicationis dimittere vxorem: sed permissio non est praecceptum: ergo, et cetera.

ITEM esto quod vir non peccauit, tunc ergo ius habet, et actione in petendo debitum ab vxore, quantumcumque vxor peccet: ergo qualitercumque peccat, non tenetur eam dimittere.

ITEM ipse vir non tenetur continere, nisi velit: ergo cum dimissa vxore teneatur continere, non tenetur vxorem dimittere.

ITEM vnusquisque potest iniuriam sibi illatam dimittere, et peccanti parcere, nec tenetur a peccante poenam exigere: ergo quotiescumque mulier peccauerit in virum adulterando, vir potest remittere: ergo non tenetur eam dimittere.

CONTRA: per Chrysostomum: Sicut crudelis, et iniquus est qui castam dimittit, sic stultus, et iniustus est qui retinet meretricem: ergo, et cetera.

ITEM Hieronymus: Cum mulier se fornicatione a viro separauerit, non debet teneri, ne virum quoque sub maledicto faciat, dicitur Scriptura. Qui tenet adulteram stultus, et impius est.

ITEM viri est cohibere, et corrigere vxorem: ergo si cohabitatur cum muliere adultera affectu maritali, consentit sceleris: ergo si tenetur non consentire: patet, et cetera.

ITEM mulier fornicans meretricatur: sed qui adhaeret meretrici, vnum corpus efficitur: ergo cum membra Christi non debeant fieri membra meretricis, tenetur ab ea separari.

C O N C L V S I O.

Fornicariam vxorem publice, et perseveranter, peccantem tenetur vir dimittere ex praeccepto: secus si occulto, et poenitent.

RESP. AD ARG. Dicendum quod fornicans coniux, aut fornicatur in occulto, aut in manifesto. Si in occulto, sic non potest dimittere eam, quia non potest probare, et non est nostrum de occultis iudicare. Si in manifesto, aut perseverat in malitia, aut conuertitur ad poenitentiam. Si perseverat in malitia, sic quia scandalizat, et quia vir tenetur vxorem corrigere iuxta mandatum Euangelicum, tenetur eam dimittere. Si autem poenitet, et se corrigit, non tenetur: et in primo casu loquuntur auctoritates sanctorum, et canonum, vnde Hieronymus: Si vir scit vxorem deliquisse, et mulier permanferit in fornicatione, et viuunt cum ea vir, particeps est peccati eius: tenetur ergo vir vxorem corrigere, ideo et fornicantem dimittere, et ratione huius ad tempus continere: nec amittitur in vxorem, vt infra parebit: et quamuis debeat dimittere iniuriam, debet tamen corrigere culpam. Et sic concedenda sunt rationes, quod non tenetur simpliciter dimittere, sed in casu: nec tunc ad omne tempus.

FVNDAMENTA. 1. Cor. 7. 6

AD OPPOSITVM. In Matth. Hom. 26. In cap. 9. Matth. Proh. 18. 6

1. Cor. 6. 6

pus, sed aliquod, pro eo quod non tenetur perpetuo continere: sed quemadmodum vxore infirmante corporaliter tenetur continere ad tempus, ita vxore infirmante spiritualiter ad eius correptionem tenetur ad tempus eam repellere: quoniam quamuis possit culpam indulgere, debet tamen corrigere. Haec enim simul a Domino praeccepta sunt cuiuslibet, scilicet vt proximo suo vnusquisque parcat: iterum, quod parcedo corripiat. Et haec duo simul tanguntur in Matheo. Similiter rationes ad oppositum concedenda sunt in eo casu, in quo mulier indiget aliqua manifesta correptione propter criminis infamiam, et euidentiam.

TAMEN quod obijcit, quod est meretrix, dicendum quod meretrix dupliciter potest cognosci. Aut secundum quod meretrix, et sic cognoscitur a non suo: et hoc modo Apostolus iudicat vituperat, quia est in contumeliam Christi. Potest iterum cognosci, vt vxor: et sic in nullis est contumeliam, immo cognoscitur ordinata. Item: Cum dicitur, quod cognoscere meretricem est malum, intelligenda est propositio cum reduplicatione in quantum est meretrix, siue affectu meretricio: et sic patet totum.

Q V A E S T I O III.

An aliquis propria auctoritate possit dimittere vxorem fornicantem.

S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 62. ar. 3.
Et 4. Sent. dist. 35. q. 1. ar. 3.
Richardus 4. Sent. dist. 35. q. 3.
Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 35. q. 3.
Petrus de Tarrant. 4. Sent. dist. 35. q. 3.

VTRVM possit quis vxorem fornicantem dimittere propria auctoritate sine iudicio Ecclesiae. Et quod sic, videtur: quia Dominus dat iustam sententiam, cum iubet dimitti ex causa fornicationis: ergo si hoc est de iustitia, et quod a Deo iudicatum est, non indiget ampliori iudicio: ergo sine omni alio iudicio potest eam dimittere.

ITEM: Ioseph cum esset vir iustus, cogitauit occulte dimittere Mariam: Glossa dicit quod fuit iustus, et pius. Iustus, quia voluit dimittere, pius quia noluit propalare: ergo cum Ioseph laudetur, quia voluit occulte dimittere: licet ergo sine iudicio Ecclesiae dimittere.

ITEM possibile est quod fornicatio nota fit soli viro, sed nihilominus tenetur vir vxorem corripere: sed diuortium erat ad correptionem fornicariae: ergo cum hoc non possit probare in facie Ecclesiae, saltem tenetur, si non potest eam dimittere in publico, dimittere in occulto.

ITEM si vir post cognitam fornicationem, voluntarie vxorem cognoscit, contrahit irregularitatem, et etiam amittit actionem contra fornicariam: ergo si ad hoc non tenetur, potest vxori debitum denegare: et ita potest eam dimittere.

CONTRA: Nullus seipsum debet vindicare, quia mihi vindictam, dicit Dominus: Ergo si mulier peccauit in virum, vir non potest eam propria auctoritate dimittere.

ITEM nullus in eadem causa potest esse actor, et iudex: sed vir est actor: ergo non debet esse iudex.

ITEM repudium in legem non licebat fieri nisi auctoritate iudicium ciuitatis cum datione libelli: ergo multo fortius nec in noua lege.

FVNDAMENTA. Rom. 12.

Mat. 18. c

AD OPPOSITVM. Mat. 19. b

S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 62. ar. 3.

ITEM si vir propria auctoritate dimittat vxorem reclamantem, compellitur eam recipere, quia praeter ordinem iuris eam dimisit: ergo non videtur, et cetera.

ITEM matrimonium non potest contrahi in occulto sine peccato: sed facilius est ipsum contrahere, quam diuidere: ergo in occulto sine peccato non potest diuidi.

C O N C L V S I O.

Fornicariam vxorem quo ad totum potest vir propria auctoritate dimittere, sed quo ad cohabitationem, non potest sine iudicio Ecclesiae.

RESP. AD ARG. Dicendum quod contingit vxorem dimitti a viro dupliciter. Vel quantum ad totum, et mutuum cohabitationem. Si primo modo, sic dico quod vir comperit, et cognito certitudinaliter quod vxor fornicatur, vel econuerso, potest debitum denegare: nec ad hoc tenetur, nisi per censuram Ecclesiasticam compellatur: et tunc si compulsus debitum reddidit, nullum ei praediuicium generatur. Ratio huius est, quia tenetur, et debet corrigere suum comparem, vel coniugem in occulto. Si autem loquamur de separatione secundo modo, sic dicitur diuortium: et hoc quia est in manifesto, non debet fieri in occulto, sed in facie Ecclesiae: et quia matrimonium est magnum sacramentum, non sub quocumque iudice, sed coram Episcopo: et hoc est quod dicitur: saeculares, et cetera. Quod fuit editum in Concilio Carthaginensi, cui interfuit Augustinus, vbi dicitur: Si antequam ad Episcopos comprouinciales distidij causas dixerint, et priusquam in iudicio damnentur, vxores suas abiecerint, a communione Ecclesiae, et sancto populi coetu, et pro eo quod coniugia maculant, separentur. Et iterum in eadem quaestione Nicolaus Papa: Non licet alicui sua auctoritate vxorem suam dimittere. Vnde secundum ius commune tenetur iterum eam resumere, quia iniuste expoliati restitui debent ante litem contestationem: et hoc dico, nisi obijciat ei fornicationem, quam velit incontinenti probare, vel aliquod consimile.

1. Ad illud ergo quod obijcitur, quod Dominus sententiam tulit, dicendum quod falsum est, quia non tulit sententiam, sed expressit: et secundum illud ius Episcopis potestatem sententiandi dimisit.

2. Ad illud quod obijcitur de Ioseph, dicendum quod non est simile, quia tunc propter fornicationem non fiebat diuortium, sed homicidium: et Ioseph tanquam pius, timebat mortem Mariae.

3. Ad illud quod obijcitur, quod si fornicatio soli viro nota est, dicendum quod tunc debet vxorem corripere in occulto, non per diuortium.

4. Ad illud quod obijcitur, quod trahit irregularitatem, et amittit actionem, si cognoscit voluntarie, dicendum quod non tenetur eam cognoscere: nec tamen ex hoc debet eam propria auctoritate dimittere. Rationes ad oppositum probant, quod diuortium non potest fieri nisi in facie Ecclesiae, cum sit publicum, et hoc est verum.

QVA

QVÆSTIO IV.

An diuortio celebrato possit vir aliam uxorem ducere.

5. Tho. in suppl. 3. p. q. 65. art. 4. Et 4. Sent. dist. 35. q. 1. art. 4. Richardus 4. Sent. dist. 35. art. 3. q. 1. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 35. q. 1. art. 2. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 35. q. 4. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 35. q. 4.

FVNDAMENTA. 1. Cor. 7. b

TRVM diuortio celebrato vir possit aliam uxorem ducere, vel vxor alium virum. Et quod non, videtur: Præcipio non ego, sed Dominus uxorem a viro non discedere, quod si discesserit, manere inuictam.

ITEM Augustinus de bono coniugali: Manet inter viuentes coniugale vinculum, quod nec separatio, nec cum alio coniunctio potest auferre.

ITEM ratiõ videtur: quia si alter possit nubere, cum matrimonio non claudicat, posset vterque nubere: ergo quotiescumque aliqua vellet habere alium virum, posset habere fornicando, quod stultum est dicere.

ITEM si propter fornicationem solueretur omnino matrimonium: ergo si aliquis cognosceret uxorem, ex quo fornicata est, cum iam non sit inter eos matrimonium, peccaret mortaliter, quod est inconueniens dicere.

AD OPPOSITVM Osee 2. a

CONTRA: Non vxor mea, et ego non vir eius. Glossa: Quia pristinos errores non reliquit: ergo anima, quæ non relinquit errores, non est vxor Dei: ergo a simili si ita est in signato, et in signo, mulier quæ fornicationem non reliquit, non est vxor viri, et si hoc: ergo vir potest cum alia nubere.

Mat. 19. b

ITEM: Qui dimiserit uxorem, et aliam duxerit, excepta causa fornicationis, mæchatur: ergo si recta est exceptio, licet ex causa fornicationis uxorem dimittere, et aliam ducere.

ITEM ratiõ videtur: quia adulterando diuinit carnem suam: sed sacramentum matrimonij est, quod sint duo in carne vna: ergo sacramentum per fornicationem soluitur: ergo non est ibi amplius matrimonium.

ITEM post diuortium vir in nullo tenetur vxori, nec in quantum ad debitum soluendum, nec quo ad cohabitationem: ergo si aliquis est a lege vxoris solutus, potest contrahere: et si hoc, cum vir solutus a lege vxoris possit contrahere: videtur, et cetera.

CONCLUSIO.

Diuortio celebrato inter personas legitime coniunctas, non possunt separari alteri nubere.

RESPOND. AD ARG. Dicendum quod diuortium potest fieri dupliciter. Aut quia personæ erant illegitimæ ad contrahendum ad inuicem simpliciter: et tunc vterque potest alteri nubere, sicut supra distinctum est. Potest etiam fieri propter crimen fornicationis: et tunc non potest contrahere nec vir, nec mulier: quia cum essent personæ legitimæ, fuit inter eas sacramentum, quod est vinculum insolubile. Vnde diuortium non est separatio quantum ad vinculum sacramentale, sed quantum ad debitum, et cohabitationem.

1. AD illud ergo quod obijcitur, quod anima fornicatoris non est vxor Dei, dicendum quod matrimo-

num non est signum, vel sacramentum huius principaliter, sed coniunctionis diuinæ naturæ, et humanæ, quæ nullatenus soluitur: ideo non est simile.

2. AD illud quod obijcitur de exceptione Domini, dicendum quod exceptio non refertur ad vtrumque actum, sed ad alterum tantum, scilicet ad actum dimissionis: vnde oratio illa duas habet causas veritatis: vnde quia procedit ad alteram tantum, inde fit consequens.

3. AD illud quod obijcitur, quod soluitur sacramentum, dicendum quod illud non est de necessitate sacramenti, quod caro sit indiuisa: sed de nobilitate, et dignitate. Quamuis enim caro alterius diuidatur, nihilominus sunt duo in vna carne.

4. AD illud quod obijcitur, quod post diuortium vir in nullo tenetur vxori, nec econuerso, dicendum quod quamuis nihil teneatur vxori reddere: nihilominus tamen sacramentaliter est ligatus: et quia est ei alter alligatus quamdiu viuunt: ideo non potest alteri alligari.

QVÆSTIO V.

An post diuortium possint vir et mulier inuicem reconciliari.

5. Tho. in Suppl. 3. p. q. 62. art. 4. Et 3. Sent. d. 35. q. 1. art. 3. Richardus 4. Sent. dist. 35. art. 3. q. 2. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 35. q. 1. art. 2. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 35. q. 5. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 35. q. 5.

TRVM post diuortium possint vir, et vxor inuicem reconciliari. Et quod sic, videtur: Si discesserit vxor a viro, præcipit manere inuictam, aut viro suo reconciliari: ergo potest ei reconciliari.

ITEM quod vir innocens possit reconciliari vxorem inuictam, videtur: quia non peccauit: ergo nihil amisit de iure suo: ergo potest petere debitum: ergo illa tenetur reddere.

ITEM vir non tenetur continere, quia non obligatur nec ex voto, nec ex pœna, et non potest alteram ducere: ergo potest sibi uxorem propriam reconciliari.

ITEM quod fornicaria possit reconciliari virum inuictum, videtur: esto quod sufficienter egerit penitentiam, remissa est culpa, et pœna: ergo cessat causa diuortij: et quia cum causa cessante cesset effectus, videtur, et cetera.

ITEM possibile est virum fornicari: sed fornicante viro competit exceptio contra virum petentem diuortium: ergo pari ratiõne competit actio mulieri ad repetendum virum.

CONTRA: Regula est in Canone: Quod semel bene diffinitum est, nulla debet iteratione retractari: ergo cum diuortium sit celebratum per diffinitionem Ecclesiæ: patet, et cetera.

ITEM vterque potest seruare continentiam, et vouere post diuortium: ergo vnus non habet ius in altero: ergo si non habent inuicem ius, non possunt inuicem reconciliari amplius.

ITEM quod fornicanti non competat actio in alium, videtur: quia regula est in iure, quod actio semel perempta non restituatur: ergo si ex fornicatione amisit ius petenti debitum: patet, et cetera.

ITEM quod vir non possit sibi reconciliari fornicariam, videtur: quia in iudicio petijt, et obtinuit separationem: ergo renunciauit iuri petendi debitum:

FVNDAMENTA. 1. Cor. 7. b

AD OPPOSITVM Can. 6. q. 4

bitum: et si hoc, cum non possit agere ex eo, cui renunciauit: videtur, et cetera.

CONCLUSIO.

Reconciliatio fieri potest de vtriusque partis consensu inter eos, qui diuortio sunt separati, dissentientibus tamen nequaquam: quod si nocens innocentem petat, non debet cogi: sed si innocens nocentem postulet, debet compelli.

RESP. AD ARG. Dicendum quod ad reconciliationem faciendam; aut vterque concordat, aut vterque discordat, aut vnus petit, et alter repugnat. Si vterque concordat: absque dubio fit. Si vterque discordat: nec potest, nec debet fieri, nisi fiat propter scandalum Ecclesiæ, quæ scandalizatur pro eo quod vterque fornicatur publice. Si autem alter petit, et nocens petit innocentem: et sic non debet cogi ad reconciliationem. Aut nocens innocentem, vt vir castus vxorem adulteram: et sic ipsa inuita debet reconciliari per iudicium Ecclesiæ, quia sicut dicunt iura: quod in meum fauorem introductum est, in meum damnum non debet retorqueri. Aut nocens nocentem petit, vt mulier, quæ prius est fornicata, repetit virum, qui est post diuortium fornicatus: et sic restituendus est maritus vxori inuitus, non quia actio mulieris restituta sit, sed in pœnam fornicationis, quia abusus est priuilegio libertatis. Quancumque tamen mulier faciat penitentiam, numquam acquirat ius in virum ipso nolente nisi vir fornicetur: et hoc propter contumeliam, quam intulit matrimonio, quia directe peccauit contra bonum fidei. Ex his patet solutio obiectorum ad primam partem.

1. AD illud ergo quod obijcitur, quod non est retractanda sententia, dicendum quod hoc verum est: quantum est de rigore iuris: non tamen quantum est de fauore personæ innocentis, vt dictum est.

2. AD illud quod obijcitur, quod vterque potest vouere continentiam, dicendum quod falsum est, quia fornicans non potest nisi alter consentiat, et nisi post penitentiam velit eam recipere: Episcopus potest eam licentiam, vt intret religionem.

3. AD illud quod obijcitur, quod actio mulieris est perempta, et quod vir renunciauit iuri suo, dicendum quod hoc falsum est, quia actio mulieris non perimitur simpliciter, sed sub conditione, scilicet si vir permanferit continens: et ratio huius est, quia vinculum semper manet. Vel potest dici, quod actio non viuificatur, sed de nouo datur, vel acquiritur a iure ob peccatum viri. Similiter sequens est falsum, quia vir non renunciat iuri suo simpliciter, sed ad tempus.

QVÆSTIO VI.

An culpa non procedente possit fieri diuortium.

5. Tho. in Suppl. 3. p. q. 62. art. 5. Et 4. Sent. dist. 35. q. 1. art. 6. Richardus 4. Sent. art. 3. dist. 35. q. 1. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 35. q. 6. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 35. q. 6.

FVNDAMENTA. 1. Cor. 7. b

TRVM possit fieri diuortium, si non præcedat aliqua culpa. Et quod non, videtur: Præcipio non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere excepta causa fornicationis: ergo præceptum est, quod non separatur: sed contra præceptum non potest quis facere, quin incurrat culpam: ergo, et cetera.

ITEM Ambrosius super Lucam: Dimittis uxorem sine crimine, putas hoc tibi licere, quod lex diuina prohibet? ergo est prohibitum hanc sine crimine dimittere.

ITEM verbo ipsius Domini, quod est firmius inter cetera: Qui dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem, mæchatur: sed per fornicationem siue accipiat large, siue stricte, semper intelligitur culpa: ergo, et cetera.

ITEM qui legitime coniuncti sunt, ad perpetuam et indiuiduam vitam consuetudinem ex matrimonio sunt ligati: qui ergo contra hoc facit, nisi habeat causam, quare debeat rationabiliter facere, matrimonio facit iniuriam, et non est sine peccato facere iniuriam sacramento: ergo, et cetera.

ITEM: Alligatus es vxori, noli querere solutionem: ergo nisi interueniat culpa, siue peccatum, videtur quod liceat facere diuortium.

CONTRA: Sicut habetur extra de cõuersione coniugatorum: Vir et mulier possunt, si volunt, ex consensu mutuo religiones intrare diuersas, etiam si non præcedat culpa: sed hoc nõ fit sine diuortio: ergo, et cetera.

ITEM vnusquisque potest licite renuciare iuri suo: ergo et quo ad cohabitationem, et quo ad debitum soluendum potest absolueri: ergo, et cetera.

ITEM vxore volente intrare monasterium, vir potest promoueri ad sacros ordines, et ad Episcopatum: et hoc totum sine culpa, sicut dicitur de cõuersione coniugatorum: Sane si coniugati, et cetera.

ITEM hoc quæritur, vtrum necesse sit vtrumque votum sollempne emittere ad hoc, quod diuortium possit fieri, et quare.

CONCLUSIO.

Diuortium non potest fieri sine culpa procedente inter coniugatos, si velint in eodem statu persistere de consensu tamen vtriusque partis, volentium vouere religionem, et castitatem potest.

RESP. AD ARG. Dicendum quod diuortium inter legitimas personas coniuges potest fieri dupliciter. Aut vt in eodem statu persistant, aut vt ad frugem melioris vitæ transeant. Si vt in eodem statu persistat, tunc non debet fieri nisi manifesta culpa præcedat: tunc propter periculum, tum propter scandalum. Si autem vt ad frugem melioris vitæ transeant, tunc aut vterque est voluntarius, aut alter inuitus. Si vterque est voluntarius, tunc potest fieri sine culpa: ita tamen quod vterque votum sollempne emitat, et vterque habitum religionis assumat, nisi sit talis persona, de qua nulla possit oriri suspicio, quæ voto sollempni emissio poterit remanere in domo. Si autem oportet vtrumque conuerti, sicut expresse in pluribus decretalibus tangitur de cõuersione coniugatorum: et rursus diuortium fieri debet per personam publicam maxime per Episcopum. Si autem alter vult cohabitare, nullo modo fieri potest nisi per culpam præcedentem: et secundum hanc distinctionem respondetur argumentis factis ad vtramque partem, sicut patet aspicienti.

Verumtamen quod vltimo dicit Apostolus, quod alligatus non querat solutionem, hoc non dicit vt dehortetur statum altiore, sed vt a corde remoueat instabilitatem, et vt ostendat in quolibet statu hominem posse saluari: vnde illud intelligitur, quod non querat solutionem, scilicet in præiudicium vxoris, sicut nec seruus libertatem in præiudicium domini.

DISTINCT. XXXVI.

AN PRO CONDITIONE SERVITVTIS
valeat vxor separari a viro, et econuerso: et de ætate
contrahentium.

In concilio
apud Ver-
merian. et
habetur. c.
6. 29. q. 2.
si quis inge-
nuus. Ibid.
ca. 8. habet-
ur ibid. c.
Si femina
ingenua.
Ibid. cap. Si
quis liber.

NUNC de conditione videamus an valeat coniugium diuidere. Ad quod dici-
mus, quia non negatur ingenua posse nubere seruo: sed si nescitur esse seruilis
conditionis, libere potest dimitti, cum seruitus eius fuerit deprehensa, secun-
dum illud: Si quis ingenuus homo ancillam alterius uxorem acceperit, et esti-
mat quod ingenua sit, si ipsa femina fuerit postea in seruitutem deiecta, si eam
a seruitute redimere potest, faciat: si non potest, si voluerit, aliam accipiat. Si vero ancillam
eam scierat, et collaudauerat, post eam ut legitimam habeat. Item ex eodem: Si femina inge-
nuam acceperit seruum, sciens quod seruus esset, habeat eum: quia omnes unum patrem habemus
in celis, una lex erit viro et femine. Cum dicitur, sciens illum seruum, datur intelligi, quod
si nescierit illum seruum esse, non cogitur manere cum ipso. Si enim conditionis dolum patitur,
non cogitur adherere ei, cuius fraude decepta est. Si autem scierit vir conditionem mulieris,
vel econuerso: non valet eam dimittere. Vnde Zacharias Papa: Si quis liber ancillam in ma-
trimonio acceperit, non habet licentiam dimittendi eam, si consensu amborum coniuncti sunt,
nisi ob fornicationem. De illis agit, quibus alterutrus conditio nota est, quando coniunguntur.

De copula serui, et ancillæ diuersorum dominorum.

In concilio
Capitonense
ibid. ca. Di-
ctum est.
Mat. 19. a

QUÆRITUR etiam si seruus vnus ancillam alterius acceperit, an sit inter eos coniu-
gium. De hoc etiam ita statutum est: Dicitur est nobis quod quidam legitima seruorum matri-
monia potestatiua quadam presumptione dirimant, non attendentes illud: Quos Deus coniun-
xit homo non separet. Vnde nobis visum est ut coniugia seruorum non dirimantur, etiam si di-
uersos dominos habeant: sed in vno coniugio permanentes dominis seruiant suis. Et hoc in il-
lis obseruandum est, vbi legalis coniunctio fuit, et per voluntatem dominorum. Attende finem
huius capituli, vbi videtur innui prater voluntatem dominorum inter seruum et ancillam non pos-
se contrahi coniugium, vel si contrahitur non esse ratum. Quibusdam tamen videtur inter eos
posse fieri coniugium dominis ignorantibus.

De viro, qui se facit seruum, vt dimittatur ab vxore.

Ex concilio
Triburicensi
Ibid. c. Per-
lasum.

ILLUD etiam notandum, quod si mulier virum liberum acceperit, et ille vt causam pra-
stet disidij se alicuius seruum fecerit, nec ille uxorem dimittere, nec illa ob vinculum coniugij in
seruitutem redigi poterit. Vnde illud: Perlatum est ad sanctam synodum, quod quidam inge-
nuus ingenuam acceperit uxorem, et post filiorum procreationem occasione diuortij cuiusdam
seruum se fecerit. Virum et mulierem necessario tenere debeat: et si tenuerit, an illa etiam ser-
uituti subijci debeat, questum est. Iudicatum est, uxorem minime debere dimitti: non tamen ob
Christi legem mulierem in seruitutem redigi, dum ille non ex consensu coniugis se seruum fecerit,
quem liberum ipsa maritum acceperat.

De ætate contrahentium.

Gratianus
20. q. 2. c. 1.

HOC etiam sciendum est, quod pueri ante quattuordecim annos, et puella ante duodecim an-
nos, secundum legem matrimonium inire nequeunt. Quod si ante predicta tempora copulam inie-
runt, separari possunt, quamuis voluntate, et assensu parentum iuncti fuerint. Qui vero in pue-
ritia copulati post annos pubertatis nolunt se relinquere, sed in coniunctione permanere: iam
ex hoc efficiuntur coniuges, et deinceps nequeunt separari. Item: Sponsalia ante septennium con-
trahi non possunt: solo enim consensu contrahuntur, qui interuenire non potest nisi ab alterutra
parte intelligatur quod inter eos agitur. Duo illa executi sumus cum aliorum quorundam adie-
ctione, quibus coniugium solui potest, nec tamen solui semper necesse est. Nunc de illis, quæ per-
sonas illegitimas penitus faciunt, addendum est, et primum de ordine.

DIST.

DISTINCT. XXXVI.

De impedimento conditionis, quod respicit sta-
tum legis humanæ.

Nunc de conditione videamus, an valeat coniu-
gium, et cetera.

Expositio textus.

S

VIR A egit Magister de impedimentis,
in quibus impeditur matrimonium, quia
ille, qui contrahit, non potest se ligare pro-
pter defectum virtutis. Hic agit de illo
impedimento quod impedit, quia ille
qui contrahit, non potest ligare propter conditionem
seruitutis. Et diuiditur hæc pars in duas. In prima
determinat de conditione, quia est defectus liberta-
tis. In secunda vero, quia quanto tempore heres
paruulus est, nihil differt a seruo, cum sit dominus
omnium, agit de puerili ætate, ibi: Hoc etiam sci-
endum est quod pueri ante annos 14. vbi determinat,
quod pueri non possunt contrahere matrimonium
ante annum 14. Prima pars habet tres. In prima
querit Magister, vtrum error conditionis impediat
matrimonium, vbi est error, et dissimilitudo. Se-
cundo vero, vbi est error, et tamen similitudo. Ter-
tio vero, vtrum viro factio seruo fiat serua et ipsa
vxor. Primum facit hic: Queritur etiam si seruus vnus
ancillam alterius, et cetera. Tertium, ibi: Illud etiam
notandum est, quod si. Et ita in hac distinctione breui-
ter duo determinat. Primo de errore conditionis.
Secundo vero de defectu ætatis.

Si ipsa femina fuerit postea in seruitutem deiecta,
et cetera. Dub. I.

Queritur si antequam plene detegatur, si sunt in
causa et lite, vtrum debeat sibi reddere debitum. Et
quod non, videtur: quia aut cognoscit eam affectu
maritali, aut non. Si sic, generat sibi præiudicium;
et contentius reputatur. Si non cognoscit affectu ma-
ritali, peccat mortaliter. Sed contra hoc est, quia
nullus debet spoliari iure suo ante causæ cognitionem.
R E S P O N. Dicendum quod talis potest dupli-
citer noscere, quod illa sit ancilla, quam liberam cre-
didit, aut leui suspitione, aut probabili, vel vehem-
enti præsumptione, siue certa cognitione. Primo
non debet petere quousque inquirat: sed tamen si Ec-
clesia compellat, debet reddere, quia ignorantia
eum excusat: nescit enim vtrum sit vxor. Secundo
modo siue Ecclesia compellat, siue non, non debet,
quia aut tunc sibi præiudicat necessario, aut fornicatur;
et propter mandatum Ecclesiæ non est fornicandum.
Aliiter iudicandum est de vxore fornicaria, quæ vere
vxor est, cui cum ex mandato Ecclesiæ redditur de-
bitum, non generatur præiudicium, nec incurritur
aliquod peccatum.

Sed in vno coniugio permanentes dominis suis, et cet.
Dub. I I.

Videtur male dicere, quia ponatur quod vnus do-
minorum vendat seruum ad remotas terras, si ancilla
sequitur virum, priuatur iure suo dominus eius: si
non, tenetur sequi: tunc ergo non fuit verum coniu-
gium. I T E M. ponatur, quod vxor sit libera, et seruus
venundetur gentilibus, queritur, vtrum debeat se-
qui eum. Et quod sic, videtur per legem matrimonij.

R E S P O N. Dicendum quod si seruus, et ancilla
contraxerunt dominis contradicentibus, ipsi sibi præ-
iudicant, non dominis suis: et ideo si dominus indi-
S. Bon. To. 5.

Aget, potest ancillam vendere, etsi non potest vendere
in terra sua, potest vendere in aliena. Si tamen in ter-
ra sua possit vendere, tenetur, alioquin manifeste in-
iuriatur viro, et abutitur re sua in præiudicium alie-
num. Si vero dominis consentientibus, tunc simpli-
citer, dicendum quod non potest aliquis eorum ven-
di a domino in præiudicium coniugis: et si alter ven-
datur, debet alter compelli, vel quod redimat, vel de-
bet eum emere, vel ancillæ licentiam dare, quod vi-
rum sequatur. Ad illud quod queritur, vtrum de-
beat sequi virum, si venundetur hominibus gentili-
bus, dicendum quod dominus suus non debet eum
vendere gentilibus, pro eo quod est ibi periculum fi-
dei. Si tamen vendit de facto, si vxor non timet pe-
riculum peccati, quod sit in contumeliam Dei, vel ali-
cuius fornicationis alterius, potest et debet virum se-
qui: sed vix video, quo modo possit eum sequi sine
periculo fidei, aut aliquo alio peccato mortis.

Si mulier virum liberum acceperit, et cet. Dub. I I I.

Queritur, vtrum aliquis possit seipsum vendere.
Et quod non, videtur: Non estis vestri: empti enim
estis pretio magno: ergo, et cet.

C R E S P O N. Dicendum quod est emptio, vel ven-
ditio ad obsequium humanum, et ad seruitutem di-
uinum. Diuino autem seruitio non repugnat obse-
quium hominis, siue seruitus corporalis: sed serui-
tus spiritualis, quæ est seruitus peccati: dicendum ergo
quod quia fideles redempti sunt, et Dei templa facti,
non possunt se vendere, vt faciant mala. possunt ta-
men se vendere ad obsequia. I T E M iuxta hoc qua-
ritur, vtrum pater possit vendere prolem suam vxor-
e inuita. Et quod sic, videtur: quia ad ipsum spectat
regimen domus. Ad oppositum autem est, quia par-
tus plus sequitur matrem, respondeo dicendum quod
D filij non debent vendi, nec possunt vendi sine culpa,
nisi sit paupertatis, et famis necessitas, in quo casu de-
bet vxor viro consentire. Quod si in alio casu velit,
non potest, cum vxor dissentit, sicut vir non potest
vendere, nec alienare dorem vxoris, quamuis sit do-
minus domus: sic in proposito. Et quod in tempore
necessitatis, et famis vendi possint, probatur per id
quod scribitur in Neemia.

Iudicatum est uxorem minime debere dimitti. Dub. I V.

Queritur vtrum vir possit se vendere, vxore inuita.
E Et quod non, videtur: quia vir non habet potesta-
tem sui corporis, sed mulier: ergo, et cet. I T E M
mulier non potest se vendere viro inuito: ergo cum
ad paria iudicentur, videtur, et cet. I T E M qua-
ritur, vtrum si vxor consentiat, quod per hoc efficiat-
tur serua.

R E S P O N. Dicendum quod si vxor contraxit
cum libero, ita quod vterque est liber, vxore dissen-
tiente non debet vir, nec potest se facere seruum, ea-
tenus, vt præiudicium aliquod generetur mulieri,
quin reddat sibi debitum, cum petit: vnde sicut ser-
uus contrahens contra voluntatem domini non potest
F facere contractum matrimonij in præiudicium do-
mini: sic nec vir in præiudicium vxoris: tamen quia
caput est mulieris quantum ad alia, excepto debito,
potest seruum se facere, quamuis vxor non possit,
cum sit sub potestate viri. Si vero vxor consentiat,
in venditionem viri, tunc vir potest se vendere in om-
ne obsequium domini, et mulier præiudicat sibi: ta-
men nec mulier, nec proles vendi potest a viro, nisi
ipsa consentiat, nisi forte in articulo necessitatis: hoc
dico de prole: vt prædictum est: et sic patet quo mo-
do littera illa intelligatur.

Hoc etiam sciendum, et cet. Dub. V.

Queritur hic si ante 14. annos puer contraheret
et per

per verba de praesenti, et de facto corrumpat spon-
sam, vtrum separari queat. Et quod non, vide-
tur: quia est matrimonium ratum, et consummatum.
Contrarium videtur per illud quod dicitur in littera:
Si ante praedicta tempora, et cetera.
RESPON. Dicendum quod in hoc differunt
constitutiones iuris, et demonstrationes disciplina-
rum: quia demonstrationes fiunt de his, quae fiunt
semper: et si fiant de his, quae frequenter, non ta-
men ut frequenter, sed ut semper: exemplum est de
eclipsi: sed constitutiones iuris de his, quae sunt saepe.
Si ergo aliquis sit exceptus ab hac generalitate homi-
num, pro eo quod in malitia supplet aetatem, iudi-
candum est sicut si haberet aetatem: et sic est in casu
proposito intelligendum, et in alijs confimilibus.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam praesentis distinctionis secundum
duo, quae determinat Magister, duo principaliter
queruntur. Primo quantum ad primam partem distin-
ctionis queritur de conditione seruitutis. Secundo quan-
tum ad secundam queritur de defectu aetatis. Circa
primum queruntur tria. Primo queritur, vtrum ser-
uitus cum contradictione domini impediatur matri-
monium. Secundo, vtrum cum errore contrahen-
tis. Tertio queritur de fructu ventris, cuius condi-
tionem debeat sequi, scilicet patris, vel matris.

QVÆSTIO I.

An conditio seruitutis impediatur matrimonium.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 52. ar. 1.
Et 4. Sent. d. 36. q. 1. ar. 1.
Scot. 4. Sent. d. 36. q. 1.
Richardus 4. Sent. dist. 36. q. 1.
Durandus 4. Sent. d. 36. q. 1.
Tho. Argenti. 4. Sent. d. 36. q. 1. ar. 3.
Franc. de Mayr. 4. Sent. d. 36. q. 1.
Steph. Brulef. 4. Sent. d. 36. q. 1.
Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 36. q. 1.

AD OPPO-
SITVM.

QUOD conditio seruitutis cum contradi-
ctione domini impediatur matrimonium,
sic ostenditur: quia seruus non potest in-
trare religionem domino suo contradi-
cente, sicut dicunt iura: et si intrat, compellitur exi-
re, et pro nullo habetur votum: si ergo non potest
se obligare Deo per votum, multo minus nec mu-
lieri per matrimonium.
2. ITEM seruus contradicente domino non po-
test ad sacros ordines promoueri: ergo videtur quod
nec matrimonium contrahere pari ratione.
3. ITEM in matrimonio transferuntur potestas cor-
poris viri in vxorem, et contra: sed seruus non ha-
bet potestatem sui corporis, sed eius dominus: ergo
non potest contra voluntatem domini contrahere.
4. ITEM seruus tenetur domino suo obedire,
cum praecipit sibi aliquid.
5. ITEM tenetur vxori debitum reddere, cum
petit: sed potest esse quod dominus petat seruitium,
et vxor tunc petat debitum: sed vtrumque reddere est
impossibile: ergo si nullus potest se obligare ad in-
compossibilia: ergo seruus non potest contrahere.
6. ITEM conditio enumeratur inter impedimen-
ta matrimonij: sed haec est seruitus: ergo, et cetera.
CONTRA: In Christo Iesu non est seruus, ne-
que liber: ergo nec quantum ad sacramenta Christi,
et Ecclesiae est distinctio serui, et liberi: ergo nec
in matrimonio.

FVNDAMEN-
TA.
Gal. 3. d

ITEM seruus et dominus sunt pares in concupi-
scentiae morbo: ergo et in remedio: sed remedium
concupiscentiae carnalis est matrimonium: ergo in
hoc sunt pares: ergo vnus non potest alterum im-
pedire.
ITEM seruitus est de iure positio, sed matrimo-
nium est de iure naturale: ergo si ius posituum non
praedicit, nec impedit ius naturale, nec seruitus
matrimonium.
ITEM sicut seruus tenetur obedire domino, ita
et filius patri: sed in hoc filius non tenetur obedi-
re patri, vt habitum est supra, et ostensum quan-
tum ad matrimonium contrahendum: ergo nec ser-
uus domino.

CONCLUSIO.

Seruitutis conditio secundum ius nouum etiam domino
contradicente non impedit matrimonium.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod se-
cundum ius nouum conditio seruitutis non impedit
matrimonium etiam domino contradicente, vel
dominis, quia sacramenta Ecclesiastica omnibus sunt
communis, et seruus etiam coniugatus potest etiam
suo domino debita seruitia exhibere: vnde per ma-
trimonium non subtrahitur a domini potestate.
1. 2. AD illud ergo quod obijcitur de religio-
ne, dicendum quod in religione religiosus omnino
subest praecipio religionis quantum ad omne tem-
pus: et ideo absoluitur ab omni alia potestate: et
quia non potest, nec debet auferri ius domini, quod
habet in seruum ipso inuito: ideo patet, et cetera,
non sic in matrimonio, quia adhuc seruus est: et per
hoc patet illud de ordine, quia promotus ad ordines
sacros hoc ipso efficitur liber.
3. 4. AD illud quod obijcitur, quod transfer-
tur in mulierem potestas viri, dicendum quod non
simpliciter transferuntur, quia vxor non dicitur domi-
na viri, sed quo ad actum coniugalem, quantum ad
quem nullam habebat potestatem dominus super
seruum: et ideo quantum ad illum actum transferre
potest, licet non ita libere, sicut vnus alius, vt
videbitur.
5. 6. AD illud quod obijcitur de redditione
seruitij, dicendum quod seruus aut contrahit domi-
no consentiente, aut contradicente. Si consen-
tiente, cum concedens aliquid concedat etiam illa,
quae ad illius ius pertinent, et ad matrimonium per-
tinet redditio debiti, cum vxor petat, vxori petenti
debitum, et domino aliud imperante, tenetur, et
debet non obedire domino, sed vxori. Si autem do-
mino contradicente contractum est, cum dominus
suo iure priuari non debeat, ex vtraque parte pari im-
minente periculo debet domino obedire: quod si
inuitus periculum sit ex parte vxoris, quia timet lap-
suram in fornicationem, et non timet grauiter do-
minum offendere, debet secundum legem charita-
tis diuinae debitum prius vxori reddere, quam exe-
qui imperium domini sui. Regulariter tamen tenen-
dum est, quod cum contrahit cum seruo scien-
ter domino contradicente, vel econuerso,
sibi praedicit, vt ius petendi non ha-
beat, quando obsequium postu-
labit: et ideo seruus non
obligatur hac repu-
gnantia, quia
tenetur
debitum soluere, etiam cum
nullum praedictum
domino gene-
ratur.

QVÆ-

QVÆSTIO II.

An conditio seruitutis cum errore impediatur
matrimonium.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 52. ar. 1.
Et 4. Sent. d. 36. q. 1. ar. 2.
Richardus 4. Sent. d. 36. ar. 2. q. 1.
Steph. Brulef. 4. Sent. d. 36. q. 2.
Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 36. q. 2.

AD OPPO-
SITVM.

MATRIMONIUM conditio seruitutis cum errore
impediatur matrimonium. Et quod non, vi-
detur: quia magis est tolerabilis in coniu-
ge seruitutis conditio, quam aequalitas le-
pra: ergo si error qualitatis talis non impedit, multo
minus nec error conditionis.
2. ITEM error fortunae, sicut iura dicunt, non
impedit matrimonium: sed possibile est quod serui-
tus sit a fortuna, sicut si aliquis capitur a casu in bel-
lo, et efficitur seruus: vel propter paupertatem, quae
est a fortuna secundum vsum loquendi, se vendit in
seruum: ergo, et cetera.
3. ITEM seruus quantum est de se, persona est
legitima ad contrahendum: sed conditio seruitutis
non tollit plenum consensum, quia si cognoscit sub-
stantiam eius, et qualitates, et accidentia, talis cog-
nitio sufficit ad hoc, quod consentiat: ergo non est ibi
illegitimitas personae, nec defectus consensus: ergo
est matrimonium plenum.
4. ITEM peior est conditio seruitutis spiritua-
lis, quam corporalis: sed error conditionis spiritua-
lis non impedit matrimonium: ergo, et cetera.
FVNDAMEN-
TA.
CONTRA: Iura dicunt 29. quaest. 2. et Decretalis
de coniugio seruorum, quod error conditionis im-
pedit matrimonium contrahendum, et dirimit
contractum.
ITEM ratione videtur, quia illud est impedi-
mentum matrimonij, quod est contra bonum ma-
trimonij: sed seruitus est contra bonum prolis, quia
si liber cum ancilla contrahat, filij non sunt liberi,
sed serui, quia sicut dicunt iura, partus sequitur
ventrem.
ITEM est contra bonum fidei, quia dominus
potest vendere vxorem alienigenis ipso viro nolente,
maxime infidelibus: et vir si sequitur eam, imminet
ei periculum fidei: si vero non sequitur, non potest
petere debitum, nec habere.
ITEM nullus puniri debet sine culpa ipso nolente,
et ignorante: sed opprobrium, et infamia est alicui,
quod sit seruus, vel etiam serui personae subiectus:
ergo vbi interuenit error conditionis, non est matri-
monium. Queritur ergo quare, et quando error
conditionis impediatur matrimonium.

CONCLUSIO.

Conditio seruitutis cum errore matrimonium impedit, si
liber cum ancilla contrahat: si vero inter pares
sit, vel seruus cum libera, non impedit.

Error con-
ditionis tri-
plex.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod er-
ror conditionis potest esse triplex. Aut parus, vt cum
seruus contrahit cum ancilla. Aut melioris, vt cum
seruus cum libera. Aut deterioris, vt cum liber cum
ancilla. In primis duobus casibus error non impedit
matrimonium, in tertio vero impedit matrimonium,
et dirimit iam contractum, nisi post cognitionem
conditionis consenserit verbo, vel facto. Ratio au-
tem huius est propter duo, scilicet propter fauorem
libertatis, et causae matrimonialis, quae maxime fa-
S. Bon. To. 5.

A uotabilis est. Vnde quia qui contrahit cum ancilla,
quodam modo perdit libertatem, quae est, sicut di-
citur in iure ciuili, bonum inestimabile, et quam-
nullus perdit nisi volens, quia perditam recuperare
non potest etiam volens: ideo in fauorem libertatis
ius seruatur erranti, vt si velit, possit ancillam dese-
rere. Et praeterea: Seruitus est contra bonum pro-
lis, et fidei: et quia iura fauent matrimonio, ideo
praesumunt errantem in conditionem non consenti-
re, ideo nec matrimonium esse: et ideo quod impe-
diatur, hoc facit constitutio Ecclesiae, ex praedicta ve-
niens ratione.
1. AD illud quod obijcitur de qualitate, dicen-
dum quod non est simile, quia nulla qualitas est ita
contra bonum matrimonij vt seruitus: nulla etiam
ita obuiat bonis matrimonij, vt seruitus de his, quae
impediunt.
2. AD aliud dicendum quod libertas non compu-
tatur inter bona fortunae, immo omnibus alijs praer-
ponderat.
3. AD illud quod obijcitur, quod nec error, nec
seruitus impedit, dicendum quod seruitus per se non
impedit cum est scita, quia quilibet cum velit, potest
effici seruus: sed ignorantia impedit, quia non de-
bet puniri nolens.
4. AD illud quod vltimo obijcitur de seruitute
spirituali, dicendum quod est si peior ipsi seruo,
non tamen adeo redundat in alium, vt pote in pro-
lem, vel etiam in vxorem: et praeterea facilius po-
test expelli.

QVÆSTIO III.

An conditio prolis sequatur patrem, vel matrem.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 53. ar. 4.
Richardus 4. Sent. d. 36. ar. 5. q. 2.
Steph. Brulef. 4. Sent. d. 36. q. 3.
Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 36. q. 4.



VIVS conditionem sequatur proles, vtrum
patris, an matris. Et quod patris, videtur:
quoniam denominatio fieri debet a prin-
cipaliori, et digniori: sed pater est nobi-
lius, et dignius principium, quam mater, et princi-
palis: ergo si magis debet principatum regulari se-
cundum regulas dignioris principij, videtur quod
partus debeat sequi patrem.
2. ITEM in sacra Scriptura numquam ponitur ge-
nealogia mulierum, sed potius virorum: ergo gene-
ratio principaliter spectat ad viros: ergo et germen
generationis.
3. ITEM repromissio de semine benedicto, scilicet
Christo, facta est viris principaliter, quamuis
nasci deberet de muliere: non enim facta est repro-
missio Sarae, vel Berfabae, sed Abraam et Danid:
ergo videtur quod proles magis sit ipsius viri, quam
mulieris: ergo, et cetera.
4. ITEM vnumquodque principium, quod pro-
ducitur secundum imitationem, plus sequitur illud,
cui plus assimilatur: sed filij plus assimilantur patri:
ergo magis debent sequi patres.
CONTRA: De natis ex libero ventre, cap. vni-
co. dicit Decretalis: Indecens videtur vt geniti ex
libera filij ad seruendum retrahantur: ergo qui na-
scentur ex matre libera sunt liberi: ergo sequuntur
matrem.
ITEM si quis feminat in terram alienam, fru-
ctus est domini terrae, non feminantis: sed ventre
mulieris respectu feminis viri est sicut terra respectu
sementis: ergo videtur quod sicut fructus sequitur
terram, ita partus sequitur ventrem.
r 2 ITEM

AD OPPO-
SITVM.

FVNDAMEN-
TA.

ITEM hoc videtur in animalibus, quoniam si animal masculini sexus impregnat animal feminini sexus, ut equus equam, pullus sequitur equam non equum: ergo pari ratione videtur in proposito.

ITEM hoc videtur per simile in artificialibus, quia si quis ædificat in terra aliena, ædificium cedit solo, non solum ædificio: ergo si quis generat in alieno ventre, proles sequitur ventrem.

CONCLUSIO.

Conditio prolis sequitur matrem secundum plures leges, licet secundum aliquas nationes sequatur deteriore partem.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod secundum leges civiles, siue ius imperiale partus sequitur ventrem. Et ratio huius est valde conveniens, quoniam prolis duplex est principium, pater scilicet et mater. Pater est principium honorabilius, sed mater est principium substantialius: et ideo in honoribus et municipijs filius sequitur patrem, quoniam illa acquiritur paternæ sollicitudine, et in hereditate patrimoniali: sed quoniam mater est principium substantialius quantum ad id, quod est, sequitur matrem: et quoniam libertas, et servitus respiciunt hominem, secundum id quod est, non secundum id quod habet, hinc est, quod secundum leges civiles rationabiliter valde institutum est, ut partus sequatur ventrem: et hinc est quod coniunctio ad prolem generandam matrimonium appellatur. Et huic concordat ius canonicum, sicut patet in Decretali prius posita. Concordat etiam ius diuinum scriptum in lege Mosaiica, ubi dicitur, quod si dederit uxorem alicui, quem emerit, et ille postmodum egredietur liber, filij debent remanere domino, qui dedit ei uxorem, licet ipse egredietur liber. Concordat denique multiplex ratio, et similitudo naturalis: et ideo quia hoc dicitur ius civile, et ius canonicum approbat, et diuinum confirmat, et naturale commendat: ideo recte dicendum est, quod partus debet sequi ventrem. Verumtamen aliquæ partes, quæ non sunt huiusmodi legibus subiectæ, non seruant hanc consuetudinem, immo partus sequitur conditionem deteriotis: vnde si alter est seruus, filij sunt serui: et similiter si mater ancilla, et si ambo sint diuersorum dominorum, filij diuiduntur: hunc modum seruat Francia in aliquibus partibus, licet non vbiq; sed tamen constitutio legalis multo nobilior est, et rationalior, quam hac consuetudo.

Exo. 21. a

1. Metaph. conseq. 20.

4. De Gen. anim. ca. 3.

A

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER quantum ad secundum articulum quaeritur de impedimento, quod venit ex defectu ætatis. Et circa hoc tria quaeruntur. Primo quaeritur, vtrum status ætatis impediatur matrimonium. Secundo, vtrum defectus ætatis impediatur contractionem sponsalium. Tertio, vtrum sponsalia contracta post septennium possint dissolui per mutuum consensum.

QUESTIO I.

An status ætatis impediatur matrimonium.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 58. ar. 5. Et 4. Sent. d. 36. q. 1. ar. 5. Richardus 4. Sent. dist. 36. ar. 6. q. 1. Tho. Arg. 4. Sent. d. 36. q. 1. ar. 4. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 36. q. 4. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 36. q. 5.

QVOD status ætatis impediatur matrimonium, ostenditur sic: quia status ætatis sequitur impotentiæ coeundi: sed impotentiæ coeundi impedit matrimonium: ergo et status ætatis.

ITEM status ætatis consequitur indiscretio: sed discretio requiritur ad consensum legitimum, et consensum ad matrimonium: ergo talis potest esse status ætatis, quod impediatur matrimonium.

ITEM iura canonica, et civilia dicunt quod impuberes non possunt contrahere matrimonium: sed impuberes iudicantur ratione ætatis, vt masculus ante 14. annum, et femina ante 12. et cetera.

CONTRA: Status pubertatis non impedit susceptionem alicuius alterius sacramenti, quæ etiam maioris perfectionis sunt: ergo nec matrimonium.

ITEM quare non possunt contrahere ante tempus pubertatis? aut propter impotentiam coeundi, aut propter defectum discretionis. Si propter impotentiam: sed multi infirmi sunt impotentes reddere debitum, et tamen possunt contrahere. Præterea: Multi seniores confecti sunt impotentes, et tamen possunt contrahere. Præterea multi etiam ante annum 14. coeunt. Si propter defectum discretionis: contra hoc est, quod multi sunt discretiores in decennio, quam alij in 20. anno, qui possunt contrahere: ergo, et cetera.

ITEM quaeritur quare tempus pubertatis citius completur in muliere, quam in viro: et videtur quod non deberet, quia quantum ad sponsalia contrahenda ad par tempus, et æquale masculus et femina iudicantur, vt puta ad septennium: ergo pari ratione ad matrimonium contrahendum.

CONCLUSIO.

Status ætatis impedit matrimonium, quoniam puberes qui non sunt apti ad prolem generandam, non contrahunt.

RESPON. AD ARG. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, quod matrimonium est in officium, et in remedium, et in sacramentum, vel signum. In officium, inquam, procreandi prolem. In remedium contra impulsam libidinis: et in sacramentum insolubilis coniunctionis naturarum Christi. Quoniam igitur ante tempus pubertatis non possunt masculus, et femina generare: nec seruire libidinis excitantur tamquam impotentes ad hunc actum, quia etiam.

FVNDAMENTA.

AD OPPOSITVM.

etiam ante tempus illud sunt variables, et matrimonium est immutabile: decreuerunt iura tales personas non esse legitimas antequam ad tempus veniant pubertatis.

1. AD illud ergo quod obijcitur de sacramentis alijs, dicendum quod non est simile, quia vtilia, et necessaria sunt ante tempus pubertatis.

2. AD illud autem quod quaeritur, quid impediatur, dicendum quod defectus ætatis ratione instabilitatis puerilis, et impotentia coeundi naturalis. Quod obijcitur de sene, et infirmo non est simile, quia stabiles sunt in sensu, et in affectu. Sed quod dicit quod non possunt, dicendum quod iura iudicant, et institunt non secundum ea, quæ semper, sed secundum ea, quæ sunt frequenter: et quia licet ante tempus indictum aliqui possint coire propter accelerationem naturæ: tamen vt frequenter ante illud tempus non possunt: quia tamen iura videntur quod aliqui possent, ideo non tantum arctauerunt quin etiam proximi pubertati circa medium annum possint contrahere.

3. AD illud quod quaeritur, quare citius completur tempus pubertatis in muliere, dicendum quod tempus sponsalium determinatur quantum ad discretionem, sed tempus pubertatis quantum ad potentiam coeundi: et quia citius potest coire femina, quam masculus: ideo, et cetera. Si tu quaeras, quare mulier citius potest, quam masculus, responderi potest quod hoc fit multis rationibus. Primo, quia prius fit solutio virtuositatis propter meatus largiores. Secundo, quia difficilius est agere, quam pati. Tertio quia natura imperfecta in muliere appetit virum, sicut materia formam: vnde propter maiorem appetitum naturæ maior fit acceleratio.

Ari. 1. phy. conseq. 21.

QUESTIO II.

An defectus ætatis impediatur contractionem sponsalium.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 58. ar. 5. Et 4. Sent. d. 36. q. 1. ar. 5. Scot. 4. Sent. d. 36. q. 2. Richardus 4. Sent. d. 36. ar. 6. q. 1. Tho. Argent. 4. Sent. dist. 36. ar. 1. ar. 4. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 36. q. 5. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 36. q. 5.

FVNDAMENTA.

TRVM defectus ætatis impediatur contractionem sponsalium. Et quod sic, videtur: quia sponsalia de necessitate obligant ad matrimonium: sed matrimonium non contrahitur nisi propria voluntate: ergo sponsalia non contrahuntur nisi placeant sponso, et sponsæ: sed non habet usum rationis nisi in determinata ætate: ergo, et cetera.

ITEM iura canonica dicunt, sicut patet extra. de desponsatione impuberum per totum, quod qui contrahunt sponsalia ante septennium, nihil faciunt: ergo, et cetera.

AD OPPOSITVM.

CONTRA: In sacramento baptismi obligatur paruulus per alium ad renunciandum sæculo, et ad contrahendum matrimonium cum Deo: ergo pari ratione possunt paruuli per alios ad matrimonium obligari.

ITEM vbi deficit fides propria, succurrit fides parentum: ergo pari ratione vbi deficit discretio paruulorum, supplet discretio parentum: et sic, et cetera.

ITEM quaero, quare tempus septennij est determinatum ad sponsalia contrahenda: et videtur quod non sit conveniens. Quia quod ante non possunt contrahi, aut hoc est propter defectum discretionis, aut locutionis. Si discretionis: sed etiam tunc S. Bon. To. 5.

A discretio deficit. Si locutionis: sed ante sciunt paruuli loqui: ergo, et cetera.

CONCLUSIO.

Sponsalia non possunt contrahi ante septennium, quia ante tale tempus non modo consensire, sed neque complacentiam possunt habere pueri, quam exprimant signo, vel verbo.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod sponsalia de iure non possunt contrahi ante septennium: et si contrahatur de facto, nihil fit: permittitur tamen ipsum nihil in re, quod est aliquid in spe propter bonum pacis. Ratio temporis hæc est, quia sicut non possunt aliqui matrimonium contrahere nisi proprio consensu, et proprio signo exprimente consensum: sic non possunt ad matrimonium obligari nisi placeat, et complacentiam verbo vel signo exprimat, quia vt frequenter ab illo tempore incipiunt intelligere, quæ dicunt, et loqui secundum proprium affectum: ideo extunc incipiunt valere. Ex his patent obiecta, quia non est simile de obligatione matrimonij, et sacramento baptismi, quia illa est necessaria ad salutem: ideo merito per alium subuenitur ægroto. Patet etiam ratio temporis, quia quamuis non sit plena discretio ad discernendum bonum a malo in eis: tamen est discretio ad intelligendum quod dicitur, et respondendum quod libeat.

1. AD illud ergo quod obijcitur de sacramento baptismi, patet responsio, quod non est simile, sicut sæpe dictum est, propter hoc quod est contra originale, quod non est per voluntatem perpetratum: et vterius in baptismo non obligatur paruulus nisi ad ea, ad quæ tenetur de iure naturali: vnde non est ibi votum nisi valde large. Et si tu obijcias, quod paruulus potest obligari vbi est bonum suum, dicendum quod verum est in possessionibus: sed in matrimonio vbi est seruitus corporis, et debet esse mutus amor, decreuit Deus, vt nullus possit, nec debeat nisi propria voluntate obligari. Est enim ibi quoddam mirabile, quia homo inuenit in muliere aliquam complacentiam, quam nunquam posset in alia inuenire, vt dicunt aliqui experti.

QUESTIO III.

An sponsalia contracta post septennium possint dissolui per mutuum consensum.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 48. ar. 2. Richardus 4. Sent. d. 36. ar. 6. q. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 36. q. 6. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 36. q. 6.

FVNDAMENTA.

TRVM sponsalia contracta post septennium possint dissolui per mutuum consensum. Et quod non, videtur: quia sicut se habet ætas puberum ad contrahendum.

matrimonium, ita ætas impuberum ad contrahendum sponsalia: sed quia puberes contrahentes matrimonium non possunt soluere: ergo, et cetera.

ITEM sicut Dominus instituit matrimonium, non solui, ita præcipit nõ perirare, et fide non mentiri: ergo si contracta sunt sponsalia per iuramentum interpositum, videtur quod necessario teneantur consummare.

ITEM de sponsalibus, et matrimonijs dicitur in Decretali secunda, quod hoc potest tolerari: si ergo permissio non est boni, sed mali, videtur quod hoc sit malum.

3. ITEM in eod. tit. Decret. commissum. Quia iurauit aliquam ducere in uxorem, propter iuramentum et 3 si vult

Expositio: tionum.

AD OPPOSITVM.

si vult intrare religionem, prius deberet contrahere: sed si liceret alicui pertransire, liceret maxime tali: ergo si huic non licet, multominus nec alicui.

FUNDAMENTA. **C** O N T R A: Si promitto tibi dare centum, si abfoluas me, sum abfolutus: nec perituro si non do: ergo pari ratione in proposito.

Q U E S T I O 1. **I** T E M si duo iurent simul ire Romam, et post pœniteant, et mutuo se abfoluant, abfoluti sunt: ergo, et cet. Quæritur igitur qualiter sponsalia contrahantur, et quibus modis soluantur, et tertio quis sit effectus sponsalium.

C O N C L Y S I O.

sponsalia post septennium contracta multis modis solui possunt ex causa rationabili, et hoc mutuo se abfoluendo.

R E S P O N. A D A R G. Dicendum quod sponsalia multis modis solui possunt, sicut iam patebit: et vnus inter illos modos est, quando mutuo se abfoluunt. De isto autem modo dicunt aliqui, vt Hugutio, quod modus iste non est licitus, quia non fit sine peccato propter fidem iuramenti: sed solum est permissus, quia coacta coniugia malos habent exitus: et hoc dicit propter illud, quod dicit Decretalis, quod potest in patientia tolerari. Alij dicunt, quod cum iuramentum obligatorium nunquam obliget nisi ad voluntatem eius, cui fit, videtur quod insit illorū, qui iurant simul ire ad aliquem locum, sicut ipsa Decretalis dicit, quod mutuo se possunt abfoluere: et si veniat ex causa aliquo modo rationabili, dicunt esse licitum, licet sit minoris perfectionis, sicut sonat Decretalis: et hæc positio videtur magis probabilis, quidquid dicat apparatus.

Opin. aliorum.

Opinio probabilis.

A 1. A D illud quod obijcitur de matrimonio, dicendum quod non est simile propter significationem. 2. A D illud quod obijcitur de iuramento, dicendum quod non obligat nisi sub conditione.

A D illud quod quæritur, quo modo contrahatur, dicendum quod quattuor modis. Simpli promissione, fidei datione, siue iuramenti interpositione, datis arrhis sponsalitijs, annuli subarrhatione.

A D illud quod quæritur, quibus modis soluantur, dicendum quod in octo casibus. Primus est, voto sollempni superueniente, puta si alter sponforum intrauit religionem. Secundus, superueniente matrimonio, puta si contrahat cum alia per verba de præfenti post sponsalia. Tertius, superueniente affinitate, puta si cognouit consanguineam sponsæ: et hoc facto vel fama probari potest. Quartus, superueniente incurabili infirmitate, puta lepra, vel mutilatione membri alicuius. Quintus, altero se absentante, puta cum vadit in regionem longinquam sine licentia. Sextus, altero fornicante, puta cum alter cognoscit alteram, quam sponsam suam. Septimus, utroque volente, puta cum ambo consentiunt. Octauus est, minore petente, puta si contracta sunt sponsalia inter aliquos duos, quorum alter est in ætate debita, alter est minor. Primis duobus modis soluitur sponsalia ipso facto, alijs per iudicium Ecclesiæ.

A D illud quod quæritur, quis sit sponsalium effectus, dicendum quod duplex. Vnus obligationis ad matrimonium, ad quod astringuntur per promissionem, quæ est in sponsalibus. Vnde dicuntur a sponde, vnde cõpellendi sunt ad matrimonium contrahendum, nisi timeatur de vxorificio, vel aliquis dictorum casuum interueniat. Alius effectus est publicæ honestatis iustitia, quæ est quod nullus consanguineorum propinquorum sponi potest contrahere cum sponsa, nec econuerso.

C O N T R A: Si promitto tibi dare centum, si abfoluas me, sum abfolutus: nec perituro si non do: ergo pari ratione in proposito.

A D illud quod quæritur, quo modo contrahatur, dicendum quod quattuor modis. Simpli promissione, fidei datione, siue iuramenti interpositione, datis arrhis sponsalitijs, annuli subarrhatione.

A D illud quod quæritur, quibus modis soluantur, dicendum quod in octo casibus. Primus est, voto sollempni superueniente, puta si alter sponforum intrauit religionem. Secundus, superueniente matrimonio, puta si contrahat cum alia per verba de præfenti post sponsalia. Tertius, superueniente affinitate, puta si cognouit consanguineam sponsæ: et hoc facto vel fama probari potest. Quartus, superueniente incurabili infirmitate, puta lepra, vel mutilatione membri alicuius. Quintus, altero se absentante, puta cum vadit in regionem longinquam sine licentia. Sextus, altero fornicante, puta cum alter cognoscit alteram, quam sponsam suam. Septimus, utroque volente, puta cum ambo consentiunt. Octauus est, minore petente, puta si contracta sunt sponsalia inter aliquos duos, quorum alter est in ætate debita, alter est minor. Primis duobus modis soluitur sponsalia ipso facto, alijs per iudicium Ecclesiæ.

A D illud quod quæritur, quis sit sponsalium effectus, dicendum quod duplex. Vnus obligationis ad matrimonium, ad quod astringuntur per promissionem, quæ est in sponsalibus. Vnde dicuntur a sponde, vnde cõpellendi sunt ad matrimonium contrahendum, nisi timeatur de vxorificio, vel aliquis dictorum casuum interueniat. Alius effectus est publicæ honestatis iustitia, quæ est quod nullus consanguineorum propinquorum sponi potest contrahere cum sponsa, nec econuerso.

A D illud quod quæritur, quis sit sponsalium effectus, dicendum quod duplex. Vnus obligationis ad matrimonium, ad quod astringuntur per promissionem, quæ est in sponsalibus. Vnde dicuntur a sponde, vnde cõpellendi sunt ad matrimonium contrahendum, nisi timeatur de vxorificio, vel aliquis dictorum casuum interueniat. Alius effectus est publicæ honestatis iustitia, quæ est quod nullus consanguineorum propinquorum sponi potest contrahere cum sponsa, nec econuerso.

A D illud quod quæritur, quis sit sponsalium effectus, dicendum quod duplex. Vnus obligationis ad matrimonium, ad quod astringuntur per promissionem, quæ est in sponsalibus. Vnde dicuntur a sponde, vnde cõpellendi sunt ad matrimonium contrahendum, nisi timeatur de vxorificio, vel aliquis dictorum casuum interueniat. Alius effectus est publicæ honestatis iustitia, quæ est quod nullus consanguineorum propinquorum sponi potest contrahere cum sponsa, nec econuerso.

D I S T I N C T. XXXVII.

I N Q V O O R D I N E N E Q V E A T F I E R I coniugium, et de interfectoibus suarum coniugum.



S U N T igitur quidam ordines, in quibus nullatenus potest contrahi coniugium: et si intercesserit copula, fit diuortium: vt sacerdotium, diaconatus, et subdiaconatus. In alijs vero permittitur sortiri coniugium, nisi religionis habitum sumperint, vel continentia votum fecerint. Vnde Leo papa: Clericos, lectores, ostiarios, exorcistas, acolytos, si extra votum et habitum inueniuntur, et continentiam profiteri nolunt, vxorem ducere virginem Ecclesia Romana permittit, non viduam, vel repudiatam: quia deinceps nec ad subdiaconatum prouehi poterunt, nec laicum vxorem sortitus, nisi virginem, vel bigamus ad clericatum. Item ex Carthaginensi concilio: Placuit episcopos, presbyteros, diaconos, subdiaconos etiam ab vxoribus abstinere: quod si non fecerint, etiam ab Ecclesiastico remouentur officio: Ceteros vero clericos ad hoc non cogi.

Leo contra epist. Nicæta Abbatis, et habetur d. 32. c. feriatim. Ibidem pl. lio: Placuit episcopos, presbyteros, diaconos, subdiaconos etiam ab vxoribus abstinere: quod si non fecerint, etiam ab Ecclesiastico remouentur officio: Ceteros vero clericos ad hoc non cogi.

Leo ep. 90. c. 3. et habetur d. 32. c. feriatim. Distin. 27. c. lex continenti. Distin. 28. Nullum.

I T E M Leo papa: Lex continentie eadem est ministris altaris, quæ episcopis, et presbyteris: qui cum essent laici, vel lectores, licite vxores ducere potuerunt: sed cum ad prædictos peruenerunt gradus, cepit eis non licere quod prius licuit. Item in sexta Synodo: Si quis eorum qui ad clericatum accedunt, voluerit nuptiali lege mulieri copulari, hoc ante ordinem subdiaconatus faciat. Item Calixtus papa: Presbyteris, diaconibus, subdiaconibus, monachis, concubinas habere, seu matrimonium contrahere penitus interdiximus, contracta quoque matrimonia ab huiusmodi personis disungi, et personas ad penitentiam debere redigi, iuxta sanctorum canonum definitionem iudicamus. Item Gregorius: Nullum facere subdiaconum episcopi presumant, nisi qui se caste victurum promiserit: quia nullus debet ad ministerium altaris accedere, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata.

De

De interfectoibus suarum coniugum.

H I S adijciendum est de occisoribus suarum coniugum: de quibus Nicolaus papa scribit Radulpho Bituricensi Archiepiscopo: Interfectores suarum coniugum sine iudicio, cum non addis adulterarum, vel aliquid huiusmodi, quid aliud habendi sunt, quam homicidæ? ac per hoc ad penitentiam redigendi, quibus penitus denegatur coniugium. Hic videtur Nicolaus permittere maritis, pro adulterio aut alio huiusmodi uxores suas interficere: sed Ecclesiastica disciplina spiritali gladio, non materiali criminosos ferire iubet. Vnde idem Nicolaus: Inter hæc vestra sanctitas addere studuit, si cuius uxor adulterium perpetraverit, utrum marito eius secundum mundanam legem interficere liceat? Sed sancta Dei Ecclesia nunquam mundanis constringitur legibus, gladium non habet nisi spirituale. Item Pius papa: Quicumque propriam uxorem absque lege, et sine causa interfecerit, aliamque duxerit, armis depositis publicam agat penitentiam, et si contumax extiterit, anathematizetur usquequo consentiat.

Totum hoc caput habet tit. 33. q. 2. Ibid. interfectores.

Ibid. mox infra.

Ibid. mox infra.

D I S T I N C T. XXXVII.

De impedimentis, quæ omnino faciunt illegitimum matrimonium contrahendum cum omni propter Ecclesiasticam institutionem.

Sunt igitur quidam ordines in quibus nullatenus, et cetera.

Expositio textus.

H I C est pars, in qua Magister principaliter determinat de his, quæ matrimoniū impediunt simpliciter. Et habet hæc pars duas, quia tale impedimentum duplex est. Quoddam quod simpliciter impedit cum omni, quoddam cum quodam sic, cum quodam non: ideo secundum hoc hæc pars habet duas. In prima parte determinat de his, quæ simpliciter impediunt, et cum omni. In secunda de his, quæ cum aliquibus sic, cum aliquibus non, infra: Post hæc de dispari cultu, et cetera. Prima pars habet duas. In prima parte agit de impedimento quod impedit propter Ecclesiasticam institutionem. In secunda de eo quod impedit propter propriam obligationem, infra: Nunc de voto inspiciamus, et cetera. Et quoniam Ecclesiastica institutio quosdam excludit a matrimonio propter excellentiam vitæ, vt clericos: quosdam propter enormitatem culpæ, vt vxoricidas: ideo hæc pars habet duas particulas. In prima determinat de impedimento ordinis. In secunda de impedimento criminis, ibi: His adijciendum est de occisoribus suarum coniugum, et cetera. Vtraque pars remanet indiuisa propter breuitatem.

Diuisio.

Dist. 39.

Dist. 38.

Vxorem ducere virginem Ecclesia Romana permittit. Dub. I.

Quæritur, quare ponit quod permittit ducere virginem: cum enim nullo voto sint astricti, ita poterunt ducere viduam sicut virginem.

R E S P O N. Dicendum quod clerici ducentes vxores infra minores ordines, possunt vxores dupliciter ducere. Aut cum spe redeundi ad ministerium et officium clericatus, aut sine spe. Si cum spe, tunc permittitur quod ducat virgines: et sic loquitur Leo papa. Si sine spe, tunc possunt quam volunt ducere: sed si ducant viduam, amplius non possunt ad officium quod dimiserant, redire: vel si permittatur reditus ad ordines minores, inhibetur promotio ad maiores: et ideo dicit: Permittantur si volunt ad clericatum, aliquo tempore redire sine impedimento.

A Placuit Episcopos, presbyteros, et cet. ab vxoribus abstinere. Dub. II.

Videtur mala esse hæc constitutio: quia nemo potest vxorem priuare suo: ergo videtur quod si habent vxores, quod non possunt abstinere ab eis, etiam si velint. I T E M ponatur quod aliquis in inferioribus ordinibus vxore tacente, et sciente promoueat, vtrum debeat cum reclamauerit, debitum sibi reddi. Et quod sic, videtur: quia votum continentie non vouit. Et iterum: Si vir ingrediatur religionem, et ipsa taceat, si reclamet post apud Episcopum, redire compellitur: ergo, et cetera. I T E M quæritur, vtrum mortuo viro teneatur ad continentiam perpetuam talis mulier, an possit contrahere.

R E S P O N. Dicendum quod hoc intelligitur, quod si non habent vxores, nunquam debent contrahere, ex quo ad sacros ordines sunt promoti: si autem habent, non possunt promoueri sine assensu vxorum secundum consuetudinem Romanæ Ecclesiæ, et verum est, quod requirendus est earum consensus. Quia si vxor taceat viro suscipiente ordinem, et locū, et tempus habet reclamandi, præsumitur consentire, et amplius reclamare non potest: et ex tali consensu suo continentia sibi indicitur, nec potest requirere vitum. Vtrum autem possit contrahere, dicendum quod sicut dicitur 32. dist. c. feriatim, et cetera, non potest, etiam post mortem viri, immo teneatur ad continentiam perpetuam. Sed qualiter hoc sit intelligendum, inter iurisperitos est controuersia. Alij enim dicunt quod mulier consentiens viro, volente intelligitur: sed votum istud, quia non est sollempnizatum, impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit iam contractum. Alij dicunt quod sollempnizatur in voto viri. Tertij dicunt quod secus est in vxore ingressi religionem, et clerici: quia vxor clericus tenetur: sed non vxor ingressi, quia dignior est clericatus, quam religio, cum bigamus possit esse religiosus, non autem clericus. Alij, et hoc videtur probabilius, quod vxor aut ignorat ius illud, quia nec scit, nec sibi dicitur, aut nouit. Primo modo non obligatur. Secundo modo si nouit, quia sibi dicitur, et consentit, obligatur. Sed quid in tanta diuersitate tenendum est, sane dici potest, quod si vxor consentiat viro quod ordinem sanctum suscipiat, vel quod religionem ingrediatur in conspectu personæ, perquam secundum formam Ecclesiæ possit fieri diuortium, quod ipsa obligatur ad continentiam perpetuam cum viro, qui est eadem caro cum ipsa: nec excusatur per iuris ignorantiam: nec est diuersimode iudicandum in clericis, et religiosis quantum ad hoc, cum vtrobique corpus viri perpetuo Domino dedecur. Et hoc expresse dicitur distin. 32. c. feriatim, et cetera. Neque permittitur vxor iungi eidem marito suo carnaliter, nec vniquā nubere, aut in eius vita alium ducere post mortem: et ideo satis probabiliter dictum est.

C O N T R A: Si promitto tibi dare centum, si abfoluas me, sum abfolutus: nec perituro si non do: ergo pari ratione in proposito.

A D illud quod quæritur, quo modo contrahatur, dicendum quod quattuor modis. Simpli promissione, fidei datione, siue iuramenti interpositione, datis arrhis sponsalitijs, annuli subarrhatione.

A D illud quod quæritur, quibus modis soluantur, dicendum quod in octo casibus. Primus est, voto sollempni superueniente, puta si alter sponforum intrauit religionem. Secundus, superueniente matrimonio, puta si contrahat cum alia per verba de præfenti post sponsalia. Tertius, superueniente affinitate, puta si cognouit consanguineam sponsæ: et hoc facto vel fama probari potest. Quartus, superueniente incurabili infirmitate, puta lepra, vel mutilatione membri alicuius. Quintus, altero se absentante, puta cum vadit in regionem longinquam sine licentia. Sextus, altero fornicante, puta cum alter cognoscit alteram, quam sponsam suam. Septimus, utroque volente, puta cum ambo consentiunt. Octauus est, minore petente, puta si contracta sunt sponsalia inter aliquos duos, quorum alter est in ætate debita, alter est minor. Primis duobus modis soluitur sponsalia ipso facto, alijs per iudicium Ecclesiæ.

A D illud quod quæritur, quis sit sponsalium effectus, dicendum quod duplex. Vnus obligationis ad matrimonium, ad quod astringuntur per promissionem, quæ est in sponsalibus. Vnde dicuntur a sponde, vnde cõpellendi sunt ad matrimonium contrahendum, nisi timeatur de vxorificio, vel aliquis dictorum casuum interueniat. Alius effectus est publicæ honestatis iustitia, quæ est quod nullus consanguineorum propinquorum sponi potest contrahere cum sponsa, nec econuerso.

C O N T R A: Si promitto tibi dare centum, si abfoluas me, sum abfolutus: nec perituro si non do: ergo pari ratione in proposito.

A D illud quod quæritur, quo modo contrahatur, dicendum quod quattuor modis. Simpli promissione, fidei datione, siue iuramenti interpositione, datis arrhis sponsalitijs, annuli subarrhatione.

A D illud quod quæritur, quibus modis soluantur, dicendum quod in octo casibus. Primus est, voto sollempni superueniente, puta si alter sponforum intrauit religionem. Secundus, superueniente matrimonio, puta si contrahat cum alia per verba de præfenti post sponsalia. Tertius, superueniente affinitate, puta si cognouit consanguineam sponsæ: et hoc facto vel fama probari potest. Quartus, superueniente incurabili infirmitate, puta lepra, vel mutilatione membri alicuius. Quintus, altero se absentante, puta cum vadit in regionem longinquam sine licentia. Sextus, altero fornicante, puta cum alter cognoscit alteram, quam sponsam suam. Septimus, utroque volente, puta cum ambo consentiunt. Octauus est, minore petente, puta si contracta sunt sponsalia inter aliquos duos, quorum alter est in ætate debita, alter est minor. Primis duobus modis soluitur sponsalia ipso facto, alijs per iudicium Ecclesiæ.

est, quod viro vouente, et sollempnizante, ipsa vouisse intelligitur: et hoc totum probatur per multa iura, quae dicuntur lib. 3. de conuersione coniugatorum.

Quibus penis denegatur coniugium. Dub. III.

Ex hoc videtur, quod cum talibus dispensari non possit. Quiritur ergo pro quibus peccatis coniugium denegatur, et in quibus dispensatur.

RESPON. Notandum quod in septem generibus. Primum est adulterium cum occisione, vel fidei datione. 31. q. 1. Secundum est incestus. 32. q. 7. Conubium. Tertium est raptus sponsae alterius. 27. q. 2. Statutum. Quartum est de eo, qui insidians matrimonio filium de sacro fonte leuauit, et de hoc habetur. 30. q. 1. de eo autem. Quintum est de eo, qui occidit presbyterum, extra de pen. et remiss. Qui presbyterum. Sexto de eo, qui occidit propriam uxorem. 33. q. 1. Septimum sollempniter penitentes. 33. q. 2. De his antiqui. In omnibus dispensatur praeterquam in primo, propter hoc, quod respicit personam determinatam.

Sed sancta Dei Ecclesia numquam mundanis infringitur, et cetera. Dub. IV.

Videtur falsum dicere: quia Bernardus dicit ad Eugenium, quod habet vtrumque gladium, et vterque gladius tam spiritualis quam materialis est Ecclesiae: et hoc probat per illud: Sunt gladij duo: et dominus: Satis est.

RESPON. Dicendum quod vterque, vt dicit Bernardus, est Ecclesiae, sed differenter, quia spiritualis extrahendus est manu Ecclesiae, sed materialis non manu, sed tantum nutu: et per hoc soluitur illud.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam huius breuis distinctionis secundum duo, quae breuiter in ea tanguntur, duo hic principaliter quaeruntur. Primo quaeritur de ordinis impedimento. Secundo de vxoridicio. Circa primum quaeruntur tria. Primum est, vtrum ordines minores impediunt matrimonium. Secundum autem, vtrum ordines sacri. Tertio quaeritur quantum ad ecclesiasticum statutum, per quod sacri ordines impediunt matrimonium.

QVÆSTIO I.

An maiores ordines impediunt matrimonium.

S. Thomas in Suppl. 3. p. q. 53. ar. 3. Et 4. Sent. d. 37. q. 2. ar. 1. Richardus 4. Sent. dist. 37. q. 1. Tho. Argenti. 4. Sent. d. 37. q. 1. ar. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 37. q. 1. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 37. q. 1.

FVNDAMENTA.

QVOD minores ordines non impediunt matrimonium, videtur per multas auctoritates, quas adducit Magister in littera: maxime de illa Leonis papae, quae sumpta est de distinct. 32.

ITEM in extraua. de clericis coniug. dicit Alexander III. Si qui clericorum infra subdiaconatum acceperint vxores, ipsos ad retinendas vxores distinctione ecclesiastica compellatis.

ITEM ratione videtur, quia ad minores ordines

vt plurimum paruuli promouentur: sed tales non sunt cogendi ad continentiam: ergo, et cetera.

ITEM in ingressu religionis est status, in quo quis probatur, et probatur antequam ad uotum continentiae obligetur: ergo pari ratione, immo multo fortiori, cum difficilius sit in saeculo continere, status debet determinari, in quo clerici possint probare, et probari, vtrum velint viuere casti, et in illo non debent ad castitatem obligari: sed iste est ordinum inferiorum: ergo, et cetera.

CONTRA: Lectores cum ad annos pubertatis venerint, cogantur aut vxorem ducere, aut continentiam profiteri: ergo si lectores sunt in statu inferiorum ordinum, videtur quod compellantur ad continentiam: ergo, et cetera.

ITEM minores clerici statim vt sunt clerici, in sortem Dei sunt vocati: et ideo dicti sunt clerici, quia in sortem Dei sunt segregati: sed qui habet vxorem est diuifus, sicut dicit Apostolus: ergo nullus clericus potest, nec debet habere vxorem: ergo, et cetera.

ITEM omnis clericus in minori officio, siue ordine constitutus potest habere beneficium ecclesiasticum, maxime si intendat ulterius promoueri, saltem beneficium sine cura: sed nullus coniugatus potest, nec debet habere beneficium praebendale, sicut dicitur extrau. de clericis coniugatis diuersis fallacijs, et cetera: ergo nullus clericus potest esse coniugatus.

ITEM omnis clericus in minori officio constitutus potest gaudere priuilegio clericali: sed nullus vxoratus potest gaudere priuilegio clericali: ergo nullus clericus potest esse vxoratus. Maior manifesta est, minor pater per decretalem de clericis coniugatis. Ioannes et infra, vbi dicitur, quod vxoratus etiam tonsuratus non potest priuilegio clericali gaudere. Si tu dicas, quod istae rationes non valent, quia qui est clericus, potest non esse clericus, et ita potest esse uxoratus. Contra: Ordinis sacramentum est per impressionem characteris: ergo sicut baptizatus non potest esse non baptizatus, ita videtur quod clericus non possit fieri non clericus, siue non ordinatus.

CONCLUSIO.

Ordines minores ad contrahendum matrimonium non praestant impedimentum: licet ministerium, et beneficium in Ecclesia occidentali oppositionem habeant ad matrimonium.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod in ordinibus minoribus est considerare ordinem et officium, siue ministerium, et beneficium: et simul haec tria possunt comparari ad matrimonium, et ordo minor nullam habet oppositionem ad matrimonium ratione sui, siue characteris, nec quantum ad contractum matrimonij, nec quantum ad vsum. Sed ministerium, et beneficium secundum Ecclesiam occidentalem oppositionem habent ad matrimonium quantum ad vsum propter honestatem: et quoniam clericus in minoribus ordinibus non tenetur, nec est obligatus ad officium, nec ad ministerium, ideo potest contrahere sine aliquo impedimento: et ita concedendum est, quod minores ordines matrimonio non praestant impedimentum.

AD illud ergo quod obijciunt, quod lectores debent continentiam promittere, dicendum quod illud capitulum debet intelligi, quando promouentur ad subdiaconatum, alioquin solum est consilium.

AD illa vero, quae obijciuntur post, iam patet responso. Obijciunt enim de clerico quantum ad ministerium, et quantum ad beneficium, et priuilegium, quae non sunt necessario annexa minoribus

bus ordinibus: ideo nec matrimonium repugnat, ita quod non possit transferri de vno statu ad alium: impeditur tamen vt non possit, nec debeat simul in vtroque statu militare, quia nemo militans Deo debet se saecularibus negotijs implicare.

QVÆSTIO II.

An sacer ordo matrimonium impediatur.

S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 53. ar. 4. Et 4. Sent. d. 37. q. 2. ar. 2. Scot. 4. Sent. d. 37. q. 1. Richardus 4. Sent. d. 37. q. 2. Duran. 4. Sent. d. 37. q. 1. Tho. Argenti. 4. Sent. d. 37. q. 1. ar. 1. Franc. de Mayr. 4. Sent. d. 37. q. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 37. q. 2. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 37. q. 2.

FVNDAMENTA.

TRVM sacer ordo matrimonium impediatur. Et quod sic, videtur per auctoritates multas, quas adducit Magister in littera: et sumuntur plures de Dist. 32.

ITEM in extraua. de cler. coniug. Alexandri III. Si in subdiaconatu, et alijs superioribus ordinibus vxores acceperisse noscuntur, eos vxores dimittere compellere procuretis.

ITEM omnis qui non vouet continentiam, est ineptus ad sacros ordines: sed qui habent vxores, sunt huiusmodi: ergo, et cetera. Probatio maioris: Gregorius dicit, et habetur in littera: Nullum subdiaconum facere praesumant Episcopi, nisi qui se promiserit caste viuaturum: ergo qui se promittit in manu Episcopi, continentiam vouet, et tenetur: patet, et cetera.

ITEM in sacris ordinibus ministrant circa altare: sed sanctus est altare nouae legis, et sacrificium quam legis figura: sed sacerdos cum ingrediebatur sancta sanctorum, tenebatur a coniuge abstinere, sicut dicitur in Exodo: ergo multo fortius ministri altaris: nunc ergo qui iugiter ministrant, numquam debent mulieribus adherere.

CONTRA: Virtus nullam habet oppositionem cum virtute, sed sacramento cum sacramento: sed quod non habet oppositionem cum alio, non praestit ei impedimentum: ergo ordinis sacramentum nullo modo impedit matrimonium.

ITEM oppositio est relatio aequiparantiae: ergo si vnum sacramentum repugnat, et impedit susceptionem alterius, pari ratione et econuerso: sed matrimonium non impedit susceptionem ordinis, quia multi coniugati promoti sunt in Episcopos: ergo nec ordo sacer impedit matrimonium.

ITEM idem est ordo apud nos, et apud Ecclesiam orientalem: sed apud illos ordo non impedit matrimonium, nec econuerso: ergo nec apud nos. Si tu dicas quod apud nos est superadiectum votum, ratione cuius impedit, tunc videtur quod impedimentum ordinis non differat ab impedimento voti.

CONCLUSIO.

Sacer ordo impedit matrimonium contrahendum, et dirimit contractum, ratione status Ecclesiastici, et voti.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod absque dubio, sicut sacri canones dicunt, sacer ordo impedit matrimonium contrahendum, et dirimit iam contractum. Verumtamen quantum ad modum dicendi, siue intelligendi inter doctores diuersas opinionum resultat. Quidam enim dicunt, quod ordo sacer impedit matrimonium propter votum anne-

Opin. 1.

xum, ad quod obligatur qui suscipit ordinem sacrum. Sed quoniam in susceptione ordinis non videtur votum emisso, aut si est emisso, haec est quantum ad factum, quamuis non sit quantum ad verbum: sed non videtur tunc differre ab impedimento voti, quod falsum est, quia apud graecos non est votum continentiae, quia illi sacerdotes licite vtuntur vxoribus: et tamen nullus potuit, nec potest in sacris ordinibus constitutus contrahere, sicut ex synodo septima habetur, quae celebrata fuit apud eos, in quo se huic statuto subiecerunt praeter votum continentiae. Ideo aliorum est opinio, quod ordo praestit impedimentum ratione status Ecclesiastici, quod ligat clericos suscipientes ordines ad numquam contrahendum. Sed quoniam auctoritates canonum inueniuntur, quae vtrumque sonare videntur, vt quod in susceptione ordinis est sollempnizatio voti. Ideo dicendum est melius, quod est apud graecos non impediatur, hoc est ratione status: et sic non impediunt, vt dicunt quidam, a tempore Apostolorum: tamen apud Latinos impediunt, et ratione status, et ratione voti. Sicut enim ordo monachorum, et habitus continentiam habet annexam per illum, qui habitum instituit, et regulam edidit monachalem: ideo qui proficitur, et suscipit habitum, dicitur emittere votum consequenter: sic ordo apud Latinos ex Ecclesiastica constitutione habet inseparabiliter continentiam annexam: et ideo qui illum suscipit, spontanea se obligat: ita quod illa obligatio procedit ex statuto pariter, et ex voto: et sic patet quod impedit, et qualiter impedit.

Improbatio

Opinio 2.

Improbatio

Opinio 3.

Doctores.

Opinio 2.

Improbatio

Opinio 3.

Doctores.

Opinio 2.

Improbatio

Opinio 3.

Doctores.

Opinio 2.

Improbatio

Opinio 3.

Doctores.

Opinio 2.

Improbatio

Opinio 3.

Doctores.

Opinio 2.

Improbatio

Opinio 3.

Doctores.

Opinio 2.

Improbatio

Opinio 3.

Doctores.

Opinio 2.

Improbatio

Opinio 3.

Doctores.

Opinio 2.

Improbatio

Opinio 3.

Doctores.

Opinio 2.

Improbatio

Opinio 3.

Doctores.

Opinio 2.

Improbatio

Opinio 3.

Doctores.

Opinio 2.

Improbatio

Opinio 3.

Doctores.

Opinio 2.

Improbatio

Opinio 3.

Doctores.

Opinio 2.

Improbatio

Opinio 3.

Doctores.

Opinio 2.

Improbatio

Opinio 3.

Doctores.

Opinio 2.

Improbatio

Opinio 3.

Doctores.

Opinio 2.

Improbatio

Opinio 3.

Doctores.

Opinio 2.

Improbatio

Opinio 3.

Doctores.

Opinio 2.

dium concupiscentiæ: sed hic morbus maxime viger in clericis, vt patet: ergo non debuit denegari remedium.

2. I T E M difficillimum est iuuenibus abstinere a mulieribus: et ideo continentia in eis pro martyrio computatur a Hieronymo: sed lex noua debet esse lex leuitatis, et suauitatis: ergo, et cetera.

3. I T E M ad ea, quæ perfectionis sunt, debemus per consilium induci, non mandato obligare: si ergo abstinere ab omni muliere perfectionis est, nõ videtur quòd ad hoc debuerint clerici per præceptum obligari.

4. I T E M non est maioris perfectionis moderna Ecclesia, quàm primitiua: sed tunc non fuit indicta clericis continentia: ergo nec modo debuit indici.

5. I T E M cultus Dei ampliandus est: sed a nullis competentius ampliatur, quàm ab ipsis clericis cultoribus Dei: si ergo clerici in sacris ordinibus constituti sunt cultores Dei, cum ampliatio cultus diuini non tantum sit per generationem prolis spiritualis, sed etiam carnalis, quia nati de Christianis Christiani sunt: ergo videtur quòd eis competat filios generare: ergo non debent arctari ad continentiam.

6. I T E M prælatorum status dicitur esse perfectissimus, quia insimul iuncta ab contemplatio cum actione: ergo cum status clericorum debeat esse perfectus, videtur quòd statim eorum conueniat non tantum generatio prolis spiritualis per verbum, et exemplum propter statum contemplationis, sed etiam generatio prolis carnalis quantum ad statum actionis: ergo videtur quòd eis non debuerit matrimonium interdici. Quæritur ergo quæ fuerit ratio huius statuti, et ad oppositum possent adduci rationes, sed illas claudendum est in responsione.

CONCLVSIO.

Ecclesia potuit, et ei licuit: quia et decens erat, et expedire videbatur, statuere vt sacer ordo impediret matrimonium contrahendum, et dirimeres contractum.

RESPON. AD ARG. Dicendum quòd istud statutum de clericorum continentia fecit Ecclesia, quia potuit, siue licuit, quia decuit, quia expediens fuit. Potuit autem Ecclesia dupliciter, tum propter auctoritatem prælatorum, et maxime Pontificis summi, tum propter consensum subditorum. Propter auctoritatem namque potuit, quoniam ceteri omnia sacramenta auctoritatem respiciant in dispensante aliquo modo, tamen illud sacramentum præcipue inter alia. In cuius signum in ordinis datione loquitur potestatem habens ille, qui ordines confert: vnde et dicit: Accipe potestatem, et cetera, et ideo istud onus, quod voluit summus Pontifex huic ordini siue sacramento alligare, potuit et sibi licitum fieri. Sed huic auctoritati, et potestati successit in Latinis voluntas obtemperandi, quia tale statutum super se libenter receperunt: et hæc duo fecerunt statutum firmum. Sed Græci dederunt tergum, et quia non consenserunt in nobile statutum, vt vasa sua seruarent munda, ablatum est regnum, et intelligentia scripturarum, et datum est geni facienti fructum eius. Sic igitur patet quòd potuit. Nec solum licuit, immo etiam decuit: et hoc propter duo, quoniam in actu carnali, qui est vsus matrimonij, vt plurimum, est libido: et in cohabitatione, vt plurimum, est sollicitudo. Et libido, siue carnalis delectatio reddit fatidum, et immundum, et sollicitudo reddit diuisum. Et quoniam clericum in sacris ordinibus constitutum decet esse mundum, cum ferat vasa Domini, decet nihilominus esse sollicitum, et attentum, vt sollicitus, et diligenter seruiat Domino, et studeat quo modo placeat Christo: ideo decens fuit eos ab vxoribus separari, vt per omnia fierent idonei cultores

1. Ratio.

2. Ratio.

A ministri altaris. Si enim illi, qui comedebant panes propositionis, vasa sancta habere debebant, quanto magis isti, qui agno immaculato assunt, et dispensant, et sumunt, omni puritate, et sanctitate debent fulgere, et vasa sua custodire in sanctificatione, et honore, non in desiderij potestate? Certe hoc non tantum decens, sed et etiam decentissimum iudicabit omnis anima, quæ est templum Spiritus sancti. Et non tantum decuit, immo etiam expediens fuit.

3. Ratio.

Primo propter vitandum irregularitatis periculum. Secundo propter vitandum latrocinium. Propter vitandum periculum, quia si mulier, quæ est vxor alicuius, cognoscat alium virum, et ille vir post cognoscat eam, iam irregularis est: et ideo si vxor sacerdotis Græci fornicatur, iam amplius nec cum ipsa, nec cum alia potest rem habere: et quia difficile est talibus abstinere, frequenter in irregularitatem inciderent, et cum periculo ministrarent, si vxores haberent. Secundo vero propter vitandum latrocinium. Si enim Episcopi, et Archiepiscopi nunc filios haberent, omnia bona Ecclesiastica furarentur, et diriperent: ita quòd pauperibus pauca, vel nulla remanerent, cum enim modo congregent, et ditent nepotes quasi gradibus incomputabilibus ab eis elongatos, quid facerent si haberent filios legitimos? Vnusquisque attendat quantum esset periculum: ideo prouidit Spiritus sanctus hoc offensiculum auferre, et Dei consilio hoc statutum fuit in Ecclesia sancta Dei, vt clerici ad factos ordines venientes, nullo modo matrimonio possint vi.

1. A D illud ergo quod obijcitur, quòd clerici indigent remedio, dicendum quòd verum est: sed tamen non solum est remedium matrimonij ad vitandam fornicationem, sed multo nobilius est remedium macerare carnem: vnde quando orium est, et nulla est carnis maceratio, sed nutritur, et impinguatur venter, tunc præstat fomentum igni luxurie, et ideo aliquibus videtur difficile continere: sed si occuparent se bono exercitio, et carnem macerarent, alio remedio non indigerent: et istud remedium est eis concessum, quia conuenit eorum statui. Aliud vero est remedium, quod non competit eorum castibatu.

2. A D illud quod obijcitur, quòd difficillimum est abstinere iuuenibus ab actu carnis, dicendum quòd reuera hoc difficillimum est, quia qui ignem abscondit in sinu, quo modo potest eum ferre, vt eius planta non ardeant? difficile autem est extinguere ignem immittendo ligna, sed facillimum est superinfundendo aquam. Si enim vis continere, necesse habes mulieres effugere, et carnem macerare, maxime si iuuenis es: quòd si hoc feceris, et continentiam amare cæperis, fiet tibi non solum non difficile, immo per omnia facile. Cum enim dicitur quòd lex noua est onus leue, hoc dicitur ratione charitatis, quæ cetera mandata facit facilia, qua qui caret, valde difficulter potest onus portare.

3. A D illud quod obijcitur de perfectione, dicendum quòd Ecclesia nullum compellit absoluta impulsione, sed sub conditione, quæ est in voluntate hominis, scilicet si velit ordinem suscipere: et hoc non est compellere simpliciter: sed homo tunc se obligat, quando voluntarie sumit ordinem: oportet enim quòd accipiat ipsum cum suo onere.

4. A D illud quod obijcitur, quòd non maioris perfectionis est moderna Ecclesia, quàm erat Ecclesia primitiua, dicendum quòd illi non competebar, tum propter personarum paucitatem, tum etiam propter paupertatem, tum etiam propter modestiam, et honestatem. Propter paucitatem, quia oportebat clericos fieri de nouo conuersos, qui vt plurimum vxores habebant: nunc autem a canabilis instruuntur. Propter paupertatem, quia non tantum abundabant tunc, quantum nunc: ideo non tantum timendum

mendum de facto erat, sed post Dei dispensationem Ecclesia temporalia habens, ne charitate refrigesceret in clericis, quàm in laicis cultus Dei periret, qui dilatari deberet: ideo tunc oportuit continentiam indicere, propter modestiam, quæ erat in illis. Sciebant enim vxoribus melius, et temperantius vti: et sic patet illud.

6. A D illud quod obijcitur de ampliatione cultus diuini, dicendum quòd cum tot sint de laicis, qui vacent illi multiplicationi carnali, et tam pauci qui sciant, possint, et velint vacare spirituali: ideo oportuit hæc duo officia diuidi: et cum diuisa sint, adhuc carnalis generatio multos habet ministros, et spiritualis paucos. Non enim timendum est, quòd deficiat cultus Dei propter defectum generationis carnalis, sed multum timendum est, ne tepescat propter defectum spiritualis.

6. A D illud quod obijcitur de actione, et contemplatione, dicendum quòd quædam est actio, quæ iuncta contemplationi non eam impedit, sed facit, vt sunt opera misericordie, et pietatis. Quædam est quæ mentem deijcit de arce: et talis est actio coniugalis, quia sicut dicit Augustinus: Nihil mentem virilem adeo de arce deijcit, vt contactus membrorum femineorum: et hoc supra tactum fuit: et ideo dico quòd clericis talis actio non competit, sed actio quantum ad opera misericordie: vnde eis commissa sunt bona pauperum dispensanda, vt operibus pietatis intendant, non vt curam carnis in desiderijs faciant.

Artic. præced. q. 2.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER quantum ad secundum articulum quæritur de vxoricidio: et circa hoc tria quæritur. Primo quæritur, vtrum vxorem adulteram occidere sit licitum. Secundo, quòd sit grauius peccatum, vtrum occidere vxorem an matrem. Tertio, vtrum hoc peccatum simpliciter impediatur matrimonium.

QUESTIO I.

An sit licitum vxorem adulteram interficere.

8. Thomas in suppl. 3. p. q. 60. ar. 1. Et 4. Sent. d. 37. q. 2. ar. 5. Ricard. 4. Sent. dist. 37. q. 1. ar. 2. Tho. Arg. 4. Sent. d. 37. q. 1. ar. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 37. q. 4. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 37. q. 5.

AD OPPOSITIVM. Exo. 22. c.

V D D licitum sit vxorem adulteram interficere, ostenditur. Primo per textum sacre Scripturæ: Maleficos non patieris viuere: istud est morale: ergo adhuc manet. Si tu dicas istud fuisse iudiciale, et talia euacuata sunt.

2. CONTRA istud est in lege humana, quòd adultera est interficienda, et adulter: sed tales leges approbat et sustinet Ecclesia: si ergo Ecclesia non debet approbare, nisi licitum, videtur quòd viro vxorem adulterantem interficere sit licitum.

3. I T E M hoc probatur per canonem 33. quæstione 2. Interfectores suarum coniugum sine iudicio, cum non addis adulterarum, vel aliquid huiusmodi, quid aliud habendi sunt, quàm homicidæ? ergo si additur adulterarum, non videtur quòd sint homicidæ.

4. I T E M viri est vxorem suam corrigere, et fecundum quòd grauius peccat, grauius debet eam punire: si ergo mulier quæ adulteratur, digna est morte, si vir eam occidat, non videtur quòd incurrat aliquam offensam.

nire: si ergo mulier quæ adulteratur, digna est morte, si vir eam occidat, non videtur quòd incurrat aliquam offensam.

CONTRA: Qui sine peccato est vestrum, primus in eam lapidem mittat: noluit ergo Dominus quòd aliquis occideret mulierem in adulterio deprehensam, nisi haberet conscientiam mundam a culpa: ergo non videtur quòd hoc alicui liceat.

FVNDAMENTA. Ioan. 8. a

ITEM: Canon dicit 33. quæst. 2. Inter hæc sanctitas vestra, et infra: Sancta Dei Ecclesia mundanis numquam confringitur legibus, gladium non habet nisi spiritualem: ergo, et cetera.

ITEM ratione videtur: quia quantum ad culpam fornicationis iudicantur pares: sed nulli mulieri licet occidere virum adulterum: ergo nec alicui viro adulteram mulierem.

CONCLVSIO.

Vxorem adulteram occidere non est licitum, neque apud legem Evangelicam, neque apud ius ciuile.

RESPON. AD ARG. Dicendum quòd interfectio propria coniugis si ex certa scientia fiat, peccat, quantumcumque illa sit adultera: peccat autem non tantum contra canones, sed etiam contra ius ciuile. Contra ius ciuile, quia eam interfecit, prætermisso iuris ordine, nisi forte in actu malo eam inueniat, in quo casu leges humanæ concedunt. Sed contra ius diuinum, et canonicum peccat in ipso facto, quoniam non debet ipsam adulteram interficere, sed corrigere, cum Deus peccatum paratus sit parcere in lege gratiæ, sicut patet in exemplo mulieris adulteræ. Et quoniam matrimonia, et causæ matrimoniales tractari debent lege poli, et non lege fori: ideo non licet hoc facere, quòd ius ciuile dicit, quamuis Ecclesia sustineat ad terrorem malorum, sed quòd iudicat sancta Ecclesia, vxorem scilicet adulteram non esse occidendam, sed potius dimittendam.

1. A D illud quod obijcitur de lege, dicendum quòd illud erat iudiciale, et iudicialia non manent, quia illa fuit lex rigoris: hæc autem est mansuetudinis.

2. A D illud quod obijcitur de lege ciuili, dicendum quòd quædam sunt ibi, quæ Ecclesia approbat, quædam quæ sustinet, et quædam quæ reuocat. Et hoc iudicium de occisione fornicariæ, siue adulteræ, aut sustinet ad aliorum terrorem, aut etiam retractat, cum prohibet vt in supradicto canone, qui dicit nullo modo interficiendam esse vxorem quantumcumque in crimine deprehensam.

3. A D illud quod obijcitur de illo canone, interfectores suarum, et cetera, dicendum quòd istud dictum est secundum leges humanas: talis enim ex quo sine causa, et præter iudicium occidit, secundum leges ciuiles punitur vt homicida: sed si per iudicium, et causam faciat, non iudicatur homicida secundum leges humanas. Sed secundum ius canonicum, etiam secundum quòd debent regi matrimonia lege matrimonij, et secundum mandatum Ecclesiæ non principum, non licet occidere, immo homicida iudicatur, sicut expresse testatur capitulum sequens de Nicolao, et cetera.

4. A D illud quod obijcitur, quòd potest corrigere, dicendum quòd verum est: sed correctio tanta, et talis debet esse, vt non auferat locum penitentię: et ideo quando excedit limites vt occidat, iam non est zelus correctio- nis, sed furor occisionis.

QVÆ

QVÆSTIO II.

An sit grauius peccatum vxorem occidere quam matrem.

Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 37. q. 5. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 37. q. 7.

AD OPPOSITIVM.

M TRVM grauius peccatum sit occidere vxorem, quam matrem. Et quod sic, videtur; quia quod grauius punitur, grauius est in offensa: sed peccatum interfectionis vxoris grauius punitur, quam peccatum interfectionis matris, sicut patet 33. q. 2. Admonere, et cetera.

Ephes. 5. f

2. ITEM quod est magis contra naturam, illud est maius peccatum: sed magis contra naturam est odire, et occidere carnem suam, quam alienam: quia Nemo unquam carnem suam odio habuit: et vxor est caro viri, sicut ibidem dicitur: quia facti sunt una caro: ergo grauius videtur peccatum.

Gen. 2. d

3. ITEM amor vxoris, sicut patet ex textu, superexcedit amorem patris, et matris, etiam amor castus: et hoc etiam videtur innui ex textu: Isaac qui tantum dilexit Rebeccam, quod dolorem, qui de matre acciderat, temperaret. Sed quanto magis aliquis inclinatur ad amorem; tanto minus ad læsionem: ergo videtur quod si occidat vxorem, grauius peccet.

Gen. 24. g

4. ITEM qui occidit vxorem, facit contra bonum nature, et sacramenti, cum sint coniuncti ad indiuiduam vitæ consuetudinem: qui autem occidit matrem, facit contra alterum tantum: ergo, et cetera.

FVNDAMENTA.

CONTRA: Licitum est percutere, et verberare vxorem in casu, sed numquam licitum est verberare matrem: ergo grauior est offensa illata matri, quam vxori: ergo, et cetera.

ITEM tanto grauior est offensa, quanto persona, in quam est, debetur maior reuerentia: sed multo maior reuerentia debetur matri, quam vxori: ergo maior est offensa, que est in matrem: et sic, et cetera.

ITEM facilius frangitur amor socialis, quam naturalis, pro eo quod naturalia magis adherent: sed amor matris est naturalis, amor vxoris socialis: ergo maioris peruersitatis, et crudelitatis est occidere matrem.

ITEM grauius est cum offendere, a quo plura beneficia sunt percepta: sed plura beneficia percipiuntur a matre, quam ab vxore: ergo, et cetera.

CONCLUSIO.

Grauius peccatum est matrem, quam vxorem occidere, licet grauius punitur vxoricidium, propter maiorem prouocacionem.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod absque dubio grauius peccatum est, in genere loquendo, occidere matrem, quam occidere vxorem, tum ratione personæ exterioris, cui debetur maior reuerentia, tum ratione minoris proprietatis: prouocacionem enim est homo iracundus ad verberandam vxorem, quam matrem: maxime quando propter aliquam causam displicet mirabile odium, et rædium generatur: et ideo prouocacionem est ad occidendam vxorem, quam matrem. Ad occidendam autem matrem nullus natura inclinatur, nisi sit per iniquitatem conuersa in crudelitatem super bestias. Et quoniam homo prouocacionem est ad vxoricidium, hinc est quod quamuis minus sit peccatum, tamen maior pœna imponitur, ut per incussionem timoris prouocacionem restringatur: et per hoc patet primum obiectionem.

A. 1. 2. AD illud quod obijcitur, quod magis est contra naturam, quia vna caro, dicendum quod maior est vnio inter filium, et matrem, quam inter virum, et vxorem secundum rem, quamuis in matrimonio sit maior secundum significationem, pro eo quod caro matris, et filij habent conuenientiam in substantia, et natura: sed caro masculi et femina secundum actum commixtionis, et vnionis: et ideo ad tempus plus trahitur homo ad vxorem, sed simpliciter plus trahitur ad matrem.

3. AD illud quod obijcitur, quod plus excedit amorem matris, dicendum quod verum est intensiue: tamen quantum ad radicationem facilius est, quod vir conuertatur in odium vxoris, et econuerso per vniam fornicacionem, quam mater in odium filij, vel econuerso. Et hoc, quod dicitur, quod relinquit matrem, non dicitur quantum ad effectum, sed quantum ad coniunctionem sexuum.

4. AD illud quod obijcitur, quod facit contra bonum nature, et sacramenti, dicendum quod verum est, sed illud præponderat, scilicet matricidium: quod adeo est contra naturam, ut numquam natura abhorreat ita occisionem alicuius, cui commiscetur, sicut eius, in cuius vtero fuit totus. Vnde quamuis canon dicat 33. q. 2. quod occidens vxorem est crudelior omni bestia, quia partem sui corporis occidit, intelligendum est hoc dictum esse per emphaticum modum loquendi, secundum quem modum posset dici, quod mater est totum corpus filij, cum totum ex matre traxerit: et ista est veritas, licet Hugo super decreto senserit contrarium: non enim in hoc approbatur eius sententia a modernis doctoribus.

QVÆSTIO III.

An vxoricidium impediatur matrimonium.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 66. ar. 2. Ricard. 4. Sent. d. 37. ar. 2. q. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 37. q. 6. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 37. q. 6.

M TRVM vxoricidium impediatur matrimonium. Et quod sic, videtur 33. q. 2. Interfectores suarum coniugum ad penitentiam redigendi sunt, quibus penitus denegatur coniugium.

ITEM eodem titulo, in penitentia Arnulfi, qui occidit vxorem, dicitur: Vxorem numquam ducere, concubinam numquam habere, nec adulterium committere audeas.

ITEM in eo, in quo quis peccat, in eo torquendus est: sed iste peccat contra matrimonium, occidendo vxorem: ergo, et cetera.

ITEM supra distinct. 35. dicit Magister, retractatum est de canone expresse extra de eo, qui duxit in coniugium eam, quam polluit per adulterium, ubi dicitur quod matrimonium nullum est, et dirimendum est: ergo quod impediatur, hoc est propter homicidium mariti, quod perpetravit: ergo si vir occidit vxorem: patet, et cetera.

CONTRA: Si quis occideret vxorem alienam propter homicidium non efficitur inhabilis ad matrimonium: ergo si plus potest in vxorem propriam, videtur quod propter eius occisionem a matrimonio non debeat prohiberi.

2. ITEM possibile est quod vir occidat vxorem zelo, quem habet in detestationem adulterij: ergo videtur quod stet pro matrimonio: ergo non debet puniri priuatione matrimonij.

3. ITEM omne peccatum potest deleri per penitentiam: ergo postquam ista est ratio peccati, et hæc pœna.

FVNDAMENTA.

AD OPPOSITIVM.

pœna potest esse occasio peccati, maxime iuueni, qui habet incentiuum libidinis: ergo videtur quod non possit impediri saltem penitentia facta.

4. ITEM magis repugnat bono matrimonij adulterium, quam homicidium: sed adulterium simpliciter non impedit: ergo nec vxoricidium.

CONCLUSIO.

Vxoricidium impedit matrimonium, siue sit factum persequendo culpam, siue defectum, siue matrimonium.

RESP. AD ARG. Dicendum quod occidere vxorem potest quis tripliciter. Aut persequendo culpam, aut persequendo naturam, aut persequendo matrimonium. Persequendo culpam, aut cum in fornicacionis crimine deprehendit, et adeo detestatur quod in ultionem criminis mortem infligit. Persequendo naturam, ut si mulier propter defectum aliquem, quem habet in se, non habet gratiam viui: unde uir eam exosam habens, et grauem, propter istam detestationem, et odij intensiorem furor accenso ipsam perimit. Persequendo matrimonium, ut quando mœchatur cum aliqua, quam uult ducere in uxorem, et non potest nisi uxorem mortua: et ideo ipsam interficit. Primum est graue peccatum propter excessum. Secundum est grauius. Tertium est grauisimum. In quolibet horum prohibetur a matrimonio contrahendo, sed magis in secundo, et maxime in tertio: et in quolibet horum casuum dispensatur ab Ecclesia, et maxime in iuuenibus: sed in primo de facili, in secundo difficilius, in tertio

quodam modo sic, et quodam modo non. Respectu ergo illius personæ, cum qua mœchabatur, et propter quam habendam in matrimonio occidit coniugem, numquam cum eo dispensabitur: immo si iunctus fuerit, simpliciter separatur: sed respectu aliarum propter periculum dispensatur. Vnde quamuis crimen nõ faciat omnino illegitimum respectu omnium propter periculum fornicacionis, facit tamen simpliciter illegitimum respectu alicuius personæ determinate, scilicet homicidium iunctum cum adulterio, vel adulterium cum fidei datione, vel datio fidei cum vxoricidio: et sic concedendum est quod tale crimen impedit matrimonium aliquo modo taliter, quia impedit, sed non dirimit. Alio modo quod etiam dirimit, sicut tactum est.

1. AD illud ergo quod obijcitur, quod qui occidit vxorem alienam, dicendum quod non est simile: quia enim offendit matrimonium in se cum vxorem propriam interficit, ideo in se debet puniri: non sic cum interficit alienam.

2. AD illud quod obijcitur de zelo, dicendum quod zelus non excusat a toto, sed a tanto: unde facilius cum eo dispensatur.

3. AD illud quod obijcitur, quod potest per penitentiam deleri, dicendum quod enormitas non ita cito delerit, immo in pœnam manet diutius, sicut patet in irregularitate.

4. AD illud quod obijcitur, quod adulterium magis repugnat, dicendum quod falsum est; quia vxoricidium est contra substantiam matrimonij, quia perimit subiectum: sed adulterium est contra bonum fidei, sine quo matrimonium esse potest: et ideo non est simile hinc et inde.

DISTINCT. XXXVIII. DE VOTO, QVALE IMPEDIMENTVM

præbeat matrimonio, et de ijs, quæ putantes maritos mortuos, alijs nubunt.



INC de voto inspiciamus. Votum est testificatio quedam promissionis spontanea: que Deo, et de his, quæ Dei sunt, proprie fieri debet. Sunt tamen et vota stultorum, quæ frangenda sunt.

De votorum differentijs.

SCIENDVM vero quod votorum aliud est commune, aliud singulare. Commune, ut illud quod in baptismo omnes faciunt, cum spondent renunciare diabolo, et pompis eius: Singulare, ut cum aliquis sponte promittit seruare virginitatem, et continentiam, vel aliquid huiusmodi. Item singulare votum aliud est priuatum, aliud sollemne. Priuatum est in abscondito factum: Sollemne vero in conspectu Ecclesie factum. Item priuatum votum si violetur, peccatum est mortale. Sollemne vero uiolare, peccatum est scandalum est. Qui priuatum faciunt votum continentia, matrimonium contrahere non debent: quia contrahendo mortaliter peccant. Si tamen contraxerint, non separentur: quia probari non potest quod occulte factum est. Qui uero sollemniter nouent, nullatenus coniugium inire queunt, quibus non solum nubere, sed et uelle damnabile est. Vnde Augustinus: In coniugali uinculo si pudicitia seruetur, damnatio non timetur: sed in uiduali continentia, et uirginali excellentia uirtus muneris amplioris expetiitur: qua expetita, et electa, et uoto oblata iam non solum capefcere nuptias, sed etiam si non nubatur, nubere uelle damnabile est. Augustinus: Vuentibus enim uirginitatem, uel uidualitatem, non solum nubere, sed etiam uelle damnabile est. Quod Apostolus ostendit Timotheo scribens: Adolescentiores uiduas deuota: cum enim luxuriata fuerint, in Christo nubere uolunt, id est, cum post uotum continentia.

S. Bon. To. 5.

De bono uis dicitur, c. 8. habetur 27. q. 1. ca. nuptiarum bonum. August. de bono uiduatatis, habetur dist. 27. c. uouentibus. 1. Tim. 3. a.

mentia in delicijs egerint vitam, non dico nubunt, sed nubere volunt in Christo, quasi tunc non sit peccatum: sed quod sit, ostendit, subdens: Habentes damnationem: et quare, subdit: quia primam fidem irritam fecerunt, etsi non nubendo, tamen volendo: ut voluntatem, qua a proposito cecidit, appareat esse damnandam, siue sequantur nuptie, siue non. Damnantur enim propositi fraus: damnantur tales, quia continentia fidem primam irritam fecerunt, id est, votum, vel in voto violato fidem, quam in baptismo professi sunt. Si autem pro voluntate nubendi damnantur, constat si eam effectui mancipauerint, renocandum id esse in irritum, easq. arcendas redire ad propositum. Vnde Gregorius: Viduas a proposito recedentes viduitatis, super quibus nos consulisti, credo te nosse a sancto Paulo, nisi conuertantur, olim esse damnatas: quas et nos Apostolica auctoritate damnandas, et a communione fidelium, atque a limitibus Ecclesie arcendas fore censemus, usque quo obediunt Episcopis suis, et ad bonum, quod ceperunt, inuite aut voluntarie reuertantur.

Ad Bonif. et habetur 27. q. 1. vi. duas a proposito.

De virginibus non velatis.

DE virginibus autem non velatis, si deuauerint, a predecessore nostro Innocentio Papa tale decretum habemus: Hæc, quæ nec dum sacro velamine tecta, tamen in proposito virginali semper se simulauerunt permanere, licet velata non fuerint, tamen si nupserint aliquo tempore, his agenda penitentia est: quia sponso earum a Domino tenebatur. Si enim inter homines solet bonæ fidei contractus nulla ratione dissolui: quanto magis ista pollicitatio, quam cum Deo pepigerunt, solui sine vindicta non poterit? Item: Si virgines nondum velatæ taliter publica penitentia puniuntur, et a cætu fidelium usque ad satisfactionem excluduntur: quanto magis vidua, quæ perfectior ætatis, et maturioris consilij existunt, et habitum religionis assumpserunt, et deinde apostatauerunt, atque ad priorem vomitum sunt reuerse, a nobis et ab omnibus fidelibus, a limitibus Ecclesie, et a cætu fidelium usque ad satisfactionem sunt eliminanda, et carceribus tradenda? Ex his apparet, virgines, vel viduas voto continentie astrictas, siue fuerint velatæ, siue non, nullatenus coniugium sortiri posse. Quod itidem de omnibus intelligendum est, qui continentiam vouerunt. Quod enim ante erat licitum, post votum fit illicitum. Non est igitur prætermittendum, quod Innocentius Papa de viduis et puellis decreuit: Quæ Christo spiritualiter nubunt: si postea publice nupserint, non eas admittendas esse ad penitentiam, nisi hi, quibus se iunxerant, de mundo recesserint. Si enim de omnibus hæc ratio custodiatur, ut quæcumque viuente viro alteri nupserit, adultera habetur, nec ei agenda penitentia licentia conceditur, nisi vnus de illis fuerit defunctus, quanto magis de illa tenenda est, quæ ante se immortalis sponso coniunxerat, et post hoc ad humanas nuptias transmigravit? Attendite quod non solum coniugium talibus negare videtur, sed etiam locum penitentie. Sed non ita intelligendum est, ut aliquando excludantur a penitentia, quæ digne penitentiam agere voluit: sed ille non sunt admittenda ad penitentiam, quæ ab incestus copula discedere noluerint: quia post religionis propositum non potest Deo reconciliari per penitentiam, quæ ad habitum suæ professionis redire neglexerit. Tunc enim ille, cui se coniunxerat ei, defunctus erit, cum ab eius illicitis amplexibus hæc penitus recesserit. Cum ergo dicitur, eas non esse admittendas ad penitentiam, nisi hi, quibus se iunxerant, de mundo recesserint, subaudiendum est, eis. Tunc enim eis viri de mundo recedunt et defunguntur, cum ab eorum concupiscentia istæ se alienant, quem sensum similitudo subdita declarat, et confirmat.

Ibid. e. Quæ Christo.

Quod grande malum sit adulterium.

CVM vir et mulier legitime coniuncti sunt, constat alterum altero viuente ad aliam non posse transire copulam, alioquin adulterium committitur: de quo Clemens Papa ait: Quid in omnibus peccatis adulterio est grauius? Secundum namque in penis tenet locum, quem primum illi habent qui aberrant a Deo. Grauius ergo peccant adulteri, grauius fornicarij, sed cunctis his grauius incestuosus, quos omnes transcendunt contra naturam delinquentes. Vnde Augustinus: Adulterij malum vincit fornicationem, vincitur ab incestu. Peius enim est cum matre, quam cum aliena uxore dormire: sed horum omnium pessimum est quod contra naturam fit: ut si vir membro mulieris non ad hoc concessio utatur, hoc execrabilius fit in meretrice, sed execrabilius fit in uxore.

De adulte. coniugij. et habetur 33. q. 7. c. adulterij malum.

De illis, qui post longam captiuitatem redeunt.

HIC queritur de illis feminis, quæ putantes viros suos interemptos, vel in captiuitate, vel ab iniqua dominatione nunquam liberandos, in aliorum coniugia transferunt: si illi, qui putabantur

perijisse

perijisse remeauerint, vtrum eis reddi debeant: et an secundi fornicati sint, et ipse ree adulterij: De hoc Leo Papa sic ait: Necessè est ut legitimarum fœdera nuptiarum reintegranda credamus: et remotis his, quæ hostilitas intulit, cuique id legitime reformetur quod intulit: procurandumq. est, ut recipiat quisque quod proprium est. Nec tamen culpabilis iudicetur, et quasi alieni iuris per-suasor habeatur, qui personam eius mariti, qui iam non esse existimabatur, assumpsit. Sic enim multa, quæ ad eos, qui in captiuitatem ducti sunt, pertinebant, in ius alienum transire potuerunt: et tamen plene iustitia est, ut eisdem reuersis reformentur. Ideoq. si viri post longam captiuitatem reuersi, ita in dilectione suarum coniugum perseverant, ut eas cupiant in suum redire consortium, dimittendum est, et inculpabile iudicandum, quod necessitas intulit, et restituum, quod fides poscit. Sin autem aliquæ mulieres ita virorum posteriorum amore sunt captæ, ut malint his coherere, quam ad legitimum transire consortium, merito sunt notandæ, ita ut Ecclesiastica communione priuentur, quæ de re excusabili contaminationem criminis elegerunt. Redeant ergo in suum coniugia statim: quia sicut mulieres, quæ ad viros suos reueri noluerint, impie sunt habendæ, ita ille, quæ redeunt, merito sunt laudandæ. Ex his ostenditur illos, qui taliter iunguntur, ut credant virum interemptum per ignorantiam, aliquam excusationem habere de peccato: et tantum primam copulam esse legitimam, non secundam: ueniam tamen habere, si careat opprobrio male uoluntatis. Sed si quis relicta in patria sua uxore, in longinquam abiens regionem, aliam ducat uxorem, deinde penitentia ductus eam dimittere uelit, asserens se aliam habuisse, quæ uiuit: nec Ecclesia permittat, quæ, quod ille asserit, ignorat: queritur an in hac secunda copula sit coniugium. Sane dici potest non esse coniugium, et mulierem de crimine excusari per ignorantiam, uirum autem adulterium admisisse. Sed ex quo ad primam redire uolens nec ualens, cogitur Ecclesiæ disciplina hanc tenere, incipit excusari per obedientiam et timorem de hoc, quod poscenti mulieri debitum reddit, a qua ipse nunquam poscere debet: et sic de alijs huiusmodi sentiendum est.

34. q. 2. et 2. Cū per bellicam, et est Epist. 77. Leonis primi.

Hugo 4. str. 6. 4.

Hoc hodie nõ tenetur, immo non debet Ecclesia obedire.

DI ST I N C T. XXXVIII.

De impedimentis, quæ omnino faciunt illegitimum ad matrimonium contrahendum cum omni propter propriam obligationem.

Nunc de voto inspiciamus. Votum est testificatio quadam et cet.

Expositio textus.

Distinctio.

SUPRA egit Magister de impedimento, quod venit ex Ecclesiastica institutione. Hic agit de impedimento, quod venit ex nostra obligatione. Et quoniam dupliciter potest aliquis obligari alicui, scilicet voto, et matrimonio: ideo primo agit de impedimento, quod venit ex obligatione voti. Secundo vero de illo, quod prouenit ex obligatione matrimonij: et incipit illa secunda pars, ibi: Cum uir, et mulier legitime coniuncti sunt, et cet. Prima pars habet duas. In prima determinat, quid sit votum, breuiter innuens quid sit, et de quo, et quorum. In secunda determinat de obligatione in comparatione ad matrimonium, ostendens quod quoddam impedit, sed non dirimit, ut votum simplex: quoddam et impedit, et dirimit, ut sollemne. Et incipit illa secunda pars, ibi: Sciendum uero quod uotorum aliud est commune, et cet. Similiter secunda pars, in qua determinat Magister de impedimento ligaminis, habet duas. In prima ostendit, quod legitime copulatus vni, non potest illa viuente alij copulari, nec econuerso: et si copuletur de facto, non est matrimonium. In secunda queritur, vtrum copulati de facto, possint per ignorantiam ab adulterio excusari, ibi: Hic queritur de illis feminis, quæ putantes, et c. Vbi determinat quod excusantur.

Primum uotum si uoletur, peccatum est mortale. Dub. I.

Videtur falsum dicere, quia possibile est quod con-S. Bon. To. 5.

A trahant: ita tamen quod nullo modo carnaliter conueniant, sicut Ioseph, et Maria, et Tiburtius, et Cecilia: ergo non videtur ibi esse culpa. Item si est ibi mortale peccatum: ergo nullus debet de hoc licentiarari: sed mulier, quæ uouit voto priuato licentiarari de matrimonio contrahendo, Titulo de eo quod uouentes non possunt, et cet. in decretali: Veniens, et cet. ibi dicitur, de voto violato congruam satisfactionem indicans, et ei, cui uult, in Domino nubendi licentiam non postponas.

R E S P. Dicendum quod contrahens matrimonium aut intendit contrahere solum intendendo, et consentiendo in coniugalem societatem, aut in copulam carnalem, siue propter libidinem, siue propter generationem: primum est licitum, secundum est mortale peccatum. De primo non loquitur Magister, sed de secundo, quia omnes contrahentes fere sic contrahere consueuerunt. Quod queritur de illa, quæ uouit voto simplici, dicendum quod Ecclesia non dat ibi licentiam simpliciter, sed sicut patet ex littera antecedenti, et apparatus dicit, ibi est comparatiua permissio, quia permittitur malum fieri, ne ueniat peius, sicut patet ex eo quod dicitur. 32. q. 1. et cet. Considera quod Saluator, et cet. Vnde illud factum nullo modo trahendum est ad consequentiam, quia sicut habetur in alijs decretalibus eiusdem tituli, votum simpliciter impedit. Et nota quod prædicta mulier simplici voto uouit: quia etsi in manibus eremitæ uouerit, tamen quia non se obligat ad religionem specialem, sed communiter ad continentiam, et ille eremita non erat persona publica, nec ipsa vestem mutauit, non fuit votum sollemne.

Sollemne uero violare, peccatum et scandalum est. Dub. I.

Videtur hæc duo male distingui, quia ipsum scandalum peccatum est. Item queritur, vtrum sint ibi duo peccata. Et quod sic, videtur: quia frangendo ff. 2. votum,

votum, peccat in Deum, sed scandalizando in proximum.

R E S P. Dicendum quod scandalum vitium peccati non facit nouum peccatum quantum ad transgressionem, nec quantum ad penitentiam, sed nouam addit circumstantiam aggravantem, ut fornicatio publica ultra priuata: duplex tamen esse possit quantum ad accusationem. Quod obijcitur, quod vnum copulatur alteri, dicendum quod hoc non est propter diuersitatem peccati, sed circumstantie adiecte. Quod obijcitur, quod in Deum, et cetera, dicendum quod idem peccatum et in Deum, et in proximum potest esse: sed in Deum principaliter, in proximum ratione circumstantie adiuncte: ideo hoc non facit diuersa peccata, quia peccatum numeratur ratione actus, circa quem est, non ratione eius, in quem est. Si quis enim vna actione offenderet plures homines, vno peccato peccaret.

Probari non potest, et cetera. Dub. III.

Videtur mala esse ratio, quia defectus probationis non aufert matrimonium, nec facit.

R E S P. Aliquotum opinio fuit ut Hugutionis, quod votum simplex ita impedit apud Deum, ut sollemne: unde illud non est matrimonium in conspectu Dei, sed solum in facie Ecclesie, quia non sunt testes, per quos possit dirimi, et semper alter coniugum fornicatur, alter vero per ignorantiam excusatur. Sed nunc per iura noua satis determinatum est, quod vinculum voti simplicis non aufert obligationem matrimonij, tum quia minus est, tum quia potestas corporis non transfertur, tum etiam quia in matrimonio si non petatur debitum, sed reddatur solum, sicut debet facere qui vovit, pro sanctificatione perfecta reputatur: unde defectus probationis non est ratio sufficiens, sed quedam congruentia adiuncta.

Viduum a proposito recedentes, et cetera. Dub. IV.

Videtur male dicere, quia propositum non obligat aliquem: ergo videtur quod non sint huiusmodi propter hoc obligata: ergo possunt retrocedere.

R E S P. Dicendum quod Gregorius intelligit non de proposito simplici, vel qualicumque, sed de proposito, quod est firmatum publica testificatione, in qua est votum sollemne: et ista sunt que primam fidem irrita faciunt, ac per hoc damnatione habere noscuntur.

In proposito virginali semper se simulauerunt permanere. Dub. V.

Videtur falsum dicere, quia vbi est simulatio, non est votum verum: ergo nec Domino obligatur, qui se simulauit obligari.

R E S P. Dicendum quod promissio simulata dupliciter potest esse, aut quia non habet stabilitatem, aut quia non habet interiorē assensum correspondentem. Et hoc dupliciter est, quia quedam fit timore, vel metu, qui potest cadere in constantem virum, sicut Dauid se simulauit stultum coram Achis: Quaedam intentione decipiendi alios. Prima simulatio simpliciter obligat, quia necesse est ex quo se semel obligauit voluntarie, et ore spondit, quod permaneat in sua pollicitatione. Si vero spondit signo, non corde, tenetur apud forum iudiciale, et coram Ecclesia, si non assuit timor: apud Deum vero tenetur facere penitentiam de duplicitate, et mendacio. Si vero tertio modo fuit simulatio, tunc nec apud Deum, nec apud Ecclesiam obligatur: hic autem fit sermo de sponcione simulata primo modo, sicut pater. Possit

1. Reg. 21. d.
27. q. 2.

etiam fieri secundo modo, scilicet quando non habet intentionem: tunc enim compellitur ab Ecclesia, sicut dicitur extra de regularibus, et transeuntibus ad religionem: Vidua si sponte velum.

Virgines, vel viduas voto continentie astrictas, siue, et cetera. Dub. VI.

Videtur male dicere, quia velum est in signum professionis, sicut habitus est religionis viris: sed ante habitus susceptionem non videtur sollemnizari votum: ergo non videtur omnino impedire coniugium.

R E S P. Dicendum quod contingit votum sollemnizari tribus modis, scilicet ordinis susceptione, habitus assumptione, vbi est distinctio professorum a non professis, et propria testificatione, dum tamen fiat in manu publicae personae: quamuis ergo tales non susceperint velum, si tamen se astrinxerunt in manu publicae personae ad continentiam, nullo modo possunt contrahere nec de iure, nec de facto. Si autem se voto simpliciter astrinxerunt, non possunt, scilicet sine peccato: possunt tamen de facto.

Quid in omnibus peccatis adulterio grauius, et cetera. Dub. VII.

Videtur male dicere, quia grauius est peccatum in Spiritum sanctum, quod non remittitur in hoc saeculo, neque in futuro. Item grauius est peccatum in castum, sicut in littera sequenti habetur. Item adhuc grauius est peccatum contra naturam. Item grauius est homicidium, et vxoricidium, de quo sollemnis penitentia imponitur. 33. q. 2. Admonere, et cetera.

R E S P. Dicendum quod peccatum dicitur esse grauius multis modis. Aut ratione contemptus: et sic peccatum in Spiritum sanctum. Aut ratione libidinis, ut peccata contra naturam, in quibus libido totum absorbet naturale iudicium. Aut ratione ingratitude, et sic peccatum Adae in paradiso. Aut ratione punitionis, et sic peccatum adulterij, in quo praecipiebatur mœchus, et mœcha lapidibus obrui, sicut dicitur: Et sic accipitur in proposito, cum dicitur, quod est grauius, et cetera.

Deut. 22. c.

Secundum namque in paenis tenet locum, quem primum, et cetera. Dub. VIII.

Videtur male dicere, quia ordo transgressionum, et punitionum est secundum ordinem praecceptorum: sed illud, scilicet non mœchati non est secundum mandatum, sed est in secunda tabula. Si dicas quod secundum locum tenet ratione pena lapidationis, quae debetur blasphemo, et adultero: Obijcitur tunc, quia eadem pena infligitur filio contumaci, et cetera. Deut. 19. d. proteruo.

R E S P. Dicendum quod aliqui dicunt hoc esse intelligendum sic, quod secundum locum tenet, quia peccatum blasphemiae est a parte animae, sed peccatum adulterij est a parte corporis, et peccatum homicidij est a parte coniuncti. Sed illud non videtur posse stare, quoniam eadem pena pro istis omnibus est inflicta, omnes enim capite pledebantur: et ideo melius est dicere, quod hoc intelligitur ratione pena lapidationis: homicidium vero puniebatur secundum legem talionis. Quod vero obijciebatur de filio inobediente, dicendum quod non ratione inobedientiae solum, sed etiam ratione aliorum peccatorum, quae erant in dispersione reipublicae, quia luxuriosus, et consimilia. Si queratur, quare adulterium ita grauius puniebatur, dicendum quod propter duo, scilicet quia erat in destructionem concordiae, ac per hoc reipublicae: quia erat generatiuum magna infamia: postremo ratione pronitatis magna: Et haec etiam

etiam est causa, quare tam grauis penitentia pro uxoricidio imponitur, ut pronitas referretur.

Hoc execrabiliter fit in meretrice: sed execrabilius fit, et cetera. Dub. IX.

Videtur falsum dicere, quia magis peccat qui abutitur re non concessa, quam qui re concessa: quia ille dupliciter, iste vno modo: ergo grauius ille. Item Augustinus de bono coniugali ante illud verbum, in originali, dicit: In rebus ad vtendum concessis longe fit rationabilis, quam in eis, quae non sunt concessae, vel minor, vel rarus excessus: ergo cum vxor sit ad vtendum concessa: patet, et cetera.

R E S P. Dicendum quod excessus in vsu vxoris potest esse dupliciter, aut secundum naturam, aut contra naturam. Si secundum naturam, tolerabilior est in vxore propter hoc quod habet excusationem aliquam. Si contra naturam, e contra est, quoniam in matrimonio sunt querenda bona matrimonij: et honestius tractanda est coniux, quam meretrix: ideo cum peccatum contra naturam sit contra bona matrimonij, et sit in contumeliam vxoris, cui est quedam honestas maior in tractando eam exhibenda, hinc est quod grauius peccat qui facit in vxore: et ideo etiam dicitur, quod propter illud peccatum, scilicet contra naturam, mulier potest dimittere, et fugere virum. Et sic patet quod quamuis pluribus modis peccet qui peccat cum meretrice, quam qui peccat cum vxore: tamen hic intensius peccat propter maiorem contemptum.

Necesso est ut legitimatum, et cetera. Dub. X.

Queritur hic si aliquis moriatur, et resuscitetur, utrum vxor sua sibi reddenda sit. Et quod sic, videtur per litteram istam: quia prima nuptiae fuerunt legitima. Item apparet per illud quod dicitur: Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Item ratione videtur: quia illi qui resuscitantur, non priuantur hereditate paterna: ergo nec de iure vxoris. Item: Qui resuscitantur diuino iudicio, et dormientes sunt: sed matrimonia sunt regenda iure poli: ergo si quantum ad Deum hic dormiens iudicatur, et sicut somnus non soluit matrimonium, ita nec talis mortuus: ut videtur. Item: Si soluitur: ergo si resurgat, oportet contrahi cum eadem: ergo bigamus iudicatur: ergo si non oportet quod contrahat, videtur quod primum vinculum adhuc maneat.

Hebr. 11. c.

Rom. 7. a

Matt. 22. c

Contra: Mortuo viro soluta est mulier a lege viri: ergo videtur quod matrimonium sit solutum. Item ponatur quod mulier viro suo mortuo statim contrahat, conitans est cum non sit alligata, quia non est cui ligetur, quod matrimonium est verum: ergo si primus resurgat, propter hoc non soluetur. Item ita vere mortuus est iste, sicut ille qui incineratur: sed tali quando resurgat non reddetur vxor, sicut Dominus determinat: Ergo pari ratione videtur in proposito.

R E S P. Dicendum quod sicut superius dictum est, vinculum matrimoniale non fundatur in anima, sed in coniuncto: unde cum aliquis moritur, statim perit altera pars relationis, et ideo vinculum statim soluitur: et si mulier alij esset matrimonialiter iuncta, non esset separanda. Si tamen alij non esset iuncta, et si ipse vult eam ex quadam honestate, est ei reddenda. Quod ergo obijcitur, quod sunt reintegranda, verum est, quando solum de facto sunt soluta. Quod obijcitur de auctoritate ad Hebræos, dicendum quod mulieres acceperunt mortuos filios, non maritos. Quod obijcitur de hereditate, dici potest, quod illud est etiam gratia, et honestas quod ei reddatur: aramen non est simile, quia de vxore nihil potest vir post mortem disponere. Præterea, aliud est de rebus: potest enim testari de rebus, sed non.

S. Bon. To. 5.

A potest vxorem relinquere alij. Quod obijcitur quod sunt dormientes, dicendum quod verum est respectu potentiae, sed respectu veritatis in iudicando Deus iudicat talem vere mortuum. Ad illud quod queritur, utrum sit bigamus, dici potest quod non, si illa non cognouit virum alterum, eo quod non diuidit carnem, nec illa diuisit.

Ideoq. si viri post longam, et cetera. Dub. XI.

Videtur male dicere, quia ex hoc videtur, quod non debet reintegrari, nisi velit vir. Contra: Esto quod mulier petat, cum excusetur a fornicatione, videtur quod vir non possit eam repellere: ergo siue diligit, siue non, debet eum resumere. Item queritur, utrum talis putatio excuset: et quod non videtur: quia nullus debet committere se discrimini: ergo quantumcumque vir mulieris se absentet, nisi sit certa, peccat si contrahit cum alio: queritur ergo pro quanta certitudine excusetur. Queritur etiam, si dubitat virum suum viuere, utrum debeat debitum reddere, videtur enim quod non: quia nullus dubitans utrum aliquid sit peccatum mortale, debet illud facere: ergo, et cetera.

R E S P. Dicendum quod mulier quae putat virum suum interemptum, et contrahit, aut credit hoc praesumptione tenui, quae magis debet generare dubitationem quam fidem, aut credit praesumptione probabilis. Primo modo non excusatur, si contrahat, sicut dicitur extra de sponsalibus, et matrimonijs, quod quantumcumque vir moretur in bello, et vxor sit iuuenula, tamen non debet contrahere, donec de viro mortuo aliquam habeat certitudinem: qua habita, tunc sine peccato potest contrahere: utpote si iuramentum habeat ducis exercitus, vel sociorum eius, qui mortem nouerunt, et tunc excusatur. Quod si mulier incipiat post contractum matrimonium dubitare de morte viri, aut est dubitatio leuis: et hoc secundum consilium prelati poterit a corde remoueri, et poterit debitum exigere, et petere. Si vero probabiliter dubitat, debitum debet reddere, sed non exigere. Si vero certificatur de uita primi uiri, nec petere debet, nec reddere, sed statim secundum uirum deserere. Et hoc probatur per illud quod extra dicitur de secundis nuptijs: Dominus ac Redemptor, et 34. q. 2. cum per bellicam. Si uero non statim reuertitur, tunc imputatur ei crimen adulterij, nec potest ad priorem uirum redire, nisi ipse uelit: In hoc casu loquitur Leo Papa. Ex his patet omnia obiecta: non enim debet contrahere nisi certitudinem habeat de morte, nec debet petere debitum, quando est certa de uita: quod si aliter faciat, iudicatur fornicationis rea.

Sed si quis relicta, et cetera. Dub. XII.

Queritur hic de eo, qui reliquit uxorem suam abiens in regionem longinquam, et contrahit cum alia, utrum in hac secunda copula sit coniugium: et quod non, uidetur: quia pollutio per adulterium cum fide data, impedit matrimonium, sicut supra ostensum est: sed hoc est hic: ergo, et cetera. Item queritur utrum talis uiuente uxore legitima debeat reddere debitum, si compellat ipsum Ecclesia: et uidetur quod non, quia ipse fornicatur: sed magis debet quis permittere se excommunicari, quam fornicari.

R E S P. Dicendum ad primum est, quod si altero ignorante contractum est, est matrimonium in fauorem illius qui ignorauit. Si autem ille qui ignorauit certificatur, non debet talis, nec potest sibi copulari ueritate certificata. Sed primus non debet puniri, qui ignorauit, quia non peccauit: et ideo si ligamē primum solua-

ff. 3 tur,

... poterit secundum matrimonium stare. Quod quaeritur, utrum viuent prima possit secundam sine peccato cognoscere, dicit Magister quod sic, si reddat debitum compulsius ab Ecclesia. Sed illud hodie non tenetur, quia Ecclesiastica excommunicatio non obligat ad faciendam fornicationem, nec excusatur; et ideo talis non debet Ecclesiae obedire: et hoc habetur extra de sententia excommunicationis: Inquisitione.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam praesentis distinctionis quaeritur de voto: et de hoc duo principaliter quaeruntur. Primo quaeritur de voto in se. Secundo quaeritur de voto in comparatione ad obligationem. Circa primum quaeruntur tria. Primo quaeritur de voto, quid sit secundum essentiam. Secundo quaeritur, de quo sit, Tertio, in quo sit.

QVÆSTIO I.

An diffinitio voti sit bona.

S. Tho. 2. 2. q. 88. art. 1. Et 4. Sent. dist. 38. q. 1. art. 1. q. 1. Richardus 4. Sent. dist. 38. q. 1. et 2. Franc. de Mayr. 4. Sent. d. 38. q. 1. art. 1. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 38. q. 1. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 38. q. 1.

FVNDAMENTA.

IN R C A quam sic proceditur, et ostenditur, quod votum secundum substantiam sit promissio per diffinitionem Hugonis: Votum est testificatio quaedam promissionis spontanea, quae Deo, et de his, quae Deo pertinent, proprie fieri debet.

ITEM voto se obligat homo ad id, ad quod prius non obligabatur: sed homo ad nouum se non obligat nisi propter beneficium, vel propter peccatum, vel propter promissum: sed in voto non obligatur homo beneficio, vel peccato: ergo obligatur promissione: ergo promissio est de substantia voti.

ITEM quod sit obligandi intentio, videtur: quia sicut matrimonium est ab opere nostro, sic et votum: sed nullus contrahit matrimonium quantumcumque promittat exterius, nisi intendat se obligare, siue consentiat interius: ergo, et cetera.

ITEM votum est obligatio spontanea, siue voluntaria: sed nullus obligatione voluntaria obligatur, nisi velit obligari: et nullus vult obligari verbo, nisi qui intendit se obligare: ergo, et cetera.

AD OPPOSITVM.

CONTRA: Ostenditur quod promissio non sit de genere voti per aliam diffinitionem voti: Votum est melioris boni conceptio animi deliberatione firmata. Haec est diffinitio dicens voti substantiam: sed hoc votum potest esse sine promissione: ergo, et cetera.

ITEM Gregorius super Ezechielem: Qui meliora agere deliberant, et deliberata non faciunt, dum se eleuant, cadunt: ergo deliberatio melioris obligat ad faciendum, alioquin non esset casus: sed non est ibi alia obligatio, quam voti: ergo sola deliberatio sine promissione est votum: non ergo promissio est de essentia voti.

ITEM quod nec sit obligandi intentio, videtur: quia aliquis promotus ad sacros ordines, intendens ordines suscipere, et nullo modo obligari ad castitatem: nihilominus obligatur, ac si intenderet: ergo videtur quod de obligatione voti non sit obligandi intentio.

ITEM si aliquis iurat alicui, non intendens se obligare ad illud, quod verba signant, iudicatur nihilominus ita obligatus, ac si intenderet: ergo pari ratione videtur in voto, quod sit sine intentione.

ITEM cum ista duo similiter faciant ad esse iuramenti, scilicet promissio, et obligandi intentio, quaeritur quae sit differentia.

CONCLVSIO.

Votum secundum substantiam est promissio, siue sit simplex, siue sit sollemne, quia ibi interiorius, hic exterius sit promissio.

RESP. AD ARG. Dicendum quod ista duo sunt de essentia voti, scilicet promissio, et obligandi intentio, cum votum sit obligatio noua, et voluntaria, quia de nouo est superaddita, promissio est necessaria: quia vero voluntaria, oportet quod velit obligari, et quod se obligare intendat. Sed contingit promittere duplici verbo, scilicet interiori, et exteriori. Promissio quantum ad verbum interiorius cogitationis, et deliberationis est de necessitate voti simplicis, quod obligat quantum ad Deum, qui intuetur cor. Sed promissio quantum ad verbum, vel signum exterius est de necessitate voti sollemnis, quod obligat quantum ad faciem Ecclesiae, quae iudicat secundum ea quae patent. Et secundum hoc duplex datur diffinitio de voto: illa magistralis, et communis est de voto simplici: Conceptio melioris propositi, et cetera.

1. AD illud quod obijcitur per diffinitionem voti, et auctoritatem Gregorij in sola deliberatione votum consistere, dicendum quod non intelligitur de qualibet deliberatione, sed de illa, quae firmat propositum: et haec est quae consensui addit promissionem, aliter non firmat: vnde licitum est dissentire.

2. AD illud quod obijcitur, quod obligandi intentio non est necessaria, sicut patet in ordine, dicendum quod intentio respectu alicuius potest esse dupliciter. Aut principaliter, quia de illo cogitat, et illud placet. Aut quia intendit aliud consequens ad illud, vel simpliciter illi annexum: sicut si aliquis intendit, vouere regulam monachorum, per consequens et ad continentiam obligari intendit, et ad obedientiam: alioquin stulte appetit, et vult. Similiter quia ordini sacro annexum est votum, si intendit ordinem sacrum suscipere, et ad continentiam obligari per consequens principaliter, vel ex consequenti: sicut si nullo modo intendat, non est votum: sic nec matrimonium.

3. AD illud quod obijcitur, quod qui iurat in dolo, tenetur, dicendum quod duplex est forum, scilicet iudiciale, et poenitentiale. In foro iudicali iudicatur secundum exteriora. In foro poenitentiali secundum conscientiam. In foro iudicali, quia fraus nulli debet patrocinari, accipiuntur verba secundum intellectum communem, et sanum, quia fraus non debet ei patrocinari: ideo iudicatur teneri, sicut si secundum intentionem rectam verba dixisset. In foro poenitentiali, ubi est iudicium secundum veritatem, iudicatur istum peccasse in dolo, sed nequaquam ex illa promissione esse obligatum: vnde sicut matrimonium contractum per verba exteriora sine consensu omni, est matrimonium solum secundum interpretationem fori iudicialis, non secundum veritatem: sic de voto dicendum.

4. AD illud quod ultimo quaeritur de differentia voti ad iuramentum obligatorium, dicendum quod triplex est differentia, scilicet in obiecto, medio, et fine. In obiecto, quia votum sit Deo, sed iuramentum homini in medio, quia iuratur per Deum, sed vouetur per promissionem. In fine, quia iuramentum est ad astringendam veritatem: votum autem ad augendam honestatem, et bonitatem.

Voti et iuramenti triplex differentia.

QVÆ-

QVÆSTIO II.

An voti materia sit indifferens.

S. Tho. 2. 2. q. 88. art. 2. Richardus 4. Sent. dist. 38. q. 3. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 38. q. 2. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 38. q. 2. Franciscus de Mayr. 4. Sent. dist. 38. q. 1. art. 2.

AD OPPOSITVM.

DE quo sit votum, siue de materia, circa quam est votum: et videtur quod sit circa omnia. Et primo videtur quod de omni bono: quia omne bonum potest homo promittere, et spondere Deo, et in tali sponse obligatur: sed non est alia quam votum: ergo, et cetera. Vnde et in baptismo promittit, quod est necessitatis, scilicet abrenunciare satanae.

2. ITEM quod sit de minori bono, videtur: quia licitum est illud velle: ergo licite potest se homo ad illud obligare: ergo licite vouere: et istud videtur per simile in matrimonio, in quo quis obligat se ad statum imperfectionis.

3. ITEM quod potest de indifferenti, videtur: quia cibus, et potus, quantum est de se, dicuntur actus indifferentes, quia naturales sunt: sed circa cibum, et potum contingit esse votum, et potest votum abstinencia: ergo et circa indifferentia.

4. ITEM videtur quod de malis possit esse votum, quia occidere innocentem est malum: sed septe propter votum occidit filiam suam virginem, et laudatur de voto. Vnde Hieronymus dicit, quod ideo ponitur in catalogo sanctorum, quia Deo placuit animus vouentis: ergo, et cetera.

FVNDAMENTA.

CONTRA: Quod non sit de bono praeccepti, videtur: quia super illud: Vouete, et reddite, Glossa: Vouere est voluntatis, sed reddere necessitatis: ergo est de his solum ad quae homo non aliunde, sed voluntarie obligatur: sed talia sunt supererogationis: ergo, et cetera.

ITEM quod non sit de minori bono, videtur per diffinitionem voti: Votum est conceptio melioris propositi, animi deliberatione firmata: ergo non videtur quod sit de statu imperfectionis, et minori bono. Et ideo videtur quod votum debet esse ad promotionem salutis nostrae, non in dispendium: sed obligare ad statum minus bonum est in dispendium salutis, quia secundum Bernardum: Nemo bonus, qui non vult esse melior: ergo, et cetera.

Bernardus c. 3. de Amo re Dei.

ITEM quod non sit de indifferenti, ostenditur per diffinitionem: dicitur enim quod votum de his, quae ad Deum pertinent, fieri debet: sed talia non sunt indifferentia: ergo, et cetera.

ITEM quod non de malis, videtur: quia dicit Iddorus: In malis promissis rescinde fidem, in turpi voto mura decretum: sed votum verum est immutabile vouenti, vel ergo votum turpe, vel de turpi non est votum verum.

ITEM votum verum obligat ad id, de quo est: sed nullus obligari potest ad malum: ergo, et cetera. Probatio minoris: Nullus faciens id, ad quod tenetur, facit malum: sed si homo obligatur ad malum, et facit malum, facit id, ad quod tenetur: ergo faciens malum, non facit malum.

A

CONCLVSIO.

Votum est de de ijs, quae ad salutem promouent, vltra statum communem, et de meliori bono: de ijs vero quae illis sunt opposita, et quae in dispendium salutis vergunt, nequaquam.

RESP. AD ARG. Dicendum quod votum generaliter loquendo est de his, quae ad Deum pertinent, et faciunt ad salutem: simpliciter vero, et proprie est de his, quae promouent ad salutem vltra statum communem. Vnde quaecumque sunt talia, cadunt sub voto: quae autem his opposita sunt, vt quae ad dispendium salutis vergunt, sub voto cadere non possunt, quoniam votum debet habere comites, quos habet iuramentum, scilicet veritatem, iudicium, et iustitiam. Primo namque necesse est vt in eo sit iustitia, scilicet vt illud quod vouetur spectet ad salutem: et sic bonum est, et honestum. Secundo necesse est in eo esse iudicium, vt vouens deliberate voueat, non praecipitanter. Tertio quod sit in eo veritas, vt quod discrete, et iuste voueat, et hoc persoluat. Si ergo id vouetur, quod ad detrimentum iustitiae facit, non est ibi lex voti, nec obligatio, sed ipsi voto sit iniuria, nec est obligatio ad seruandum, sed potius ad poenitendum, sicut de conscientia erronea iudicatur. Secundum hanc regulam communem iudicandum est de his, quae quaeruntur in speciali.

Explicatio

1. QVOD enim quaeritur, utrum votum sit de omni bono, scilicet praeccepti, et consilij, dicendum quod votum proprie accipiendo, est de bono supererogationis: large tamen si dicatur quaecumque testificatio, potest esse de bono praeccepti: et per hoc patent obiecta ad utramque partem. Illud enim votum quamuis non sit obligatio de nouo: est tamen testificatio obligationis, qua homo non solum fateatur se obligatum, sed etiam complacere sibi in illa obligatione, et obligatio voluntaria sit necessaria: et sic multi faciunt de necessitate virtutem.

2. AD illud vero quod quaeritur, utrum sit de minori bono, dicendum quod minus bonum est dupliciter considerare. Vno modo prout dicit statum quemdam licitum. Alio modo prout dicit priuationem maioris boni. Primo modo licitum est vouere illud respectu mali, quia respectu illius est quoddam modo maius bonum. Secundo modo prout est priuationem maioris boni: et sic licitum non est, nec obligatur quis ad seruandum, sed ad poenitendum: vt si quis voueat, quod Deo seruiet caste in statu saeculari, et numquam ingrediatur religionem: primum bonum est licitum, sed in quantum priuat statum altiore, illicitum est, quia gratiam Dei duro corde repellit: et hoc est in prauiudicium salutis, et in derogationem abundantis iustitiae. Et si tu obijcias: Licetum est sic esse: ergo et vouere, dicendum quod sicut laudari non est malum, tamen appetere laudem, est malum: sic in tali statu esse non est malum: sed obligare vt non possit ad melius peruenire per obligationem, quae fiat Deo, Deo iniuriam facit. Nec est simile de matrimonio, quia est obligatio facta alij personae, quae contenta est de illa, et non quaerit perfectionem: Deus autem vult semper quod melius est.

3. AD illud quod quaeritur de indifferenti, dicendum quod indifferens est dupliciter, vnum quod informabile est motu, et circumstantia virtutis, sicut comedere, et abstinere, et hoc potest voueri. Aliud quod nihil facit quantum est de se, vt leuare festinam, vel ire ad prata, et de tali proprie non est votum, et si quis tale quid voueat, iudicio caret, quia nihil vouendum est, nisi quod credit rationabiliter esse acceptum Deo: vnde si tale votum voueat quis non est tenendum, sed commutandum: et per hoc patet, utrumque obiectum.

4. AD illud autem quod obijcitur de malo, dicendum

dum quòd aliquid simpliciter est malum : et hoc nullo modo potest quis vouere : et si vouer, peccat, sed nõ obligatur. Aliud est, quod vno casu contingente potest esse bonum, alio casu contingente potest esse malum, et hoc potest quis vouere sub conditione euentus boni: quod si vouetur in omnem euentum sine conditione, indiscretum est vorum, et non tenetur ad illud, Quod autem obijcitur de voto septæ, dicendum, quòd quia vouit secundum omnem euentum, votum fuit indiscretum: sed tamen quia deuotio, et fides mouit, sed indiscrete emisit, vnde duo fuerunt in voti emissione, vnum laudabile, alterum vituperabile. Similiter in voti impletione duo fuerunt, scilicet figura, et factum: factum fuit odibile, sed figura laudabilis. Quantum ergo ad diuersa in voto septæ, dicendum quòd laudatur ab Apostolo, et Hieronymo, scilicet, quantum ad fidem, et deuotionem: sed quantum ad indiscretionem, et credulitatem vituperatur ab Augustino, dicit enim quòd fuit in vouendo stultus, et in reddendo fuit impius.

Fere in sen su super 1a dic. c. 49. 10. 4. et 9. 43.

5. A D illud quod obijcitur de erronea conscientia, dicendum quòd erronea conscientia dicitur dupliciter. Aut quia credit se teneri ad id, ad quod non tenetur, tamen non tenetur ad eius oppositum: et talis error non est periculosus, et talis ligat. Est et alia erronea, quæ credit bonum, quod non est bonum immo malum: et talis ligat non ad peccatum, nec ad factum, sed ad deponendum: sic votum erroneum quod vergit in malum est dimittendum, quia non obligat ad faciendum.

Q V A E S T I O III.

An omnis habens vsum rationis possit emitteere votum.

S. Thomas 2. 2. q. 88. art. 9. Et 4. Sent. d. 38. q. 1. art. 1. q. 3. Et Opusc. 17. cap. 2. Richardus 4. Sent. dist. 38. art. 4. q. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 38. q. 3. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 38. q. 3.

AD OPPOSITVM

DE materia in qua, siue de subiecto in quo est votum. Et videtur quòd sit in omni habente vsum rationis, quia omnis talis habet vsum liberi arbitrij: sed votum est a libertate liberi arbitrij: ergo, et cet.

1. I T E M omnis discretionem habens rationis potest se voluntarie obligare diabolo per peccatum nullo impediens: ergo multo fortius potest se obligare Deo per votum.

3. I T E M omnibus patet via salutis, et æqualis est conditio omnium quantum ad hoc: sed votum est de his, quæ promouent ad salutem: ergo omnes sunt æquales in vouendo.

4. I T E M hoc ostenditur per diffinitionem voti: quia est cõceptio boni animi deliberatione firmata: sed omnes ratione vtetes possunt bonũ cõcipere: ergo, etc.

FVNDAMENTA. Num. 30. a

CONTRA: Dicitur quòd si fuerit mulier in domo viri, et vouerit aliquid, et vir statim vt audiuit contradixit, nõ erit promissionis rea: ergo mulier coniugata non potest auctoritate sua vouere: similiter videtur de viro, quia non habet sui corporis potestatem.

I T E M puer, et puella quamdiu sunt impuberes, sunt omnino sub dispositione parentum, et tutorum, sicut seruus sub dispositione domini: ergo si omnino sub sunt, nihil per se vouere possunt.

I T E M religiosus abrenunciavit propriæ voluntati: sed votum est obligatio procedens ex propria voluntate: ergo non potest vouere.

I T E M seruus subest imperio domini sui: vnde si intret religionem, potest ipsum extrahere: ergo non est suus: sed votum est a libertate: ergo, et cet.

CONCLUSIO.

Quicumque liber est potest vouere, ideo religiosi sine prælati licentia non possunt vouere, neque serui de ijs, quæ ad corporale seruitium pertinent, sine domino.

RESPOND. AD ARG. Dicendum quòd votum procedit a libera voluntate: omnis ergo qui libere potest facere quod vult nullo impedimento in se existente, nullo homine de facto præpediente, nullo iure prohibente, potest simpliciter vouere. Qui autem in omnibus subest, nihil potest per se vouere. Qui autem in aliquibus subest, secundum id in quo subest, non potest vouere. Quoniam ergo vxor subest viro, et puer patri in regimine vitæ, nihil possunt circa hoc vouere, quod sit stabile, sine eorum auctoritate: vir autem subest vxori in debito carnis: ideo contra illud non potest vouere. Religiosus subest in omnibus, quæ sunt infra religionem: et ideo nihil potest vouere sine sui prælati voluntate. Sed seruus subest quantum ad seruitium corporale: ideo quod contra hoc fit, vouere non potest nisi domini auctoritate: si quid autem est quod libere possit facere, illud potest vouere.

1. A D illud quod obijcitur, quòd omnes sunt liberæ voluntatis, dicendum quòd verum est ad vouendum, sed non omnes sunt liberæ voluntatis ad faciendum omne quod volunt: et hæc voluntas requiritur in voto.

2. A D illud quod obijcitur de obligatione diaboli, dicendum quòd illa fit sola voluntatis libertate: sed non sic est de obligatione ad Deum quantum ad votum, quoniam respicit aliquod opus, respectu cuius frequenter liberum arbitrium non habet posse vel de facto, vel etiam de iure.

3. A D illud quod obijcitur, quòd omnibus patet via salutis, dicendum quòd verum est quantum ad ea, quæ sunt præcepti, non quantum ad ea quæ sunt supererogationis, quæ respiciunt status diuersos, quibus aliqui sunt apti, aliqui vera minime.

4. A D illud quod obijcitur, quòd omnes possunt concipere, et animi deliberatione firmare, dicendũ quòd sicut superius dictum est, firmatio illa est per promissionem: non autem omnis promissio firmat nisi promissio obligatoria: nulla autem promissio est obligatoria, nisi quæ fit ab eo, qui potest se obligare: et talis est proprii iuris respectu illius, quod vouere debet: et quia non omnes sunt tales, ideo non omnium est vouere, sed illorum tantum modo, qui hoc habent.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER quantum ad secundum articulum quæritur de voti obligatione: et circa hoc tria quærentur. Primo quæritur de obligatione voti per comparisonem ad matrimonij contractionem. Secundo per comparisonem ad commutationem. Tertio per comparisonem ad dispensationem.

Q V A E S T I O I.

An votum simplex sit impedimentum rescindens, vel impediens matrimonium.

S. Tho. in suppl. 3. p. q. 53. art. 1. Et 4. Sent. dist. 38. q. 1. art. 3. q. 2. Scot. 4. Sent. d. 38. q. 1. Richardus 4. Sent. dist. 38. art. 7. q. 1. Durandus 4. Sent. dist. 38. q. 1. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 38. q. 1. art. 3. Franc. de Mayr. 4. Sent. d. 38. q. 1. art. 4. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 38. q. 4. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 38. q. 5.



I R C A quam sic proceditur: et supposito quòd votum continentia: vniuersaliter impediatur matrimonium, et quòd votum sollemnne impediatur contrahendum, et dirimat iam

FVNDAMENTA.

iam contractum, quæritur de voto simplici, vtrum sit impedimentum rescindens, siue impediens matrimonium. Et quòd non dirimat, dicit Cælestinus Papa extra de voutentibus, et ordinatis, quòd non possunt contrahere matrimonium. Qui clerici vel voutentes matrimonium contrahere possunt cap. Rursus quidam, et c. quòd votum simplex impedit contrahendum, sed non dirimit iam contractum.

I T E M non magis obligat votum simplex, quàm iuramentum: sed iuramentum non impedit matrimonium, ita vt dirimat iam contractum: ergo, et cet.

I T E M sicut votum simplex matrimonium dirimet, cum votum illud sit occultum, et quilibet possit simulare se vouisit, quando cumque malitiose alter coniugum vellet, posset matrimonium separari etiam legitimum.

I T E M videtur quòd nullo modo impediatur matrimonium: quia sicut se habet matrimonium consummatum ad votum sollemnizatum, ita matrimonium non consummatum ad votum non sollemnizatum: sed matrimonium non consummatum non impedit votum: ergo nec dirimit: ergo votum non sollemnizatum non impedit, nec dirimit matrimonium.

AD OPPOSITVM

1. SED CONTRA: Ratio quare votum rescindit, et dirimit matrimonium, vt dicit Magister in littera, est, et habetur 27. d. c. voutentibus, quia voutentibus non solum nubere, sed etiam velle nubere est damnabile: et quia nuptiæ sunt eis damnabiles, ideo irritatur matrimonium: et hoc non solum in voto sollemnne est, sed etiam in simplici: ergo, et cet.

2. I T E M Cælestinus Papa dicit, et auctoritas in decretali præmissa, quòd apud Deum non minus obligat votum simplex, quàm votum sollemnne: si ergo non minus obligat votum simplex, quàm votum sollemnne: si ergo non minus obligat, cum obligatio voti sollemnis irritet matrimonium, videtur quòd et obligatio voti simplici.

3. I T E M qui voto simplici vouet continentiam, tenetur nunquam coire: ergo quotiescumque coit, peccat mortaliter: sed nullus potest obligari ad mortale peccatum: ergo cum matrimonium obliget ad coitum, iste non potest obligari matrimonio.

4. I T E M quæro quare magis votum sollemnne, matrimonium dirimat, quàm simplex. Si tu dicas quia priuatum: et ideo non scandalizat nec potest probari: Contra: Quia matrimonium contractum in clanculo sic irritat matrimonium sequens de facto, sicut contractum in manifesto: et præterea votum emissum in publico coram omnibus etiam in foro iudicatur simplex, nec dirimit matrimonium iam contractum.

CONCLUSIO.

Votum simplex continentia non dirimit matrimonium iam contractum, licet generaliter impediatur contrahendum.

RESP. AD ARG. Dicendum quòd votum continentia: est tale votum, quòd generaliter impedit matrimonium contrahendum, sed non generaliter dirimit iam contractum, nisi sollemnizatum, et rationem huius assignant aliqui Ecclesie institutionem.

Opinio aliorum.

Quòd enim vouens sit persona illegitima, hoc non est ex voto, quia in ipso matrimonio perfectio continentia seruari potest ab eo, qui debitum non exigit, sed soluit. Vnde Augustinus dicit, quòd computatur pro sanctificatione perfecta, si non exigit, sed reddis quod debes. Sed quòd impediatur, hoc est ex constitutione Ecclesie, cuius est personas legitimare. Ratio autem quare Ecclesia de voto sollemnne instituit, vt dicunt, est, quòd in voto sollemnne non potest decipi: et potest in fractione eius scandalizari, quia publicum est: sed in voto simplici neutrum habet locum, quia priuatum est. Sed hæc solutio videtur supponere duplex falsum. Vnum

Improbatur.

quòd sit ab institutione Ecclesie talis illegitimitas, quia Ecclesia, vt communiter dicitur, non potest ibi dispensare: potest autem dispensare generaliter in suis constitutionibus. Aliud falsum est: quia votum sollemnne non dicitur quia notorium: vel publicum, quia votum quantumcumque publicetur, nisi aliud ad sit, simplex iudicatur, nec impedit matrimonium iam contractum. Vnde aliud est votum publicum aliud sollemnne. Ideo alia ratio assignatur, et accipitur a voti sollemnizatione. Votum enim tripliciter sollemnizatur, scilicet ordinis susceptione, professionis emissione, et habitus professorum assumptione, cum alijs, quæ hominem professum ostendunt. Et hoc est commune in voti sollemnizatione, quòd fiat coram persona, quæ locum Dei tenet, et quæ votum potest approbare, quia in recipiente votum continentia: transferitur potestas corporis vouentis in alium: quia alius adest, qui recipit: sed in voto simplici, vbi homo mera se obligat, voluntate, et in nullius manibus hoc facit, obligatur quidem, sed tamen dominium sui corporis in alterum non transferitur: et quia quòd translatum est in potestatem unius, non potest transferri in potestatem alterius: ideo emissio voto sollemnne non potest matrimonium contrahi, in quo est translatio dominij proprii corporis. Sed quòd translatum non est, adhuc transferri potest: ideo voto simplici emissio potest uir potestatem sui corporis in matrimonio dare: ideo si contrahatur, contractum est. Amplius: In voto sollemnne, Deo, et homini obligatur: sic et in matrimonio: et quoniam utrobique est par obligatio, et par obligatio non soluit vinculum par obligacionis, sed bene præpotens super vinculum minoris obligacionis: ideo obligatio voti sollemnis nõ potest infringi per superueniens vinculum matrimonij. Hoc autem non ideo dico, quòd faciat scandalum, quia et illud potest esse in voto simplici, sed hoc facit obligatio duplex, cum translatione potestatis in alterum. Est igitur hæc summa ratio, quia votum sollemnne obligat æqualiter districte ex opposito, non simplex: ideo impedit.

Opinio priora.

1. A D illud ergo quòd obijcitur, quòd ratio irritationis matrimonij est, quia post votum damnabile est nubere, dicendum quòd hoc non est ratio tota, sed concausa.

2. A D illud quòd obijcitur, quòd non minus obligat, et cet. dicendum quòd verum est quantum ad culpam, siue transgressionem: tamen minus obligat quantum ad alterius vinculi solutionem, ut fiat nis in hoc, quòd dicit, quantum ad Deum, quia dupliciter dicitur. Vel quantum ad Deum, ut obiectum, quia uotum astringit constrictione necessitatis. Vel quantum ad Deum, id est quantum ad diuinum iudicium: Deus autem hunc, qui obligatus est voto sollemnne, reputat magis obligatum, pro eo quòd non solum reputat eum ligatum sibi, sed etiam homini: non solum reputat promissionem factam acceptam, immo per ministrum potestatem corporis esse translata: et ideo Deus iudicat, quòd uotum sollemnne impediatur, non simplex: et hoc non tantum est manifestum in foro Ecclesie, sed etiam in foro conscientia:.

3. A D illud quòd obijcitur, quòd tenetur nunquam coire, dicendum quòd uerum est, nisi fortiori uinculo soluatur: et quia matrimonium fortius est, ideo dicunt, quòd cum consummatur matrimonium, tunc omnino absoluitur a uoto: sed debet de eo penitentiam agere, quia uotum uiolauit: unde dicunt quòd potest debitum petere, et soluere. Sed hoc non credo, scilicet quòd absoluitur a uoto quantum ad matrimonium, nisi in quantum ius matrimonij compellit eum agere contra uotum: sed non compellit ius matrimonij debitum petere, quia hoc est libertatis, sed solum soluere: ideo dico quòd potest sine peccato soluere, quia facit id ad quod tenetur: nunquam tamen potest sine peccato petere: et si uxor moriatur, tenetur omnino continere.

4. QVOD tamen obijcitur, quod matrimonium non consummatum non impedit votum. Ratio huius est, quia nullum sit ei præiudicium, potest enim vxor, sine sponsa alteri nubere: sed per matrimonium consummatum omni voto præiudicium generatur.

QVÆSTIO II.

An votum possit permutari.

S. Th. 2. 2. q. 88. art. 12. Et 4. Sent. dist. 38. q. 1. art. 1. q. 1. et art. 4. q. 1. Rich. 4. Sent. d. 38. art. 8. q. 1. et 2. Franciscus de Mayr. 4. Sent. d. 38. q. 1. art. 5. Steph. Brul. 4. Sent. d. 38. q. 5. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 38. q. 6.

AD OPPOSITVM. Lenit. vi. d.

Eccl. 5. a

Bernard. de dispens. post medium.

FVNDAMENTA. Bernardus de dispens. post initiu.

DE obligatione voti in comparatione ad commutationem, vtrum possit commutari. Et quod non, videtur: Animal, quod immolari debet Domino, mutari non potest nec in peius, nec in melius: ergo, etc.

2. I T E M : Quodcumque voveris redde: ergo ad illud, quod vovet homo, tenetur: ergo non potest commutari.

3. I T E M sicut veritas locutionis consistit in concordia voluntatis, et intellectus: sic veritas voti in concordia promissionis, et solutionis: sed quodcumque vox discordat ab intellectu, est ibi falsitas: ergo et in voto quando promissio a solutione: sed vniquisque tenetur esse verax in promissione: ergo, etc.

4. I T E M quod non possit sine auctoritate superioris, videtur. Bernardus de dispensatione, etc. Bene ordinatis monasterijs nullus meo consilio egredietur, desiderio arctioris vite sine licentia superioris: si ergo de hoc magis tenetur, patet, etc.

5. I T E M quod superior non possit mutare, videtur: quia æquale obligat votum sollempne, vt matrimonium: sed matrimonium nullius auctoritate superioris potest mutari: ergo nec votum.

CONTRA: Votum institutum est ad charitatem fovendam: sed dicit Bernardus quod illud quod ex charitate institutum est, contra charitatem sustineri non debet: ergo vbi est necessitas, vel utilitas, cum charitas exigat, potest commutari: sed hoc est per votum: ergo, etc.

I T E M semper licet proficere secundum statum: ergo et votum de bono in melius commutare: ergo, etc.

I T E M si quis emitit duo vota impossibilia, quorum alterum est perfectius, impleto perfectiori absoluitur ab alio, quod prius vovit: ergo, etc.

I T E M sicut testamentum est proprie voluntatis, ita et votum: sed quamdiu homo vivit, potest mutare testamentum: ergo et votum sine omni licentia.

CONCLUSIO.

Votum potest mutari, et propter necessitatem supervenientem, et propter periculum imminens ex observatione.

RESP. AD ARG. Dicendum quod licet votum mutare ex causa, illud scilicet quod recipit recompensationem: sed non ex leuitate, nec ex propria voluntate, quam obligavit, sed ex necessitate, siue utilitate, cum prælati auctoritate, excepto voto religionis, vel etiam status perfectioris, in quod potest aliud votum commutari sine prælati licentia, quia propter sui dignitatem licentiam dant iura. Sanum est tamē consilium, quod fiat superioris auctoritate, vbi non creditur, quod contradicat: ne videatur ex leuitate pro-

cedere, et auctoritatem superioris contemnere. Ratio autem quare licet votum mutare, et commutare, est propter necessitatem supervenientem: vel propter periculum, quod imminet frequenter in observatione: vel propter maiorem utilitatem et vouentis, et aliorum. In his enim ratio recta, et diuina illustratio manifeste clamat, quod per mediatorem, et procuratorem debeat, et possit prouideri, vt Deus non damificetur, nec iste periclitetur, in quo et iste debuit saluari, et Deus honorari, et propter quod votum ordinatum est fieri: et ideo ex hoc potest commutari.

QVOD tamen obijcitur de testamento, non est simile, quia testamentum non obligat, vt votum.

1. A D illud quod obijcitur de Leuitico secundum Glossam, soluendum est quod non potest propria auctoritate.

2. 3. A D illud quod obijcitur de Ecclesiaste, dicendum quod illud intelligitur in se, uel in æquivalenti. Et per hoc patet de veritate, quia concordat impleto promissioni, dum datur æquiualens illi. Quod vero dicit Bernardus de ascendentibus ad altiorem statum, credo quod dicitur consulendo.

5. A D illud quod obijcitur ultimo de matrimonio, dicendum quod non est simile: quia vinculum matrimonij ligat non tantum ratione promissionis, sed etiā signationis rei insolubilis, in quam nulla potest auctoritas. Præterea: Non est vnum matrimonium melius alio, sicut uotum: et ideo non competit matrimonium permutari, nec commutari, sicut competit de voto.

QVÆSTIO III.

An summus Pontifex possit dispensare in voto.

S. Thomas 2. 2. q. 88. art. 10. Et 4. Sent. d. 38. q. 1. art. 4. Richardus 4. Sent. dist. 38. art. 9. q. 2. Franc. de Mayr. 4. Sent. d. 38. q. 1. art. 7. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 38. q. 6. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 38. q. 9 et 10.

DE obligatione voti in comparatione ad dispensationem: et quaritur, vtrum summus Pontifex possit dispensare in voto: et quod non videtur: quia Glossa super illud Psalmi: Vouete, et reddite, etc. dicit: Reddere est necessitatis: sed circa ea, quæ sunt de necessitate salutis non potest dispensari: ergo, etc.

2. I T E M obligatio voti est secundum ius naturale, quod patet, quia omni tempore cucurrit: sed pontifex non potest in ea, quæ sunt iuris naturalis: ergo, etc.

3. I T E M Bernardus dicit: Quædam sunt præcepta moralia primæ tabulæ ordinantia ad Deum: quædam secundæ ordinantia ad proximum: quædam superaddita, ut canonicæ sanctiones, et patrum instituta. In primis non potest dispensare, nec homo, nec Deus. In secundis non homo, sed Deus. In tertijs et homo, et Deus. Ratio huius est, quia præcepta primæ tabulæ immediate ordinant ad Deum: si ergo votum immediate ordinat ad Deum: uidetur, etc.

4. I T E M qui non facit quod promittit, mentitur: sed Papa non potest dispensare in mendacio: ergo nec in uoto.

5. I T E M quod non in uoto continentie specialiter uidetur: Non est digna ponderatio continentis animæ: si ergo continentia nullo modo potest recompensari: patet, etc.

6. I T E M quod nec in uoto paupertatis uidetur, quia perfectius est pro Deo mendicare, quam continere: ergo perfectius est votum paupertatis: ergo si dispensare non potest in uoto continentie, nec paupertatis.

7. I T E M

Ratio commutationis.

Resp. ad vlt. profund.

AD OPPOSITVM

Psal. 75. b

Eccl. 6. b

7. I T E M quod nec in voto obediencie videtur, quia hoc est perfectissimum, quia in castitate vincit homo corpus suum, in paupertate mundum, in obedientia maclat homo seipsum: ergo, etc.

AD OPPOSITVM. 1. **S**ED CONTRA: Quod possit in omni dispensare, videtur: quia votum vnum non minus obligat, quam aliud: sed potest dispensare in aliquo, vt pote in voto peregrinationis, et abstinentie: ergo et in omni.

2. I T E M quod specialiter in voto continentie, videtur: quia dispensatio locum habet, vt dicit Bernardus, vbi cadit necessitas, vel communis utilitas: sed possibile est quod aliquis ex defectu mulieris incurrat periculum mortis, sicut dicitur de rege Ludouico. Sed possibile est, quod omnes moriantur, qui possunt generare, solo eo remanente, qui vovit, et remanente Papa, et muliere: ergo si necessitas est conseruationis speciei, in casti isto posset contrahere.

3. I T E M possibile est ex matrimonio pacem Ecclesie dari, quæ est communis utilitas: et communis utilitas præferenda est bono priuato: ergo, etc.

4. I T E M quod in voto paupertatis, videtur: quia dispensare potest in voto abstinentie: sed maius est carnem suam macerare, quam diuitias dimittere: ergo, etc.

5. I T E M quod in voto obediencie, videtur: quia summus Pontifex assumit de religionibus ad dignitates, et prælationes: sed sic assumpti non tenentur obedire prælati sui ordinis, quibus voverunt obedientiam: ergo, etc.

CONCLUSIO.

Votum potest dispensari a summo Pontifice, prout dispensatio dicit iuris declarationem, non autem vt dicit iuris relaxationem.

Opinio aliquorum.

Improbatur.

Opinio probabilis.

Explicatio.

RESP. AD ARG. Dicendum quod dispensatio dicitur dupliciter. Vno modo iuris relaxatio. Alio modo iuris declaratio. Dicunt ergo aliqui, quod Papa potest in voto dispensare, secundum quod dispensatio est iuris relaxatio, eo quod eius auctoritas est supra obligationem voti. Et rationem huius assignant, quia Papa est immediatus omnium prælatus, et ad ipsum spectat omnium ordinatio, maxime quantum ad ea, quæ sunt supererogationis. Et quia omnium voluntates eius sub sunt auctoritati, et dispositioni: ideo nullum votum aliter debet emitti nisi cum hac conditione, nisi Dominus Papa de vouente aliter duxerit disponendum: et ideo nullus obligatur ad votum faciendum, cum Papa aliter disponit. Quod si illam conditionem non apponat, tamen non potest eam excludere, et ideo dicunt, quod in omni voto potest dispensare, et ab omni tali obligatione absolueret. Et ad omnes rationes respondent, quod non est ibi obligatio absoluta, sed conditionata: et ideo dispensare potest, cum possit illam conditionem infringere, si sibi aliud de vouente placeat disponere. Sed cum illa, quæ Deus cõsultit faciendâ, absque dubio bona sint, sine hæsitatione totis visceribus implenda sunt. Videtur etiâ cum Deus voluerit vnumquemque liberum esse, quod vniquisque sine conditione aliqua talia possit, et debeat vouere. Et ideo alij dicunt, quod Papa in nullo uoto potest dispensare, secundum quod dispensatio est iuris relaxatio, quia obligatio voti pendet ex iure diuino, non humano: ex iure naturali, non ex constitutione patrum. Propterea Papa non habet posse, nec auctoritatem in votum relaxando ius, quia illud non est ei subiectum: habet tamen potestatem, quantum ius sibi dat: et ideo dispensare potest secundum quod dispensatio est iuris declaratio: et hæc positio est rationabilior, et securior: et quia magis per ipsam satisficit conscientie.

AD illud ergo quod obijcitur, quod in nullo potest dispensare, dicendum quod illa argumenta currunt, secundum quod dispensatio est iuris relaxatio, et sic non potest: potest tamen secundum quod dispensatio est iuris declaratio, quia ius concedit votum non teneri, cum potest recompensari, et uniuersaliter Domini Papæ est hoc ius interpretari: et ideo in omnibus alijs ab his tribus potest dispensare.

1. A D illud quod obijcitur, si potest in uno, et in omnibus, dicendum quod non est simile, quia conditio recompensationis melioris non stat uniformiter in omnibus.

2. 3. A D illud quod obijcitur, quod in uoto continentie potest cadere necessitas, et utilitas, dicendum quod non cadit: et præterea, cum certitudo non cadit, non cadit necessitas, quia numquam est infirmitas, a qua non possit quis nisi per coitum liberari. Nō cadit necessitas respectu speciei, quia numquam erit aliquis solus. Non cadit ibi maior utilitas facientis: et ibi non est, quia commutat meritum centesimi fructus in meritum trigesimali. Præterea: Si totum hic esset incertum, esset, quia nescitur, utrum infirmus per coitum sanaretur: nescitur utrum ex coitu aliquis generaretur: nescitur etiam utrum ex matrimonio pax reformaretur: et non est dimittendum certum pro incerto: ideo non ualet.

4. A D illud quod obijcitur, quod uotum abstinentie uoto paupertatis est maius, dicendum quod falsum est, quia exercitatio corporalis est ad modicum utilis: pietas autem ualet ad omnia, ut dicit Apostolus: et summa pietas est, quod omnia uendantur, et dentur pauperibus. Præterea difficillius est: plures enim inueniuntur, qui uolunt ieiunare, quam qui uolunt

ex hoc uidelicet quod homo debet esse verax in promisso: et ex alio quod nihil debet homo promittere, nisi salua sua salute, et diuina maiestatis honore: ergo ex iure naturali est, quod quis per votum non impediri debet, quin facere possit sibi utilius, et ideo acceptabilis: et ideo in omni uoto, quod recipit recompensationem melioris boni siue simpliciter, siue pro loco, et tempore Dominus Papa, cuius est ius dilucidare, potest dispensare. Et in hoc communiter omnes conueniunt, sed diuersificantur penes modum dispensandi. Aliqui enim dicunt, quod non est aliquod votum, quod pro loco, et tempore non recipiat recompensationem, ideo nullum est, in quo non possit dispensare: unde dicunt quod bono continentie præferatur bonum uniuersalis Ecclesie, ut pax: et ideo in voto continentie, de quo minus uidetur, potest fieri dispensatio, vel simpliciter, uel ad tempus, sicut etiam aliquando factum est. Alij vero dicunt, quod uotum continentie non recipit recompensationem, quia non est digna ponderatio animæ continentis, quando obtinetur victoria de domestico inimico, in omnibus alijs est recompensatio, ideo potest dispensari in omnibus, præterquam in hoc. Tertij dicunt, quod perfectioni religionis, quæ est in imitatione Christi, nihil potest æquari, nec pro illa recompensari. Et quia illa substantialiter consistit in triplici voto, scilicet continentie, paupertatis, et obediencie, quod in his tribus non potest dispensari: perfectio enim consistit in assimilatione ad Christum maxime, sicut dicit Augustinus in libro de uera religione: et quia in nullo tantum assimilatur homo Christo, sicut in his, nihil potest hac tria homini recompensare: quoniam recompensatio non tantum aliorum respicit bonum, verum etiâ uouentis, quoniam Deus uult quod magis sit uniuersusque sollicitus de sua salute, quam aliorum. Quæ istarum trium opinionum sit uerior, fateor me nescire, et satis potest qualibet sustineri, ideo nullam affero. Si quis tamen uelit hanc ultimam acceptare, non occurrit ei inconueniens manifestum, ut dicatur, quia nec in omni, nec in nullo: sed in quodam sic, et in quodam non.

Opinio 1.

Opin. 2.

Eccl. 26. d

Opin. 3.

Cap. 16. 10.

Opinio 1.

Opin. 2.

Eccl. 26. d

Opin. 3.

Cap. 16. 10.

1. Tim. 4. 6

Iunt mendicare. Præterea: Ibi non tantum est abdicatio rei terrenæ, sed etiam voluntatis habendi: unde pauperculus veniens ad religionem dimittit totum mundum ratione voluntatis habendi.


5. Ad illud quod obijcitur de voto obedientiæ, quod fit dispensatio in religiosis, qui promouentur, dicendum quod licet in prælationibus non teneantur obedire, et multa habeant, quæ non licerent eis, si essent subditi: tamen in neutro voto est dispensatum. Nam in voto paupertatis non dispensatur, quia non licet tali religioso habere proprium, etiam si Papa di-

spenset: sed tamen potest bonâ Ecclesiæ dispensare, sicut Abbas bona monasterij: nec amittit meritum paupertatis, sed est diuitiarum non dominus, sed dispensator: non amator, sed contemptor: non conferuator, sed dispersor in pauperes. Similiter in voto obedientiæ non est dispensatum, quia omnem obedientiam, quam debebat prius suo superiori, debet Papæ: et Papa a sua obedientia non potest eum absolueret: et in talibus meritum obedientiæ commutatur in meritum pastoralis cure, nec est dispensatio, sed exemptio proprius debet dici.

D I S T I N C T. XXXIX.

DE DISPARI CVLTV, ET ALIIS VITIIS quando impediunt coniugium. Et quod inter infideles verum est coniugium, sed non ratum.

Exod. 34. b. Deut. 7. a



POST hæc de dispari cultu videndum est: hæc est enim vna de causis, quibus persone illegitime fiunt ad contrahendum matrimonium. Non enim licet Christiano cum Gentili, vel Iudæa inire coniugium, quia etiam in veteri testamento prohibitum est, fideles viros infideles ducere uxores, Domino dicente: Non accipias uxores de filiabus alienigenarum filijs tuis, ne traducant eos post deos suos. Iuxta hoc Domini præceptum Iudæorum coniugia cum alienigenis inita Esdras separauit. Hoc idem etiam in nouo testamento seruatur. Vnde Augustinus: Ne nubat femina, nisi sue religionis viro: vel ne vir talem ducat uxorem. Id enim, ut dicit, iubet Dominus, docet Apostolus, vtrumque præcipit testamentum. Item Ambrosius: Caue Christiane Gentili vel Iudæo filiam tuam tradere: caue ne Gentilem vel Iudæam vel alienigenam, id est, hæreticam, et omnem alienam a fide tua, uxorem accersas tibi. Item si quis Iudæa, siue Christiana Iudæo, siue Iudæa Christiano carnali consortio misceatur, quicumque tantum nefas admiserit, a Christiano cætu protinus segregetur. Ex his, alijsq. pluribus testimonijs apparet non posse contrahi coniugium ab his, qui sunt diuerse religionis, et fidei.

Lib. 1. de adult. coniug. c. 21. habetur d. 28 q. 1. cap. sic enim ad finem. lib. 1. de Abraâ 9. habetur Ibid. caue ex Concilio Vrbanens. Ibid si quis Iud.

De coniugio fidelis, et infidelis, et duorum infidelium.

HIC autem videtur obuiare quod Apostolus ait de imparibus coniugijs. Ego dico, non Dominus: Si quis frater habet uxorem infidelem, et hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam: et si qua mulier, et cetera. Sed aliud hoc esse, aliud illud, euidenter ostendit Augustinus: ibi enim agitur de illis coniugijs fidelium, et infidelium, quæ contrahuntur ab eis in dispari religione, et fide manentibus. Apostolus vero agit de illis, qui anius eiusdemq. infidelitatis fuerunt, quando coniuncti sunt. Sed cum uenisset Euangelium, alter sine altera credidit. Intellegis ne quid dicam? Attende ut rem ipsam diligentius explanem. Ecce coniuges duo unius infidelitatis fuerunt quando coniuncti sunt, nulla de his quæstio est, quæ pertineat ad illud præceptum veteris et noui testamenti, quo prohibetur fidelis cum infideli copulare coniugium. Iam sunt coniuges, et ambo adhuc sunt infideles. Tales sunt adhuc, quales coniuncti sunt. Venitq. Euangelij prædicator, credidit eorum unus uel una, sed ita ut infidelis cum fidele habitare consentiat, non iubet Dominus ut fidelis infidelem dimittat taliter coniunctum. Nec Apostolus iubet ut non dimittat, sed consulit ut si quis aliter agat, non sit transgressor, sicut et de uirginibus consulit. Monet autem quod est lucranda occasio, cum possit licite relinquere: sed non expedit. Tunc enim non expedit id quod licitum est, quando permittitur quidem, sed ipsius usus alijs affert impedimentum salutis: sicut discessio fidelis ab infideli, quam non prohibet Dominus, quia coram illo non est iniusta: sed Apostolus ne fiat consilio charitatis suadet, ut nemo in ea inuisionis necessitate teneatur, sed consilij uoluntate libere faciat. Ex his monstratur inter fideles coniugium esse: et consilium Apostoli non obuiare præcepto Domini, quo iubet fidelem non iungi infideli, et si coniuncti fuerint, separari. Legitur enim quod Esdras propheta, immo Dominus per eum iussit Israelitis uxores dimittere alienigenas, per quas ibant ad deos alienos, non illæ per maritos acquirebantur Deo. Recte hoc præcepit: quia per Moysen iusserat Dominus

1. Cor. 7. f. 1. Esdr. 10. a

Dominus ne quis uxorem alienigenam duceret. Merito ergo quas duxerant, Domino prohibente, Domino iubente dimiserunt: quia ut ait Ambrosius: Non est putandum matrimonium, quod extra decretum Dei factum est: sed cum cognoscitur, emendandum, ut quando fidelis infideli copulatur. Sed ut ait Augustinus: Cum cepisset gentibus Euangelium prædicari, iam coniunctos gentiles gentilibus comperit coniugibus: ex quibus si non ambo crederent, sed unus uel una, et infidelis cum fidele consentiret habitare, nec prohiberi a Domino debuit fidelis infidelem dimittere, nec iuberi. Ideo non prohiberi, quia iustitia permittit a fornicante discedere. Et infidelis hominis fornicatio est maior in corde: nec uera eius pudicitia cum coniuge dici potest: quia omne quod non est ex fide, peccatum est, quamuis ueram fidelis habeat pudicitiam, etiam cum infideli coniuge, quæ non habet ueram. Ideo autem nec iuberi, quia nec contra inuisionem Domini gentiles fuerunt ambo coniuncti. Licet ergo erat per iustitiam fidelis infidelem dimittere: sed licitum non erat faciendum propter liberam beneuolentiam. Euidenter apparet, et inter infideles coniugium esse, et Apostolum de illis agera, qui in infidelitate coniuncti fuerunt, et post alter ad fidem conuersus est, cum quo etiam infidelis habitare consensit, et hunc non dimittere fidele consulit Apostolus: quia forte per fidelem saluabitur infidelis.

In cap. 7. 1. cor. habetur 28. q. 1. c. 1. Lib. 1. de adult. coniug. c. 28. habetur ubi supra. Mat. 19. b Non est uera pudicitia fidelis cum infideli: et habetur 28. q. 1. in princ. Rom. 14. d 1. Cor. 7. c

De fornicatione spirituali, ob quam potest dimitti coniux.

POTEST nihilominus licite dimittere: quia in infideli est fornicatio, si non corporis, tamen mentis. Causam enim fornicationis Dominus excepit. Fornicationem uero generalem, et uniuersalem intelligere cogimur, non modo scilicet corporalem, sed et spirituales: de qua Augustinus ait: Idololatria et quelibet noxia superstitio fornicatio est. Dominus autem permisit ex causa fornicationis uxorem dimitti, sed non iussit: et sic dedit Apostolo locum monendi, ut qui uoluerit non dimittat: potest tamen licite dimittere. Si enim fornicatio carnis detestanda est in coniuge, quanto magis fornicatio mentis, id est, infidelitas?

In Glossa 1. Cor. 7. cap. Si quis Mat. 19. a In serm. Domini in monte lib. 5 et habetur 28. q. 1. Idololatria.

Pro quibus uitijis possit dimitti.

SI autem queris: An propter aliud uitium nisi propter infidelitatem, uel idololatriam possit dimitti: attende quid Augustinus ait: Si infidelitas fornicatio est, et idololatria infidelitas, et auaritia idololatria: non est dubitandum et auaritiam fornicationem esse. Quis ergo quamlibet illicitam concupiscentiam potest a fornicationis genere separare, si auaritia fornicatio est? Ex quo intelligitur, quod propter illicitas concupiscentias non tantum quæ in supris cum alienis uiris uel feminis committuntur, sed ob quaslibet quæ animam a lege Dei aberrare faciunt, et perniciose corrumpi, possit sine crimine et uir uxorem suam dimittere, et uxor uirum. Item rectissime dimittitur, si uiro suo dicat: Non ero uxor tua, nisi mihi de latrocinio diuitias congreges: uel nisi solita lenocinia exerceas, aut si quid aliud facinorosum, uel flagitiosum a uiro suo expetat. Tunc ille, si ueraciter penitens est, habetq. fidem per dilectionem operantem, membrum, quod eum scandalizat, amputabis. Ex his apparet quod non solum infidelitas, sed etiam quelibet concupiscentia, quæ perniciose turpiterq. corrumpit, fornicatio spiritualis est: per quam uir uxorem, uel uxor uirum dimittere potest. Consulit tamen Apostolus, ne fidelis dimittat infidelem uolentem cohabitare, nec a Deo reuocare.

Ibidem. Aug. de fide et ope. c. 16. et habetur 28. q. 1. uxor legitima. 1. Cor. 7. c

An fidelis liceat aliam ducere, infideli discedente uel dimissa.

HIC quaritur, si fidelis dimittat infidelem, uel infidelis a fidele discedat, an liceat fidele aliam ducere. Videtur auctoritas testari, quod illa uolente alteram ducere non ualeat. Ambrosius enim uerba Apostoli exponens ait: Alioquin si disceditis ab inuicem, et uolentes cohabitare dimittitis, et alijs uos copulatis, adulteri estis: et filij uestri, qui de hac copula nascuntur, immundi, id est, spurij sunt: Item: Si quis habuerit uxorem uirginem ante baptismum, ueniens illa, post baptismum alteram habere non potest. Crimina enim in baptismo soluuntur, non coniugia.

In conc. circa cap. 7. 1. Cor. habetur 28. q. 2. c. 1. et quasi per totum Ibid. statim. Ad Hilarium.

Que premissis contraria uideantur.

SED contra: Ambrosius testatur: Si infidelis, dicit Apostolus, discedit, discedat. Non enim est seruituti subiectus frater, aut soror in huiusmodi: quia non debetur reuerentia coniugi ei qui horret auctorem coniugij. Non est enim ratum matrimonium, quod sine deputatione Dei est: et ideo non est peccatum ei, qui dimittitur propter Deum, si alij se copulauerit. Contumelia enim

In Glossa 1. Cor. 7. Nihil est enim. Aliquid simile habetur. 28. q. 2. et 2. S. Bon. To. 5. t. t. Creatoris

Creatoris soluit ius matrimonij circa eum, qui relinquitur, ne accusetur alij copulatus. Infidelis autem discedens, et in Deum peccat, et in matrimonium, nec est seruanda ei fides coniugij, qui ideo recessit, ne audiret Christum esse Deum Christianorum coniugiorum. Si vero ambo crediderint, per cognitionem Dei confirmatur coniugium.

Determinatio.

Totum hoc caput habet Gratianus 28. q. 2. in fine.

ATTENDE hæc predictis contraria posse videri, ita ut sibi Ambrosius contradicere videatur. Sed distinguendum est hic, aliud esse dimittere volentem cohabitare, aliud dimitti propter Deum ab illo, qui horret nomen Christi. Ibi lex benevolentie non seruatur, hic veritas custoditur. Et ideo cum liceat dimittere volentem cohabitare, non tamen ea viuente aliam ducere licet. Discedentem vero sequi non oportet, et ea viuente aliam ducere licet. Sed hoc non est intelligendum, nisi de his, qui in infidelitate sibi copulati sunt. Sed si ad fidem uterque conuersus est, vel si uterque fidelis matrimonio coniunctus est, et post alter eorum a fide discesserit, et odio fidei coniugem reliquerit, dimissus discedentem non comitabitur: nec tamen illa viuente alteram ducere poterit, quia inter eos fuerat ratum coniugium, quod non potest dissolui.

Quidam dicunt coniugium non esse inter infideles, et quare.

Gratianus 28. q. 2. et Rom. 14. d. Lib. 1. de adul. conu. iug. c. 18.

SYNT tamen nonnulli, qui inter infideles asserunt non esse coniugium: quia nec rata, nec legitima est eorum copula. Rata non est, quia solui potest: nec legitima, quia Apostolus ait: Omne quod non est ex fide, peccatum est. Eorum autem coniunctio non est ex fide, et ideo peccatum est. Non est ergo coniugium: quia nullum coniugium pagani est. Augustinus etiam dicit, quia non est vera pudicitia infidelis cum fidei. Sed vera negatur esse pudicitia: non quod infidelium coniugium non sit verum, sed quia non habet illud triplex bonum, quod excusat coitum, et meretur premium. Item illud Apostoli: Omne quod non est ex fide, peccatum est: non ita intelligendum est ut quidquid sit ab infidelibus peccatum sit: sed omne quod sit contra fidem, id est, conscientiam, male sit: et ad gehennam edificat. Vel in omni eo, quod infidelis facit, peccat: non quia illud facit, sed quia non eo modo illud facit, quo debet, non referens ad debitum finem.

Quod legitimum sit coniugium infidelium, sed non ratum, et quare.

In lib. de fide et operibus c. 16. et habetur 28. q. 1. v. x. legitima. Hug. 4. Sentent. c. 9. 1. Cor. 7. 6

COPYLA ergo maritalis, qua est inter infideles, coniugium est legitimum, sed non ratum. Legitimum, quia est inter legitimas personas: sed non ratum, quia sine fide. Coniugium vero fidelium est legitimum, et ratum, si tamen legitima sunt persona. Quod autem legitima sit infidelium coniunctio, Augustinus testatur dicens: Vxor legitima societate coniuncta sine ulla culpa relinquitur, si cum viro Christiano permanere noluerit. Ex hoc etiam probatur, quod infideli ad fidem conuerso Apostolus consulit infidelem non dimittere: quod non faceret, si non esset inter eos legitimum coniugium. Legitimum est, quod legali institutione, vel prouincia moribus, non contra iussione Domini contrahitur.

DISTINCT. XXXIX.

De impedimentis, quæ faciunt omnino illegitimum ad contrahendum matrimonium, cum quodam, et cum quodam non: quod venit ex cultus disparitate.

Post hæc de dispari cultu videndum est.

Expositio textus.

Diuisio.

VERA determinata sunt impedimenta, quæ matrimonium impediunt respectu omnis personæ. Hic determinantur impedimenta, quæ respiciunt personas determinatas. Et diuiditur hæc pars in duas, quoniam aliquæ personæ non sunt legitime propter nimiam distantiam, vt ille, in quibus est cultus disparitas. Quædam propter nimiam conuenientiam, vt ille, in quibus est spiritualis, vel carnalis proximitas. Ideo hæc pars habet duas. In prima agit de impedimento,

A quod venit ex cultus disparitate. In secunda de impedimento, quod venit ex proximitate, infra: Nunc superest de cognitione, et cet. Prima pars habet duas. In prima agit de cultus disparitate per comparisonem ad matrimonij contractionem. In secunda per comparisonem ad dissolutionem, ibi: Potest tamen licite dimittere, et cet. Prima pars habet duas. In prima determinat veritatem. In secunda dissoluit dubitationem, ibi: Huic autem videtur obuiare, et cet. Vbi ostendit quod quamuis matrimonium non possit contrahi inter fidelem, et infidelem, potest tamen esse, si prius contractum est. Similiter secunda pars, in qua agitur de matrimonij dissolutione, duas habet. In prima determinat veritatem. In secunda manifestat mentientes, ibi: Sunt tamen nonnulli, qui inter infideles, et cet. Vbi reprehendit eos, qui dicebant inter infideles non esse coniugium. Prima pars habet duas. In prima parte agit de dissolutione matrimonij, quo ad cohabitationem inter eos, qui sunt disparis cultus. In secunda de dissolutione matrimonij, quo ad vinculi fractionem, siue omnimoda separationem, ostendens quod si infidelis non vult cohabitare, fidelis potest contrahere, ibi: Sic queritur, si fidelis dimittat infidelem, et c. Evidenter

Evidenter apparet non posse contrahi coniugium ab his, qui sunt diuersæ religionis, et fidei. Dub. I.

Videtur ex hoc, quod si aliquis vult baptizari, et est fidelis, quod etiam ante baptismum contrahi possit cum alio.

R E S P. Dicendum quod fides non tantum accipitur pro habitu credendi, quantum accipitur pro sacramento fidei, et hoc probatur per illud, quod dicitur 28. q. 1. Caue Christiane, et infra: Si Christiana sit, nõ est satis, nisi ambo initiati sint sacramento baptismi. Vnde Hugo fuit istius opinionis, quod hoc intelligitur quantum ad sacramentum baptismi, scilicet, disparitas cultus, quamuis ergo talis fidem habeat, tamen non habet fidei sacramentum: ideo non est persona ad contrahendum legitima.

Apostolus ne fiat consilio charitatis suadet. Dub. I. I.

Videtur male dicere, quia ex hoc videtur, quod fidelis licite possit cum infideli cohabitare. Sed contra 28. q. 1. Iudæi, et cet. Non potest infidelis in eius permanere coniunctione, quæ iam in Christianam translata est fidem, et in duobus capitulis subsequentibus idem dicitur.

R E S P. Dicendum quod ad hoc voluerunt aliqui distinguere, quod illud Apostoli intelligitur de paganis, qui ad fidem facilius conuertuntur: sed ille canon intelligitur de Iudæis, qui obstinati sunt adeo, quod potius conuerterent conuersos, quam per ipsos proficerent: sed cum omnes sint in malitia nunc obstinati, ista distinctio non habet locum: sed in primitiua Ecclesia cum tam Iudæi, quam gentiles passim conuerterentur ad fidem, et cum modico adiutorio, propter salutem coniugum concessit, et consuluit Apostolus tunc cohabitare: sed postmodum Iudæi adeo sunt obstinati in malitia, quod potius volebant pervertere, quam conuertere, adhuc gentilibus ad fidem intrantibus, et tunc concedebatur cohabitare gentilibus: non Iudæis, nunc autem quia vtrique sunt in malitia obstinati, propter periculum corruptionis euitandum neutris conceditur cohabitare sine contumelia Creatoris: quia semper præsumitur, nisi velint conuerti, quod velint cohabitare in contumeliam Creatoris.

Ex quo intelligitur quod propter illicitas concupiscentias, et cet. Dub. III.

Innuat, quod propter quaslibet illicitas contumelias potest vir dimittere uxorem: et hoc idem supra probauit. Sed in contrariu obijcitur. Hieronymus: Si vxor peccat in animam suam, non est polluta viro suo: ergo vir non potest eam dimittere. Et hoc esse videtur ratione, quia vir non habet potestatem animæ vxoris, sed tantum corporis. Sed omne peccatum quodcumque fecerit homo, excepta fornicatione, est extra corpus: alia enim peccata animam offendunt: ergo, etc. Item per deductionem ad inconueniens improbat hoc ipsum, quia cum vix reperiantur de secularibus personis aliqua, quæ non peccant aliquando, tunc fere omnia matrimonia possent licite separari.

R E S P. Dicendum quod non est concessum propter fornicationem fieri matrimonij diuisionem, nisi carens, quatenus per illam fornicationem alter læditur, vel offenditur, qui est matrimonio aliter copulatus. Secundum hoc nota, quod fornicatio tripliciter dicitur, proprie, communiter, communissime. Proprie dicitur fornicatio esse peccatum circa actum carnis, vtputa quia coit cum non sua, vel non suo. Communiter dicitur fornicatio in scriptura idololatria, per quem modum propheta ipsos idololatrias meretricibus fornicarijs frequenter comparat, sicut patet. Communissime dicitur fornicatio omnis concupiscentia inordinata, qua offenditur Deus, et relinquitur. Prima fornicatio, S. Bon. To. 5.

nicatio non potest fieri ab vxore scienter, quin fiat iniuria viro: et ideo per illam potest fieri diuortium etiam pro vnico solo actu, si possit probari, etiam quantum fornicans peniteat. Secunda vero tunc est in iniuriam coniugis, quando coniux in illa perseuerat, quia tunc est via ducendi ad corruptionem: et ideo per illam potest fieri separatio, si coniux nolit penitere. Si autem vult penitere, et redire, non potest repudiare eam. Fornicatio tunc est in damnum coniugis, quando dat ei occasionem scandali: vt quando non vult cum eo quiete viuere, nisi consentiat male facere: et tunc potest eam dimittere vel quantum ad torum, vel quantum ad cohabitationem non simpliciter si ambo sunt fideles. Et per istum modum sunt intelligendæ auctoritates ad hoc inductæ, nam propter alia genera peccatorum nõ potest dimittere nec quantum ad torum, nec quantum ad cohabitationem, nisi præsentem magnam occasionem ruinae, et vehementer timeatur de lapsu: tunc enim licet dimittere, sicut dicitur hic, et dicitur 25. q. 1. Si oculus tuus scandalizat te. Glossa: In manu, et in oculo dextro possunt accipi frater, vxor, et propinquus, qui alias non debet dimitti, sed debet corrigi, vt extra de diuortijs: Quæruit, et infra: Mulier pro furto vel alio crimine viri sui nisi religionem suæ fidei corrumpere velit, ab eo separari non debet, et sic patent obiecta.

Mat. 8. g

Filij vestri, qui de hac copula nascuntur, immundi, id est spurij sunt. Dub. IV.

Item est hic quæstio: Vtrum natus ex patre fidei, et matre infideli debeat sequi patrem, aut matrem. Et quod matrem, videtur: quia sicut in præcedentibus habitum est, partus sequitur ventrem. Item proles in principio magis indiget materno solatio, quam paterno: ergo magis debet relinqui mater: sed mater est iudæa, vel infidelis. Sed contra 28. q. 1. Iudæi, et infra: Illi qui procreati sunt de infidelibus mulieribus, et fidelibus uiris Christianam sequuntur religionem, non Iudaicam superstitionem.

R E S P. Dicendum quod proles aut peruenit ad adultam ætatem, aut non. Si peruenit, cum salus sua pendeat ex libera eius uoluntate, eius est requirendus consensus, et si non vult consentire, cum iustitia Deus nulli inuito tribuat, potest cum infideli matre, vel patre remanere. Si autem minor est, cum salus sua sit a parentibus procuranda, qui etiam ad cultum Dei debuerunt procreare, et genuerunt filium iræ: recte secundum ius vetus, et etiam nouum, sicut patet de conuersione infidelium: Ex litteris, debet sequi fidelem in fauorem fidei, et salutis, et paruuli, et boni matrimonij: nec potest mater præcipere propter paruitatē, in qua indigeat eius solatio: nec allegare laborem, propter periculum damnationis, quod imminet si ipsum detineat in infidelitatis errore: et hoc totum probatur per illud quod habetur in prædicta decretali de conuersione infidelium: Ex litteris.

Si vero ambo crediderint, per cognitionem Dei confirmatur coniugium. Dub. V.

Ponatur quod primo credit vnus, et alter discedat, et nolit cohabitare, vel fornicetur, et postea conuertatur, vtrum reddendus sit ei vir suus, an ille possit excipere de iniuria dimissionis, vel fornicationis. Et quod habeat reddi, videtur per litteram istam. Item quod non possit excipere, videtur: quia in baptismo omnia sunt dimissa quo ad culpam, et penam. Sed in contrarium videtur littera præcedens, quia contumelia Creatoris soluit: ergo si solum est, videtur quod altero nolente sit reintegrandum. Item iste fidelis statim vt dimissus fuit, potuit contrahere: ergo statim fuit absolutus a ligamine: ergo non videtur quod vxor possit eum repetere.

tt 2 R E S P.

RESP. Dicendum quod si coniuges successiue ad fidem veniant, si neuter alterum dimisit, nec fornicationem commisit, compellendi sunt insimul cohabitare, et affectione maritali seinuicem tractare: si autem alter ab altero discesserit, refert quis, vtrum fidelis ab infideli, an econuerso. Si fidelis ab infideli, hoc libere potuit, et sine culpa: vnde illud in nullo sibi preiudicat. Si infidelis a fidele, potest fidelis etiam postquam venit ad fidem, excipere: et si vult, potest eam recipere: tamen compelli non debet, quia statim ab eo est absolutus. Sed de fornicatione distinguendum, quia primo conuersus aut dedit occasionem fornicandi, vtpote quia repudiavit, aut non. Si dedit, non potest propter fornicationem excipere. Si vero non dedit, tunc potest excipere. Ad illud quod obijcitur, quod omnia dimittuntur in baptismo, dicendum quod verum est quantum ad Deum: sed non oportet quod dimittantur, ita quod libertati proximi iniurietur: et sic patet illud, sicut supra dictum est de poenitentia.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam praesentis distinctionis quaeritur de impedimento, quod habet esse in matrimonio ex cultus disparitate. Et de hoc duo quaeruntur principaliter. Primo quaeritur de disparitate cultus per comparationem ad matrimonij contractionem. Secundo per comparationem ad dissolutionem. Circa primum quaeruntur quatuor. Primo quaeritur, vtrum matrimonium possit contrahi inter fidelem, et infidelem. Secundo quaeritur, vtrum sacramentum matrimonij possit contrahi inter fidelem, et infidelem. Tertio, vtrum matrimonium contractum inter infideles excuset a peccato. Quarto vtrum matrimonium contractum in infidelitate ponat in numerum cum matrimonio fidelium.

QVAESTIO I.

An matrimonium possit contrahi inter fidelem et infidelem.

S.Tho. in Suppl. 3. p. q. 59. art. 1. Et 4. Sent. d. 39. q. 1. art. 1. Scot. 4. Sent. dist. 39. q. 1. Richardus 4. Sent. dist. 39. q. 1. Tho. Argent. 4. Sent. d. 39. q. 1. art. 1. Franc. de Mayr. 4. Sent. d. 39. q. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 39. q. 1. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 39. q. 1.

AD OPPOSITVM. Genes. 41. f.

IRCA quam sic proceditur, et ostenditur, quod matrimonium possit contrahi inter fidelem, et infidelem. Et primo exemplo: quoniam Ioseph contraxit cum muliere aegyptiaca: nec reprehenditur, sicut dicitur. Similiter Moyses cum aethiopiissa, sicut innuitur, nec ipsum reprehenditur.

Num. 12. a. Dent. 21. b.

ITEM hoc videtur auctoritate: Si egressus ad pugnam videris mulierem pulchram in medio castrorum captiuorum, et adamaueris eam, intrabis ad eam dormiesq. cum ea, et erit vxor tua: constat quod de infidelibus loquitur.

1. Cor. 7. c.

ITEM: Sanctificatur mulier infidelis per virum fidelem, et econuerso: ergo inter fideles, et infideles est coniugium sanctum: ergo et licitum.

ITEM ratione videtur: quia diuersitas, siue disparitas morum non impedit matrimonium contrahendum: ergo pari ratione nec diuersitas fidei, siue cultus diuini matrimonium impedit.

ITEM matrimonium est sacramentum commune fidelibus et infidelibus: ergo si ad omnes se extendit disparitas, siue talis repugnantia, ipsum non tollit.

ITEM omne impedimentum matrimonij impedit pro eo quod obstat alicui bono matrimonij: sed cultus disparitas nec nocet bono prolis, quia potest educari ad cultum Dei, nec fidei, nec sacramenti: ergo nullo modo impedit.

CONTRA: Probatur exemplo: Dicitur quod Esdras separauit viros ab vxoribus alienigenis: ergo non erat inter eos matrimonium.

ITEM auctoritate legis: Non sociabis cum eis coniugia: loquitur de infidelibus, et alienigenis.

ITEM Ambrosius in libro de patriarchis: Caue Christiane gentili vel Iudaeo filiam tuam dare.

ITEM potissima distantia est inter fideles, et infideles, sicut Christi ab Belial, et lucis ad tenebras: si ergo in matrimonio magna est vnio, nullum potest esse inter eos matrimonium.

FVNDAMENTA. 1. Esdr. vii. Dent. 7. a. Ambrosius de Abraa patriarch. lib. 1. c. 9.

CONCLUSIO.

Cultus disparitas, et alterius partis infidelitas, impedit matrimonium contrahendum, et dirimit contractum.

RESP. AD ARG. Dicendum quod in veteri lege distinguendum erat inter infideles, quia quaedam mulieres erant infideles, et erant de terra Chanaan; quam Dominus promiserat filijs Israel propter illius gentis obstinationem in infidelitate, mandaueratque eas occidendas: et de talibus prohibitum erat. Vnde si quis de populo Israel cum illis contraheret, cum esset contra Domini praecipuum, non erat matrimonium. Quaedam erant infideles de alijs nationibus: et de talibus non erat prohibitum, sed permissum, et concessum: vbi non timebatur lapsus in idolatriam, sicut in Ioseph, et Moysen. Ratio autem quare prohibuit gentes illas, et non alias, fuit duplex. Vna, quia iudicauerat omnes reos mortis. Alia, quia obstinatae erant in malo. In nouo testamento alio modo est, quia infidelis est dupliciter. Aut quia caret fide, aut quia fidei sacramento. Si quia fide tantum, sic talis disparitas vbi nota est, impedit matrimonium, sed non dirimit iam contractum: vt si catholicus contrahat cum haeretica baptizata. Si autem sit infidelis, quia caret fidei sacramento, vtpote baptismo: quia sacramentum Ecclesiasticorum, et fidelium ianua, et fundamentum est baptismus, fidelis, qui contrahere habet secundum sacramenta Ecclesiae, si cum tali contrahat, nihil facit etiam si sit fidelis, dum tamen non habet baptismum: Vnde dirimit iam contractum.

D

ITEM vero disparitas praestabat impedimentum in lege veteri non simpliciter, sed vbi timebatur periculum, et distinctum aderat iudicium: et super hoc additum erat mandatum: sic et in noua impedit non simpliciter, siue de se, sed ob vitiationem periculi, et diuersitatem sacramenti baptismi, et inhibitionem Ecclesiastici statuti, quae ortum habent a duobus praedictis: et sic patet duo prima obiecta.

E

AD illud autem quod obijcitur, quod sanctificatur mulier, dicendum quod loquitur Apostolus de matrimonio contracto ante cultus disparitatem, quod dicit manere, quia fideles viri plerumque saluant occasionaliter, siue sanctificant mulierem, sicut fides parturit filios.

F

AD illud quod obijcitur de disparitate morum, etc. dicendum quod non est simile, quia disparitas fidei facit disparitatem sacramentorum: non sic disparitas morum, quia boni, et mali conueniunt in sacramentis. Non tamen disparitas fidei semper facit disparitatem in sacramentis, sed eatenus quatenus facit, periculosior est.

5. AD

AD illud quod obijcitur, quod est ratione vtriusque, dicendum quod eatenus est commune, quatenus est legis naturae, sed non in quantum Ecclesiae: et si fidelis contrahit, sacramentum eius iam est Ecclesiae: ideo in hoc non communicat cum infideli, immo multum distat.

AD illud quod obijcitur, quod non est contra aliquid bonum matrimonij, dicendum quod falsum est, immo contra bonum prolis, quia alter coniugum de facili potest impedire, ne proles Domino dedecetur. Est etiam contra bonum fidei propter periculum fidei. Est etiam contra bonum sacramenti, quia ex parte fidelis matrimonium natum est esse ratum, etc.

QVAESTIO II.

An sacramentum matrimonij sit inter infidelem, et infidelem.

S.Tho. in Suppl. 3. p. q. 59. art. 2. Et 4. Sent. dist. 39. q. 1. art. 2. Richard. 4. Sent. dist. 39. q. 2. Th. Arg. 4. Sent. d. 39. q. 1. art. 1. Steph. Brul. 4. Sent. d. 39. q. 2. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 39. q. 2.

AD OPPOSITVM. 1. Cor. 7. c.

TRVM sacramentum matrimonij sit inter infidelem, et infidelem. Et quod sit inuit Apollolus: Si quis frater habet vxorem infidelem, etc. vocat vxorem cui cohabitandum: sed non fuit vxor propter contractionem, quae fuit post fidem, sed ante: ergo, etc.

ITEM ratione videtur quod matrimonium est de dictamine legis naturae: sed lex naturae communis est apud omnes: ergo, etc.

ITEM matrimonium diffinitur sic: Matrimonium est maris et feminae coniunctio indiuiduae vitae consuetudinem retinens: sed hoc est inter infideles: ergo, etc.

ITEM infideles, et haeretici habent vera sacramenta Ecclesiae, quamuis non habeant fidem, tamen habent verborum formam: ergo si matrimonium apud fideles contrahitur per verba exprimentia consensus, et talis forma est apud infideles: ergo et matrimonij sacramentum.

FVNDAMENTA.

CONTRA 28. q. 1. Non est ratum coniugium, quod sine Deo est: sed tale est coniugium infidelium: ergo non est ratum: ergo non est matrimonium.

ITEM Ambrosius ibidem: Non est putandum coniugium, quod extra Dei decretum est factum: sed tale est coniugium infidelium: ergo, etc.

ITEM matrimonium est sacramentum Ecclesiae: sed baptismus est fundamentum sacramentorum Ecclesiae: ergo non habentes baptismum non habent matrimonium.

ITEM matrimonium est sacramentum, et signum vnionis Dei, et animae, siue diuinae naturae, et humanae: sed hanc non percipiunt infideles, nec credunt: ergo non est eorum sacramentum.

CONCLUSIO.

Matrimonium apud infideles est in officium, et excusat a culpa, sed non est ratum, neque in remedium, cum non sit sacramentum ob defectum fidei.

RESP. AD ARG. Dicendum quod matrimonium est institutum in officium, et in remedium, et in sacramentum: et ista tria complete habet secundum

S. Bon. To. 5.

quod est apud fideles. Apud infideles vero habet ista secundum rationem semiplenam: nam est in officium, quia est procreatio prolis legitimae, sed non ad cultum Dei: apud fideles autem ad cultum Dei. Est in remedium, quia excusat coitum a culpa mortali. Et rursus, datur ibi gratia remittens concupiscentiam, ratione benedictionis adiunctae. Apud infideles vero maritali affectu vxores cognoscentes est excusatio a culpa, sed non datur gratia: apud fideles vtrumque est. Item: Est etiam in sacramentum apud fideles, quia signat vnionem Dei, et animae, siue vnionem diuinae naturae, et humanae, non tantum aptitudine, sed actu. Apud infideles vero aptitudine tantum: et praeterea ratio sacramenti maxime consistit in ratificatione vinculi: apud infideles autem vinculum non habet ratificationem perfectam. Vnde distinct. 28. q. 1. Si quis Iudaeus. Item id. Quoddam matrimonium ratum, et legitimum, vt fidelium. Quoddam legitimum, sed non ratum, vt infidelium. Quoddam ratum, sed non legitimum, vt matrimonium contractum a fidelibus in occulto. Si autem quaeratur, quare matrimonium infidelium non est ratum, dicendum quod hoc est propter defectum sacramenti fidei, et propter statum, quia in tali iunctus est vxori, in quo potest vinciri vinculo fortiori, scilicet suscipiendo sacramentum baptismi, et Christo alligari, a quo statu nemo potest prohibere: et ideo potest in casu istud vinculum infirmari. Habet enim ratitudinem, vt illo statu in vtroque manente non possit solui.

ITEM per hoc patet responsio ad illud Augustini Non est ratum, etc. 2. AD illud quod obijcitur de Ambrosio, dicendum quod illud intelligendum est sic: Exura decretum, id est, contra mandatum diuinum. 3. AD illud quod obijcitur, quod est sacramentum Ecclesiae, dicendum quod verum est: sed non tantum Ecclesiae, sed etiam legis naturae. 4. AD illud quod obijcitur de signatione, dicendum quod etsi non actu representet, tamen habitu: et hoc sufficit ad hoc quod sit sacramentum. Vel dic, quod actu representat, licet nemo praecipiat.

QVAESTIO III.

An matrimonium infidelium excuset coitum, vt ibi non sit peccatum.

Richardus 4. Sent. dist. 39. q. 3. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 39. q. 3. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 39. q. 3.

AD OPPOSITVM. Rom. 14. d.

TRVM matrimonium infidelium excuset coitum, siue coniugalem actum, vt non sit ibi peccatum. Et quod non, videtur: Omne quod non est ex fide, peccatum est: sed actus coniugalis apud infideles non est ex fide: ergo est peccatum. Si tu dicas, quod ibi appellatur fides conscientia, et illud non dicitur esse ex fide, quia est extra conscientiam, sicut exponit Magister in littera. Obijcitur tunc de Glossa, quae exponit, quod omnis vita infidelium est peccatum: ergo et vita matrimonialis peccatum est: ergo matrimonium non excusat a peccato.

ITEM 28. q. 1. c. 1. non est vera pudicitia infidelis cum coniuge sua: et est verbum Augustini: ergo infidelis non cognoscit coniugem suam pudice, et cognoscit pudice, vel impudice: ergo impudice: ergo coitus eius non est sine peccato.

ITEM sacramenta Ecclesiae apud haeticos quamuis sint veracia, non tamen sunt vtilia: quoniam etsi habeant formam, tamen propter infidelitatem nullam habent efficaciam: ergo pari ratione apud infideles.

11 3 4. ITEM

Quaest. incidens. Resp.

4. I T E M hæreticus baptizando peccat mortaliter, quia non baptizat, vt ad cultum Dei perducatur: sed vt ad errorem trahat: sed infideles non procreant prolem ad cultum Dei, sed potius ad permanentem in suis tenebris, et erroribus: ergo peccant coeundo propter prolem: sed nullus coitus est isto honestior, qui fit propter prolem habendam: ergo nullus coitus in infidelibus fit sine peccato.

FVNDAMENTA.

C O N T R A : Triplex est pars continentiae, scilicet virginalis, vidualis, et coniugalis: sed infideles continentia virginali continendo non peccant: similiter continentia viduali: ergo pari ratione nec continentia coniugali: sed ista est in reddendo, et petendo debitum vxori: ergo, et cetera.

I T E M infidelis qui habet vxorem, et cognoscit eam affectu maritali, cognoscit suam ordinato affectu: sed actus transiens super debitam materiam cum ordinatione affectus est absque peccato: ergo actus coniugalis in infidelibus est absque peccato.

I T E M matrimonium excusat a peccato, aut ergo in quantum sacramentum legis naturae, aut in quantum sacramentum Ecclesiae. Si in quantum sacramentum legis naturae: ergo cum hoc modo sit apud infideles: ergo excusat eorum coitum. Si in quantum sacramentum Ecclesiae solum: ergo non excusat ante aduentum Christi: ergo quotquot ante aduentum Christi vxores cognouerunt, fornicatores fuerunt: ergo cum hoc fit nefas dicere, redit primum.

I T E M vbi est matrimonium, ibi est mutua obligatio: ergo cum apud infideles fit matrimonium: ergo est ibi mutua obligatio: ergo alter alteri tenetur debitum reddere: sed nullus peccat faciendo id, ad quod tenetur, nisi per malam voluntatem illud deprauet: ergo ille, qui reddit debitum vxori suae, non peccat.

C O N C L V S I O .

Matrimonium infidelium excusat aliquo modo a culpa, quia est in remedium semiplenum, cum imperfecta sint ibi bona matrimonij.

R E S P . A D A R G . Dicendum quod sicut tactum est in precedenti problemate, matrimonium infidelium est remedium semiplenum: et ratio huius est, quia bona matrimonij imperfecta sunt ibi, tum quia in eis deficit fides, tum quia deficit in eis sacramentum fidei. Quia deficit fidei sacramentum, ideo non est perfectum sacramentum, siue vinculum, cum possit fortiori vinculo ligari. Quia deficit fides, ideo non est perfectum remedium in eis: quia sine fide impossibile est Deo placere: et quamuis sine fide possit quis in aliquo actu vitare peccatum, quia non agit malum, tamen impossibile est mereri praemium. Vnde sicut aliter est apud infideles continentia, et aliter apud fideles, quia fideles per pudicitiam evitant poenam, et acquirunt palmam: illi vero etsi vitent poenam, cum a malo cessant, non tamen acquirunt palmam: sic in matrimonio intelligendum, quia apud fideles tum propter meritum fidei, tum propter benedictionem Ecclesiae non solum datur remedium, quod praeseruat a culpa, sed etiam datur gratia, quae remittit concupiscentiam: apud infideles vero nulla omnino datur gratia, tamen quia coniunguntur secundum diuinum statum, vitat culpam, nisi affectio libidinosa interueniat, quae etiam apud Christianos actum coniugale foedat, et sic concedenda sunt rationes ostendentes, quod matrimonium apud infideles aliquo modo coitum excusat.

Hebr. 11.2

1. A D illud ergo quod obijcitur, quod non est ex fide: ergo est peccatum, dicendum quod illud intelligitur, sicut praedictum est: et patet ex Glossa, quod non est ex fide, id est contra conscientiam, quia qui facit contra conscientiam edificat ad gehennam. Sed quod subiungit, quod omnis vita infidelium est peccatum, hoc dictum est per concomitantiam, quia numquam

A est sine peccato, pro eo quod sola fide purificentur peccata: et ideo quidquid faciunt, quamdiu sine fide sunt, absque peccato esse non possunt.

2. A D illud quod obijcitur, quod vera pudicitia non est infidelis, et cetera, dicendum quod vera tantum valet, quantum perfecta: vnde dicitur non esse vera, quia non est perfecta. Sed ista expositio aliquantulum est extranea: et ideo dicendum est, quod non est vera pudicitia, quia non habet verum, et proprium effectum virtutis, sicut non est verum vinum, quod non habet operationem vini. Operatio autem siue effectus virtutis est, quia facit declinare a malo: et per hoc vitat poenam: facit etiam quod bonum est, et per hoc acquirat gloriam: et quamuis apud infideles possit reperiri primum, non tamen secundum, ideo pudicitia non est vera virtus apud eos: et hoc est quod dicit Augustinus: Vbi deest cognitio aeternae, et incommutabilis veritatis, falsa est virtus etiam in optimis moribus.

Lib. Sent. Prospero c. 206. no. 3.

3. A D illud quod obijcitur, quod sacramenta Ecclesiae non habent efficaciam apud hæreticos, dicendum quod non est simile de matrimonio, et alijs sacramentis: nam in alijs praestatur remedium contra morbum, qui iam inest. Vnde in alijs datur gratia, vel effectus gratiae, quo mediante curatur anima a morbi corruptela. In matrimonio autem, in quantum sacramentum legis naturae, datur remedium praeseruatium a culpa, ne quis in cognoscendo mulierem peccet, licet in quantum est sacramentum Ecclesiae ratione benedictionis annexae det etiam gratiam digne accedentibus: quoniam ergo infideles non suscipiunt gratiam gratum facientem, nec eius effectum, quamdiu sunt in infidelitate, ideo alia sacramenta non praestant eis remedium: hoc vero solum potest eis praestare, licet non perfectum, sed solum ad cauendum malum.

4. A D illud quod obijcitur, quod hæreticus baptizando peccat mortaliter, dicendum quod peccat, quia usurpat quod suum non est: et quia si actualiter intendat errorem perducere, tunc grauius peccat: sed sicut potest esse quod aliquis hæreticus baptizat non intendens hominem perducere ad errorem: sic potest esse quod aliquis generet prolem non intendens ad cultum idolorum pertrahere, sed solum intendens posteritatem habere. Et hoc quidem, quia caret intentione formata, non habet perfecte bonum proles, nec meritum: quia tamen non habet intentionem deformatam, ideo non habet demeritum, et ideo tales filij iudicari possunt legitimi, quod est signum quia matrimonialiter sunt generati: aliter enim iudicarentur illegitimi. Est enim quadruplex differentia filiorum ita apud infideles, sicut apud fideles. Quidam enim sunt naturales, et legitimi, vt qui de legitimis vxoribus generantur, et isti debent, et possunt succedere in bonis. Quidam legitimi, sed non naturales, vt filij adoptiui: et isti similiter possunt succedere. Quidam naturales, sed non legitimi, vt illi qui nati sunt de concubinis. Quidam sunt nec legitimi, nec naturales, vt sunt illi, qui de adulterio sunt nati, vel etiam de incestu.

Q V A E S T I O I V .

An bigamus sit qui ante et post baptismum contrahit matrimonium.

Stephanus Brulef. 4. Sent. dist. 39. q. 4.

V T R U M matrimonium ante baptismum contractum ponat in numerum cum matrimonio contracto post baptismum, ita quod talis iudicetur bigamus. Et quod non videtur. Hieronymus super Epistolam ad Timotheum super hoc: Oporteret Episcopum esse vnus vxoris, et cetera. Si vnam habuit ante baptismum, alteram post baptismum, non est putandus bigamus.

AD OPPOSITVM

1. Tim. 3. 2

2. I T E M

2. I T E M hoc ipsum ostenditur ratione Hieronymi: A Prorsus innouato per baptismum, omnia vetera sunt dimissa: ergo cum tale coniugium, et talis actus coniugalis ad statum vetustatis pertineat: ergo habetur tamquam si non fuerit: ergo nec computatur cum matrimonio subsequenti.

3. I T E M ordinatus ante baptismum, et ordinatus post baptismum non est bis ordinatus, etiam si ordinetur ab alio et alio: ergo pari ratione coniugatus ante, et coniugatus post non est bis coniugatus, etiam si contrahat cum alia, et alia.

4. I T E M secundum quid non connumeratur ei quod est simpliciter: sed vinculum matrimoniale est vinculum ante baptismum imperfectum, et secundum quid, post vero est perfectum: ergo non debet vnum alteri connumerari: ergo, et cetera.

FVNDAMENTA.

C O N T R A : Augustinus super Epistolam ad Titum: Qui ante baptismum habuit vnam, et post baptismum aliam, non est reputandus nisi bigamus.

I T E M hoc videtur ratione sua: In baptisate crimina abolentur, non quod honestum est, vt pote foederatio coniugalis: ergo si non aboletur, adhuc manet, et iudicatur iste fuisse coniugatus: ergo si iterum contrahat, est iudicandus bigamus.

I T E M virgo quae corrupta fuit carne ante baptismum, semper post iudicatur corrupta, et numquam poterit inter virgines consecrari: et hoc, quia amissio virginitatis respicit aliquid ex parte carnis, quod numquam potest recuperari: ergo cum bigamia respiciat diuisionem carnis: patet, et cetera.

I T E M si baptizatus apud hæreticos iterum baptizetur, quantum est in se iterum baptismum, et puniendus est poena rebaptizati: ergo cum coniugium sit verum apud infideles, qui iterum contrahit, iterum matrimonium: ergo non potest esse nisi bigamus.

C O N C L V S I O .

Matrimonium contractum ante baptismum cum vna, et post cum alia, facit bigamum.

R E S P O N D . A D A R G . Dicendum quod sicut expresse apparet, Hieronymus, et Augustinus hic fuerunt contraria opinati: et nisi quis velit distorquere verba, non video quo modo possint reduci ad concordiam. Ideo enim in hoc habuerunt opiniones contrarias, quia fundati sunt super diuersa. Hieronymus enim voluit, quod omnis vita infidelium esset culpa, et quod matrimonium infidelium ad veterem hominem pertineret: et quia in baptisimo expoliatur vetus homo cum actibus suis, et induitur nouus: hinc est quod dixit, quod sicut peccata praeterita isti non imputantur, nec computantur: sic etiam nec coniugia. Augustinus vero posuit, quod coniugia infidelium etsi non essent meritoria, non tamen erant culpabilia, immo erant licita, et bona: et hoc patet, quia Dominus instituit, et ius naturale dicitur: et vltimus Apostolus confirmat, qui dicit vxorem infidelem non esse dimitendam: et quia licita sunt, hinc est quod per baptismum non delentur. Et quoniam Augustinus melius habuit fundamentum, et verius: hinc est quod verius est sanius dixit: et ideo canones positioni Augustini concordant, et illud nunc tenet Ecclesia, quod matrimonium ante baptismum contractum cum vna, et post baptismum cum alia, facit bigamum, sicut expresse dicitur: Si quis viduam, licet laicus, duxerit vxorem, seu ante baptismum, seu post baptismum, non admittatur ad clericatum. In baptisate enim crimina dimittuntur, non accepta vxoris consortium relaxatur.

Opin. 1.

Opin. 2.

Approbatio opin. 2.

Dist. 34.

ptisum et post, dicendum quod non est simile, quia in ordine imprimatur character, qui non potest alicui dari, nisi habeat characterem baptismalem, sicut in praecedentibus probatum est, et ostensum. Vnde qui ordinatur ante baptismum, non est ordinatus: ideo cum ordinatur post baptismum, semel tantum est ordinatus: non sic est de matrimonio, quia enim ibi non imprimatur character: ideo potest contrahi ante baptismum, et ante coniugatus est, quam baptizatus.

4. A D illud quod obijcitur, quod est secundum quid, dicendum quod dupliciter est secundum quid. Vnum, quod diminuat ab esse, aliud quod dimminuit ab esse perfecto. Primum quod dimminuit ab esse non ponit in numerum: cum enim non participet esse, non potest connumerari alij in illo esse. Aliud vero potest, et tale est matrimonium infidelium, quod quidem habet rationem coniugij, et diffinitionem, licet non habeat in tanta perfectione, quanta habet esse matrimonium fidelium.

A R T I C V L V S I I .

C O N S E Q V E N T E R quantum ad secundum articulum queritur de disparitate cultus per comparisonem ad matrimonij solutionem: et circa hoc queruntur quattuor. Primo queritur, vtum altero veniente ad fidem, altero remanente in infidelitate soluat matrimonium quantum ad fidelem. Secundo, vtum soluat quantum ad infidelem. Tertio, vtum soluat cum alter coniugum sit infidelis. Quarto, vtum vtroque veniente ad fidem soluat matrimonium propter personarum illegitimitatem.

Q V A E S T I O I .

An altero infidelium veniente ad fidem soluat matrimonium quo ad fidelem.

S. Tho. in suppl. 3. p. q. 59. art. 3. Richardus 4. Sent. dist. 39. art. 2. q. 1. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 39. q. 1. art. 2. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 39. q. 5. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 39. q. 5.

I R C A quam sic proceditur, et ostenditur, quod matrimonium soluat quantum ad permanentem in fide: Quod si infidelis discedit, et cetera, non enim est seruituti subiectus frater, et soror in huiusmodi. Super quem locum dicit Ambrosius: Contumelia Creatoris soluit matrimonium in eo, qui relinquitur, ne accusetur alij copulatus.

FVNDAMENTA.

1. Cor. 7. c

Amb. super 1. Cor. 7.

I T E M matrimonium non est ratum sine sacramento baptismi, sed quod non est ratum soluitur per fornicationem corporalem: ergo et per fornicationem spirituales. Quod autem ratum sit per baptismum, patet per Innocentium extra de diuorijis: Quanto te nouimus. Sacramentum, inquit, baptismi quod semel est admissum, ratum efficit coniugij sacramentum.

I T E M mulier non potest prohibere virum, vt non conuertatur ad fidem: ergo si non vult sequi, vel cohabitare, non potest prohiberi vt non contrahat, cum vir ad continentiam non teneatur.

I T E M fortius vinculum soluit minus, vbi minus repugnat: sed fortiori vinculo tenetur baptizatus Deo, quam vxori infideli: ergo vbi mulier non concordat ei, soluitur vinculum ab ipsa.

C O N T R A : Si quis habet infidelem vxorem non dimittat eam, si consentit cohabitare: ergo matrimonium est adhuc inter omnes: ergo nec vinculum soluitur, nec cohabitatio diuiditur altero conuerso.

AD OPPOSITVM

1. Cor. 7. c

I T E M

ITEM matrimonium consummatum per carnis commixtionem signat vnionem naturarum in Christo: sed illa est omnino insolubilis: ergo et tale matrimonium: ergo si carnaliter sunt commixti, tale vinculum non potest solui.

ITEM quod rectum est per fidei sacramentum non infirmatur: sed inter duos infideles recte contractum est matrimonium: ergo numquam infirmatur, si persistant in infidelitate: ergo nec si alter veniat ad fidem.

ITEM si alter coniugum transeat ad frugem melioris vitae: utpote ad religionem, non soluitur matrimonium consummatum: ergo nec si transit ad fidem.

CONCLUSIO.

Matrimonium infidelium altero veniente ad fidem, et infideli nolente cohabitare sine contumelia nominis Christi, vel impulsu ad infidelitatem, potest frangi quoad vinculum apud fidelem.

RESP. AD ARG. Dicendum quod loquendo de solutione quantum ad cohabitationem, et mutam seruitutem, hoc est in potestate fidelis, sed loquendo de solutione quantum ad ruptionem vinculi, distinguendum est: quoniam infidelis, aut vult cohabitare, aut non. Si vult cohabitare, aut cum blasphemia nominis Christi, aut sine. Si sine, aut ut pertrahat ad infidelitatem, aut non. Si vult cohabitare sine blasphemia nominis Christi, et ita quod non pertrahat ad peccatum, non soluitur matrimonium, quia nec iniuriatur, nec facit contumeliam Deo, nec matrimonio, nec marito. Si autem discedit, vel non vult cohabitare sine contumelia Creatoris, vel sine impulsione ad infidelitatem, in his tribus casibus potest a fidei dimitti, et per contumeliam factam matrimonio, et Creatori vinculum potest frangi, et potest cum alia contrahere, ut dicit Ambrosius, et Innocentius extra de diuortijs: Quanto te noui. Et: Gaudemus. Concedo igitur quod solutionem matrimonij contracti in infidelitate tria faciunt. Primum est ipsius imbecillitas. Secundum est cultus disparitas. Tertium Creatoris, vel matrimonij iniuria. Primum reddit possibile ad solutionem, secundum disponit, et tertium dissoluit. Matrimonij imbecillitas est ratione signationis imperfectae, quam habet apud infideles, et ratione defectus baptismi. Vnde dicitur quod illud matrimonium est legitimum, sed non ratum, quia ut dicit Innocentius, Sacramentum fidei, id est baptismi, quod semel admissum est, ratum efficit sacramentum coniugij, ex parte scilicet suscipientis est intelligendum: et hoc est quia infideles non possunt ita ligari in indiuuam vitam consuetudinem, quin alter possit transire ad fidem: et si non vult commutari, potest simpliciter separari, cum perfecta fides adueniat suscipiendo sacramentum fidei. Cultus disparitas est secunda ratio, quia tunc aduenit alteri personae fortius vinculum. Iniuria matrimonij, siue Dei est, cum non vult cohabitare, aut non sine contumelia Creatoris: et tunc vinculum illud soluitur, quia repugnat vinculo, quo fidelis alligatur Deo: Concedendae sunt ergo rationes probantes, quod soluitur matrimonium his concurrentibus. Et patent rationes ad oppositum. Quod enim dicit Apostolus, hoc verum est quando mulier vult habitare in pace sine contumelia Dei. Aliud patet, quia, et si sit consummatum, non tamen est ratum, nec habet apud infideles plenam signationem, nec stabile fundamentum.

Explicatio.

AD illud quod obijcitur, quod non infirmatur rectum, dicendum quod verum est eatenus, quatenus rectum est: sed eatenus quatenus est via ad obliquitatem, ut si mulier nolit cohabitare, nisi vir protrahatur ad malum, tunc soluitur. Vltimum patet, quia illae tres causae non concurrunt, cum aliquis transit ad frugem melioris vitae.

Resp. ad 3. ad oppos.

QUESTIO II.

An altero infidelium veniente ad fidem, matrimonium soluitur quo ad infidelem.

S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 59. ar. 4. Richardus 4. Sent. dist. 39. q. 2. ar. 2. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 39. q. 1. ar. 2. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 39. q. 6. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 39. q. 6.

TRVM soluitur matrimonium quo ad infidelem. Et quod sic, videtur: quia matrimonium est vinculum duorum, et se habet ut relatio: sed destructa ligatione respectu vnus extremi, destruitur respectu alterius: ergo, et cetera.

ITEM mulier ista postquam discessit, aut est vxor, aut non. Si sic: ergo vir non potest contrahere. Si non: ergo ipsa potest, cum non sit vxor.

ITEM esto quod fidelis contrahat post discessum, et illa postmodum conuertatur ad fidem, constat quod non redditur ei vir: ergo si non tenetur continere, potest nubere: ergo si non est eius acquisitum: adhuc poterat et prius.

CONTRA: Ambrosius dicit quod infidelis discedens peccat in Deum, et in matrimonium: ergo si in bono matrimonij est puniendum, non potest nubere.

ITEM nullus potest reportare commodum de malitia sua: sed reportaret si deserendo virum fidelem posset nubere: ergo, et cetera.

ITEM si mulier, quae erat prius alligata viro, absolvitur, quare a quo. Non ab Ecclesia: quia non intromittit se. Non a Deo: quia contra Deum facit. Non a viro, quia ipsum inuitum deserit. Nec a se potest: ergo vinculum manet: ergo, et cetera.

CONCLUSIO.

Matrimonium soluitur secundum veritatem, si vir suu- rit relictus a muliere remanente in infidelitate, ipsa tamen est alligata in poenam peccati, quod si reuertatur ad fidem, marito alteri uxori alligato potest alteri nubere.

RESP. AD ARG. Dicendum quod quidam dicunt, quod hanc questionem non est nostrum determinare, quia nec spectat ad nos de his, qui foris sunt, iudicare. Sed verum est, quod non spectat ad nos iudicare puniendos spiritualiter: tamen spectat ad nos, cum spiritualis homo omnia iudicat, discernendo quis recte, quis non recte viuat. Et ideo dicendum quod statim post discessum soluitur vinculum a parte viri, quia potest alteri coniungi statim: non sic a parte mulieris. Vnde notandum, quod vinculum manet dupliciter, aut secundum veritatem sacramenti, aut in poenam peccati: Quamdiu vir fidelis relictus manet in statu, in quo potest mulier infidelis redire ad eum, mulier est alligata quantum ad veritatem sacramenti. Sed quando vir est in statu, in quo non potest ei coniungi, ut si alteram ducat, vel intret religionem, vel accipiat sacrum ordinem, mulier soluta est secundum veritatem sacramenti, quia amplius non est vxor: sed tamen alligata est in poenam peccati: vnde non licet ei nubere, quousque soluitur a culpa: et hoc non est quamdiu est infidelis. Si autem conuertatur, et baptizetur, cum tunc soluitur ab omni culpa, et poena peccati, ex tunc licite poterit nubere, nisi aliud obstat: et sic patent obiecta utraque. Prima enim probant

FVNDAMENTA.

AD OPPOSITVM. Amb. super 1. Cor. 7. per illud: si quis frater

Opinio aliorum.

1. Cor. 5. d. Improbatur.

1. Cor. 2. d. Opin. Doctoris.

Explicatio.

Resp. ad 3. ad oppos.

bant quod soluitur secundum veritatem. Secunda, autem quod manet in poenam peccati.

AD illud quod quaeritur, a quo soluitur, dico quod a Deo, et ab Ecclesia, sed per accidens: quia ex quo ille definit esse vir, per consequens ista definit esse vxor. Et si tu obijcias, quod commodum reportat de malitia, dicendum quod falsum est, quia quamdiu manet culpa, diuino iudicio est alligata. Et amplius, si ad fidem veniat, et vir eam repetat, si non contraxit cum alia, est ei reddenda. Vnde satis rationabiliter potest dici, quod vinculum illud non omnino soluitur statim, cum mulier discedit, sed cum vir alligatur alij fidei vinculo inseparabiliter: tunc enim fortius vinculum soluit minus: et si prius aliquo modo esset solutum: ex tunc perfecte solutum, est illo vltimo persistente.

QUESTIO III.

An matrimonium soluitur si alter coniugum fiat infidelis.

S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 59. ar. 5. Richardus 4. Sent. dist. 39. ar. 2. q. 3. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 39. q. 1. ar. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 39. q. 7. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 39. q. 7.

FVNDAMENTA.

TRVM matrimonium soluitur, si alter coniugum fiat infidelis, specialiter quo ad fidelem. Et quod non soluitur, videtur: quia per fornicationem corporalem non fit solutio, maxime quo ad substantiam matrimonij, ut supra visum est: et tamen illa plus obuiat bono matrimonij: ergo nec per fornicationem spirituales.

ITEM matrimonium est vinculum insolubile: sed contingens est aliquem labi in infidelitatem: sed insolubile non dirimitur aliquo casu accidentali: ergo, et cetera.

ITEM si solueretur per lapsum in haeresim, posset quilibet volens vxorem dimittere, haeresim simulare: et ita semper praerudicaretur matrimonio.

AD OPPOSITVM.

CONTRA: Ambrosius dicit, et habetur in Glossa ad Corinthios: Contumelia Creatoris soluit ius matrimonij in eo, qui relinquitur, ut non accusetur alteri copulatus: ergo si lapsus in haeresim non vult cohabitare sine contumelia Creatoris, licet alteri copulari.

ITEM fides est fundamentum totius spiritualis edificij: sed sublato fundamento, destruitur quicquid superaedificatum est: ergo sublata fide pereunt omnia sacramenta: ergo et matrimonium.

ITEM si alter veniat ad fidem, soluitur matrimonium, si alter remanet in infidelitate: sed peior est conditio labentis, quam remanentis, et magis elongatur a fide: multo fortius ergo soluit matrimonium.

CONCLUSIO.

Matrimonium non soluitur altero coniugum labente in infidelitatem, quia fundatum est sacramentum matrimonij super characterem baptismalem.

RESP. AD ARG. Dicendum quod altero coniugum labente in infidelitatem non soluitur matrimonij sacramentum. Et ratio huius triplex est. Vna ut pracludatur malis via simulationis, et deceptionis. Alia est secundum veritatem, quia sacramentum coniugij in fidelibus, propter hoc quod perfectam habet signationem, et significat vnionem insolubilem, ipsum est insolubile. Rursus, quia fundatum super sacramentum baptismi, quod imprimit characterem inde-

lebilem, ipsum est insolubile. Vnde Innocentius dicit in decretali: Quanto te nouimus, quod sacramentum fidei quod semel admissum est, ratum efficit coniugij sacramentum, ut dictum est prius.

AD illud ergo quod obijcitur in contrarium, quod contumelia Creatoris soluit, dicendum quod auctoritas Ambrosij intelligitur de matrimonio contracto in infidelitate, quod non est ratum, quia non est fundatum super fidei sacramentum: et ideo non est simile de conuersione, et lapsu.

AD illud quod obijcitur de fundamento, dicendum quod fides est fundamentum virtutum, non sacramentorum: sed sacramentum fidei est fundamentum sacramentorum, et hoc est sacramentum stabile, quod manet semper.

AD illud quod obijcitur, quod peior est conditio labentis, dicendum quod solutionem matrimonij non tam facit contumelia Creatoris, et disparitas cultus, quam etiam facit imbecillitas ipsius matrimonij contracti in infidelitate: et disparitas cultus non solum quo ad fidem, sed etiam quo ad sacramentum fidei, in quo cultu quo ad sacramentum, qui baptizati sunt, disparis esse non possunt.

QUESTIO IV.

An in infidelibus venientibus ad fidem soluitur matrimonium.

S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 59. ar. 6. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 39. q. 8. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 39. q. 8.

TRVM in infidelibus venientibus ad fidem soluitur matrimonium propter personarum illegitimitatem, ut si habet sororem in vxorem. Et quod non, videtur per illam decretalem Innocentij: Gaudemus, in qua dicit non esse separandos.

ITEM ratione videtur: Per sacramentum baptismi coniugia non soluntur, sed crimina tolluntur: ergo cum illud fuerit coniugium apud paganos, non soluitur cum baptizatur.

ITEM pagani canonicis constitutionibus non arctantur: sed tunc solum incipiunt arctari, quando ad fidem veniunt: sed iura, et constitutiones formam futuris imponunt negotijs, non ad praeterita negotia reuocantur: si ergo ante contraxit, quam arctetur, constitutio tale matrimonium non soluit.

CONTRA: Si quis infidelis contraxit cum infidelibus, ad fidem veniens compellitur alteram relinquere, quia hoc est contra constitutiones Canonicas, sicut probatur per decretalem de diuortijs: Gaudemus, et cetera, ergo a simili in proposito.

ITEM si aliquis infidelis repudiavit vxorem, quod quidem licitum est apud eos, amobus venientibus ad fidem compellitur recipere eam, quia hoc apud fideles non licet: ergo a simili in contrario tenetur talem vxorem dimittere.

ITEM apud fideles profanum est vxorem fratris accipere in vxorem: sed noniter conuersus debet se fidelibus conformare: ergo debet huiusmodi coniugium reputare profanum: ergo non debet amplius stare.

CON-

CONCLUSIO.

Matrimonia propter illegitimitatem natura, et gradus a lege vereri prohibitos, cum coniuncti veniunt ad fidem, dissoluitur, non autem ob illegitimitatem gradus ab Ecclesia prohibitos.

RESP. AD ARG. Dicendum quod illegitimitas personarum ad matrimonium est duplex. Vna est secundum naturam, et institutionem diuinam, ut puta quod filius non contrahat cum matre, neque pater cum filia. Item quod alligatus uxori non ducat aliam, vel etiam in gradibus diuina lege prohibitis: ut dicunt iurisperiti, ubi prohibetur secundus gradus: et haec illegitimitas astringit fideles, et infideles. Et si in tali illegitimitate contrahitur matrimonium apud infideles, soluitur cum veniunt ad fidem. Quia ut dicit Ambrosius: Quod extra Dei decretum factum est, non est putandum matrimonium: sed cum cognosci-

Ambrosius 1. Cor. 7. super illud: Si quis frater

atur, emendandum. Vnde si iudaeus contrahat cum sorore in secundo gradu, ad fidem veniens ab ea separatur. Si autem contraxit cum uxore fratris, quia hoc est in lege concessum, minime separatur. Alia est illegitimitas ex constitutione Ecclesiae, ut sunt personae infra quartum gradum, et haec non arctat infideles, nec impedit matrimonium, quin contrahatur: et quia non ad praeterita reuocantur, non solunt legitime iam contractum.

1. 2. Ad illud ergo quod obijcitur de bigamia, et repudio, dicendum quod vtrumque est contra ius naturae, et contra ius diuinum: ideo non est simile.

3. Ad illud quod obijcitur, quod profanum est uxorem fratris ducere in uxorem, vel etiam habere, dicendum quod hoc verum est propter Ecclesiae mandatum: quo quia iste non constringitur, non debet illud coniugium reputare profanum: vnde iste ex quo venit ad fidem, alligatur vt amplius non contrahat contra Ecclesiae statutum: si tamen contraxit, non debet solui, nec tenetur dimittere, quia ad ipsum non se extendit constitutio Ecclesiae.

DISTINCT. XL.

DE COGNATIONE CARNALI, et spiritali, et prius de carnali.



Nunc superest de cognatione aliquid dicere. Est autem cognatio alia carnalis, et alia spiritalis. Primum de carnali cognatione, et affinitate inspiciamus. Cognati ergo, vel affines in septimo gradu, vel infra copulari non debent. Vnde Gregorius: Progeniem suam vnumquemque vsque ad septimam obseruare decernimus generationem: et quamdiu se agnoscunt affinitate propinquos, vel cognatos, ad coniugalem copulam accedere denegamus: quod si fecerint, separentur. Item Nicolaus Papa: De consanguinitate sua nullus uxorem ducat vsque post generationem septimam, vel vsque parentela cognosci potest. Item: Nulli ex propinquitate sui sanguinis vsque ad septimum gradum uxores ducant. His auctoritatibus alijsq. pluribus consanguineorum coniunctiones prohibentur vsque ad septimum gradum.

Lib. 12. Epist. 51. habetur 85. q. 1. et 2. Ibid. de consanguinitate. Ibid. ex concilio Lugd. nulli.

De computatione graduum consanguinitatis.

QUOMODO autem gradus consanguinitatis computandi sint, Isidorus ostendit sic: Series consanguinitatis sex gradibus dirimitur, hoc modo: Filius et filia, quod est frater et soror, sit ipse truncus. Illis seorsum sciunctis, ex radice illius trunci egrediuntur isti ramusculi: Neptos et neptis, primus. Pronepos et proneptis, secundus. Abnepos et abneptis, tertius. Adnepos et adneptis, quartus. Trinepos, et trinepis, quintus. Trinepotis nepos, et trinepis neptis, sextus. Attende quod sex gradus tantum ponit Isidorus, quia truncum inter gradus non computat. Alij vero qui septem gradus ponunt, truncum inter gradus computant. Varie namque computantur gradus consanguinitatis. Alij enim patrem in primo gradu, filios in secundo ponunt. Alij primum gradum filios appellant, negantes gradum cognationis inter patrem et filium esse, cum vna caro sint pater et filius. Auctoritates ergo quae consanguinitatis cautelam vsque in septimum gradum prohibent, patrem ponunt in primo gradu. Illi vero qui vsque ad sextum gradum prohibent, primum gradum filios appellant. Atque ita fit, vt eadem persona secundum hanc diuersitatem inueniantur in sexto, et septimo gradu. Patrem vero in primo gradu ponit, qui fratres dicit esse secundum gradum. Hoc modo computat Zacharias Papa, inquit: Parentela gradus taliter computamus: Ego et frater meus vna generatio sumus, primumq. gradum efficimus. Rursus, filius meus, et fratris mei filius secunda generatio sunt, et secundum gradum faciunt: atque adhuc modum cetera successiones. Inter illos vero qui sex computant gradus, et illos, qui septem computant gradus, nulla in sensu existit diuersitas, quamuis in numero graduum varietas videatur. Vltima enim generatio, si a fratribus sumat initium numerandi, septima inuenitur.

Lib. 9. Ethy. ca. 5. habetur 35. q. 5. series.

Ibidem, parentela.

Quare sex gradus computentur.

Quare vero sex computet Isidorus, ipse aperit dicens: Consanguinitas dum se paulatim propaginum ordinibus dirimens vsque ad vltimum gradum protraxerit, et propinquitas esse defuerit, tunc primum lex in matrimonij vinculum eam recipiet, et quodam modo incipiet reuocare fugientem. Ideo autem vsque ad sextum generis gradum consanguinitas constituta est, vt sicut sex aetatibus mundi generatio et hominis status finitur: ita propinquitas generis tot gradibus terminetur. In his sex gradibus omnia propinquitatum nomina continentur: ultra quos nec affinitas inueniri, nec successio potest amplius propagari. Secundum alios septem gradus ideo computantur, ita vt post septem gradus sponsus sponsa iungatur: sicut post hanc vitam, quae septem diebus agit, Ecclesia Christo iungetur. His autem occurrit illud, quod Gregorius Augustino Anglorum Episcopo, a quo requisitus fuerat quanta generatione debeant copulari, rescribit sic: Quaedam lex Romana permittit, ut siue fratris, uel sororis, seu duorum fratrum germanorum, seu duarum sororum filius et filia misceantur. Sed experimento didicimus ex tali coniugio sobolem non posse succrescere. Vnde necesse est, ut quarta, uel quinta generatio fidelium licenter sibi coniungantur. Sed post multum temporis idem Gregorius a Felice Messina Siciliae praefide requisitus, utrum Augustino scripserit, ut Anglorum quarta generatione contracta matrimonia non soluerentur, inter cetera talem reddidit rationem: Quod scripsi Augustino Anglorum Episcopo, ipse etiam Anglorum genti, quae nuper ad fidem uenerat, ne a bono quod ceperat metuendo auferiora recederet, specialiter et non generaliter me agnoscat scripserit. Nec ideo haec eis scripsi, ut postquam in fide fuerint solidati, si infra propriam consanguinitatem inuenti fuerint, non separentur: aut infra affinitatis lineam, id est, usque ad septimam generationem iungantur.

Ibid. lib. 6. Ety. 6. habetur 23. q. 4. c. Consanguinitas.

Ratio cur septem.

Cap. 6. habetur 35. q. 3. quaedam lex Romana.

Lib. 12. Epist. 1.

DISTINCT. XL.

De impedimentis, quae faciunt omnino illegitimum ad contrahendum matrimonium cum quodam, et cum quodam non, quod venit ex propinquitate carnali, quae est consanguinitas.

re vitandus est amplexus illicitus: et sic habenda est vxor, vt semper contineatur, vt omnes sint habentes vxores, tamquam qui non habent: et sint coniuncti, vt etiam sint nihilominus separati. Allegoricam, quonia enim corpus constat ex quatuor humoribus, et anima ex tribus viribus potestatiue, vt sic significetur quod vir debet esse vxoris, et vxor tota viri, hinc est quod proles ab eis procedentes ad hoc quod bene possint copulari, debet per gradus septem elongari. Anagogica, vt quia Christus animabus beatis perfecta coniunctio, et confirmata non coniungitur ante octauum resurrectionis: sic sponsus, et sponsa ante octauum gradum coniungi non debent: et sic patet quod septimus gradus non erat prohibitus: et quare prohibitio se extendit vsque ad gradum septimum inclusive. Et quamuis haec constitutio multum esset congrua, tamen castari debuit ex causa necessaria, vtili, et congrua.

Nunc superest de cognatione aliquid dicere, et cet.

Expositio textus.

Superest Magister de impedimento, quod venit ex disparitate. In hac parte agit de impedimento, quod venit ex proximitate. Et quoniam proximitas est duplex, scilicet carnalis, et spiritalis: ideo primo agit de proximitate siue cognatione carnali. Secundo vero de spiritali, infra: De parentalium graduum, et cet. Prima pars habet duas. In prima agit de consanguinitate. In secunda de affinitate, infra: Nunc de affinitate videndum est. Prima habet tres. In prima determinat veritatem, ostendens quod consanguinitas est obseruanda vsque ad septimum gradum. In secunda determinat quomodo consanguinitatis gradus sint computandi, ibi: Quo modo autem gradus consanguinitatis. In tertia remouet dubitationem, ibi: His autem occurrit illud, et c.

Diuisio. Dist. 42. Dist. 47.

Progeniem suam vnumquemque vsque ad septimum, et c. Dub. I.

Quartitur, quare in hoc gradu, siue vsque ad hunc gradum Gregorius potius prohibuit, et vltra non processit, nec stetit citra.

RESP. Dicendum quod hoc habet rationem litteralem, morale, allegoricam, et anagogicam. Litteralem, quia vsque ad tempus illud in antiquis temporibus satis bene consanguinitates poterant computari, et homines se consanguineos reputabant. Moralem, quia in septennario vniuersitas totius vitae concluditur, et separantur a consanguineis suis homines vsque ad septem gradus, vt significetur quod omni tempo-

Negantes gradum cognationis inter patrem, et filium, et cet. Dub. II.

Videtur male dicere, quia si vir, et vxor sunt vna caro, qui est propinquus vxori in aliquo gradu, in eodem est affinis viro: ergo in quoto gradu est quis propinquus patri, et filio, et econuerso: si ergo pater non potest contrahere cum aliquo, qui sibi attineat in quarta linea ascendente, vel transfuersali: ergo nec filius econuerso, quod est manifeste falsum. Item: Si sunt vna caro, et quaecumque vni, et eidem sunt eadem, inter se sunt eadem: ergo si sunt vna caro pater, et filius, et filius suus, tunc isti tres sunt vna caro: et sic deinceps procedendo: ergo nullus esset gradus in consanguinitate.

RESP. Dicendum quod absque dubio pater et filius faciunt gradum, quia sicut ostensum est, nullus effectalius gradus in consanguinitate. Sed quod illi dixerunt, quod sint vna caro, dixerunt propter quemdam modum magis expressiuum, quia vnus immediate trahit carnem ab altero, cum quo debet habere, et habet multam conformitatem, ratione etiam cuius dicitur vna caro, et sic patet illud.

Sex ætatibus mundi generatio, et hominis status finitur, et cetera. Dub. III.

Queritur quare sint illæ sex ætates, cum mundus sit perpetuus, non videtur habere ætates ad modum hominis.

R. s. p. Dicendum quod mundus habet ætates secundum statum præsentem: quoniam enim senescit mundus, oportet etiam quod fuerit iuuenis: si ergo habuit senium, et iuuentutem, ac per hoc intermedias ætates. Istæ autem ætates assignantur in statu illo secundum profectum ad gloriam: unde cum mundus paulatim profecerit in cognitione, sicut in vno homine assignantur ætates diuersæ, ita et in mundo. In homine autem sex assignantur ætates. Prima, infantia vsque ad septimum annum. Secunda, pueritia vsque ad xiiii. Tertia, adulescentia vsque ad xxv. secundum alios vsque ad xxviii. Quarta, iuuentus vsque ad l. Quinta, granitas, siue senectus vsque ad lxx. Sexta, senium, siue ætas decrepita vsque ad finem. Similiter in mundo prima ætas ab Adam vsque ad Noe. Secunda a Noe vsque ad Abraam. Tertia ab Abraam vsque ad Dauid. Quarta a Dauid vsque ad transmigratiorem Babylonis. Quinta, a transmigratiore vsque ad Christum. Sexta a Christo vsque ad finem. Et dicuntur ætates non quia fuerint æqualis spatij, sed quia in qualibet aliquid nouum, et aliqua renouatio facta est. In prima fuit creatio Adæ, et lapsus eius. In secunda fuit diluuium. In tertia circumcisio, et lex. In quarta regum unctio. In quinta populi captiuatio, et liberatio. In sexta nostra redemptio: et sic patet illud.

Ipsi etiam Anglorum genti, qua nuper ad fidem conuerit, et cetera. Dub. IV.

Dicit se de nouo dispenfasse, quia de nouo fuerant ad fidem conuersi: sed non videtur ista ratio conueniens: quia Ecclesia primitiua, in qua fuit initium nostre conuerfionis, fuit perfectissima, quia de nouo uenientibus datur gratia Spiritus sancti in abundantia: ergo magis sunt idonei ad ferendum pondus Ecclesiæ: et sic patet.

R. s. p. Dicendum quod fecus est de his, qui primo conuersi sunt, et de his qui conuertuntur. Sicut enim Deus in legislatione multitudinem fecit miraculorum, qualestempore legis non fecit postea: sic in noua dedit Spiritum sanctum in maiori affluentia plenitudine: et ideo non est simile. Et ratio huius est satis competens, quia illi, qui tunc erant, maiori egebant robore, nunc autem non est sic, immo sunt teneri, quamuis sint aliquantulum feruentes: et ideo oportet multa in talibus tolerare.

Nec ideo hac eis scripsit. Et cetera. Dub. V.

Queritur, quare sic ponatur, quia stante prohibitione de septem gradibus, utrum aliqui contrahentes infra gradus illos possint simul stare superueniente reuocatione mandati. Et quod sic, videtur: quia nulla lege prohibentur. Ad oppositum autem est, quod illegitime coniuncti sunt, et matrimonium contraxerunt, et coniunctiones, et iura non reuocantur ad præterita: ergo non videtur quod simul stare possint.

R. s. p. Dicendum quod quia semper pro matrimonio standum est, secundum quod possibile est et licitum, si tales personæ superueniente nouo statuto velint insimul stare, et consentire, et cohabitare possunt, quia non prohibentur, et ex tunc incipit esse matrimonium: et ista constitutio non reuocatur ad præteritum, quia non confirmat primum contractum, sed potestatem tribuit contrahendi de nouo: et sic patet illud.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam præsentis partis procedendum est primo secundum viam narrationis. Secundo vero, secundum viam inquisitionis. Quantum ad primum ut intelligibilia fiant, quæ dicuntur in parte ista, præponenda est triplex diffinitio, triplex notula, siue responsio. Primo ergo videndum est quid sit consanguinitas. Consanguinitas autem diffinitur sic: Consanguinitas est vinculum personarum ab eodem stipite descendentiū carnali propagatione contractum.

Diffinitio prima.

Stipes autem vocatur persona, a qua aliqui duxerunt originem, a qua descendentes sunt consanguinei ad inuicem, et illi etiam a quo sunt. Secundo videndum est, quid sit linea consanguinitatis, quæ diffinitur sic: Linea est ordinata collectio personarum consanguinitate coniuñctarum ab eodem stipite descendentiū diuersos gradus continens. Unde dicitur ordinata collectio, quoniam sicut ordo est in linea prædicamentali secundum superius, et inferius: ordo vero tripliciter potest accipi, vel ad illud, quod supra, vel ad illud, quod infra, vel ad illud, quod iuxta: ideo tres lineæ consueuerunt assignari. Quædam enim est ascendentiū, quædam descendentiū, quædam transversaliū.

2. Diffinitio.

Secundum lineam ascendentiū computantur gradus, ita scilicet pater et mater, auus et auia, proauus et proauua, ataus et ataua. Secundum lineam descendentiū, filius et filia, nepos et neptis, pronepos et proneptis, abnepos et abneptis. Secundum lineam transversalem duo fratres, et filij duorum fratrum, nepotes duorum fratrum, pronepotes duorum fratrum, et ibi est status. Tertio videndum est, quid sit gradus, qui sic diffinitur: Gradus est habitudo distantiarum personarum, qua cognoscitur quædam generationis distantia duarum personarum differunt inter se. Et nota quod ista diffinitio est secundum iura canonica, non secundum iura civilia. Gradus accipiuntur secundum numerum personarum collectarum in linea. Unde dicitur Legista quod frater et soror duos gradus faciunt: sed Decretista dicunt, quod vnum, et primum gradum. Nec est contradictio, quia vnus habitudinis duo sunt extrema: et quia secundum iura canonica gradus est habitudo, cum duplici extremo vna sit habitudo, ponitur vnus gradus, sed quia duæ sunt personæ, et quilibet suum respectum habet ad principium: ideo computantur secundum leges duo gradus.

3. Diffinitio.

His visis notandæ sunt hæc tres notulæ. Prima est, quod nulli licet contrahere cum aliqua vsque ad quartum gradum inclusiue: et talis est huiusmodi prohibitio: quod si quis contra eam præsumperit copulari, nulla longinquitate defendatur annorum, cum diuturnitas temporum non minuatur peccatum, sed auget: et tanto grauiora sunt crimina, quanto diutius infelicem animam detinent assignatam: et hoc probatur extra de consanguinitate. Non oportet, et cetera. Secunda notula est, quod toto gradu personarum descendentes a stipite distant a se inuicem, quotodistant a stipite: et ideo si aliquis vult scire quoto gradu aliqui sibi attineant, cum talis attinentia originem ducat a stipite, oportet quod ad illam personam recurrat, cui immediatus coniungitur. Exemplum manifesta sunt, vt si ab a procedant b, et g, et b generet c, d: et d, e et f. Similiter g generet h, et h generet i, et i generet k, et k, l. Si vis scire quoto gradu distant f et l, oportet, vt vniūque generationem reducere ad a, quia toto gradu differunt ab inuicem, quoto a stipite.

1. Regula.

Tertia regula est, quod quando personæ inæqualiter distant a stipite, vt puta quando vna in secundo gradu, et altera in quinto, quod linea consanguinitatis, et gradus debet computari secundum distantiam magis remoti, et ista regula confirmatur per illud, quod dicitur extra de consanguinitate, in vltima decretali, quæ est Gregoriana.

2. Reg.

3. Reg.

riana. Ratio autem huius est, quod tota ratio proximitatis ortum habet a stipite: ergo nullus proximior est alicui collateralali, quam a stipite. Si ergo distat a stipite per quinque gradus, pari ratione distat a collateralali, siue distet per vnū gradum, siue per duos distet gradus in quinque. Quod si amplius distet, secundum magis distantem oportet computari: et ideo ille, qui distat in quinto gradu, potest contrahere cum illo, qui distat in secundo. His autem præsuppositis per modum narrationis, et per modum inquisitionis, circa tria potest hic esse dubitatio. Primum est, vtrum consanguinitas sit aliquod vinculum. Secundo, dato quod sit, queritur vtrum matrimonio præster impedimentum. Tertio dato quod præster, queritur vsque ad quem gradum.

QUESTIO I.

An consanguinitas sit aliquod vinculum.

6. Tho. in suppl. 3. p. q. 54. art. 1. Et 4. Sent. d. 40. q. 1. art. 1. Rich. 4. Sent. d. 40. q. 1. Th. Arg. 4. Sent. d. 40. q. 1. art. 3. Steph. Brul. 4. Sent. d. 40. q. 1. Pet. de Tr. 4. Sent. d. 39. q. 2.

AD OPPOSITIVM.

IN CA primū sic proceditur, et ostenditur quod consanguinitas non sit aliquod vinculum: quoniam si consanguinitas est vinculum, hoc non est ob aliud, nisi propter propagationem mutorum ab vno: sed sicut multi homines ab vno homine, ita multa animalia bruta propagantur ex vno: si ergo vbi talis causa, et talis effectus, si consanguinitas propter propagationem ex vno ponitur in hominibus, eadem ratione in brutis animalibus: sed non ponitur in animalibus brutis: ergo et cetera.

2. ITEM consanguinitas est vinculum ratione alicuius maioris conuenientie, aut ergo substantialis, aut accidentalis. Si substantialis, aut secundum formam specificam, aut numeralē. Si secundum formam specificam: tunc ergo omnes homines sunt consanguinei. Si secundum formam naturalē, tunc nullus est consanguineus alterius, cum distinguantur secundum numerum. Si vero dicit conuenientiam in accidente, cum nati de diuersis generibus, vt plurimum, plus cōueniant, quam nati de eadem parentela, tunc magis erunt consanguinei.

3. ITEM generatio est de superfluo nutrimenti: sed superfluitas nullā colligantiam, nec vinculum habet cum eo, cuius est superfluitas: ergo nec generatus de illa superfluitate aliquod vinculum habet cum eo, a quo generatur: ergo illa est fons totius vinculi consanguinitatis, videtur quod illud vinculum nullum sit.

4. ITEM si consanguinitas contrahitur propter carnis propagationem, quantum se extendit propagatio, tantum se extendit et vinculum: sed propagatio se extendit vsque ad infinitas generationes, nec habet terminum per naturam: ergo nec vinculum consanguinitatis.

FVNDAMENTA.

CONTRA: Ostenditur per iura noua, et antiqua, quæ consanguinitatem assignant, et gradus distinguunt, sicut patet extra de consanguinitate xxxv. quæst. v. Series consanguinitatis.

ITEM hoc probatur per rationem: Confessio nature mendax esse non potest: sed per naturam homines magis alligantur propinquis quam extraneis, quod patet, quia magis diligunt eos: et hoc commune est apud omnes: ergo aliquod vinculum est inter ipsos, quod non est inter alios.

ITEM generatio est de substantia generantis, vt vult Dam. ergo cum productio humani generis sit per generationem, videtur quod filij sint de substantia, et de sanguine patris, et matris: sed omnes, qui sunt de eodem sanguine, sunt consanguinei: ergo et cetera.

ITEM Deus vindicat peccata patrum in filios vsque in tertiam, et quartam generationem, sicut frequenter dicitur in lege, et habetur in Exodo: Ego sum Deus zelotes et cetera. ergo si non vindicat in alijs, sed in istis, aliquo vinculo iunguntur isti ad inuicem, quo non iunguntur alij: hoc autem consanguinitatem appellamus: ergo et cetera.

Exo. 20.

S. Bon. Tom. 5.

CONCLUSIO.

Vinculum consanguinitatis est, et fundatur in relatione ad eandem originem, et in affectione naturali, qua extenuatur secundum quod proceditur propagatio.

RESP. AD ARG. dicendum quod vinculum consanguinitatis est: quia hoc ipsa natura testatur: et de hoc nemo dubitat, nisi qui caret sensu: sed vnde veniat istud, dubitationem, et cōtrouersiam etiā habet. Aliqui enim dixerunt vinculum consanguinitatis specialiter esse in genere hominis; non in genere bestiarum, propter veritatem humanæ nature, quæ tota fuit in vno, propter quā et originale peccatum in omnes processit vno peccato. Propter hoc etiā, quia substantiā totam trahit filius a patre, et a matre: hinc est quod quoddam speciali vinculo iunguntur. Sed si ita esset, quod tota substantia mea, et tua in eodē homine secundum veritatem fuisset, quare ego et alius, qui non conuenimus nisi in Adam, non essemus fratres propinqui, et in primo gradu? Et iterum, quia fundamentum istius propositionis non est stabile, sicut alibi melius patet: hinc est quod aliū modum dicendi oportet inuenire, quod consanguinitas est ex propagatione carnali proueniens in hominibus: et hoc vinculum duo faciunt, scilicet relatio ad eandem originem, et naturalis affectio. Relatio ad eandem originem, tum sicut ad idem principium materiale, quia de sanguine eiusdem hominis generantur: cum sicut ad idem principium effectiuum, quia cum illo semine deciduntur spiritus, et etiā virtus, quæ format, et assimilat materiā. Unde vt plurimum filij assimilantur parentibus, secundum quod illa virtus delata potentior est in operando. Et quia natura in hominibus potens est cognoscere suā originem in forma alterius, et vltius perspicax est, vt non solum assimilationem in forma propria, sed etiā in alia cognoscat, cum affectio naturalis nata sit adhæretere tali, hinc est quod est ibi vinculum consanguinitatis. Et quoniam virtus assimilatiua deficit per successiōem, et cognitio etiā propinquitatis deficit, et affectio naturalis deficit: hinc est quod vinculum consanguinitatis non tantum protenditur quantum propagatio, et per hoc patet responsio ad obiectum vltimum. Rursus: Quia in brutis animalibus non est talis cognitio, nec alligatio, nisi solum quantum ad matrem, et fratrem, siue prolem: hinc est quod non est in eis tale vinculum: et sic patet primo obiectum, quia non est similis causa: ideo nec similis effectus. Nec loquimur hic de affectione secundum actum, sed secundum naturale inclinatum, quia naturaliter inest, et si non inest in actu, vel non exeat in actum: et hoc patet, quia aliquis credens fratrem suum esse extraneum, non magis afficitur circa illum, quam circa alium, sed statim comperto, quod sit frater, afficitur, et affectione trahitur, et eidem quodam speciali vinculo alligatur, cum tamen prius esset alligatus.

Opinio.

Improbatur.

Opinio secunda et vera.

2. AD illud ergo quod obijcitur, quod non est vinculum propter conuenientiam in accidente, dicendum quod consanguinitas non dicit vinculum secundum proprietatem absolutam, sed secundum proprietatem relatam, vt pote secundum processum ab eadem radice, et origine, vt patet de duobus fratribus. Unde sicut rami ab eadem radice procedentes faciunt vnā arborē non solum propter assimilationem, sed propter cōparationem ad idem principium: sic intelligendum quod plures personæ ab eodem descendentes faciunt vnā lineam consanguinitatis, quæ est se habens ad modum arboris.

3. AD illud quod obijcitur de superfluo, dicendum quod duplex est superfluitas. Quædam impuritas: et hæc potius habet repugnantiam, quam colligantiam. Quædam residuitas: et hæc habet conuenientiam: nec est simpliciter superfluitas, quia quamuis non sit vni virtuti superflua, vt potest nutritiua: tamen alij est necessaria, vt potest generatiua, et quamuis superfluat ad cōseruationem indiuidui, est tamen necessaria ad cōseruationem speciei.

u u cici.

ciei. Ex praterea probabile est, quod cu ista humiditate nutriti mali aliquid fuit de humiditate radicali, et spiritu, ratione cuius filius intimus attingit patri.

Q V A E S T I O II.

An consanguinitas matrimonio praestet impedimentum.

S.Tho. in suppl. 3. p. q. 34. art. 3. Et 4. Sent. d. 40. q. 1. art. 2. Scot. 4. Sent. d. 40. q. 1. Ricb. 4. Sent. d. 40. q. 2. Duran. 4. Sent. d. 40. q. 1. Tho. Arg. 4. Sent. d. 40. q. 1. art. 3. Fran. de Mayr. 4. Sent. d. 40. q. 1. Steph. Brul. 4. Sent. d. 40. q. 2. Petrus de Tavant. 4. Sent. dist. 40. q. 3.

AD OFFO SITVM. Gen. 2. d

TRVM consanguinitas matrimonio praestet impedimentum. Et quod non, videtur: Hoc nuc os ex ossibus meis, et caro de carne mea: sed nulla persona potest alteri magis alligari, quam vt sit de carne, et ossibus: ergo si propter hoc non est matrimonium. Adae impediu, immo propter hoc est mulier de latere sumpta, videtur quod consanguinitas non impedit, sed expedit.

Eccl. 13. c

2. ITEM: Omne animal diligit simile sibi, et volatilia ad sibi similia conueniunt: ergo quanto aliquae personae magis similes sunt et coniunctae, tanto magis natae sunt inuicem conuenire, et copulari: sed ad matrimonium est copula, et coniunctio: ergo consanguinitas magis expedit, quam impedit.

3. ITEM si firmiori vinculo iunguntur qui natura, et voluntate alligantur, quam qui voluntate tantum, et melius inuicem cohabitant, et conuertantur: sed sic est cu aliqui iunguntur vinculo carnali, et federe matrimoniali: ergo magis deberent homines coniungi propinquis, quam extraneis, cum voluntas habeat naturam sibi conformem, et natura voluntatem adiuet: ergo magis praestat consanguinitas matrimonio solatium, et fulcimentum, quam impedimentum.

FVNDAMENTA. Gen. 2. d

4. ITEM si aliquid repugnat matrimonio, et impedit, hoc no facit, nisi quia alicui bono matrimonij repugnat, et aliquid adimit: sed si consanguinei iungantur, saluatur ibi tria bona matrimonij, fides, proles, et sacramentum: ergo consanguinitas (vt videtur) nullum praestat impedimentum matrimonio.

Lenit. 18. a

CONTRA: Propter hoc relinquet homo patrem, et matrem, et coet. constat quod istud non intelligitur de derelictione quantum ad cohabitationem: ergo intelligitur de derelictione quantum ad matrimonij contractionem: ergo pater, et mater no sunt legitima personae ad contrahendum respectu filiae, et filij: hoc autem non est ob aliud nisi ob vinculum consanguinitatis: ergo, et coet.

ITEM: Ego dominus deus vester, omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat, vt reuelat turpitudinem eius: ergo si contra Domini praecceptum est proximam sanguinis sui cognoscere, cum matrimonij sit ordinatum ad actum illum, nullus cum proxima sita potest contrahere matrimonium: ergo proximitas sanguinis praestat matrimonio impedimentum.

ITEM quod est contra bonum proles impedit matrimonium: sed contrahere cu consanguinea est contra bonum proles: ergo et coet. Probatio minoris: Greg. dicit, et habetur in littera: Quada lex Romana permittit, vt duorum fratru, aut duorum sororum filius, et filia sibi matrimonialiter copulentur: sed experimento didicimus ex tali copula sobolem non posse succedere.

ITEM matrimonium est vinculum honestatis, sicut supra ostensum est: sed naturalis honestas refugit reuelare ignominiam, et turpitudinem propinquitatis: ergo hec turpido reuelatur in coitu, quicumque cognoscit propinquam, facit contra honestatem naturalem. Si ergo matrimonium honestatum est, cum consanguinitas sit contra honestatem matrimonij: ergo consanguinitas impedit matrimonium.

C O N C L V S I O.

Consanguinitas impedit matrimonium in aliquo sui gradu propter dictamen legis naturae, in aliquo vero dictamine legis diuinae, et in aliquo praeccepto Ecclesiastico.

RESP. AD ARG. Dicendum quod vinculum con-

anguinitatis impedit matrimonium in aliquo sui gradu propter dictamen legis naturae, in aliquo vero propter prohibitionem legis diuinae, in aliquo propter statutum Ecclesiae. Vinculum consanguinitatis, quod est stipitum ad prolem, impedit propter dictamen naturae. Vnde naturale est apud omnes, quod filius non coniungatur matri, et quod filia no coniungatur patri. Et si quaeratur ratio, quare hoc est, dicendum quod hoc est propter reuerentiam, et honorem qui debet exhiberi patri, et matri: et ideo no debent commisceri. Vel propter generationis successionem, quae debet procedere, non retrocedere. Vnde non debet proles genita coniungi suo principio, vt gignat. Et hinc est, quod natura dicitur, quod alio affectu tractandi sunt parentes, alio affectu tractari debent coniuges. Ideo propter dictamen naturae impeditur matrimonium per consanguinitatis primu vinculu, quae est proles genita ad suum principiu. Propter prohibitionem legis diuinae impeditur matrimonium per consanguinitate vsque ad secundum gradum, sicut patet per Leuit. vbi fit prohibitio vsque ad secundum gradum. Et si quaeratur ratio huius, dicendum quod hoc est propter honestatem: qui enim mulierem cognoscit, reuelat eius turpitudinem, et discooperit ignominiam: et hoc honestu est facere propinqua: maxime cu honestas dicitur, quod foror non est tractanda vt vxor: et hinc est quod in praeccepto suo Dominus dicit: Non discooperies turpitudinem eius. Vterius: Propter statutum Ecclesiae impeditur matrimonium a secundo gradu, et deinceps. Et si quaeratur ratio huius, dicendum quod hoc statutum fuit propter dilectionem dilatandam: quia enim homo pronus est ad diligendum sibi propinquum, et matrimonium aggereret propinquitatem, et dilectionis mutuae praestat fomentum: hinc est quod Ecclesia statuit, vt amor ad extraneos extenderetur, quod matrimonia extra propriam parentelam contraherentur: et ita non solum in secundo, sed etiam deinceps propter dilatandam charitatem, et propter ampliandam honestatem: et ita patet, quod consanguinitatis vinculum ob diuersas causas habet impedire matrimonium: et hoc concedendum est.

AD illud ergo quod obijciunt de Eva, et Adam, quod fuerunt os, et caro, dicendum quod quamuis Eva et Adam fuerint os, et caro: non tamen sic fuit tunc, quemadmodum nunc est, quoniam nunc eadem est via propagationis, et commixtionis: sed Eva non exiit ab Adam per viam generationis, sed per modum supernaturalem: non per coitum, immo de latere: qui modus perducendi peroptime competebat coniugio, tum propter figuram, tum etiam vt signaretur vinculi matrimonialis aequalitas, quia de latere, et adhaerentia: vnde quia non simili modo alij sibi attinent, ideo modus ille ad consequentiam trahi non potest, nec debet.

A d illud quod obijciunt, omne animal diligit sibi simile, dicendum quod illud intelligitur de similitudine secundum speciem: vel si intelligatur de similitudine secundum carnis proximitatem, adhuc habet veritatem, quod diligit. Sed alius est modus affectionis, quo diligenda est vxor: alius, quo diligenda est foror: et ideo coniunctio affectionis naturalis repugnat copulae matrimoniali: ergo si copuletur per affectionis vinculum, non sequitur quod debeat copulari per matrimonium.

A d illud, quod obijciunt, quod natura firmitatem praestat vinculo voluntatis, dicendum quod verum est vbi affectio voluntaria ad id dirigitur, ad quod inclinat natura: et quoniam natura bene ordinata non inclinat ad coeundum cum sorore, et affectio matrimonialis inclinat ad cognoscendam vxorem: hinc est quod naturalis affectio non praestat voluntati fulcimentum, sed potius impedimentum.

A d illud quod obijciunt, quod non repugnat alicui bono matrimonij, dicendum quod hoc solui potest per inter-

Explicatio primae partis.

Explicatio secundae partis.

Explicatio tertiae partis.

AD OFFO SITVM.

QVAE ad quem gradum consanguinitas impedit matrimonium, et quod vsque ad vii gradum, videtur. Greg. dicit, et habetur in littera: Progeniem sua vsque ad septimam generationem vnuquemque obseruare decreuimus. Si tu obijcias, quod illud est retractatum in Concilio generali, extra de consanguinitate: No debet, et coet. ostenditur quod illud non debet esse retractatum, quoniam aut hoc est bene statutum, aut non. Si non: ergo male statuit sanctus Gregorius, et alij sancti. Si sic: sed quod bene statutum est, non indiget retractatione, sed obseruatione: ergo, et coet.

Luc. 9. g

ITEM secundum rectum ordinem non est retrocedendum, sed ultra progrediendum: ergo si sancti patres consanguinitatem vsque ad gradum septimum perduxerunt: ergo qui reducit ipsam ad quartum, retrocedit: sed qui aspicit retro non est aptus regno Dei: ergo male fecerunt qui retractauerunt.

ITEM in proximis gradibus non permittitur contrahere propter dilatationem charitatis: sed quanto charitas est frigidior, tanto magis indiget dilatari: cu ergo in fine charitas refrigeret, et hoc iam euenit: videtur ergo quod nunc magis competat gradus consanguinitatis protendere, quam restringere.

ITEM quanto magis fideles sunt multiplicati, tanto magis habent copiam de his, cum quibus licite possunt contrahere: ergo maior oportunitas erat in praecedentibus temporibus cum propinquis, quam nunc: ergo illa oportunitas non excludit constitutionem de septenario gradu consanguinitatis obseruando: ergo nec nunc.

FVNDAMENTA. Lenit. 18. b

CONTRA: Quod non debeat impedire ultra secundum, videtur: quia in lege non prohibetur nisi vsque ad ij. gradum, sicut patet: Ergo si omnes possunt matrimonialiter per Deum coniungi, qui a Deo non prohibentur: ergo omnes quotquot infra illum gradum coniunguntur, a Deo coniunguntur: ergo per hominem separari non possunt: ergo non potest matrimonium alicui prohiberi infra illum gradum.

ITEM Ecclesia non potest facere quod baptizatus careat baptismate, etiam quantumque statuat, si baptizatus quis de facto baptizatus est: ergo quantumcumque prohibeat, et statuat vt aliqui inuicem non contrahant, tamen si de facto contrahant, contractum est: ergo videtur quod gradus prohibiti ab Ecclesia matrimonij non impediunt: sed isti omnes sunt ultra secundum: ergo, et coet.

ITEM matrimonium contractum contra Ecclesiam interdictum, verum est matrimonium: ergo cum gradus consanguinitatis non habeat virtutem impediendi nisi propter Ecclesiae statutum, videtur quod secundum veritatem non impediunt.

ITEM Hieron. dicit, quod nihil sibi credatur, S. Bon. Tom. 5.

Q V A E S T I O III.

An consanguinitas impediatur vsque ad septimum gradum.

S. Tho. in suppl. 3. p. q. 34. art. 4. Et 4. Sent. d. 40. q. 1. art. 3. Ricb. 4. Sent. d. 40. q. 3. Tho. Arg. 4. Sent. d. 40. q. 1. art. 4. Steph. Brul. 4. Sent. d. 40. q. 3. Pet. de Tar. 4. Sent. d. 40. q. 4.

AD OFFO SITVM.

QVAE ad quem gradum consanguinitas impedit matrimonium, et quod vsque ad vii gradum, videtur. Greg. dicit, et habetur in littera: Progeniem sua vsque ad septimam generationem vnuquemque obseruare decreuimus. Si tu obijcias, quod illud est retractatum in Concilio generali, extra de consanguinitate: No debet, et coet. ostenditur quod illud non debet esse retractatum, quoniam aut hoc est bene statutum, aut non. Si non: ergo male statuit sanctus Gregorius, et alij sancti. Si sic: sed quod bene statutum est, non indiget retractatione, sed obseruatione: ergo, et coet.

ITEM secundum rectum ordinem non est retrocedendum, sed ultra progrediendum: ergo si sancti patres consanguinitatem vsque ad gradum septimum perduxerunt: ergo qui reducit ipsam ad quartum, retrocedit: sed qui aspicit retro non est aptus regno Dei: ergo male fecerunt qui retractauerunt.

ITEM in proximis gradibus non permittitur contrahere propter dilatationem charitatis: sed quanto charitas est frigidior, tanto magis indiget dilatari: cu ergo in fine charitas refrigeret, et hoc iam euenit: videtur ergo quod nunc magis competat gradus consanguinitatis protendere, quam restringere.

ITEM quanto magis fideles sunt multiplicati, tanto magis habent copiam de his, cum quibus licite possunt contrahere: ergo maior oportunitas erat in praecedentibus temporibus cum propinquis, quam nunc: ergo illa oportunitas non excludit constitutionem de septenario gradu consanguinitatis obseruando: ergo nec nunc.

FVNDAMENTA. Lenit. 18. b

CONTRA: Quod non debeat impedire ultra secundum, videtur: quia in lege non prohibetur nisi vsque ad ij. gradum, sicut patet: Ergo si omnes possunt matrimonialiter per Deum coniungi, qui a Deo non prohibentur: ergo omnes quotquot infra illum gradum coniunguntur, a Deo coniunguntur: ergo per hominem separari non possunt: ergo non potest matrimonium alicui prohiberi infra illum gradum.

ITEM Ecclesia non potest facere quod baptizatus careat baptismate, etiam quantumque statuat, si baptizatus quis de facto baptizatus est: ergo quantumcumque prohibeat, et statuat vt aliqui inuicem non contrahant, tamen si de facto contrahant, contractum est: ergo videtur quod gradus prohibiti ab Ecclesia matrimonij non impediunt: sed isti omnes sunt ultra secundum: ergo, et coet.

ITEM matrimonium contractum contra Ecclesiam interdictum, verum est matrimonium: ergo cum gradus consanguinitatis non habeat virtutem impediendi nisi propter Ecclesiae statutum, videtur quod secundum veritatem non impediunt.

ITEM Hieron. dicit, quod nihil sibi credatur, S. Bon. Tom. 5.

nisi probet per vetus, vel per nouum testamentum: ergo cum non possit probari per nouum, nec per vetus, quod no possit contrahi in gradibus vltra secundum, videtur quod nulli credendum est, si dicat contrarium: ergo tenendum est quod potest contrahi.

C O N C L V S I O.

Consanguinitas secundum legem naturalem impedit in primo gradu: secundum legem veterem, vsque ad secundum: secundum vero legem Evangelicam vsque ad quartum.

RESP. AD ARG. Dicendum quod secundum tempora nostra matrimonium impeditur a gradibus consanguinitatis vsque ad quartum inclusiue, sicut patet extra de consanguinitate, non debet, in decretali edita in Concilio generali. Si autem, quaeritur ratio huius, dicendum quod huius ratio est statutum Ecclesiae. Si quaeratur vltra, quare Ecclesia statuerit, dicendum quod quia potuit, et congruum fuit, et quia erat vtile, et quia erat necesse. Primum quidem potuit, et quod potuit probatur per scripturam, quia in principio in constitutione matrimonij in lege naturae duae excipiebantur personae, scilicet pater, et mater: Relinquet homo patrem, et matrem, et coet. post, processu temporis in lege fuerunt proles exceptae, sicut patet: Si ergo lex euangelica abundare debet a Moisaica: ergo in lege euangelica proles debuerunt excipi. Sed Christus in propria persona non excipit: ergo si nihil diminutum debet esse in Ecclesia: ergo posse determinandi Ecclesiae reliquit, maxime Petro, et eius successori: quod attendentes sancti patres, exceperunt multos gradus consanguinitatis, ex quo apparet, quod ipsi posse habuerunt. Si autem tu quaeras a me, quare huiusmodi posse Ecclesiae dereliquit, dicendum quod ratio huius est, quia illud sacramentum in contractu consistit, qui est personae ad personam: et quoniam dominus plenam iurisdictionem dedit Petro super spiritualia, et ampliore quam Reges terre, et Imperator habeant super temporalia: si ergo regis, et principis potentia potest contractus limitare, vt mala fidei possessor iudicetur, qui contra eorum interdicta veniat, quid mirum si dederit Ecclesiae posse? immo debuit dare, vt posset personarum legitimam, et idoneitatem ad contrahendum determinare. Si tu quaeras, quare ipse per se non determinauit? dici potest, quod secundum diuersa tempora oportebat diuersas personas, et diuersos gradus excipi: quia ergo statuta diuina non decet sic mutare, sicut humana: hinc est quod non ipse Christus debuit limitare, sed limitandos Petro, et eius successoribus committere: sic patet, quod potuit. Secundo vero congruum fuit, quod vsque ad talem gradum consanguinitas protenderetur. Quoniam consanguinitas ortum habet ex propagatione, propagatio autem est ex semine, semen autem in se habet naturam iij. humorum et iij. elementorum, hinc est quod consanguinitas tantum ad quartam generationem debuit terminari: et iterum infra illum gradum non debuit commisceri, nec matrimonium copulari, nec potestas corporis alij dari. Sicut ergo corpus quattuor constare elementis, ita oportet quattuor gradibus distare, qui debent carnaliter commisceri. Et iterum lex noua super legem Moisaicam plus debet addere perfectionis, qua lex Moisaica super legem naturae: si ergo lex Moisaica vnum addidit gradum super legem naturae: tunc ergo lex euangelica saltem duos debet addere, vt iustitia Euangelij non tantu superet iustitiam legis, sed etiam superabundet: Congruum ergo fuit, et propter legem matrimonij, et propter legem Euangelij matrimonium a consanguinitatis quarto gradu impediti, nec vltra addi, nec minui: et sic patet quomodo fuit congruum. Fuit etiam vtile, quia vinculum matrimonij ratione affinitatis, quod ibi contrahitur, fouet charitatem, et fcederat inimicos: et quoniam charitas nostris temporibus refriguit, ideo citius nunc rumpitur vinculum amoris, quam in Ecclesia

Gen. 2. d

Lenit. 18. b

Questio incidens.

Alia q. incidens.

primitiua: et alligatus vinculo citius fugit, et qui fuerat proximus frequentissime fit inimicus. Ut ergo fugies possit reuocari, cum a quarto gradu, et deinceps iam ab affectione amoris frigescat, vtile fuit constitutur, ut post quartum gradum possit fugies reuocari ad vinculum: possit etiã confederari inimicus: propter quã vilitatẽ dicebat, Pontificem summũ, manẽte priori prohibitione, dispensare: et cũ ista vilitas sit frequentissima, vtile fuit vt fieret ius commune. Quarto vero fuit necesse propter periculũ, quoniã propter multitudinẽ consanguineorũ, et breuitatẽ dierũ vix potest aliquis cõputare cõsanguineos vsque ad septimũ gradũ, et ita ibi maximũ periculũ: et frequentissime congeriebatur homines iungi infra gradus prohibitos, immo vix poterat aliquis euadere: et ideo oportuit prius statutũ retractare. Tale periculũ, vel talis necessitas non fuit tẽpore Ecclesiã primitiua, tũ quia homines erãt lãgioris vitã, tũ quia minoris generationis: nunc autẽ creuit in hominibus potentia virtutis nutritiua, et augmẽtata est potentia virtutis generatiua: propter feruorẽ libidinis, qui viger nunc in hominibus, adeo quod secũdũ cõmunẽ cursum possent homines ita multiplicari, quod vsque ad quartũ gradum, nedũ vsque ad octauũ vix inueniret aliquis cũ qua contraheret. Et illud patet ad oculum: possibile enim est, quod aliquis generet xx. et iterũ quod aliquis generet tres: nunc ponamus secundũ cõmunem cursũ, quod generet. x. et illi. x. alios. x. in secũdo gradu erunt. C. in tertio. M. in quarto. X. milia: et ita infra quattuor gradus haberet aliquis cõsanguineos in vna linea xj. milia centũ, et xj. totidẽ in linea ascẽdẽte, et totidem in transuersali: ergo secundũ naturã haberet xxxij. m. et trecẽtos xxxij. cõsanguineos. Et sic in vna patria magna vix inueniret cũ qua contraheret vsque ad quartũ gradũ, quanto magis vsque ad octauũ. Et ita propter periculũ oportuit reuocari illud statutũ, et hoc, scilicet vsque ad quartũ gradũ statuere: et ista fuit potissima ratio quare mutatu est, sicut expresse dicitur in decretali edita in Cõcilio generali, vbi dicitur nõ reprehensibile iudicari, si secundũ varietatẽ tẽporũ statuta quoque varientur humana, præsertim cũ vrgens necessitas, vel euidẽs vilitas hoc exposcit: hoc autẽ nõ solũ necessitas exposcebat, sed et vilitas requirebat, et aderat cõgruitas, et potestas: ideo iuste vsque ad quartũ gradũ impediri matrimoniũ rectissimẽ, et irreprehensibiliter statuit, et ordinauit Ecclesiã.

1. Ad illud quod obijcitur de Gregorio, dicendũ quod rationabiliter illud statutũ fuit tempore suo, et nõ minus rationabiliter reuocatu tẽpore moderno, nec fuit reuocatu, quia esset male statutum, sed quia

quod congruebat tẽpore primitiua, non congruebat statui nostro propter maiorẽ imperfectionẽ, quã est in nobis, et propter maiora pericula.

2. Ad illud quod obijcitur, quod non est retrocedendũ, dicendũ quod verũ est in his quã sunt perfectionis, sed ea quã sunt rigoris tẽperari possunt, et debent. Vel dicendum et melius, quod condescendere oportet infirmitati, et ibi non possumus nos erigere, necessario oportet nos humiliare et inclinare: e tideo propter imperfectionẽ hominum statutum illud oportuit temperare: vnde verum est, quod non est retrocedendum, sed tamen imperfectionẽ hominum tolerare opportunum.

3. Ad illud quod obijcitur de dilatione charitatis, dicendũ quod illa ratio potius est ad oppositum, quã ad propositũ: quia enim charitas minus se extendit, ideo citius oportet ei succurri et adiuuari, et proximus ab amore citius fugit, et ideo citius est reuocandus.

4. Ad illud quod obijcitur, quod maiorẽ habent fideles copiã, dicendũ quod verũ est, si multiplicaretur personã, ita quod non multiplicarentur consanguinei, hoc autem non est verum: et ideo sicut creuit ex vna parte aptitudo, ita ex alia creuit ineptitudo.

1. Ad illud quod obijcitur, quod Deus nõ prohibet vltra secundum, dicendũ quod verum est per se: tamẽ prohibet per Ecclesiã, quia Ecclesiã prohibet auctoritate sibi diuinitus data. Ratio autem quare Deus dedit Ecclesiã auctoritatẽ super hoc, iã visa est.

2. Ad illud quod obijcitur, quod non potest facere, quod careat baptismate, dicendum quod non est simile, quia baptismi institutionem Deus per se ordinauit, et confirmauit: sed personarum legitimitatem commisit Ecclesiã, quia matrimonium contrahitur inter virum, et mulierem, et Ecclesiã habet plenitudinem iurisdictionis super vtrumque.

3. Ad illud quod obijcitur de Ecclesiã interdictione, dicendum quod non est simile, quia illud interdictũ est ad tempus non simpliciter, nec facit personas illegitimas simpliciter, sed ligat, vt sine peccato non possint: et ideo pœna talibus debet imponi.

4. Ad illud quod obijcitur de Hieron. dicendũ quod secus est in dictis Ecclesiã et Hieronymi: quia Hieronymus non poterat per scripturã probare esse se testem veritatis: ideo ad hoc quod crederetur sibi, oportebat quod per scripturam probaret esse verum quod testificabatur, et dicebat. Sed Ecclesiã per scripturam potuit probare auctoritatem suã, qua probata oportet obedire, non aliud testimonium quærere: et sic totum patet.

Hæc quarta potissima est.

DISTINCTIO XLI.

DE GRADIBVS AFFINITATIS, QVI VIDELICET IMPEDIANT MATRIMONIUM: et diffinitiones peccatorum carnalium.

NNC de affinitate videndum est, de qua Gregorius ait: Porro de affinitate, quam dicitis parentelam esse, quã ad virum ex parte vxoris, seu quã ex parte viri ad vxorem pertinet, manifesta ratio est: quia si secundum diuinã sententiam ego et vxor mea sumus vna caro, profecto mihi et illi mea suãq. parentela propinquitas vna efficitur. Quocirca ego et soror vxoris mea in vno et primo gradu erimus: filius vero eius in secundo gradu erit a me: nepos vero in tertio. Idq. vtrinq. in ceteris agendum est successibus. Vxorẽ vero propinquã cuiuscumque gradus sit ita me oporteat attendere, quem admodum ipsius quoque gradus aliqua femina proprie propinquitas sit. Quod nimirum vxori meã de propinquitate viri sui in cunctis cognitionis gradibus conuenit obseruare. Qui vero aliorum sum sentiunt, Antichristi sunt. Item Iulius Papa: Aequaliter vir coniungatur consanguineis proprijs, et consanguineis vxoris. Item Isidorus: Sane consanguinitas, quã in proprio viro conseruanda est, etiam in vxoris parentela de lege nuptiarum custodienda est: quia constat eos duos fuisse in carne vna: ideoq. communis est illis utraq. parentela. Item Iulius Papa: Nullum in vtroque sexu permittimus ex propinquitate sui sanguinis uel vxoris, usque in septimum generatio-

5. quæst. 5. Porro de affinitate.

35. q. 3. c. aequaliter. Sane cõsanguinitas.

Ibidem c. nullum.

nũ gradum, vxorem ducere vel incesti macula copulari: quia sicut non licet cuiquam Christiano de sua consanguinitate, sic nec de consanguinitate vxoris coniugem ducere propter carnis vnitatem. Item Gregorius: De affinitate consanguinitatis per gradus cognationis placuit vsque ad septimam generationem obseruare. Nam et hereditas rerum per legales instrumentorum diffinitiones sancita, vsque ad septimum gradum heredum protendit successione. Non enim ei succederent, nisi de propagine cognationis deberetur. His auctoritatibus insinuat et quã sit affinitas, et vsque ad quem gradum sit obseruanda, scilicet vsque ad septimum.

In concilio Melden. Ibidem. c. de affinitate.

Varie traditiones de affinitate.

SED alij videntur concedere in quinta generatione inter affines contrahi coniugium, et in quarta etiam si contractum fuerit non separari. Ait enim Fabianus Papa: De propinquis, qui ad affinitatem per virum et vxorem veniunt, defunctã vxore vel viro in quinta generatione iungantur: in quarta si inueni fuerint, non separantur. In tertia vero propinquitate non licet vxorem alterius accipere post obitum eius. Aequaliter vir iungatur in matrimonio eis, quã sibi consanguineis sunt, et vxori suã consanguineis, post mortem vxoris. Ecce hic conceditur in quinta vel quarta propinquitate affinium fieri coniugium. Iulius etiam Papa ait: Statutum est vt relictam patris vxoris suã, relictam fratris vxoris suã, relictam filij vxoris suã, nemo sibi in matrimonium sumat: relictam vxorem consanguineorum vxoris suã vsque in tertiam progeniem nemo in vxorem sumat. In quarta vero et quinta si inueni fuerint, non separantur. Ecce quã varie de affinitate obseruatione loquuntur auctores. Alij enim vsque ad septimum gradum eam obseruari faciunt. Alij vero in quinto vel quarto matrimonia contracta non diuidunt. Sed illi veritatis rigorem, istã misericordiã dispensationem videntur proponere. Potest enim Ecclesiã dispensare in copula affinium vsque ad tertium gradum, sicut Gregorius dispensauit in quarto gradu consanguinitatis. Illud autem non est prætereundum quod Gregorius Venerio episcopo scripsit: Sedem Apostolicam consulere decreuisti, si mulier copula nuptiali extraneo viro coniuncta, cognationi eius pertinet, si eo defuncto cognatio maneat, vel si sub alio viro cognationis vocabula dissoluantur, vel si suscepta soboles possint legitime ad prioris viri cognationis transire copulam. Si vna caro sunt: quomodo aliquis eorum potest propinquus vni peruenire, nisi pertineat alteri? Hoc minime posse fieri credendum est. Porro vno defuncto in superstitẽ affinitas non deletur: nec alia copula coniugalis affinitatem copule prioris soluere valet: sed nec alterius coniunctionis soboles placet ad affinitatis prioris viri consortium transire. Si quis ergo sacrilego et temerario ausu in defuncto querit propinquitatem extinguere, vel sub altero affinitatis vocabula dissipare, vel si susceptas soboles alterius copule propinquiori prioris credit legitime sociari, hic negat Dei verbum validum esse, quod dixit: Erunt duo in carne vna. Ecce hic prohibet, si mortuo primo viro vxor eius alij nupsit, filios de secundo viro genitos ducere uxores de cognatione prioris viri: quia filij mediante matre, ad cognationem prioris viri pertinent, cum quo mater eorum vna caro extiterat. Hoc idem etiam Innocentius Papa ait: Si qua mulier ad secundas nuptias transierit, et ex eis sobolem genuerit, nullatenus potest ad consortium cognationis prioris viri pertinere. hoc autem obseruandum est vsque ad septimum generis gradum: sed maxime vsque ad tertium et quartum, sicut supra posuimus est.

Ibidem ca. De propinquis.

Ibidem ca. et hoc quoque.

35. q. 10. c. Fraternalitas.

Gen. 2. d. Mat. 19. d.

Ibid. si qua mulier. c. 2.

An coniugium fit inter eos, qui nota consanguinitate diuiduntur.

ET est sciendum, quod Ecclesiã infra prædictos gradus consanguinitatis coniunctos separat. Si autem ignoranter coniuncti fuerint in conspectu Ecclesiã, et postmodum probata consanguinitate eiusdem iudicio separati, queritur utrum copula illa coniugum fuerit. Quibusdam videtur non fuisse coniugium, quia non erant legitima persona: sed tamen de crimine excusantur per ignorantiam, et quasi coniugium reputatur, quia bona fide, et per manum Ecclesiã conueniunt: unde et filij eorum legitimi habentur. Alij vero dicunt fuisse coniugium, licet non essent legitima persona: quia talium coniunctiones nocant canones coniugia, ubi de personis agitur, quarum testimonio consanguineorum sit dirimenda coniunctio. Vnde Urbanus Papa: Si duo viri uel tres consanguinitatem iurando firmauerint, uel ipsi forte confessi fuerint, coniugia dissoluantur. Si vero neutrum contigerit, episcopi eos per fidem Christi obtententur, quatenus palam fateantur, si se recognoscunt consanguineos. Si se iudicio Episcoporum segregauerint, alia matrimonia non prohibeantur contrahere. Idem: Notificamus tibi, ut cum tres uel duo ex propinquis eius, qui accusatur, hanc propinquitatem iuramento firmauerint: uel si duo uel tres ex antiquioribus Ianuensibus, quibus hac propinquitas est nota, qui

Opin. aliorum.

Opinio. 2.

35. q. 6. Si duo viri.

Ibid. Notificamus.

S. Bon. Tom. 5. u. 3. bon.

Tabianus
Papa ibi. c.
Cōsanguini.

bone fame et veracis testimonij sint, remoto amore, timore, pretio, et omni malo studio, predicta firmaverint, sine mora coniugia dissolvantur. Consanguineos vero extraneorum nullus accuset, vel consanguinitatem in synodo computet: sed propinqui, ad quorum notitiam pertinet. Si autem progenies tota defecerit, ab antiquioribus et veracioribus, quibus propinquitas tota nota sit, Episcopus canonice perquirat: et si inuenta fuerit, separentur. Ecce quibus accusantibus, vel testificantibus dirimenda sit consanguineorum coniunctio, que coniugium vocatur.

Distinctio vtilis, quid sit fornicatio.

Distinctio in
cidens cum
definitionibus.
Gelafius Pa-
pa: habetur
36. q. 1. lex
illa praxeri-
torum.

HIC dicendum est, quod aliud est fornicatio, aliud stuprum, aliud adulterium, aliud incestus, aliud raptus. Fornicatio, licet sit genus omnis illiciti coitus, qui fit extra uxorem, tamen specialiter intelligitur in usu viduarum, vel meretricum, vel concubinarum. Stuprum proprie est virginum illicita defloratio. Adulterium est alieni tori violatio. Vnde adulterium dicitur, quasi alterius tori accessio. Incestus est consanguineorum, vel affinium abusus. Vnde incestuosus dicitur, qui consanguineis vel affinibus suis abutuntur. Raptus admittitur, cum puella violenter a domo patris educitur, ut corrupta in uxorem habeatur. Sive puella, sive parentibus vis illata constiterit, hic morte mulsetatur. Sed si ad Ecclesiam cum rapta confugerit, privilegio Ecclesie mortis impunitatem meretur. Addendum est etiam illud Alexandri, qui ait: Quod frater, soror ve uxoris tue cognati dicuntur, equiocationis iure fit, et necessitate vulgaris appellationis potius quam vlla cognationis causa. Vxor enim fratris, fratris sive potius quam cognata vocatur. Mariti frater leuir dicitur. Duorum fratrum uxores iantrices vocantur, quasi eandem iantram intrantes. Viri soror glos appellatur. Sororis autem vir non habet speciale nomen, nec uxoris frater.

DISTINCT. XLI.

De impedimento matrimonij, quod venit ex propinquitate carnali, que est affinitas.

Nunc de affinitate videndum est.

Expositio textus.

Diuisio.

RVPRA egit Magister de consanguinitate. Hic agit de affinitate, et diuidit hanc pars in duas. In prima determinat gradus affinitatis. In secunda agit de separatione coniunctorum infra predictos gradus, ibi: Et est sciendum quod Ecclesia inter predictos gradus et cetera. B Prima pars habet tres partes. In prima determinat gradus affinitatis secundum ius commune. In secunda determinat secundum dispensationem specialem, ibi: Sed alij videntur concedere et cetera. In tertia vero de secundo genere affinitatis, ostendens quod secundum genus affinitatis impedit matrimonium, illud etiam non est praxeritendum. Similiter secunda pars habet tres. In prima ostendit qui debeant separari. In secunda vero, qui non debeant separari sine testimonio, per quod prohibetur proximitas, et determinat qui possunt hic testificari, ibi: Si duo viri vel tres consanguinitatem et cet. In tertia, quia coniuncti infra gradus prohibitos committunt incestum, distinguit ibi genera peccatorum circa actum carnis, ibi: Hic dicendum, quod aliud sit fornicatio, aliud et c.

Ecclesia infra predictos, et cetera. Dub. I.

Ponatur quod Ecclesia decepta aliquos separet, et postmodum manifestetur deceptio, queritur vtrum tales sint reitngendi: et quod sic, videtur: quia separatio per iustitiam facta est: ergo videtur quod nullo modo possit stare, cum manifestetur praxedens iudicium fuisse iniustum. Contra hoc est, quia possibile est quod aliquis post separationem in facie Ecclesie fiat sacerdos, vel religiosus: sed talis non potest habere usum matrimonij: ergo non debet ei restitui. Iuxta hoc queritur, quando et qualiter sit restitutio viri facienda vxori, vel econuerso.

R S P O N. Dicendum quod in tali casu faciendū est restitutio, quoniam Ecclesia decepta fuit, et

A altera personarum iniuste expoliata: et quoniam Ecclesia potest, et debet errorem corrigere, et nō debet aliquam personam iure suo priuare: ideo deceptio cognita, si alter, qui iniuste expoliatus est, petat, debet restituere: et si intrauit religionem, et votum emisit potest debitum reddere: sed non debet, nec potest exigere, quoniam obligauit se ad continentiam quantum est in se. Quod queritur, quando, et quo modo debeat vxor restitui viro, aut econuerso, dicendum quod vxor aut agit iure petitorio, aut possessorio. Tunc agit petitorio, quando dicit aliquem sibi adiudicari in maritum, quoniam cum ea contraxit. Tunc agit possessorio iudicio, quando petit aliquem sibi restitui pro eo quia vir eius fuit, et cum ea cohabitauit. Si agit petitorio, et vir excipiat, primo tractabitur exceptio mariti antequam fiat restitutio, sive quam satisfiat petitioni, pro eo quod probata exceptio mariti, si recta est principalis questio, perimitur. Si vero agit de possessorio, restituendus est mulieri etiam antequam proberetur exceptio, extra de restitutione spoliatorum litteras: et extra de diuortijs: porro exceptis quinque casibus. Primus est si obijciatur mulieri publica fornicatio: et hanc fuerit probata, nisi ipsa excipiat in contrarium contra virum de fornicatione. extra de diuortijs. Significasti. Secundus casus est, si obijciatur consanguinitas diuina lege prohibita in continenti probanda, differenda est restitutio, nec debet compelli per sententiam, ne forte superinducatur perplexitas. Si vero differatur, oportet fieri restitutionem per sententiam: sed tamen non oportet debitum reddere, si habet de consanguinitate conscientiam, extra de restitutione spoliatorum, litteras. Tertius casus est, si obijciatur exceptio rei iudicate, a qua non est appellatum argumen. de offi. deleg. causam matrimonij. Quartus est, quando tanta est sanctia viri, quod non potest sufficiens cautio adhiberi, ut pote quia persequitur vxorem odio capitali. extra de restitutione spoliatorum, litteras in fine. Quintus casus est, quando ille, qui agit, alterum spoliavit sine causa, dicitur quod non debet restitui. 20. q. 1. De benedicto a casu. Illud non est viquequaque verum: sed tunc quando vult redire, et alter non vult: si non habet quod obijciat manifeste, ex tunc incipit spoliare.

Cum

Cum duo, vel tres ex propinquieribus eius, qui accusant hanc propinquitatem, iuramento firmaverint. Dub. II.

Videtur male dicere, quia personæ propinquæ sunt suspectæ: ergo non debent recipi ad testificandum. Iuxta hoc queritur, qui possunt matrimonij accusare.

R S P O N. Dicendum quod accusatio propter quam debet fieri diuortium, aut est de peccato, aut de consanguinitatis vinculo. Si de peccato fornicationis, tunc soli coniuges possunt se mutuo accusare. Alij vero non admittuntur, quia tunc fit iniuria viro, et possunt simul stare sine peccato. Si autem sit accusatio de consanguinitatis vinculo, tunc primo admitti debent consanguinei sicut superstites, maxime cum est accusatio de matrimonio dissolueno, quia non praxumitur, quod ipsi velint. Et praxerea melius sciunt genealogiam quam alij: et ideo specialiter in hac causa admittuntur consanguinei. Tamen si sit questio de matrimonio contrahendo, sive contracto, vt suspecti repellendi sunt, ubi ille cuius filius, vel filia coniuncta dicitur, superior est diuortijs, potentia, et honore. Quod si consanguinei non adfint qui testificentur, tunc possunt admitti extranei antiqui, et maturi. Quod si hi non velint testificari, tunc omnes extranei possunt accusare, nisi aliud obfistat, vt puta si facta fuerit denunciatio, quod matrimonium accuset, qui nouit, si ille praxens aderat, et tacet, ex tunc accusare non potest. Si uero fuit absens, vel postmodū didicit matrimonij impedimentum, si hoc iure iurando firmauerit, est admittendus extra, de his, qui matrimonium accusare possunt, cū in tua, et infra. Alicui tamen sine differentia omni, qui vult accusare admittitur, quia hoc honestatis est, scilicet seruare ordinem prius dictum.

Hic dicendum est, quod aliud est fornicatio, aliud stuprum, aliud adulterium, aliud incestus, aliud raptus. Dub. III.

Queritur, vtrum ista sint diuersa peccata secundum speciem, et quantum ad genus peccati. Et quod non, videtur: quia sunt contra idem praxceptum, scilicet non mœchaberis: et circa actum vnius virtutis sola circumstantia differente, in qua non est nisi accidentalis differentia. In oppositum est, primum peccatum habet rationem suam a defectu circumstantiæ, sed adulterium dicitur, quia aliquis cognoscit coniugatam: sed fornicatio quia solutam: ergo sunt diuersa peccatorum genera.

R S P O N. Dicendum quod ista non tantum differunt accidente, immo sunt diuersa genera peccatorum: et talia oportet consistere, quoniam et si videantur solum differre circumstantia, quæ iudicatur esse accidentalis proprietates, tamē ipsa circumstantia comparata ad peccatum est essentialis, quamuis comparata ad actum sit accidentalis: et ideo non variat genus actus, sed peccatum. Quod ergo obijcit, quod non est contra idem praxceptum, et circa eundem actum, dicendum est quod hoc non impedit, quin possint esse diuersa peccata, pro eo quod circa eundem actum, et contra idem bonum contingit multipliciter obligari.

Stuprum proprie est virginum illicita defloratio. Dub. IV.

Queritur quod sit maius peccatum, vtrum stuprum, aut adulterium. Et quod maius sit adulterium, patet ex ordine Magistri, quia praxmittit maiora, et gradatim descendit. Amplius: Per adulterium iniuriatur, quis viro, per stuprum non. Vnde virgo quæ

A non est alteri alligata non peccat nisi in Deum: sed adultera in Deum, et in proximum: ergo et cet. Contra: Nobilior est castitas virginalis, quam coniugalis: ergo grauius est peccatum quod est contra virginalem, quam contra coniugalem decorem: sed stuprum est contra virginalem: ergo et cet. T E M Qui corrumpit virginem aliquam, aufert ei bonum irrecuperabile: sed non qui adulteratur: ergo et cet.

R S P O N. Dicendum quod pro maiori parte peccata ad inuicem comparata se habent sicut excedentia, et excessa. Vnde si comparemus coitum cū coniugata ad coitum cum virgine soluta, deformius est virginem deflorare, quam defloratam cognoscere: tamen grauius peccat qui adulteratur, quia magis lædit rempublicam, et magis offendit virum, et magis generat infamiam. Obiecta autem procedunt per diuersas vias.

ARTICVLVS I.

A D intelligentiam presentis distinctionis in qua agit de affinitate, primo procedendum est per modum narrationis, secundo per modum inquisitionis. Quantum ergo ad primum, primo annotanda est triplex differentia, secundo vero annotanda est triplex notula. Primo enim attendendum est, quod differt esse affinem, et esse consanguineum. Nam consanguinitas venit ex carnis propagine, sed affinitas ex carnali commixtione, praxupposita tamen consanguinitate. Vnde affinitas diffinitur sic: Affinitas est proximitas personarum ex carnali copula, proueniens, omni carens parentela: intellige quantum est de se: tamen praxupponit consanguinitatem: vnde si quis cognoscit mulierem, efficitur affinis omnibus consanguineis mulieris per illam commixtionem: et econuerso in muliere. Secundo intelligendum est, quod in affinitate differt genus, et gradus, nam genus attenditur: parte commixtionis, sed gradus a parte sanguinis et propagationis: propter quod dicitur versus:

Mutat nupta genus, sed generata gradum.

Vnde antiquitus tria genera affinitatis esse consueuerunt. Primum surgit ex consanguinitate, et prima carnis commixtione. Secundum surgit ex consanguinitate, et secunda carnis commixtione. Tertium surgit ex secunda affinitate, et tertia carnis commixtione. Exemplum est: Si frater tuus contrahat cum Maria, ipsa est affinis tibi in primo genere. Si contrahat mortuo fratre tuo cum alio, ipse erit affinis tibi in secundo genere. Si, ipsa mortua, ipse vir contrahat cum alia, illa mulier esset tibi affinis in tertio genere. Sed generatio siue propagatio gradum mutat affinitatis sicut consanguinitatis. Sed ista tria genera consueuerunt esse antiquitus, nunc autem sicut patebit post, non stat nisi primum genus affinitatis alijs cessantibus. Tertio intelligendū est, quod differt vtrum mulier affinis generet prolem de consanguineo meo, an de extraneo. Si de consanguineo proles generata non est mihi alligata vinculo affinitatis, sed consanguinitatis. Si vero de alio: secundum iura moderna nihil omnino reputatur mihi attingere. Antiquitus tamen, sicut patet ex decreto Gregorij, et habetur in littera, iudicabatur affinis nō primo genere, sed secūdo, sicut expresse tagnitur in littera: et pro illo tempore maxime intelligitur iste versus.

Mutat nupta genus, sed generata gradum.

quia mulier affinis mihi, quia fuit vxor fratris mei, si nubat alij, generat mihi affinem in alio genere affinitatis. Si vero generaret prolem, tunc generaret mihi affinem, non alio genere, sed gradu: hoc tamen est retractatum quantum ad vtrumque per ius nouum extra de consanguinitate, et affinitate. Non debet

1. Regula.

debet, et in decretali edita in concilio generali, ubi expresso retractatur utrumque. His visis, quaedam regulae sunt notandae. Prima est, quod in primo genere affinitatis non licet contrahere usque ad quartum gradum inclusivae, sicut et de consanguinitate. Quod si quartum gradum velis cognoscere, recurre ad personam, mediante qua contracta est affinitas, et quoto gradu distas ab illa, toto gradu distas a persona, cui es affinis: ut si contraxisti cum muliere, factus es affinis consanguineis eius, et quoto gradu aliquis est consanguineus uxoris tuae, toto gradu est tibi affinis: et si attinet ei in quarto gradu, attinet et tibi: et sicut non liceret uxori contrahere in tali gradu, ita nec tibi. Secunda notula est, quod ex quo contracta est affinitas, mortua persona, mediante qua contracta est, nihilominus manet affinitas, pro eo quod est vinculum perpetuum, sicut et consanguinitas: ideo minime potest contrahi cum persona affini per Dist. 34. Fraternalitatis. Tertia notula est, quod affinitas contrahitur non solum per matrimonium, sed etiam per coitum fornicarium, sicut dicitur extra de consanguinitate: Fraternalitatis tuae, et cetera: sed quia hoc dubium est, ideo ratio huius inquisitioni relinquatur. His autem praeliberatis, ut modo inquisitorio procedamus, possunt hic tria queri. Primo quaeritur, utrum per omnem coitum contrahatur affinitas. Secundo, utrum affinitas transeat ab uno in alterum. Tertio, utrum affinitas impediat matrimonium.

2. Regula.

3. Regula. Cap. 7.

QVÆSTIO I.

An per omnem coitum possit contrahi affinitas.

8. Tho. in Suppl. 3. p. q. 55. art. 2. Et 4. Sent. d. 41. q. 1. ar. 4. Rich. 4. Sent. d. 41. q. 1. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 41. q. 2. ar. 2. Steph. Brul. 4. Sent. d. 41. q. 1. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 41. q. 1.

FVNDAMENTA. Cap. 6.



IRCA quam sic proceditur, et ostenditur, quod per omnem coitum siue legitimum, siue fornicarium contrahi possit affinitas 35. quaest. 3. Si homo fornicatus fuerit cum muliere, et frater eius nesciens eandem uxorem duxerit, eo quod frater eius crimen fratri celaverit, peniteat septem annis: sed hoc non est ob aliud, nisi quia illa facta est affinis fratri: ergo, et cetera.

Decretal. Tit. 23. c. 4.

ITEM extra, de eo qui cognovit consanguineam uxoris suae, expresse dicitur, quod non licet petere debitum in decretali illa: Transmissa nobis littera, et cetera. Sed hoc non est nisi propter affinitatem: ergo per coitum fornicarium contrahitur affinitas.

1. Cor. 6. d.

ITEM ratione videtur: quia non est ob aliud, quod contrahatur affinitas per coitum, nisi quia est carnis commixtio, per quam vir, et mulier fuerunt vna caro: sed hoc non tantum est actu legitimum, verum etiam fornicario, secundum quod dicitur: Qui adhæret meretrici, vnum corpus cum ea efficitur.

AD OPPOSITVM.

ITEM filius fratris tui natus de fornicatione ita est tibi consanguineus, sicut si esset de legitimo matrimonio natus: si ergo per actum fornicarium contrahitur consanguinitas, pari ratione affinitas.

1. CONTRA 35. quaest. 3. Extraordinaria pollutio citra maritale affectum, si ita esse constituerit, non videtur matrimonium impedire: sed fornicarius actus est extra rectum ordinem: ergo non impedit matrimonium: sed affi-

nitas impedit: ergo ibi non contrahitur affinitas.

2. ITEM affinitas est vinculum legitimum, quod est institutum a Deo, et ab Ecclesia: ergo cum fornicatio sit actio contra legitimitatem, et contra diuinum statutum: per fornicationem numquam contrahitur tale vinculum.

3. ITEM affinitas est vinculum insolubile: sed coniunctio per coitum fornicarium non iungit insolubiliter, immo solubiliter: ergo numquam per illum coitum contrahitur affinitatis vinculum.

4. ITEM per coitum extra matrimonium non contrahitur irregularitas ad ordinem suscipiendum: ergo pari ratione nec illegitimitas ad matrimonium contrahendum. Si ergo affinitas facit illegitimitatem, videtur quod per talem coitum affinitas nec debet, nec potest contrahi.

CONCLUSIO.

Ex quocumque naturali coitu contrahitur affinitas, quia affinitas fundatur in unione, qua resultat ex commixtione seminis, et tali usu.

RESP. AD ARG. Dicendum quod affinitas generaliter contrahitur per omnem coitum, in quo est commixtio seminum. Et ratio huius est, quia affinitas non contrahitur nisi ratione unionis: tunc autem dicuntur vna caro fieri, quando per commixtionem seminum fit consummatio illius operis. Si ergo aliter conueniant, siue contra naturam pollucendo extra vas illi vsui deputatum, siue inuadendo claustra, ita quod opus nefarium non consummatur, affinitas contrahi non iudicatur, secundum quod dicitur 35. quaest. 3. Extraordinaria. Quod si videatur dici contrarium extra de eo, qui cognovit consanguineam: Fraternalitatis, et cetera. dicendum, quod illa separatio non fuit propter affinitatem, sed propter publicae honestatis iustitiam, quae contrahitur ex puris sponsalibus.

1. AD illud ergo, quod obijcitur in contrarium de extraordinaria pollutione, iam patet responsio, quia ibi non fuit seminum commixtio aliqua, ideo non dicuntur vir, et mulier vna caro effecti.

2. AD illud quod obijcitur, quod vinculum legitimum est a Deo institutum, dicendum quod in fornicatione duo sunt, scilicet actio substracta, quae est naturalis, et de sermitas voluntatis, qua aliquis vult cognoscere non suam, siue circa ipsum actum defectus circumstantiae. Quantum ad primum est actio naturalis bona, et a Deo: quantum ad secundum dicit defectum, et deformitatem, et sortitur nomen vitij: vinculum ergo affinitatis contrahitur ratione primi, non ratione secundi.

3. AD illud quod obijcitur, quod est vinculum insolubile, dicendum quod actio transiens ut plurimum relinquit effectum perpetuum, siue ut melius dicam diuturnum, ut patet, quia sicut fornicatio inducit carnis corruptionem, sic uxoris cognitio efficit corporis unionem: et quoniam ex quo cognouit, necesse est cognouisse: ideo ex hac coniunctione resultat vinculum insolubile. Et est exemplum: quia sicut ex vno actu tali potest proles generari, quae vinculo perpetuo alligatur patri, et matri: sic potest affinitas generari, quando talis coniunctio est introducens affinitatem, non conseruans: ideo ipsa existente transitoria, potest esse affinitas diuturna.

4. AD illud quod obijcitur de irregularitate ad ordines, dicendum quod cognitio mulieris non generat irregularitatem, nisi prout inducit defectum sacramenti: et quoniam defectus sacramenti praesupponit aliquid esse sacramenti, et post, priuationem perfectionis: hinc est quod irregularitas non

CONCLUSIO.

Affinitas non generat affinitatem secundum veritatem, sed ipsa proveniatur secundum proveniensionem consanguinitatis, secus de consanguinitate dicendum.

QVÆSTIO II.

An affinitas transeat in alterum.

8. Tho. in Suppl. 3. p. q. 55. art. 5. Et 4. Sent. dist. 41. q. 1. ar. 5. Rich. 4. Sent. d. 41. q. 4. Tho. Arg. 4. Sent. d. 41. q. 2. ar. 2. Steph. Brul. 4. Sent. d. 41. q. 2. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 41. q. 2.

FVNDAMENTA.



TRVM affinitas transeat in alterum: et quod sic, videtur 35. quaest. 3. Contradicimus, et infra: Iulius Papa: Relictam consanguineorum uxoris suae affines: ergo vxor affinis efficitur illegitima ad contrahendum non propter aliud, nisi propter affinitatem: ergo, et cetera.

ITEM in sequenti capitulo: Porro duorum consanguineorum vxores vni viro alteram post alteram nubere publicae honestatis iustitia contradicit.

ITEM carnalis commixtio adeo iungit ut propagatio, quod patet: quia tantum se extendit, et per tot gradus, et ad tales descendit affinitas, ad quos gradus protenditur consanguinitas, scilicet vsque ad quartum gradum. Cum ergo consanguinitas transeat in alterum: ergo et affinitas. Minor patet: quia si aliquis est mihi consanguineus in primo gradu, generat mihi consanguineum in secundo: ergo, et cetera.

ITEM omne simile generat sibi simile, et quaecumque vni et eidem sunt eadem, inter se sunt eadem: ergo si aliqua vxor habeat duos viros et aliqui viri alias duas vxores, cum isti duo viros coniuncti fuerint eidem mulieri, ut patet consideranti, etiam istae duae mulieres eidem viro: ergo omnes sibi attendant: ergo, et cetera.

AD OPPOSITVM.

CONTRA: Vbi est vera affinitas, adeo ligat ut consanguinitas: sed numquam cum filia fratris sui potest quis contrahere: ergo nec cum filia uxoris fratris, quae est affinis fratre mortuo, cuius contrarium habetur, extra de consanguinitate: non debet reprehensibile iudicari, vbi dicitur, quod potest coniungi talis tali.

ITEM si affinitas surgit ex affinitate: ergo cum aliquis vir cognoscit decem mulieres: ergo illae omnes sunt affines: ergo contrahens cum vna non potest contrahere cum alia: quod est manifeste falsum, quia tunc homo cum nulla posset contrahere.

ITEM esto, quod aliquis contrahat cum vxore alicuius ipsi mortuo, quaeritur utrum efficiatur affinis consanguineis viri: quod si non, tunc affinitas non generat affinitatem. Si vero efficitur affinis consanguineis: ergo multo magis ipsi viro: ergo non potest cognoscere cognatas ab alio viro, quod est manifestum inconueniens.

ITEM si affinitas generat affinitatem, cum carnis commixtio faciat unitatem, et gradum attinentiae secundum primum gradum, tunc semper manebit affinitas propter commixtionem, et sic erit processus in infinitum in affinitate, quod est manifeste falsum: ergo et primum, scilicet quod affinitas per commixtionem carnis generet, siue faciat affinitatem.

RESP. AD ARG. dicendum quod differt vinculum affinitatis, et consanguinitatis, quoniam vinculum affinitatis est vinculum per accidens. Vinculum consanguinitatis est vinculum per se: et quoniam omne per accidens necessario habet reduci ad per se: hinc est, quod affinitas necessario praesupponit consanguinitatem, et superaddit commixtionem, et ex his duobus surgit: quia ergo illud, quod est per accidens, non habet virtutem multiplicandi, et diffundendi se nisi per illud, quod est ens per se: hinc est quod diffusio, et descensus affinitatis secundum veritatem attenditur a parte consanguinitatis solum, non a parte commixtionis quantum est de natura vinculi. Vnde consanguinei uxoris Petri ita sunt affines ei vsque ad quartum gradum, sicut per consanguinitatem alligantur uxori: sed vxor Petri, ex hoc quod nubet alij, cum per accidens iuncta sit consanguineis Petri, non propter hoc generat vinculum attinentiae secundum veritatem, sed si generat, hoc est solum secundum publicae iustitiam honestatis, per quem modum contrahitur in sponsalibus: et secundum hunc modum fuerunt antiquitus secundum genus affinitatis, et tertium, quae magis pertinebant ad publicae iustitiam honestatis, quam ad affinitatem, sicut canon secundo praepositus expresse dicit, si quis attendat: et quia periculosum erat ad ista teneri, ideo totum oportuit reuocari, excepto primo genere affinitatis. Et ita dicendum, quod secundum veritatem, et secundum tempus praesens affinitas non generat affinitatem, ut qui est affinis alicui, efficitur affinis affini: vel qui est iunctus carnaliter cum aliqua, per hoc efficiatur affinis affinibus suis, immo solum consanguineis: nec surgit affinitas ex consanguinitate, et affinitate, sed solum ex consanguinitate, et carnis commixtione: et rationes ad hoc inductae sunt concedendae.

1. 2. AD illud ergo quod obijcitur de illis duabus auctoritatibus, dicendum quod retractatae sunt, nec illae prohibent coniunctionem talem propter vinculum affinitatis, sed propter iustitiam publicae honestatis.

3. AD illud quod obijcitur, quod carnis commixtio adeo iungit ut propagatio, dicendum quod si loqueris in se et per se falsum est, nam pater non potest contrahere cum filia, quam cognouit: sed vir potest contrahere cum muliere, quam cognouit. Habet tamen hoc veritatem per accidens praesupposita consanguinitate, quod patet: quia vxor viri ita propinqua efficitur consanguineis viri sicut et ipse, quia est vinculum per accidens, ideo non protenditur nisi secundum proveniensionem consanguinitatis: et ideo non sequitur quod affinitas generet affinitatem, sicut consanguinitas consanguinitatem.

4. AD illud quod obijcitur, quod simile generat simile, dicendum quod verum est per se loquendo, si illud, quo assimilatur, inest ei, secundum quod generat: vnde leprosus generat leprosum, et calculosus calculosum, quia ibi est corruptio vis generatiuae: sed tamen mancus non necessario generat mancum, quia defectus ille non respicit generantem, secundum quod est generans. Et quia affinitas per accidens respicit aliquem, ideo non diffundit eam in alterum, nec in eum, qui propagatur, nec in eum, qui carnaliter commiscetur: vnde non est modo verus ille verus:

Mixta nupta genui, sed generata gradum, scilicet

scilicet affinitatis, nisi quis velit ipsum distrahere, A et exponere secundum quod competit proximitati modernæ, vt per rationem matrimonij contrahatur genus affinitatis, et per generationem genus affinitatis. Primus tamen intellectus est verior.

QVÆSTIO III.

An affinitas præstet matrimonio impedimentum.

- s. Tho. in suppl. 3. p. q. 5. art. 6. Et 4. Sent. dist. 41. q. 1. art. 6. Scot. 4. Sent. d. 41. q. 1. Ricb. 4. Sent. d. 41. art. 2. q. 1. Dur. 4. Sent. dist. 41. q. 1. Tho. Avg. 4. Sent. d. 41. q. 1. art. 2. Franc. de Mayr. 4. Sent. dist. 41. q. 1. Io. Bacc. 4. Sent. dist. 39. q. 1. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 41. q. 3. Petrus de Tara nt. 4. Sent. d. 41. q. 3.

FVNDAMENTA.

TRVM affinitas præstet matrimonio impedimentum. Et quod sic, videtur xxxv. q. iij. Aequaliter coniungatur quis propinquis suis, et vxoris suæ consanguineis.

Leu. 18. b

ITEM: Turpitudinem vxoris patris tui non reuelabis: ergo nullus potest contrahere cum vxore patris: sed hoc non est ob aliud nisi ob vinculum affinitatis: ergo et cet.

ITEM hoc ipsum arguit per rationem, quia turpitudine vxoris est turpitudine viri: sed turpitudine consanguineæ non est aliquatenus per actum coniugalem reuelanda: ergo nec vxor viri in coniugium assumenda.

ITEM proximitatis vinculum tam in consanguinitate quam in affinitate est ex sanguinis vnitate: ergo si consanguinitas propter vnitatem sanguinis impedit: pari ratione et affinitas, cum vir et mulier fiant vna caro ratione commixtionis feminum.

AD OPPOSITVM.

CONTRA: In lege erat prohibitum ducere vxorem: sed præceptum erat ducere vxorem fratris, et illa est affinis: ergo affinitas matrimonium non impedit.

ITEM magis iungitur aliquis alicui, qui iungitur per se, et immediate quam qui mediat: sed vir qui cognoscit mulierem, potest ei iungi matrimonialiter: ergo multo magis consanguinei ipsius viri.

ITEM secundum iura consanguinei succedunt defuncto in rebus suis, in quibus habuit dominium, et possessionem: sed vir habuit dominium in mulierem per matrimonium: ergo secundum iura consanguinei debent, et possunt habere dominium in corpore coniugis per matrimonium: ergo, et cet.

ITEM commixtio carnalis est ad tempus, et matrimonium est vinculum insolubile: si ergo maius vinculum soluit minus, cum commixtio carnalis matrimonium non possit impedire: ergo nec affinitas inde contracta.

CONCLUSIO.

Affinitas qua præcedit matrimonium, impedit contrahendum, et dirimit contractum, non autem superueniens.

RESP. AD ARG. Dicendum quod affinitas impedit matrimonium, sicut habetur extra de consanguinitate, et affinitate: et hoc intelligendum est de affinitate, quæ præcedit matrimonij cōtractionem, non de ea, quæ superuenit. Si enim præcedat impedit contrahendum, et dirimit iam cōtractum, quia facit personam illegitimam secundum eundem modum, et per easdem rationes, per quem modum, et per quas rationes facit cōsanguinitas. Si autem sequatur matrimonium, non potest ipsum dissoluere, cum sit vinculum insolubile. Si autem contractum est, et consummatum, ambo sunt ad continentiam monendi. Si vero contractum est, et ratificatum per verba de presenti, cum solui non possit nisi ingrediatur alter coniugum religionem, sicut habetur extra de conuersione coniugatorum, necessario oportet, quod ille qui malitiose cognoscit consanguineam aliquam, reddat debitum, si illa non vult continere, aut in religionem ingrediatur, extra de eo qui cognouit consanguineam vxoris suæ: Discretionem: et infra, vbi dicitur, quod tenetur reddere debitum, cum non debeat coniux sine culpa iure suo priuari: ipse autem non debet exigere: quia reddidit se inhabilem, sicut dicitur in eodem titulo: Transmittat nobis, et cet. vbi dicitur quod restitutus non sine graui cordis dolore accedat: sic ergo concedendum, quod affinitas præcedens matrimonium, quantum ad primum genus, ita impedit matrimonium, vt consanguinitas.

Explicatio.

CONTRA: Illud quod obijcitur, quod præceptum erat ducere vxorem fratris, dicendum quod hoc verum erat in casu, scilicet cum frater mortuus erat sine femine: quia enim promissa erat eis perfecta benedictio in femine, ideo non debebat pati lex, quod aliquis esset qui videretur sine femine, si haberet propinquum, qui suscitaret: nunc autem quia hoc sublatum est, sic impedit omnino, sicut consanguinitas.

CONTRA: Illud quod obijcitur, quod vir magis iungitur mulieri, dicendum quod verum est: sed quoniam ille actus consonat, et consequitur matrimonium: hinc est quod vinculum nullum ibi concurrat inter virum, et mulierem, quod matrimonium præstet impedimentum. Amplius: Sicut prædictum est, cum affinitas sit vinculum per accidens, præsupponit vinculum per se, scilicet cōsanguinitatem: et quia nemo sibi ipsi est consanguineus, hinc est quod mulier non efficitur affinis viro, sed eius consanguineis.

CONTRA: Illud quod obijcitur, quod secundum iura consanguinei debent succedere, dicendum quod verum est in illa hereditate, quam potest quis alij communicare, et dare. Sed vxor est adeo bonum proprium, quod nec charitas communicat, quæ facit omnia communia: et ideo illud ius nunquam se extendit ad vxorem.

CONTRA: Illud quod obijcitur vltimo, quod carnalis commixtio est ad tempus, dicendum quod quamuis sit ad tempus, tamen habet effectum perpetuum, scilicet affinitatem, vt prius visum est, et per illam impedit: et sic patet totum.

DISTINCT. XLII.

DE SPIRITVALI COGNATIONE QUALITER IMPEDIAT: et quod post primas nuptias, aliæ etiam sequentes non damnantur.



Parentalium graduum famosa questione aliquid, licet minus sufficienter, diximus. Iam de spiritali cognatione addamus; quæ etiam personas impedit vt non sint legitime, ad incedendas nuptias. Tria quidem sunt, consanguinitas, affinitas, spiritalis germanitas. Consanguinitas est inter eos, qui iunguntur secundum lineam generis.

Affinitas

Affinitas inter eos, qui genere quidem non sunt coniuncti, sed mediante genere sunt sociati, verbi gratia: Vxor filij fratris mei qui non est de genere meo, per ipsum qui est de genere meo, mihi affinis facta est, et ego illi. Spiritalis proximitas est inter compatrem et commatrem, et inter eos, quorum vnus alterum de sacro fonte leuauit, vel in catechizatione, aut confirmatione tenuit. Est etiam inter filios eiusdem hominis carnales, et spirituales.

Qui sint filij spirituales.

SPIRITVALES filij sunt, quos de sacro fonte leuamus, vel in catechizatione seu confirmatione tenemus. Filij etiam et filia spirituales eorum sunt, qui trina meritionis vocabulo eos sacro baptismo tingunt. Dicitur etiam spiritalis filia sacerdotis, quæ ei peccata sua confiteatur. Vnde Symmachus Papa: Omnes quos in penitentia suscipimus, ita nostri spirituales sunt filij, vt et ipsi quos vel nobis suscipientibus, vel sub trina meritionis vocabulo merentibus, vnda baptismi regenerant. Siluester etiam admonet, vt ad suam filiam penitentialem nullus sacerdos accedat: quia scriptum est: Omnes quos in penitentia accipimus ita nostri filij sunt, vt in baptismo suscepti: quorum omnium flagitiosa est commixtio. Quod autem compatrater, et commatrer sibi iungi nequeant, nec pater spiritalis nec mater, filia vel filio spiritali, ex concilio Maguntinensi docet: De eo, quod interrogasti, si aliquis filiolam suam duxerit in vxorem, et de eo qui concubuit cum matre spiritali, et de eo qui filium suum baptizauit, et vxor eius eum de fonte suscepit, hac causa vt dissidium fieret coniugij, si post in tali copula possunt permanere sic respondendum est, si filiolam aut commatrem suam aliquis in coniugium duxerit, separandos esse iudicamus, et graui penitentia plectendos. Si vero coniuges legitimi, vel vnus, vel ambo ex industria hoc fecerint, vt filium suum de fonte susciperent: si innupti manere voluerint, bonum est: sin autem, grauis penitentia infideliatori iniungatur, et simul maneant: et si preuaricator coniugij superuixerit, acerrima penitentia mulsetur, et sine spe coniugij maneat. Ex his apparet, quod aliquis filiolam suam vel commatrem non potest sibi copulare nuptialiter: et si presumptum fuerit, separandi sunt. Qui autem legitime coniuncti sunt, non ideo separandi sunt, quia alter eorum infidiose filium de fonte leuauit. Quod etiam Nicolaus confirmat, dicens: Nosse desideras, vtrum mulier, quæ viri filium ex alia femina genitum de sacro fonte leuauerit, postmodum possit cum eodem viro copulari. Quos ideo coniungi posse decreuimus, quia secundum canones sacros, nisi amborum consensu nullius religionis obtentu debet coniux dimittere coniugem cum Apostolus præcipiat: Nolite fraudare inuicem: nisi forte ex consensu ad tempus, et cet. Item: Dicitur etiam nobis quasdam feminas desidiose, quasdam vero fraudulentè vt a viris suis separarentur proprios filios coram Episcopis ad confirmandum tenuisse. Vnde nos dignum duximus, vt si qua mulier filium suum desidia, aut aliqua fraude coram Episcopo tenuerit ad confirmandum, propter fallaciam, vel fraudem, quamdiu viuunt penitentiam agat: tamen a viro suo non separatur. Item Ioannes Papa: Ad limina sancti Petri homo nomine Stephanus veniens, nostro presulatu innotuit, quod filium suum in extremo vita positum, necdum baptismi vnda lotum, absentia sacerdotum cogente baptizauit, eumque proprijs manibus suscepit. Aique pro huiusmodi negotio reuerentia tua presatum hominem a sua coniuge iudicauit esse separandum. Quod fieri nullatenus debet, dicente scriptura: Quod Deus coniunxit, homo non separet. Et Dominus non dimittere vxorem, nisi causa fornicationis iubet. Et nos tanta auctoritate freui dicimus non dimittendam esse, et inculpabile iudicandum, quod nec esitas intulit. Nam baptizandi opus laicis fidelibus, si tamen necesse fuerit, libere conceditur. Vnde si supradictus homo filium morientem aspiciens, ne animam perpetuo perire dimitteret, vnda baptismi lauit, vt eum de potestate mortis eriperet, bene fecisse laudatur. Ideo sua vxori sibi iam olim legitime sociata, impune dum vixerit iudicamus manere coniunctum: nec ob hoc separari debere. His alijsque pluribus auctoritatibus edocetur coniuges non esse separandos, si post legitimam copulam alter alterius filium de fonte leuauerit, vel in confirmatione tenuerit.

Quid præmissis obuiet.

His autem obuiare videtur, quod Deus dedit Papa, ait: Peruenit ad nos Diaconus sancti status vestra epistolam deferens, quod quidam viri et mulieres præterito sabbato paschali, pro magno populi incurso nescientes filios suos suscepissent de lauacro. Cupis ergo scire, an propter hoc debeant viri ac mulieres ad proprium usum tori redire, uel non. Nos vero hac re mæsti, priorum inquisimus dicta: et inuenimus in archiuis, id est, in armarijs Apostolicæ sedis iam italia contigisse in pluribus Ecclesijs, quarum Episcopis ab hac Apostolica sede uolentibus scire, vtrum uiri ac mulieres

Hug. 1. sent. 4. c. 12.

Gratiannus 30. q. 1. c. ad limina in fine. 30. q. 1. Omnes quos.

In Concilio Maguntinensi in fine. 30. q. 1. o. de eo.

Ibidem c. nolle.

1. Cor. 7. a

Ex Concilio Cabilonensi.

Ibidem c. dimissum est.

Ibidem c. ad limina.

Math. 5. et 19. b

AEL. 19. a

Obiectio. Ibidem c. Peruenit.

ac mulieres

ac mulieres redirent ad proprium torum, beata memoria sancti patris Iulius Papa, Innocentius, et Celestinus cum Episcoporum plurimorum consensu in Apostolorum principis Ecclesia presidentes, talia rescripserunt, et confirmaverunt: ut nullo modo se in coniugio reciperent viri ac mulieres, quicumque hac ratione susceperint natos: sed separarent se, ne suadente diabolo tale vitium inolecat. Item: Si quis filiastrum vel filiastram suam ante Episcopum tenuerit ad confirmationem, separaretur ab uxore sua, et aliam numquam accipiat. Hec autem vel ad errorem dicta sunt, non quod ita esset faciendum, sed ne illud fieret, summopere cauendum: vel de illis est intelligendum, qui prius filios suos vicissim de fonte susceperant, quam fierent coniuges. Premissis autem auctoritatibus omnino consentiendum est: ut sine proprio, siue tantum viri filium mulier de fonte susceperit, non ideo a viro separaretur: quod et de viro similiter oportet intelligi.

Ibidem Si quis filiastrum. Solutio.

De copula spiritualium vel adoptiuorum, vel naturalium filiorum.

Q U O D autem spirituales vel adoptiui filij naturalibus copulari nequeant, Nicolaus Papa testatur ita inquit: Ita diligere debet homo cum qui se susceperit de sacro fonte, sicut patrem. Inter fratres et filios spirituales gratuita et sancta communio est, qua dicenda non est consanguinitas, sed habenda spiritualis proximitas. Vnde inter eos arbitror non posse fieri legale coniugium, quia nec inter eos qui natura, et eos qui adoptione filij sunt, veneranda leges matrimonia contrahi permittunt. Item si inter eos non contrahitur matrimonium, quos adoptio iungit, quanto potius a carnali inter se contubernio cessare oportet, quos per celeste sacramentum regeneratio sancti Spiritus iungit?

An filij ante comaternitatem vel post nati, valeant coniungi.

H O C autem quidam volunt intelligere tantum de illis filijs, quibus compatres facti sunt. De alijs vero qui ante comaternitatem vel post geniti sunt, concedunt quod legitime et licite iungi possunt. Quibus videtur consentire Urbanus secundus, dicens: Super quibus consuluit nos tua dilectio, hic videtur respondendum: ut et baptisimus sit, si instante necessitate femina puerum in nomine Trinitatis baptizauerit, et quod spiritualium parentum filij et filia ante vel post comaternitatem genita, possunt legitime coniungi, prater illam personam, qua compatres effecti sunt.

Opin. aliorum. Vitalis presbyter Brixienfis. Ibidem.

Paschalis Papa.

P A S C H A L I S vero secundus, post comaternitatem genitos copulari prohibet, scribens Eginio Episcopo: Post susceptum filium de fonte vel filiam spiritualem, qui ex compatre vel ex comatre fuerint nati, matrimonio iungi non possunt. Illud etiam notandum est, quod in Tiburienfi Concilio legitur: Si quis sua spiritualis commatris filiam fornicato, et ita contingente rerum casu in coniugium duxerit, maturiori seruato consilio habeat, atque legitimo connubio honeste operam det.

Opinio opposita. Ibidem e. post susceptum. Ex Tiburienfi Concilio. Ibidem e. illud etiam.

An quis ducere possit duas commatres, vnam post alteram.

S O L E T etiam queri: An commatrem uxoris post eius obitum quis ducere valeat. De hoc Nicolaus Papa sic scribit: Sciscitatur a nobis sanctitas uestra, si quis duas commatres habere valeat unam post alteram. In quo meminisse debes scriptum esse: Erunt duo in carne una. Cum ergo constet quod uir et mulier una caro efficiuntur, restat uirum compatrem constitui mulieris, cuius assumpta uxor commater erat, et ideo uirum illi femina non posse coniungi, qua commater eius erat, cum qua idem fuerat una caro effectus. Huic autem illud contrarium uidetur: Qui spiritualem habet compatrem, cuius filium de lauacro susceperit, et uxor eius commater non est; licet ei defuncto compatre suo, eius uiduam ducere in uxorem: quos nulla generatio spiritualis secernit. Item ex epistola Paschalis Papae: Post uxoris obitum, cum comatre uxoris coniugio copulari nulla ratio uel auctoritas uidetur prohibere. Non enim per carnis unionem ad unionem spiritualis transitur. Sed sciendum quod auctoritas Nicolai de illo agit, qui uxori suae debitum reddidit, postquam commater illius exiit. Alia uero auctoritates de illo agunt, cuius uxor postquam a viro suo derelinquitur, illius commater efficitur, nec post comaternitatem a viro suo cognoscitur: uel de illo potius agunt, cuius uxor ante defungitur, quam ab eo cognoscatur.

Ex Tiburienfi Concilio. Ibidem e. qui spiritualis. Ibidem. Post uxoris. Determinatio ibidem. Ex Gratiano.

An vir & uxor possint simul tenere puerum.

S O L E T etiam queri: An uxor cum viro simul debeat in baptismo suscipere puerum. De hoc Urbanus ait: Quod uxor cum marito in baptismo simul non debeat suscipere puerum, nulla auctoritate.

Ibidem Urbanus, Vitalis presbyter Brixienfis. e. quod uxor.

auctoritate, videtur vel reperitur prohibitum: sed ut ipsa puritas spiritualis paternitatis ab omni labe et infamia conseruetur immunis, decreuimus, ut utriusque simul ad hoc aspirare non presumant. Quia uero piaculare flagitium commisit, qui duabus commatribus uel sororibus nupsit, magna penitentia debet ei iniungi.

De secundis, et tertijs nuptijs, et deinceps.

S C I E N D U M est etiam, quod non solum primae uel secundae nuptiae sunt licitae, sed etiam tertiae, et quarta non sunt damnandae. Vnde Augustinus: Secundas nuptias omnino licitas Apostolus concedit. De tertijs autem et quartis, et de ultra pluribus nuptijs solent homines mouere questionem. Sed quis audeat diffinire, quod nec Apostolum uideo diffinisse? Ait enim: Si dormierit uir eius, cui uult nubat. Non dicit, primus, uel secundus, uel tertius, uel quotuslibet: nec a nobis diffiniendum est, quod non diffinit Apostolus. Vnde ut breuiter respondeam, nec illas nuptias deo damnare, nec eis uerecundiam numerositatis inferre, nec contra humanae uerecundiae sensum audeo dicere, ut quoties uoluerint nubant, nec ex meo corde prater scripturam auctoritatem, quotaslibet nuptias damnare. Item testatur Hieronymus: Ego nunc libera uoce exclamo, nec damnari in Ecclesia bigamam, immo nec trigamam: et ita licere quinto et sexto, quemadmodum secundo marito nubere. Apostolus tamen bigamos a sacerdotali honore excludit. Sed hoc non facit pro uito bigamiae, immo pro sacramenti uirtute, ut sit una unius, sicut unica unici. Illud tamen Casariensis concilij uidetur innuere bigamiam esse peccatum. Presbyterum, inquit, in nuptijs bigami praeferre non conuenit: quia cum penitentia bigamus indigeat, quis erit presbyter qui talibus nuptijs possit praebere consensum? Sed hoc de illo intelligi potest, qui prime uxori insidiatus putatur desiderio secunda: uel pro signaculo sacramenti illud dicitur, quod in bigamo non seruatur. Ambrosius etiam dicit, quod prime nuptiae tantum a Domino sunt institutae: secunda uero sunt permissae. Et prime nuptiae sub benedictione Dei celebrantur sublimiter: secunda uero etiam in presenti carent gloria.

Cetera aduers. legis et probetarum cap. 21. habetur 31. q. 1. ca. Deu masculu, et c. seq. et est de bon. u. l. u. r. a. 1. Cor. 7. a. 1. Ibid. c. Apertant quos. ad l. u. 1. Tim. 3. c.

Ibid. ca. de his qui.

Super episc. ad Corin.

D I S T I N C T. XLII.

De impedimento matrimonij, quod uenit ex propinquitate spirituali.

De parentalium graduum famosa questione.

Expositio textus.

V P R A egit Magister de cognatione carnali. In hac parte agit de spirituali: et continet haec pars praesentem distinctionem, quae potest diuidi in duas partes. In prima agit de cognatione spirituali. In secunda uero agit de secundis nuptijs, ostendens illas esse licitas: quae pars supra diuisa fuit contra totam praecedentem: et hoc facit, ibi: Sciendum est etiam quod non solum prima, uel secunda nuptia, et cetera. Prima pars habet duas. In prima ostendit qualiter spiritualis cognatio contrahitur. In secunda qualiter impedit matrimonium, ibi: Quod autem comater, et commater, et cetera. Et illa diuiditur in duas. In prima agit de cognatione directa. In secunda uero de indirecta, ibi: Solet etiam queri si commatrem, et cetera. Prima pars iterum diuiditur in duas. In prima agit quomodo cognatio spiritualis impedit in se. In secunda uero in comparatione ad cognationem legale, ibi: Quod autem spirituales, uel adoptiui filij. Et ita tria determinat in hac distinctione. Primum est de cognatione spirituali, secundum est de legali, et tertium est de nuptijs.

Diuisio.

A mo procedamus per modum narrationis. Secundo uero per modum inquisitionis. Circa primum tria sunt notanda. Primo quid sit. Secundo, quot eius species. Tertio, quot modis contrahatur.

De primo sciendum, quod cognatio spiritualis ita diffinitur: Cognatio spiritualis est propinquitas, aut proximitas proueniens ex sacramenti donatione, uel ad illud tentione. Vnde tam ille qui baptizatus, quam ille qui tenet, proximus, et cognatus spiritualiter iudicatur. 30. q. 1. Omnes, quos in penitentia: et extra de cognatione spirituali cap. vltimo.

Diffinitio cognationis

De secundo notandum, quod consanguinitatis spiritualis tres sunt species. Vna dicitur comaternitas, quae attenditur inter patrem spiritualem, et carnalem patrem. Alia dicitur paternitas: et haec attenditur inter eum, qui suscipitur, et eum, qui suscipit, siue sit masculus, siue femina. Tertia dicitur fraternitas: haec attenditur inter filium spiritualem, et filium carnalem praecise et uniuersaliter: nam non se extendit nisi ad illum, qui suscipitur. 30. q. 3. Super his, quibus, et extra de cognatione spirituali cap. Tua nos: et omnes species impediunt matrimonium.

De tertio sciendum, quod spiritualis cognatio dupliciter contrahitur, scilicet directe, et indirecte. Indirecte, ut quando uxor efficitur commater alicuius per actum uiri, uel contra uir efficitur comater per actum uxoris. Directe uero contrahitur per actum proprium, ut cum tener aliquem, uel aliquam ad sacramenti susceptionem. Sed circa hoc fuerunt tres opiniones. Prima dicit, quod sicut septem sunt dona Spiritus sancti, ita septem sunt dona baptismi, scilicet a primo pabulo salis usque ad confirmationem, quae fit per Episcopum: et in quolibet horum contrahitur comaternitas, ita quod non potest esse matrimonium inter tales. 30. quaest. 1. Peruenit, in fine. Secunda dicit, quod per tria tantum sacramenta contrahitur, scilicet per catechismum, baptismum, et confirmationem Episcopi. De consecrat. distinct. 4. in catechismo. Tertia opinio, quae paru differat a secunda, dicit

Opin. 1.

Opinio 2.

Opinio 3.

A R T I C U L U S I.

A D intelligentiam huius partis circa tria incidit. Hic principaliter quaestio, sicut tria sunt quae Magister determinat. Primo quaeritur de cognatione spirituali. Secundo de cognatione legali. Tertio de secundo foedere nuptiali. Quantum ad primum primum Bon. To. 5.

cit enim quod in his tribus contrahitur cognatio spiritalis, sed in baptismo, et confirmatione adeo fortis est, quod impedit contrahendum, et dirimit iam contractum 30. quaest. 1. Si quis filiastrum. In catechismo autem contrahitur adeo exilis, quod vix impedit contrahendum, et non dirimit iam contractum: extra de cognatione spiritali contracto: sed quae istarum opinionum sit verior, dubitationem habet.

Propterea circa hoc quaeruntur tria. Primo quaeritur, vtrum cognatio spiritalis contrahatur per aliquod sacramentum. Secundo quaeritur, vtrum impediatur matrimonium. Tertio quaeritur, vtrum transeat ab vno in alterum.

QVÆSTIO I.

An cognatio spiritalis contrahatur per sacramenta.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 56. ar. 3. Et 4. Sent. d. 42. q. 1. ar. 3. Richardus 4. Sent. d. 42. q. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 42. q. 1. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 42. q. 2.

FVNDAMENTA.

IRCA quam sic proceditur. Et quod cognatio spiritalis contrahatur per sacramenta: videtur per illud quod dicitur 30. quaest. 1. Omnes quos suscepimus ita filij nostri sunt, vt illi, quos nobis suscipiebimus vnda facti baptismatis regenerant: ergo, et cetera.

ITEM hoc ostenditur ratione: quia cognatio attenditur penes generationem: sed sicut est carnalis generatio in filijs, ita est et spiritalis in sacramentis: cum ergo sit vera regeneratio, videtur quod ibi sit vera cognatio.

ITEM qui suscipit aliquem de baptismo, tenetur eum fouere, et erudire in spiritalibus: ergo obligatur ad talem actum spiritalium patris spiritalis: ergo per aliquod vinculum spiritalis: hoc autem appellamus cognationem: ergo, et cetera.

ITEM reuerentiam, et honorem tenetur aliquis ei facere, qui se regenerant, maiorem quam alijs: hoc autem non est propter aliud nisi propter illud mandatum, quo pater est honorandus specialiter praeter alijs hominibus: ergo iste aliquo modo est pater: sed non carnalis: ergo spiritalis: sed carnalis paternitas facit cognationem carnalem: ergo spiritalis spiritalis.

AD OPPOSITIVM.

CONTRA: Maius est vinculum charitatis, quam alicuius sacramenti: sed vinculum charitatis non afficit aliquam cognationem, nec carnalem nec spiritalis: ergo nec per aliquod sacramentum cognatio contrahitur.

ITEM inter omnia sacramenta sacramentum Eucharistiae est maioris vnionis, pro eo quod vnitur in vno corpore: sed per sacramenti Eucharistiae susceptionem nulla efficitur spiritalis cognatio: ergo nec per alia.

ITEM plus assimilantur, et conueniunt participantes vnum sacramentum, quam dans, et suscipiens, in quantum huiusmodi: sed qui participant idem sacramentum, propter hoc non dicuntur habere cognationem, nec spiritalis, nec carnalem: ergo, et cetera.

ITEM quia pater et filius sunt proximi, necesse est quod alij ab eodem patre procedentes sint proximi, et cognati in cognatione carnali: ergo pari ratione si est cognatio inter patrem spiritalis, et filium, erit cognatio inter filios spiritalis eiusdem

patris: ergo omnes, qui baptizarentur ab vno, essent cognati spiritaliter: ergo cum hoc non sit verum, nec illud est verum, quod cognatio spiritalis sit inter dante sacramentum, et suscipientem.

CONCLUSIO.

Cognatio spiritalis et est, et esse debet propter conformitatem spiritalium ad carnalia.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod spiritalis cognatio est, et esse debet: et hoc propter conformitatem spiritalium ad carnalia. Sicut enim est carnalis generatio, in qua est vinculum, et quidam amor naturalis: sic et spiritalis regeneratio per sacramenta aliqua: et per illam similiter aliquod vinculum acquiritur, et amor spiritalis: et ideo in illis sacramentis praecipue contrahitur, in quibus est regeneratio. Quoniam igitur dispositio ad regenerationem est in catechismo, regeneratio in baptismo, regenerationis consummatio in confirmatione: hinc est quod in his tribus secundum communem opinionem contrahitur cognatio: sed tamen quia in catechismo non est vera regeneratio, ideo non contrahitur ibi vera cognatio, nec alligatio fortis, sed adeo exilis, vt sicut dictum est, non dirimat matrimonium iam contractum, et vix impediatur contrahendum. Et sic concedenda sunt rationes ad hoc.

1. 2. AD illud quod obijcitur in contrarium, de vinculo charitatis, et sacramento altaris, dicens quod in neutro attenditur regeneratio, sed in aqua, et Spiritu sancto, quorum vnum est in sacramento baptismi, reliquum in sacramento confirmationis: et si aliqua regeneratio spiritalis attendatur penes virtutes, hoc facit cognationem ad Deum, et Filium Dei, non filium, vel cognatum hominis, pro eo quod virtutem operatur Deus in nobis sine nobis, sacramentum autem dispensatur per hominem.

3. AD illud quod obijcitur de participatione, dicens quod participatio sacramenti est vinculum commune, siue ab eodem, siue a diuersis sit, quia vnus Deus, vna fides, vnum baptisma. Sed cognatio est vinculum speciale: et ideo sacramenti participatio nec est cognatio, nec facit cognationem: non sic datio, nec susceptio sacramenti, immo dicitur ordinem ad aliquam personam specialem, et quoddam vinculum superaddit, et quamdam specialem intentionem, et hanc rectissime possumus appellare cognationem: et sic patet illud.

4. AD illud quod obijcitur vltimo de fraternitate carnali, dicens quod non est simile, quia vtrumque est vinculum spiritalis, et aliquo modo magis conueniunt qui generantur ab eodem, sicut supra monstratum fuit. Qui autem baptizantur ab eodem, non magis conueniunt, quam qui baptizantur a diuersis. Amplius, sicut ex affinitate, et affinitate non surgit tertia affinitas, nisi interueniat consanguinitas, quae est vinculum per se: sic ex cognatione spiritali ex vtraque parte non surgit cognatio spiritalis nisi ex altera parte sit consanguinitas: vnde cognatio ponitur inter filium spiritalis, et filium carnalem, non inter spiritalis, et spiritalis: et sic patet illud.

QVÆ

QVÆSTIO II.

An spiritalis cognatio impediatur matrimonium.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 56. ar. 1. Et 4. Sent. d. 42. q. 1. ar. 1. Guiliel. Alisford. 4. Sent. tract. 9. cap. 7. q. 7. Scot. 4. Sent. d. 42. q. 2. Richardus 4. Sent. d. 42. q. 1. Duran. 4. Sent. d. 42. q. 1. Tho. Argent. 4. Sent. dist. 42. q. 1. ar. 3. Fran. de Mayr. 4. Sent. d. 42. q. 1. Ioan. Bacch. 4. Sent. d. 40. q. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 42. q. 2. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 42. q. 1.

FVNDAMENTA.

TRVM cognatio spiritalis impediatur matrimonium. Et quod sic, videtur 30. q. 1. De eo quod interrogasti, et cetera, et infra: Si filiolam aut commatrem suam aliquis in matrimonium duxerit, separandos esse iudicamus, et graui poenitentia plectendos.

ITEM ratione videtur hoc ipsum: Tanto honestius et purius custodiendum est vinculum, quanto est sanctius, et spiritalius: si ergo propter honestatem non potest contrahi matrimonium, vbi interuenit vinculum carnale, et cognatio carnalis, multo fortius vbi interuenit cognatio spiritalis.

ITEM qui est proximus cognatione carnali, tractandus est affectu consanguinitatis: si ergo ille affectus non admittit copulam carnis, immo naturaliter refugit: ergo et cognatio spiritalis, vt videtur.

AD OPPOSITIVM.

CONTRA: Cognatio spiritalis manet simul cum matrimonio: ergo non impedit. Probatio 30. q. 1. De eo quod interrogasti: Si coniuges legitimi filium suum de fonte susceperint, si volunt, simul maneat: ergo non compelluntur separari: ergo spiritalis cognatio non impedit.

ITEM cognatio carnalis disponit ad spiritalis: ergo non habent oppositionem ad inuicem: ergo vna non praestat alteri impedimentum: ergo nec commixtio carnis susceptioni sacramenti: ergo nec econuerso.

ITEM plus facit qui aliquem de errore trahit ad fidem, quam qui baptizatum leuat de fonte. Sed si quis conuertat aliquam ad fidem non impeditur ea contrahere, immo potest sponsalia contrahere sub hac conditione, si velit ad fidem venire: ergo nec impeditur, si leuat de fonte, quin etiam possit contrahere.

ITEM diuersitas in participatione sacramenti impedit matrimonium, vt puta cultus disparitas: sed opposita habent oppositos effectus: ergo quod facit conformitatem in cultu, et sacramento, disponit ad sacramentum: hoc autem facit dispensatio, et collatio baptismi: ergo, et cetera.

CONCLUSIO.

Cognatio spiritalis praecedens matrimonium impedit contrahendum, et dirimit contractum, si baptismi, et confirmatione sit causata: sequens autem est non soluit, in aliquibus tamen casibus tollit ius petendi debitum.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod cognatio spiritalis potest sequi, aut praecedere matrimonium. Si sequatur, generaliter verum est, quod non potest infringere matrimonij vinculum. Sed tamen quantum ad ius soluendi debitum, distinguendum, quia hoc aut factum est necessitate, vt puta quando

Explicatio.

S. Bon. To. 5.

ado paruulus est in periculo mortis, et non est qui baptizatur eum, aut ex ignorantia, aut ex industria. In primo casu, simpliciter non amittit ius petendi, nec soluendi. In secundo casu, similiter si fuit diligentia, non amittit. In tertio casu, amittit ius petendi, qui hoc facit: tamen quia non debet peccatum suum alteri imputari, tenetur reddere: et hoc totum confirmatur per auctoritates, quae sunt in littera, quarum quaedam oportet reducere ad concordiam per praedictam distinctionem. Si autem cognatio spiritalis praecedat matrimonium, illa, inquam, quae contrahitur per baptismum, et confirmationem, sicut impedit contrahendum, ita et dirimit contractum, pro eo quod facit simpliciter illegitimas: et ideo si videatur vinculum contrahi, non tamen contrahitur. Impedit autem cognatio matrimonium secundum tres differentias, scilicet paternitatis, copaternitatis, et fraternitatis, sicut probatur 30. q. 1. De eo quod interrogasti, et in alijs sequentibus capitalis, et 30. q. 3. per totum.

PER hanc distinctionem patet responso ad primum obiectum: quia illa auctoritas intelligitur de cognatione, quae consequitur matrimonium, quae non potuit soluere prius vinculum, quod inter personas legitimas erat contractum.

AD illud quod obijcitur, quod vna cognatio est ordinata ad alteram, dicens quod verum est, non tamen in eodem, sed in diuersis. Sicut enim carnis commixtio ordinatur ad generationem, non tamen generans debet cum filia carnaliter commisceri propter nouitatem vinculi: sic intelligendum, quod non debet baptizans cum baptizato carnaliter commisceri, nec per matrimonium copulari. Amplius: Quamuis vnum horum vinculorum sit ordinatum ad alterum, non tamen spirituale ad carnalem, sed econuerso: et ideo postquam interuenit cognatio spiritalis, numquam debet interuenire commixtio carnalis.

AD illud quod obijcitur de illo, qui reuocat ab errore, dicens quod illud vinculum non solum facit impensio beneficij, sed etiam statutum Ecclesiae Christi. Si autem quaeras, quare magis instituit Ecclesia, dicens quod per nullam institutionem dicitur homo generari, sed solum est generationem disponi. In baptismo autem est vera cognatio: et ideo non sic contrahitur vinculum, quod praestat matrimonio impedimentum per documentum fidei, sicut per sacramentum baptismi.

AD illud quod obijcitur de diuersitate cultus, quod impedit, dicens quod circa actum virtutis contingit virtutem corrumpi ab extremis, quoniam virtus desiderat medium: sic aliquo modo potest euenire in sacramentis, maxime circa matrimonium. Vnde sicut impeditur nimia disparitate, ita etiam impeditur nimia proximitate.

QVÆSTIO III.

An spiritalis cognatio transeat ab vno in alterum.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 56. ar. 4. Et 4. Sent. d. 42. q. 1. ar. 4. Richardus 4. Sent. dist. 42. q. 3. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 42. q. 3. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 42. q. 3.

TRVM spiritalis cognatio transeat ab vno in alterum, vt pote ab vxore in virum. Et quod sic, videtur 30. q. 4. cap. 1. Sciscitatur. Restat virum comparem constitui illi mulieri, cuius matrimonio assumpta vxor commater esse videbatur.

ITEM ibidem ex concilio Calcedonenfi: Si quis cum duabus sororibus, aut cum duabus comatribus dormierit,

xx 2

dormierit, secundum antiquam consuetudinem octo annis peniteat: ergo peccatum est contrahere cum duabus commatris, sicut cum duabus fororibus.

3. ITEM ratione videtur: quia vir qui cognoscit mulierem, necessario efficitur affinis omni consanguineo mulieri, qui est cognatus carnaliter: et hoc propter hoc quod efficiuntur vnum corpus: ergo pari ratione si mulier est alicui cognata spiritualiter, si iungatur alicui, necesse est, quod ille efficiatur affinis eidem.

4. ITEM magis vniuntur vir, et vxor vnitatem carnis, quam mater, et filius: sed qui efficitur pater spiritualis alicuius, necessario efficitur compater matris: ergo multo fortius qui efficitur compater viri, efficitur compater vxoris.

FVNDAMENTA.

CONTRA 30. q. 4. Qui spiritualement habet compatrem, cui filium de lauacro fontis accepit, et eius vxor commater non est, licet eidem, compatre suo defuncto, eius viduam ducere in vxorem.

ITEM in sequenti capitulo: Post obitum vxoris suae cum commatre vxoris coniugia copulari nulla videtur ratio, vel auctoritas prohibere.

ITEM ratione videtur: quia vnio carnis, et spiritus simpliciter sunt disparatae: ergo per vnā ad aliam non transitur: ergo non videtur quod ab vno ad alterum transeat cognatio spiritualis.

ITEM quantumcumque vir fuerit amicus, siue filius Dei, per hoc vxor non coniungitur Deo nouo vinculo, nec econuerso: ergo pari ratione quando vnus coniugum spiritualiter alligatur alicui, non propter hoc alligatur et alter.

CONCLUSIO.

Consanguinitas spiritualis per alieius actum non transit in alterum, per actum etiam proprium ante carnalem copulam non transit, sed post carnalem copulam transit.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod cum auctoritates sint ad vtramque partem, cognatio spiritualis aliquo modo transit a muliere in virum, aliquo modo non. Sed tamen notandum quod Magister, et etiam Gratianus distinguit sic: quod postquam alter coniugum contrahit cognationem cum aliquo, aut mutuo se cognoscunt, aut non. Si sic, tunc transit cognatio spiritualis ab vno in alterum. Si non, tunc non transit. Sed ista responsio a Iurisperitis non approbatur, nec ipsum capitulum concordat 30. quaest.

Opin. 1.

Improbatio

Opinio 2.

3. post vxoris obitum, vbi dicitur quod per vnionem carnis non transitur ad vnitatem spiritus. Si ergo aliquis, vel aliqua habet cognationem spiritualem, per sequentem copulam talis cognatio in alterum non pertransit. Et ideo aliter distinguendum est, quod aliqua mulier, vel aliquis vir potest contrahere cognationem spiritualem aut per actum suum, aut per actum alterius, aut quia leuat alterius filium, aut quia leuatur eius filius. Si per actum alterius, sic nullo modo transit, nec communicatur. Si per actum proprium, aut ante carnalem copulam, aut post. Si ante, tunc non transit, nec communicatur, quia per vnionem carnis sequentem non transitur ad vnionem spiritus praecedentem. Et in his duobus casibus licet habere duas commatres. Si vero per actum proprium contrahit post carnalem copulam, cum vir et mulier sint vna caro, et vnum principium, operatio, siue actio vnus alteri attribuitur, et in hoc casu non licet habere duas commatres, extra de cognatione spirituali: Martinus Bertam. Et ratio huius assignatur vnitatis principij: et sic soluantur contrarietates. Et haec continentur in his versibus:

Qua mihi, vel cuius mea natum fonte leuauit, Haec mea commater, mea fieri non valet vxor. Si qua mea natum non ex me fonte leuauit, Haec post facta mea non inde uocabor habere.

Concedendum ergo quod aliquo modo transit ab vxore in virum, licet aliqua rationes ad hoc inducatur sint sophisticae.

1. 2. AD illud quod obijcitur in contrarium, iam patet responsio, quod auctoritates currunt secundum illas duas vias priores.

AD illud quod obijcitur, quod coniunctiones sunt omnino disparatae, dicendum quod non est verum, quoniam cognatio spiritualis fit per actum corporalem: et quia vnus corpus sunt, ita quod vnitas praecedat actum, ideo quod fit ab vno, reputatur ab alio. Sed cum vnitas sequitur, potest venire ad vnitatem principij actus sacramentalis.

AD illud quod vltimo obijcitur, dicendum quod non est simile, propter hoc quod hoc fit per gratiam mentalem, hoc autem per corporalem: et sic patet illud.

Respon. ad 3. pro Fundam.

Resp. ad 4. pro Fundam.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER quantum ad secundum articulum quaeritur de cognatione legali. Circa quam primo procedendum est per modum narrationis. Secundo per modum inquisitionis. Circa primum tria sunt praenotanda. Primo quid sit, et quae eius species. Secundo, qualiter contrahatur. Tertio, quo modo impeditur matrimonium. Primo ergo sciendum, quod cognatio legalis ita describitur: Cognatio legalis est proximitas proueniens ex adoptione. Oritur autem quasi triplex proximitas ex adoptione. Vna est quasi descendentiū, quae attenditur inter adoptantem, et filiam, vel nepotem adoptatam. Alia est quasi a latere, scilicet illa, quae est inter filium naturalem, et filiam adoptiuam.

Cognatio legalis definitio.

Tertia vero est quasi quaedam affinitas inter adoptatum, et vxorem adoptantis, vel adoptantem, et vxorem adoptati. Haec sunt species, de quibus parum dicitur in iure canonum.

Secundo intelligendum est, quod ista cognatio, sicut patet per rationem suam, contrahitur per actum adoptandi. Adoptare autem est extraneam personam in filium, vel filiam, vel nepotem, vel deinceps legitime assumere. Legitima autem assumptio dicitur, quia non omnis persona potest omnem adoptare. Nam adoptare non potest mulier, nisi ex rescripto principis sibi concedatur in solatium filiorum. Iste enim actus est proprie virorum. ITEM non omnium, quia adoptare non potest minor viginti annis, nisi forte iusta causa interueniat: ille vero potest adoptare, qui paterfamilias est, et sui iuris, et potest generare: nam spado, vel frigidus non potest adoptare. Quilibet autem potest adoptari siue masculus sit, siue femina, dum modo sit minoris aetatis patre adoptiuo, vel adoptante. Vnde siue sit minor, siue sit maior, siue habeat patrem, siue non, adoptari potest, differenter tamen. Qui enim sui iuris est, dicitur arrogatus, et transit in potestatem arrogantis: qui autem est in potestate patris, non transit in potestatem adoptantis, et dicitur simpliciter adoptari. Primum debet fieri auctoritate principis: secundum imperio magistratus. Alia etiam differentia est, quia adoptans filio arrogato tenetur relinquere quartam partem bonorum, filio adoptiuo nihil, si non vult.

Tertio intelligendum est, quod cognatio legalis per modum descendentiū, et per modum affinitatis semper impedit matrimonium. Vnde nunquam adoptans potest contrahere cum filia adoptiua, nec cum vxore filij adoptiui, et sic de alijs: sed in secunda specie non manet impedimentum nisi ad tempus, scilicet quamdiu est, et durat adoptio: sed ea soluta emancipatione filij adoptiui, vel naturalis, postea.

Impedimentum.

postea non impedit. Extra de cognatione legali, et 30. quaest. 3. ita diligere, et cetera, et iterum, per adoptionem, et cetera.

AD intelligentiam autem horum tria breuiter quaeruntur. Primo quaeritur, vtrum cognatio legalis sit aliquod vinculum. Secundo quaeritur, vtrum impediatur matrimonium. Tertio, vtrum transeat ab vno in alterum.

QUESTIO I.

An cognatio legalis sit aliquod vinculum.

Thomas in suppl. 3. p. q. 57. ar. 1. Et 4. Sent. d. 42. q. 2. ar. 1. Richar. 4. Sent. dist. 42. ar. 2. q. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 42. q. 4. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 42. q. 8.

FVNDAMENTA.

IRCA primum proceditur sic, et ostenditur, quod cognatio legalis dicat aliquod vinculum secundum veritatem. Nicolaus Papa dicit, et habetur in littera: Inter eos non contrahitur coniugium, quos adoptio iungit: ergo aliqua iunctura, et vinculum est ibi.

ITEM cognatio primo est per legem naturalem: si ergo lex diuina ultra naturalem addit spiritualem, pari ratione lex humana ultra naturalem addere potuit, et debuit legalem.

ITEM sicut patris est generare filium, ita et fouere, et hereditatem relinquere: ergo cum aliquis assumit sibi aliquem ad hos actus, recte dici potest pater, et ille filius: sed istae duae sunt relationes proximitatis: ergo, et cetera.

AD OPPOSITVM.

CONTRA: Nullus potest sibi aliquem adoptare in patrem, ita quod sit ibi vinculum: ergo pari ratione nullus, vt videtur, potest sibi aliquem adoptare in filium: ergo nullum est adoptionis vinculum generale: ergo, et cetera.

ITEM omnes iusti sunt filij Dei adoptiui: ergo adoptio est vinculum generale: sed non attenditur ibi cognatio, vel adoptio penes vinculum generale: ergo, et cetera.

ITEM in nobis non sunt nisi duo, scilicet anima, et corpus: sed ex parte animae cognatio spiritualis, ex parte corporis cognatio carnalis contrahitur.

ITEM cognatio est vinculum perpetuum si est vera cognatio: sed adoptio non est perpetuum vinculum, quia adoptiuus non potest emancipari: ergo videtur quod nulla sit talis cognatio.

CONCLUSIO.

Cognatio legalis, quae contrahitur per adoptionem filiorum, est vinculum.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod est ponere vinculum cognationis legalis: hoc autem vinculum transumptum est, et habet originem a coniugatione carnali, sicut et cognatio spiritualis: patris enim carnalis est filium generare, et filium educare: quoniam igitur per sacramentum regenerationis est spiritualis generatio, hinc est quod contrahitur spiritualis cognatio. Rufus: Quoniam in adoptione fit assumptio alicuius ad actum paternum, qui est fouere, educare, possessionem dimittere: hinc est quod ibi est effectus paternus, et officium, ac per hoc aliquod vinculum: hoc autem a legibus statutum est in solatium filiorum, quod est maximum inter cetera ipsius coniugationis. Et sic patet, quo modo cognatio legalis sit vinculum.

Sed autem quaeratur sufficientia harum trium cognationum, scilicet carnalis, spiritualis, et legalis, S. Bon. To. 5.

dicendum quod tripliciter potest sumi. Vno modo penes triplicem legem a qua est, scilicet secundum naturalem, diuinam, et positiuam legem. Quantum ad primum est cognatio carnalis, quantum ad secundum spiritualis, quantum ad tertium legalis. Secundo modo potest sumi penes illud quod respiciuntur. Tria enim sunt in nobis bona, bonum naturae, bonum gratiae, et bonum fortunae. Bonum naturae respicit cognatio carnalis, bonum gratiae cognatio spiritualis, bonum vero fortunae cognatio legalis. Tertio modo sic, vt cognatio carnalis respiciat carnem, spiritualis animam, legalis vero totum hominem.

His visis facile est obiectis respondere.

AD illud quod obijcitur, quod filius non potest adoptare patrem, dicendum quod sicut in naturalibus, pater generat filium, non econuerso, ita et in legalibus patris est adoptare filium, non econuerso. Nam adoptio est quaedam generatio.

AD illud quod obijcitur, quod omnes iusti sunt filij adoptiui Dei, dicendum quod sicut omnes sumus a Deo, tamen non sumus omnes consanguinei, quamuis habeamus vnum patrem, pro eo quod ipse est principium commune: sed quando eodem patre carnali generamur, habemus aliquod vinculum speciale, sic in proposito oportet intelligere.

AD illud quod obijcitur, quod in nobis non est nisi anima, et corpus, dicendum quod non tantum in hominibus ista attenduntur, sed etiam coniunctum: sed quaedam respiciunt animam magis, quaedam magis corpus, quaedam magis coniunctum, vt patet cum dicitur: Homo intelligens, albus, et risibilis. Primum est ratio animae. Secundum ratione corporis. Tertium ratione coniuncti: sic in proposito potest intelligi.

AD illud quod obijcitur, quod non est vinculum perpetuum, dicendum quod duo sunt in adoptione, scilicet dominium, et subiectio: et haec possunt amoueri per emancipationem, et est quaedam honestatis alligatio, quae non relinquit, ex quo semel alicui inest.

QUESTIO II.

An cognatio legalis impediatur matrimonium.

Thomas in suppl. 3. p. q. 57. ar. 2. Et 4. Sent. d. 42. q. 2. ar. 2. Guil. Alisidor. 4. Sent. traet. 9. ca. 7. q. 2. Richar. 4. Sent. dist. 42. ar. 2. q. 2. Tho. Argent. 4. Sent. d. 42. q. 1. ar. 4. Ioan. Bacchi. 4. Sent. d. 42. q. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 42. q. 5. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 42. q. 9.



TRVM cognatio legalis debeat impedire matrimonium. Et quod sic, videtur 30. q. 3. Ita diligere. Nicolaus Papa dicit, et habetur in littera: Inter eos non contrahitur matrimonium, quos adoptio iungit.

ITEM ratione videtur: quia alius est, et debet esse affectus paternus, et maritalis: si ergo adoptat aliquam, tenetur eam tractare affectione paterna: ergo nullatenus potest, nec debet affectione mariti, vel maritali.

ITEM cognationis vinculum impedit propter proximitatem: sed in cognatione legali fit proximitas: ergo fit matrimonio impedimentum.

CONTRA: Cognatio est de iure positiuo, sed matrimonium est de iure naturae: sed ea, quae sunt iuris positivi, non possunt super ea, quae sunt iuris naturalis alligationis: ergo nec talis adoptio potest impedire matrimonium.

2. ITEM matrimonia reguntur iure poli, non iure fori: sed tales adoptiones sunt de iure fori: ergo per tales adoptiones non habet matrimonium impediri.

CONCLUSIO.

Consanguinitas legalis impedit matrimonium ex statuto Ecclesie, qua legem confirmat.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod cognatio legalis impedit matrimonium: et ratio huius est statutum Ecclesie, qua legem confirmat, et approbat. Si autem quaeritur quare Ecclesia statuit, dici potest, quod ratione honestatis: quoniam isti affectus, scilicet paternus, et maritalis circa eandem personam sunt impossibiles salva honestate: et quoniam talis cognatio ad affectum consanguinitatis perducit, si quis contraheret, iam in hoc honestati derogaret: et qui assuesceret contrahere cum filia adoptiva, aut parum, aut nihil cum naturali timeret contrahere, cum illam assumpserit ad pertractandum ut filiam naturalem: et sic pater quare debeat impedire. Quo modo autem impediatur secundum tres differentias, ita quod secundum alteram ad tempus tantum, supra dictum est. Ratio autem huius est, quia illa adoptio tenet ratione eius, quod sub eadem potestate sunt filia naturalis, et filius adoptivus: nec se habent ut fratres, nisi quamdiu sic sunt: et ideo hoc cessante potest se habere secundum affectionem coniugalem: his visis satis patent obiecta.

1. Quid enim obijcitur, quod ius positivum non repugnat iuri naturali, dicendum quod matrimonium non tantum est de iure naturali, secundum quod nunc currit Ecclesia, sed etiam regi oportet secundum Ecclesiastica statuta.

2. Ad illud quod obijcitur, quod regitur iure poli, iam patet responso, quia Ecclesia tale impedimentum sua constitutione, et approbatione fecit esse validum, alioquin non posset impedire.

3. Ad illud quod obijcitur, quod non impedit aliquod bonum matrimonij, dicendum quod sicut supra dictum fuit de cognatione carnali, quod impedit bonum naturalis honestatis, propter quod conservandum principaliter est institutum matrimonium.

QUESTIO III.

An cognatio legalis transeat ab uno in alterum.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 57. ar. 3. Et 4. Sent. d. 42. q. 2. ar. 3. Richardus 4. Sent. d. 42. ar. 2. q. 3. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 42. q. 6. Petrus de Taran. 4. Sent. d. 42. q. 10.

FVNDAMENTA.

TRVM cognatio legalis transeat in alterum. Et quod sic, videtur 30. q. 3. et habetur in littera: Inter eos, qui natura; et eos, qui adoptione sunt filij, veneranda; leges matrimonia contrahi non permittunt: hoc autem non esset nisi cognatio transiret a patre in filium: ergo, et cetera.

ITEM plus concordat unio carnis cum cognatione legali, quam spirituali: sed unio carnis facit cognationem spiritualem esse communem: ergo multo fortius cognationem legalem.

ITEM cognatio carnalis, et spiritualis transit: ergo pari ratione cognatio legalis. Aut si non, quare quare non: quod si non transiret, hoc non esset nisi quod unica esset species: nunc autem tres assignantur.

CONTRA: Quia cognatio spiritualis est communis, et carnalis, ideo necesse est quod si aliquis efficitur spiritualis pater alicuius, quod efficitur compater patris eiusdem: ergo pari ratione in adoptione, quod tamen non conceditur: ergo non est cognationis transitus.

ITEM quia in cognatione spirituali transitus est a patre in filiam naturalem, ideo impossibile est, quod unquam contrahat filius spiritualis cum filia naturali: ergo pari ratione nunquam potest filius adoptivus contrahere cum naturali filia: cuius contrarium dicitur 30. q. 3. Per adoptionem quaesita, fraternitas.

Iuxta hoc quaeritur, cum vinculum cognationis legalis transeat in filios, et nepotes, et in uxores, quare non transit in parentes, cum se habeant in eadem proximitate.

CONCLUSIO.

Cognatio legalis transeat in alterum per carnis commixtionem ad semper, sed per generationem tantum ad tempus.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod vinculum adoptionis transit in alteram personam dupliciter, scilicet per carnis commixtionem, et per generationem: sed per carnis commixtionem transit ad semper, per generationem vero ad tempus. Et ratio huius est, quia talis adoptio respicit bona temporalia, et educationem paternam: et quoniam vir, et uxor coniunguntur ad semper, et omnia quae habent, pro indiviso habent, ideo contrahitur vinculum perpetuum ad uxorem. Sed filij naturales nec semper cohabitant, nec semper cum parentibus habent bona indivisa, immo cum emancipantur, patrem et matrem relinquunt: et hinc est quod non manet vinculum: et sic pater quo modo transit illud vinculum, et quando simpliciter, et quando ad tempus.

Ad illud vero quod quaeritur, quare cognatio legalis non transit in patrem, dicendum quod cognatio spiritualis transit in patrem, quoniam eundem regenerat, quem pater genuit, ita quod cognatio spiritualis respicit bonum interius: et ideo communicatur in uno: et ideo contrahitur cognatio compaternitatis: sed adoptans adoptatum assumit ad aliquid extra, ideo non sic communicatur. Quod obijcitur secundo, iam patet.

Ad illud quod quaeritur, quare non transit in ascendendo, dicendum quod humor venit a radice ad ramos, non econverso: et quoniam filij rami sunt patris, ideo cognatio legalis a patre communicatur: filijs, non sic oportet, nec debent communicare parentibus: et sic pater totum.

ARTICVLVS III.

CONSEQUENTER quatum ad tertium articulum quaeritur de secundo foedere nuptiali. Et circa hoc quaeruntur tria. Primo quaeritur, utrum secundae nuptiae sint licitae. Secundo, utrum sint sacramentaliter. Tertio, utrum sint honorabiles.

QUESTIO I.

An secunda nuptia sint licitae.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 63. ar. 1. Et 4. Sent. d. 42. q. 3. ar. 1. Richardus 4. Sent. d. 42. ar. 3. q. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 42. q. 7. Petrus de Taran. 4. Sent. d. 42. q. 11.

INCA primum ostenditur quod secundae nuptiae non sint licitae. Chrysostronus: Secundum virum accipere secundum preceptum Apostoli, licitum, secundum veritatem.

tatem fornicatio est: sed de vnoquoque iudicandum est secundum veritatem: ergo secunda nuptia non sunt licite, cum nec fornicatio.

2. ITEM Ambrosius: A secundo die subtrahit Deus benedictionem, nobis intelligentiam detelinquens, non bonum esse matrimonium duplex, quia ab unitate dividit: sed ibi praefigurantur secundarum foederum nuptiarum: ergo, et cetera.

3. ITEM ratione, videtur: quia bigamus non potest promoueri ad sacros ordines: sed poena non infligitur nisi pro culpa: ergo in bigamia est culpa.

4. ITEM peccatum est habere plures uxores simul, nisi dispensetur a Deo: ergo pari ratione videtur esse peccatum plures habere successivae. Si dicas, quod non est simile, quia cum sint simul, fit iniuria primae uxori, non tamen successivae. Contra: est quod prima uxor velit, nihilominus est peccatum: ergo, et cetera.

FVNDAMENTA. Gen. 25. d.

1. Tim. 5. c.

CONTRA: Abraham secundas contraxit nuptias cum Cethura: et in hoc reprehenditur: ergo licitum fuit ei: et sic, et cetera.

ITEM: Volo iuniores nubere, filios procreare, matres familias esse: loquuntur de viduis.

ITEM ratione videtur: quia nuptiae sunt in remedium: sed cum mulier moritur viro viuentem, vel econverso, manet morbus, et non adest remedium: ergo licitum est remedium adhibere: ergo et matrimonium secundo contrahere.

ITEM nuptiae sunt in officium, hoc est in procreationem filiorum ad cultum Dei: sed multi post obitum uxorum sunt idonei filios procreare, similiter multae mulieres post obitum virosum: ergo licet eis contrahere.

CONCLUSIO.

Non solum secunda nuptia sunt licita, sed etiam tertia, quarta, et quinta, dummodo sint bono fine facta.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod non tantum secundae nuptiae, sed etiam tertiae, et quartae, et ampliores sunt licitae, dum tamen fiant bono fine, scilicet propter prolem generandam, vel propter fornicationem vitandam, vel propter necessitatem suam sustinendam, ut cum contrahitur vir cum muliere, ut ipsum foueat, et econverso. Vnde Augustinus dicit: Non contemnimus quotlibet nuptias. Et Hieronymus: Etiam quod dominus non damnauit mulierem septemuiram, id est quae habuit septem viros.

Libro 2. contra Adversus leges et proph. cap. 21. 10. 6.

1. Ad illud ergo quod dicit Chrysostronus, quod secundum veritatem est fornicatio, dicendum quod ipse vocat veritatem coniecturam rationis, quae tamen saepe fallit, licet probabiliter iudicet. Vel dicendum quod fornicatio dicitur quaedam immerfio libidinis, quia illud maxime consuevit mouere ad secundas nuptias contrahendas.

2. Ad illud quod dicit Ambrosius, quod duplex matrimonium non est bonum, dicendum quod illud intelligendum est sic, id est non est honorabile.

3. Ad illud quod obijcitur, quod punitur poena irregularitatis, dicendum quod non posse ascendere ad sacros ordines non est poena, quia etiam nec mutus, vel mutilatus naturaliter potest ascendere, nec tamen hoc est ei in poenam, sed quia non est idoneus.

4. Ad illud quod obijcitur, quod non licet plures habere simul, dicendum quod non est simile, quia viro viuentem mulier non habet potestatem sui corporis, nec econverso vir viuentem muliere. et ideo non potest alteri dare, et si dat, contra sua facit: sed mortua uxore solutus est vir, et ideo licet, et non peccat.

QUESTIO II.

An secunda nuptia sint sacramentaliter.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 63. ar. 2. Et 4. Sent. d. 42. q. 3. ar. 2. Richardus 4. Sent. d. 42. ar. 3. q. 3. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 42. q. 8.

FVNDAMENTA.

TRVM secunda nuptia sint sacramentaliter, siue habeant rationem sacramenti. Et quod sic, videtur: quia sacramentum matrimonij efficit consensus animorum expressus per verba exteriora inter legitimas personas: sed talis est in secundis nuptijs: ergo, et cetera. Quod istae personae sint legitima; probatur: quia nullo iure a matrimonio prohibentur.

FVNDAMENTA.

ITEM coitus excusatur in secundis nuptijs, alioquin non concederet eas Apostolus: sed coitus in matrimonio excusatur ratione medicinae sacramentalis: ergo, et cetera.

ITEM secunda nuptia sunt inseparabiles, sicut et prima: sed inseparabilitas in matrimonio non venit ex parte bonae fidei, nec prolis: ergo ex parte boni, quod est sacramentum.

ITEM qui cognoscit secundam coitu fornicario, non efficitur irregularis: qui autem secundam cognoscit, cum qua contraxit, efficitur irregularis: ergo amplior est hic unio, quam ibi: sed non nisi sacramentalis: ergo, et cetera.

AD OPPOSITVM.

CONTRA: Qui iterat sacramentum, facit ei contumeliam: et ideo nihil facit iterando: sed in secundis nuptijs iteratur matrimonij sacramentum: ergo non est ibi sacramenti susceptio, sed contumelia.

2. ITEM vinculum matrimonij contrahitur ex mutuo consensu: sed consensus est vinculum animorum, et matrimonium est vinculum, quod non soluitur manentibus extremis: ergo cum animae sint incorruptibiles, semper manet vinculum primi matrimonij: sed alligatus vni sacramentaliter, non potest alteri sacramentaliter obligari: ergo, et cetera.

3. ITEM in secundis nuptijs est carnis diuisio ex parte viri, vel mulieris: sed Christus est indivisus, et Ecclesia similiter indivisa, et vnus solius sponsa, et humana natura a diuina est indivisa: ergo non manet significatio: ergo, et cetera.

4. ITEM Sacramentum est dignum benedictione, quia sacrum est et sanctificans: sed secundae nuptiae non benedicuntur: ergo non videtur ibi esse sacramentum.

CONCLUSIO.

Secunda nuptia in se sunt sacramentum, in comparatione vero ad primas habent semiplenam rationem sacramenti.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod dupliciter est loqui de secundis nuptijs, aut in se, aut in relatione ad primas. Si in se, cum sit ibi consensus expressus inter legitimas personas, est utique ibi sacramentum: nec est ibi carnis diuisio, sed vnio carnis viri, et mulieris. Si autem loquamur in comparatione ad praecedentes, sic manet in eis sacramenti ratio incompleta propter carnis diuisionem, quia in primis carnem suam vniuit cu vnio, in secundis cum alio: et talis diuisio tollit de plenitudine signationis.

1. Ad illud ergo quod obijcitur, quod sacramentum iteratur, dicendum quod sacramentum iterari non dicitur nisi primo manente, sed primum est solutum uxore mortua.

2. AD

2. A D illud quod obijcitur, quod est vinculum animarum, quae sunt perpetuae, dicendum quod anima et est anima, et est spiritus: et non est vinculum animarum nisi in quantum coniunctae corporibus: ordinatur enim hoc vinculum ad carnis commixtionem: ideo soluitur, cum anima separatur, et desinit animare.

3. 4. A D illud quod obijcitur, quod secundae nuptiae carnem diuidunt, dicendum quod hoc est per accidens, quia primo vniunt, et per consequens diuidunt: et sic sunt sacramentum ratione vnionis, non ratione diuisionis: tamen quia diuisio concomitatur vnionem, non est de perfectione sacramenti, ideo non debetur ei tanta sollempnitas: et quia benedictio est ad sollempnitatem, ideo tales nuptiae non benedicuntur: et sic patet sequens. Sed attendendum quod nuptiae possunt esse secundae ex parte viri, et primae ex parte mulieris, vel e conuerso, vel ex parte vtriusque. In primo casu saluatur ratio sacramenti: Christus enim vniunt pluribus animabus, et sibi eas desponsat. In secundo casu minus. In tertio minime: et ideo in primo casu cum mulier est virgo, quamuis vir sit bigamus, nuptiae benedicuntur.

QVÆSTIO III.

An secundae nuptiae sint honorabiles.

Richard. 4. Sent. d. 42. ar. 3. q. 2.
Steph. Brulsi. 4. Sent. d. 42. q. 9.
Petrus de Tarent. 4. Sent. d. 42. q. 10.

AD OPPOSITVM.

TRVM secundae nuptiae sint honorabiles. Et quod sic, videtur: quia omne illud, in quo saluatur ratio honesti, saluatur ratio honorabilis: sed in secundis nuptiis saluatur ratio honesti, quia vitatur inhonestas fornicationis: ergo, et cetera.

2. ITEM gloria est patris filios successores in bonis relinquere, et maxime bonos. Sed frequenter in primis nuptiis non acquiruntur filij, sed in secundis: ergo videtur quod non habenti prolem honorabile sit secundo nubere.

3. ITEM omnia sacramenta diuina sunt honoranda: ergo omne, quod tenet in se rationem sacramenti, tenet rationem honorabilis: sed secundae nuptiae sunt huiusmodi, vt prius probatum est: ergo secundae nuptiae sunt honorabiles.

Deut. 25. b

4. ITEM in lege qui volebat suscitare semen fratris, extraherat mulier calceamentum de pede, et expuebat in faciem eius in signum opprobrii sempiterni: ergo si multo magis debet quis sollicitus esse de prole sua, quam de aliena, videtur quod si aliquis non habens filios de prima vxore, ipsa mortua nolit contrahere cum alia, quod sit sibi opprobrium: ergo ab oppositis contrahere cum secunda est honorificum. Si tu dicas, quod secus est nunc in lege noua, in qua quaeritur fecunditas mentis magis quam ventris. Obijcitur in contrarium, quod illud non soluitur, quia si aliquid est bonum, sua iteratione non fit malum, sed melius: quia duplex bonum melius est quam simplex: ergo si aliquid est honorabile, sua iteratione non fit vituperabile: sed primae nuptiae sunt honorabiles: ergo, et cetera.

FVNDAMENTA.

CONTRA: Omne illud est indecens, a quo arcentur honestae personae, ne interfiant: sed secundae nuptiae sunt huiusmodi: ergo, et cetera. Maior manifesta est. Minor probatur per illud Casariensis concilij, quod ponitur in littera: Presbyterum, inquam, prandere in nuptiis bigami non conuenit, cum poenitentia bigamus indigeat: ergo, et cetera.

ITEM omne illud est indecens, per quod efficitur.

A quis ineptus ad gradum dignitatis, ad quem prius erat idoneus: sed per secundas nuptias efficitur quis ineptus ad gradum sacerdotij, ad quem erat prius aptus: ergo secundas nuptias contrahere est vituperabile et indecorum.

ITEM omne illud est in opprobrium, quod reddit hominem notabilem de aliquo vitio: sed secundae nuptiae sunt huiusmodi: ergo, et cetera. Et hoc confirmatur per illud Ambrosij, quod habetur in littera, quod etiam in praesenti carent gloria.

ITEM omne illud est in opprobrium, quod reddit indignum Ecclesiastica benedictione: sed secundae nuptiae, quamuis sint licitae, priuatae sunt benedictione, quae debetur illi sacramento: ergo sunt opprobriosa.

CONCLUSIO.

Secunda nuptia, proprie loquendo, non sunt honorabiles, quia carent gloria: sunt tamen tolerabiles, quia carent culpa.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod matrimonij sacramentum est vtile, et honorabile. Et quamuis vtile, et honorabile sit ratione triplicis boni, fidei, prolis, et sacramenti: tamen vt appropriate loquamur, secundae nuptiae sunt honorabiles, quia totus est immaculatus: et hoc est per bonum fidei. Vitales vero sunt, quia venter est fecundus: et hoc est per bonum prolis. Bonum vero sacramenti ad vtrumque refertur, ad honorabilitatem in quantum signati: sic enim sacramentum hoc magnum est, et honorabile, scilicet ratione signati in Christo, et Ecclesia: ad vtilitatem vero in quantum remedium praestat. Si ergo loquamur de secundis nuptiis ratione vtilitatis, sic saluatur ratio vtilitatis. Vitales enim erant, quia erant in officium, et in remedium: et vtrumque horum vt plurimum in secundis nuptiis reperitur. Si ratione honorabilitatis, dicendum quod honorabiles erant ratione continentiae coniugalis, et signationis sacramentalis: et vtrumque horum ibi est imperfecte, et defectiue. Nam signatio sacramentalis defectiua est secundum veritatem, continentia coniugalis secundum probabilitatem: ideo dico quod carent gloria, et ideo non sunt honorabiles: tamen quia carent culpa, non sunt vituperabiles, sed sunt tolerabiles: vnde nec Dominus, nec sancti eas prohibent tamquam malas, sed tamen eas non persuadent quasi defectiuas.

CONCEDENDUM igitur, quod, proprie loquendo, secundae nuptiae non sunt honorabiles, sicut ostendunt rationes: et hoc est quod dicit Ambrosius, et habetur in littera, quod etiam in praesenti carent gloria.

1. A D illud quod obijcitur, quod vitatur fornicatio, dicendum quod vitatur secundum statum imperfectionis: ideo potius hoc ad vtilitatem, quam ad laudem, vel honorem dinoscitur pertinere.

2. A D illud quod obijcitur de cognatione, dicendum quod hoc non dicit secundum tempus legis scriptae. Vel si nunc dicat honorem, hoc est quantum ad hominem, non quantum ad Deum, quia quaeritur modo successio relationis, non sanguinis: ideo vtilitati potius, quam honori hoc attribuendum est.

3. A D illud quod obijcitur de sacramento, dicendum quod verum est, quod est sacramentum, est tamen cum defectu, ratione cuius habet quamdam ignobilitatem: ac per hoc potius minuitur gloria, quam amplificetur in talis sacramenti contractione.

4. A D illud quod obijcitur de suscitatione seminis, dicendum quod illud fuit proprium legis veteris, propter hoc quod ibi erat benedictio in prole carnali, et promissio temporalis: sed nunc illa lex non habet locum. Et si tu obijcias, quod idem bonum iteratum est melius: ergo honorabilius, dicendum quod, verum est si iteratio competat suae naturae, sicut in his,

in his, quae acquiruntur per assuefactionem: hoc tamen non habet vbiq; locum, quia baptismus iteratus non est melior quam simplex, quia non competit ei iteratio: sic iteratio matrimonij non competit si-

gnificatione, nec competit vsui honestatis, sine castitatis, nisi sit propter infirmitatem carnis, quae magis facit excusabilitatem, quam honorem. His visis factis patent quae sunt circa litteram.

DISTINCT. XLIII. DE RESURRECTIONE, ET IVDICII CONDITIONE.

OSTREMO de conditione resurrectionis, et modo resurgentium, nec non et de die iudicij, et misericordia qualitate breuiter differendum est. Omnibus quationibus, quae de hac re moueri solent, satisfacere non valeo: resurrectionem tamen carnem omnium quicumque nati sunt, atque nascentur, et mortui sunt et morientur, nullatenus ambigere debet Christianus. Ait enim Isaias: Resurgent mortui, et resurgent qui erunt in sepulchris. Et Apostolus: Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contristemini, sicut et ceteri qui spem non habent, scilicet resurrectionis. Si enim credimus quod Iesus mortuus est, et resurrexit: ita et Deus eos, qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini: quia nos qui viuimus, qui residui sumus, non praueuiemus eos, qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus in iussu, et in voce Archangeli, et in tuba Dei descendet de caelo, et mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos, qui viuimus, qui relinquitur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera: et sic semper cum Domino erimus. His verbis et veritas resurrectionis, et causa atque ordo resurgentium praclarissime insinuat.

August. in Enchir.

Isa. 26. d. 1. Thef. 4. d.

De voce tubae.

CAUSA enim resurrectionis mortuorum erit vox tubae, quae in aduentu iudicij ab omnibus audietur: et cuius virtute excitabuntur mortui, et de monumentis resurgent. Vnde Propheta: Dabit voci suae vocem virtutis, id est, effectum resuscitandi mortuos. Et Ioannes Euangelista ait: Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filij Dei, et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitae: qui vero, et cetera. Si vero quaeritur, cuius vel qualis erit vox illa: Apostolus dicit, quod erit Archangeli, id est, ipsius Christi, qui est princeps Angelorum. Vel vox erit alicuius vel plurium Angelorum. Eademq; dicitur tuba: quia erit manifesta, et notissima, quia post eam non erit alia. Hac tuba, vt ait Augustinus, est clamor, de quo dicitur in Euangelio: Media nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit: exite obuiam ei. Tuba nomine aliquod euidentis et praclarum signum intelligitur. Quod vox Archangeli, et tuba Dei ab Apostolo dicitur: in Euangelio vox filij Dei, et clamor appellatur: quod signum mortui audient, et resurgent.

Psal. 67. g. Ioan. 5. e.

1. Thef. 4. d. Aug. 10. 10. de verb. cir. ca. med.

1. Cor. 15. c. De gratia noui et veteris test. Mat. 25. b. 1. Thef. 4. d.

De media nocte.

MEDIA autem nocte dicitur venturus, vt Augustinus ait, non pro hora temporis, sed quia tunc veniet, cum non speratur. Media ergo nocte, scilicet cum valde obscurum erit, id est occultum, veniet. Dies enim Domini, sicut sur in nocte, ita veniet. Potest tamen non incongrue intelligi media noctis tempore venturus: quia vt ait Cassiodorus: Hoc tempore primogenita Aegypti percussa sunt, quando etiam sponsus venturus est. Pluribus etiam locis attestantur auctores, quod aduentus Christi dies dicitur Domini, non pro qualitate temporis, sed rerum: quia tunc cogitationes et consilia singulorum patebunt. Vnde in Daniele: Vetustus dierum sedit, et libri aperti sunt coram eo. Libri sunt conscientiae singulorum, quae tunc aperientur alijs. Et tunc implebitur: Nihil occultum quod non reueletur. Adueniente autem summo iudice, non solum aeris tenebrae illuminabuntur, sed abscondita cordium manifestabuntur. Virtute ergo diuina fiet, vt cuique opera sua bona vel mala cuncta in memoriam reuocentur: et mentis intuitu mira celeritate cernantur: vt accuset, vel excuset hominem conscientia, eaq; teste damnetur, vel saluetur.

Mat. 25. b. Vbi supra de gratia noui test.

1. Thef. 5. a. Super octonarium.

Exo. 12. d. Dan. 7. c.

De libris quibus aperiti erunt.

Mat. 10. c. 1. Cor. 4. a.

Aug. de Ci. Dei lib. 20. cap. 15.

De memoria electorum, si tunc praecedentia mala teneat.

HIC quaeritur, vtrum electis tunc adsit memoria praecedentium malorum, sicut bonorum. Quaedam

Quaedam auctoritates videntur tradere bonos non habituros tunc memoriam precedentium malorum, id est, peccatorum, vel tormentorum. Ait enim Isaias: Ego creo calos novos, et terram novam, et non erunt in memoria priora, et non ascendent super cor, sed gaudebitis in aeternum. Item: Oblivioni tradite sunt angustiae priores, et abscondita ab oculis nostris. Quae de futuro exponens Hieronymus, ait: Oblivioni tradentur priora mala: quia forsitan in futuro pristinae conversationis memoria omnino delēbitur, succedentibus bonis aeternis: ne sit pars malorum prioris angustiae memorari. Sed haec et his similia possunt accipi sic, ut non excludant memoriam precedentium malorum, sed ex ea molestiam et lesionem amoveant. Non enim eorum memoria sanctos contristabit, vel eorum beatitudinem obscurabit, sed gratiores Deo reddet. Unde super psalmum 88. ait Gregorius: Quo modo in aeternum misericordias Domini canit, qui mirabilem seriem non meminuit? Quo modo autem plena beatitudo, si memoria reatus mentem tangit? Sed saepe leti tristitiam meminimus, et sani dolorum meminimus sine dolore: et inde amplius leti et grati sumus. Ex his apparet, quod si priorum malorum memoriam sancti habebunt in futuro, non eis tamen erit ad poenam, vel gloriae derogationem, sed ad gratiarum actionem. Si vero quaeritur, virum peccata, quae fecerunt electi, prodeant tunc in notitiam omnium, sicut mala damnandorum omnibus erunt nota: non legi hoc expressum in Scriptura. Unde non irrationabiliter putari potest, peccata hic per poenitentiam tecta et deleta, illic etiam regi alijs: alia vero cunctis propalari.

De his, qui viui reperientur.

QV AERI solet: *Vtrum illi, quos viuos inueniet Christus, si numquam omnino morituri sunt, an ipso temporis puncto, quo rapientur obuiam Christo, ad immortalitatem mira celeritate sint transiuri. Non enim dicendum est, fieri non posse, ut dum per aera in sublime portentur, in illo spatio et moriantur, et reuiuiscant. Ad hunc autem sensum, quo existimemus illos in paruo spatio et passuros mortem, et accepturos immortalitatem, Apostolus nos argere videtur, ubi dicit: Omnes in Christo uiuificabimur, Et alibi: Quod seminas non uiuificatur, nisi prius moriatur. Cur autem nobis incredibile videatur, illam multitudinem corporum in aere quodam modo seminari, atque ibi protinus immortaliter et incorruptibiliter reuiuiscere, cum credamus in actu oculi futuram resurrectionem, et in membra sine fine victura, tanta velocitate rediturum antiquissimorum cadaverum puluerem? Sed vellem de his potius audire doctiores. Si ergo sanctos, qui reperientur Christo veniente uiuentes, ei, obuiam rapiuntur, crediderimus in eodem raptu de mortalibus corporibus exituros, et ad eadem mox immortalia redituros, nullas in uerbis Apostoli patiemur angustias, generaliter accipientes illud, quod dictum est: Omnes quidem resurgemus, scilicet tam boni quam mali: sed non omnes immutabimur, scilicet in sollempnitatem resurrectionis. De hoc etiam Ambrosius ait: In ipso raptu eorum, qui uiui reperientur, mors erit et resurrectio: ubi anima quasi per soporem egressa de corpore, eidem in momento reddatur. Contra uero scribens ad Marcellam Hieronymus testari uidetur, dicens quosdam in fine saeculi adueniente Christo non esse morituros, sed uiuos repertos in immortalitatem repente mutandos. Horum autem quid uerius sit, non est humani iudicij discernere.*

Quo modo intelligatur Christus iudex uiuorum et mortuorum.

HIS autem adijciendum est, dupliciter intelligi, quod dicitur Christus iudicaturus uiuos et mortuos. Aut enim uiui accipiuntur, qui in aduentu eius uiui reperientur, licet in raptu moriantur, et mortui, qui ante deceperant: vel uiui vel mortui accipiuntur iusti et iniusti.

Quo modo omnes incorrupti resurgent.

CV M Q. ex praedictis sane credi ualeat omnes resurrecturos, credendum est etiam quod omnes resurgent incorrupti: non utique impassibiles, quia reprobi mortem patientur aeternam: sed sine diminutione membrorum omnia humani corporis habituri membra, nec tamen gloria ac spe impassibilitatis induentur.

De resur-

DISTINCT. XLIII.

De resurrectione secundum id quod est.

Postremo de conditione resurrectionis, et modo resurgentium, et cetera.

Expositio textus.

ERMINATA parte principali huius libri, in qua Magister determinauit de sanitate, quam sacramentorum medicamenta conferunt: sequitur pars, in qua agit de sanitate, ad quam sacramenta disponunt. Prima est sanitas gratuita, secunda est gloriosa. Prima est uiae, secunda patriae. Prima est liberatio a culpa, secunda a miseria. Et quoniam ad hanc gloriam habendam concurrat resurrectio, et concurrat iudicium: ideo primo determinat de resurrectione, secundo uero de iudicio, infra: *Soleat etiam quaeri, qualiter dabitur iudicij sententia.* Prima pars habet duas: quoniam enim in resurrectione anima separata reuincitur corpori, ideo primo agit de resurrectione, secundo uero de statu animae separatae, infra: *Præterea sciendum est, quod omnes animae, et cetera.* Prima pars habet duas. In prima determinat de resurrectione, secundum id quod est. In secunda quantum ad modum, siue quantum ad qualitatem, et quidditatem resurgentium, infra: *Soleat autem nonnulli percontari, et cet.* Prima pars habet duas. In prima procedit per modum narrationis. In secunda per modum inquisitionis, ibi: *Hic quaeritur utrum electi tunc adsint, et cet.* Prima pars habet tres. In prima parte ostendit resurrectionem esse futuram. In secunda uero determinat resurrectionis causam, ibi: *Causa enim resurrectionis mortuorum, et cetera.* In tertia determinat resurrectionis horam, ibi: *Media autem nocte dicitur uenturus: Vbi dicitur quod dicit resurrectionem futuram media nocte, non propter temporis qualitatem, sed potius propter horae incertitudinem. Similiter secunda pars, in qua procedit Magister per modum inquisitionis, determinans quatuor dubitabilia, quae habent ortum ex uerbis Apostoli, quae prius tacta sunt, quatuor habet particulas, in quibus illa dubia determinat. In prima quaerit de memoria electorum, an tunc praecedentia mala teneat. In secunda quaerit de uiuorum inuentione, ibi: *Quaeri etiam solet utrum illi, quos uiuos, et cet.* In tertia uero determinat, quo modo intelligitur quod iudicabit uiuos, et mortuos, ibi: *Hic autem adijciendum est. In quarta, quo modo intelligitur illud, quod mortui resurgent incorrupti, ibi: Cum, ex praedictis sane credi ualeat, et cetera.**

Diuisio. Dist. 47.

Dist. 45.

Dist. 44.

Vox tubae, quae in aduentu iudicij ab omnibus audietur. Dub. I.

Videtur male dicere, quia delectatio uocis per medium est in tempore. Iterum: Vox prius peruenit ad loca propinqua: ergo prius resurgent homines, in una parte mundi, quam in alia.

RESPON. Dicendum quod illud potest dupliciter intelligi. Vel quia vox illa faciente uirtute diuina subito deferatur, secundum quod vox illa procedit. Præterea: Subito fiet resurrectio, ut sit quasi quaedam preparatio. Et si tu quaeras, quare necessitas est preparationis, cum diuina uirtus possit subito operari, et absque ulla preparatione, dicendum quod hoc est potius propter congruentiam, quam propter indigentiam. Congruentia autem haec est: quia sicut per Verbum carnem factum sit,

A iudicium ad adorandam humanitatem Christi, in qua fuit iudicatus, ita ad uocem ipsius fit resurrectio ad honorem illius humanitatis, in qua fuit mortuus. Et ideo dicit Augustinus, quod per Verbum fit suscitatio animarum, per Verbum carnem factum fit suscitatio corporum. Vel propter congruentiam a parte nostra, ut sicut ex duplici constat principio, et sicut duplicem habemus cognitionem: ita a miseria modo excitemur, et ad iudicium uocemur, et uirtute diuina, et spiritali, et uoce Angeli.

Vox Archangeli, et tuba Dei, et cetera. Dub. I I.

Quaeritur hic de hac diuersitate istorum uocabulorum, quia nunc iustus, nunc uox Archangeli, nunc tuba uocatur illud, per quod fit resurrectio, in quibus contrarietas, et diuersitas uidetur includi.

RESPON. Dicendum quod uox Christi secundum diuersas proprietates ista tria sortitur nomina: Vox enim Christi erit uirtuosa: et ideo dicitur iustus, quia praecipuum dicitur enim, et fiet. Erat authentica: et ideo dicitur uox Archangeli, id est principis. Et erit nihilominus seuera: et ideo uox tubae dicitur: et sic idem multiplex uocabulum exprimitur ad insinuandam illius uocis proprietatem multiplicem, et dignitatem.

Non enim eorum memoria, et cetera. Dub. I I I.

Innuat, quod malorum memoria non contristabitur. Quaeritur ergo quo modo illud possit intelligi: aut enim mala placebunt, aut displicebunt. Si placebunt, erimus iniusti. Si displicebunt, erimus tristici. **ITEM** quo modo potest illud intelligi, cum talis cognitio inferat tristitiam, et sublato consequenti auferatur antecedens: quia posito antecedente ponitur et consequens.

RESPON. Dicendum quod ibi erit memoria malorum sine tristitia: qualiter autem hoc possit esse, dicunt aliqui, quod diuina uirtute, quae sicut potens est in igne separate lucem a caliditate, sicut dicit Basilius super illud Psalmi: Vox Domini intercedentis flammam ignis, et cetera, sic separabit a mali cognitione, et recordatione maestitia. Aliter dicunt alij, quod hoc est propter dignitatem status: sicut enim Angeli gloriosi et si nos ament, tamen propter mala nostra non tristantur, pro eo quod sunt absorpti a gloria: sic in proposito est intelligendum. Melius tamen est dicere, quod hoc fit propter modum considerandi, quia numquam recogitabunt mala absolute, sed semper in consideratione ad Deum liberantem: quoniam cogitare de malo praeterito sub intentione liberationis in praesenti non generat in nobis affectum maestitiae, sed gaudij. Ideo bene dicitur quod erit ibi malorum memoria, sed non tristitia.

AD illud quod obijciatur de disciplina, dicendum, quod non ueniunt in memoriam mala praeterita sub ratione absoluta: quia cum simus tunc omnino diuini, omnia referemus ad Deum aliquo modo, ut ibi laudetur, et honorificetur Deus: et sic patet illud.

Peccata hic per poenitentiam tecta, et deleta, illic etiam regi alijs. Dub. I V.

Quaeritur, quia cum peccatum Petri, et Magdalena omnibus sit notum ad laudem, quare ergo post diem iudicij erit occultum? et si peccatum Petri non tegatur, quare peccatum Ruperi? si uero peccata credamus detegenda, quis non incipiat erubescere, si facta sua in conspectu totius mundi sunt propalanda?

RESP.

R E S P O N S. Dicendum quod quamuis fas sit utranque partem opinari, rationabilior tamen est quod omnium electorum peccata omnibus iustis tunc patebunt: et hoc propterea, quia magna erit Dei gloria, dum manifestatur eius ad filios misericordia, et dum ostendatur eius misericordia, nulla erit erubescencia. Et si ut queras, quo modo hoc possit esse, dicendum est quod ratio est a parte eius, cuius peccata manifestantur, quia erubescencia est timor in expectatione conuicij. Vnde cum in beatis non cadat timor, non erit erubescencia. Quod non cadat timor, patet: quia perfecta charitas foras mittit timorem. Ratio autem est ex parte videntium, quia nullus ibi vituperat, nullus ibi aspernatur, sed potius Deum collaudat, dum attendit virtutem Dei in ipso. Et est exemplum in Magdalenâ, cuius peccata publice recitamus, nec tamen facimus ei contumeliam, quia non recitamus ad eius ignominiam, sed ad laudem diuinam; et suam: vnde nec ipsa de hoc habet erubescencia: nec cogitamus de ipsa tamquam de meretrice, sed tamquam de nobilissima domina; quæ de multis malis est erepta. Exemplum est de bono confessore, et poenitente: bonus enim confessor feruentius poenitentem diligit, quia verius, et clarius, et fidelius suas ignominias, et peccata appetit, maxime dum attendit ipsum conteri, et vincula eius resolu per virtutem, et misericordiam Dei: et hoc ibi multo magis erit, vbi omnes cogitationes erunt ordinatissime. Amplius, cum homo omnia secreta sine vetecundia communicet amico, et vbi omnes erimus amicissimi, vbi vnus diligit alium sicut se, quo modo erubescet vnus de alio aliter, quam de se? nullo modo videtur.

Quosdam in fine sæculi adueniente Christo, et cetera.

Videtur male dicere, quia Christus non fuit immunis a morte, et tamen non fuit subiectus peccato: ergo nec aliquis alius. **I T E M** gratiam, quam non fecit matri, scilicet de immunitate mortis, quo modo est credendum quod alij faciat?

R E S P O N S. Dicendum quod credendum est, sicut dicit Ambrosius, quod omnes moriantur, sed qualiter, illud habet dubitationem, et experientia tunc magis docebit. Quod ergo obijcitur de Hieronymo, dicendum quod Hieronymus hoc non dicit asserendo, sed nec recitando opinionem suam, sed opinionem cuiusdam Græci.

A R T I C V L V S I.

A D intelligentiam eorum, quæ hic determinat. Magister, duo principaliter queruntur circa præsentem distinctionem. Primo queritur de resurrectione: Secundo de librorum apertione. Quantum ad primum queruntur sex. Primo autem queritur, an resurrectio sit futura. Secundo dato quod sit, queritur, vtrum resurrectio sit omnium. Tertio dato quod sit omnium si queritur, vtrum sit omnium simul, an successiue. Quarto queritur, vtrum resurrectio sit eorumdem secundum numerum. Quinto, vtrum resurrectio sit naturalis, vel miraculosa. Sexto queritur de causa nostræ resurrectionis.

Q V Æ S T I O I.

An resurrectio sit futura.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 69. ar. 1. Et 4. Sent. d. 43. q. 1. art. 1. Guil. Alsfidor. 4. Sent. tract. 10. ca. 1. q. 1. Scot. 4. Sent. d. 43. q. 1. Richar. 4. Sent. dist. 43. q. 1. Tho. Argent. 4. Sent. d. 43. q. 1. ar. 1. Franc. de Mayr. 4. Sent. d. 43. q. 1. Marfilus Inguen. 4. Sent. q. 13. ar. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 43. q. 1. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 43. q. 1.

I R C A quam sic proceditur, et ostenditur quod resurrectio sit futura. Primo auctoritate: In nouissimo die de terra surrecturus sum.

I T E M Martha fidelis dixit: Scio quod resurget in resurrectione in nouissimo die.

I T E M ratione videtur: quia primum respondet merito: ergo si anima meretur in corpore, debet etiam remunerari in ipso corpore: sed Deus est iustus remunerator: ergo oportet quod anima resumatur corpus: et sic, *et cetera.*

I T E M anima habet naturalem appetitum ad corpus: quod patet, quia non vult separari a corpore etiam existente misero: sed beatitudo est quies omnium desideriorum: ergo ad hoc quod perfecte beatificetur anima, necesse est sibi corpus reddi: et si hoc: patet, *et cetera.*

I T E M perfectior est forma compositi, quam aliqua pars, quia partes ordinantur ad formam compositi: ergo completior, et perfectior est forma humanitatis, quam ipsa forma, quæ est anima: ergo cum perfectio gratiæ, et gloriæ præsupponat perfectionem naturæ, necesse est totum hominem, non tantum animam, glorificari.

I T E M ad perfectionem vniuersi requiritur substantia spiritalis, et corporalis, et composita ex utraque: ergo cum vniuersum sit incorruptibile, et aliquando non stet generatio, vt infra videbitur, necesse est compositum aliquod ex anima, et corpore remanere: hoc autem non est nisi homo: ergo post consumptionem istius discretionis, vel segregationis necesse est hominem resurgere.

C O N T R A: Homo cum dormierit, non resurget, donec atteratur cælum: sed cælum nunquam atteretur, cum sit incorruptibile: ergo homo non resurget.

I T E M: Caro, et sanguis regnum Dei non possidebunt.

I T E M ratione videtur, quia nullum instrumentum remuneratur propter actionem factam per ipsum: sed corpus se habet ad animam vt instrumentum: ergo, *et cetera.* Si dicas quod in instrumento coniuncto non est verum. Contra: Angelus assumit sibi corpus, per quod ministrat, et tamen illud non resurget: ergo, *et cetera.*

I T E M nihil quod impedit viam perueniendi ad beatitudinem, debet resumere cum peruenit fuerit ad beatitudinem: sed corpus impedit, quia concupiscit aduersus spiritum: ergo ab ipso non debet resumere.

I T E M anima vivit Deo sicut corpus animæ: sed merito peccati contingit per diuinam sententiam animam separari a corpore in morte naturæ, et animam a Deo in morte damnationis futuræ: sed anima damnata per sententiam nunquam viuificatur: ergo nec corpus mortuum per diuinam sententiam debet resumere vitam.

6. I T E M

I T E M facilius coniunguntur quæ separantur voluntate, quam quæ necessitate: sed spiritus malus separatur a Deo per voluntatem, et non potest ei vniri: ergo anima non potest vniri corpori, qui separatur ab eo necessitate.

C O N C L V S I O.

Resurrectio corporum erit omnium: quod fide resurrectionis Christi alijsq. rationibus persuaderetur.

Aug. Ench. 6. 84.

R E S P. A D A R G. Dicendum quod recta fides dicit resurrectionem corporum nostrorum esse futuram. Et ad hoc credendum adiuvatur per fidem resurrectionis Christi iam factæ. Si ergo Christus est caput, et membra debent conformari capiti: cum Christus resurrexit, consequens est, vt et nos resurgamus. Vt autem credat fidelis resurrectionem Christi, persuasum est sibi per multa testimonia Apostolorum, qui etiam per multa sunt argumenta certificati. Persuadet etiam ipsa pietas fidei, quæ nullo modo corpus Christi incineratum potest excogitare. Super hoc fidei fundamentum superædificatur persuasio rationis, quia quod resurrectio sit futura, exigit remuneratio diuinæ iustitiæ, quæ homini retribuit, sicut et meruit. Secundo confirmatio gloriæ, quæ omnem animæ appetitum complebit, vel quietabit. Tertio perfectio naturæ, quæ consistit in toto composito, non in altera eius parte: et hæc sunt rationes supra fidem fundatæ.

1. **A D** illud ergo quod primo obijcitur in contrarium, dicendum quod illa attritio intelligitur quantum ad figuram, non quantum ad substantiam: figuram autem accipit, secundum quod accipit Apostolus pro exteriori rei facie.

2. **A D** illud quod obijcitur, quod caro et sanguis, *et cetera.* dicendum quod illud non intelligitur de carne quantum ad substantiam, sed quantum ad corruptionem, et malitiam, sicut accipitur ad Galatas.

3. **A D** illud quod obijcitur, quod instrumentum non debet remunerari, dicendum quod est instrumentum quod est separatum, et est instrumentum, siue organum vniuersum non tantum ad aliquam operationem faciendam, sed ad vnâ formam constituendam: et hoc perficitur, et conuenit cum motore in vnitate formæ totius, et operationis per consequens: et sine tali nunquam habet motor perfecte completi propter colligantiam ad illud: ideo non est simile de instrumento separato, vel de corpore ab angelo assumpto.

4. **A D** illud quod obijcitur, quod impedit, dicendum quod non impedit secundum substantiam, quia natum est obedire, sed ratione corruptionis: et illa non resumetur, sed corpus incorruptum.

5. **A D** illud quod obijcitur, quod anima vivit Deo, sicut corpus animæ, *et cetera.* dicendum quod non est simile, quia sententia damnationis est sententia æterna: sed sententia mortis non est æterna. Ratio autem huius est meritum, quia culpa Adæ deleta est morte Christi, sed culpa animæ post mortem est indelebilis, pro eo quod in culpa illa perpetuo vixit. Amplius: Sententia mortis lata contra hominem non fuit sententia diffinitiva, sed potius propter inobedientiam fuit sententia interlocutoria: sed vltima sententia est diffinitiva sententia, a qua non potest appellari, nec potest retractari.

6. **A D** illud quod obijcitur, quod facilius coniunguntur quæ separantur voluntate, quam illa quæ necessitate, *et cetera.* dicendum quod quædam separantur, ita quod post separationem vnus non habet inclinationem ad alterum: et alia non sunt apta ad reiuungendum: et quia sic est angelicus spiritus a Deo separatus, vt ipsum odiat, non inclinatione appetat, ideo non potest, nec debet ei coniungi. Quædam separantur, ita tamen quod vnus habet appetitum et inclinationem ad alterum: et talia sunt ad iteratam coniunctionem.

S. Bon. To. 5.

Q V Æ S T I O II.

An resurrectio erit vniuersalis.

S. Tho. 4. Sent. dist. 43. q. 1. art. 2. Scot. 4. Sent. dist. 43. q. 1. Franciscus de Mayr. 4. Sent. dist. 43. q. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 43. q. 2. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 43. q. 2.

V T R V M resurrectio sit omnium, et quod sic, videtur: Veniet hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei: sed non possunt omnes audire nisi omnes resurgant: ergo, *et cetera.*

I T E M: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. **I T E M** ratione videtur: quia sententia mortis data est propter culpam originale: sed omnes habent culpam hanc: ergo omnes, *et cetera.* sed resurrectio ista vt probatum est prius, debet esse vt anima corpori iungatur: ergo omnes debent resurgere.

I T E M omnes homines sunt mortales, sed mortale, et corruptibile de necessitate corrumpitur: ergo necesse est omnes homines corrumpi: Rursus: Pœna, et præmium sunt æterna: et hæc debentur homini: ergo necesse est hominem priuari hac vita, et iterum dari sibi aliam vitam: ergo resurgere.

I T E M hoc ipsum ostenditur per hypotheseim, quia bene sequitur, quod si anima Socratis est immortalis, quod omnis anima: ergo pari ratione sequitur, si vntum corpus resurget, et omne: sed vnus corpus resurrexit, scilicet Christi: ergo et omne resurget.

C O N T R A: Multi de his, qui dormiunt in puluere terræ, euigilabunt: ergo cum hoc nomen, multi, sit partituum, si multi euigilant, non ergo omnium est resurrectio.

2. I T E M: Nemo venit ad me nisi Pater, qui mihi me, traxerit eum: et ego resuscitabo eum in nouissimo die: cum ergo hoc promittat ad se venientibus, scilicet resurrectionem, et non omnes veniant, non ergo omnes resurgent.

3. I T E M idem videtur ratione, quia pro peccato quod operata est anima in corpore sufficienter puniuntur in purgatorio sine corpore: ergo et in inferno sufficienter puniuntur pro vtroque pari ratione: sic, *et cetera.*

4. I T E M Christi resurrectio est causa nostræ resurrectionis in anima, et in corpore: sed non omnes resurgent in anima: ergo nec omnes resurgent in corpore.

5. I T E M resurrectio ad hoc est vt anima remuneretur in corpore, sicut in illo meruit: sed anima paruuli nihil est in corpore operata: ergo ad remunerationem eius non oportet corpus resurgere.

C O N C L V S I O.

Resurrectio erit omnium, cum vnusquisque anima sit immortalis, et apta ad viuificandum corpus perpetuo.

R E S P. A D A R G. Dicendum quod omnium est mors, et omnium erit resurrectio. Corpus enim vniuersum animæ immortalis per naturam, et mortuæ per culpam

Y Y

culpam in ipsa vnione: et ideo necessitatem contrahit ad moriendum, et possibilitatem ad semper viuendum, quæ secundum ordinem diuine prouidentie ad actum semper debet prodire, exigente hoc nihilominus merito, vel demerito, et etiam diuino iudicio.

Aug. 20. do
ciu. Dei. c. 6
et 23. 10. 5.

1. Ad illud quod obijcitur, quod multi euigilabunt, respondet Augustinus, quod multi, id est omnes. Et talis modus loquendi frequenter inuenitur in Scriptura. Vel facienda est vis in verbo: quia euigilare plus dicit, quam resurgere, quia uigilia est usus sensuum, et dicit discretione, quæ non uigebit in paruulis damnis, quia non erit in eis tristitia.

2. Ad illud quod obijcitur, quod nemo uenit, etc. dicendum quod uita accipitur dupliciter, scilicet large et proprie. Large uiuificatio corporis. Proprie uiuificatio corporis cum salute. Sic et resurrectio: et secundo modo promittit Deus resurrectionem bonis ad se uenientibus: sed quantum ad primum modum omnibus prædicitur.

3. Ad illud quod obijcitur de pœna purgatorij, dicendum quod non est simile, quia purgatorium dicitur transitum non terminum, nec dicitur statum, sed status supplementum: ut quia præclusa est homini per mortem uia merendi, et peccatum inultum transire nec poterat nec debebat, constituit Dominus locum pœnæ, per quem anima transiret ad patriam, ut anima soluat separata, quod tamen fecit coniuncta: et quia hoc magis dicit supplementum, quam terminum: ideo oportet resumere corpus: et sic patet illud.

4. Ad illud quod obijcitur, quod resurrectio Christi est causa nostre resurrectionis in anima, etc. dicendum quod non est simile, quia resurrectio anime est tantum ad bonum: sed resurrectio corporis est ad bonum, et ad malum, et resurrectio anime fit nostra uoluntate, sed corporis exigente diuine iustitie æquitate, ideo ista est omnium, licet non illa.

5. Ad illud quod obijcitur de paruulis, dicendum quod est anima non exierit in actum, tamen originale traxit in corpore, et per corpus: et ideo illi uniri debet: ut sicut ex coniunctione ad corpus peccauit, ita simul cum illo mulctetur pœna damni. Amplius: Remuneratio non est tota ratio, quare fiat resurrectio: sed diuina ordinationis decretum, quæ coniungendo animam immortalis corpori, per hoc decreuit illud corpus perpetuo uiuificari. Si ergo diuinum decretum non potest infringi, necesse est illud corpus anime reijungi. Ut sicut corpus separatum est ab anima propter diuinam sententiam, quæ respiciebat culpam, ita reijungatur anime propter diuinam dispositionem, quæ sic decreuerat constituere humanam substantiam, Ratione cuius decreti corpus humanum dicitur ordinari, et possibilitatem habere ad incorruptionem, quamuis in sui natura nihil habeat plus de incorruptibilitate, quam alia corpora mixta, ut patet. Secundum statum præsentem loquor.

Q V A S T I O III.

An resurrectio omnium erit simul, uel successiue.

- S. Tho. 4. Sent. dist. 43. q. 2. art. 3.
- Scot. 4. Sent. dist. 43. q. 5.
- Richardus 4. Sent. dist. 43. art. 5. q. 2.
- Tho. Argent. 4. Sent. d. 43. q. 1. art. 4.
- Durandus 4. Sent. dist. 43. q. 3.
- Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 43. q. 3.
- Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 43. q. 3.

FVNDAMENTA.
1. Cor. 15. c.

TRVM resurrectio sit omnium simul, an successiue, Et quod simul, uidetur: In momento, in ictu oculi, etc. ITEM ratione uidetur: quia mors, et

incineratio debentur merito primi peccati, quo peccauimus in Adam: et omnes simul peccauimus, quia simul fuimus in Adam: ergo et in Christo simul debemus resurgere.

ITEM decens est ut habitatio congruat habitatori: ergo sicut mundus peioratus est homine factio mortali, ita debet meliorari homine factio immortalis: sed non debet meliorari, quamdiu homo est mortalis: ergo quamdiu homines uiuunt, non debet esse resurrectio: ergo erit omnium simul.

ITEM post resurrectionem consummatur gloria: sed angeli non habent omnino gloriam confirmatam, vel consummatam ante nostram glorificationem, nec similiter demonum pœnam: ergo si maior est colligatio hominum adinuicem, quam ad angelos, non debet vnus sine altero resurgere: et sic, etc.

AD OPPOSITVM

1. CONTRA: Resurrectio corporum sequitur resurrectionem animarum: sed resurrectio animarum est successiua, et non simul: ergo et resurrectio corporum.

2. ITEM Christus non expectauit nostram resurrectionem qui est caput nostrum, et qui magis fouet singula membra: ergo nec membrum expectat resurrectionem membri: et sic, etc.

3. ITEM præmium respondet merito: ergo qui citius meruerunt, citius debent remunerari: ergo meliores citius debent resurgere.

4. ITEM maior est conformitas ex parte animarum, quam corporum propter uinculum charitatis: sed gloriatio vnus anime non expectat glorificationem alterius: ergo, etc.

C O N C L U S I O .

Resurrectio corporum erit simul non successiua, quod pluribus rationibus potest confirmari.

RESP. AD ARG. Dicendum quod resurrectio corporum non erit successiua, sed simul: et huius possunt esse rationes congruentes sex. Prima est seueritas diuini iudicii, quod infixit pœnam incinerationis corpori usque ad aduentum secundum filij Dei, sicut pœna carentia uisionis usque ad aduentum primum. Et ratio huius est, quia omnes simul fuimus in vno principio peccante. Secunda ratio est meritum fidei, quæ multum meretur in credendo nos remunerari, qui uidemur similes bestijs in moriendo, quod si illud per experimentum homo uideret, non haberet meritum, quia humana ratio sibi præberet experimentum. Tertia ratio est vnitas corporis mystici, quia enim omnes vnum corpus sumus in Christo, ideo necesse est quod quantum ad aliquam gloriam resurgamus simul, sed non quantum ad gloriam anime, quia ibi esset maximū damnum, et quasi improporabile: ergo quantum ad gloriam corporis. Quarta ratio est subsidium infirmitatis nostre, quia sancti dum sua desiderant corpora, uehementius etiam desiderant salutem nostram: unde Apostolus dicit: Deo pro nobis aliquid melius prouidente, ne sine nobis consummarentur. Quinta ratio est manifestatio diuine iustitie, quia enim omnibus debet esse notum quanta iustitia damnet malos, et saluet bonos, ideo vltimam distributionem, vel retributionem distulit usque ad nouissimum, ut omnes comparerent. Sexta, et vltima, ratio est consummatio glorie, quia enim angeli adhuc sunt uiatores quantum ad administrationem quamdiu homines uiuunt, et gaudium semper crescit secundum multitudinem electorum, non debuit perfecte gloria consummari in aliquo singulariter, donec consummaretur in omnibus simul.

Prima ratio

2. Ratio.

3. Ratio.

4. Ratio.

Hebr. 11. g

5. Ratio.

6. Ratio.

6. Ex his parent obiecta. Nam resurrectio corporum non attenditur secundum resurrectionem anime: anime enim resurrectio prima respicit resurrectionem per gratiam: et hæc est in uia: et ideo successiue. Item: anime gloriatio substantiam importat

importat præmij, quæ si deferretur, magnum damnum esset expectanti: non sic de corpore quia non multum grauat expectare corpus, dum anime timent Deum.

2. Ad illud quod obijcitur de resurrectione Christi, patet responsio, quia nec concurrat ibi seueritas iudicii, cum non esset super eum inducta maleficio: nec faceret ad meritum fidei, immo e contrario est in fidei adiutorium.

3. Ad aliud quod obijcitur, quod præmium respondet merito, dicendum quod uerum est pro loco, et tempore. Et præmium essenziale competit ut statim reddatur: sed stola secunda debet expectari quousque cum sollempnitate, et magnificentia, et gloria dantis conferatur.

4. Ad illud quod obijcitur, quod est vnio, et conuenientia animarum, dicendum quod falsum est, immo minor, pro eo quod omnia corpora in vno corpore fuerunt, sed non omnes anime in vna anima.

Q V A S T I O I V .

An corpora omnium resurgent eadem secundum numerum.

- S. Tho. 4. Sent. dist. 43. q. 1. art. 4.
- Guil. Alrifod. 4. Sent. tract. 10. cap. 1. q. 3.
- Richardus 4. Sent. dist. 43. art. 5. q. 3.
- Th. Arg. 4. Sent. d. 43. q. 1. art. 3.
- Steph. Brul. 4. Sent. dist. 43. q. 4.
- Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 43. q. 1. 1.

FVNDAMENTA.
1ob 19. c

Arif. 6. To
pic.

AD OPPOSITVM.

- 2. de Gen.
cont. vlt. et
- 3. Phys. con
tra. 5. c.

TRVM resurrectio sit eorumdem secundum numerum. Et quod sic, uidetur: In carne mea uidebo Deū Saluatorem meū, quem uisurus sum ego, ipse, et non alius: constat, quod non dicit alius secundum speciem, sed secundum numerum: ergo, etc.

ITEM Philosophus: Si ex mortali fiat immortalis, non dicimus eum aliam uitam, nec aliud uiuens: ergo idem: ergo, etc.

ITEM ratione uidetur: quia identitas rei uenit ab identitate principiorum substantialium: sed idem est principium materiale, et idem formale: ergo idem habet quod prius.

ITEM propria forma non est nata fieri nisi in propria materia: ergo cum anima sit propria forma corporis quod perficit, non est nata uniri nisi illi: ergo si unitur in resurrectione, unitur eidem: et si hoc, cum ipsa sit eadem, totum erit idem.

AD OPPOSITVM.

CONTRA: Omnis forma corrupta, et iterum generata non est eadem numero, sed specie, sicut dicit Philosophus in secundo de generatione: cum ergo humanitas corrumpatur in isto in morte, et iterum generetur in resurrectione: ergo alia numero. Si tu dicas, quod istud tenet in corruptione, quæ est in contrarium, non in morte. Contra: Maior est corruptio in priuationem quam in contrarium, quia ad hoc quod fiat reparatio, necesse est fieri resolutionem usque ad ultimam, et omnia rursus de nouo generari: ergo, etc.

ITEM quamuis artifex de eadem materia iterum faciat statuum, tamen alia est statua post, quam ante: ergo pari ratione uidetur, quod quamuis homo fiat ex eisdem pulueribus, tamen est alius. Si dicas, quod Deus potest facere plus, quam natura, vel artifex, uerū est quod plus potest, tamen non facit nisi quod congruit, et congruum est: nec est intelligibile, quo modo aliquid corrumpatur, et cedat in non ens, et iterum fiat, quod sit idem: aut si est congruum, quare non dat istam potentiam naturæ?

ITEM differentie essentielles rem diuersificant, non tantum numero, sed etiam essentia: sed mortale, S. Bon. To. 5.

et immortale sunt essentielles differentie: ergo cum resurgens sit immortalis, et ante mortalis: patet, etc. 4. ITEM prima generatio, et reformatio sunt operationes diuersæ: ergo si diuersarum operationum diuersi sunt termini secundum substantiam, aliud est corpus quod primo generatur, aliud corpus quod postmodum reformatur.

C O N C L U S I O .

Resurgent omnia corpora eadem secundum numerum: alioquin non esset resurrectio.

RESP. AD ARG. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, quod circa hoc diuersi diuersa sentiunt. Quidam enim dixerunt, quod triplex est diuersitas secundum numerum. Vna quæ uenit ex diuersitate partis, et materie, et forme specificæ, sicut differt in numero hæc aqua, et hic ignis. Quædam quæ uenit ex diuersitate partis materie, sicut iste ignis ab illo differt. Tertia quæ uenit ex discontinuatione in partium duratione, et hæc diuersitas secundum numerum ortum habet, ut dicunt, ex tempore. Tempus enim durationem, sicut et actionem habet. Prima diuersitas secundum numerum est magna, secunda minor, tertia minima. Prima et secunda diuersitate carebit corpus resurgens, sed tertia non carebit, nec potest carere, quia propositio de præterito non potest esse uera. Unde sicut uirgo corrupta non potest fieri uirgo, quia non potest non fuisse corrupta, nec a Deo, nec a natura, nec hoc est intelligibile: sic corpus corruptum non potest omnimoda identitate reparari idem, quia non potest non fuisse corruptum: tamen hic est ita modica diuersitas, ut non mereatur aliquid propter hoc dici diuersum: quoniam idem est secundum alium duplicem modum identitatis, scilicet propter identitatem materie, et forme, quia identitas materie, et principalis forme erit in resurgentibus. Hinc est quod resurrectio est in eisdem. Quod ergo dicit Philosophus, quod forma corrupta, et iterum generata, est alia numero, intelligit de ista diuersitate. Sed istud non uidetur multum rationale. Primum quidem, quia stultum uidetur dicere, quod Deus non possit omnino idem corpus reformare identitate secundum numerum. Amplius: Identitas secundum numerum in substantia non uenit ex accidentibus, licet per illam innotescat, nec etiam diuersitas. Et iterum, quod discontinuatio in esse non inducat diuersitatem in numero uidetur esse inartificialis, ut si arca dissoluatur, et iterum ex eisdem tabulis, et secundum eundem ordinem reparatur, non dicitur alia arca numero, sed eadem: et tamen desijt esse arca. Et propter hoc dicitur alij aliter, quod duplex est corruptio. Quædam per dissolutionem, siue separationem principiorum componentium, siue partium, quædam per corruptionem forme. In prima possibile est idem numero reparari ei, qui scit ad eundem modum, et ad eadem loca reducere. In secunda, quia quod corruptum est non potest esse idem, quoniam noua est essentia forme, sic de nouo generatur, dicitur quod necessario oportet esse aliud: et de hac intelligit Philosophus. Reparatio, et dissolutio corporis humani est quantum ad primum modum: ideo reparatur idem sicut artificialium, quia salua anima et corpore fit separatio vnus ab alio: et post saluis partibus materie fit incineratio: et Deus sicut bonus artifex cineres colligit, et uniat, et reformat idem corpus: et quoniam illud corpus habet eandem perfectionem, ideo totum consummatur est idem. Sed istud non soluit sufficienter. Certum est enim quod forma carnis humanæ corrumpitur, dum generatur inde uermis, et serpens: et sicut potest corrumpi in carnem serpentis, vel alterius animalis: sic resolui potest sicut et illud animal in quattuor elementa, et vnumquodque elementorum corrumpitur in aliud, et ita corrumpuntur formæ mixti, et elementa.

Opinio 1.

Applicatio.

Opin. 2.

Opi. 3. que est Doct. Explicatio.

ergo necesse est alia elementa esse numero, et aliam carnem: et ita non potest stare ista responsio. Et propterea notandum, quod est resurrectio eiusdem numero, quia aliter non esset resurrectio. Si queras a me, quo modo hoc esse possit, dico quod hoc potest esse per virtutem diuinam, quamuis non possit esse per naturam: et istud intelligere possumus sic: Supponamus nunc, quod natura aliquid agat, et illud non agit ex nihilo; et cum agat in materiam, oportet quod producat formam: et cum materia non sit pars formae, nec forma fiat pars materiae: necesse est aliquo modo formas naturales esse in materia, antequam producantur: et substantia materiae pragnans est omnibus: ergo rationes seminales omnium formarum sunt in ipsa. Sed ad illud stat resolutio, a quo incipit generatio: ergo nulla forma omnino corrumpitur, sed manet in materia post corruptionem: sicut manebat antequam produceretur, et sic dicit Augustinus. Vnde formas in materia ante productionem dicit esse quantum ad rationes seminales. Dicit etiam resoluti ad materiam, sicut ad occultissimos sinus naturae, idem vitroque nomine secundum alteram, et alteram rationem intelligi volens. Quid autem haec sint, alibi melius patet, scilicet in secundo. Nunc autem haec dixisse sufficiat, quod omnes formae cum corrumpuntur, non omnino corrumpuntur, sed manent aliquo modo: et huic concordat ratio, et auctoritas Philosophi, et auctoritas Beati Augustini, et quod maius est, auctoritas sacrae Scripturae, quae est auctoritas Spiritus sancti. Hoc praesupposito dicendum, quod quamuis forma sit ibi aliquo modo post corruptionem, tamen natura non potest producere ad idem esse, quod habuit prius. Et ratio huius est: quia agens naturale influendo agit, et impertiendo aliquid sui, quo mediante perficit illud, quod erat in materia: et illud quod influit a parte agentis, sit aliquid de completo esse ipsius producti: et ideo necesse est, quod natura det aliquid noui quantum ad modum essendi substantialem, qui est esse in actu. Quamuis enim natura non det nouum essentiam, dat tamen nouum modum essendi, non tantum accidentalem, immo etiam substantialem, sicut esse in actu, secundum quem potest res substantialiter numerari, et diuersificari: et propterea natura cum reparat, non idem sed nouum producit: sed Deus qui potest ipsas rationes seminales sine immisione alicuius noui ad perfectum esse deducere, potest facere quod sit idem: et sic facit in proposito, quia ex illis solis, et per eundem ordinem in reformatione rem constituit ex quibus erat ante. Vnde si omnia elementa conuertantur in ignem, Deus ex illo igne reformat eadem elementa, quae ibi erant in rationibus seminalibus, et ex illis formam carnis per eundem ordinem: et sic patet, quod Deus potest reformare idem corpus secundum numerum; et sic potest dici ad praesens.

Aliquid et lib. 3. de Trin. ca. 8. 10. 3.

Applicatio

1. 2. A d illud quod obijcitur primo, et secundo ia patet responsio, quia quamuis istud sit impossibile agenti inferiori, est tamen possibile agenti superiori, scilicet ipsi Deo: et quare istam potentiam non communicat Deus creaturae, patet: quia nulla creatura agit ex se ipsa, sed per aliquid sui immittendo virtutem, sicut et color ad hoc quod immutet visum, facit speciem sui in medio: vnde agit per aliquid extrinsecum in extrinsecum: non sic Deus. Hoc autem dico de operatione naturali. 3. A d illud quod obijcitur de mortali, et immortali, dicendum quod quidquid sit de mortali, vtrum sit differentia, aut non, quia non est praesentis considerationis, cum rationes ad vtramque partem sint, quia videtur dicere defectum, et imperfectionem, et non habet differentiam in eodem genere condituentem, et alia plura; tamen hoc abique calumnia verum est, quod mortale tripliciter accipitur. Vno modo dicit naturalem aptitudinem ad moriendum. Alio modo possibilitatem ad moriendum. Tertio modo necessitatem. Et primo quidem modo mortale inest homini et

ratione, qua est aliquid compositum ex partibus etherogeneis. Vnde Hilarius: Non ex compositis est Deus, quia vita est: si ergo homo est ex compositis etherogeneis, et diuersis naturis, et dispositionibus, impossibile est quod vitam habeat nisi cum aptitudine ad moriendum: et sicut talis compositio est homini naturalis, ita et mortale: et hoc modo accipiendum mortale contra immortale, numquam concurrunt in idem, sic nec spirituale, aut simplex, et compositum: et si aliquo modo est differentia; isto modo est non diuidens animal, sed substantiam viuentem, cuius vna differentia est immortale, et per oppositum mortale. Secundo modo mortale inest homini eo modo, quo est quid compositum ex partibus etherogeneis habentibus defectibilitatem: sicut in primo homine qui habebat statum animale, et hoc modo dicit statum medium inter miseriam, et gloriam. Tertio modo mortale inest alicui viuenti ea ratione, qua viuens est compositum ex contrariis habentibus defectibilitatem, et pugnam ad inuicem: et sic inest homini lapsus: et hoc modo dicit statum miseriam, et immortale his oppositum dicitur statum: et quoniam status mutari potest, vnitatem secundum numerum remanente, hinc est quod ex mortali secundum hunc duplicem modum sit immortale sine diuersitate substantiae: et hoc modo fit in homine glorificato, qui est mortalis primo modo, scilicet secundum naturalem aptitudinem: sed immortalis prout dicit priuationem potentiae, et necessitatis. 4. A d illud quod vltimo obijcitur, quod diuersae sunt operationes, dicendum quod diuersae operationes diuersos effectus inducunt, quando diuiduntur ex aequo: sed quando sic est, quod vna ad alteram ordinatur, et est reparatiua effectus alterius: si secunda egrediatur ab agente omnino potestate, potest omnino idem reparari: et sic est in proposito. Sed obijcitur, quo modo potest hoc intelligi, cum istae operationes sint discontinuae, et esse rei sit continuu, et vnius continui duo sint vltima tantum: si ergo esse discontinuatur: ergo est aliud, et aliud: cum ergo vnum numero consequatur esse actuale, necessario videtur sequi, quod sit aliud, et aliud. Et iterum quo modo potest bis incipere aliquid, et esse idem: impossibile enim est esse, et intelligere, quod aliquis currat bis eodem cursu. Et potest ad hoc responderi, quod de esse rei est loqui dupliciter. Aut quantum ad defluxum, et durationem, aut secundum se. Si quantum ad durationem et defluxum, sic necessario oportet, quod duratio sit alia et alia, sicut mensura durationis. Si quantum ad ipsum esse secundum se, sic numeratur, et plurificatur a principiis permanentibus. Et quoniam principia permanentia sunt eadem, quamuis defluxus durationis, et inceptio sit alia, et alia, hinc est quod res est vna, et esse rei est vnu. Nec est simile de actionibus successiuis, quia illae necessario numerantur: et praeteritum, et futurum respiciunt partes diuersas actionis, siue mutationis, siue durationis successiuae: non sic oportet iudicare de forma absoluta, quae corrupta potest a Deo iterari eadem, quia aliquo modo manet in ratione seminali.

ratione, qua est aliquid compositum ex partibus etherogeneis. Vnde Hilarius: Non ex compositis est Deus, quia vita est: si ergo homo est ex compositis etherogeneis, et diuersis naturis, et dispositionibus, impossibile est quod vitam habeat nisi cum aptitudine ad moriendum: et sicut talis compositio est homini naturalis, ita et mortale: et hoc modo accipiendum mortale contra immortale, numquam concurrunt in idem, sic nec spirituale, aut simplex, et compositum: et si aliquo modo est differentia; isto modo est non diuidens animal, sed substantiam viuentem, cuius vna differentia est immortale, et per oppositum mortale. Secundo modo mortale inest homini eo modo, quo est quid compositum ex partibus etherogeneis habentibus defectibilitatem: sicut in primo homine qui habebat statum animale, et hoc modo dicit statum medium inter miseriam, et gloriam. Tertio modo mortale inest alicui viuenti ea ratione, qua viuens est compositum ex contrariis habentibus defectibilitatem, et pugnam ad inuicem: et sic inest homini lapsus: et hoc modo dicit statum miseriam, et immortale his oppositum dicitur statum: et quoniam status mutari potest, vnitatem secundum numerum remanente, hinc est quod ex mortali secundum hunc duplicem modum sit immortale sine diuersitate substantiae: et hoc modo fit in homine glorificato, qui est mortalis primo modo, scilicet secundum naturalem aptitudinem: sed immortalis prout dicit priuationem potentiae, et necessitatis. 4. A d illud quod vltimo obijcitur, quod diuersae sunt operationes, dicendum quod diuersae operationes diuersos effectus inducunt, quando diuiduntur ex aequo: sed quando sic est, quod vna ad alteram ordinatur, et est reparatiua effectus alterius: si secunda egrediatur ab agente omnino potestate, potest omnino idem reparari: et sic est in proposito. Sed obijcitur, quo modo potest hoc intelligi, cum istae operationes sint discontinuae, et esse rei sit continuu, et vnius continui duo sint vltima tantum: si ergo esse discontinuatur: ergo est aliud, et aliud: cum ergo vnum numero consequatur esse actuale, necessario videtur sequi, quod sit aliud, et aliud. Et iterum quo modo potest bis incipere aliquid, et esse idem: impossibile enim est esse, et intelligere, quod aliquis currat bis eodem cursu. Et potest ad hoc responderi, quod de esse rei est loqui dupliciter. Aut quantum ad defluxum, et durationem, aut secundum se. Si quantum ad durationem et defluxum, sic necessario oportet, quod duratio sit alia et alia, sicut mensura durationis. Si quantum ad ipsum esse secundum se, sic numeratur, et plurificatur a principiis permanentibus. Et quoniam principia permanentia sunt eadem, quamuis defluxus durationis, et inceptio sit alia, et alia, hinc est quod res est vna, et esse rei est vnu. Nec est simile de actionibus successiuis, quia illae necessario numerantur: et praeteritum, et futurum respiciunt partes diuersas actionis, siue mutationis, siue durationis successiuae: non sic oportet iudicare de forma absoluta, quae corrupta potest a Deo iterari eadem, quia aliquo modo manet in ratione seminali.

4. et 5. Phys. contex. 18. et 48.

Q V A E S T I O V.

An resurrectio erit naturalis, vel miraculosa.

S. Tho. in suppl. 3. q. 75. art. 3. Et 4. Sent. dist. 43. q. 1. art. 2. Guilel. Alisiod. 4. Sent. tract. 10. cap. 1. q. 2. Scot. 4. Sent. dist. 43. q. 4. Tho. Argent. 4. Sent. d. 43. q. 1. art. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 43. q. 5. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 43. q. 4.



V I N T O quaeritur, vtrum resurrectio sit naturalis, an miraculosa. Et quod non sit naturalis, ostenditur a parte inicit, quia a priuatione in habitum per naturam non fit regressus:

F V N D A M E N T A.

C O N C L V S I O.

Resurrectio ex parte reformationis corporis est contra naturam, ex parte unionis anime ad corpus naturalis, et quo ad inseparabilem colligantiam vtriusque supra naturam.

R E S P. A D A R G. Dicendum quod in resurrectione tria sunt. Primum est corporis ex pulueribus reformatio. Secundum ipsi corpori reformato animae vnio. Tertium vnitorum inseparabilis colligatio. Primum est contra naturam, id est contra solitum cursum naturae, quae potest perfecta destruere, non destructa reparare. Secundum est secundum naturam, quod anima optime corpori sibi organizato, cui desiderabat vniri, vnatur. Tertium est supra naturam, scilicet quod ex corruptibili fiat incorruptibile, non separabile. Quoniam igitur primum, et vltimum est non a natura, sed supra, vel contra: ideo non est dicendum resurrectionem naturalem esse, sed supra naturam.

1. 2. A d illud ergo quod obijcitur, quod probatur, et comparatur operationibus naturae, dicendum quod probatio est bona, et per locum a minori. Si enim natura creata potest facere viuum de mortuo, de femine paruo facere magnum corpus, quae est potentia finita: multo magis Deus potest per se facere de homine: et ad hoc tendunt illae rationes, et comparationes. Et propter hoc dicit Augustinus: Certissima erit nobis resurrectio, si cursum naturalem attendamus, non quia ipsa sit natura, sed quia ab eo haec melius potest fieri, quam a natura possit fieri, scilicet Deo opera sua.

3. A d illud quod obijcitur de opportunitate, dicendum quod est opportunitas materiae, et efficientis, sicut et necessitas, et oportunitas a parte efficientis est ratione immutabilitatis, no coactionis. Et ideo oportunitas, quia Deus decreuit, et disposuit, no quia compellatur, velut materia necessario ex parte naturae praeparatur: et ideo talis oportunitas non infert huiusmodi resurrectionem esse a causa naturali, cum stet cum causa diuina supernaturaliter operante.

4. 5. A d illud quod obijcitur, quod natura potest dici de his quae generata sunt per putrefactionem, et de serpentibus, dicendum quod quaedam a natura modicam organizationem habent, utpote vermes, et animalia corporis anulosi: et talium est natura productiua per putrefactionem. Quaedam completam, ut animalia sensibilia perfecta, et gradientia, ut equus: et talia non potest producere nisi per vim formatiuam influxam cum decisione feminis: et tale est corpus humanum, quod non potest naturaliter organizari, nisi adsit semen, et debitum vas suscipiens, scilicet matrix: et ideo non est simile de serpentibus.

6. A d illud quod obijcitur de appetitu naturae, dupliciter potest responderi. Vno modo quod propositio illa falsa est. Quaedam enim sunt in naturae appetitu, quae tamen non sunt in eius potestate, et talia non sunt naturalia, ut patet de beatitudine. Quaedam autem sunt in eius appetitu, et potestate, et talia sunt naturalia, tale autem non est resurrectio. Aliter solui potest, quod ex parte animae est appetitus, ex parte puluerum non est appetitus, nec ex illa parte est naturalis, sed contra naturam. Vnde nota de pulueribus tres opinioniones. Quidam enim dicunt, quod habent appetitum, et naturalem ordinationem ad incorruptionem propter animam: et ratione illius habent, quod non possunt resolui vsque ad elementa: tamen possunt esse materia quorumlibet corporum aliorum. Sed istud no capio, quod in corpus vermum possit reuerti homo, vel in corpus lupi, et non resolui in elementa: immo glossa super illud Psalmi: Posuerunt morticima, videtur dicere quod resurrectio est ex occultissimis naturae

fus: sed in morte est summa priuatio: ergo resurrectio cum sit a morte non est per naturam.

I T E M hoc ipsum ostenditur a parte termini, quia omne quod natura producit, est corruptibile et mortale: sed corpus glorificatum est immortale, et incorruptibile: ergo, et cetera.

I T E M tertio ostenditur a parte modi operandi, quia natura operatur successiue, non subito: sed resurrectio erit subito in ictu oculi: ergo non est a natura.

I T E M ostenditur etiam a parte principij effectiui, quia natura est vis inrita rebus ex similibus familia procreans: sed in resurrectione non fit simile ex simili: ergo, et cetera. Vltimo ostenditur a parte omnium bonorum, quia est articulus fidei, quae non est de his quae fiunt per naturam, sed supra naturam: et ergo, et cetera.

A D O P P O S I T V M. Iob. 14. a. 1. Cor. 15. d.

Aug. de quant. ani. mo. ca. 33. circa finem. 10. 1. 1. Cor. 15. 5.

I. C O N T R A: Iob comparat resurrectionem hominis germinationi ligni praecisi: Et Apostolus viuificationi grani mortui. Gregorius in homilia paschae generationi circulari corporis arboris ex paruo semine. Et in his ostendere volunt, et probare resurrectionem: ergo si ratio et similitudo bona est, quam ponunt, cum omnia haec sint a natura, resurrectio est naturalis.

2. I T E M hoc ipsum ostenditur, quia dicit Augustinus in libro de quantitate animae: Si cursum naturalium rerum attendamus, certius erit nobis resurrectionem esse futuram, quam solem oriiri cras.

3. I T E M Apostolus dicit: Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem: sed quod est supra naturam, non oportet euenire: ergo resurrectio est in potentia naturae.

4. I T E M ratione probatur hoc ipsum: quia maior est aptitudo pulueris hominis ad generationem hominis, quam alterius animalis: sed natura per putrefactionem potest tali puluere aliud animal generare: ergo corpus hominis reparare.

5. I T E M maior est aptitudo naturae corporis hominis ad ipsum, quam virgarum ad serpentes: sed productio serpentum ex virgis magorum, quamuis ministerio fieret diabolico, tamen erat naturalis: ergo, et cetera.

6. I T E M quod est in appetitu naturae, est naturale, quia natura non fundauit appetitum frustra: sed anima naturaliter appetit reuerti corpori: hoc constat per Augustinum super Genes. ad litteram, ubi dicit, quod anima propter appetitum ad corpus retardatur, ne tota intentione feratur in summum caelum: ergo, et cetera. Si tu dicas, quod appetitus est tantum ex parte animae, ostenditur etiam quod ex parte puluerum: quia corpus humanum ex coniunctione sui cum anima habet ordinari ad immortalitatem: sed coniunctio talis cum anima est naturalis: ergo et illa ordinatione, sed ad illud, ad quod res naturaliter ordinatur, habet naturalem appetitum, ut ignis ad sursum: ergo, et cetera. Praeterea: Pulueres illi aut resoluuntur in elementa prima, aut non. Si sic: cum elementa sint homogenea, no magis habent ordinationem ad corpus humanum, quam alia pars elementi, quae numquam fuit corpus: ergo non est maior ratio, quare de eo iterum fiet corpus humanum, quam de alio: quod falsum est.

Aug. super Gen. ad litteram lib. 12. cap. 35. 10. 3.

Si non resoluuntur in elementa prima, aliqua vis tenet quae est in ipsis pulueribus, et per ipsam ordinatur ad vltiorem formam, ergo naturalem: ergo ex parte corporis, et animae est resurrectio naturalis.

S. Bon. To. 5.

Opinio 1.

Improb.

Psal. 78. a

Cap. 2. 10. finibus. Verbum etiam Augustini in Enchiridion repugnat, quod inuuit, quod in ipsa etiam elementa possunt resolui. **Opin. 2.** Alia opinio est quod resoluuntur in elementa, et tamē manet appetitus, propter hoc quod elementa illa ut fuerunt corporis humani materia, habuerunt multum de natura lucis, quae stat cum omnibus elementis: et ratione illius naturae habent appetitum, et ordinationem. Sed nec hoc intelligo, quomodo lux maneat simul cum terra: et quod terra, quae est materia corporis humani, magis sit lucida: et quod vermis, qui generatur de humano corpore, plus habeat de natura lucis, quam alius vermis. Tertia opinio est, quod pulueres resoluuntur, vel resolui possunt in elementa: nec elementa illa habent aliquem appetitum, nec ordinationem ad corpus secundum naturam, sed solum secundum diuinam prouidentiam, quae disponit illud idem corpus reformare, vel reuniri animae, ut in eo remuneretur: nec est distincta illa pars ab alijs partibus elementi in se, sed in comparatione ad diuinam sapientiam, quam nihil latet, nihil subterfugit. Et haec opinio probabilior est, ut credo: Et tunc patet responsio ad illud, quod numquam corpus ex vnione ad animam aliquam recipit qualitatem creatam, vel dispositionem incorruptibilitatis secundum statum presentem: nisi forte dicas meritum, vel demeritum: sed illud manet in anima, non in corpore: aut siquam aliam des dispositionem, aut post corruptionem, et resolutionem non manet, aut in potentia valde remota manet. Hoc tamen sine calumnia verum est, quod corpus ex quo vnitur animae rationali, ordinationem statim habet ad immortalitatem secundum diuinam prouidentiam. Et si tu quaeras, quomodo anima habet appetitum ad hanc partem elementi, cum sit omnino homogeneum, et vnus naturae cum alijs partibus elementi, nec etiam distinctionem habeat (quia potest omnino alijs commiseri) et iterum aequē bene possit ei corpus ex alia parte elementi reparari, et eiusdem complexionis, et habitudinis, et complementi, dicendum quod quantumcumque fiat simile, et commisceatur alijs elementis siue vni, siue pluribus, semper tamen manet substantia materiae cum ratione feminali, et pars substantiae illius materiae: et si non sit actu separata ab alijs partibus, quibus est commixta, est tamen separabilis: et quamuis non sit separabilis, nec distinguibilis secundum humanam potentiam, est tamen separabilis, et distinguibilis secundum potentiam, et sapientiam diuinam, quae nouit in quid redierit corpus humanum, quocumque, et quibuscumque mutationibus, et conuersionibus sit mutatum: et sic per illius sapientiae discretionem, et potentiae operationem, illud per eandem formas, per quas disponebatur, ad formam animae postmodum disponitur. Et si tu quaeras, quare anima appetat magis illud, quam aliud, cum nulla sit praeelectio propter vniformitatem, dicendum quod magis appetit propter colligantiam, et coniunctionem, quam habuit ad illud; et hoc patet sic: Anima enim rationalis, quia est anima, differt ab angelo, et conuenit cum alijs animabus: et per hoc habet inclinationem ad corpus: quia rationalis, ad corpus humanum: quia nobilis, ad nobiliorum organizatum: sed ad hoc magis quam ad aliud, propter coniunctionem, quam habuit ad illud. Exemplum est: Si quis velit contrahere cum duabus virginibus existentibus aequē pulchris et bonis, paribus conditionibus ceteris: hic erit indifferens respectu vtriusque. Sed esto, quod coniungatur alteri, ipsa coniunctio eum iam alligauit ad eum istum, si fuit ex amore, ut iam non consoletur habere aliam: nec daret hanc pro alia pulchriori, et meliori: sic anima tanto affectu vnitur substantiae carnis, quam prius viuificabat, quod non complete ei satisficit, nisi illa eidem vbicumque lateat, vnitur: et sic patet, quod anima habet ordinationem, et appetitum, per quem ordinatur ad illud corpus, quantumcumque

alijs conformetur. Sed corpus habet ordinationem ratione diuinā prouidentiae. Quod autem habeat per aliud, quod sit in se, ex quo plene resolutum est, non audeo asserere propter hoc, quia nec ratio, nec auctoritas, nec fides compellit: attamē quia potest esse quod Deus dedit, non audeo pertinaciter negare: ideo certum tenentes, incertum profundioribus relinquamus. Nam esto quod non sit in pulueribus appetitus, et quod fiat resolutio vsque ad vltima, non perit tamen aliquid, quod ad resurrectionem spectet, propter hoc quia sicut dicit Augustinus: Non perit Deo terrena materies, de qua mortalium creatur caro. Sed in quemcumque puluerem, cineremve vertatur in quolibet alitus aurasve diffugiat, in quamcumque aliorum corporum substantiam, vel in ipsa elementa vertatur, in quemcumque cibum, et cetera, illae animae etiam in puncto temporis redditur, quod ipsa primitus animauit.

Q V A E S T I O VI.

An resurrectio Christi sit causa nostrae resurrectionis.

S. Th. 4. Sent. dist. 43. q. 2. art. 1.
Guil. Alstiod. 4. Sent. tract. 12. cap. 1. q. 1.
Franciscus de Mayr. 4. Sent. dist. 43. q. 1.
Seeph. Brul. 4. Sent. dist. 43. q. 6.
Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 43. q. 5.

QVAE sit causa nostrae resurrectionis: et quod resurrectio Christi, dicit Glossa super illud ad Romanos: Ex resurrectione mortuorum Iesu Christi: Christi resurrectio nostra efficit generalem resurrectionem: Idem ipsum dicit Glossa super illud Psalmi: Ad vesperum demorabitur fletus.

ITEM ratione videtur, quia Apostolus sic arguit: Si Christus resurrexit, et nos resurgemus: sed talis argumentatio non valeret, nisi aliqua habitudo causalitatis esset resurrectionis Christi ad resurrectionem nostram: ergo et cetera.

ITEM videtur, quod vox Christi sit causa, quia super illud Psalmi: Dabit voci suae vocem virtutis, dicit Glossa, suscitandi mortuos.

ITEM hoc ipsum videtur per rationem, quia illud est causa excitationis in dormiente, quo auditu excitatur, scilicet vox vocantis: sed mortui in monumentis excitabuntur auditu vocis filij Dei: ergo et cetera. Minor patet per Ioannem: Omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei.

SED CONTRA: Quod resurrectio Christi non sit causa aliquo modo, videtur: quia illud, sine quo res esset, non est causa: sed si Christus etiam non resurrexisset, mortui tamen resurgerent, quia necessē erat bonos remunerari in anima, et corpore, sicut meruerunt: et malos puniri, sicut ipsi demeruerunt.

1. I T E M si est causa, quare in quo genere. Non efficiens, constat: quia Christi resurrectio est praeterita: sed quidquid praeteritum est, non efficit id quod futurum est. Non finalis, nec materialis, constat: ergo est exemplaris. Contra: Causa exemplaris non infert suum effectum: sed resurrectio Christi infert nostram: ergo, et cetera.

2. I T E M malorum resurrectio non assimilatur resurrectioni Christi: ergo non est exemplar resurrectionis malorum: ergo nec generalis resurrectionis.

3. I T E M quod vox Christi non sit causa, videtur: quia resurrectio fit subito, et aequalis virtutis est corpus reformare sicut animam: sed hoc est potentiae infinitae, et illa est solius Dei: ergo, et cetera.

4. I T E M si mortui audiunt vocem, aut antequam resurgant, aut post. Si ante: ergo ante audiunt, quam viuunt. Si post: ergo vox non erit causa resurrectionis.

6. I T E M

Explicatio.

Ench. cap. 82. fo. 3.

FVNDAMENTA. Rom. 1. 4

Psal. 29. b

Ioan. 5. 9

AD OPPOSITVM

Psal. 67. 8 6. I T E M super illud Psalmi: Dabit voci suae vocem virtutis, dicit Glossa: Efficaciam resuscitandi corpora: sed quando aliqua potentia datur alicui, quantum miraculose detur, operatio tamen egrediens ab illa est naturalis, sicut patet in caeco illuminato: ergo si est per potentiam datam voci, resurrectio est naturalis, cuius contrarium ostensum est supra.

CONCLVSIO.

Resurrectio fiet principaliter a sanctissima Trinitate, et instrumentaliter a voce Christi, et exemplariter a resurrectione eius.

Explicatio.

Aug. de Ciuit. Dei lib. 10. cap. 29. fo. 5. Ephes. 3. a

Tract. 23. in Ioan. 10. 9.

RESP. AD ARG. Dicendum quod in Christo est assignare nostrae resurrectionis duplicem causam scilicet efficientem, et exemplarem. Efficientem autem dupliciter est assignare, aut sicut primum principium, aut sicut instrumentum. Efficiens sicut primum principium est Christus secundum diuinitatem, et tota Trinitas. Efficiens sicut instrumentum, est vox Christi, ad cuius prolationem, et vocationem mortui resurgent. Similiter causa exemplaris duplex est, vna in qua res cognoscitur, et disponitur: et sic est Dei filius secundum diuinam naturam, et tota Trinitas. Alio modo, in quo res inchoatur, et exemplificatur: et sic est resurrectio Christi, quia ut dicit Augustinus de Ciuitate Dei: Tali erunt corpora nostra, quale Christus sua resurrectione modo strauit. Vnde est quasi exemplum, in quo nostra resurrectio est inchoata, tamquam membrorum in capite, sicut dicitur: Coniuuicauit nos Christo, et resuscitauit, et cetera. Patet igitur, quo modo Christi resurrectio, et vox eius est causa nostrae resurrectionis. Et quia resurrectio, et vox est filij Dei in carne, ideo dicit Augustinus super Ioannem quod per verbum carnem factum sit resurrectio corporum.

1. A D illud quod obijcitur, quod resurrectio Christi non est causa, quia alias esset resurrectio, et cetera. dicendum quod tunc Deus aliter faceret: sed cum decreuit sic facere, ideo haec est causa.

2. A D illud quod obijcitur, quod exemplar non infert, dicendum quod verum est de exemplari, in quo res cognoscitur: sed tamen exemplar, in quo res inchoatur, vbi nihil potest relinqui imperfectum, de necessitate infert: vnde sicut caput non potest esse sine membris, sic nec resurrectio capitis, quin consequatur resurrectio membrorum.

3. A D illud quod obijcitur, quod non assimilatur, dicendum quod non perfecte assimilatur resurrectioni malorum: et ideo non sunt perfecte exemplata, assimilatur tamen in corporis iterata viuificatione, et indissolubili vnione: et ideo est generalis resurrectionis exemplar.

4. A D illud quod obijcitur de voce Christi, quod non sit causa, quia resurrectio est opus virtutis infinitae, dici potest sicut praedictum est supra de sacramentis, quod Deus virtute infinita facit, licet ad prolationem vocis: vnde non est improprie causalitas.

5. A D illud quod obijcitur, quod aut ante audiunt vocem, dicendum quod simul tempore: tamen prius natura resurgunt, quam audiunt: vnde vocis auditus non resuscitat, sed virtus vocem concomitans. In euigilatione autem corporali, dicendum quod auditus vocis excitat: sed in auditu sunt duo, scilicet receptio speciei, et organi, et iudicium de re recepta: quantum ad receptionem auditus vocis praecedit excitationem, sed quantum ad iudicium sequitur.

6. A D illud quod vltimo obijcitur de operatione illius vocis, quae est naturalis, dicendum quod sicut sanctis viris datur gratia miraculorum, et virtus suscitandi mortuos, non quia ipsi suscitent per aliquid, quod sit in se, sed quia Deus facit ad petitionem ipsorum: sic in proposito est intelligendum quod Deus facit: et ita miraculum est, si suscitantur ad vocem illam.

sicut si ad preces Pauli. Praeterea: Esto quod data sit virtus, quia est ad actum supra naturam, et modum operandi supra naturam: hinc est quod miraculose exit in suam operationem, sicut exemplo patet de potentia pariendi, quae dicitur data beatae Virgini. Sic igitur patet, quod resurrectio Christi est causa, et vox aliquo modo: tamen principalis causa est Dei virtus, et Dei sapientia, et resurrectio Christi nostram infert resurrectionem siue per hypotheseim: ut si vna anima est immortalis, et omnes similiter: si vnus resurrexit, et omnes. Siue per locum a minori, quia anima Christi beata minus egebat corpore, quam alia: Siue per locum a causa exemplari relata ad efficientem, scilicet quia ibi est resurrectio nostra inchoata: et propter nos Christus est incarnatus, passus, et mortuus, et resurrexit: et nostra resurrectio, ideo est inchoata, et in eo tamquam in quodam exemplo: ergo si Dei perfecta sunt opera, oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, et sic patet illud.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER quantum ad secundam partem distinctionis quaeritur de apertione librorum. Et duo de hoc principaliter quaeruntur. Primo quaeritur de libro vitae. Secundo de libris conscientiae. Circa primum quaeruntur tria. Primo quaeritur de eius quidditate. Secundo de scriptura ipsius. Tertio de apertione.

Q V A E S T I O I.

An liber vitae sit Dei notitia.

Alex. Alenf. 1. p. q. 33. Memb. 1. art. 1.
 S. Th. 1. p. q. 24. art. 1.
 Et de Verit. q. 7. art. 4.
 Et 4. Sent. dist. 40. q. 1. art. 2.
 Et dist. 43. q. 2. art. 2.
 Seeph. Brul. 4. Sent. dist. 43. q. 7.
 Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 43. q. 13.

IRCA quam sic proceditur, et ostenditur quod liber ille sit ipse Dei Filius. Super illud Psalmi: Deleantur de libro, Glossa: id est, Dei notitia, qua praedestinavit, et praesciuit conformes fieri imaginis filij sui.

ITEM: Alius liber apertus est, Glossa: Liber iste est praedestinatio, in qua omnes saluandi scripti sunt. Quod autem liber vitae sit Christus secundum humanitatem, videtur: quia Gregorius in moralibus dicit: Liber vitae est visio iudicis aduenientis, quia quisquis eum videt, mox teste conscientia, quidquid boni, vel mali fecerit, intelligit: sed Christus iudicaturus est in forma serui: ergo, et cetera.

ITEM Glossa ibidem dicit, quod liber vitae est Christus, qui tunc potens omnibus apparebit: sed non apparebit omnibus nisi secundum humanitatem: ergo, et cetera. Sed quod sit vis quaedam, nec diuinitas, nec humanitas videtur dicere Augustinus: Vis quaedam diuina nomine libri intelligenda, qua fiet ut cuique bona, et mala ad memoriam reuocentur, quae libri nomen accipit.

ITEM libri intentio ad legendum est: ergo proprie dicitur liber, id per quod recolit homo et bona, et mala: hoc autem est virtus: ergo, et cetera.

1. S E D C O N T R A : Quod non sit Dei notitia, videtur: quia in libro scripturae est impressio, in Deo autem nulla est impressio: ergo si translatio debet esse secundum similitudinem, non videtur talis translatio et cetera.

FVNDAMENTA. Psal. 68. f. Glossa ord. et sumitur ex Cassio. Apoc. 20. d

Aug. 20. de Ciuit. Dei 6. 14. 10. 5.

AD OPPOSITVM

2. I T E M

1. ITEM quod non humanitas, videtur: quia in libro est legere: sed in Christo homine nec bona, nec mala est legere: ergo, et cetera.

CONCLUSIO.

Liber vite dicitur Dei notitia, et virtus diuina, qua in nobis est nostrorum obliuionum recordatio.

RESP. AD ARG. Dicendum quod libri duplex est proprietas. Vna in se, scilicet scientie retentio in similitudine, et vniformitate: et ratione huius proprietatis nomen libri transfertur ad Dei notitiam.

1. 2. AD illud quod obijcitur, quod in libro illo non est scriptura impræssio, dicendum quod quantum ad hanc proprietatem non transfertur, immo in hac differunt, quia liber ille representat quod in eo fit: sed liber iste representat quod facit.

3. AD illud quod obijcitur, quod virtus illa reducit mala ad memoriam, quæ sunt causa mortis, dicendum quod liber, et vis Dei causa vite in se est: et quod mortis sit, hoc est solum per occasionem, et rationem aliorum librorum, scilicet conscientiarum: et ideo ab eo denominatur ad quod principaliter est.

QVÆSTIO II.

An in libro vite omnia scribantur.

Alex. Alenf. 1. p. 9. 33. Memb. 3. 1. 2. 3. et 4. S. Tho. 1. p. 9. 24. art. 2. Et de Verit. 9. 7. art. 5. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 43. q. 8. Petrus de Tavant. 4. Sent. d. 43. q. 13.

AD OPPOSITVM.

QVÆ sit huius libri scriptura. Et quod omnia ibi scribantur, videtur: quia ipse Dei filius est omnium exemplar, et omnia cognoscit, qui dicitur liber vite.

2. ITEM videtur, quod etiam mali scribantur in eo, quia dicitur in Psalmo: Deleantur de libro viuientium: sed nihil deletur de aliquo, nisi quod est scriptum in eo: ergo, et cetera.

3. ITEM liber iste est immutabilis: ergo si mali semel scripti sunt, semper scripti sunt: non ergo delentur.

ITEM quod mali non sint in eo scripti, videtur: quia malum non habet exemplar in Deo: ergo si liber ille est exemplar: patet, et cetera.

ITEM dixit Dominus discipulis: Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in caelis: sed si hic liber esset omnium, tunc omnibus esset gaudendum, quod cum non sit: patet, et cetera. Iuxta hoc queritur, quomodo potest in illo libro transumi delentio, cum dicat variationem, et priuationem, et corruptionem, quæ nullo modo sunt in Deo.

CONCLUSIO.

Libri vite scriptura dicitur predestinatio saluandorum, quantum ad ipsos, et gratiam et gloriam quam habituri sunt.

RESP. AD ARG. Dicendum quod sicut ars, et exemplar est totius Trinitatis, tamen appropriatur filio, sic liber vite. Sed notandum, quod creaturarum ad Deum est duplex comparatio. Vna in exeundo: et hæc est omnium creaturarum, quia omnes a Deo exierunt. Alia est in redeundo: et hæc est creaturarum ad beatitudinem ordinarum, quia egressus est per virtutem, et quies per beatitudinem.

3. AD illud quod obijcitur, quod virtus illa reducit mala ad memoriam, quæ sunt causa mortis, dicendum quod liber, et vis Dei causa vite in se est: et quod mortis sit, hoc est solum per occasionem, et rationem aliorum librorum, scilicet conscientiarum: et ideo ab eo denominatur ad quod principaliter est.

ITEM illa sola legentur in libris, quæ sunt scripta: sed mala bonorum delentia sunt de eorum anima per gratiam: bona malorum delentia sunt de eorum anima per culpam: ergo non legentur in libris nec hæc, nec illa.

CONCLUSIO.

Memorum omnium erit lectio, atque memoria in conscientia nostra in die resurrectionis nostre.

RESP. AD ARG. Dicendum quod omnium meritorum erit ibi lectio, et memoria: quia sicut dicit Apostolus, erunt cogitationes accusantes, et defendentes, et ita bona, et mala ibi patebunt, et per consequens affectiones, et operationes. Omnia autem reducentur ad memoriam, quia reuocatio actuum, et cogitationum præcedentium ad memoriam erit ad ostensionem iustitiæ diuinæ secundum statum illum, et misericordie secundum statum præteritum, siue transactum.

QVÆSTIO III.

An liber vite necessario aperietur.

Alex. Alenf. 1. p. 9. 33. Membr. 4. art. 1. S. Tho. 1. p. 9. 24. art. 3. Et 4. Sent. dist. 40. q. 3. art. 2. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 43. q. 9. Petrus de Tavant. 4. Sent. dist. 43. q. 14.

DE apertione istius libri. Et videtur, quod nulla sit necessitas hunc librum aperire: quia sufficienter videbuntur merita in conscientijs omnium: ergo si superfluum est facere per plura, quod potest fieri per pauciora: patet, et cetera.

ITEM ediuerso ostenditur, quia si liber ille sufficienter representat, videtur quod superfluum alios libros aperire.

ITEM

QVÆSTIO I.

An in conscientia legantur omnia merita.

S. Th. in suppl. 3. p. 9. 87. art. 3. Et 4. Sent. d. 43. q. 3. art. 1. Richardus 4. Sent. dist. 43. art. 7. q. 1. Steph. Brul. 4. Sent. d. 43. q. 10. Petrus de Tavant. 4. Sent. dist. 43. q. 12.

Apo. 20. d.

FVNDAMENTA.

ITEM queritur quorum oculis aperietur. Et videtur, quod omnium: quia omnes iudicabuntur secundum ea, quæ scripta sunt ibi: ergo si omnibus debet manifestari et sententia et ratio sententiæ: patet, et cetera.

ITEM Glossa: Alius liber apertus est, dicit quod aperte dicitur mali tunc se non esse prædestinatos: et hoc est in apertione libri: ergo, et cetera.

SED CONTRA: Liber iste non est aliud quam Dei natura: ergo cum Dei substantia solum a bonis videnda sit in iudicio, patet quod non omnes videbunt in istius libri apertione.

ITEM in libro vite non sunt scripta nisi bona: ergo si mali non debent videre nisi mala, per quæ condemnentur, non videbunt in istius libri apertione: et sic, et cetera.

CONCLUSIO.

Liber vite in resurrectione aperietur, quia iudicium erit secundum merita, et demerita nostra.

RESP. AD ARG. Dicendum quod sicut dictum est, liber vite est liber redeuntium, ars est exeuntium. Differunt autem exitus, et egressus, quia exitus tantum a Deo dependet, sed regressus a Dei gratia, et voluntate nostra, quia regressus est per merita bona, quæ sunt a Dei gratia, et voluntate nostra. Quoniam igitur iudicium erit secundum merita nostra, et demerita, et merita sunt a nobis, et a Deo: ideo ad dispensandum quantitatem, et dignitatem meritorum, necesse est aperire libros conscientiarum, et librum vite, in quo apparet quantitas gratiæ secundum mensuram liberalitatis diuinæ, secundum cuius mensuram est etiam gloria: et ex hoc patet primò quæsitum.

Resp. ad 3. ad opposit.

AD illud quod queritur quibus aperitur, dicendum quod dupliciter est loqui de apertione, aut quantum ad ipsius libri intuitionem, aut quantum ad subsequentem cognitionem. Quantum ad intuitionem, aperitur tantum propter bonos, quia ipsi solum videbunt. Quantum ad subsequentem cognitionem omnibus: quia boni se ibi legentes, cognoscent se prædestinatos esse: mali vero ex hoc ipso quod in libro aperte legere non poterunt, scient se non esse prædestinatos: et sic patet responsio ad obiecta. Et est exemplum: Sicut si pauper non habet merellum regis, id est, signaculum quod pauperes portant ad eleemosynam percipiendam, scit bene quod recedit vacuus non per positionem, sed per priuationem cognoscens. Sic damnati cum non legent ibi nomina sua, scient se non esse scriptos ad gloriam: ac et per hoc scient ex parte Dei, quod Deus ipsos damnabit: et ex parte suæ conscientie scient, quod sunt digni pœna: et ita ex comparatione vtriusque libri hoc scient, non tamen sic legendo, sicut legunt boni in libro vite.

ARTICVLVS III.

CONSEQUENTER quantum ad tertium articulum, circa hoc queritur de libris conscientiarum. Et de hoc tria queruntur. Primo queritur, vtrum omnia merita legantur in conscientia, vel quædam. Secundo, vtrum quilibet legat omnia in conscientia alterius. Tertio, vtrum simul omnia videantur ab omnibus.

IRCA quam sic proceditur, et ostenditur quod omnia legentur in libris conscientie. Augustinus dicit, quod vis diuina adertit, qua fiet vt omnia ad memoriam reuocentur.

ITEM hoc ipsum videtur ratione: quia lectio est ibi, vt sciatur quantitas meritorum: sed meritum hominis sic legitur, vt sciatur quot et quanta bona, et quot mala, et quanta fecerit: ergo si ibi plene ostenditur iustitia, patet quod omnia ibi debent legi.

ITEM Dei iustitia declarabitur ibi summe, et quantum ad retributionem gloriæ, et pœnæ: ergo merita debent summe declarari: sed non possunt, nisi omnia bona, et mala ad memoriam reuocentur: ergo, et cetera.

CONTRA: Quod non omnia, videtur: quia ibi erit tantum memoria eorum, de quibus erit retributio: sed pro malis de quibus fuit penitentia non retribuetur: pro bonis etiam in quibus non perseuerauerunt mali, non retribuetur: ergo talia non legentur.

ITEM memoria præteritorum bonorum generat oblectationem, malorum horrorem: ergo si in malis non erit delectatio, non debent recordari bonorum factorum: et si in bonis nullus horror, non debent recordari malorum.

CONCLUSIO.

Memorum omnium erit lectio, atque memoria in conscientia nostra in die resurrectionis nostre.

RESP. AD ARG. Dicendum quod omnium meritorum erit ibi lectio, et memoria: quia sicut dicit Apostolus, erunt cogitationes accusantes, et defendentes, et ita bona, et mala ibi patebunt, et per consequens affectiones, et operationes. Omnia autem reducentur ad memoriam, quia reuocatio actuum, et cogitationum præcedentium ad memoriam erit ad ostensionem iustitiæ diuinæ secundum statum illum, et misericordie secundum statum præteritum, siue transactum. Propter ostensionem iustitiæ diuinæ in retribuendo rememorabuntur bona, et mala in quibus permanferunt finaliter. Hæc enim sola digna sunt retributione. Propter ostensionem misericordie diuinæ præterito rememorabuntur mala bonorum, a quibus sunt misericorditer liberati: et bona malorum quæ in eis misericorditer operatus est Deus, qui solem suum oriri facit super bonos, et malos: ideo bona et mala sua omnino erunt sibi in memoria.

AD illud quod obijcitur primò, quod illa lectio, et memoratio est ad ostensionem iustitiæ, dicendum quod verum est, sed non tantum ad hoc, sed etiam ad declarationem misericordie.

AD illud quod obijcitur, quod memoria malorum facit tristitiam, et bonorum lætitiā, dicendum quod hoc verum est in his, qui possunt triftari, et lætari. Sed mali non possunt lætari, boni vero non possunt triftari. Sed istud non sufficit, quia non possunt triftari:

Luca 10. 6

Aug. 6. de Trin. c. 20. 10. 3.

Explicatio.

FVNDAMENTA. Aug. 20. de Ciuit. Dei. c. 14. 10. 5.

AD OPPOSITVM

Rom. 2.

Matt. 5.

tristari, ergo nec cognoscere unde debeat tristari: ideo dicendum quod memoria malorum dupliciter potest esse: aut considerando malum euentum: et sic generat tristitiam, ut patet in eo, qui conteritur. Vel considerando bonum euentum, scilicet quod de tantis malis misericorditer est ereptus: et hæc generat lætitiã, et hæc erit in bonis. Similiter de memoria bonorum distinguitur.

3. Ad illud quod obijcitur, quod in malis bona sunt deleta, dicendum quod deleta sunt quantum ad veritatem essentia, manet tamen quantum ad notam et similitudinem, sicut patet in eo, qui amisit charitatem, et recordatur se habuisse. Unde super illud: Cogitationum accusantium, dicit Glossa: Sciendum est, quod in illa die cogitationes accusabunt animam, vel defendent, non illa quæ tunc erunt, sed ista, quæ modo sunt in nobis, quarum notæ, et signacula relinquuntur in corde nostro velut viscera, quæ in occulto nunc sunt opposita, in illo die reuelari dicuntur, et ita secundum similitudinem remanent. Vel esto quod similitudo penitus deleatur, quod vix est possibile, diuina virtute tunc reparatur ad Dei gloriam, et vindicationem malorum, laudem vero bonorum.

Q V Æ S T I O II.

An quilibet legat omnia in conscientia alterius.

S. Tho. 4. Sent. dist. 43. q. 3. art. 2. Rich. 4. Sent. d. 43. art. 7. q. 2. Stephanus Brulef. 4. Sent. dist. 43. q. 1. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 43. q. 1. 2.

FVNDAMENTA. I. Cor. 4. a

TRVM quilibet legat omnia in conscientia alterius. Et quod sic, videtur: quia Bernardus tractans illud: Illuminabuntur abscondita tenebrarum, dicit: Cuncta arcana cunctorum, cunctis ibi parebunt.

ITEM Glossa: Gestæ, et cogitata bona, et mala ex tunc aperta, et nota erunt omnibus.

ITEM ratione videtur: quia aut sunt bona, aut mala. Si bona, laudatur ibi Dei largitas ab omnibus. Si mala, laudatur ibi dei iustitia puniens, vel misericordia liberans: ergo si ex omnibus elicere debet Deus gloriam suam manifestandam in futuro: ergo omnibus ostendet.

ITEM quod mala malorum pateant bonis, et malis certum est: quod iterum bona eorum pateant bonis, certum est, quia de illis gaudebunt.

ITEM quod bonorum bona pateant malis, certum est, quia eorum comparatione iudicabuntur.

ITEM quod mala bonorum pateant bonis certum est, quia vnus mentem ab alterius oculis corpulentia non abscondet, ut dicit Gregorius. Et iterum Augustinus: In futuro vno aspectu videbimus omnium cogitationes.

2. SED CONTRA: Quod mali non videantur mala malorum, videtur: quia solatium, et excusatio est alicui dum videtur multos habere socios in scelere: ergo sibi soli debent esse nota mala.

ITEM quod mala bonorum non manifestentur exterius, videtur: quia Dominus comminatur in pœnam manifestare verenda: sed a bonis aberit omnis pœna: ergo non manifestabuntur eorum mala, nec omnès legent.

ITEM charitas operit multitudinem peccatorum: hoc non est dictum in conspectu hominum, quia operata sunt sine charitate: ergo in conspectu Dei: ergo multo magis in conspectu hominum.

ITEM si reprehensibile est in homine denudare amici commissum, cum Deus sit fidelior amicus, quam aliquis homo: ergo non denudat peccata amicorum.

C O N C L V S I O.

Omnia omnibus erunt nota, tam bona, quam mala in iudicio, ad manifestationem misericordia, et iustitia Dei.

RESP. AD ARG. Dicendum quod omnia nota erunt omnibus tam bona, quam mala in ipso iudicio, secundum quod vult Anselmus, et Bernardus, et textus, et Glossa consonant: et hoc ad certam notitiam, vel liberationem meritorem, quæ scitur in omnium actuum bonorum, et malorum recognitione: quia, ostensio malorum in bonis est ad manifestationem misericordia prius factæ, bonorum in eis ad ostensionem iustitiæ. Econtra malorum in malis ad ostensionem iustitiæ, bonorum in eisdem ad ostensionem misericordia.

1. Ad illud quod obijcitur, quod solatium est videre aliena peccata, dicendum quod immo erit magna confusio, dum attendit illius vituperium: et ex vituperio cognoscat et suum. Vnus enim alterius peccatum non approbabit, immo vilipendet.

2. 3. Ad illud quod obijcitur, quod manifestatio malorum est in pœnam, dicendum quod verum est in malis: sed in eis, qui egerunt penitentiam, est in gloriam. Unde dicunt aliqui, quod sicut cicatrices corporales in martyribus remanent ad gloriam, sic cicatrices spirituales in penitentibus, quia vicerunt culpam, sicut illi pœnam. Sed tamen quidquid sit de hoc, non remanent in eius contumeliam, sed in Dei gloriam, qui liberavit de tanta miseria. Unde bene concedendum est, quod videbuntur peccata iustorum, ut de ipsorum sanatione gratia agantur Deo. Et hoc dicit Anselmus: Unde sicut homo agit gratias Deo per se, quia liberatus est a malis, ita socius eius.

4. Ad illud quod obijcitur, quod infidelitas est denudari amici commissum, verum est in presenti, ubi cedit ad infamiam: sed quia in futuro est ad Dei gloriam sine aliqua infamia, ideo non habet ibi hoc locum.

Ans. de similit. c. 66.

Q V Æ S T I O III.

An omnia ab omnibus videantur simul.

S. Tho. 4. Sent. dist. 43. q. 3. art. 3. Richard. 4. Sent. dist. 43. art. 7. q. 3. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 43. q. 1. 2. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 43. q. 1. 3.

TRVM omnia videantur simul ab omnibus. Et quod sic, videtur: quia super illud Induentur confusione, Glossa: Viso iudice mala omnia ante oculos metis verfabuntur.

ITEM ratione videtur, quia simul infligetur tota pœna: ergo simul sciatur, et ponderabitur culpa: ergo si magnitudo culpæ pendet ab actibus, et circumstantiis, et earum iteratione, omnia hæc manifestari debent simul.

ITEM maior confusio est, et dolor in medio duorum, quam vnus, et omnium, quam aliquorum malorum: econtra de bonis maius est gaudium: ergo si boni habebunt perfectum gaudium, mali perfectam confusionem, patet quod omnibus simul patebunt.

1. CONTRA: Vnum solum intelligimus, sicut dicit Philosophus: ergo non plura simul: non ergo omnia poterunt videri simul.

2. ITEM in damnatis non erit eorum natura melior, quam nunc est: ergo si eorum intellectus nunc non potest plura intelligere simul, nec tunc poterit, quod si tunc poterit: ergo sublimatus erit.

FVNDAMENTA. Iob 8. d

AD OPPOSITVM

ITEM in iudicio erit discussio, quæ est prius de vno, quam de alio: ergo prius erit vnus recordatio, quam alterius.

C O N C L V S I O.

Omnes repente, et simul omnia peccata videbunt operante diuina virtute.

Explicatio.

RESP. AD ARG. Dicendum quod omnes repente, vel simul omnia peccata videbunt, et credendum est magis quod simul. Ad quod intelligendum, notandum est, quod simul videre multa, vt multa hoc potest esse triplex. Aut ratione eius, in quo videt, quia videt multa vno: et sic in speculo æterno est videre multa, quia per idem ibi homo videt diuersa. Aut ratione sublimitatis intellectus, qui efficitur deiformis per gloriam. Unde videt plura sicut Deus, licet non omnimode: sicut angelus beatus simul cognoscit Deum in se, et creaturam in Deo, et in proprio genere. Aut ratione diuinæ virtutis hoc facientis, quæ tamen non efficit gloriam, vt ostendat ei exemplar æternum, sed leuat intellectum, vt possit aliquid supra se,

vel ad gloriam, vel ad pœnam. His tribus modis videbunt simul animæ bonæ in iudicio. Primis duobus modis in patria, sed tertio tantummodo animæ malæ in iudicio. Vtrum autem post, sic videant in inferno, hoc non determino, quamuis non improbabiler dici possit, vt pœna vermis sit consummata, et vniformis.

1. Ad illud quod obijcitur, quod integramus vnum solum, dicendum quod illud verum est per naturam: sed iste modus intelligendi erit per virtutem diuinã.

2. Ad illud quod obijcitur, quod cognitua in damnatis non debet sublimari, dicendum quod illa sublimatio potius est depressio, scilicet in ostensione omnium turpitudinum. Sicut enim recogitatio multorum bonorum amplificat lætitiã, ita recogitatio multorum malorum amplificat tristitiã.

3. Ad illud quod obijcitur, quod erit discussio, dicendum quod est sigillatim sicut discussio de singulis, quia non possunt omnia simul dici: tamen ad confusionem erit simul memoria de multis. Nec mirum, quia potentior est virtus cognitua, quam expressiua, siue interpretatiua: intelligimus enim statim, quod non possumus exprimere tempore diuurno.

D I S T I N C T. XLIV. P A R S I. DE AETATE ET STATURA RESVRGENTIVM, ac de reproborum igne.



OLENT autem nonnulli percontari et querere, an in eadem ætate et statura corporis omnes resurrecturi sint. Quidam putauerunt omnes resurrecturos secundum mensuram ætatis et stature Christi: ideo quia Apostolus ait: Donec occurramus omnes in virum perfectum, in mensuram ætatis et plenitudinis Christi. Sed his verbis non eadem resurgentibus assignatur statura, sed ætas. Omnes enim in eadem ætate resurgent, in qua Christus mortuus est et resurrexit, cuiuscumque ætatis mortui fuerint. Virum autem posuit, non ut distingueret sexum, sed ut significaret perfectionem virium, quam tunc habebunt: sed non omnes eandem staturam corporis obtinebunt. Unde Augustinus: Non, ait, in mensuram corporis vel staturam, sed ætatis, quia vnusquisque suam recipiet mensuram corporis, quam vel habuit in iuuentute, etiam si senex obijt: vel fuerat habiturus, si ante est defunctus. Ætas vero erit illa, ad quam peruenit Christus, scilicet iuuenilis, vt circa triginta annos. Triginta enim duorum annorum, et trium mensium erat ætas Christi, in qua mortuus est et resurrexit. Non est autem fas dicere, quod in resurrectione accedat corpori magnitudo, quam nec habuit hic, nec erat habiturum diu uiuendo: nec maiora corpora redigenda sunt ad modum Dominici corporis. Periret enim multum de illis corporibus, cum nec periturus sit capillus, vt ait Dominus: Capillus de capite vestro non peribit.

Ephes. 4.

Haym. in Glossa super illud Eph. 4. Donec omnes occurrant. de Civ. lib. 22. c. 15. in sensu 10. 3. ibidem in sensu. Luc. 21. d

Quod resurget quidquid fuit de substantia et natura corporis, et in eadem parte corporis

NON enim perit Deo terrena materies, de qua mortalium creatura caro: sed in quemlibet puluerem cinerem ue soluat, in quolibet halitus aurasque diffugiat, et in quamcumque aliorum corporum substantiam, vel in ipsa elementa vertatur, in quorumcumque etiam animalium vel hominum cibum carnemque muret, illi anima in puncto temporis redibit, quam illam carnem primitus ve homo feret, cresceret, viueret, animauit. Ipsa ergo terrena materies qua discedente anima fit cadauer, non ita in resurrectione reparabitur, vt ea qua dilabuntur, et in alias atque alias rerum species vertuntur, quamuis ad corpus redeant, unde dilapsa sunt: ad easdem quoque corporis partes ubi fuerunt, redire necesse sit. Alioquin si capillus redit, quem iam crebra tonsura detraxit: si unguibus, quos toties depressit excoctio immoderata et indecens, cogitantibus resurrectionem carnis, et ideo non credentibus occurrit in formicas.

Aug. in Enchyr. c. 88. ibid. Augustinus. Hugo lib. 2. de sacram. tit. 1. c. 19

formitas. Sed quemadmodum si statua cuiuslibet solubilis metalli igne liquecerit, vel conteretur in pulverem, vel confunderetur in massam: et eam vellet artifex rursum ex illius materia et quantitate reparare, nihil interesset ad eius integritatem, qua particula materie, cui membro statua redderetur, dum tamen totum ex quo constituta fuerat, restituta resumere. Ita Deus mirabiliter atque ineffabiliter artifex, de toto quo caro nostra existerat, eam mirabili celeritate restituet: nec aliquid atinebit ad eius reintegrationem, virum capilli ad capillos redeant, et ungues ad ungues: an quidquid eorum perierat, mutetur in carnem, et in partes alias corporis reuocetur: curante artificis providentia, nequid indecorum quippe aliquid ibi non erit: sed quidquid ibi futurum est, hoc decebit: quia nec futurum est, si non decebit.

Quod sancti sine omni deformitate resurgent.

HOC autem in corporibus sanctorum intelligendum est, de quibus consequenter adiungit: Resurgent ergo sanctorum corpora sine ullo vitio, sine ulla deformitate, sicut sine ulla corruptione, onere, difficultate: in quibus tanta facilitas, quanta felicitas erit: propter quod et spiritualia dicta sunt, cum proculdubio corpora sint futura, non spiritus. Ex his apparet quod una erit etas omnium resurgentium, scilicet iuuenilis: statura vero diuersa, scilicet quam quisque habuerat in iuuenili etate, vel erat habiturus, si ante est defunctus. Nec de substantia, de qua hominis caro creatur, aliquid peribit: sed omnium particularum ante dispersarum collectione, reintegrabitur naturalis substantia corporis. Sanctorum quoque corpora sine omni vitio fulgida sicut sol resurgent, præcisit cunctis deformitatibus, quas hic habuerunt.

An mali tunc habeant, quas hic habuerunt, deformitates.

DE reprobis autem queri solet, an cum deformitatibus hic habitis resurgant. Hoc autem Augustinus non asserit, sed dubium relinquit, ita inquit: Quicumque ab illa perditionis massa, qua per Adam facta est, non liberantur per Christum, resurgent quidem etiam ipsi unusquisque cum sua carne: sed ut cum diabolo eiusque angelis puniantur. Virum vero ipsi cum vitijs et deformitatibus suorum corporum resurgent, quaecumque in eis gesserunt, inquirendo laborare quid opus est? Non enim fatigare nos debet incerta eorum habitudo vel pulchritudo, quorum erit certa et sempiterna damnatio. Ecce non desinit, an tunc habeant deformitates, quas hic habuerunt reproborum corpora.

DISTINCT. XLIV. PARS I.

De resurrectione quantum ad modum, siue quantum ad qualitatem, et quidditatem resurgentium.

Solent autem nonnulli percontari, et querere, et cet.

Expositio textus.

DIVISIO. **V**PRÆ egit Magister de resurrectione an sit. Hic determinat quo modo sit, ostendendo quid, quo modo, et quale resurgat: et habet hæc pars duas. In prima ostendit qualia, et quanta corpora resurgant. In secunda determinat de abortiujs foetibus, ostendens quod in nulla quantitate resurgunt, quia non vixerunt, ibi: *Unde etiam inuestigari oportet*, et cet. Prima pars habet duas. In prima parte determinat quanta, et qualia erunt resurgentium corpora. In secunda determinat, quo modo damnatorum corpora erunt passibilia, ibi: *Si vero queritur de corporibus malorum quo modo*. Prima pars habet duas. In prima determinat, in quanta statura resurgant. In secunda determinat, qualia resurgant, ibi: *Hoc autem in corporibus sanctorum*. Prima pars duas habet. In prima determinat, in qua etate, et statura resurgant. In secunda determinat, qualiter statura corporis debeat reparari, et per quid: ubi determinat quid, in quo resurget,

A ibi: *Non enim perit Deo terrena materies*, et cet. Similiter secunda pars in qua agit de qualitate corporum, duas habet. In prima ostendit, quod corpora electorum carebunt omni deformitate. In secunda vero de corporibus reproborum relinquit sub dubio: innuit tamen quod deformitatibus non carebunt, ibi: *De reprobis autem queri solet*, et cet. et sic tria determinat. Primo quid resurget ad staturam hominis complendam: secundo quid in qua parte resurgat: et tertio quale, vtrum cum deformitatibus an sine.

Non eadem resurgentibus, et cet. Dub. I.

Videtur male dicere: quia duplex est quantitas, scilicet temporis, et extensionis. Sed qui habuerunt diuersam quantitatem molis, in diuersa resurgent: ergo qui diuersam habuerunt etatem, in diuersa resurgent. Item impossibile est quod est præteritum non esse præteritum: ergo impossibile est quod aliquis qui habuit annos centum non habuerit centum; ergo impossibile est quod habet solum triginta duos annos: sed in hac etate resurrexit Christus: ergo impossibile est senibus in hac etate resurgere. Item si resurgentibus computatur etas, aut ergo ab instanti natiuitatis, aut resurrectionis. Si ab instanti natiuitatis, tunc erunt plus quam centum anni, immo quam mille in aliquibus. Si ab instanti resurrectionis, tunc non habebit vnâ horam, qui ante habuit triginta annos. Item Dominus nulli detrahet de quantitate molis, sed addet his qui minus habent: ergo pari ratione de etate cum senectus sit venerabilis.

A P

Ad hæc omnia respondeo quod etas resurgentium dupliciter potest intelligi, aut per comparisonem ad principium durationis: sic assignatur nobis nunc secundum durationem ab initio nostri esse: sic non computatur etas in resurgentibus, quia transferunt omnem etatem, et extra statum talem sunt. Alio modo etas attenditur secundum dispositionem, et validitatem corporis: et sic accipitur etas iuuenilis: omnes enim tales, et tanti resurgent in corpore, quales fuissent in etate iuuenili: et ita etas non nominat durationem, sed corporis dispositionem: sic enim Deus tunc creat hominem in eo habitu, et statu in etate virili, non ratione computationis temporis, sed habitudinis corporis: et per hæc patet obiecta.

Vt significaret perfectionem virium. Dub. II.

Videtur male dicere, quoniam si femina non est vir, nec quantum ad sexum, nec quantum ad virium perfectionem, quia sexus femineus attestatur infirmitati: ergo videtur quod mulier non resurgat isto modo. Item sicut dicit Philosophus, femina est vir occasio: ergo si occasiones non resurgunt in natura quantum ad electos, nec femina resurget. Item: In resurrectione erit sicut angeli Dei, et hoc erit quia corpus conformabitur anime: sed in angelis non est distinctio sexus, nec in animabus: ergo, et cet. Item sexus distinctio est propter generationem: sed ibi non erit generatio: ergo et cet.

RESP. Dicendum quod sicut dicit Augustinus de Ciuitate Dei, aliqui voluerunt dicere, quod sexus femineus non resurget propter prædictam auctoritatem Apostoli, donec occurramus omnnes in virum perfectum, sed sicut ipse dicit, ibi dicitur vir non a sexu, sed a virtute, non corporis, sed mentis, per quem modum mulier facta vir est, secundum quem modum dicitur in Psalmo: Beatus vir qui non abiit in consilio, et c.

Psal. 1.

quod intelligi etiam potest de muliere: et ideo auctoritas ista non negat resurrectionem mulierum, sicut manifesta ratio confirmat. Quoniam enim sexus femineus est a Deo formatus, qui formauit virile, quod patet, quia sine ipso non esset perfectio speciei, et in corporibus nostris natura seruabitur, et vitia detrahentur, sicut viri resurgent cum sexu virili non propter generationem, sed propter perfectionem, et decorem quantum ad electos, sic femina in sexu femineo: quia tunc a membris illis dedecus, et inhonestas per omnia auferetur: et quod excitabat ad libidinem, excitabit ad Dei laudem. Quod ergo primo obijciunt, quod dicit defectum virium, dicendum quod hoc est solum secundum statum præsentem: ibi autem relinquatur sexus, et tollatur infirmitas. Quod obijciunt, quod femina est vir occasio, dicendum quod est loqui de natura intentione vniuersali, et sic femina est de intentione nature, quæ intendit saluare speciem. Et est loqui de intentione nature singularis, qui desiderat rem facere quanto meliorem, et perfectiorem potest: et quod non faciat, hoc est præter intentionem propter aliquam occasionem incidentem, et hoc modo natura de femina faceret virum, si posset. Sed quia vel est defectus in virtute et caliditate, vel etiam est debilis coagulatio in semine, vel non directe recipitur in matrice: hinc est quod mulier generatur, et dicitur vir occasio: tamen quia istam occasionem necesse est euenire, nec sine ea potest natura saluari in esse: ideo natura, quæ intendit saluare vtrumque sexum, intendit etiam productionem mulieris: et sic patet illud. Ad illud quod obijciunt, quod erunt sicut angeli, dicendum quod non est omnimoda similitudo, sed quantum ad hoc quod erunt immunes ab operibus carnis. Ad illud quod obijciunt, quod non erit generatio, dicendum quod sicut non erit vis generatiua ad usum generandi, sed ad perfectionem hominis: sic etiam erunt membra genitalia ad perfectionem corporis.

S. Bon. T. 6. 5.

Non est autem fas dicere, et cet. Dub. III. Videtur hoc falsum, quia nanus non habuit, nec habiturus fuit sufficiens magnitudinem in hac vita: ergo varij boni, quorum corpora sunt deformia, sicut erunt in caelesti patria. Item: Qui caret manibus, nunquam erat habiturus manus: ergo resurget sine manibus: ergo potest fieri additio membrorum officialium, quia non resurget sine manibus. Et si hoc, multo fortius videtur a parte membrorum consimilium, sicut maioris staturæ.

RESP. Dicendum quod statim ex quo corpus humanum generatum est, statutum est, quantum debet esse mole, licet nos non percipiamus, quia iam est ibi totum esse: et hoc est esse in quantitate virtutis, quæ distinguitur contra quantitatem molis: et hoc est esse secundum potentiam virtutis augmentatiuæ, quantum ergo natura potest istum augmentare, quia nunc paruulus est, tantus debet esse ratione: et tantus erit mole, nisi impediatur per occasionem. Secundum hoc intelligendum, quod quantitas rationis in aliquo potest deficere a statu competentis speciei, vel superabundare, vel sufficere. Quod sufficiat, hoc est de integritate nature: tunc autem dicitur sufficere, quando potest tantum corpus producere, quantum competit humane nature nature, quæ determinatos habet terminos, siue in paruitate, siue in magnitudine, inter quos statura Christi tenere medium creditur: tamquam perfectissima: et quæ diu ab illa statura non receditur, ita quod deformitas generetur, dicitur virtus augmentatiua, siue quantitas rationis sufficiens: et resurget vnusquisque secundum statum illi quantitati competentem. Si vero receditur ab ea, ita quod deformitas generetur siue in superfluo, siue in diminuto, dicendum quod tunc quantitas rationis non fuit perfecta, sed vitata: et ideo oportet tunc detrahi, vel addi, non ad nature mutationem, sed potius ad vitiositatis ablationem: et sic totum patet, quia Augustinus loquitur salua integritate, et perfectione nature. Vnde generaliter intelligere dat, quod quantum ad quantitatem rationis nec fiet additio, nec subtractio, nisi fuerit vitij deformatio. Quantum ad quantitatem molis fiet additio in his, in quibus non fuit perducta ad quantitatem rationis: nec oportet quod Dominus adducat materiam aliunde ad perficiendum, sed possibile est quod de illo vno totum extrahat: sicut creditur, quod quinque panes sine appositione in quinque millia hominum multiplicauerunt per virtutem infinitam. Potest tamen esse quod aliunde addat, vt fortasse in illis panibus fecit, et vtrumque miraculum fuit. Alius tamen modus probabilior videtur.

Sed quemadmodum si statua, et cet. Dub. IV.

Videtur istud exemplum Augustini non valere, quia aliud est artificiatum, et aliud statua illa, quæ primo fuit fusa, et illa quæ post fusa fuit: ergo videtur quod Deus sic reparat, quod alius fuit homo post, quam ante. Ad hoc volunt aliqui dicere, quod exemplum Augustini perfecte conforme est quantum ad modum, et identitatem reparationis, et reparati. Quantum ad modum: quia non oportet singula ad sua loca redire. Quantum ad identitatem: quoniam sicut in statua materia subiecta est eadem semel, et iterum fusa, sed forma artificis est alia: sic in corpore resurrectionis eadem est materia, sed forma carnis, et accidentia generata sunt alia: sed tamen homo non est alius, quia forma vltimo completiua, et primaria materia, secundum substantiam est vna, et eadem. Vnde si statua haberet animam, ipsa diceret: Ego sum reuocata, quia haberet eadem materiam, et eandem formam vltimam, quamuis non haberet intermedias: sic et in proposito dicunt se habere, quod forma intermedie reparata, sunt alia: tamen homo idem est, maxime ratione for-

22. de Ciuit. Dei c. 19. 10. 5. Enchy. 88. 10. 3.

z z mæ

ma, quia tota ratio personalitatis venit ex parte anime. Sed tamē istud non sufficit, pro eo quod resurrectio dicitur esse corporum humanorū magis proprie quān coninctorum. Si ergo resurrectio debet esse eiusdem; necesse est quod corpus humanum sit idem: sed numquam est idem corpus, nisi sit eadem caro: ergo oportet quod caro, quæ est forma intermedia, sit eadem, pari ratione et de alijs formis intermedijs: et si oportet quod caro sit eadem, oportet quod partes officiales vt manus, et pes sint eadem. Amplius, in lob expressē dicitur: In carne mea video Deum Salvatorem meum: ergo eadem erit caro. Non ergo rectum videbitur exemplum Augustini: Et ideo dicendum ad hoc, quod opera Dei non inveniunt perfectam similitudinem in operibus nostris, maxime istud cum sit supra naturam iterare eandem formam numero: ideo non est intelligendum istud exemplum adduci nisi ad hoc solum, quod sicut artifex creatus reparat de materia eiusdem statū statū consimilem, ita quod non oportet partes ad eadē loca redire: sic Deus reparat de materia corporis tui corpus, quod non tantum simile, sed idem est in substantia: nec oportet singula ad singula membra redire, ubi est crescentia, quæ generaret indecentiam, quia quantum ad hoc loquitur Augustinus, vt patet in littera.

Job 19. e

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam huius partis tria principaliter queruntur. Primo queritur, quid resurgat in corpore humano. Secundo quid in quo membro. Tertio queritur, qualia resurgent corpora. Circa primum queruntur duo. Primo queritur, quid resurgat quantum ad indigentiam. Secundo quid resurgat quantum ad superfluitatem.

QVÆSTIO I.

An humores resurgent in iudicio.

1. Tho. in Suppl. 3. p. q. 80. art. 2.
Richardus 4. Sent. dist. 44. q. 2.
Steph. Brulof. 4. Sent. d. 44. q. 1.
Petrus de Tarent. 4. Sent. d. 44. q. 2.

AD OPPOSITIVM.

MTRVM humores resurgent. Et quod non videtur: quia nihil resurget, nisi quod est de veritate humanæ naturæ: sed humores non sunt de veritate humanæ naturæ, quia quotidie mutantur, et restaurantur, et deperduntur: ergo, et cetera.

2. I T E M si humor resurget, et est de veritate naturæ humanæ: ergo totaliter oportet resurgere: ergo totus sanguis, qui exit de homine per phlebotomiam, vel alio modo, resurget: sed hoc generaret indecentiam: ergo, et cetera.

3. I T E M quod non vivit, non debet resurgere, quia resurrectio est ad vitam: sed humores non vivunt: ergo, et cetera.

4. I T E M nihil debet resurgere in corpore, quod non habeat aliquem vsum: sed humores sunt ad restaurationem deperditi, quod non est in corpore resurgente: ergo, et cetera.

5. I T E M nihil resurget, nisi quod consonat qualitati, et naturæ corporis resurgentis: sed corpus resurgens erit luminosum, et impassibile: humores autem sunt fluxibiles, et variabiles: ergo, et cetera.

FVNDAMENTA. Aug. de spi visu et anima 6. 25. 103.

CONTRA: Quod est de constitutione corporis resurget in illo: sed humores sunt huiusmodi: ergo, et cetera. Vnde Augustinus: Corpus constat ex membris officialibus, officialia ex similibus, similia ex humoribus, humores ex cibis, cibi ex elementis: ergo immediatus

se habent humores ad corpus, quān elementa: si ergo illa resurgent, et hi similiter.

I T E M quod est de perfectione corporis, resurget in illo: sed humores sunt huiusmodi: quia penes humores distinguuntur complexionēs: ergo, et cetera.

I T E M hoc videtur: quia medium, et dispositio vniendi animam corpori resurget in illo: sed sanguis est huiusmodi, et hoc patet auctoritate: Sanguis eorum est pro anima, Glossa: Aliquid vitale est in sanguine, et per ipsum maxime anima carni vnitur.

Dent. 12.

I T E M hoc ipsum videtur ratione, quia spiritus est medium vniendi animam corpori: sed spiritus, sicut dicunt Philosophi, ex humoribus generantur. Hoc ipsum patet exemplo: quia nulla læsione facta in corpore, si totus sanguis exiret, statim anima recederet. Si ergo humores sunt medium, et ratio vniendi: ergo necesse est quod resurgant.

I T E M si non resurgant, cum huiusmodi humores impleant corpus, resurget corpus vacuum, et imperfectum, ac per hoc deforme: sed hoc est indecens in beatis: ergo, et cetera.

I T E M in sacramento altaris conuertitur vinum in verum sanguinem: sed hoc esset impossibile, nisi sanguis resurrexisset in Christo: sed si in Christo resurrexit, et in quolibet alio resurget: ergo, et cetera.

CONCLVSIO.

Humiditas complexionalis, et humores in iudicio resurgent, quia verus sanguis resurrexit in Christo in eius resurrectione.

RESP. AD ARG. Dicendum quod differunt, sicut dicunt Philosophi, humor, et humiditas. Nam humor dicitur prout est in venis: humiditas autem, prout extra venas dirigitur, et extra venas est, et prout ab eis deriuatur ad membra. Distinguit enim Auicenna inter humorem, et humiditatem: et dicit quod humor dicitur prout est in venis, humiditas autem prout a venis deriuatur ad membra. Et hoc in triplici statu. Aut in primo egressu a venis: et sic vocatur ros humiditas, scilicet, quæ est in foraminibus paruorum venarum. Aut prout incipit vltra progredi, et dealbari: et sic vocatur cambium. Aut prout est iam dealbata, et cibans in actu: et sic vocatur gluten. Hac autem distinctio humiditatis ad duo membra reducitur, scilicet ad humiditatem nutrimentalem: et hoc complectitur rorem, et cambium, et complexionalem, et hac est gluten, quæ est de complexionem membri consimilis, in quo est tertia species heceticæ, et nutrimentalis: quia respicit statum, et indigentiam, non resurget: sed humiditas complexionalis absque dubio resurget. Sed quid de humoribus dicemus, cum sint currentes, et non sint de substantia membri, nec de complexionem radicali? dicendum quod absque dubio resurgent, cū vinum conuertatur in sacramento altaris in sanguinē, qui effusus est in remissione peccatorum: et iste est sanguis habens speciem sanguinis. Vnde non video, quo modo verus sanguis non resurrexit in Christo: et si hoc, pari ratione et in quolibet alio: Et præterea numquid venæ remanebunt vacuæ? Et quod hoc sit verum, quod sanguis resurgat, habetur in sermone sancti Ambrosij de martyribus: Dignum, et congruum: et ideo dicendum quod humores resurgent, et concedendæ sunt rationes ad hoc.

Serm. 22. cōm. Mart. 10. 5.

1. 2. AD illud quod obijcitur, quod non sunt de veritate humanæ naturæ, dicendum quod aliquid est de veritate naturæ humanæ tripliciter. Aut quantum ad esse necessarium, sicut membra principalia. Aut quo ad esse integrum, et completum, vt illa quæ faciunt ad corporis perfectionem. Aut quo ad esse decorum. Prima necessarium est resurgere secundum totalitatem. Sed quæ secundo, et tertio, congruum est resurgere secundum illud, secundum quod faciunt ad complementum, et decorum: et quia humores ad plenitudinē, et integri-

integritatem faciunt, resurgent in tanta quantitate, quanta corpori competit. Et per hoc patet secundum, quia non oportet quod totus sanguis, quem emittimus per minutionem, resurgat, sed quantum congruit. Similiter de carne, quæ fluit, et refluit, iudicandum est.

3. AD illud quod obijcitur, quod non viuunt, dicendum quod tripliciter est aliquid viuere, aut quia recipit influentiam vitæ, aut quia disponit ad vitam, aut quia ortum, et conseruationem habet ex actu vitæ. Primo modo viuificatur substantia corporalis, et caro: secundo modo viuunt spiritus, et humor: tertio modo capilli, et etiam vngues: et quia omnia ista connexionem habent cum vitæ, omnia resurgent.

4. AD illud quod obijcitur, quod non habent vsum, dicendum quod falsum est, immo habent vsum, scilicet ipsum corpus disponere ad vitam: sed non habent vltiorem vsum, scilicet restaurare: et habent hunc, quia de nouo generatur, et hunc ibi non habebunt.

4. AD illud quod obijcitur, quod non congruunt corpori luminoso, et impassibili, dicendum quod sicut caro et os secundum statum præsentem non congruunt statui beatitudinis, sed sublimabuntur, et sublimabuntur, sic est intelligendum de humoribus, et membris omnibus interioribus.

QVÆSTIO II.

An capilli et cetera intestina resurgent in iudicio.

5. Th. in Suppl. 3. p. q. 80. art. 2.
Et 4. Sent. d. 44. q. 1. art. 2.
Sec. 4. Sent. dist. 44. q. 1.
Richardus 4. Sent. dist. 44. q. 1.
Tho. Argenti. 4. Sent. d. 44. q. 1. art. 2.
Durandus 4. Sent. dist. 44. q. 3.
Franciscus de Mayr. 4. Sent. d. 44. q. 2.
Steph. Brulof. 4. Sent. dist. 43. q. 3.
Petrus de Tarent. 4. Sent. dist. 44. q. 3.

FVNDAMENTA.

2. MAC. 14. 2.

Luc. 21. d. Mat. 10. d.

AD OPPOSITIVM.

DE his, quæ spectant ad superfluitatem, vt sunt intestina, capilli, et vngues, vtrum resurgent. Et quod intestina resurgent, probatur: quia dicitur, quod Razias proiecit illa, deprecans omnipotentem, vt redderet ei.

I T E M si homo stetit, sine alicuius corruptione translatus fuisset in immortalitatem: sed homo conditus fuit cum intestinis: ergo illa habuisset in gloria: sed modo illa habebit, quæ habuisset: ergo, et cetera.

I T E M alia ratio est ad hoc, quia si non resurgerent, venter vacuus remaneret: est hoc imperfectus: sed ibi nulla est imperfectio: ergo, et cetera.

I T E M de capillis: Capillus de capite vestro non peribit. Et iterum: Omnes numerati sunt.

I T E M ratione videtur: quia priuatio capillorum, et vnguium est de imperfectione naturæ: ergo habitus est de perfectione: sed omne quod est de perfectione naturæ, debet resurgere: ergo et cetera.

I T E M capilli sunt in ornamentum a natura collati: sed corpora electorum debent resurgere cum omni ornatu: ergo, et cetera.

1. SED CONTRA: Quod intestina non resurgant, hoc videtur: quia sunt ad superfluitatis imbutæ receptionem: sed ibi non erit talis superfluitas: ergo, et cetera.

2. I T E M intestina aut erunt vacua, aut plena. Si vacua: ergo imperfecta: si plena, ergo immunda: cū ergo nullum horum statui gloriæ competat: patet, et cetera.

3. I T E M quod nec capilli resurgant, videtur: quia B. Bon. To. 5.

niam sunt ex fumosa superfluitate: sed ibi non erit superfluitas fumorum: ergo, et cetera.

4. I T E M ratione videtur: quia sicut folia sunt in arbore, sic capilli in capite: sed fructu ad maturitatem ducto cessant folia: ergo et capilli cum iam homo peruenit ad fructum gloriæ.

5. I T E M hoc potest probari, quia non sunt de veritate naturæ.

6. I T E M quia deforme esset corpus si omnes capilli resurgerent, extenderetur enim nimis longitudo capillorum: et huius signum est, quod sine dolore absconduntur: sed quod non vivit non debet resurgere, quia resurrectio est ad vitam: ergo, et cetera.

CONCLVSIO.

Et etiam, quæ de superfluitate sunt corporis resurgent, vt capilli et cetera: quia sunt ad decentiam et ornamentum corporis.

RESP. AD ARG. Dicendum quod sicut dictum est, resurget in corpore non tantum quod est de eius necessitate, sed etiam quod est de integritate, et de decentia, et pulchritudine: quoniam igitur capilli sunt de decentia, et vngues, hoc patet, quia caluitium est imperfectio naturæ, et ideo dico quod resurget. Similiter et intestina sunt de naturæ pulchritudine. Vnde Augustinus: In interioribus visceribus, quæ nullum decus modo videntur habere, ita pulchritudo rationem delectabit, vt omni formæ appatenti, quæ oculis placet, secundum mentis iudicium præferatur.

August. de Ciuit. Dei lib. 22. c. 24. 10. 5.

1. AD illud quod obijcitur, quod non habebunt vsum, dicendum quod verum est de vsum imperfecto, quem modo habent: sed perfectum habebunt, qui est vsum intelligentiæ obiectare in tam pulchra armonia, in qua laudabit anima sapientiam conditoris.

2. AD illud quod obijcitur, aut erunt vacua, aut plena, dicendum quod erunt plena, sed non superfluitate, sed nobilibus spiritibus, et subtilibus, quæ totum corpus reddent agilius.

3. AD illud quod obijcitur, quod capilli sunt ex superfluitate, dicendum quod superfluitas est triplex. Vna respectu totius corporis, et speciei, vt est superfluitas impuritatis: et hæc non erit ibi. Alia est superfluitas respectu totius corporis, in quo est, sed non respectu alterius propagandi, vt pote semen: et hæc similiter ibi non erit: et hæc est superfluitas residuitatis. Quædam est superfluitas respectu vnus partus, tamen in altera non est superflua, sed decens, et optime collocata: et talis est superfluitas, ex qua sunt capilli, quia illa materia non est necessaria stomacho: est tamen bene collocata in capite, et barba.

4. 5. 6. AD illud quod obijcitur, quod arbores amittunt folia, dicendum quod si arbores deberent semper suum seruare decorem sicut resurgentes, numquam folia amitterent: sed non debent cum seruare sicut resurgentes, ideo non est simile. Ad alia tria soluendum, distinguo triplicem veritatem naturæ, et viuere secundum triplicem differentiam, vt in præcedenti problemate dictum est.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER quantum ad secundum articulum queritur secundo quid in quo resurgat: et de hoc duo queruntur. Primo queritur, quid in quo resurgat quantum ad totum corpus. Secundo quid in quo quantum ad quodlibet membrum.

Q V A E S T I O I.

An caro que est in duobus hominibus, resurgat in vno sicut in alio.

S. Tho. in suppl. 3. p. q. 80. art. 4. Richard. 4. Sent. dist. 44. q. 4. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 44. q. 3. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 44. q. 4.

FVNDAMENTA. 22. de Civ. Dei c. 20. Et in Enchyr. c. 88. 10. 3.

V M caro est in duobus hominibus caro, vtrum resurgat caro in primo, vel secundo. Et quod in primo, videtur per Augustinu, et habetur in littera: Illi animae in puncto temporis redditur, quae eam primitus vt ex ea homo fieret, vineret, cresceret, animavit. I T E M ratione videtur: quia propria forma in propria materia nata est fieri: ergo si haec caro est propria materia huius animae, cui primo est vnita: ergo semper anima appetit ei vniri: ergo si non potest, frustratur eius appetitus: hoc autem est inconueniens: ergo, et cetera. I T E M caro ex vnione cum anima dispositionem trahit, siue ordinationem ad immortalitatem: ergo si haec caro vnita est cum hac anima, necessitatem habet iterum ad vnionem cum ipsa: et si hoc, cum hoc necessitas non patitur, vt haec caro ordinetur ad animam aliam: patet, et cetera. I T E M si non est necesse resurgere cu prima: ergo si tota caro hominis manducetur, priuabitur omnino anima suo corpore: et ita dabitur ei alius corpus: non ergo erit resurrectio, quia resurrectio est eiusdem numero.

AD OPPOSITVM

1. SED CONTRA: Coesta fuit in Adam, et Eua: quareo igitur in quo resurgat. Si in Adam: ergo cum tota Eua sit inde facta, nihil resurgat in Eua. Si non in Adam: sed in Adam primo fuit coesta: non ergo resurgat in quo primo fuit.

2. I T E M homo est de semine patris, et Christi ex purissimis sanguinibus Virginis: ergo si semen debet resurgere in patre, et sanguis in Virgine, tunc nullus homo generatus resurgat, nec etiam Christus: quod si hoc non est verum: ergo caro resurgat in eo, in quo secundo est caro.

2. de Ciuit. Dei. c. 20. Ench. 88. 10. 3.

3. I T E M esto quod aliquis nutriatur ex carne humana, dicit Augustinus quod redit ad primum: esto quod de illa generet, constat quod si tunc redit ad primum, nihil remanebit generato, et hoc est inconueniens. Quod si non redit: ergo non est necesse quod resurgat in primo, sed in secundo potest.

4. I T E M quod debeat resurgere in secundo, videtur: quia ab vltimos res denominatur, et a fine. Vnde statur in vltimo testamento, quod est in morte testatoris: ergo si caro ista fuit illius hominis finaliter, et posterius: ergo ad ipsum magis spectat: ergo ad secundum et postremum debet redire, non ad primum.

C O N C L V S I O.

Caro, que est in duobus, in vno sicut in principio, in alio sicut in indiuiduo et in toto, resurgat in isto non in illo: et si in ambobus, secundum materiam resurgat in primo: si in hoc secundum materiam, in alio secundum speciem resurgat: Impossibile est autem quod in pluribus sit secundum speciem.

R E S P. A D A R G. Dicendum quod caro quae est in duobus, potest esse dupliciter, aut ita quod sit in vno sicut in principio, in altero sicut in indiuiduo et toto suo, aut in vtroque sicut in indiuiduo. Si sit in vno sicut in principio, in alio sicut in indiuiduo et toto, resurgat in secundo, quia non erat in primo ad

A ipsum, sed ad alterum ordinata, sicut fuit coesta in Adā: quia ordinata ad propagationem Eug, sic semen in patre, quia ordinatum est ad propagationem filij: sic illi sanguines in beata Virgine, quia ordinati erant ad conceptionem Christi. Si autem in vtroque sit sicut in toto absoluto, hoc tripliciter potest intelligi, aut ita quod sit in vtroque caro secundum speciem, aut in vtroque secundum materiam, aut in vno secundum speciem, in altero secundum materiam. De primo est controversia: Nam aliqui dicunt quod caro vnus secundum speciem potest fieri caro alterius secundum speciem, vt pote si homo de illa nutriatur, et generet: et hoc dicunt, quia omnino est transmutabilis caro vt alia, sicut experimento patet. Et si queras in quo resurgat, dicunt quod in illo, in quo maiorem, et essentialiorem, habet ordinationem: et Dominus supplet alteri illud, vt verbi gratia: Si de modica parte corporis vnus quantum ad carnem secundum speciem sit aliquis generatus, illa resurgat in generato, et Dominus postsupplebit in me quod amissum est, sicut in Adam repleuit carnem pro coesta. Alia positio est, quod de carne secundum speciem alius homo non potest nutri, nec generari, sed solum de carne secundum materiam: et rationem huius reddunt ex parte actualitatis ipsius, quia transubstantiatio hic conuersio est: et conuersio, et transmutatio, siue transubstantiatio, siue transuersio est ex ente in potentia: et quia est caro secundum speciem, ideo non est possibilis conuerti in carnem secundum speciem. Sed quoniam hoc non habet stabile fundamentum, quia lupus nutriatur de carnibus lupi, et alijs animalibus eiusdem speciei, vt videmus: et iterum, caro secundum speciem potest fieri non caro, et tunc erit in potentia: ideo rationem fundant super puluerem appetitum, qui plātatus est ad illam formam determinate, et sempiternaliter, qui non patitur ipsam carnem viuificari ab alia anima immortalis: et ideo respondent, quod illud est impossibile, quod in primo sit caro secundum speciem vnus, et postmodū fiat alterius. Sed prima positio repugnare videtur resurrectioni eiusdem corporis: quia si de vna parte carnis meae secundum speciem posset fieri caro alterius secundum speciem: pari ratione et de alia, et sic de qualibet: et sic anima perderet suam carnem totam: quo modo igitur verum est quod dicit Iob: In carne mea videbo Deū Saluatorē meū? Secunda positio non habet multū roboris, tum quia videtur inconueniens dicere, quod homo non possit nutri de carne secundum speciem, cum sit apta ad nutriendum, et bene possit inde nutri. Amplius: Nec istud est multum stabile, quod in corpore humano sit aliquid actu corruptibile, et tamē sit resolubile vsque ad elementa, et quod ibi sit appetitus impediens transmutationem. Vnde sanius dici potest, quod sicut resurrectio est per diuinam virtutem: sic ordinatio carnis ad illam animam est secundum diuini decreti dispositionem: quae quoniam est immortalis, facit quod caro secundum speciem vnus ad carnem, secundum speciem alterius hominis sit impossibilis. Dicamus ergo quod in vtroque secundum speciem esse omnino est impossibile, quia tunc esset de necessaria constitutione vtriusque, et necessario resurgeret in vtroque: et hoc est impossibile. Istam impossibilitatem non dico venire de virtute carnis secundum speciem ipsius hominis, quia sic necessario est ordinata ad incorruptionem propter appetitum ad animam primam: et ideo nō potest esse corporis alterius animae principalis materia, quia siue sit ibi iste appetitus, siue non, sine calumnia, potest dici quod hoc venit ex ordinatione diuina, quae carnem hominis sicut nō dimittit perire, sic nec eius substantiam confundi, nec permisceri. Vnde sicut diuina prouidentia faciebat Adā ab exteriori impassibilem: sic etiā facit carnē secundū speciem vnus in carnē secundū speciem alterius inconuertibile. Si autē caro sit in vtroque secundum materiam, vt quando homo nutriatur de carne alterius, dico quod

Opinio 1.

Opinia. 2.

Improb. 1.

Opinionis.

lob. 19. e

Improb. 2.

Determin. Doctoris.

quod redit ad primum, quia ad vtrumque ordinata. A est de congruo: et sequens ordinatio cum non sit fortior, non soluit praecedentem. Si autem in vno sit secundum speciem, in altero secundum materiam, resurgit in eo, in quo fuit secundum speciem, quia ad illum essentialiorem ordinationem habet, siue sit primus, siue secundus. Vnde si aliquis nutriatur de carnibus alterius secundum speciem, talis caro redit ad primum. Si autem generatur de carnibus secundum materiam, quia de his, quae secundum speciem non potest generari, dico quod caro fiat in secundo, et Deus recompenfat primo. Et ratio huius est, quia caro maiorem, et essentialiorem habet ordinationem ad animam in secundo. Ex his patet obiecta: quia Augustinus loquitur in duobus casibus, scilicet quando in primo fuit caro secundum speciem: et hoc patet ex verbo suo: Vt ex ea homo fieret, et cetera, vel etiam quando in duobus est secundum materiam, A D illud ergo quod obijciatur, quod debet denominari ab vltimo, dicendum quod sequens ordinatio non soluit priorem, nisi sit fortior: et quia non est fortior, prior manet, maxime quando in primo fuit caro secundum speciem, habuit essentialiorem ordinationem ad animam, quia caro secundum speciem viuificata ab hac anima habuit necessariam, et indissolubilem ordinationem ad illam animam: et ideo sicut matrimonium legitime contractum cum aliquo non potest solui, si illa contrahit de facto cum aliquo: sic nec caro potest ordinationem ad primam carnem perdere. Quid autem sit caro secundum speciem, hoc habet locum in Libro 2. vbi agitur, vtrum aliquid transeat in veritate humanae naturae, et quaeritur. Dist. 30.

Resp. ad vlt. ad oppositum.

A D illud ergo quod obijciatur, quod debet denominari ab vltimo, dicendum quod sequens ordinatio non soluit priorem, nisi sit fortior: et quia non est fortior, prior manet, maxime quando in primo fuit caro secundum speciem, habuit essentialiorem ordinationem ad animam, quia caro secundum speciem viuificata ab hac anima habuit necessariam, et indissolubilem ordinationem ad illam animam: et ideo sicut matrimonium legitime contractum cum aliquo non potest solui, si illa contrahit de facto cum aliquo: sic nec caro potest ordinationem ad primam carnem perdere. Quid autem sit caro secundum speciem, hoc habet locum in Libro 2. vbi agitur, vtrum aliquid transeat in veritate humanae naturae, et quaeritur. Dist. 30.

Q V A E S T I O II.

An vnumquodque membrum reformabitur ex sua propria materia.

S. Tho. in suppl. 3. p. q. 80. art. 5. Rich. 4. Sent. d. 44. q. 5. Stephanus Brulef. 4. Sent. dist. 44. q. 4. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 44. q. 5.

AD OPPOSITVM. Enchyr. 88. 10. 3. et 22. de Civ. Dei c. 19. 10. 5.

V I D in quo resurgat quantum ad membra, vtrum scilicet materia viuificabitur in membris in suo, an differenter in quolibet resurgat. Et quod non in suo, videtur Augustinus dicere, et habetur in littera, quod non refert vtrum pars materiae redeat in suum locum, sicut est in fisione statuae.

2. I T E M ad hoc est ratio ostensua, quia materia illa est imperfecta obedientia respectu Creatoris: ergo si ipsa nihil operatur, et creaturae non facit vim, nisi quod totum reparatur, et debite, sicut bonus artifex: ergo videtur quod sine differentia materia vnus membri in alio possit resurgere.

3. I T E M alia ratio ad hoc est, quia dispositio contrahitur in corpore ad resurgendum ex vnione ad animam: ergo cum quaelibet pars totae animae vnietur, quia anima tota est in quolibet parte, quaelibet pars habet indifferentiam ad totum.

4. I T E M si necesse est quod in eodem: sed esto quod aliquis habeat nimis magnum caput, tunc necesse erit resurgere in eadem deformitate, quod est inconueniens.

FVNDAMENTA. Ezec. 37. b

S E D C O N T R A: Accesserunt ossa ad ossa, vnumquodque ad iuncturam suam: ergo si esse conuenienter ibi signata forma resurrectionis futurae: patet, et cetera.

I T E M ratione videtur, quia resurrectio est eiusdem: sed si manus fieret ex materia pedis, non esset eiusdem: sic nec alia aliqua pars si fieret de alia: et sic nec totum idem: ergo cum hoc sit inconueniens: patet, et cetera.

S. Bon. To. 3.

I T E M resurrectio est ad remunerationem: sed contingit vnum membrum nobilius esse altero, et vltterius magis mereri vno, quam altero: ergo si debet alicui prauidicari, illa pars materiae in membro debet resurgere, quae prius ibi fuit. I T E M sicut se habet totum corpus ad animam, sic oculus ad potentiam visiuam, vt dicit Philosophus: sed necesse est materiam totius corporis aptari huic animae, ita quod non alij: ergo et materiam potentiae visiuae huic, et non alteri: et sic materia vnus membri in hoc membro determinate resurgat.

C O N C L V S I O.

Membrum vnumquodque reformabitur ex sua propria materia pertinente ad eius substantiam: quae vero est de superfluitate per totum corpus diffundetur.

R E S P. A D A R G. Dicendum quod in hoc membro, siue in eius materia est aliquid considerare, quod est de substantia, et perfectione, aliquid quod est de superfluitate, sicut aliqua membra plus habent de materia, quam conueniens sit formae membri. Si primo modo, sic dico quod vnumquodque membrum ex sua propria materia reformabitur: reformatio enim respondet formationi. Vnde eadem et de eodem est reformatio eius, de quo fuit formatio. Si autem quantum ad superfluitatem, dicendum tunc, quod illud materiae quod modo est superfluum in vna parte, per totum corpus dispergetur, vt sic non abundet vnum membrum ab altero, nisi quantum debet.

1. E T sic loquitur Augustinus, quod patet: loquitur enim de superexcrecentia eorum, quae debent resurgere.

2. A D illud quod obijciatur, quod materia illa est imperfecta obedientia, dicendum quod verum est, tamen Creator non vult facere, nisi quod cogruit ipsum facere, et congruit, quod vnumquodque membrorum fiat de sua materia. Et quidam reddunt de hoc rationem ex parte diuersorum appetituum, qui sunt in puluere. Quidquid tamen sit de hoc, tamen hoc venit ab ordinatione perfecti artificis, vt apparet de eadem materia, et eodem ordine.

3. A D illud quod obijciatur, quod quaelibet pars vnietur toti animae, dicendum quod anima est perfectio quantum ad substantiam, et motor quantum ad potentias: etsi anima non sit composita immo simplex quantum ad substantiam, habet tamen multitudinem potentialium, ratione quarum ad diuersa organa comparatur. Quoniam igitur corpus est ordinatum ad resurrectionem in vtroque, et in quantum respicit animam vt perfectionem, et vt motorem, et quantum ad rationem motoris est distinctio: ideo distincte resurgat materia membrorum in suis locis.

4. A D illud quod vltimo obijciatur, iam patet responsio, dico enim quod illud per totum dispergetur, quod in aliqua parte est superfluum: nec illud faciet diuersitatem in corpore, sed remouebit deformitatem: et hoc intelligendum est quantum ad corpora electorum. Sic igitur patet, quid in quo resurgat secundum verba beati Augustini, quibus magis est innotendum, maxime in hac materia, quam etiam rationi. Attamen tam ad primum problema, quam ad vltimum posset de facili responderi, si quis velit seminales rationes intueri, in quas sit resolutio, quae in vna parte saluabuntur respectu totius, si sit artifex, qui possit educere: et ideo cum Deus hoc operetur, et supra naturam, quid mirum est si quantumcumque parum de carne remaneat, totum reficiat? nec vnumquodque terat a Deo diuidi, quin modicum sufficiat cuiuslibet: hoc dico secundum operationem Dei, non secundum operationem naturae, sicut alibi melius patet, scilicet in secunda Libro.

22 3 ARTI.

ARTICVLVS III.

CONSEQUENTER quantum ad tertium articulum, queritur qualia erunt corpora resurgentium: et de hoc duo queruntur. Primo queritur de qualitate quantum ad electos. Secundo vero quantum ad reprobos.

QVÆSTIO I.

An corpora electorum resurgent cum deformitatibus.

S. Tho. in suppl. 3. p. q. 81. per totum. Richardus 4. Sent. d. 44. q. 6. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 44. q. 3. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 44. q. 7.

FVNDAMENTA. Cap. 20. 10. 5.

TRVM corpora electorum resurgent cum deformitatibus. Et quod non, videtur. Augustinus de Civitate Dei 22. Aberit a corporibus electorum omnis deformitas, omnis infirmitas, omnisq. tarditas: ergo si hæc pertinent ad deformitates, et carebunt his: patet.

22. de Civitate Dei 6. 17. 10. 5. Epiph. 6. 92. 10. 3.

ITEM nihil resurget in electis, quod non sit de decore naturæ, quia videtur Augustinus, a corporibus electorum vitia detrahentur, et natura servabitur: sed deformitates non sunt de natura: ergo, et cetera. Probatio minoris. Super illud: Eramus natura filij itæ, Glossa: Natura vere, ac proprie dicitur qualis sine vitio fuit in primis parentibus: ergo cum deformitates in ea non fuerint: patet, et cetera.

Ans. lib. de Verit. c. 12

ITEM generans transmittit in prolem omne illud, quod est de veritate naturæ suæ, quando generat sine errore, pro eo quod per naturam generans generat sibi simile: sed generans habens deformitatem sine errore naturæ, generat non habentem deformitatem: ergo deformitas non est in eo de veritate naturæ: ergo si hoc solum resurget in electis quod est de veritate naturæ, deformitates non resurgent in eis.

AD OPPOSITIVM

ITEM Anselmus in libro de veritate dicit, quod veritas est rectitudo sola mente perceptibilis: ergo quod non est de rectitudine naturæ, non est de veritate naturæ: sed deformitas non est de naturæ rectitudine: ergo non est de veritate naturæ: ergo non resurget in electis.

CONTRA: Caro contracta a generantibus est de veritate humanæ naturæ: sed gibbositas, et alia multa deformitates possunt a generantibus contrahi: ergo sunt de veritate humanæ naturæ: sed omne tale resurget in electis: ergo, et cetera.

ITEM de veritate humanæ naturæ sunt membra non tantum officialia, verum etiam consimilia: sed in huiusmodi deformitatibus est aliquid de substantia membri consimilis, sicut patet in gibbo, est aliquid de carnis substantia: ergo est aliquid de veritate humanæ naturæ: ergo, et cetera.

ITEM quia anima meruit in corpore, debet remunerari in corpore, et in membris, et hoc quia corpus est sibi coniunctum: si ergo anima viri iusti meruit in deformitatibus, et per deformitates, quas humiliter toleravit: ergo debet in eis remunerari.

ITEM cicatrices, quæ sunt inductæ in martyribus a violentia, manent in gloria in signum meriti et triumpho: ergo pari ratione deformitates, quæ sunt a natura, in quibus meruit anima nostra.

CONCLUSIO.

Corpora electorum habentia deformitatem resurgunt cum deformitatibus suis quo ad substantiam, sed cum pulchritudine.

RESP. AD ARG. Dicendum quod deformati-

A tates quædam sunt qualitativæ, sicut illæ quæ veniunt ex malo, et inordinato situ membrorum. Quædam sunt quantitativæ, sicut quando quis habet nimis magnum caput, vel nimis magna membra, ita quod alijs sunt impropotionalia, vel habet gibbositates, vel talia, in quibus est aliquid de carnis substantia. Si de primis loquamur, quia non sunt de veritate humanæ naturæ, immo per errorem omnino contingunt, dicendum quod in electis nullo modo resurgent. Si de secundis loquamur, quia aliquid est ibi substantia, aliquid vitiositatis, quod est substantiæ resurget, quod est vitiositatis auferetur: hoc est dicere, quod illius membri materia per alia membra diffundetur quantum ad superfluitatem, ita quod non aliquid peribit, et tamen totum per omnia reducitur ad proportionem. Et sic patet quod in electis nulla resurget deformitas: resurget tamen alicuius deformitatis materia. Et sic concedendæ sunt rationes ostendentes, quod non resurgent.

MEMBRI materia per alia membra diffundetur quantum ad superfluitatem, ita quod non aliquid peribit, et tamen totum per omnia reducitur ad proportionem. Et sic patet quod in electis nulla resurget deformitas: resurget tamen alicuius deformitatis materia. Et sic concedendæ sunt rationes ostendentes, quod non resurgent.

1. 2. Concedendæ nihilominus sunt duæ ad oppositum inductæ quod illud, quod est de substantia deformitatis resurget, tamen sub ratione pulchritudinis.

3. Ad illud quod obijcitur, quod per deformitates meretur anima viri iusti, dicendum quod aliquid mereri est dupliciter. Aut quod habet imperfectionem secundum statum meriti, non tamen secundum suam formam, et naturam, aut quod habet imperfectionem secundum suam naturam, sicut patet quod meremur per charitatem, cui inest imperfectio solum ratione status: et meremur per fidem, cui inest imperfectio ratione formæ. In primo remuneramur per eius perfectionem. In secundo remuneramur per eius evacuationem, quia non est nata fides stare cum perfectione completa: per hunc modum in corporalibus oportet intelligi. Vnde cum corpus humanum statui perfectionis non repugnet quantum ad naturam, sed quantum ad statum: deformitas vero quantum ad propriam suam rationem repugnat perfectioni: hinc est quod corpus debet resurgere, et resumit, deformitas vero minime.

4. Ad illud quod obijcitur de cicatricibus, dicendum quod aut cicatrices non resurgunt, aut si resurgunt, ita facient ad decorem, et gloriam animæ quod non minuet pulchritudinem corporis, quia frequenter talia signa reddunt corpus magis decorum: quoniam igitur cicatrix potest carere turpitudine, sed deformitas semper deformat: ideo non sic competit deformitas corporibus electorum, ut cicatrix.

QVÆSTIO II.

An damnati resurgent cum deformitatibus.

S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 86. art. 1. Richardus 4. Sent. dist. 44. q. 6. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 44. q. 1. art. 2. Steph. Brul. 4. Sent. d. 44. q. 6. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 44. q. 8.

TRVM deformitates resurgent in corporibus damnatorum. Et quod sic, videtur per Augustinum in Enchyridion: Nulla debet esse quæstio de pulchritudine, ubi est certitudo de damnatione: si ergo certi sumus, quod reprobi damnabuntur, certi sumus etiam quod pulchritudine non decorabuntur.

ITEM a corporibus damnatorum non tolletur tarditas, nec passibilitas: ergo nec deformitas consimili ratione. Prima patet, quod passibilitas erunt damnatorum corpora et grauia: ergo, et cetera.

ITEM quod deformitates tollentur ab electis, hoc gratiæ

FVNDAMENTA. Ench. c. 92. 10. 2.

gratiæ est: sed nulla gratia debet fieri damnatis: ergo ab eis deformitates non debent auferri.

ITEM deformitates animarum ab animabus non tolluntur: ergo nec a corporibus ratione consimili, immo a causa, quia deformitas culpæ est causa deformitatis pœnæ.

ITEM corpus damnatis animabus redditur non propter perfectionem, sed propter maiorem punitionem: sed deformitas corporis redundat in pœnam animæ: cum ergo non debeat in eis pœna minui, sed augeri, non debet corpus eorum deformitatibus exui, sed reindui.

AD OPPOSITIVM.

CONTRA: Deformitates in effectu veniunt ex errore virtutis producentis: sed corpora resurgentium sola virtus diuina reficiet: ergo si illa non potest errare, impossibile est quod habeant deformitatem.

ITEM artifex qui effectum cum deformitatibus producit, non dicitur reformator, sed deformator: ergo si Deus corpora damnatorum cum deformitatibus facit resurgere, non debet dici reformator, sed deformator: sed hoc est facere ipsi artifici contumeliam, quæ longe debet a Deo relegari: ergo nullo modo cum deformitatibus producit.

ITEM optimi est optima producere: si ergo optimus est artifex: ergo optima artificata producit: sed ipse est artifex in resurrectione, et corpora deformata non sunt bene facta, nec ordinata: ergo, et cetera.

ITEM est ordo partium in toto, et ordo rei ad finem, et primus respicit sapientiam, secundus respicit bonitatem: sed Deus cum sit bonus non potest facere rem sine caritate, siue a fine deordinantem: ergo cum sit summe sapiens, non potest rem producere deordinatam quantum ad ordinem, qui est partium in toto: ergo nec deformitates.

ITEM a damnatis auferetur deformitas, quæ est per diminutionem: vnde si modo caret manu, tunc non carebit manu: ergo pari ratione et deformitas, quæ est ex superfluitate: et ita, ut videtur, omnis deformitas.

CONCLUSIO.

Corpora reproborum resurgent cum suis deformitatibus, si iam fuerint deformia, atque ita confirmabuntur.

RESP. AD ARG. Dicendum quod Augustinus in Enchyridion istam quæstionem dimittit insolutam, quasi non sit magnæ utilitatis: attamen cum assignationem, quare circa hoc non debeat laborari, determinationem quæstionis nobis inuit. Dum enim dicit, quod non debet nos molestare inquisitio circa pulchritudinem, ubi est certitudo circa damnationem: si

enim ad hoc resurgant ut damnentur, non ut melioris, sed peioris sint conditionis: manifeste apparet quod non dabitur eis pulchritudo, quam non habuerunt, nec auferetur deformitas, quam habuerunt. Vnde Deus quantum ad eos est purus reformator: quia secundum eandem formam reformat, quam eis natura dedit in generatione primaria. In qua reformatione apparet Dei sapientia, et iustitia. Sapientia, quia scit omnino eodem modo reparare, sicut ante fecit. Iustitia, ut sicut qui meruit in corpore pulchro, remuneretur in eius pulchritudine: sic qui in turpi peccauit, in eius turpitudine cruciari debet, nec debet auferri, sed potius firmari. Et rationes hoc ostendentes concedendæ sunt.

1. Ad illud quod obijcitur primo, quod venit ex errore virtutis, dicendum quod hoc verum est in operatione naturæ, quæ producit effectum quanto melius potest: sed non sic in operatione Dei, qui non reparat secundum quod melius potest, sed secundum quod meritis eius melius congruit.

2. Ad illud quod producit effectum deformem est deformatio, dicendum quod effectus deformiter productus potest dupliciter considerari, aut absolute, aut in comparatione. Si absolute, verum est. Si autem in comparatione ad meritum, aut ad præcedentem statum, non est verum: et quoniam effectus competit meritis damnatorum, competit nihilominus statui præterito: ideo talis reparatio non est deformatio, sed reformatio, et confirmatio debet dici: est exemplum in artifice, qui picturam diaboli facit turpem: ipse enim non dicitur deformatio, sed conformatio, quia conformem statui diabolico picturam facit, quamuis in se pictura sit deformis: sic etiam in proposito intelligendum.

3. Ad illud quod obijcitur, quod optimi est optima producere, dicendum quod verum est in ordine, et corpus deforme optime ordinatur in inferno, sicut pulchrum in celo.

4. Ad illud quod obijcitur de ordine duplici, dicendum quod ordo creaturæ quantum ad finem est dupliciter, vel quantum ad finem creatum, vel quantum ad finem vltimum, qui Deus est, qui est finis vniuersalis. Similiter ordo partium est dupliciter, scilicet partium in toto, et rerum in vniuerso: et sicut creatura non potest produci a Deo deordinata a fine vltimo, ita quod illam deordinationem habeat a Deo, sic nec ab ordinatione, quæ est in vniuerso: et quamuis deforme corpus sit deordinatum in se, est tamen ordinatum in mundo.

5. Ad illud quod obijcitur, quod auferetur deformitas per diminutionem: ergo, et cetera. dicendum quod hoc est propter perfectam punitionem voluntatis: quæ quoniam omnium membrorum fuit rector, et omnia habere voluit, licet non habuerit: ideo in omnibus puniri debet, et torqueri.

DISTINCT. XLIV. PARS II.

QVOD NON CONSUMENTVR CORPORA

quæ tunc ardebunt.



I. vero queritur de corporibus malorum, quo modo in igne ardeant et non consumantur: Augustinus varijs exemplis astruit, et sempiternis ignibus ea ardere, et non consumi illa combustione, sicut animus cuius presentia corpus vivit, et dolorem pati potest, mori autem non potest? Hoc enim erit tunc in corporibus damnatorum, quod nunc esse scimus in animis omnium.

Li. 21. c. 2. et 3. 4. de ciui. Dei. 10. 3.

Si dæ-

An dæmones corporali igne cremantur.

Aug. 21. do... QVÆRI etiam solet: An dæmones corporali igne ardeant. Ad quod Augustinus respon-

An animæ sine corporibus sentiãnt ignem corporalem.

CV M autem constet animas igne materiali in corporibus cruciandas, quari solet, an interim ante resurrectionem corporum anima defunctorum reproborum materiali igne cremantur.

De abortivis fœtibus, et monstris.

ILLVD etiam inuestigari oportet, si abortivi fœtus, et monstra resurgent, et qualia. De quo Augustinus ita ait: Occurrit de abortivis fœtibus quæstio, qui iam nati sunt in utero mar-

DIST. XLIV. PARS II.

Determinat quo modo damnatorum corpora erunt passibilia.

Si vero queritur de corporibus malorum, quo modo in igne ardeant, et cet.

Expositio textus.

VPRA determinavit Magister, quanta et qualia sunt resurgentium corpora. In hac parte determinat quo modo damnatorum corpora ab igne sunt cremabilia, et tamen sunt immortalia.

Diuisio.

Illud etiam inuestigari oportet si abortivi fœtus, et monstra resurgent, et cet. Dub. I.

Queritur hoc de monstris, et gigantibus, vtrum resurgant. Et quod sic, videtur: quia nihil debet deperire humana natura.

RESP. Dicendum quod monstra non resurgent, pro eo quod non est ibi natura veritas, sed potius error: vnde si sunt magnitudine gigantum in via, in patria non erunt.

Queritur, quando aliquis est in parte bimembris: in parte habet membra diuisa, vtrum debeat resurgere vnus, vel duo, quia qua ratione debet resurgere vnus, videtur quod duo, et econuerso.

Abst enim vs illum bimembrem, qui nuper, et cet. Dub. II.

Queritur, quando aliquis est in parte bimembris: in parte habet membra diuisa, vtrum debeat resurgere vnus, vel duo, quia qua ratione debet resurgere vnus, videtur quod duo, et econuerso.

RESP. Dicendum quod in monstro, quod in parte habet duo membra, in parte vnum, in parte distincta: in parte vnita distinguendum est, quia aut habet distinctionem in membris principalibus, et vnionem in non principalibus, et econuerso.

discerni non possit: et ideo debet resurgere in eo sexu, qui dominatur per naturam. Si vero queratur de monstro, quod partim est homo, partim est bestia, dicendum quod si partes principales sunt hominis, si vixit, habuit animam humanam, et ideo ordinatum est ad resurrectionem, et resurget homo secundum totum.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam huius partis queritur de passibilitate damnatorum. Queritur igitur qualiter patiantur. Et circa hoc tria queruntur. Primo queritur de punitione, si est. Secundo queritur, quid est. Tertio, qualiter agit. Circa primum queruntur duo. Primo queritur, vtrum infernus sit. Secundo vbi sit.

QUESTIO I.

An infernus sit ponendus.

S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 97. art. 1. Richardus 4. Sent. dist. 44. art. 2. q. 1. Scipho. Brulef. 4. Sent. dist. 44. q. 7. Petrus de Tarent. 4. Sent. dist. 44. q. 22.

TRVM sit ponere cruciatum æternum, ad oppo quem vocamus infernum. Et quod non, sit vtm. videatur: iuxta mensuram peccati erit et plagarum modus: sed nullus peccati æternaliter: ergo nullus cruciatur æternaliter.

ITEM: Congregabuntur congregatione vnus factis, et post multos dies visitabuntur: sed congregatio malorum est in die iudicij, secundum quod dicitur: ergo visitatio erit post iudicium: sed non erit ad intentionem supplicij: ergo erit ad liberationem: ergo non cruciabuntur æternaliter.

ITEM hoc ipsum videtur per nouum Testamentum: Quia mensura mensi fueritis, eadem remetietur vobis: constat illud esse dictum quantum ad peccati punitionem: sed omnis peccati mensura finita est cum sit a virtute finita: ergo punitio peccati finita est: ergo nullus cruciatus est æternus.

ITEM: Misericordia superexaltat iudicium: ergo magis misericors est Deus, quam iustus in effectu: ergo si æternaliter punire hoc est summa seueritatis, impossibile est quod Deus æternaliter puniat.

ITEM hoc ipsum videtur ratione: quia ad hoc quod iudicium sit iustum, requiritur iustus ordo, ista causa, et iustus animus. Iustus autem animus dicitur, qui punit non libidine vindictæ, sed propter aliquod bonum: ergo Deus non intendit vindictam, sed potius correctionem. Si ergo intentio diuina non frustratur, homo aliquando corrigitur dum a Deo punitur: sed cum correctus est, non indiget amplius puniri: ergo necesse est ipsam pœnam terminari.

ITEM summæ misericordiæ est a summa miseria liberare: sed summa miseria est pœna debita damnatis: ergo Deus ab illa liberat: ergo nullum æternaliter cruciat: ergo non est ponere cruciatum æternum, ac per hoc nec infernum.

CONTRA: Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur: ergo æternaliter cruciabantur in infinitum: ergo est ponere infernum cruciatum æternum.

ITEM: Ite maledicti in ignem æternum: ignem autem æternum vocamus æternum supplicium: ergo, et cetera.

ITEM

ITEM ratione videtur: quia si de duobus contrarijs est reperire alterum extremorum, et medium: necesse est ponere alterum extremum. Hoc enim est radix, et via stabilendi contraria apud Philosophos: sed est ponere perfectam, et æternam beatitudinem in patria: et medium statui in via inter beatitudinem, et perfectam et æternam miseriam: ergo est ponere perfectam miseriam, et æternam post hanc vitam: hanc autem dicimus infernum: ergo, et cetera.

ITEM peccatum opponitur merito iustitiæ: sed merito debetur gloria æterna, secundum quod dicitur: Ergo et peccato pœna æterna per locum a commutata proportione, sicut per consequentiam in ipso. Quia sicut se habet meritum ad primum, ita demeritum ad supplicium. Et iterum: Si oppositum in opposito, et propositum in proposito.

ITEM qui peccat mortaliter, præponit bonum commutabile bono æterno et infinito: ergo contemnit, et offendit bonum infinitum: sed tanta est offensâ, quantum est is qui offenditur: ergo cum ipse sit infinitus, offensâ debet iudicari infinita. Cum igitur pœna debeat proportionari offensâ, necesse est quod peccato mortali reddatur pœna infinita: sed non potest reddi infinita intensione, sed solum duratione: ergo, et cetera.

ITEM sicut Deus est summe misericors, ita est summe iustus: sicut ergo summe misericordis est summe misereri, et misericordiam suam summe manifestare per effectum: sic et summe iusti est summe punire, et suam iustitiam manifestare per effectum. Si ergo infinita iustitia non potest manifestari nisi per effectum infinitum, videtur quod aliquibus peccatoribus reddi debeat cruciatus infinitus: sed non potest esse cruciatus immensus: ergo necesse est esse cruciatum æternum: hunc autem dicimus infernum: ergo, et cetera.

CONCLUSIO.

Infernum ponere, et cruciatum æternum pertinet ad complementum uniuersi, et ad iustum iudicium diuinum.

Opinio 1.

Improb.

Opin. 2.

Improb.

RESP. AD ARG. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, quod aliqui negauerunt infernum esse, pro eo quod dixerunt nullum cruciatum esse post hanc vitam. Et istorum errorem conuincit ratio recta, quæ ita dicitur, quod malum non debet remanere impunitum. Si ergo multi peccant in hac vita, qui in hac vita non cruciantur, immo gaudent, et lætantur: ergo necesse est eos post hanc vitam cruciari, aut destruere ordinem uniuersi, aut diuinam iustitiam negligentem, et remissam esse circa punitionem peccati. Alij vero negauerunt infernum esse, pro eo quod negauerunt impios æternaliter cruciari, quamuis eis post hanc vitam aliquis maneat cruciatus. Dixerunt enim quod diuina misericordia hoc non potest sustinere, quod creatura sua, quam non odit, sed diligit, æternaliter sit in pœnis: cum ipse non delectetur in punitione nostra, nec fatietur cruciatibus nostris: nec aliquid obstitat, quin bene possit eos, qui puniuntur, sine aliquo præiudicio liberare a pœnis. Et si aliquando Scriptura cõminatur peccatoribus pœnam æternam: hoc dicitur non esse dictum secundum veritatem impletionis, vel promissionis, sed secundum terrorem cõminationis, qua intendit Deus malos liberare a peccatis. Iste autem error Origenis fuit, et suorum sequacium, qui tanto est immanior, quãto videtur esse mitior, et misericordior: pro eo quod diuinam iustitiam blasphemant, dum eam diminuit, dũ tantũ dat misericordie, quod non relinquit locum iustitiæ. Secundo vero quia spem nostram euacuat. Si enim Scriptura supplicium peccatoribus cõminatur nõ secundum veritatem, sed vt deterreat, quid cauetur est cur etiam non intelligamus præmia promittere non secundum veritatem, sed vt ad opus iustitiæ alliciatur.

ac per hoc Scriptura tota, et fides nostra vana, et vacua, et friuola poterit iudicari. Et ideo est tertia positio rationabilis, et fidelis, quod sit ponere cruciatum æternum: et hoc manifeste dicit diuina Scriptura, confirmat fides, et concordat ratio recta: et quod Scriptura dicat, et quod fides consentiat, hoc planũ est ex obiectis. Quod etiã ratio concordat, hoc patet, quia hoc dicitur et per modum congruitatis, et per modum necessitatis. Cruciatum enim æternum ponere facit ad complementũ uniuersi, et iustum iudicium Dei. Prima est ratio congruitatis, secunda necessitatis. Congruum enim est, vt pulchritudo uniuersi decoretur quibusdã antithetis: vt sicut bonis redduntur bona æterna, ita et malis æterna supplicia. Necessariũ est etiam ad seruandum ordinem iustitiæ, vt vnique reddatur secundũ merita sua, cum ventum fuerit ad iudicium. Peccator autem eũ peccat, peccat contra bonum æternum, et infinitũ: et ex hoc dignus est cruciati æterno. Dũ in peccato perseuerat, peccat in suo æterno, id est peccandi proposito æterno: Et dum decesserit, non est amplius locus meriti, ac per hoc non remissionis peccati: ideo semper est culpa: et quia culpa ordinatur ad pœnam, semper debet esse in pœna. Quia igitur peccat in bonũ æternum, ideo cruciati æterno est dignus: sed quia in suo æterno, ideo cruciati æternum asequitur. Et ista est vna ratio completa, quæ colligitur ex Gregorio, et Augustino. Gregorius enim dicit, quod ideo peccator æternaliter cruciandus est, quia peccat in suo æterno. Augustinus vero dicit, quod ideo æternaliter punitur, quia peccauit contra bonũ æternũ. Et quod istud sit iustũ, ostendit per hoc exemplũ: In humanis iudicijs et legibus, vbi dicitur quod peccans cõtra rem publicã aliquo grandi crimine morte moritur, nõ quia mortẽ, vel hora, qua occiditur, eius supplicium leges esse æstiment, cum sit hora perbreuis: sed quia eum in sempiternum auferunt a societate viuentium. Sic igitur concedendæ sunt rationes ostendentes infernum esse.

1. Ad illud quod obijcitur de commensuratione pœnæ, et culpæ, dicendum quod in pœna duo sunt, scilicet duratio, et intensio: et intensio respõdet rationi libidinis, duratio vero durationi peccati. Et quia peccatũ quãuis sit finitũ, tamen durat in infinitũ, ideo puniatur pœna finita, acerbitate, sed tamẽ infinita, duratione. 2. Ad illud quod obijcitur de visitatione et cõgregatione, dicendum quod est loqui de cõgregatione dupliciter, aut de cõgregatione in fieri, aut in facto esse. Si in fieri, sic quotidie cõgregantur quantum ad animas. Si in facto esse, sic congregabũtur in iudicio quantum ad animas, et corpora: et de prima cõgregatione loquitur Isaias: Postquam est visitatio in iudicio ad incrementum pœnæ: de secunda vero est sermo in Mattheo: Post quã non est visitatio, sed æterna damnatio. 3. Ad illud quod obijcitur de mensura retributionis, dicendum quod secundum quod dicit Augustinus, istud intelligitur non quantum ad commensurationem in quantitate, sed quantum ad similitudinem in qualitate, vt qui male fecerunt male recipiãt. Vel potest dici, quod hoc intelligitur quantum ad comparationem proportionaltatis, non quantum ad æqualitatem proportionis, vt magna pœna respondeat magnæ culpæ, non quod præcise sit tanta pœna, quanta culpa. Vel dicendum, sicut prius dictum est, quod hoc intelligitur quantum ad acerbitatem.

4. Ad illud quod obijcitur, quod misericordia superexaltat iudicium, dicendum quod illud est verum, quando est tempus misericordie, vt pũta in præsentĩ, in futuro autem erit tempus iustitiæ, iuxta illud: Cum accepero tempus: ego iustitias iudicabo. Aliter potest dici, quod intelligitur de misericordie merito, per quã quis meretur euadere seueritatem diuinæ iustitiæ. 5. Ad illud quod obijcitur, quod iustus animus nõ punit amore vindicte, dicendum quod Deus punit amore iustitiæ, non vindicte: et quamuis nõ punit ad correctionem, punit tamen ad iustitiæ manifestationem.

Veritas f. dei.

4. dist. 6. 4. 4.

Isa. 24. d.

Iac. 2. 6

Psal. 74. 4

Aliter

Aliter enim sunt puniendi corrigibiles, aliter incorrigibiles. Si quãdo tamen legatur, quod Deus viciscitur se, de suis inimicis, et vindicatur de eis, hoc non est in præiudiciũ iustitiæ: quia cum ipse sit iustitia, vindicare se hoc non est aliud, quã seruare iustitiã: hoc autem in homine non contingit, qui non est iustus: ideo non debet appetere vindicare se.

6. Ad illud quod obijcitur vltimo, quod summe misericordis est summe misereri, dicendum quod sicut Deus est summe misericors, ita etiam decet vt sit summe iustus: et ideo effectus summe misericordie nõ excludit effectum iustitiæ: et propter hoc Deus duo tempora sibi distinxit, vel constituit. Vnum in quo ostendit misericordiam suã infinitam, tradendo vnigenitũ filium suum pro omnibus inimicis suis, et parcendo omnibus ad se redire volentibus. Aliud in quo ostenderet iustitiã suã immensitatem: et hoc est tempus, quod deputatum est æternis cruciatibus.

QVÆSTIO II.

An infernus sit sub terra.

3. Tho. in Suppl. 2. p. q. 97. art. 7. Richardus 4. Sent. dist. 4. 4. art. 2. q. 2. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 4. 4. q. 5. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 4. 4. q. 1. 2.

FVNDAMENTA.

Isa. 14. b

Li. 4. Dial. 4. 4. 2.

AD OPPOSITVM Ca. 3. 3. 10. 3

Ibid. c. 34.

BY sit infernus. Et quod sit sub terra, videtur: Primo per symbolum, vbi dicitur: Descendit ad inferos, et cetera. Cum enim descendere dicat motum ad illud, quod deorsum est, et ipse erat in terra: ergo infernus est sub terra. Item hoc ostenditur per Scripturam: Infernus subtus conturbatus est.

ITEM hoc ostenditur per denominationem, quia vt dicit Gregorius: Infernus dicitur, quia infra iacet: quod enim est terra ad cælũ, hoc est infernus ad terrã.

ITEM hoc videtur per rationem: quia quanto corpus est nobilissimum, tanto locus debetur ei nobilior: si ergo nobilissimis corporibus, vt pote gloriosis, debetur locus supremus, scilicet empyrei: ergo restat vt corporibus ignobilibus, vt pote corporibus dånatorum, debeat locus infimus: hic autem est sub terra: ergo, et cetera.

ITEM locus debet per concordantiam respondere statui: sed status viẽ est medius inter pœnam, et gloriã: ergo et locus debet esse medius: ergo cum sit inferior loco beatorum, debet esse superior loco damnatorum.

CONTRA: Augustinus super Genesim ad litteram lib. 12. Sub terris dicitur esse inferi, vel creduntur, quia congruenter in spiritu per illas corporalium rerum similitudines sic demonstratur: ergo videtur secundum hoc, quod infernus non sit sub terra, sed quod apparet esse sub terra.

ITEM idem volens rationem nominis assignare dicit: Inferi eo quod infra sunt, appellantur Latine. Sicut autem secundum corpus, si ponderis sui ordinẽ teneat, inferiora sunt omnia grauiora, ita secundũ spiritum inferiora sunt omnia tristiora: ergo si tristari non dicit inferioritatem secundum situm, sed potius secundum spiritum, videtur quod infernus non sit inferior secundum situm, sed secundum effectum.

ITEM locus debet proportionari ponderi trahenti ad locum, alioquin pondus numquam traheret, nisi haberet cum loco similitudinem: sed pondus trahens ad infernum est peccatum, et hoc est quid spirituale non corporale: ergo et locus debet habere situm spiritualem, non corporalem: ergo non est sub terra.

4. ITEM multo plures sunt damnati, quã electi, sed cælum erit plenum electis, secundum quod dicitur: Vt impleatur domus discumbentibus: ergo necesse est quod damnati habeant maiorem locum, quã sit locus cæli, cum sint multo plures: ergo cum infernus complectatur omnes damnatos, necesse est quod sit tantæ amplitudinis, vt cælum: ergo impossibile est quod sit sub terra.

ITEM ordo partium in maiori mundo debet respondere ordini partium in minori mundo: sed nobilissima pars hominis est in medio, vt pote cor: ergo si medium terræ est medium mundi, ille locus erit nobilissimus: ergo in illo loco debet situari nobilissima pars mundi: non ergo peccatores: ergo si sunt in inferno, infernus non est sub terra, vel in medio terræ.

CONCLUSIO.

Possumus ponere infernum locum subtus terram, habentem situm, vt sacra videtur dicere Scriptura.

RESP. AD ARG. Dicendum quod quamuis temerarium videatur istam quæstionem determinare, pro eo quod Augustinus arbitratu est eam neminem scire, secundum quod dicitur in littera: sed opinatus est infernum nõ esse locum corporalem, sed spiritualem, secundum quod dicitur in libro 12. super Genesim ad litteram: attamen non est præsumptuosum modernis aliquid super hoc dicere, cum Gregorius expresse dicat in lib. 4. Dialogorum, infernum esse locum corporalem se non ambigere: et aluit etiam per autoritatem Scripturæ infernum sub terra esse, tum ex illo quod dicitur in Psalmis: Eruiisti animam meam ex inferno inferiori: tum ex illo, quod dicitur Apocalypsi: Non est aliquis inuentus in cælo, nec in terra, nec subtus terram, et cetera. et ideo ipsius autoritati in nitendo, dicere possumus infernum locum esse corpusalem sub terra habentem situm. Et huic concordat Scriptura, concordat denominatio, concordat et ratio. Sicut enim status damnatorum perfecta distantia distat a statu beatorum, ita et locus a loco. Et sicut statui beatitudinis debetur locus supremus, ita et statui miserie locus infimus, etiam secundum corpus.

2. Ad illud quod obijcitur in contrarium, dicendum quod Augustinus nõ dixit hoc asserendo, sed ratiocinando, et coniecturando: vnde et illud retractauit in libro Retractionum secundo dicens: Magis mihi videtur dicere debuisse de inferis, quod sub terra sint, quã rationem reddidisse, cur sub terris esse creduntur, quasi non ita sit.

3. Ad aliud quod obijcitur secundo de pondere peccati, dicendum quod est ordo iustitiæ, et ordo naturæ. Peccatum autem trahit deorsum non secundum ordinem naturæ, cum non habeat conformitatem ad illum, sed secundum ordinem iustitiæ: quia peccatum cum sit vilissimum, disponit hominem ad locum vilissimum, et infimum.

4. Ad illud quod obijcitur, quod cælum plenum est electis, dicendum quod hoc non intelligitur de plenitudine coangustationis, sed plenitudine pulchritudinis, qua dicimus cælum plenum esse stellis, et mare piscibus, et mundum hominibus. Si autem quæras imaginationem qualiter capiatur istud, quod tanta hominum multitudo sub terra sit, dici potest, quod omnes homines, qui nunc sunt, vix caperent millefimã partem terræ, si simul essent. Si ergo omnes homines, qui fuerunt ab initio vsque in finem, vix excedunt homines, qui nunc sunt in millefima proportione, omnes homines vix occuparent superficiem terræ: Si ergo concuuitas maioris est capacitatis, quã sit superficies, multo magis poterunt capi in cõcauitatibus.

Matt. 22. 4

Li. 20. c. 10. de Civ. Dei. 10. 5.

Ca. 3. 3. 10. 3

Psal. 84. c

Apoc. 5. a

2. Retrac. c. 24. 10. 1.

tribus terræ: quæ quamuis nobis non appareant, tamen multæ sunt: sicut ostendunt decursus aquarum de montibus, et concussiones terræ motuum: et infernus creditur esse maximè concavitatis, ac per hoc et magnæ capacitatis.

5. Ad illud quod ultimo obijcitur de ordine; vel de situ in partibus hominis, voluerunt aliqui dicere; quod illud quod est cor in corpore hominis, hoc est corpus solis in medio mundi: et secundum istam viam terra non iudicatur media esse, sed magis extremum, et extremum infimum. Aliter potest dici, quod non est simile, quod cum vniuersum sit orbiculare, et circumferentia sit eiusdem naturæ, pro eo quod extremum tenet rationem inferioris: ideo medium tenet rationem infimi. In homine autem non sic, quia vna extremitas, vt caput, dicitur esse superius; alia, vt pedes, dicitur esse inferius: et ideo medio cristas nec inferius, nec superius est: sed habet influentiam ad vtrumque: ideo nobilis pars debet situari in homine in medio: non sic in vniuerso, sed potius in extremo.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER quantum ad secundum articulum quæritur de quidditate pænæ infernalis. Et circa hoc duo quærentur. Primo quæritur, vtrum affligens in illa pœna sit ignis verus. Secundo, vtrum sit ignis solus.

QVÆSTIO I.

An ignis inferni sit verus ignis.

3. Tho. in suppl. 3. p. 9. ar. 5. Richard. 4. Sent. dist. 44. ar. 2. q. 3. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 44. q. 9. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 44. q. 13.

AD OPPOSITIVM.

TRVM affligens in inferno sit ignis verus habet formam, et naturam, et speciem ignis. Et quod non, videtur: Damascenus in fine libri sui: Tradentur diabolus, et impij in ignem æternum non materiale, qualis apud nos est, sed quale Deus nouit: ergo videtur, quod non habeat naturam ignis nostri.

10. Metaph. cont. 26.

2. ITEM ratione videtur: quia extinguibile, et inextinguibile differunt sicut corruptibile, et incorruptibile: sed corruptibile, et incorruptibile variant rem per essentiam, cum materialiter, vel naturaliter ibi sit non per gratiam: si ergo ignis infernalis est inextinguibilis, apud nos est extinguibilis: ergo non sunt eiusdem naturæ, et speciei.

Iob 18. a. Dist. ult. ar. 1. q. 3.

ITEM lux non accidit igni, immò est de ignis substantia, et consequitur ignem in omni materia, in qua saluatur species ignis: sed ignis infernalis caret luce secundum quod dicitur: Nonne lux impij extinguetur? et sicut melius patebit infra, cum dicuntur impij projici in tenebras exteriores.

4. ITEM operatio consequitur formam et speciem: ergo quæ habent diuersam operationem, sunt diuersa secundum formam: sed ignis iste, et infernalis diuersam habent operationem, quia iste consumit agendo, et in suam naturam conuertit, ille vero minime: ergo, et cetera.

5. ITEM spirituale, et corporale differunt non tantum secundum speciem, verum etiam secundum ge-

nus: sed ignis iste corporalis est, ignis vero infernalis spiritualis, vt dicit Augustinus super Genesim ad litteram: Est profusus inferior substantia: sed eam spiritua-

Aug. 12. super Gen. c. 33. 10. 3.

CONTRA per Gregorium: Ignem infernalem corporalem esse non ambigo, cum dicatur: Ite maledicti in ignem æternum: Sed omnis aqua materialis, seu naturalis omni aquæ corporali est eadem specie, et natura: ergo omnis ignis similiter omni igni.

FVNDAMENTA. 4. Dial. c. 29

ITEM similiter Basilius dicit in Hexameron exponens illud Psalmi: Vox Domini intercurrentis flammam ignis: quod ignis materialis cedit ad punitionem damnatorum, quantum ad id quod habet ardoris. Si ergo ignis species est, et æternus non mutabitur: ergo iste ignis aptus est ad puniendum reprobos: ergo videtur quod iste, et ille sint eiusdem naturæ, et speciei.

Pf. 28. b

ITEM omne corpus aut est mixtum, aut simplex: sed si ignis infernalis est corpus mixtum: ergo non est tantæ caliditatis, ac per hoc nec tantæ actionis. Si simplex: sed omne corpus simplex aut est vnum de quatuor elementis, aut est quinta essentia: ergo cum ille ignis non sit quinta essentia, cum sit infra terram, et sit maxime repugnans bonæ dispositioni: ergo est aliquid elementorum quatuor: sed non terra, nec aqua, nec aer: ergo est ignis.

ITEM iste ignis est calidissimum corpus sicut dicitur, et verum est: ergo cum infernalis ignis sit calidissimus, et quod per superabundantiam dicitur, conuenit vni soli speciei, vel indiuiduo: ergo ignis ille est eiusdem speciei cum isto.

Sap. 11. c

ITEM Per quæ peccat quis, per hæc et torquetur. Si ergo per corpus, et per ea quæ sunt de compositione nostri corporis peccamus: ergo per eadem in specie, et natura debemus puniri: ergo videtur quod ignis qui est de compositione corporum, et qui est artificialius in inferno, sit idem secundum speciem.

Apoc. 14. b. Ista. 34. b

CONCLUSIO.

Ignis inferni est corporeus, et forte eiusdem nature substantialis cum igne elementari, licet diuersa sit proprietatis.

RESP. AD ARG. Dicendum quod quamuis ad hanc quæstionem videatur temerarium respondere, quia Scriptura eam non determinat: nec Doctor præcipuus Augustinus eam explicat, sed magis relinquit insolutam, dicens quod nulli manifestum est cuiusmodi sit ille ignis, nisi ei, cui diuinus Spiritus ostendit: et amplius opinari videtur quod ille ignis sit spiritualis, non corporalis: tamen satis possumus pro certo habere per Doctores posteriores, vt pote per beatum Gregorium, cui multa diuinus spiritus reuelauit, quod ignis infernalis sit corporalis. Sed vtrum ille ignis sit elementaris, siue eiusdem speciei cum igne, qui apud nos est, hoc non ita potest pro constanti a quocumque determinari. Attamen si quis non adducat fortiores rationes, quàm quæ adductæ sunt, non compellimur ponere ignem infernalem esse diuersæ naturæ, et speciei ab igne, qui apud nos est, si proprie velimus speciem appellare formam substantialem, et specificatiuam, secundum quod dicitur, quod omnis aqua similis est omni aquæ in specie. Et huic opinioni satis videtur consonare Augustinus de Ciuitate Dei, vbi inquit: Quo modo iste ignis vere habeat naturam ignis? et tamen non consumat corpus, in quo agit, et cetera. Si tamen loquamur de proprietatibus accidentalibus, quæ non variant speciem sed operationem: ille ignis habet diuersas proprietates ab isto: Nec mirum cum istud appareat in alijs creaturis, sicut exemplificat Augustinus, et Isidorus in naturis fontium, et aquarum. Dicit enim quod Garamantes est fons, in quo faces accensæ

12. de Gen. c. 33. et 34. 10. 3.

1. 22. c. 17. de Civ. Dei. 20. 5. Lib. 21. c. 5. de Civ. Dei. Ista. lib. 13. c. 13. Etymologiarum.

centæ extinguuntur, et extinctæ accenduntur: sicut et alij fontes diuersarum proprietatum, colorum, et operationum: attamen in specifica natura alijs aquis assimilatur: sic etiã intelligere possumus in proposito.

1. Ad illud quod obijcitur de Damasceno, dicendum quod non negat Damascenus similitudinem in forma specifica, sed potius in proprietatibus, et operationibus consequentibus.

2. Ad illud quod obijcitur de proprietate extinguibilitatis, potest responderi dupliciter. Primo quod sicut corpora damnatorum eadem sunt cum nostris secundum speciem, et tamen sunt immortalia: ita ignis crucians corpora illa idem est cum igne nostro, quamuis non deficiat, quia hoc non habet per naturam, sed per vim superadditam. Aliter potest dici, quod non variat speciem, quia per operationem artis fieri potest, quod ignis non extinguatur: sicut dicunt aliqui qui experti sunt, quod si ignis cum sulphure includatur in vase, ex quo nulla euaporatio possit fieri, in æternum duraret sine nutrimenti appositione, si locus in æternum permaneret: hoc autem nihil prohibet in igne infernali intelligere, cum sub terra constet inclusum esse.

Ignis quo modo perpetuo durare possit.

3. Ad illud quod obijcitur de luciditate, dicendum quod ignis tres sunt species materiales, scilicet lux, flamma, et carbo: et istæ sunt species materiales: et quamuis in omnibus his saluetur natura lucis, tamen minime est in materia terrestri, et maxime terrestris parum habet de luce, et multum resolubilis est in fumositatem, et in tali materia vt pote in sulphure, et pice ignis potius est tenebrosus, quàm lucidus, quia magis visum impedit, quàm adiuuet: et per hunc modum imaginari possumus ignem infernalem, et ad hoc adiuuari auctoritate Scripturæ, dicitur enim: Cruciantur igne et sulphure. ITEM: Dies ultionis Domini, et cetera, et post: Conuertentur torrentes eius in picem, et humus eius in sulphur.

Apoc. 14. b. Ista. 34. b

4. Ad illud quod obijcitur de operatione, dicendum quod illud non sequitur, quia eadem secundum speciem diuersas habent operationes. Nec istud verbum veritatem habet, nisi intelligatur de operatione consequente totam speciem.

5. Ad illud quod obijcitur de verbis Augustini, dicendum est illud esse retractatum, sicut et de loco infernali, vbi dicitur quod est locus spiritualis, non corporalis: sic in proposito intelligendum est, quod infernalis ignis corporalis est, et sub terra est.

QVÆSTIO II.

An puniens in inferno sit solus ignis.

3. Tho. in suppl. 3. p. 9. ar. 1. Richard. 4. Sent. dist. 44. ar. 2. q. 5. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 44. q. 10. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 44. q. 14.

AD OPPOSITIVM. Mat. 25. d

TRVM puniens in inferno sit ignis solus. Et quod sic, videtur: Ite maledicti in ignem æternum. Vbi Dominus per sententiam infert æternale supplicium: ergo videtur quod in igne puro consistat.

2. ITEM calefacto in igne aqua frigida non est pœnalis, sed delectabilis: nec auget supplicium, sed refrigerium: ergo si nulla est eis consolatio, nullum refrigerium: ergo est calor ignis sine frigore aquæ.

3. ITEM si sunt ibi elementa, aut sunt actiua, aut non. Si sic: ergo cum vnum contrarium agens in aliud eius actionem debilitat, et infringat, tunc videtur quod actio ignis sit ibi remissa, quod non videtur conueniens, cum illa pœna sit acerbissima. Si S. Bon. To. r.

vero non sunt actiua: ergo nihil faciunt ad pœnam: ergo si in inferno non debent esse corpora, quæ ad pœnam non faciunt: patet, et cetera.

4. ITEM si ibi sunt alia elementa, aut sunt distincta, aut mixta. Si mixta: ergo eorum actio est confusa, et contemperata. Si vero sunt distincta: ergo et pari ratione ordinata: ergo sunt quattuor elementa distincta, et ordinata: ergo videtur quod ibi sit vnus mundus, et esset illud iterum saluum, quod dicitur: Terra miseria, et tenebrarum, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat: ergo si nec distincta, nec confusa sunt, tunc nullo modo sunt.

Iob 10. d

CONTRA: Quod sit ibi ignis, patet, vbi dicitur: Ite maledicti in ignem æternum: hoc etiam habetur ex multis alijs locis.

FVNDAMENTA. Mat. 25. d. Psal. 10. b

ITEM quod sit ibi aer, videtur per illud psalmi: Ignis, sulphur, et spiritus procellarum, et cetera. Si ergo spiritus procellarum vere habet naturam aeris, sicut ibi vere est ignis, ita et aer.

ITEM quod sit ibi aqua, videtur. Transibunt ab aquis niuium ad calorem niuium: ergo si vere erunt in calore ignis non secundum tropum, vere erunt in frigore aquarum.

Iob 24. b

ITEM quod terra sit ibi, videtur per illud, quod dicitur: Terra miseria, et tenebrarum: et hoc patet, quia vt probatum est, locus ille est sub terra.

Iob 10. d

ITEM hoc videtur de omnibus simul: quia enim mali per corpus peccauerunt, ideo per totum corpus puniuntur: ergo pari ratione secundum omnes partes, et qualitates corporis: ergo videtur quod secundum quattuor elementa, et eorum quattuor qualitates.

CONCLUSIO.

Non modo ignis crucians est in inferno, sed omnia elementa, que sunt ibi confusa, vindicantia Creatorem.

RESP. AD ARG. Dicendum quod in inferno, sicut ex Scriptura colligitur, quattuor elementa esse creduntur ad perfectam damnatorum punitionem, vt omnis creatura exardescat in tormentum contra iniustos, et ardeat in ultionem Creatoris, et per ea puniantur, ex quibus constituuntur. Quia vero sunt ibi ad pœnam, ideo illa ibi esse dicuntur, quæ videntur in qualitatibus actiuis, vt ignis, et aqua. Et rursus: quia ignis maxime actiuus est ille, qui maxime ibi viget. Vnde etiam per ignem in Scriptura omne acerbe puniens signari solet. Vnde cum Dominus ignem infernalem comminatur, aut comminatur tamquam præcipuum tormentum, aut sub nomine ignis intelligit omne aliud afflictiuum. Si autem quærat, per quem modum ibi elementa esse intelligantur, dicendum quod elementa ibi sunt confusa, non distincta, non ordinata. Nec tamen illa confusio pœnâ minuit, sed auget: pro eo quod actio elementorum murtua post resurrectionem cessabit, cum cesset generatio, et corruptio: sed tamen manebit actio eorum in corpus damnandorum: quia ad hoc omnis eorum virtus dirigetur, non tamquam intententia multiplicare speciem, sed secundum imperium Creatoris intendunt vindicare diuinam iniuriam, quod quidè sit affligendo humanam naturam. His visis patent omnia obiecta.

1. 2. 3. Primum enim patet de Domini comminatione, quia sub igne alia affligentia continentur, vel a maiori sit denominatio. Secundum similiter patet, quia simul vtrumque affligit secundum diuersas partes, aut si successiue secundum eadem, tanta erit intentio ex parte vtriusque, quod potius sentietur maior acerbitas, quàm contemperetur. Et si obijciatur de diuine qui guttam aquæ petijt, dici potest quod forte in alia parte sentiebat frigus, aut diuersi diuersi supplicij cruciatur secundum quod diuersi vitij sunt infecti. Vnde sicut prima mundi purgatio fuit per aquam, secunda per ignem: sic in proposito intelligendum.

4. Ad illud quod obijcitur de actione, et mixtione, patet responsio, quia ibi est actio non in alterum, sed miserum corpus damnatum: et non est commixtio, sed potius quaedam confusio, sicut dicitur quod ignis, et grandis mixta pariter ferebatur. Vnde ibi erit ignis ardens, et aqua congelans, et aeris inquietudo, et perturbatio, et terrae foetor. Vnde Gregorius: In inferno erit frigus importabile, ignis inextinguibilis, foetor intolerabilis.

ARTICVLVS III.

CONSEQUENTER quantum ad tertium articulum quaeritur de actione ignis, de qua duo quaeruntur. Primo quaeritur, vtrum ille sit consumptiuus corporum. Secundo, vtrum sit afflictiuus animarum.

QUESTIO I.

An ignis inferni consumet corpora damnatorum.

S. Thomae in suppl. 3. p. q. 97. art. 2. Richardus 4. Sent. dist. 44. ar. 2. q. 7. Tho. Argent. 4. Sent. dist. 44. q. 1. ar. 3. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 44. q. 1. Petrus de Tarent. 4. Sent. d. 44. q. 1. 5.

AD OPPOSITVM.

IRCA quam proceditur sic, et ostenditur quod ille ignis consumit corpora damnatorum. Augustinus de natura boni: Quoniam volentes corrumpuntur in peccatis, nolentes corrumpentur in poenis: ergo si non corrumpuntur nisi ab affligente, et ignis non corrumpitur nisi consumendo, videtur quod ignis ille consumat corpora.

ITEM ille ignis agit in corpora: ergo corpora patiuntur: sed omnis passio magis facta abijcitur a substantia: ergo si abiectione facta substantia est per calorem, non est aliud quam consumptio: ergo ille ignis consumit corpora.

ITEM aduersionem necessario sequitur inflammatio, et ad inflammationem consumptio: ergo si ignis ille corpora adurit, ergo consumit. Si tu dicas quod non sequitur: quia Salamandra calescit ab igne, et tamen non consumitur ab igne, sed renouatur.

CONTRA: Hoc non soluit, quia Salamandra ab igne non laeditur, sed corpora damnatorum ab igne laeduntur, et in igne cruciantur. Si ergo ignis quod laedit, consumit: patet, et cetera.

ITEM dolor intensus est via ad mortem, sicut patet: ergo magis intensus magis disponit: si ergo ille ignis est causa intensi doloris, contingit hominem per illum disponi ad mortem vltima dispositione: ergo necesse est quod damnatos perimat: ergo pari ratione quod corpora consumat.

FVNDAMENTA.

CONTRA: Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur. Tantum ergo durabit ignis agens, quantum homo patiens: sed ignis ille nunquam extinguetur, nec minuetur: ergo nec corpus consumetur.

Lib. 22. de Civit. Dei cap. 2. 3. 4.

ITEM Magister in littera. Augustinus: Varijs exemplis astruit ea ardere, et non consumi vlla consumptione: ergo, et cetera.

ITEM ratione videtur, quia omne quod consumitur, perdit aliquam partem sui: ergo si corpora damnatorum consumuntur, sunt in continua deperditione: sed constat quod non restaurantur, cum omni refectione careant. Quod autem patitur deperditionem, et non habet restorationem necessario, aliquando est totaliter consumptum: ergo, et cetera.

ITEM omne quod consumitur necessario effici-

tur minus potens: ergo et magis passibile: ergo si continue consumuntur, continue illorum poena intenditur: et si hoc, cum daret in infinitum, cresceret in infinitum: quod omnino est inconueniens, quod crescat poena, et non crescat culpa.

CONCLUSIO.

Corpora damnatorum ab igne non consumuntur, sed corrumpuntur quo ad optimam dispositionem qua priuabuntur.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod si de corporibus damnatorum quaeratur, vtrum ab igne affligantur, simpliciter est concedendum. Si autem quaeratur, vtrum consumantur, simpliciter est negandum. Sed si quaeratur, vtrum corrumpantur: hoc est distinguendum. Nam corruptio vno modo dicitur defectio, seu decisionem rei quantum ad esse substantiale, et hoc modo idem quod consumptio: et tali modo non corrumpuntur, cum non moriantur. Alio modo corruptio est idem quod priuatio bonae dispositionis: et hoc modo quoniam a corporibus damnatorum auferetur quies, et bona dispositio, quae generat in anima voluptatem: hinc est quod continue corrumpitur. Est ergo corruptio afflictionis, non interemptionis, siue consumptionis, et haec fit per aduersionem ignis. Si autem quaeratur, quo modo istud possit capi, et intelligi, possumus ad hoc manuduci et exemplo, et ratione.

Videmus quaedam in igne viuere, et non deficere, sicut ponit Augustinus exemplum de Salamandra de Ciuitate Dei. Si ergo mirabilius est aliquid animal in igne conseruari sine afflictione, quam affligi sine consumptione: et istud est secundum naturam possibile: ergo nec istud debet iudicari impossibile. Quod si dicas hoc non esse simile, quia natura illius animalis conformis est igni, natura vero humani corporis omnino difformis: responderi potest dupliciter. Vno modo quod quamuis natura humani corporis secundum statum praesentem sit ab igne consumptibilis: nihil tamen prohibet quin Creator, qui naturam, quam voluit, omnibus, et singulis dedit, talem naturam homini dare possit. Nec mirum, cum homo ante lapsum alterius dispositionis, et naturae corpus haberet, quam post lapsum: quia prius possibile ad immortalitatem, modo necessarium ad mortem. Hoc ipsum persuaderi potest exemplis sumptis a parte ignis: ideo enim ille ignis vrit, et non consumit, quia pabulum non requirit. Et est exemplum manifestum in inflammatione auri ab igne: quod quidem inflammatur, sed non consumitur: quia igni non praebet pabulum: sic nec humanum corpus igni infernali. Evidentissimum autem exemplum ponit Augustinus de igne, qui est in partibus Siciliae, sicut patet aspicientibus, quod ille ignis montes illos ab antiquissimis temporibus aestuare facit, et tamen adhuc integri perseverant: et isti sunt satis idonei testes, quod non omne quod vritur, consumitur. In legenda etiam beati Nicolai scribitur, quod in partibus orientalibus quidam ignis inuenitur, qui oppositam sibi manum vehementer affligit, et tamen de manu nihil consumit. Sic ergo his exemplis colligitur possibile et aliquid in igne ardere, et tamen non deficere. Ex his etiam possumus colligere rationem huiusmodi, quoniam hoc venit ex parte agentis, et ex parte patientis. Isti enim igni data est virtus ad inflammandum, non ad consumendum: et corpori data est natura passibilis ad patiendum, non ad deficientium. Si autem quaeratur ratio huius, dicendum quod est a parte naturae passibilitas ad suscipiendum, ex parte Dei est potestas ad dandum, ex parte finis est congruitas ad sic faciendum, quia in infinitum debet homo in corpore cruciari, et manifestetur Dei iustitia infinita. Nec sunt ista duo incompassibilia, quod aliquid corpus tangatur

Exemplum Lib. 22. de Civ. Dei c. 2. et cap. 4. 10. 5.

Lib. 22. de Civit. Dei cap. 2. 10. 5.

QUESTIO II.

An ignis inferni sit afflictiuus spirituum.

S. Tho. in suppl. 3. p. q. 97. ar. 1. Et 4. Sent. d. 50. q. 2. art. 3. Scot. 4. Sent. d. 44. q. 2. Richardus 4. Sent. d. 44. ar. 2. q. 6. et 10. Duran. 4. Sent. d. 44. q. 10. Franc. de Mayr. 4. Sent. d. 44. q. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 44. q. 12. Petrus de Tarent. 4. Sent. d. 44. q. 16.



TRVM ille ignis sit afflictiuus spirituum. Et quod sic, videtur: Ite male dicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo, et angelis eius: sed daemones, vel angeli sunt substantiae incorporeales, et ille ignis non est eis paratus nisi ad poenam, et afflictionem: ergo, et cetera.

FVNDAMENTA. Mat. 25. d.

ITEM Gregorius in 4. dialo. Si diabolus eiusque angeli cum sint incorporei, corporeo igne sunt cruciandi, quid mirum est, si et animae antequam recipiant corpora, possint igne corporeo cruciari? quasi dicat, non est mirum.

Cap. 29.

ITEM hoc videtur ratione sumpta a causis superioribus, quia diuina iustitia rectissime ordinat omnia in poena, secundum quod sapientia ordinat in natura. Si ergo peccatum est dispositio vltissima: ergo spiritus infectus peccato, ad hoc quod debite ordinetur, debet ordinari sub infima creatura. Si ergo infima creatura est substantia corporalis, ordinatio vero peccantium est in poenis: ergo debet substantia spiritualis a corpore puniri, vel affligi. Si ergo omne quod congruum est, possibile est: et quod est possibile, et congruum, ponendum est, circa opus diuinum: ergo ponendum est spiritum affligi per ignem corporeum.

ITEM hoc ostenditur per causas inferiores. Anima existens in corpore patitur, corpore non patiente: ergo est passibilis de sua natura: sed eadem est natura animae in corpore, et extra corpus: ergo anima extra corpus est passibilis. Probatio maioris manifesta est in dormientibus, qui in somnis grauissime patiuntur, corporibus nihil patientibus. Ex hoc igitur arguo vterius sic: Anima extra corpus est passibilis: sed omne quod patitur, patitur ab aliquo quod habet repugnantiam per qualitatem actiuam, et repugnantem: spiritualia autem non sunt huiusmodi, sed corporalia: ergo si patitur, patitur a corpore. Quod autem spiritualia non habeant contrarietatem agentem, et patientem, expresse apparet per exemplum, quia albedo, et nigredo in anima non contrariantur. Apparet etiam per rationem, quia quae abstrahuntur ab esse materiali, abstrahuntur per consequens a contrarietate, et mutua actione, et passione.

ITEM ad oppositum arguitur primo a parte agentis, secundo a parte patientis. A parte agentis sic: Omne agens quod agit in aliquid, agit per contrarietatem, et contactum: sed ignis ad animam, nec contactus potest esse, nec est contrarietas aliqua: ergo nec potest esse actio aliqua. Primum manifestum est per philosophum, secundum in se manifestum est.

AD OPPOSITVM.

ITEM omne agens quod agit in aliquid, generat similitudinem suam in passio: vnde calidum non agit in aliquid, nisi illud calefaciat: sed impossibile est animam esse calidam: ergo impossibile est quod ignis agat in animam. Si tu dicas ad hoc, quod talis actio non est per naturam, sed supra naturam, et ignis non agit per virtutem innatam, sed per virtutem desuper sibi datam; obijcitur contra hoc de illa virtute. Quia

7. Phyl. con. tex. 8. et 1. de Gen. con. tex. 43. et 9. Meth. con. tex. 10.

August. de Civ. Dei li. 21. c. 4. 10. 5.

Exemplum.

Lib. 22. de Civit. Dei cap. 2. 10. 5.

2. De Gen. contex. 50. et 6. Top. cap. 2.

tur a calido, et non consumatur, cum videamus naturaliter aliquid corpus tangi a frigido, quod potius calefacit, quam infrigidet, sicut exemplum manifestum est in aqua, et calce. Et sicut illa corpora vruntur, et non consumantur: ita etiam compositum ex anima, et corpore affligitur, et non moritur. Et tamen ad hoc similiter possumus manuduci exemplo, et ratione. Exemplo: quia anima immortalis in corpore affligitur, quia dolor est animae: proprie tamen non occiditur. Quid ergo prohibet similiter intelligi in ipsis damnatis? Quod si dicas hoc non esse simile: quia anima non sic composita est ex contrarijs, secundum quod est natura humani corporis, respondere possumus, quod istud non obstat, cum aliqua corruptibilia, vt pote vermes in aquis calidissimis reperiuntur, quarum feruorem nemo impune pertractat, sicut dicit Augustinus. Si igitur quae mortalia sunt, et defectibilia possunt in his calidissimis viuere sine afflictione, pari ratione immortalia, et passibilia corpora affligi possunt sine interemptione. Si autem quaeratur ratio huius, dici potest quod hoc est propter coniunctionem animae ad carnem indissolubilem. Quod enim homo moriatur dolore: hoc non est quia dolor sit contrarius vitae, cum dolor non sit nisi in substantia viuente, vnde sequitur: Hic si dolet, sentit: et si sentit, viuunt: sed quia anima non est indissolubili vinculo corpori alligata: ideo intensus dolor eam expellit de praesenti habitaculo. Nunc enim est carcer temporalis: sed tunc erit perpetuus. His visis satis facile est ad obiecta respondere. Concedo enim rationes probantes, quod ignis non est consumptiuus corporum.

1. Ad illud quod primo obijcitur de corruptione, iam patet responsio: loquitur enim de corruptione afflictionis, non defitionis. Prima non ponit consumptionem sicut secunda.

2. Ad illud quod obijcitur, quod passio magis facta abijcitur a substantia, dicendum quod substantia patiens in duplici differentia est. Aut quia potest suscipere formam contrariam suae perfectioni quantum ad esse. Aut quia potest suscipere contrariam dispositionem quantum ad bene esse. Primo modo passio intensa corrumpit, simpliciter auferendo esse. Secundo modo auferit bene esse. Vnde damnati semper sunt, et semper mali sunt: ideo semper viuunt, et semper moriuntur. Si autem obijcias mihi, quod quidquid sit illud quod obijcitur, cum non sit infinitum, videtur totum abijci aliquando, ac per hoc locum actioni, et passioni non relinquere, responderi potest, quod semper est abiectione, et corruptio: non quia nouum aliquid semper adimat, sed quia per continuam actionem eiusdem rei adeptio continuatur. Exemplum huius manifestum est in suo supposito. Sicut enim beati continue reficiuntur, non quia semper nouum aliquid recipiant, sed quia in suo praemio conseruantur, et continuantur: sic damnati continue affliguntur, et tamen non corrumpuntur, quia salutis, et quietis eis priuatio per continuam actionem ignis continuatur. Et huius exemplum clarum est in generatione radij, qui dicitur semper oriri, et semper a sole egredi, non quia sol semper aliquid nouum emittat, sed quia primum lumen mixtum continuat. Sic ignis dicitur semper damnatos affligere, non quia nouam dispositionem de nouo afferat, sed quia continue agendo a priori afflictione non cessat.

3. 4. Ad duo sequentia iam patet responsio, quia nec inflammatio consumptio, nec dolor necessario infer mortem, sed solum secundum statum praesentem: ideo variato statu necessaria non est inter ista.

S. Bo. To. 5.

aaa 2 illa.

illa virtus aut est corporalis, aut spiritualis. Si corporalis, adhuc est inferior anima: ergo non agit in ipsam. Si spiritualis: sed omnis virtus spiritualis debet fundari in substantia spirituali: ergo non debet talis virtus esse in igne, nec debet dari igni.

3. I T E M illa virtus aut est igne nobilior, aut inferior. Si igne inferior: ergo non agit in animam, sicut nec ignis agebat. Si superior: ergo cum virtus non debeat esse nobilior substantia, videtur quod igni non debeat dari. Quod si tu dicas, quod hoc verum est per naturam, quaeritur tunc, ut quid haec virtus magis datur substantiae ignis, quam alicui aliae, cum aequae bene possit dari lapidi, sicut igni?

Aug. 6. Musica. cap. 5. 20. 1.

4. I T E M hoc ipsum ostenditur a parte patientis, sicut ostendit Augustinus in Musica: Impossibile est magis nobile pati a minus nobili, quia omne agens praestantius est passio: sed substantia spiritualis nobilior est corporali: ergo ab ipsa non patitur. Si tu dicas mihi, quod per peccatum facta est inferior. Contra hoc est, quod dicit Augustinus de libero arbitrio, quod substantia spiritualis quantumcumque peccet nobilior est nobilissimo corpore.

Aug. de lib. arbit. lib. 3. ca. 20. 10. 1.

5. I T E M aequae magna distantia est peccati ad ignem, sicut anima ad ignem: et ita spirituale est peccatum, sicut et anima: ergo si aequaliter distant, nunquam per peccatum anima fit actio proximo vel habilitior: ergo si ab igne non patitur per naturam, nec etiam per culpam.

6. I T E M hoc ipsum ostenditur a parte passionis: Nihil affligitur proprie, nisi in ipsum cadat dolor: sed in spiritum separatum non cadit dolor: ergo non potest affligi: ergo ab igne non patitur. Probatio maioris: Dolor, sicut dicit Philosophus, est sensus diuisionis partium cum vi: sed spiritus separatus caret partibus, caret diuisione, caret sensu: ergo caret dolore.

7. I T E M hoc ostenditur a parte actionis: Omne puniens laedit: omne quod laedit, adimit: sed a spiritu incorporali nihil potest adimi per corpus: ergo non potest laedi: ergo nec affligi: ergo ab igne non patitur.

CONCLUSIO.

Ignis inferni non modo corpora, sed spiritus etiam potest affligere, nec immutando illud passione animalis.

RESPON. AD ARG. Ad praedictorum intelligentiam est notandum, quod circa praedictam quaestionem triplex est via. Aliqui enim philosophorum negauerunt simpliciter spiritum incorporatum posse cruciari, attendentes ad eius incorruptibilitatem, pro eo quod senserunt omne incorruptibile, vel incorporale esse impassibile: sed iste est error manifestus. Si enim dolor necessario generatur ex amore cum priuatione amari: sicut aliquis dolet de morte patris: et ex odio cum praesentia rei displicentis, sicut aliquis dolet de exaltatione inimici: cum nihil prohibeat in sensum spiritualem eadere amorem, et alias duas condiciones, nihil prohibet cadere dolorem. Amplius: Si contraria nata sunt fieri circa idem, et spiritus corporeus potest gaudere: quare etiam et non dolere, cum naturaliter in mente eius possint affectiones quatuor alternari? Et ideo aliorum philosophorum modernorum positio fuit, quod substantia spiritualis dolere potest, et pati, non per actionem alicuius, sed potius per priuationem. Postulerunt enim, et intellexerunt quod anima desiderat summum bonum, quo potest priuari propter mala merita in hac vita: et ideo ex eius carentia generatur in ea maxima tristitia: et hanc penam dixerunt esse post hanc vitam, et non aliam, sicut non est aliud gaudium spiritibus nisi in contemplatione summi boni.

Opin. 1.

Improbatio

Opinio 2.

A Et ista positio fuit Algazelis, quae licet veritati magis appropinquauerit, quam praedicta, nihilominus tamen deficit. Si enim originali peccato, ubi est priuatio iustitiae, debetur poena damni, et carentia beatitudinis aeternae: actuali peccato, quod quidem non tantum consistit in priuatione, immo etiam in deordinata delectatione, non tantum debetur aeternae beatitudinis carentia, immo etiam poena aliqua afflictiva. Et ideo dicitur fides Christiana, quod spiritus separati cruciantur, non tantum per summi boni absentiam, sed per afflictiuam praesentiam. Ad quod credendum sufficit auctoritas veritatis Matthaei: Ite maledicti in ignem aeternum, et cetera.

Improbatio

Veritas fidei.

Mat. 25. d.

Opinio 1.

B maledicti in ignem aeternum, et cetera. Sed intelligentiam magis requirit, quo modo istud possit ratione persuaderi. Et ideo huius rei intelligentiam, quidam conati sunt dare aspiciendo ad ordinem diuinae iustitiae, sicut in opponendo tactum est. Cum enim duplex sit ordo, scilicet naturae, et diuinae iustitiae, primus conditionis, secundus retributionis, et anima secundum naturam sit superior igne, merito causa peccati efficitur inferior corpore: ideo diuina iustitia et animam subicit igni merito peccati, et ignem superponit animae: faciendo ipsum instrumentum diuinae iustitiae. Et per hoc volunt omnia obiecta soluere, quia omnia sumuntur secundum ordinem naturae, aspiciendo ad animae dignitatem, et ignis naturalem virtutem: haec autem actio competit igni per virtutem sibi datam, per quam est diuinae iustitiae instrumentum, et passio competit animae propter peccati demeritum. Sed ista positio adhuc non satisfacit intellectui. Non enim quaerimus hic quid diuina iustitia possit, sed qualiter hoc quod facit, naturae consonum sit. Amplius: Si ignis agit per virtutem sibi datam, quare magis deputatur huic actioni, quam terrae? et videtur quod terrae magis debeat deputari actio: quia peccator cum sit infimus, debet subijci creaturae infimae: terra autem est infimum omnium elementorum, et sicut: ergo si qualitas ignis naturalis nihil facit ad agendum in animam, sed solum videtur superaddita, si terrae daretur, aequae bene ageret, et ordo diuinae iustitiae ibi clarius appareret. Et ideo alij sumere volunt rationem ex parte naturae ipsius animae, quem modum sumere possumus ab Augustino super Genesim: ubi ostendit quod anima pati potest corpore non patiente etiam acerbissimas passiones, sicut et ibi probat per exempla in somnis, et in quadam aegritudine, et in vexationibus. Si ergo anima secum trahit affectiones, et imagines corporales: per illa et in illis pari poterat in corpore praeter corpus, etiam ad ignis absentiam: multo magis cum separata erit pati poterit in illis, et per illas praesente igne infernali: quia quamuis ibi non sit passio corporalis, est tamen ibi passio animalis, siue spiritualis, quae vera passio est, et vera afflictio, ac per hoc vera puniatio. Sed nec istud fideli animae sufficit, pro eo quod credimus spiritus angelicos, qui carent imaginibus, et affectionibus ex corpore tractis, igne corporeo cruciari. Credimus etiam quod poena illa infernalis sit per veram ignis actionem, non per phantasticam imaginationem. Amplius: Si substantia spiritualis certa est, quod ab igne laedi non potest: ergo imaginatio ignis non generat in ea terrorem, nec passionem, nisi aliud occurrat, quam ipsius animae natura, vel dispositio ex corpore contracta. Et ideo cum non possit sufficiens ratio sumi ex parte diuinae iustitiae, quae rationem nostram quietet: nec ex parte, scilicet, solius animae, quae fidei concordet. Ideo sumi potest ratio aspiciendo ad vtrumque per hunc modum. Dolor enim, sicut patet per Augustinum de Ciuitate Dei, est dissensus ab his rebus, quae nobis volentibus accidunt.

Improbatio

Opin. 2.

Aug. 12. in Gen. ad lit. cap. 32. in fine 10. 3.

Improbatio

Opinio 3. Cap. 15. et 16. 10. 5.

A D hoc ergo quod dolor generetur in anima ab aliquo, duo concurrunt ex parte animae, scilicet perceptio ex parte cognitionis, et delectatio ex parte affectionis. Similiter duo requiruntur ex parte

parte agentis. Vnum est quod immutet animae perceptionem. Aliud est quod violenter, et inseparabiliter adhaereat contra repugnantiam voluntatis. Ex his quattuor duo sunt secundum ordinem naturae, et alia duo secundum ordinem diuinae iustitiae. Quod enim ignis immutet cognitionem animae, et animae percipiat actionem, et calorem ignis, hoc est de potentia naturali vtriusque, et hoc patet sic: Cum enim ignis agit in compositum ex anima, et corpore: ibi duplex est passio. Vna est naturalis: et haec est calefactio corporis. Alia animalis: et haec est immutatio sensus. Prima passio est a natura: quia est passio vera ab igne vt vere agente. Secunda passio est ab anima seipsam mouente, et ab igne occasione praebente, secundum quod dicit Augustinus in Musica. Sicut ergo postquam separatur anima, corpus potest pati ab igne passione naturali: quia potest calefieri, et inflammarari, et hoc per naturalem potentiam vtriusque: sic spiritus pati potest passione animali, et ab igne praesenti immutari naturali potentia ignis, et animae. Duo sunt igitur ibi per ordinem naturae, alia duo per ordinem diuinae iustitiae. Quod enim ignis animae indissolubiliter alligetur, et anima in eocludatur vt in carcere, diuina iustitia est, ad quam spectat malefactorum in carcere recludere. Quod iterum anima refugiat ignis calore, qui per naturam nocere non potest, et trepidat timore, vbi timor non est, hoc diuinae iustitiae est, quae facit trepidare peccatores immittendo terrorem, et horrorem eius rei, qua per naturam sunt superiores. Et quamuis sit illud diuinae iustitiae, hoc tamen non est contra ordinem naturae, siue spiritum trepidare, vbi trepidandum non est, siue spiritum alligari corpori. Et hoc est quod innuit Augustinus de Ciuitate Dei, quod sicut anima in hominis conditione iungitur corpori, vt dans ei vitam, quamuis illud sit spirituale, et hoc corporale, et ex illa coniunctione vehementer concipit ad corpus amorem: sic spiritus ligatus igni vt accipiens ab eo poenam, et ex illa coniunctione vehementer concipit horrorem: ac per hoc et dolorem, qui verus est, et ex vero igne corporali, et ex vera applicatione corporalis ignis ad spiritum causatur secundum quattuor praehabitas condiciones. His visis satis facile est ad obiecta respondere.

Aug. lib. 6. Musica.

Ca. 5. 20. 1.

Explicatio.

Psal. 52. b

Aug. 21. de Ciuit. Dei cap. 10. 20. 5.

7. Phys. contra 8. et 1. de Gen. contra 43. et 9. Metaph. context. 10. 4. Cap. 28.

1. 2. 3. QVOD enim obijcitur de actione quod est per contrarietatem, et contactum, istud intelligitur de actione naturali, cui respondet passio naturalis: et hoc est ad generandam speciem consimilem in passio secundum naturam: hic autem est passio animalis, qua quidem generatur similitudo spiritualis in passio. Vnde Gregorius in Dialogis dicit, quod anima in eo ardet, eo quod ardorem vident: non tamen intendit dicere quod visio sit tota causa ardoris, sed

perceptio ignis praesentis cum horrore generat dolorem, quia non est cognitio speculationis tantum, sed potius experientiae. Et per hoc patet responsio ad sequens, et etiam ad alias rationes, quia non oportet ibi poni virtutem creatam dari igni, per quam agat in animam.

4. 5. A D illud quod obijcitur ex parte patientis, quod anima nobilior est corpore, dicendum quod sicut dicitur agere in animam coniunctam carni, et ibi generare dolorem, non quia ignis omnino sit faciens, sed quia per approximationem, vel causationem ignis anima habet necessariam occasionem agendi in se, et patiendi a se, cum ipsa sit seipsam mouens, sicut dicit Augustinus in Musica: sic intelligendum est in anima separata: sed quod sit hic mediante corpore, ibi sit immediate. Vnde nec in coniuncta, nec separata agit vere efficiendo, sed occasionem praebendo: et tamen vere dicitur affligere, et punire: sicut vere dicitur immutare, quamuis anima speciem potius in se faciat, quam in corpore aliquo fiat in ea. Nec obstat istud quod obijcitur de peccato, quia peccatum non sic disponit spiritum ad passionem, vt faciat ipsum vere materiale respectu ignis, cum sit superior per naturam, sed meretur apud diuinam iustitiam, vt salua natura animae, Deus ipsam igni alliget, et alligando incarceretur, incarcerando horrorem sui carceris immittat: ac per hoc ipsa anima ad praesentiam carceris vero dolore, et maestitia se affligat.

August. 6. Musica. Ca. 5. 20. 1.

6. A D illud quod obijcitur de dolore, quod est diuisio partium, dicendum quod illa non est diffinitio generalis, sed solummodo doloris, qui est anima ex carne: sed illa, quam assignat Augustinus, dolor est dissensus ab his rebus, et cetera, vt enim ostendit Augustinus de Ciuitate Dei, dolor potius venit ex impedimento operationis animae, quam ex corporis sectione, sicut patet in paraliticis, in quibus est partium sectio sine afflictione, quia anima in illis non habet operationem, qua ibi impediatur: et quoniam potentiae animae, quae sunt eius partes quodam modo possunt in suis operationibus inquietari, et impediri occasione accepta: hinc est quod spiritus dolere potest, et affligi.

7. Eth. et 2 de Anima.

21. de Ciuit. Dei ca. 15. 10. 5. lib. de ciuitate ad litteram in 6. Musica. cap. 5. 10. 1.

7. A D illud quod obijcitur, quod puniens adimit, dicendum quod sicut in ademptione peccati non adimitur aliquid de substantia, vel potentia animae, sed solum de habilitate ad gratiam, et iustitiam: sic per ignem punitionum adimitur illa habilitas, secundum quam anima est habilis ad gloriae, et beatitudinis latitiam: nec semper noua adimitur, sed eius ademptio est afflictionis continuatio, sicut supra dictum est de ademptione, quae fit in corpore: et haec dicta sufficiant.

D I S T I N C T. XLV.

DE DIVERSIS ANIMARVM RECEPTACVLIS:

et de suffragijs defunctorum.



RAETEREA sciendum est quod omnes anime, vt ait Augustinus, cum de hoc saeculo exierint, diuersas habent receptiones: bonae habent gaudium, mala vero tormenta. Sed cum facta fuerit resurrectio, et bonorum gaudium amplius erit, et malorum tormenta grauiora, quando cum corpore torquentur. Ex his ostenditur quod maior erit gaudium sanctorum in resurrectione et post, quam fuerit ante: et quod diuersa receptacula habebunt anime sanctorum. De quibus idem Augustinus ait: Tempus, quod inter hominis mortem, et ultimam resurrectionem interpositum est.

Super Ioh. traet. 49. et in gl. 1. Theol. 4. d. Deide nos. Ench. 109. habetur 129. 2. ca. 129. 2. ca. 129. 2. ca.

S. Bon. To. 5.

aaa 3 animas

animas abditiis receptaculis continet, sicut unaquaque digna est vel requie, vel erumna, pro ea quod sortita est in carne dum viueret.

De suffragijs defunctorum.

ENCHIR. 20. NE QVE negandum est, ut ait Augustinus, defunctorum animas pietate suorum uiuentium releuari, cum pro illis sacrificium mediatori offertur, vel eleemosyna sunt in Ecclesia. Sed hec eis tantum profunt, qui cum uiuerent, hac sibi ut postea possent prodesse, meruerunt. Est enim quidam uiuendi modus, nec tam bonus, ut non requirat ista post mortem: nec tam malus, ut ei non prosint ista quidquam. Est uero talis in bono, ut ista non requirat: et est rursus talis in malo, ut nec his valeat, cum hac uita transferit, adiuuari. Quo circa hic omne meritum comparatur, quo possit post hanc uitam quispiam grauari vel releuari. Nemo autem speret quod hic neglexit, cum obierit apud Deum promereri. Non ergo ista, qua pro defunctis commendandis frequentat Ecclesia, illi Apostolice sunt aduersa sententia, qua dictum est: Omnes stabimus ante tribunal Christi, ut referat unusquisque secundum ea, qua per corpus gessit, scilicet bona vel mala: quia etiam hoc meritum sibi quisque cum in corpore uiueret, comparauit, ut possint ei ista prodesse, non enim omnibus profunt. Et quare? Non nisi propter differentiam uitae, quam quisque gessit in corpore. Cum ergo sacrificia siue altarum, siue quarumcumque aliarum eleemosynarum pro baptizatis omnibus offeruntur, pro walde bonis gratiarum actiones sunt, pro non walde malis, sunt propitiationes. Sed pro walde malis, etsi nulla sunt adiumenta mortuorum, tamen qualescumque uiuorum consolationes sunt. Quibus uero profunt, vel ad hoc profunt, ut sit plena remissio, vel certe ut tolerabilior sit ipsa damnatio. Orationibus ergo sanctae Ecclesiae, et sacrificio salutari, et eleemosynis, qua pro eorum spiritibus offeruntur, non est dubium mortuos adiuuari, ut cum eis misericordius agatur a Domino, quam eorum peccata meruerunt. Hoc enim a patribus traditum tota obseruat Ecclesia, ut pro eis, qui in communiione corporis et sanguinis Domini defuncti sunt: cum ad ipsam sacrificium loco suo commemorentur, oretur, ac pro illis quoque id offerri commemoretur. Non est ergo ambigendum ista prodesse defunctis: sed talibus, qui ita nixerunt ante mortem, ut possint eis hac utilia esse post mortem. Nam qui sine fide operante per dilectionem, eiusq. sacramentis, de corpore exierunt, frustra illis a suis huiusmodi pietatis officia impenduntur: cuius dum hic essent pignore caruerunt, non misericordiam sibi thesaurizantes, sed iram. Non ergo mortuis noua merita comparantur, cum pro eis aliquis boni operatur sui: sed eorum meritis precedentibus consequentia ista redduntur. Nam istam aliquis finiens uitam, nisi quod in ea meruerit, non poterit habere post eam. Ecce quibus et qualiter profunt illa, qua pro defunctis frequentat Ecclesia. Mediocriter malis suffragantur ad poena mitigationem: mediocriter bonis ad plenam absolutionem: qui non habent tanta perfectionis merita, ut non indigeant iuuari per pauperes, quorum est regnum calorum, quos sibi fecerunt amicos de mammona iniquitatis. Quorum tanta est perfectio, ut his adiutorijs non indigeant: quales sunt Apostoli et Martyres. Ut enim ait Augustinus: Iniuria est pro Martyre orare in Ecclesia, cuius nos debemus orationibus commendari: pro alijs autem defunctis oratur.

Aug. in ser. de uerbis Apostoli, et in Glos. super illud. 1. Theof. 4. d. cap. Nolimus uos.

Gal. 1.

Rom. 2. a

Mat. 5. a Luc. 6. c De uerbis Apostoli ser. mo. 17. 20. 10. ad litte rā par. post princip.

De cura pro mort. agēda c. 2. Aug. in ser. de uerbis Apostoli, et de Cit. Dei lib. 1. ca. 12. Luc. 16. f. Aug. in ser. de uerbis Apostoli, et li. 1. de Tri. cap. 13. Gen. 23. et 25. et 35. et 39.

De officijs sepulturae.

DE pompis uero exequiarum idem Augustinus ita dicit: Pompa funeris, agmina exequiarum, sumptuosa diligentia sepulturae, uiuorum sunt qualiacumque solatia, non adiutoria mortuorum. Quia si aliquid prodest impio sepultura pretiosa, oberit pio uilis uel nulla. Praclaras exequias in conspectu hominum purpurato illi diuiti exhibuit turba famulorum, sed multo clariore in conspectu Domini ulceroso illi pauperi ministerium exhibuit Angelorum, qui eum extulerunt non in marmoreum tumulum, sed in Abrae gremium. Sit tamen cura mortuos sepeliendi, et sepulchra construendi: quia haec in scripturis sanctis inter bona opera deputata sunt: nec solum in corporibus patriarcharum, aliorumq. sanctorum, sed etiam in ipsius Domini corpore qui ista fecerunt, laudati sunt. Impleant igitur homines erga suos officia postremi muneris, et sui humani lenimenta mæroris. Verum illa qua adiuuant spiritus defunctorum, scilicet oblationes, orationes, multo obseruantius procurent.

De duobus æque bonis, quorum alter plura post mortem habet auxilia.

SOLET moneri quaestio de duobus, uno diuite, altero paupere pariter, sed mediocriter bonis, qui praedictis suffragijs indigent, et meruerunt pariter post mortem iuuari: pro altero uero, idest,

idest, pro diuite speciales et communes sunt orationes, multaq. eleemosynarum largitiones: pro paupere uero non sunt nisi communes largitiones, et orationes. Queritur ergo an tantum iuuetur pauper paucioribus subsidijs, quantum diues amplioribus. Si non pariter iuuatur, non ei redditur secundum merita: meruit enim pariter iuuari: quia pariter boni extiterunt. Si uero tantum suffragij consequitur pauper, quantum diues: quid contulerunt diuiti illa specialiter pro eo facta? Sane dici potest non ei magis ualuisse generalia, et specialia, quam pauperi sola generalia suffragia. Et tamen profuerunt diuiti specialia, non quidem ad aliud uel maius aliquid, sed ad idem ad quod generalia, ut ex pluribus, et diuersis causis unum perciperetur emolumentum. Potest tamen dici aliter, illa plura subsidia contulisse diuiti celerio rem absolutionem, non plenior em.

Quibus suffragijs iuuantur mediocriter boni, qui in fine inueniuntur.

SED iterum queritur de aliquo mediocriter bono, qui talibus indigens suffragijs in ipso con summationis seculi articulo cum reliquis migrabitur, si saluus fuerit: pro eo non offertur ulterius sacrificium, uel oratio, uel eleemosyna: nec habebat tante perfectionis merita, qua his suffragijs non egerent. Numquid ergo saluabitur? Existimo eum quasi per ignem transeuntem, saluari meritis et intercessionibus calestis Ecclesiae: qua pro fidelibus semper intercedit uoto et merito, donec impleatur Christus.

1. Cor. 13. a b.

Quo modo sancti glorificati audiant preces supplicantium: et quo modo intercedant pro nobis ad Dominum.

SED forte queris: Numquid preces supplicantium sancti audiunt, et uota postulantium in eorum notitiam perueniunt? Non est incredibile animas sanctorum, qua in abscondito faciei Dei ueri luminis illustratione letantur, in ipsius contemplatione ea, qua foris aguntur, intelligere, quantum uel illis ad gaudium, uel nobis ad auxilium pertinet. Sicut enim Angelus, ita et sanctus, qui Deo assistunt, petitiones nostra innotescunt in uerbo Dei, quod contemplantur. Vnde et dicuntur Angeli orationes et uota nostra offerre Deo, non quia eum doceant, sed quia eius uoluntatem super eis consulunt. Vnde Augustinus: Angelis, qui sunt apud Deum, innotescunt petitiones nostra, ut quodam modo eas offerant Deo, et de his consulant, et quod Deo iubente implendum esse cognouerint, hoc nobis euidenter uel latenter reportent. Vnde et Angelus hominibus ait: Cum oraretis, orationem uestram obtuli Deo. Ad omnia quidem scienda sufficit Deo sua perfectio, habet tamen nuncios, idest angelos, non qui ei qua nescit, annuncient. Non enim sunt uilla qua nesciat, sed bonum eorum est de operibus suis eius consulere ueritatem, et hoc est quod ei dicuntur nonnulla nunciare, non ut ipse ab eis discat, sed ut ab eo ipsi per uerbum eius sine corporali sono, nuncient etiam, quod uoluerit ab eo miseri, ad quos uoluerit, totum ab illo per illud uerbum eius audientes, idest in eius ueritate inuenientes quid sibi faciendum, quid, quibus, et quando nunciandum sit. Nam et nos orantes eum, non eum docemus, quia nouit, ut ait uerbum eius, pater uester quid uobis necessarium sit, priusquam petatis ab eo. Nec ista ex parte cognouit, sed futura omnia temporalia, at que in eis etiam quid, et quando ab illo petituri fueramus, et quos, et de quibus rebus uel exauditurus, uel non exauditurus esset, sine initio ante presciuit. Non ergo dicitur Angelus orationes nostras offerre Deo, quasi Deus tunc nouerit quid uelimus et quo indigeamus, qua omnia antequam fiant, sicut et postquam facta sunt, nouit, sed quia necesse habet rationalis creatura temporales causas ad aeternam ueritatem referre, sine petendo quid erga se fiat, siue consulendo quid faciat.

Hug. de sacramentis lib. 2. parte 16. ca. ult.

Tob. 3. d

In lib. de orando ad Deum. Tob. 12. 8. Aug. in lib. 1. 5. de Tri. cap. 13.

Mat. 6. d. Aug. in lib. de gratia. noui et uet. uia test. in epist. 115. c. 20. 20. 2. et super illud. Philip. 4. 6. Gaudent.

Quod dictum est de Angelis attribuit sanctis animabus.

AN autem Angeli a Deo per uerbum eius discunt petitiones nostras, et quid de his implendum sit, et quid non, cur non credamus et animas sanctorum Dei faciem contemplantium, in eius ueritate intelligere preces hominum, et qua implenda sint uel non? Inde est quod Deus dicitur exaudire preces quorundam, non solum quando effectui mancipat, sed etiam quando innotescit curis Angelorum et sanctorum animarum, quid inde futurum sit uel non, et quod cognoscunt in Dei uoluntate esse, uolunt et ipsi. Adeo enim supernae uoluntati addicti sunt, ut nihil praeter eius uoluntatem queant uelle. Intercedunt ergo ad Deum pro nobis sancti, et merito, dum illorum merita suffragantur nobis, et affectu, dum uota nostra cupiunt impleri, quod tamen non faciunt, nisi in uoluntate Dei implenda didicerint. Oramus ergo ut intercedant pro nobis, idest ut merita eorum nobis suffragentur, et ut ipsi uelint bonum nostrum, quia eis uolentibus Deus uult, et ita fiet. Ex praemissis constiat, quod cum quibusdam misericordius agit Deus, quam eorum peccata meruerint, scilicet cum mediocriter malis, qui suffragijs Ecclesia iuuantur.

DIST.

DISTINCT. XLV.

De statu, et conditione bonarum animarum post mortem.

Præterea sciendum est, quod omnes anima ut ait Augustinus, et cetera.

Expositio textus.

Diuisio. Dist. 46.

VPRA egit Magister de reparatione corporum. Hic agit de statu animarum post mortem: et diuiditur hæc pars in duas. In prima parte determinat de statu, et conditione bonarum animarum. In secunda de conditione, et statu malorum: Sed queritur hic ualde de malis, et cetera. Prima pars habet duas. In prima determinat de diuersis animarum receptaculis. In secunda parte de suffragijs, quæ animabus postulant fieri, ibi: Neque negandum est, ut ait Augustinus defunctorum animas, et cetera. Et illa secunda pars habet duas. In prima determinat de suffragijs, quæ uiuentis impartuntur mortuis. In secunda determinat de suffragijs, siue adiutorijs, quæ mortui impartuntur uiuis, ibi: Sed forte quæres nunquid preces supplicantiũ, et cetera. Prima pars habet duas. In prima determinat ueritatem. In secunda mouet dubitationes, ibi: Solet moueri quæstio de duobus: uno diuine, et cet. Et prima pars habet duas. In prima determinat quæ sunt illa, quæ profunt defunctis: in secunda quæ sunt illa, quæ non profunt, ibi: De pompis uero exequiarum idem Augustinus, et cet. Similiter secunda pars, in qua mouet quæstiones, duas habet. In prima parte determinat hanc quæstionem, utrum suffragia profunt omnibus æqualiter: in secunda uero inquirat de infirmo mediocriter bono, cui decedenti in fine mundi non possunt subuenire suffragia Ecclesiæ, qualiter habeat liberari, ibi: Sed iterum queritur de aliquo mediocriter calido, et cetera. Summa igitur istius distinctionis in tribus consistit. Primo in animarum receptaculis. Secundo in suffragijs, quæ uiui impartuntur mortuis. Tertio in suffragijs, quæ mortui impartuntur uiuis. Et in his totum clauditur.

Maius erit gaudium sanctorum in resurrectione, et post, quam fuerit ante. Dub. I.

Videtur male dicere, quia gaudium beatorum totum consistit in uisione Dei: sed uisio Dei tota est animæ non corporum: ergo si animæ sunt in statu comprehensionis, et completæ uisionis: ergo ipsarum gaudium nunquam augetur.

RESPON. Dicendum quod gaudium augeri est dupliciter, vel numerositate, vel intensione, siue qualitate. Augmentum gaudij, quantum ad numerositatem, non ponit augmentum in præmio essentiali, quia illud est in uo solo: sed in præmio accidentalit, quod consistit in gaudio de bono creato, et illud potest augeri maxime quantum ad obiectum, et de pluribus gaudeat tunc, quàm prius. Si loquamur intensiue, sic non augetur nisi per accidens, quia inclinatio animæ ad corpus, quæ ipsam retardat, ne intensius feratur in summum cælum, quàm in illam, auferatur: et sic patet quo modo istud potest intelligi dupliciter. Aliqui tamen non habent pro inconuenienti, quod simpliciter tunc augeatur et gaudium, quia magis aperitur Dei uerbum ad illuminandum, et per consequens ad delectandum.

Animas abditis receptaculis continet, sicut unaquaque, et cetera. Dub. I I.

Queritur pro quanto dicantur abditæ receptacula:

A et dicendum quod receptacula illa dicuntur abditæ, receptacula non quod sint alia receptacula animarum nunc, et post iudicium, sed quia eadem nunc sunt nobis incognita, sed post iudicium, et resurrectionem erunt nobis nota. Si autem queratur ratio.

RESP. Dicendum quod ratio huius est, ut fides habeat locum, quæ est de non uis: unde merentur, et in credendo paradysum, et credendo infernum, cum iam non uideamus. Beati enim qui non uiderunt, et crediderunt. Non tantum est autem ad fidei meritum, sed etiam ad probandum humanum affectum: unde noluit Dominus quod mors nostra similibus esset morti bestiarum, ut probaret corda filiorum hominum.

Orationibus ergo sancta Ecclesia, et sacrificio saluari, et cetera. Dub. I I I.

Innuat Magister quod sacrificio saluari non est dubium mortuos adiuuari. Videtur falsum dicere, quia sacrificium altaris est sacramentum Ecclesiæ: sed sacramenta Ecclesiæ non profunt nisi in statu uiatoris: ergo, et cetera. ITEM queritur iuxta hoc, cum alia sacramenta non profunt post mortem, unde est quod hoc sacramentum altaris prodest.

RESPON. Dicendum quod aliter prodest sacramentum altaris uiuis, aliter mortuis. Viuis enim prodest sub ratione sacramenti, et cibi, mortuis autem prodest sub ratione sacrificij. In quantum enim sacramentum est, cibatur, et dat gratiam, et perfectionem manducanti. In quantum autem sacrificium, Deum placat: hostiæ enim placant: et quoniam Deus iratus est non affectione infliccionis: ideo Deum placando non sedat ipsius affectionem, sed remitti facit pœnæ acerbiter. Quod queritur, quare alia sacramenta non profunt, dicendum quod aliorum sacramentorum dispensatio respicit actum in persona, vel circa personam, sicut patet in baptismo: et ideo nõ potest baptizari, nisi qui præsto est in aquam mergi: sed sacrificium est actus pro persona, et quoniam actus in personam requirit personam actu existentem, sed pro persona non, sicut Christus obtulit se Patri pro illis, qui fuerunt, et qui futuri sunt, sic sacrificium prodest his, qui finiuerunt uitam.

Per pauperes, quorum est regnum calorum, et cetera. Dub. I I I I.

CONTRA hoc obijciatur: quia qui diligit aliũ, et orat pro pecunia, dat spirituale pro temporali: et omnis talis est simoniacus: ergo, et cetera.

RESPON. Dicendum quod mammona hic appellatur possessio terrena: et de hac facit homo sibi pauperes amicos, dum eorum subuenit necessitatibus: pauperes autem Christi orant, ut grati suis beneficijs: et ita patet quod beneficium temporale non est sicut finis motiuis, sed sicut aliquid inducens: et quoniam non principaliter intendunt, ideo propter hoc non orant finaliter: et oratio non uenditur, sed impetratur per accidens, scilicet per acquisitionem amoris.

Iniuria est pro martyre orare in Ecclesia. Dub. V.

Videtur male dicere, quia orationes pro ualde bonis sunt gratiarum actiones: sed qui agit gratiam pro sanctis, non facit eis iniuriam: ergo, et cetera. ITEM quod licet nobis desiderare, licet et petere: sed desiderare possumus honorem sanctorum: ergo orare debemus pro ipsorum honore.

RESPON. Dicendum quod Augustinus hic, orare pro aliquo, dicit orare pro alicuius salute, quam iam habet: si ergo constare debet nobis, quod martyres statim beatificentur, sicut nullus debet de eorum gloria.

Ioh. 20. g

Diuisio.

Nec habebat tanta perfectionis merita, qua his suffragijs non egent. Dub. V I.

Videtur quod omnes sint tales, quia super illud: 2. Cor. 8. e Ut illorum abundantia, Glossa: Qui uiuunt in hoc sæculo, non habent merita ad uitam sufficientia, nisi inuenit merito Christi, et Angelorum. Sed contrarium uidetur, quia aut habet ueram charitatem, aut non. Si non: ergo nullum habet meritum. Si habet: ergo cum habeat Spiritum sanctum, et ita dignus hereditatis æternæ, habet sufficientiam.

RESPON. Dicendum quod tria sunt genera hominum habentium charitatem perfectam, et absolutionem ab omni culpa, et pœna: et tales sibi sufficientiunt: sed hi potius sunt in cælis, quàm in terris: talium enim conuersatio in cælis est. Quidam habent perfectum amorem, tamen propter mala opera præcedentia sunt obligati ad pœnam: et tales indigent suffragijs, non ad salutis obtentionem sed accelerationem. Quidam habent charitatem imperfectam, ita quod proni sunt ad casum, et obligati sunt multis reatibus peccatorum: et tales uiuunt in hoc sæculo, licet non omnino se conformet sæculo, et indigent suffragijs, ut in charitate permanent, et ut exeuntes de terra, tormenta non eos detineant.

Ut quodam modo eas offerant Deo, et cetera. Dub. V I I.

Queritur per quem modum Angeli offerunt Deo petitiones nostras, utrum scilicet propter se, an propter nos.

RESPON. Dicendum quod sicut uidemus in causis terrenis, quod qui nescit loqui coram prætoribus, conducit aduocatum ut loquatur, et alleget pro ipso: sic in spiritualibus intelligendum est, quod cum nos perorare, immo nec balbutire sciamus coram Deo, quod Angelus tamquam aduocatus, et allegator magnus in illa superna curia assumat uerbum, ut orationem nostram proponat. Si autem queritur, per quem modum habeat esse. Dico quod loqui nostrum, et oratio nostra est desiderium alicuius rei, vel petitio formata secundum desiderium: et quando desiderium nostrum ex mera, et uera, et ardenti dilectione est, tunc fortiter clamamus in auribus Dei, et tunc optime peroramus: et quoniam affectiones nostræ sunt tepidæ, et affectiones Angelorum feruentissimæ, et magis eleuata ad ipsum, desiderando pro nobis, quod nos desideramus, cum accedant ad Deum familiariter, et proximius, dicuntur sibi offerre: et quod Deus uidit nos primo petere, et approbare per os nostrum, secundo magis approbat per os, et desiderium angelorum. Et quoniam istud dicitur noscere, quod approbat, hinc est quod petitiones nostræ dicuntur apud Deum innotescere non solum per nos, uerumetiam per angelos. Angeli enim dicuntur loqui per affectiones uoluntatis, et per adminiculum rationis, sicut exponit Gregorius super principium Iob.

IRCA quam proceditur sic: et quod ante Christi aduentum descenderint ad infernum, ostenditur. Primo per uetus testamentum. Ita dixit patriarcha Iacob: De decetis canos meos cum dolore ad inferos: Descendam ad filium meum lugens in infernum: ergo, et cetera. ITEM: In tenebris strauit lectulum meum, infernus domus mea est: et constat quod iustus erat: ergo, et cetera. ITEM hoc ipsum ostenditur etiam per nouum testamentum: quia dicitur in symbolo: Descendit ad inferna: constat quod non nisi ad ereptionem iustorum: iusti ergo descendebant.

Sed bonum eorum est de operibus suis eos consulere ueritatem, et cet. Dub. VII I.

Videtur male dicere, quia istud consilium dicitur inquisitionem, et ita ratiocinationem: sed Angeli, sicut dicit Dionysius, habent intellectum deiforme: ergo in eis non cadit consilium.

RESPON. Dicendum quod consulere aliquem hoc est dupliciter. Aut ut per indagacionem, et inquisitionem discussionem perueniat ad cognitionem rei dubiæ. Aut ut per illustrationem eius subito cognoscat, quo modo debeat facere. Primum est humanum. Secundum uero non solum humanum, sed etiam angelicum esse perhibetur.

Si autem Angeli a Deo per uerbum eius discunt petitiones nostras. Dub. I X.

Videtur male dicere, quia beatus Gregorius dicit: Quid est quod non uident, qui uidentem omnia uident? Greg. lib. 2. Moral. c. 2.

RESPON. Dicendum quod multa addiscunt Angeli siue per ipsum uerbum, et per alios angelos, siue per experientiam. Quod autem dicit Gregorius, non intelligitur, quia omnia uideant, sed quia uident istud unum, quod est melius uidere, quàm omnia. Unde sicut ille, qui habet Deum, dicitur omnia habere, non quia omnium sit possessor, sed qui habet illud unum, cui non possunt æquiparari omnia: ideo per æquipollentiam, vel superualentiam dicitur habere omnia, sic qui nouit Deum dicitur omnia nosse.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam huius partis secundum tria, quæ determinat Magister in littera, tria principaliter queruntur. Primo queritur de receptaculis animarum exutarum. Secundo de suffragijs, quæ recipiunt a uiuis. Tertio de suffragijs, quæ impendunt uiuis. Circa primum queruntur tria. Primo queritur de receptaculis animarum ante aduentum Christi habuerint loca determinata. Tertio, utrum egrediantur ad exteriora.

QVÆSTIO I.

An animæ patrum ante aduentum Christi descenderint ad lymbum.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 69. ar. 2. Et 4. Sent. d. 45. q. 2. ar. 2. Richard. 4. Sent. dist. 45. q. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 45. q. 2. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 45. q. 5.

IRCA quam proceditur sic: et quod ante Christi aduentum descenderint ad infernum, ostenditur. Primo per uetus testamentum. Ita dixit patriarcha Iacob: De decetis canos meos cum dolore ad inferos: Descendam ad filium meum lugens in infernum: ergo, et cetera. ITEM: In tenebris strauit lectulum meum, infernus domus mea est: et constat quod iustus erat: ergo, et cetera. ITEM hoc ipsum ostenditur etiam per nouum testamentum: quia dicitur in symbolo: Descendit ad inferna: constat quod non nisi ad ereptionem iustorum: iusti ergo descendebant.

ITEM

QVÆSTIO II.

An anima post aduentum Christi habeant receptacula.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 69. ar. 1. Et 4. Sent. d. 45. q. 1. ar. 1. Richard. 4. Sent. dist. 45. q. 1. Tho. Argent. 4. Sent. d. 45. q. 1. ar. 1. Sæph. Brulef. 4. Sent. dist. 45. q. 2. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 45. q. 1.

DE receptaculis animarum post aduentum Christi: et queritur vtrum habeant receptacula, vel loca determinata. Et quod non, videtur de bonis. Glossa super illud: Adhuc pusillum et non est, et cetera. Adhuc pusillum est vsque ad finem vite cuiusque, quando liberabuntur sancti. Post hanc tamen vitam non ita erit, vbi erunt sancti, quibus dicitur: Venite benedicti. Et quod mali non habeant receptacula, videtur. Augustinus de spiritu et anima: Quædam animæ puniuntur in loco, vbi deliquerunt, quædam in abditis receptaculis.

ITEM quod neutri, videtur. Augustinus in Enchiridion: Tempus quod inter hominis mortem, et vltimam resurrectionem interpositum est animas abditis receptaculis continet, sicut vnaquæque digna est requie, vel ærumna.

ITEM ratione videtur: quia animæ a corporibus exuta sunt spirituales, et omnino a corpore non dependent: ergo et locus remunerationis earum.

CONTRA: Quod mali habeant, videtur: quia dixit Dominus: Mortuus est diues, et sepultus est in inferno. Et post subditur: Ne veniant in locum hunc tormentorum: ergo, et cetera.

ITEM quod boni videtur: Si terrena nostra habitatio dissoluatur, domum habemus in caelis. Et Gregorius: Qui Christum in celo esse non dubitat in corpore, nec Pauli animam esse negat.

ITEM ratione videtur, quia loci congruitas confert ad operationem: ergo cum animæ beatæ sint excellentissimæ virtutis contemplando Deum, et omnino immutabiles: ergo locus supremus eis debetur: ergo ab oppositis, damnatis infimus.

ITEM excellentia retributionis consistit in societate multa, quia nullius sine socio iucunda est possessio: ergo animæ post hanc vitam sunt simul.

CONCLUSIO.

Animarum mortuorum receptacula post aduentum Christi sunt paradysus, infernus, lymbus, et purgatorium.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod triplicem statum contingit intelligere, scilicet remunerationis, quietis, et expectationis, et purgationis. Et ratio huius est, quia anima exuta duplici causa potest impediri a remuneratione beata. Aut propter hoc quod ianua est clausa, aut propter hoc quod ipsa non est plene purgata. Statui retributionis respondet locus proprius, et receptaculum determinatum in se, et quo ad nos, scilicet celum empyreum quo ad bonos, et quo ad malos locus infimus. Statui quietis, et expectationis respondet locus determinatus in se, sed non quo ad nos, quia nescitur per scripturas vbi sit lymbus. Statui vero purgationis respondet locus indeterminatus, et quo ad nos, et quo ad se, quia non omnes in eodem loco purgantur, licet forte in aliquo

Ab. 2. d. ITEM: Quem Deus suscitauit solutis doloribus A inferni: ergo omnes alij detinebantur in inferno.

ITEM debitum originalis peccati nondum erat solutum: ergo nec homo de potestate diaboli ereptus: ergo quantumcumque esset iustus, poterat ipsum diabolus trahere deorsum.

AD OPPOSITUM. SED CONTRA: Infernus est locus debitus malis, et iniustis: sed ante aduentum Christi multi mortui sunt boni, et iusti: ergo illi non descendebant in infernum.

ITEM vnaquæque anima habet locari secundum exigentiam meritorum: ergo cum viri sancti ante aduentum Christi, multum distarent ab impijs quantum ad meritum: ergo etiam quantum ad locum.

ITEM in inferno nulla est redemptio: ergo si iusti descenderunt ad infernum, videtur quod nunquam fuerunt inde liberati, quod manifeste falsum est.

ITEM sicut patet: Chaos magnum firmatum erat inter Lazarum, et diuitem, vt non possent mutuo ad se transire: ergo videtur quod in locis distantibus erant.

ITEM per Augustinum super Genesim ad litteram: Videmus inferiorem mentionem non esse factam in requie pauperis, sed in supplicio diuitis. Et iterum idem: Nondum inueni, adhuc requiro, nec mihi occurrit, inferos alicubi in bono posuisse scripturam. Non autem nisi in bono accipiendum signum Abraæ: ergo si sancti patres in sinu Abraæ portantur, sicut Dominus ipse de Lazaro testatur, patet, et cetera.

CONCLUSIO.

Anima mortuorum patrum ante aduentum Christi descendebat in lymbum, qui dicebatur sinus Abraæ propter requiem: in quo cum esset pœna damni, poterat dici infernus.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod infernus dicitur locus pœnarum, et locus qui est inferior tum ratione status, qui vilis est, tum ratione situs. Potest ergo infernus denominari a suo summo: et tunc dicitur infernus locus, in quo est maxima pœna, et locus infimus: et iste non competit nisi damnatis, qui puniuntur pœna sensus, et sine spe inferius projiciuntur. Potest iterum appellari locus inferior, quo quis punitur pœna damni, et iste dicitur lymbus. Et in hunc descendebant ante Christi aduentum sancti patres, et descendunt nunc paruuli non baptizati. Sed attendendum, quod patres fuerunt in parte superiori, et paruuli in parte inferiori. Et ratio huius est, quia isti habent carentiam visionis sine expectatione, illi habebant cum expectatione: et ideo quia in parte superiori erant, et visionem Dei expectabant, non tantum in lymbo, sed in sinu Abraæ dicebantur esse. Ille ergo locus dicebatur infernus, et quia inferior, et quia aliquo modo locus erat miseriar. Lymbus, quia erat pœna carentiar. Sed sinus Abraæ: quia erat expectatio gloriæ. Et ita infernus non sonat nisi in malum, qualitercumque accipiat: sinus autem Abraæ in bonum, quia est ibi requies, aut per priuationem mali, aut per collationem omnis boni: et sic est locus gloriæ. Et per hanc distinctionem patet responsio ad vtramque partem. Rationes enim ad primam partem, procedunt de inferno large dicto, et secundum situm. Rationes vero ad oppositum de inferno dicto proprie, et secundum pœnam, sicut patet discurrere per singulas.

Explicatio. Explicatio rationum.

Explicatio rationum. aliquo multi sint. Et quantum ad hunc locum loquitur Augustinus. Quod vero obijcitur de Glossa, dicens quod non loquitur de loco, sed de statu quantum ad secundam solam. Potest tamen aliter dici, et melius, quod animæ receptacula aut sunt secundum merita bona: et sic est paradysus, et locus celestis: aut propter peccata: et sic distinguitur triplex locus secundum triplex peccati genus, scilicet purgatorius, et hic debetur veniali. Lymbus, et hic originali. Et infernus, et hic mortali. Et bene potest esse, et satis probabile est, quod gradatim se habeant ista tria loca: sed tamen circa eandem partem sunt, sicut colligi potest ex sanctorum dictis, et ex his, quæ in precedentibus dicta sunt. Vnde possunt loca animarum distingui sic, vt reducantur ad binembrem diuisionem. Locus retributionis, aut est gloriæ, aut pœnæ. Si gloriæ, sic celum. Si pœnæ, sic infernus. Gloria nõ distinguitur, quia charitas, quæ vnus speciei est, meretur gloriam. Sed pœnalis locus est duplex, aut secundum pœnam damni: et sic lymbus: aut secundum pœnam sensus: et sic infernus. Et sic vtrumque membrum diuiditur: quia qui pœna damni puniuntur, aut simpliciter, et æternaliter: et hi in inferiori parte illius partis, quæ dicitur lymbus. Aut ad tempus: et hi in superiori, quæ dicitur sinus Abraæ. Similiter illi qui puniuntur pœna sensus, aut simpliciter: et sic infernus proprie dicitur: aut ad tempus: et sic locus purgatorius: et sic patet quod animæ habent receptacula, et quæ. Et si aliqua auctoritates contrariæ videantur, intelligendæ sunt vel quantum ad statum, vel quantum ad aliquas animas, quæ purgantur, de quibus supra dictum est, quod dispensatiue in diuersis locis animæ purgantur, licet secundum legem communem sit aliquis locus communis.

Explicatio. Bonorum anima aliquando ad tempus exeunt de suis receptaculis, licet damnati ligati sint ad omne tempus: in die tamen iudicij omnes exibunt.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod huiusmodi receptacula aliquibus dantur secundum Dei consilium, et causas superiores, aliquibus secundum sententiam, et causas inferiores. Hi secundi possunt mutatione diuinæ sententiæ ad preces sanctorum de huiusmodi locis reuocari: et sicut mutant statum, ita et locum. Primi vero, qui secundum causas immutabiles huiusmodi locis deputati sunt, non exhibent finaliter. Possibile est tamen eos exire ad tempus. Sed exitus ad tempus aut est ad recipiendam completam remunerationem: et sic boni, et mali exhibent in die iudicij: aut ad perficiendam aliquam operationem: et sic exeunt beati, numquam tamen damnati. Et ratio huius est, quia beati possunt iuuantur reuocando, docendo, confortando, liberando: sed damnati sunt ligati ad omne opus. Rursus pœna dependet a loco, et gloria, non quia est a Deo, qui vbique est. Concedendæ ergo sunt rationes probantes, quod boni aliquando loca receptionis suæ mutant. 1. AD illud quod obijcitur de malis per simile de demonibus, dicendum quod non est simile, quia isti habent operationem aliquam ad nos exercendos: et ideo non sunt ligati, nec penitus damnati: quia adhuc sunt in statu demerendi quantum ad vim administratiuam. 2. AD illud quod obijcitur, quod non exeunt, verum est finaliter de illis, qui per sententiam diffinitiuam sunt damnati. 3. AD illud quod obijcitur, quid facit, dico quod in bonis tantum ad congruentiam, in malis amplius, quia auget pœnam: ideo isti non exeunt vt illi. 4. AD aliud patet responsio, quia nõ est nobis possibile in celum ire: sed in celo existentibus possibile est ad terram venire, quia anima liberior, quia exuta: et potentior, quia beata: mali vero non possunt, quia non sinuntur.

QVÆSTIO III.

An anima aliquando exeant a suis receptaculis.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 69. ar. 3. Et 4. Sent. d. 45. q. 1. ar. 3. Richardus 4. Sent. d. 45. q. 3. Tho. Arg. 4. Sent. d. 45. q. 1. ar. 2. Sæph. Brulef. 4. Sent. d. 45. q. 3. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 45. q. 3.

AD OPPOSITUM. TRIVM animæ a suis receptaculis aliquando exeant. Quod non, videtur. Psalmus: Vt inhabitem in domo Domini. 2. ITEM de malis specialiter: Qui descendit ad inferos, non ascendet. 3. ITEM aut locus aliquid facit, aut nihil. Si nihil: ergo non videtur ratio, quare magis sint in loco determinato. Si aliquid: ergo si bonorum gloria non debet minui, nec malorum pœna: ergo nunquam possunt, nec debent egredi. 4. ITEM nos non possumus locum nostrum mutare, quin mutemus et statum. Vnde quando meremur, non sumus in statu merendi: ergo nec ille: sed earum status est immutabilis: ergo et locus.

CONTRA: Sancti multos visitant, et multis apparent, sicut patet in vitis sanctorum: ergo si vera est apparitio, videtur quod sint vbi apparent: sed non sunt simul in celo, et in terra: ergo recedunt a suis habitaculis. ITEM demones sunt circa nos, et nos exercent, qui tamen sunt digni maiori pœna quam animæ: ergo si illi, multo fortius et animæ pussunt circa nos esse. ITEM constat quod resurrectio erit, et iudicium

CONTRA: Sancti multos visitant, et multis apparent, sicut patet in vitis sanctorum: ergo si vera est apparitio, videtur quod sint vbi apparent: sed non sunt simul in celo, et in terra: ergo recedunt a suis habitaculis. ITEM demones sunt circa nos, et nos exercent, qui tamen sunt digni maiori pœna quam animæ: ergo si illi, multo fortius et animæ pussunt circa nos esse. ITEM constat quod resurrectio erit, et iudicium

A omnium simul: ergo necesse est quod tam beatæ quam damnatæ veniant ad corpora, et ad locum communem.

ITEM Deus vbique est æqualiter: ergo anima vbique potest æqualiter frui Deo: ergo si beatitudo est fructio, potest beata anima ire quo vult: ergo pari ratione et damnata.

ITEM Gregorius in dialogo narrat de suscitatione aliquorum, quorum animæ erant in paradiso, et in inferno: ergo, et cetera.

CONCLUSIO.

Bonorum anima aliquando ad tempus exeunt de suis receptaculis, licet damnati ligati sint ad omne tempus: in die tamen iudicij omnes exibunt.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod huiusmodi receptacula aliquibus dantur secundum Dei consilium, et causas superiores, aliquibus secundum sententiam, et causas inferiores. Hi secundi possunt mutatione diuinæ sententiæ ad preces sanctorum de huiusmodi locis reuocari: et sicut mutant statum, ita et locum. Primi vero, qui secundum causas immutabiles huiusmodi locis deputati sunt, non exhibent finaliter. Possibile est tamen eos exire ad tempus. Sed exitus ad tempus aut est ad recipiendam completam remunerationem: et sic boni, et mali exhibent in die iudicij: aut ad perficiendam aliquam operationem: et sic exeunt beati, numquam tamen damnati. Et ratio huius est, quia beati possunt iuuantur reuocando, docendo, confortando, liberando: sed damnati sunt ligati ad omne opus. Rursus pœna dependet a loco, et gloria, non quia est a Deo, qui vbique est. Concedendæ ergo sunt rationes probantes, quod boni aliquando loca receptionis suæ mutant. 1. AD illud quod obijcitur de malis per simile de demonibus, dicendum quod non est simile, quia isti habent operationem aliquam ad nos exercendos: et ideo non sunt ligati, nec penitus damnati: quia adhuc sunt in statu demerendi quantum ad vim administratiuam. 2. AD illud quod obijcitur, quod non exeunt, verum est finaliter de illis, qui per sententiam diffinitiuam sunt damnati. 3. AD illud quod obijcitur, quid facit, dico quod in bonis tantum ad congruentiam, in malis amplius, quia auget pœnam: ideo isti non exeunt vt illi. 4. AD aliud patet responsio, quia nõ est nobis possibile in celum ire: sed in celo existentibus possibile est ad terram venire, quia anima liberior, quia exuta: et potentior, quia beata: mali vero non possunt, quia non sinuntur.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER quantum ad secundum articulum queritur de suffragijs, quæ recipiunt animæ defunctorum a viuis. Et circa hoc queruntur tria. Primo queritur, vtrum suffragia profint defunctis, qui sunt mediocriter boni. Secundo, vtrum defunctis profint suffragia facta per malos. Tertio quantum profint suffragia: et cum non æqualiter omnibus, queritur, cui magis: aut ei qui magis meruit, aut ei pro quo specialiter fiunt.

QVÆSTIO I.

An suffragia profunt defunctis mediocriter bonis.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 71. ar. 10. Richar. 4. Sent. d. 45. ar. 2. q. 1. Tho. Argent. 4. Sent. d. 45. q. 1. ar. 3. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 45. q. 4. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 45. q. 7.

IRCA quam sic proceditur, et ostenditur, quod non profunt mediocriter bonis: quia magis dignis debent Ecclesie suffragia proficere: sed non profunt bonis, qui sunt in paradiso: ergo, et cetera. Si tu dicas quod non indigent: ideo non est simile. CONTRA: In vita ista peccatores indigent: et tamen necesse est quod ipsi ista peccatorum penitentiam, non alij pro ipsis.

2. ITEM ille qui non est in statu merendi, nec esse potest, nihil prodest alienum suffragium, sicut patet si aliquis sit stultus irrevocabiler: sed tales sunt mortui: ergo, et cetera. Si tu dicas quod prius meruerunt, ut eis prodesent in statu illo. Contra: Quodcumque meruerunt necesse est eos meruisse, et quod necesse est eos meruisse, necesse est remunerari: ergo si numquam fuerint suffragia, remunerabuntur: ergo nihil eis profunt.

3. ITEM pœna purgatoria mensuratur secundum quantitatem cremabilis: ergo cum suffragia non minuunt de culpa, patet: quia solus Deus habet effectum in animam. Si tu dicas quod habent effectum in animam per modum meriti, et Deus merita suffragiorum minuit. Contra: Et si Deus deleat culpam maculam per se, tamen reatum delet per pœnam: sed constat quod in eis quantum ad reatum oportet deleri culpam: ergo per pœnam purgatoriam: sed hoc nihilominus faceret sine suffragijs: ergo, et cetera.

4. ITEM hoc ostenditur per deductionem ad impossibile, quoniam si delet partem: ergo possibile est quod totum: et ita ille remanebit impunitus.

SED CONTRA per Auctoritatem sacre Scripture: Sancta, et salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur.

ITEM per Augustinum de cura pro mortuis agenda: Beneficia, et sacrificia quae offeruntur pro nonvalde malis sunt propitiaciones: ergo, et cetera.

ITEM hoc ostenditur auctoritate Ecclesie, et vultu, quae orat pro defunctis: si ergo Ecclesia non decipit, patet quod suffragia valent.

ITEM ratione videtur: quia pœna purgatoria est terminabilis: ergo et diminuibilis: sed si pro eo qui potest crescere in gratia fiat oratio, valet ad gratiam augmentandam: ergo pari ratione si fiat pro eo, cuius pœna potest diminui, valet ad pœnam diminuendam.

ITEM sicut se habent orationes sanctorum mortuorum ad vivos, sic viuorum ad mortuos: sed sancti mortui impetrant nobis bona, et nos adiuuant: ergo et vivi mortuos.

CONCLUSIO.

Suffragia defunctis mediocriter bonis profunt, ob eorum dignitatem, et necessitatem.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod quia in omni opere Domini est misericordia, et veritas: duo sunt quae faciunt suffragia Ecclesie valere, scilicet dignitas, et necessitas. Iustitia enim considerat dignitatem, et digni sunt qui in charitate decesserunt

A et ab alijs membris Ecclesie adiuuari meruerunt, maxime si ipsi alios adiuuarunt. Misericordia vero considerat necessitatem: et hæc quidem magna est in his, qui sunt in purgatorio, quia grauius puniuntur, et se iuuare non possunt. Ex hoc patet responsio ad primum, quia suffragia non ita valent comprehensoribus, scilicet quia non indigent, et non ita viatoribus, quia adhuc possunt se iuuare.

AD illud quod obijcitur, quod non sunt in statu merendi, dicendum quod quamuis non sint in statu merendi, sunt tamen in statu soluendi: soluunt enim quae debent: et ideo etsi non adiuuari in merito possunt, tamen adiuuari in solutione possunt: status autem soluendi non est semper cum statu meriti, sed illi praesupponit, scilicet qui prius meruit, quod in tali statu posset soluere, et iuuari.

QUOD obijcitur, quod si meruit, necesse est meruisse, dicendum quod verum est de merito absoluto, sed illud fuit meritum conditionale.

AD illud quod obijcitur secundum quantitatem cremabilis, et cetera, dicendum quod quantitas pœnae non respicit maculam, sed reatum: et obligatio ad pœnam minuitur solutione pœnae facta ab ipso, vel ab alio.

AD illud quod solueretur tota, et cetera, dicendum quod verum est si tot essent suffragia: sed suffragia non auferunt a pœna, nec liberant, nisi dum sunt, et in illo tempore homo punitur, et alij pro ipso: ideo non remanet impunitus: verum tamen si superabundarent, tunc possibile esset totum remitti: nec tamen peccatum remanet impunitum, quia quamuis non puniatur in se, punitur tamen in alio, vel in alijs: sicut supra dictum fuit de Baptismo: hoc tamen vix, aut numquam fit.

QVÆSTIO II.

An defunctis profunt suffragia facta per malos.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 71. ar. 3. Richar. 4. Sent. d. 45. ar. 2. q. 3. et 4. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 45. q. 5. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 45. q. 8. et 9.

VERVM profunt suffragia facta per malos. Et quod non, videtur: Scimus quia peccatores Deus non exaudit: ergo si non prodest oratio, quam Deus non exaudit: patet, et cetera. Quod si dicas, quod verbum illud non est verum, quia a caeco non ab Euangelista dictum est. Contra: Hoc non soluit, quia: Cum multiplicaueritis orationes vestras, non exaudiam. Manus enim vestrae plenae sunt sanguine, Glossa: Sanguine, id est peccato: ergo si omnis peccator, et malus est talis, videtur quod suffragia facta per malos non profunt.

ITEM Gregorius: Cum is qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur: ergo potius obfunt, quam profunt.

ITEM ratione videtur, quia nullum opus est satisfactorium, nisi quod fit ex radice charitatis: sed istud non fit sic, quod fit a malo: ergo non satisficit.

ITEM iste peccator non est membrum Ecclesie: ergo nullam habet connexionem cum illo, qui mortuus est: ergo opus eius omnino est alienum ab ipso defuncto: ergo nihil ei facit.

ITEM si malus faceret pro se, nihil prodesset: ergo pari ratione non prodest alij si faceret pro illo, quia vnusquisque efficacius meretur sibi, quam alij.

CONTRA: Sacramenta Ecclesie aequae bona sunt cum dispensantur per bonos, et malos: ergo Missae mali sacerdotis ita prodest vt boni,

ITEM

AD OPPOSITVM. Ioan. 9. f

Isa. 1. d

ITEM quando seruus existens extra charitatem dat eleemosynam ad imperium domini, meretur dominus ac si seruus bene daret: ergo similiter in proposito, cum ille, pro quo fit, sit in charitate, valet ei.

ITEM ratione videtur, quia Dominus sua largitate reputat opus factum ab alio, ac si fiat ab eo, pro quo fit: sed ille est in charitate: ergo et cetera.

ITEM quando aliquis facit alicui eleemosynam, etsi dans sit extra charitatem, tamen recipiens potest mereri in recipiendo, si recipit ex charitate: sed iste mortuus suffragia viuorum recipit ex charitate: ergo et cetera.

CONCLUSIO.

Suffragia pro mortuis si fiant a malis tantum non profunt, sed si concomitentur charitas viri iusti, profunt, quod si fuerint opera sacramentalia, profunt etiam si a malis fiant.

Opin. aliorum.

Improbatur.

Determinatio.

Expositio rationum.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod quidam dicunt generaliter, quod suffragia Ecclesie profunt, siue a bonis fiant, siue a malis. Et ratio huius est, quia tam boni, quam mali faciunt secundum doctrinam Ecclesie: et faciunt pro eo, qui est in charitate: et ubi deficit charitas facientis, supplet charitas Ecclesie dicentis, et mortui suscipientis. Sed non credo breuiter, quod oratio peccatoris aliquid mereatur apud Deum nisi solum dispositiue, quia disponit ad meritum. Opus enim formam recipit a proximo agente, sicut aqua formam a vase continente, non a fonte. Similiter corona valorem et pulchritudinem habet a gemmis, et ab auro, et non a quattuor elementis. Et ideo distinguendum, quod suffragia aut sunt opera sacramentalia, vt celebratio Missae: et tunc quia opera Dei sunt, ratione contenti profunt siue fiant a bonis, siue a malis. Aut sunt alia opera: et hoc dupliciter. Aut enim sunt pure a malis, sicut si aliquis malus orat, et se affligit pro aliquo: et tunc non credo, quod valeant defunctis. Aut sunt a malis ad imperium alicuius boni, vt ipsius defuncti vel amici eius, de re, quae illius est in eleemosyna, vel ad consortium alterius, vt quando duo legunt Psalterium, vnus existens in charitate, alter non: et in alijs operibus, vt quando datur eleemosyna iusto, vt orat pro mortuo: et tunc valent ratione doni charitatis homini coniunctae. Et sic soluuntur rationes ad vtramque partem. Concedendum enim quod non profunt secundum quod sunt a malis tantum. Concedendum nihilominus quod profunt, si concomitentur charitas viri iusti. Sed tamen vltima ratio non valet, quia defunctorum est suffragia recipere, sed Dei acceptare, et ex hoc eis parcere: sed non acceptat nisi preces bonorum: et sic manifesta sunt obiecta ad vtramque partem.

QVÆSTIO III.

An suffragia magis profunt pro quibus fiunt, vel alijs.

S. Tho. in suppl. 3. p. q. 71. ar. 1. Et 4. Sent. d. 45. q. 2. ar. 1. q. 1. Rich. 4. Sent. d. 45. ar. 2. q. 2. Steph. Brul. 4. Sent. d. 45. q. 6. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 45. q. 11.

AD OPPOSITVM.

Ench. cap. 10. 3.

QUANTVM profunt suffragia: et cum non profunt aequaliter omnibus, quaeritur, cui magis profunt, an ei qui magis meruit, an ei pro quo specialiter fiunt. Et quod ei qui magis meruit, videtur: quia Augustinus ait: Ideo

S. Bon. Tom. 3.

profunt, quia meruit vt prodesent: ergo si magis meruit, magis profunt, quia in per se praedicatis talis consequentia tenet.

2. ITEM profectus suffragiorum est secundum Dei distributionem: ergo si ipse non est acceptor personarum, videtur quod magis debet distribuere ei, qui magis est dignus.

3. ITEM hoc ostenditur per impossibile, quia qui meruit vt prodesent, citius meruit liberari: sed si non magis profunt ei, non citius liberatur: ergo qui meruit citius liberari, tardius liberatur, sed hoc est contra Dei iustitiam: ergo et cetera.

4. ITEM oblatio pretij in cruce aequaliter profuit, ac si esset oblata pro quolibet per se: et tantum prodest cuiuslibet, quantum meruit: ergo oblatio sacrificij in altari pari ratione, cum sit illius oblationis memoriale: ergo magis ei qui magis meruit.

CONTRA: Cum Deus exaudit nos, quodam modo conformat voluntatem suam nobis, quia obediunt Deo voci hominis: ergo si aliquis habens charitatem oret specialiter pro aliquo, videtur quod Deus specialiter accipit pro illo: ergo videtur quod magis profunt illis, pro quibus specialius, et crebrius fit.

ITEM si in vita ista aliquis diues daret eleemosynam, magis sibi prodesset, quam alij: ergo si ad eius imperium detur post mortem, cum pro tali habeat Deus, ac si impederet: magis ergo prodest sibi, quam alij.

ITEM Deus acceptat opus secundum intentionem: sed intentio facientis est quod specialius, et magis proficit illi, pro quo facit: ergo et cetera.

ITEM per impossibile ostenditur, quia si non prodest magis: ergo non oportet specialiter rogare pro aliquo: ergo mouetur stulte tota Ecclesia, quae specialiter orat.

CONCLUSIO.

Suffragia mortuorum si fiant in communi, profunt magis ei, qui magis meruit: quod si in speciali, magis profunt ei pro quo fiunt.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod aliorum opinio fuit vt Praepositiui, quod suffragia Ecclesie siue specialiter, siue generaliter facta magis profunt ei, qui magis meruit. Et ponunt exemplum: Sicut si candela accenditur coram diuite: non tantum praebet sibi lumen, sed etiam alijs: et eis qui melius vident, maius lumen praebet. Exemplum etiam patet in lectione, quae tantum valet si legatur omnibus in communi, quantum fit cuiuslibet alij speciali: et plus valet assistenti, qui melius intelligit, etiam si pro alio legatur, qui minus intelligit, etsi pro ipso legatur specialiter. Si ergo ita est in lumine creato, magis in sacramento. Si ita est in lectione, quo modo non in oratione? absque dubio ita videtur. Et si obijciatur communis mos Ecclesie. Respondent quod hoc quod specialiter Ecclesia magis facit pro aliquo, non facit propter hoc quod magis illi profunt, sed quia libentius facit homo, pro eo quem diligit specialius, et magis animatur ad faciendum. Vnde si istud esset notum simplicibus, non ita libenter facerent suffragia. Sed istud non credo, quia (sicut dicit Augustinus de cura pro mortuis agenda) sepultura valet in loco sancto propter orationes sanctorum, qui orant pro eo, ad cuius tumulum memorantur. Amplius suffragia sunt ad soluendam pœnam, siue reatum: sed plus est satisfacere pro debito multorum quam vnus, et facilius satisficit pro debito vnus, quam plurimum: ergo pluribus indigent suffragijs duo, quam vnus solus: ergo si diuiduntur inter eos, vterque habet minus: ergo non videtur quod aequaliter se extendat ad omnes. Et ideo dicendum quod illud non est simile, quia

Opin. aliorum.

Exemplum.

ITEM hoc ostenditur auctoritate Ecclesie, et vultu, quae orat pro defunctis: si ergo Ecclesia non decipit, patet quod suffragia valent.

ITEM ratione videtur: quia pœna purgatoria est terminabilis: ergo et diminuibilis: sed si pro eo qui potest crescere in gratia fiat oratio, valet ad gratiam augmentandam: ergo pari ratione si fiat pro eo, cuius pœna potest diminui, valet ad pœnam diminuendam.

ITEM sicut se habent orationes sanctorum mortuorum ad vivos, sic viuorum ad mortuos: sed sancti mortui impetrant nobis bona, et nos adiuuant: ergo et vivi mortuos.

Improbatur.

ITEM hoc ostenditur per deductionem ad impossibile, quoniam si delet partem: ergo possibile est quod totum: et ita ille remanebit impunitus.

ITEM per Augustinum de cura pro mortuis agenda: Beneficia, et sacrificia quae offeruntur pro nonvalde malis sunt propitiaciones: ergo, et cetera.

ITEM hoc ostenditur auctoritate Ecclesie, et vultu, quae orat pro defunctis: si ergo Ecclesia non decipit, patet quod suffragia valent.

Determinatio propria.

bbb illuminatio

illuminatio totam speciem rei visae, defert ad oculum, et similiter lectio totam similitudinem vocis, sed non sic est in solutione sicut est in aspectu, et consideratione. Quamuis enim duo creditores aequaliter possint et simul videre vnum aureum, non tamen potest aequaliter solui duobus. Sic intelligendum est in proposito, quod per suffragia fiat. Vnde non refert vtrum fiant pro pluribus, an pro vno. Et ideo distinguendum est hic, quia suffragia Ecclesiae, aut sunt in communi, aut in speciali. Si in communi, profunt ei magis, qui magis meruit, ut sibi prodesse alijs conditionibus paribus: quia non tantum dignitas, sed etiam necessitas consideratur: et sic probant primae rationes. Si autem fiant in speciali: ei magis profunt pro quo fiunt: et sic probant rationes sequentes.

1. Ad illud tamē, quod primo obijcitur, quod magis profunt ei, qui magis meruit, dicendum quod verum est quantum est de se, nisi aliud reformet pactum: et haec est intentio facientis. Et similiter ad sequens respondendum, quod Deus distribuit secundum intentionem illius, qui offert suffragium.

3. Ad illud quod obijcitur, quod citius meruit liberari, dicendum quod verum est ceteris paribus: et quia ille qui minus meruit, maiores et plures habuit adiutores: hinc est quod citius liberatur ratione auxilij alieni. Et iterum: iste meruit citius liberari, non quantum ad ea, quae sunt propria, sed ad ea, quae sunt communia, de quibus magis percipit, ceteris paribus.

4. Ad illud quod obijcitur de sacrificio crucis, et altaris, dicendum quod quamuis idem sit, non tamen utrobique vniformiter cooperatur: nam in cruce effusum est pretium in omnimoda plenitudine, sed in altari habet effectum determinatum, cum quotidie assumatur. Et propter hoc prima oblatio non iteratur, sed secunda iteratur: et ideo non valet illa ratio, quia procedit ac si esset aequalis effectus. Et iterum: illa pro omnibus est oblata, haec autem specialiter potest fieri. Nec obstat illud Hieronymi de consecr. dist. v. Non medio critere. Cum pro ceterum defunctorum animabus Psalms vel Missa dicitur, nihil minus, quam si pro vno quolibet diceretur, accipitur: dicendum enim, quod Hieronymus sicut patet ex adiunctis, loquitur quantum ad meritum facientis, non quantum ad vtilitatem eius, pro quo fit.

ARTICVLVS III.

CONSEQUENTER quantum ad tertium articulum quaeritur de suffragijs quae impenduntur viuus a sanctis, siue defunctis. Et circa hoc quaeruntur tria. Primo quaeritur, vtrum sancti orent pro nobis. Secundo, vtrum sancti impetrent nobis aliquid suis orationibus. Tertio, vtrum sit nobis vtile rogare Sanctos.

QVÆSTIO I.

An Sancti orent pro nobis.

S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 72. art. 1. Et 4. Sent. dist. 45. q. 3. art. 1. Rich. 4. Sent. d. 45. art. 7. q. 2. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 45. q. 1. art. 4. Steph. Brul. 4. Sent. d. 45. q. 7. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 45. q. 13.

FVNDAMENTA. I R C A quam ostenditur, quod sancti orent, pro nobis, quia dicitur de Christo, qui est Sanctus sanctorum: Semper viuens ad interpellandum pro nobis: sed sancti sunt eius imitatores: ergo sicut Christus orat, et Sancti orant

ITEM hoc ipsum probatur per illud quod dicit Ioannes: Ego rogabo patrem, et alium paracitum dabit vobis: ergo similiter sancti orant.

ITEM Ecclesia communiter orat: Sancta Maria ora pro nobis: ergo et cetera. ergo si non stulte petit: patet et cetera.

ITEM ratione videtur, quia Sancti diligunt nos ex charitate: ergo optant, et desiderant salutem nostram: sed constat quod sciunt illam non posse esse nisi a Deo: ergo optant illam per Deum: ergo cum desiderium alicuius rei a Deo sit oratio: patet et cetera.

CONTRA: Sancti aut volunt nobis salutem, vel aliud bonum, aut non volunt. Si non volunt: ergo non orant. Si volunt: sed sicut dicit Anselmus in prologion Beati erunt omnipotentes suae voluntatis, sicut et Deus suae: ergo cum nullus oret quod potest per se, sicut dicit Augustinus de correctione, et gratia, si Sancti possunt salutem nostram, non orant, vel si non possunt, omnipotentes non sunt.

ITEM videtur dicit Damascenus: Oratio est ascensus intellectus in Deum: sed Beati sunt in termino suae contemplationis: ergo eorum intellectus in Deum non ascendit: ergo non orant.

ITEM beatus est, cui ad votum cuncta succedunt: vnde Augustinus xij. de Trinit. dicit, quod beatus habet quidquid vult: ergo nullus habes quidquid vult, aliquid orat vel petit: ergo Sancti in patria non orant pro nobis.

ITEM si Christus orat pro nobis, quaeritur quare non dicitur in Litanis: Christe ora pro nobis: ergo si non dicitur, videtur quod non oret pro nobis, ac per hoc nec sancti.

ITEM quaeritur, quare non dirigitur ad Spiritum sanctum oratio, sicut ad Patrem.

CONCLUSIO.

Sancti in celo orant pro nobis, tum quia vident nostram necessitatem, tum quia membra releuari vult Deus.

RESP. AD ARG. Dicendum quod sicut dicit Magister in littera: Sancti pro nobis orant. Et huius ratio est duplex. Vna est, quia vident nostram necessitatem, quia nos indigemus ab illis releuari. Alia propter Dei voluntatem, quia vult, ut vnum membrum aliud releuet, et quod pro inuicem solliciti sint membra: vnde cum ipsi sint liberati, debent alios adiuuare.

1. Ad illud ergo quod obijcitur, quod possunt quidquid volunt, dicendum quod voluntas dupliciter comparatur ad actum: aut ad actum proprium, ut volo hoc facere. Aut ad actum alienum, ut volo ut alius faciat hoc, scilicet Deus vel homo. Vnde dico quod auctoritas Anselmi est respectu actus proprii: sed oratio, vel petitio salutis respectu actus diuini, ut scilicet Deus saluet.

2. Ad illud quod obijcitur, quod non ascendit intellectus in Deum, dicendum quod intellectus dicitur in Deum ascendere tripliciter. Aut per nouum aspectum in Deum, scilicet quando homo reuocat cogitationem ab alijs, et conuertit in Deum: et sic est tantum in viatoribus. Alio modo per aspectum alterius inferioris rei, ut cum quis cogitat humanam miseriam, et implorat misericordiam, ut releuet miseriam, ibi dicitur aspectus, non quia de nouo aspiciat, sed quia aliud inferius ad illud respiciat: et sic est in beatis, quando pro nobis orant, et rogant, quia tunc nostram indigentiam considerant. Tertio modo propter continuationem intuitus primi. Vnde cum quis considerat Deum, qui est super se, et continue considerat, continue ascendit, non

CONCLUSIO.

Sancti suis orationibus multa bona nobis impetrant merito, et affectu: et gloriosa Virgo multos peccatores Deo reconciliat.

RESP. AD ARG. Dicendum quod Sanctorum orationes multa nobis bona impetrant (sicut dicit Magister) merito, et affectu. Merito quidem praecedenti, quo Deo facillime seruiunt: et tantum locum suis meritis sunt adepti, ut non solum sibi beatitudinem, et gloriam meruerint, sed etiam alijs suffragari. Multa etiam supererogauerunt affectu, quia amici Dei sunt facti, et amicitiae idem velle, et nolle: et cum aliquem ament sancti: compellunt (ut sic dicam) Deum diligere. Vnde Beata Virgo multos peccatores Deo reconciliare dicitur.

Ad illud ergo quod obijcitur, quod non sunt in statu merendi, dicendum quod verum est ibi. Et praeterea non redditur exauditio merito, quod tunc fit, sed merito quod praecessit.

2. Quid obijcitur, quod tunc sine oratione fieret, dicendum quod meruerunt non simpliciter, quod ista obtinerent sub conditione, videlicet si ipsi intercederent, vel aliorum subsidia impetrarent.

Sicut aliqui Sancti in morte petierunt, quod Dominus exaudiret inuocantes eorum patrocinium. Et quod dicit, quod meritum eorum est plene remuneratum, verum est de merito absoluto, sed de merito conditionato adhuc stat conditio, et merendi ratio.

3. Ad illud quod obijcitur, quod conformant voluntatem suam diuinae per omnia, dicendum quod sicut dicit Augustinus de praedestinatione Sanctorum, quod orare debemus pro praedestinati, quia forsasse praedestinati sunt, ut nostris orationibus confirmetur: et si constaret nobis hoc totum, quod essent praui saluari ad nostras preces, deberemus utique pro eis rogare, ut fructuose rogaremus, quia ad preces nostras saluantur. Sic intelligendum est in sanctis, qui vident quod Deus decreuit nos saluare ad eorum preces: ideo instantissime rogant, et impetrant.

QVÆSTIO III.

An vtile sit nobis rogare Sanctos.

S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 72. art. 2. Et 4. Sent. dist. 45. q. 3. art. 2. Scot. 4. Sent. dist. 45. q. 4. Rich. 4. Sent. d. 45. art. 7. q. 3. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 45. q. 1. art. 4. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 45. q. 9. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 45. q. 15.

ITEM vtile sit nobis rogare Sanctos. Ad oppositum. Et quod non, videtur: quia iste qui conuertitur ad rogandum Sanctos, aut est dignus exaudiri, aut non. Si est dignus, etiam sine Sanctis exaudietur. Si non est dignus, etiam cum Sanctis non exaudietur, nec Sancti rogabunt pro ipso: ergo et cetera.

2. ITEM oratio est species latrae: sed latra est cultus soli Deo debitus: ergo oratio debet fieri soli Deo. Si dicas quod est species non tantum latrae, sed etiam dulci: ergo si magis est, vel debemus honorare maiores, videtur quod male facit qui instantius rogat minores: et hoc videtur stultitia, quia maiores Sancti, ut beata Virgo, potentiores sunt in conspectu Dei.

3. ITEM Deus est nobis misericordior, et praesentior quam aliquis Sanctus: sed stultus esset qui posset adire Regem, et inuenire benigniorem quam Principem, qui relicto Rege adiret Principem: ergo et cetera.

4. ITEM Sancti sunt nobis absentes: sed stultus est qui absentem loquitur: ergo stultus est qui a Sanctis aliquid

non quia ad aliud, et ad aliud, sed quia supra se feritur: et hoc modo continue est in beatis: et sic patet istud, quia si primo modo dicitur oratio, ascensus est tantum viae, secundo modo est viae, et patriae, tertio modo tantum patriae.

3. Ad illud quod obijcitur, quod beatus habet quidquid vult, dicendum quod beatus aliqua vult sibi, aliqua vult alijs. Dico ergo quod ad substantiam beatitudinis est, ut habeat omne quod vult sibi: sed ut habeat omne quod vult alijs non est de substantia beatitudinis, sed de consummatione, et bene esse: et hoc non erit quousque omnes electi sint glorificati: tunc enim quilibet habebit quod vult sibi, et quod vult quilibet alijs: et tunc plena est beatitudo. Item Beati orant tantum pro alijs: miseri pro se, et pro alijs: sed consummato numero electorum non rogabunt pro se, nec pro alijs.

4. Ad illud quod ultimo quaeritur de Christo, dicendum, quod propter errorem Arii vitandum dictum est. Ne videamur Christum credere creaturam, et ne videamur eius potestate minuere, qua potest omnia, eius petimus miserationem, non orationem.

5. Quid vero quaeritur de Spiritu sancto, dicendum quod quia est donum, in quo omnia dona donantur: ideo petendus est ipse, non porrigenda est ei petitio.

QVÆSTIO II.

An Sancti impetrent nobis aliqua suis orationibus.

S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 72. art. 3. Et 4. Sent. dist. 45. q. 3. art. 3. Richardus 4. Sent. dist. 45. art. 7. q. 3. Tho. Arg. 4. Sent. d. 45. q. 1. art. 4. Steph. Brul. 4. Sent. d. 45. q. 8. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 45. q. 24.

ITEM Sancti impetrent nobis aliqua suis orationibus. Et quod non, videtur: quia nullus impetrat aliquid apud Deum nisi qui est in statu merendi: sed sancti non sunt in statu merendi: ergo et cetera. Sed dicas quod non merito, quod tunc fit, sed quod praecessit. Contra: Hoc non soluit, quia secundum hoc etiam si non rogent, nihilominus obtinebimus: ergo nihil nobis facit oratio eorum. Praeterea, ipsi sufficienter remunerati sunt de toto eo, quod meruerunt: ergo non meruerunt aliquid aliud: ergo ratione meriti praecedentis non impetrant.

2. ITEM Sancti per omnia conformant voluntatem suam voluntati diuinae: ergo non orant, nec petunt, nisi quod Deus vult dare: sed quod Deus vult dare, dabit etiam si Sancti non petant: ergo et cetera.

3. ITEM Sancti vident vtrius orationes nostrae sint exaudiendae, aut non exaudiendae. Si sunt exaudiendae, petunt. Si non, non petunt: sed si non peterent, nihilominus petitiones exaudiendae exaudirentur: ergo eorum oratio nihil facit.

FVNDAMENTA. CONTRA: Sancti in via impetrant alijs gratiam, et multa bona: sed plus possunt apud Deum in patria, quam in via: ergo magis impetrant.

ITEM Sancti impetrant pro viujs, quia sunt amici Dei: sed magis sunt amici Dei in patria, quam in via: ergo efficacius impetrant.

ITEM ostenditur per impossibile, quia si non impetrant, et orant sicut supra monstratum est: ergo frustra orant, et sunt miseri, quia non impletur eorum voluntas.

ITEM Sancti ita faciunt miracula post mortem, ut ante: ergo ipsa impetrant post mortem, ut ante. S. Bon. Tom. 5.

FVNDAMENTA.

quid petit. Forte dices, quod ipsi vident in Deo. A Contra: Angeli portant petitiones: sed si relucere in verbo, frustra portarent: ergo et est. Nos debemus sanctos Dei honorare: sed qui orat aliquem, ipsum honorat: ergo et est. ITEM plus possunt sancti in curia Dei, quam aliqui principes in curia regis: sed sapientis est volentem impetrare in curia regis, deprecari principes: ergo et est. ITEM hoc facit communiter Ecclesia, et constat quod non errat: ergo et est.

CONCLUSIO.

Sanctos rogare nos vult Deus propter inopiam nostram in merendo, in contemplando, et in amando, propter sanctorum gloriam, atque Dei reuerentiam.

RESP. AD ARG. dicendum quod Deus decreuit, et voluit quod sanctos rogaemus triplici causa, scilicet propter nostram inopiam, sanctorum gloriam, et Dei reuerentiam. Propter inopiam in merendo, ut vbi nostra non suppetunt merita, patrocinentur aliena. Propter inopiam in contemplando, ut qui non possumus summam lucem aspicere in se, aspicimus in sanctis.

I. PROPTER inopiam in amando, quia miser homo se magis sentit affici circa unum sanctum, quam etiam circa Deum: ideo compassus nostram inopiam voluit nos rogare sanctos: ac per hoc patet primum:

quia ille qui ante erat indignus de se, rogando sanctos, eorum patrocinio efficitur dignus.

2. SECUNDA causa est sanctorum gloria, quia Deus vult sanctos suos glorificare, vult per eos miracula facere in corporibus, et salutem in animabus, ut ipsos laudemus: et hoc non tantum per supremos sanctos, sed etiam infimos: vnde sicut aliquis sanatur corporaliter inuocando Linum, et non inuocando Petrum, alius econuerso: sic et spiritualiter: et sic patet secundum, quia Deus vult honorem dulcissime omnibus sanctis dari.

3. TERTIA causa est Dei reuerentia, ut peccator qui Deum offendit, quasi non audeat Deum in propria persona adire, sed amicorum patrocinium implorare: et sic patet tertium obiectum, quia bonum est aliquando a Deo resilire propter reuerentiam. 4. AD illud autem quod obijcitur, quod sunt absentes, dicendum secundum Magistrum, quod reuelatur a verbo eatenus, quatenus expedit salutem nostram. Et quod dicitur de angelis, quod offerunt Deo petitiones nostras, hoc dicitur, quia ipsum consulum super petitionibus nostris, ut sciat qualiter erga nos debeant ministrare. Si autem quaeratur, qualiter quis inuocet beatum Petrum, cum sit mortuus, dicendum quod inuocatur spiritus Petri: et quoniam spiritus habet esse gloriosum, et perfectum: ideo ne videamur eius gloriam diminuire, synecdochica locutione quod est totius attribuius parti: vel locutionem, quam dirigimus ad animam, potius attribuius toti: et sic patet illud.

DISTINCT. XLVI.

AN VALDE MALIS DETVR MITIGATIO POENAE.

Quid per misericordiam et iustitiam intelligatur: et quo modo in omni opere Dei inueniantur.

De statu, et conditione malorum post mortem. Iacob. 2. c.

In Psal. 32. Con. 1. 10. 9.

In Psal. 118. Conc. 29.

Aug. non habet illud: erga iniquos.

Item Casiod. super Psal. 112. Ench. 112. 10. 3.

Psal. 76. b Rom. 9. c

Mat. 23. d

ED quaritur hic de valde malis, utrum et ipsi in aliqua poenarum mitigatione Dei misericordiam sentiant, ut minus quam meruerint puniantur. Quidam autumant eos nullam releuationem poenae habituros: quod confirmant Iacobi auctoritate dicentis: Iudicium sine misericordia fiet illi, qui non fecit misericordiam. Augustinus etiam ait: Misericordia hic, iudicium in futuro. Idem distinctio: quens quo modo omnes via Domini sint misericordia, et veritas, ait: Erga sanctos omnes via Dei misericordia: erga iniquos omnes veritas: quia et in iudicando subuenit, et ita non deest misericordia: et in miserando id exhibet quod promisit, ne desit veritas. Erga omnes autem quos liberat et condemnat, omnes via sunt misericordia et veritas: quia ubi non miseretur, vindicta veritas datur. Dicens, ubi non miseretur, dat intelligi aliquid a Deo fieri, ubi ipse non miseretur. Sed his occurrit quod ait Casiodorus in Psalmo 30. loquens de misericordia et pietate Dei: Haec duo, inquit, res iudicio Dei semper adiunctae sunt. Ergo et in punitione malorum non est iustitia sine misericordia. Idem de iudicio et misericordia ait: Hac duo mutua societate sibi iunguntur. In his breuiter omnia opera Dei includit. Augustinus quoque respondens illis, qui reproborum supplicia finem habitura contendunt, ita illorum repellit opinionem, asserens reprobos perpetuo puniendos, ut eorum supplicia mitigari aliquatenus non neget. Frustra, inquit, nonnulli eternam damnandorum poenam et cruciatum sine intermissione perpetuos humano miserantur affectu, atque ita futurum esse non credunt: non quidem scripturis aduersando diuinis, sed pro suo motu dura quaeque molliendo, et leniorem flectendo sententiam: quae putant in eis terribiliter esse dicta quam verius. Non enim (inquiunt) obliuiscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua misericordias suas. Hoc quidem in Psalmo legitur: sed de his intelligitur, qui sunt. vasa misericordiae: quia et ipsi non pro meritis suis, sed Deo miserante de miseria liberantur. Aut si hoc ad omnes existimant pertinere: non ideo necesse est ut damnationem opinentur finiri posse eorum, de quibus dictum est: Ibunt hi in supplicium aeternum. Ne hoc modo putetur habitura finem felicitas eorum, de quibus econtra dictum est: Iusti autem in vitam aeternam. Sed poenas damnatorum certis temporibus extinguntur.

stiment (si hoc his placet) aliquatenus mitigari. Et sic quippe intelligi potest manere ira Dei in illis, id est, ipsa damnatio. Haec enim vocatur ira Dei, non diuini animi perturbatio, ut in ira sua, id est, manente ira sua, non contineat miserationes suas, non aeterno supplicio finem dando, sed leuamen adhibendo vel interponendo cruciatibus: quia nec Psalmus ait ad finiendum iram suam, vel post iram suam, sed in ira sua. Quae si sola esset alienari a regno Dei, et carere magna multitudine dulcedinis Dei: tam grandis tamen est poena, ut et possint nulla tormenta que nouimus, comparari: si illa sit aeterna, ista autem sit quamlibet multis seculis longa. Manebit ergo sine fine mors perpetua damnatorum: et ipsa omnibus erit communis, sicut manebit communiter omnium vita aeterna sanctorum. Ecce ita asserit hic poenas reproborum non esse finiendas, quod non improbat, si dicatur eorum supplicio aliquod leuamen adhiberi. Vnde non incongrue dici potest, Deum, etsi iuste id possit, non omnino tantum punire malos in futuro quantum meruerunt: sed eis aliquid quantumcumque mali sint, de poena relaxare.

Determinat praemissas auctoritates.

QVOD ergo dictum est, iudicium sine misericordia fieri illi, qui non fecit misericordiam: ita intelligi potest, quod iudicium damnationis fiet illi qui non fecit misericordiam, pro eo quod sunt sine misericordia. Vel fiet iudicium ei sine misericordia liberante, et saluante: qui tamen in aliqua poena alleuatione misericordiam Dei sentiet. Ita cum dicitur misericordia hic, iudicium in futuro: non negatur quoniam in futuro sit misericordia effectus, et in electis qui per misericordiam ab omni miseria liberabuntur, et in reprobis qui minus quam meruerint cruciabantur. Sed hic non sine causa dicitur fieri Dei misericordia, et iudicium in futuro: quia et hic multis modis miseretur Deus, quibus non miseretur tunc: vocat enim Deus nunc peccatores et iustificat, quod tunc non faciet: et tunc reddens singulis secundum merita sua, manifeste iudicabit, qui nunc occulte iudicat. Cuius occultum iudicium (ut ait Augustinus) intelligitur poena, qua quisque vel exercetur ad purgationem, vel admonetur ad conuersionem, vel si contemnit, excrucatur ad damnationem. Occultum ergo iudicium Dei poena dicitur, quia iudicat purgando, conuertendo, vel excrucando. Iudicia quoque interdum appellantur dispensationes eius de omnibus rebus. Vnde: Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, et iudicia eius abyssus multa. Iudicium autem quo in futuro iudicabit, intelligitur sententia iudicis, quia ventilabitur area, id est, diuidentur localiter boni a malis ministerio angelorum: et isti in vitam ducentur, illi in supplicium mittentur, qui nunc simul mixti sunt.

De iustitia et misericordia Dei.

SED quo modo iustitiam Dei et pietatem, id est, misericordiam, supra Casiodorus duas esse res dixit, quae semper adiunctae sunt iudicio Dei. Iustitia enim Dei, et misericordia non duae res sunt, sed una res. id est, una diuina essentia est, sicut supra pluribus auctoritatibus ostensum est. Quia non est Deo aliud esse misericordem, quam misericordiam, nec iustum, quam iustitiam, sed idem prorsus. Nec aliud est ei esse misericordem, quam iustum: vel misericordiam, quam iustitiam, sed omnino idem: quia non denominatiue, sed essentialiter haec de Deo dicuntur. Cur ergo dicit scriptura de operibus Dei, quaedam esse misericordiae, quaedam iustitiae? Si enim iustitia Dei misericordia est: quaecumque sunt opera misericordiae, esse videntur iustitiae, et econuerso. His responderi potest sic, illis locutionibus quibus huiusmodi operum sunt distinctiones, ut alia misericordia alia iustitia, alia bonitati attribuantur: non diuersitas subiactis, id est, rei his vocabulis significata exprimitur, sed varietas sensuum, et effectuum in creaturis monstratur. Cum enim dicitur Deus iustus vel iustitia, essentia diuina praedicatur, et etiam quod ipse sit distributor, et iudex meritorum intelligi datur. Ita et cum dicitur misericors essentia diuina praedicatur: et insuper quod ipse sit miserorum liberator intelligi datur. Similiter cum dicitur bonus, essentia praedicatur: et insuper auctor omnium bonorum ostenditur. Ita et dicitur Deus, essentia diuina praedicatur, et ipse timendus ostenditur. Inde ergo quaedam opera misericordiae, quaedam iustitiae dicuntur: non quin diuina essentia haec et illa operetur, et quin haec et illa sint opera diuinae essentiae, quae dicitur misericordia et iustitia: sed quia quaedam sunt quibus ostenditur iudex, et aquus distributor, quaedam quibus ostenditur miserator. Misericors enim dicitur in natura, miserator in exhibitione. Et in quibusdam operibus dicitur effectus esse misericordiae, in quibusdam effectus iustitiae: non quod aliud efficiat iustitia, aliud misericordia Dei. si ad essentiam referas, sed quia ex quibusdam effectibus intelligitur iudex, ex quibusdam miserator, vel (ut quibusdam placet) iustus et misericors. Sed sciendum hoc occurrit quaestio, quo modo ex alijs ostendatur iustus, et

alijs misericors, cum sit idem ei esse iustus et esse misericordem. Si enim secundum eandem rationem dicitur iustus, et misericors, ex eo opere, quo intelligitur iustus, intelligitur misericors, et econverso. Sed dixi supra, quia cum dicitur Deus iustus et misericors, ita eadem diuina essentia significatur, et secundum eam idem predicatur, ut etiam quadam diuersa intelligantur. Intelligimus enim per hoc eum esse miseratorem et iustum iudicem. Quod euidenter Origenes ostendit dicens: Omnia quae Dei sunt, Christus est: Ipse sapientia eius, ipse fortitudo, iustitia, sanctitas, ipse prudentia, ipse veritas. Sed cum unum sit in subiacti pro varietate sensuum, diuersis nuncupatur vocabulis. Aliud enim significat sapientia, aliud iustitia. Quando enim sapientia dicitur, disciplinis te diuinarum humanarumq. rerum instruere intelligitur. Quando iustitia, distributor vel iudex meritorum insinuatur. Ita et prudentia cum dicitur, doctor, et demonstrator bonarum vel malarum rerum, vel neutrarum intelligitur.

Auctoritatibus probat quadam iustitiae, alia misericordiae, alia bonitati attribui.

QUOD autem quadam opera misericordiae, quadam iustitiae, quadam bonitati attribuantur, in scripturis facile est reperire. Et de misericordia quidem, et iustitia manifestum est, de bonitate vero, et misericordia amplius latet. Sed Augustinus docet illa opera proprie ad misericordiam pertinere quibus aliqui a miseria liberantur. Ad bonitatem vero non solum illa, sed facturam et gubernationem naturalium, ita dicens: Ad misericordiam pertinet, quod a peccatis mundat et de miseria liberat: Ad bonitatem vero, quod calum et terram et omnia valde bona creauit ut essent. Idem: Celi non indigent misericordia, ubi nulla est miseria: et in terra hominis abundat miseria, et superabundat Dei misericordia. Miseria ergo hominis et misericordia Dei plena est terra, non celi, qui non indigent misericordia, indigent tamen regente Domino. Omnia enim indigent Domino, et misera et felicia, quia sine illo miser non subleuatur, felix non regitur. Item alibi: Misericordia est erga miseros, bonitas erga quoslibet: interdum tamen misericordia large accipitur, ut bonitas.

Quo modo vniuersae viae Domini dicantur misericordia, et veritas.

POST hac considerari oportet ex quo sensu vniuersae viae Domini dicantur misericordia et veritas. Hoc multiplicem recipit expositionem. Vniuersae enim viae Domini misericordia, et veritas, quibus ad nos venit, ut ait Augustinus super Psalmos, intelliguntur duo aduentus. Primus, in quo manifestam et multiplicem misericordiam nobis exhibuit: et secundus, in quo requirendo merita iustitiam exhibebit. Vniuersae etiam viae Domini, id est, quibus ad Dominum ascendimus, sunt iustitia, qua a malo declinamus, et misericordia, qua bonum facimus. In his enim duobus omne bonum meritum includitur. Sed cum superius Cassiodorus dixerit in his duobus omnia opera Dei includi, merito queri potest, an in omni opere Domini hac duo mutuo sibi iungantur. Quibusdam placuit non in omni opere Domini hac duo concurrere, secundum effectum dico: nam secundum essentiam non diuiditur misericordia a iustitia, sed unum est. Verum secundum effectum non in omni opere Domini dicunt esse misericordiam et iustitiam: sed in quibusdam fatentur tantum misericordiam, in alijs iustitiam, atque in alijs misericordiam, et iustitiam. Fatentur tamen Dominum omnia quae fecit misericorditer agere et iuste, referentes rationem dicti ad Dei voluntatem, quae iustitia est, et misericordia: non ad effectus misericordiae et iustitiae, qui sunt in rebus. Alijs autem videtur, quod sicut dicitur Deus omnia opera sua iuste facere et misericorditer: ita concedendum sit in omni opere Dei iustitiam esse et misericordiam, id est, clementiam, secundum effectum vel signum, quia nullum opus Dei est, in quo non sit effectus vel signum aequitatis, et clementiae, siue occulte, siue aperte. Aliquando enim manifesta est clementia siue benignitas, et occulta aequitas, aliquando econverso.

DISTINCT. XLVI.

De statu, et conditione malarum animarum post mortem.

Sed queritur hic de valde malis, et cet.

SVERA egit Magister de statu, et conditione animarum bonarum. In hac parte agit de statu, et conditione animarum damnatarum. Vnde in hac parte Magister querit, vtrum animae damnatae re-

cipiant vnquam mitigationem in poena per benignitatem misericordiae, an solummodo puniantur per seueritatem iustitiae. Et haec pars diuiditur in duas. In prima querit, et determinat. In secunda ostendit qualiter misericordia Dei in opere currit cum iustitia Dei, ibi: Sed quo modo iustitiam Dei, et pietatem, et cet. Prima pars habet duas. In prima inuestigat, et opponit. In secunda determinat, et soluit, ibi: Vnde non incongrue dici potest, et cet. Similiter secunda pars habet duas. In prima comparat misericordiam, et iustitiam ad inuicem. In secunda vero comparat ad operationem, ibi: Quia autem quadam opera.

opera, et cet. Et illa secunda pars habet duas. In prima ostendit, quod quaedam opera adaptantur misericordiae, quaedam iustitiae, quaedam pietati. In secunda vero determinat, quo modo illud intelligitur: Vniuersae viae Domini misericordia, et veritas, ibi: Post hac considerari oportet: Et sic duo determinat hic principaliter, scilicet vtrum poenae malorum recipiant mitigationem. Secundo quomodo misericordia, et veritas eandem respiciant operationem.

Sine intermissione perpetuo, et cet. Dub. I.

Iob. 24. b Videtur male dicere, quia Iob dicit: Transferunt ab aquis niuium ad calorem niuium: ergo saltem fit intermissio. Item super illud Isaia: Tu qui proiectus es, Glossa: Esti omnes animae aliquando habebunt requiem, tu numquam: et ita videtur quod animae aliquando ibi requiescant.

Apoc. 14. b R e s p o n. Dicendum quod punitio gehennalis erit sine omni intermissione: et hoc patet per illud, quod dicitur in Apocalypsi: Ascendit fumus tormentorum in saecula saeculorum, et non habebunt requiem die, ac nocte. Cum enim non sit interpellatio in culpa, debet esse continuatio in poena. Quod obijcitur de transitu, dicendum quod loquitur non simpliciter, sed sub conditione ad exaggerandam magnitudinem peccati illius.

Quae si sola esset alienari a regno Dei, et carere magna multitudinis, et cet. Dub. II.

Videtur male dicere, quia, ut dicit Augustinus, Haec est mitissima poenarum omnium: ergo contradicit sibi nunc.

R e s p o n. Dicendum quod Augustinus loquitur de illis, qui damnatum habent, et non animaduertunt: vel anima duertunt, non tamen habent conscientiae remorsum. Vel dicendum quod quia hic comparat carentiam visionis Dei aeternam ad poenam temporalem: ideo dicit, quod illa excedit omnem temporalem, quia ibi est priuatio boni aeterni, sed hic temporalis. Cum autem dicit ipsam esse mitissimam, loquitur de poenis aeternis.

Eis aliquid, quantumcumque mali sint, de poena relaxare. Dub. III.

Ecclesi. 40. a Videtur male dicere, quia Ecclesiasticus ait: A praesente, et cetera. dicit Glossa: In inferno nulla erit mitigatio.

R e s p o n. Dicendum quod hic loquitur de relaxatione, sed ibi de mitigatione post poenam taxata. Aliqui tamen exponunt, quod erit mitigatio ad liberationem, sicut exponit Magister quaedam alias auctoritates in littera: sed ista expositio extorta esse videtur. Aliud enim est peccatum mitigari, aliud a poena omnino liberari.

Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius. Dub. IIII.

Psal. 118. b C O N T R A: Videtur dicere contra illud, quod dicitur in Psalmo: In labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. Si enim potuit pronunciare: ergo et comprehendere.

R e s p o n. Dicendum quod iudicia Dei dicuntur dupliciter. Vno modo iudicativa praeccepta, quae erant in lege, quae frequenter in Psalmo vocantur iudicia. Alio modo dicuntur diuina dispositio, et diuini consilij distinctio, et ista sunt incomprehensibilia quantum ad cognitionem, quia ante fiunt, quam ad nostram cognitionem deducantur. Vel si ad nostram cognitionem deducantur, non tamen cognoscimus quare facta sunt, nisi Spiritus Dei reuelet, qui scruta-

tatur profunda Dei: et sic patet quod alio modo accipitur hic, et ibi iudicium.

Quaedam sunt quibus iudex, et cet. Dub. V.

Videtur male dicere, quia opera Dei non ostendunt misericordiam, et iustitiam, nisi sicut effectus causam. Si ergo misericordia, et iustitia est eadem causa omnino, ut dicitur in littera, ergo eiusdem effectibus, quibus ostenditur iustus, ostenditur et misericors.

R e s p o n. Dicendum quod causa in Deo quamuis non dicat veram habitudinem, et dependentiam ex parte Dei, dicit tamen habitudinem ex parte creaturae: et sicut ex parte creaturae est habitudinis seueritas, ita et multiplicitas: et secundum aliorum habituum multiplicationem est diuinam essentiam multipliciter intelligere, et assignare. Quoniam igitur alium modum habet effectus qui respicit meritum, alium qui respicit misericordiae defectum: et iustitia, et misericordia istas habitudines connotat, quamuis principale significent: inde est quod ille effectus, qui attribuitur iustitiae, non potest attribui misericordiae.

Aliud enim significat sapientia, et cet. Dub. VI.

C O N T R A: Quia supra dictum est, quod non dicitur diuersitas signati, videtur quod contra se dicat.

R e s p o n. Dicendum quod illud intelligitur ratione connotati: sed illud quod superius dictum est, intelligitur ratione principalis signati. Vel dicendum quod alicuius non vocatur in re signata absolute, sed sub ratione intelligendi, quae est alia, et alia, quia voces sunt signa intelligentium: et sic patet illud.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam praesentis distinctionis secundum duo, quae determinat Magister in littera, duo principaliter queruntur. Primo queritur, vtrum poena malorum recipiat mitigationem. Secundo queritur, quo modo misericordia, et veritas eandem respiciant operationem. Circa primum queruntur quattuor. Primo queritur, vtrum aliqua mitigatio poenae fiat damnatis propter suffragia Ecclesiae. Secundo, vtrum fiat mitigatio propter pietatem misericordiae. Tertio, vtrum Deus agat misericordius cum vno, quam cum altero. Quarto, vtrum agat iustius cum vno, quam cum altero.

QVÆSTIO I.

An per suffragia Ecclesiae aliqua mitigatio fiat damnatis.

S. Tho. in suppl. 3. q. 71. art. 5.
Et 4. Sent. dist. 45. q. 2. art. 1.
Guil. Alif. 4. Sent. tract. 1. q. 6. 1.
Rich. 4. Sent. d. 45. q. 1. art. 2.
Steph. Brulef. 4. Sent. d. 46. q. 1.
Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 46. q. 9.

QUOD per suffragia Ecclesiae aliqua mitigatio fiat damnatis, ostenditur. Primo per Augustinum in Enchirid. qui dicit, quod quibus profuit, vel ad hoc profuit ut ple-

na fiat remissio, vel ut tolerabilior sit eis damnatio: ergo si punitio est in damnatis, videtur quod illa possit mitigari. 2. I T E M Augustinus dicit, quod poena Arrii non est determinata, sed augetur secundum quod peccates suo errore multiplicentur: sed Deus prior est ad miserandum, quam ad condemnandum: ergo si in statu, in quo

Diuisio.

opera.

in quo sunt, potest eorū pena augeri, potest et minui. 3. I T E M impossibile est multorū preces nō exaudiri: sed Ecclesia orat pro omnibus damnatis, et fidelibus, qui moriuntur, de quibus non constat, quōd vadant in infernum: sed multi talium damnantur: ergo si Ecclesia non frustra orat: patet et cetera.

4. I T E M ratione videtur, quia plus placet Deo improprietate pœna quam quis sustinet voluntarius, quā illa quam quis sustinet inuitus: sed dānatus sustinet inuitus, aliquis vir iustus, qui ei suffragatur, pro eo sustinet voluntarius: ergo iste plus soluit Deo pro illo patiendo, quā ille pro se: ergo si Dominus dimittit, quod minus placet, pro eo quod magis: patet et cetera.

5. I T E M iste punit se ex charitate, et pro eo qui est in inferno: ergo Deus acceptat hanc pœnam pro illo: sed non punit bis in idipsum: ergo et cetera.

FVNDAMENTA. Eneb. 120. 10. 31.

CONTRA: Augustinus de cura pro mortuis agenda dicit, quōd Ecclesiæ suffragia pro valde bonis sunt gratiarum actiones: pro valde malis sunt qualescumque viuorum consolationes: ergo non profunt valde malis: sed valde mali sunt, qui sunt in inferno: ergo et cetera.

I T E M auctoritas dicit, quōd in inferno nulla est redemptio, et Ecclesia istud cantat: ergo si nulla redemptio est ibi, videtur quōd et nulla sit mitigatio.

I T E M Ecclesia non facit suffragia pro damnatis. Quod patet, quia in corpore Christi in quo est specialiter suffragium defunctorum, vt dicit Magister supra distin. xij. Non fit memoria nisi pro viuīs, et illis qui sunt in purgatorio, et qui sunt in paradiso: sed faceret, si damnatis proderet: ergo et cetera.

I T E M ratione videtur, quia damnati non sunt ex charitate diligendi. Quod patet, quia non sunt ordinati ad vitam: ergo cum charitas faciat suffragium acceptabile: nullum suffragium pro eis factum, Deo est acceptum: ergo nec debet pro eis fieri.

I T E M suffragia facta pro beatis, quia sunt in termino non augent gloriam: ergo cum damnati similiter sint in termino, non minuunt eis pœnam.

I T E M quod non minuit de culpa, nec de pœna, quia tantæ culpæ debetur tanta pœna: sed damnatorum culpa non potest minui: ergo et cetera.

I T E M si minuit, aut extensue, aut intensue. Si intensue: ergo cum non sit intensue infinita, poterit auferri per suffragia. Si ergo extensue: sed infinita est extensio, et ab infinito nihil adimitur. Si dicas quōd est finita ex parte ante, et ex illa est diminutio, quia illa est pœnæ dilatio: ergo tunc dedecus peccati est sine decore iustitiæ.

CONCLUSIO.

Ecclesia suffragia damnatis non profunt, nec Ecclesia pro eis rogare intendit.

Opin. aliorum.

RESP. AD ARG. Dicendum quōd aliquorum fuit positio, vt magistri Præpositi, quōd suffragia damnatis profunt: non tamen omnibus, quia non valde malis, sed mediocriter, vtputa illis qui habuerunt opera bona, per quæ merentur ab alijs adiuuari. Sed in modo positionis diuersificati sunt. Nam quidam dicunt, quōd profunt ad dimissionem pœnæ quantum ad interpellationem: et ideo nō totaliter aufertur, sed solum ad modicum temporis. Sed ista positio non videtur conueniens. Cum enim deordinatio culpæ non recipiat intermissionem, quo modo reordinatio pœnæ recipiet? Ideo dicunt alij, quōd fit remissio simpliciter, non ad tempus: sed tamen numquam tota pœna aufertur, quia fit ablatio non secundum proportionem arithmeticam, sed secundum proportionem geometricam, id est quando sic fit, quōd hic remittitur primo aliquota pars pœnæ, in secunda vice adimitur tantum non secundum quantitatem,

Primus modus.

Improbatur.

Secundus modus.

RESP. AD ARG. Dicendum quōd aliquorum fuit positio, vt magistri Præpositi, quōd suffragia damnatis profunt: non tamen omnibus, quia non valde malis, sed mediocriter, vtputa illis qui habuerunt opera bona, per quæ merentur ab alijs adiuuari. Sed in modo positionis diuersificati sunt. Nam quidam dicunt, quōd profunt ad dimissionem pœnæ quantum ad interpellationem: et ideo nō totaliter aufertur, sed solum ad modicum temporis. Sed ista positio non videtur conueniens. Cum enim deordinatio culpæ non recipiat intermissionem, quo modo reordinatio pœnæ recipiet? Ideo dicunt alij, quōd fit remissio simpliciter, non ad tempus: sed tamen numquam tota pœna aufertur, quia fit ablatio non secundum proportionem arithmeticam, sed secundum proportionem geometricam, id est quando sic fit, quōd hic remittitur primo aliquota pars pœnæ, in secunda vice adimitur tantum non secundum quantitatem,

sed secundum proportionem: vt si primo auferatur centesima pars, similiter et secundo, et tertio centesima pars eiusdem partis remanet: et ideo semper remanet. Sed certe istud non soluit: quia suffragia frequentia non minus valent, quā præcedentia: ergo tantumdem de pœna faciunt remitti secundum quantitatem pœnæ remissæ. Ideo dicunt tertij quōd profunt non in ablationem totalis pœnæ, nec ad ablationem de parte pœnæ diminuendo puniens, sed fortificando subiectum, vt melius, et tolerabilius portet. Sed ista opinio non videtur posse stare, quia si fortificatur, aut fortitudine gratiæ, aut naturæ. Non gratiæ, hoc cōstat. Non naturæ, quia hæc fortitudo non est a natura: ergo nullo modo. Ideo est communior opinio, et verior quōd suffragia damnatis non profunt, nec Ecclesia intendit orare pro eis.

1. AD illud ergo quod primo obijcitur in contrarium, quōd profunt ad tolerabiliorem damnationem, dicendum quōd non intelligit de damnatione facta in inferno, vbi nulla est redemptio, sed in purgatorio. Et vult dicere, quōd illis dupliciter profunt. Vel liberando, vt illos, qui parum habent de cremabili. Vel mitigando quantum ad illos, qui multum.

2. AD aliud dicendum, quōd non est simile, quia remissio debet fundari super fundamentum charitatis: et quoniam Arius habet malam voluntatem, ideo potest augeri pœna eius, et non remitti.

3. AD illud quod obijcitur, quōd multorum preces exaudiuntur, dicendum quōd vbi constaret Ecclesiæ, quōd esset damnatus non oraret, sed non constat: ergo orat, quia valet si non est damnatus: aut si est damnatus, reuertitur in sinum suum.

4. 5. AD illud quod obijcitur, quōd plus placet Deo pœna voluntaria, quā inuoluntaria, dicendum quōd verū est: vnde Deus remunerat virum iustum pro illa pœna: sed ista pœna voluntaria non potest assumi, nec acceptari pro eo, qui non habet charitatem: et ideo patet sequens.

QUESTIO II.

An damnatorum pœna mitigetur post taxationem.

S. Tho. in suppl. 3. p. q. 71. art. 20. Rich. 4. Sent. d. 46. art. 2. q. 4. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 46. q. 2. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 46. q. 8.

TRVM fiat mitigatio propter misericordiam pietatem de pœnis damnatorum. Et quōd nō, videtur: quia dicitur in Apocalypsi: Quantum se glorificauit, et in delicijs fuit, tantum date illi tormentum.

I T E M: Suscepit de manu Domini duplicia: dicitur de anima peccatrice.

I T E M super illud Psalmi: Ex vsuris, et iniquitate, Glossa: Vsura dicuntur peccata, quia plus mali inuenitur in supplicijs, quā commissum est in culpis: igitur ibi non est aliqua mitigatio.

I T E M ratione videtur, quia delectatio est momentanea, et modica: sed punitur pœna æterna, et acerbissima: sed hoc in infinitum excedit istud: ergo punitur supra condignum: ergo nō est ibi mitigatio.

1. CONTRA: in Psalmo: Numquid obliuiscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua misericordias suas? quasi diceret, non: ergo tunc aliquid relaxat.

2. I T E M peccator cū peccat mortaliter offendit Deum, a quo est omne bonum: ergo meretur amittere omne bonum: ergo et esse: ergo cum Deus neminem reducat ad non esse, omnes punit citra condignum.

Improbatur.

Tertius modus.

Improbatur.

Opinio communis.

FVNDAMENTA.

Apoc. 18. b

Isa. 40. b

Psal. 71. e

AD OPPOSITVM. Psal. 76. b

3. I T E M

3. I T E M peccator offendit Deum, a quo est omnis ordo: ergo se deordinat: ergo si peccantes merentur in supplicijs ordinari, statim ergo merentur puniri: ergo cum non puniantur statim, patet quōd citra condignum.

4. I T E M peccator offendit Deum, qui est bonum infinitum omni infinitate: ergo infinita pœnæ acerbitate debet puniri: sed non punitur: ergo citra condignum punitur.

CONCLUSIO.

Damnatorum pœna post taxationem nullam habet mitigationem, ante vero usque mitigationem recipit.

RESP. AD ARG. Dicendum quōd mitigatio pœnæ damnatorum dupliciter potest intelligi. Aut quantum ad taxationem, et inflictionem pœnæ: et sic absque dubio est ibi mitigatio, quia diuina iustitia non tantum vel totum exigit, pro eo quōd eius pietate interueniente aliquam partem pœnæ infligendo remittat. Alio modo potest intelligi mitigatio post pœnæ taxationem, et inflictionem: et hoc modo nulla cadit mitigatio a diuina misericordia, quia extunc claudit eis Dominus viscera pietatis. Rationes igitur ostendentes, quōd est ibi mitigatio, omnes procedunt secundum istam viam, scilicet quantum ad inflictionem. Vnde ostendunt ibi mitigationem quantum ad ea, in quibus homo punitur quantum ad tempus, et quantum ad mensuram, quia non tantum infert Deus, quantum homo meruit. Misericordiam Domini est, quōd non sumus consumpti: et iterum pœnam differit: et postremo acerbitatem minuit: et ideo illæ rationes concedendæ sunt. A p oppositum responderi potest per vnicam distinctionem.

Expositio rationum.

Tren. 3. c

1. 2. 3. 4. AD illud ergo quod obijcitur de scriptura, quæ dicit, quōd tantū, et quōd duplū, et quōd amplius ad illa omnia, respondendum, quōd est cōparare delectationem ad pœnam secundum duplicem cōparationem. Aut secundum intensiōnem huius in genere pœnæ: et illius in genere delectationis, et sic multo maior est pœna, quā delectatio: nec est ibi proportio, sed excessus. Est iterum cōparare hoc ad illud secundum rationem meriti, vel demeriti: et sic dico, quōd meritum delectationis inordinatæ excedit pœnam, quia dignus esset amplius puniri. Seruatur igitur in punitione proportionalitas, quia magne culpæ magna infligitur pœna, sed non proportio: quia quantum ad intensiōnem, et durationem pœna excedit culpam, sed quantum ad meritum culpa pœnam: et per hoc patet prima ratio: quia etsi delectatio sit momentanea, tamen quia cum ea offenditur bonum infinitum, meretur pœnam æternam.

QUESTIO III.

An Deus misericordius agat cum vno quā cum alio.

Alex. Alenf. 1. p. q. 39. memb. 3. art. 5. Rich. 4. Sent. d. 46. q. 4. Steph. Brul. 4. Sent. d. 46. q. 3. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 46. q. 2.

FVNDAMENTA.

Rom. 9. d

TRVM Deus misericordius agat cum vno, quā cum altero. Et quōd sic videtur ad Romanos: Cui vult miseretur, et quem vult indurat: si ergo misericordius agit: cum vno, quem renocat, quā cum eo, quem indurat: patet et cetera.

I T E M ordo, et gradus est in effectibus diuinis

propter sapientiam, cuius est ordinare: sed diuina misericordia non miseretur nisi sapienter, et ordinatè: ergo magis vnū, quā alij.

I T E M misericordia intuetur miseriam: sed vnus magis est miser, quā alter: ergo Deus debet magis misereri vnus, quā alterius.

I T E M magis miseretur qui miseriam totam aufert, quā qui miseriam mitigat: sed Deus ab aliquibus aufert totā miseriam, aliquibus mitigat: ergo et cetera.

CONTRA: Actus, et affectus respondent ad oppositum: habitus, siue origini in quolibet: sed diuina misericordia est summa: ergo cuiuscunque miseretur, miseretur in summo.

2. I T E M misericordia intuetur miseriam: ergo si magis miseretur alicui, ergo magis miser: sed in futuro magis miser est, qui magis peccauit: ergo magis miseretur eius, qui magis peccauit: sed hoc est inconueniens: ergo et cetera.

3. I T E M quia Deus est sapientissimus, ideo facit sapientissime quidquid facit: ergo cum sit misericordissimus, misericordissime se habet ad quemlibet: ergo et cetera.

CONCLUSIO.

Deus misericordius agit hic cum vno quā cum alio quo ad effectum releuando a miseria, licet diuerso modo sit post hanc vitam.

RESP. AD ARG. Dicendum quōd magis misereri hic potest intelligi tripliciter. Aut maiori habitu, aut actu, aut effectu. Primo modo et secundo impossibile est: sed tertio modo, scilicet quantum ad effectum, qui est releuatio a miseria, verum est tamen in presenti, quā in futuro: sed aliter nunc, aliter tunc. Quia nunc misericordiam effectus sunt principales, et effectus iustitiæ sunt annexi: tunc autem effectus iustitiæ erunt principales, et misericordiam erunt annexi. Tunc enim reddet Deus secundum opera sua vnicuique, nunc autem secundum benignitatem suā: Et ideo simpliciter magis miseretur in presenti eius, cui magis vult, in futuro magis eius, qui magis indiget. Vnde magis misero plus condonabit secundum quantitatem absolutam, non tamen secundum quantitatem relatam, vt patebit postea.

1. AD illud quod obijcitur, quōd effectus respondet habitui, dicendum quōd verum est in agente inferiori, qui facit omne quod potest: nō sic est in Deo.

2. AD illud quod obijcitur, quōd peccator reportat com modum, dicendum quōd falsum est, quia semper sibi remanet pœna maior.

3. AD illud quod obijcitur de sapientia, dicendum quōd non est simile, quia sapientia connotat ordinem non effectum absolutum, vt misericordia.

QUESTIO IIII.

An Deus iustius agat cum vno quā cum alio.

Alex. Alenf. 1. p. q. 39. Membro 3. art. 5. Scot. 4. Sent. d. 46. q. 1. Tho. Arg. 4. Sent. d. 46. q. 1. art. 1. Steph. Brul. 4. Sent. d. 46. q. 4. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 46. q. 2.

TRVM Deus agat iustius cum vno, quā cum altero. Et quōd sic videtur, quia si iustitiæ est punire, sic misericordiam est parcere: ergo cū magis puniat vnū, quā in alterum: ergo iustius agit cū vno, quā cum altero.

2. I T E M quantum intenditur misericordia, tantum minuitur rigor iustitiæ: et conuerso: ergo cum agat

agat misericordius cum vno, quam cum altero: ergo et iustus.

1. I T E M quantum iste meruit præmiari, tantum iustum est istum præmiari: sed vnus magis meruit, quam alter: ergo iustus est vnus præmiari quam alterum: sed Deus præmiat secundum quod meruit: ergo iustus præmiat vnum quam alterum.

4. I T E M demonstratis duobus, quorū vnus peccat duplo magis quam alter, qui minus peccauit, meruit sex: qui magis, meruit xij. tūc esto quod Dominus remittat duo illi, qui minus peccauit, quæro quantum illi remittit, qui magis peccauit. Si amplius quam duo: ergo misericordius agit cum eo qui magis peccauit, et ita reportat cōmodum de malitia, quod est inconueniens. Si autem remittit duo, arguitur sic: Ille punitur plus duplo, et non meruit nisi duplo: ergo est magis dignus quattuor, quam ille sit dignus decē, quia ita iste dignus est sex, sicut ille xij. ergo ita quattuor sicut ille octo: ergo si Deus isti infligit quattuor, illi. x. iustus agit cum illo, qui recipit x.

FVNDAMENTA.

C O N T R A : Quod non iustus, videtur: quia sicut Deus est optimus, ita et iustissimus: sed quia optimus est, optime agit: ergo quia iustissimus, iustissime agit.

I T E M quanto aliquis est iustior, tanto magis accedit ad medium in iudicando: ergo si iustissimus summe accedit ad medium: cum ergo summe, non est ibi magis et minus.

I T E M sicut Petrus est dignus gloria sua, ita et Clemens sua: ergo similiter ex parte pœnarum: si ergo considerat dignitatem meritorum: ergo non magis iuste agit cum vno, quam cum alio.

C O N C L V S I O .

Deus iustus agit quandoque cum vno quam cum alio, quia seuerius, licet æquissime ordinet præmia, et pœnas.

R E S P . A D A R G . Dicendum quod iustitia in opere vno modo dicit seueritatem, alio modo ordinem: sicut et benefacere vno modo qualitatem absolutam, alio modo ordinem. Si iustitia in opere dicat seueritatem, siue qualitatem absolutam, dico quod sic iustus agit cum vno, quam cum alio, quia seuerius: et sic melius facit vnū, quam aliud. Alio modo iustitia dicit ordinem præmij ad meritū: et sic dico quod iustissime retribuit. Sicut enim quæ producti, optime ordinat: sic in remunerando optime, et æquissime ordinat præmia ad merita. Concedendæ igitur sunt duæ primæ rationes ostendentes, quod iustus agit, quia seuerius.

3. Q V O D vero obijcitur, quanto quis meruit, tantum iustum est præmiari, dicendum quod concedendum est similiter et hoc. Iustus est vnū præmiari, quam alterum, comparando ad idem præmium. Vnde si Deus tantum præmium daret Petro, quantum Lino, dico quod iustus agit cū Petro: sed maius præmiū datur Petro, et minus Lino, ita quod Petrus non est magis dignus suo præmio quam Linus suo: quoniam ergo iustitia dicit ordinationem secundum diuersitatem præmiorum correspondentem diuersitati meritorum, ideo non iustus agit cum vno quam cum altero.

4. A D illud quod obijcitur de remissione, dico quod remittit duo ei, qui meruit sex: remittit quattuor ei qui meruit xij. nec magis remittit comparando ad meritū, siue ad quantitates diuersas, licet absolute magis. Quod ergo dicit quod reportat commodum, dicendum quod falsum est, quia semper duplo punitur. Misericordia enim quando currit cum iustitia, magis remittit quantitate absoluta, vbi est maior miseria: sed tamen æqualiter loquēdo proportionaliter, quia sicut vni, ita et alteri. Rationes vero ad partem

A oppositā procedunt de iustitia, secundum quod dicit ordinē: et sic quemadmodum sapientia optime producit secundum ordinem conditionum, ita iustitia iustissime remunerat secundum ordinē retributionū.

A R T I C V L V S II.

C O N S E Q V E N T E R quantum ad secundum articulum quæritur, quo modo misericordia, et veritas eandem respiciant operationem: et circa hoc quærentur quattuor. Primo quæritur, vtrū in aliquo opere Domini sit misericordia, et veritas. Secundo, vtrum in eodem opere Domini sit misericordia, et veritas. Et dato quod in eodem, secundū quod misericordia, et veritas dicuntur largissime. Tertio quæritur, vtrū secundum quod proprie accipiuntur, concurrant in eodem. Quarto, vtrum misericordia, et veritas possint ab inuicem in aliquo opere separari.

Q V Æ S T I O I.

An in aliquo opere Domini sit misericordia, et veritas.

Alex. Alens. 1. p. q. 39. memb. 1. Scot. 4. Sent. d. 46. q. 2. Richardus 4. Sent. dist. 46. art. 2. q. 1. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 46. q. 1. art. 4. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 46. q. 3. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 46. q. 3.

Q V O D in aliquo opere Domini sit misericordia, et veritas, ostenditur. Estote misericordes, sicut et pater vester misericors est: ergo et cetera.

I T E M quod in omni opere Domini sit iustitia, seu veritas, videtur per illud Psalmi: Reddes vnicuique iuxta opera sua: sed hoc est iustitia: ergo et cetera.

I T E M ista duo decorant rectorem: vnde in Proverbij: Misericordia et veritas custodiunt regem, et clementia et cetera. sed Deus est rector omnium rerum: ergo et cetera.

I T E M ratione videtur, quia istæ sunt duæ virtutes in nobis: ergo sunt exemplaria in Deo: et si hoc, ergo cum nos operemur iuste, et misericorditer: ergo et Deus similiter.

1. C O N T R A : per Damascenum: Misericordia est cōpassio de alienis malis: sed Deus nihil operatur ex cōpassione, quia non compatitur: ergo in nullo opere eius concurrat misericordia.

2. I T E M iustitia est cum sit quod debet fieri: sed Deus nihil operatur ex debito, quia nulli est obnoxius: ergo nihil iuste, sic et cetera.

3. I T E M si misericordia, et veritas est conditio Dei operantis: cum ergo cōditio Dei operantis reluceat in opere, vt patet: quia enim bonus est, ideo bona sunt facta: ergo pari ratione, quia iustus est, omnia facta sunt iusta: et lapis est iustus, lapis est misericors. Quod si non conceditur: ergo nec Deus operatur secundum misericordiam suam, aut veritatem.

4. I T E M nihil ponendum est in Deo, quod non debeat poni in summo: sed iustitia non debet poni in aliquo in summo: vnde Ecclesiasticus dicit: Noli esse multum iustus.

C O N C L V S I O .

In aliquo opere Domini sit misericordia, et veritas, quemadmodum in opere rationalis creatura.

R E S P . A D A R G . Dicendum quod misericordia et veritas est in opere creaturæ rationalis: et hoc quidem nobilitatis est: ergo multo fortius, et nobilius in operibus Dei.

FVNDAMENTA. Luca 6. c.

Psal. 61. c.

Prov. 20. d.

AD OPPOSITIVUM Damasc. lib. 2. c. 14. de Orth. fide.

Ecd. 7. c.

A. A. B.

Psal. 24. b.

AD OPPOSITIVUM

FVNDAMENTA. Psal. 24. b.

1. A D illud ergo quod primo obijcitur, quod in Deo non cadit compassio, nec debitum, dicendum quod misericordia, et veritas, siue iustitia, quia veritas pro iustitia accipitur, duo dicuntur in creatura, scilicet effluxum bonitatis in alterum secundum merita vel supra, et in eo, qui effluit compassione, vel debitum. Et primū quidem nobilitatis est, alterum vero imperfectionis est: et quia omne quod nobilitatis est, Deo attribuendum est, quod vero imperfectionis est, non est ei attribuendum: ideo in eo est misericordia, et iustitia quantum ad primum, sicut probant rationes primæ, non quantum ad secundum, sicut probant duæ rationes sequentes.

2. A D illud quod obijcitur, quod tunc omnia opera Dei deberent dici iusta, dicendū quod est conditio operantis, quæ respicit ipsum secundum naturam, et est conditio operantis, quæ respicit ipsum secundum actum: bonum enim respicit naturam, vt dicit Boetius in libro de hebdomadibus: sed iustum dicit actum. Conditio ergo illa, quæ respicit naturam operantis, communicatur rei productæ, vt Dei natura bona, et natura operati bona. Sed conditio, quæ respicit actum, communicatur nō in natura rei productæ, sed ipsi productioni: vnde cū Deus sit iustus, non oportet quod omnis creatura, vel factum sit iustum, sed quod ipsa facta sint iusta, et sic patet illud.

3. E T ex hoc patet quod consuevit quæri, quare misericordia, vel veritas magis dicatur cōditio operis diuini, quam bonitas, et potēria. Dico enim quod illa respiciunt naturam, sed illa respiciunt actum: et ideo non tantum conditiones operis, sed etiam viæ Domini appellantur in Psalmo: Vniuersæ, et cetera.

4. A D illud quod obijcitur vltimo de termino, dicendum quod terminus in summitate alicuius potest attendi propter excessum, vel propter accessum ad medium. Et primum in iustitia reprehenditur. Secundum commendatur: et ratione huius dicitur iustissimus, non ratione primi.

Q V Æ S T I O II.

An in eodem opere Domini sit misericordia et veritas.

Alex. Alens. 1. p. q. 39. Membr. 2. S. Tho. 4. Sent. d. 46. q. 2. art. 4. Scot. 4. Sent. d. 46. q. 3. Richardus 4. Sent. dist. 46. art. 2. q. 3. Tho. Arg. 4. Sent. d. 46. q. 1. art. 3. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 46. q. 6. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 46. q. 4.

M T R V M in eodem opere Domini sit misericordia, et veritas. Et quod nō sit, videtur: quia in nobis est alius effectus misericordie, vt parcere: alius effectus iustitiæ, vt punire: ergo si a nobis transfertur ad Deum, videtur quod similiter sit in Deo, cum hoc non repugnet diuinæ simplicitati.

I T E M etsi misericordia et iustitia in Deo secundum principale signatum sint idem, tamen ratio dicens altera, et altera: hoc ergo erit a parte connotati: ergo alium effectum connotat misericordia, quam iustitia. Quod si eundem, tunc nec est differentia a parte notati, ne in se.

I T E M ratione videtur, quia misericordia facit contra merita, vt bonum ei qui male meruit: sed iustitia secundum merita: sed idem opus nō potest fieri contra merita, et secundum merita: ergo et cetera.

C O N T R A : Super illud Psalmi: Vniuersæ viæ Domini misericordia, et veritas, dicit Cassiodorus: Hæc duo in omni tempore Domini similiter sunt: etsi non nobis similiter apparent.

I T E M Augustinus de concordia Euangelistarū dicit

A Deus qui res humanas curat, iuste, et misericorditer curat, vt nec excludat misericordia iustitiam, nec iustitia misericordiam excludat.

I T E M ratione videtur, quia Deus remunerat aliquem supra cōdignum, constat quod istud vnus est opus, nec est misericordie tantum, quia meruit præmiari: nec iustitiæ tantum, quia non tantum meruit præmiari: ergo similiter misericordie, et iustitiæ.

C O N C L V S I O .

In omni opere Dei simul est misericordia, et veritas: tam in opere retributionis pœnarum quam pœmiorum.

R E S P . A D A R G . Dicendum quod misericordia dicitur tripliciter: similiter, et iustitia. Vno modo misericordia largissime dicitur diuinæ bonitatis affluentia. Communiter vero dicitur benignitas in supererogatione bonorum. Stricte vero dicitur pietas in subleuatione malorum. Similiter et iustitia dicitur communissime diuinæ bonitatis condecencia. Communiter vero dicitur liberalitas in retributione pœmiorum. Stricte seueritas in punitione malorum. Secundum igitur hos tres modos concurrunt in eodē opere. Nam primo modo misericordia diuinæ bonitatis affluentia, et iustitia diuinæ bonitatis condecencia sunt in eodem opere: ita quod in omni opere, quia omnia facit ex affluentia bonitate, et nihil facit ex affluentia bonitate, nisi quod decet bonitatem suam. Similiter secundo modo misericordia, quæ est benignitas in supererogatione bonorū, et iustitia, quæ est liberalitas in retributione pœmiorū simul concurrunt: quia cum retribuit bona, non retribuit nisi merenti, et supra illud quod meruit. Similiter tertio modo misericordia, quæ est pietas in subleuatione malorum, et iustitia quæ est seueritas in retributione malorum, simul currunt, quia numquam ita seuerè punit, quin aliquod debitum de pœna dimittat. Sic igitur patet, quo modo misericordia, et veritas communissime sint in eodē opere, quia in omni opere: sed communiter sunt in omni opere retributionis bonorum: proprie sunt in retributione pœnarum, et suppliciorum: sunt tamen in eodem opere secundum aliam, et aliam conditionem. In quantum enim retribuit quod meruit, est iustitia: in quantum infra, vel supra, est misericordia. Ex his patent omnia obiecta, quia cum in eodem opere concurrant necessario misericordia, et iustitia, differunt tamen in connotatis: ideo non in ratione diuersorum operum, sed ratione diuersarum conditionum in eodem opere.

A D illud quod obijcitur, quod misericordia facit contra merita, dicendum quod non dicitur eo ipso contra merita, quia facit contra merita: sed facit supra: et hoc simul cum iustitia stat.

Q V Æ S T I O III.

An proprie in omni opere Domini sit misericordia et veritas.

Alex. Alens. 1. p. q. 39. memb. 3. Richardus 4. Sent. dist. 46. art. 2. q. 2. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 46. q. 1. art. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 46. q. 8. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 46. q. 5.

D A T O quod in omni opere Domini sit misericordia et iustitia, et veritas secundum quod dicuntur largissime, quæritur vtrū secundum quod proprie accipiuntur, an aliquando separentur: Et quod non, videtur: Quia super illud Psalmi: Misericordiam, et iudicium, dicit

Expositio rationum.

Respon. ad vlt. ad opposit.

AD OPPOSITIVUM.

Psal. 100. dicit

QVÆSTIO IV.

An Deus possit aliquem punire pure ex iustitia, vel pure remunerare ex misericordia.

Alex. Alenf. 1. p. q. 39. memb. 3. ar. 4. §. 1. Steph. Brul. 4. Sent. d. 46. q. 9. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 46. q. 6.

TRVM possit Deus aliquem punire pure ex iustitia, vel pure remunerare ex misericordia, ita quod ista duo separentur. Et quod sic, videtur: quia Hugo de Sancto Vid. dicit: Quod si Deus totam pœnam relaxaret, non propter hoc esset iniustus: ergo si misericordia velit relaxare pœnam, et iustitia non repugnat: patet et cetera.

AD OPPOSITVM.

Hug. lib. 2. pa. 14.

Aristot. 3. Topic. cap. 4. loco 9.

ITEM ratione videtur, quia Deus est summe iustus, et summe misericors, sed albius est quod est nigro impermixtus: ergo cum misericordia temperet iustitiam, et iustitia misericordiam, id est summam misericordiam, quod nihil habet de iustitia, et e converso: ergo si Deus summus est in utroque, potest facere opus de iustitia, in quo non sit misericordia.

ITEM tantæ culpæ debetur tâta pœna: quaritur ergo, utrum Deus possit tantam infligere. Si non: ergo non est omnipotens. Si potest: et hoc erit puræ iustitiæ: ergo potest facere opus puræ iustitiæ: similiter concluditur, quod opus puræ misericordiae.

ITEM homo potest hominem punire tantum quantum meruit, potest etiam totum remittere: ergo si Deus est iustior, et misericordior homine, multo fortius Deus potest hoc facere.

CONTRA: Iustus est, et negare seipsum non potest: si ergo non potest facere contra se, nec se negare, non potest facere quin puniat: et sic et cetera.

ITEM proprium est Dei misereri: sed proprium non potest relinquere illud, cuius est proprium: ergo impossibile est quod aliquem remuneret, quin misericorditer faciat.

ITEM culpa est totam culpam prosequi, et culpa est malum relinquere impunitum: ergo sicut Deus non potest mentiri, quia malum est sine culpa: sic nec omnino iuste punire: sic nec omnino misericorditer parcere.

ITEM sicut Deus creat inquantum vnus, verus, et bonus: ita regit, et remunerat inquantum misericors, et verus: sed impossibile est Deum facere effectum, qui non habeat modum, speciem, et ordinem, quæ respondent bonitati, et vnitati: ergo impossibile est quod retribuatur, quin in effectu illo aliquid retribuatur iustitiæ, aliquid misericordiae.

CONCLUSIO.

In omni opere retributionis sunt misericordia, et iustitia ita coniunctim, quod impossibile sit ab invicem eas separari.

RESP. AD ARG. Dicendum quod in omni retributione Domini sic sunt coniuncta misericordia, et iustitia, quod impossibile est separari eas ab invicem. Et ratio huius est, quia sicut in nobis quædam sunt virtutes, quarum perfectio attenditur per accessum ad extremum, vtpote charitas: quædam per accessum ad medium, vti iustitia, et misericordia: vnde non dicitur summe iustus per excessum severitatis, nec summe misericors per omnimodam remissionem culpæ: sed quia miseretur tantum, quantum est conueniens, et similiter tantum punit. Et huius ratio hæc est, quia iustitia, et misericordia dicuntur maxime et respectu actuum, et meritorum nostrorum.

1. Ad illud

1. Ad illud quod dicit Hugo, quod potest totam culpam remittere, dicendum quod verum est de potentia simpliciter: sed non est verum de potentia ordinata ad merita. Vel intelligitur de pœna subsequente, non de pœna concomitante culpam: quia ut dicitur in lib. Confessionum: Impossibile est dedecus peccati esse sine decore iustitiæ.

2. Ad illud quod obijcitur, quod est summe iustus, dicendum est, quod non dicitur summe iustus per recessum a misericordia ad severitatem, sed dicitur summe iustus per recessum ab iniustitia.

3. Ad illud quod queritur, utrum possit isti tantam pœnam infligere, dico quod non potest: et hoc quia misericordia repugnat, et non potest suam misericordiam negare, hoc enim non posse est: vnde sicut

non posse esse iniustum non sonat in defectum, sed in nobilitatem: sic in proposito intelligendum. Posset etiam dici, quod ratione offensæ, quæ est in Deum infinitum, pœna non possit sufficiens taxari, nec peccator esset capax: vnde defectus est ex parte naturæ sufficientis, non naturæ infligentis.

4. Ad illud quod obijcitur, quod homo potest parcere totum, dicendum quod est homo, ad quem spectat misereri, vti est ille, qui recepit iniuriam: et iste non potest omnino punire, quin excedat. Et est homo ad quem spectat punire, vti est iudex: et iste non potest omnino dimittere, quin excedat: et quoniam Deus gerit istam duplicem personam, scilicet eius, qui offenditur, et eius, qui iudicat: ideo cum non possit excedere, facit utrumque.

D I S T I N C T. XLVII.

DE SENTENTIA IVDICII, ET A QVIBVS, et in quos feretur. De ordine iudicij, et pœna damnatorum post iudicium.



OLET etiam queri qualiter dabitur iudicij sententia. Sed non est perspicuum id explicare. Non enim Scriptura aperte diffinit an voce, illa proferantur: Venite benedicti. Et: Ite maledicti: an virtute iudicis ita fiet, conscientijs singulorum attestantibus, ut modo dicitur futurum: ut iudicis potentia effectus ipsius dictione significetur. Illa etiam: Esuriui, et non dedistis mihi manducare, et huiusmodi, magis conscientijs exprimenda plurimum putant quam verbis, quia Apostolus in momento et in actu oculi mysterium consummandum tradit. Sed illud resurrectionis statum tantum referunt, non ad iudicium: qui alijs iudicij sententiam, et malorum increpationes, et bonorum premia verbis exprimenda asserunt.

De iudicio extremo quatum ad modum secundum quod dabitur. Mat. 25. d. Ibidem. 1. Cor. 15. g.

Quod indicabunt sancti, et quo modo.

NON autem solus Christus indicabit, sed et sancti cum eo indicabunt nationes. Ipse enim Apostolus ait: Sedebitis et vos super duodecim sedes, indicantes duodecim tribus Israel. Nec est putandum quod duodecim Apostolis tantum hoc promiserit Christus. Vbi enim sedebit Paulus, qui plus omnibus laboravit, si non ibi sedebunt nisi duodecim? Per duodecim ergo sedes perfectio tribuuntur, id est vniuersitas iudicantium intelligitur, scilicet omnes perfecti, qui relictis omnibus secuti sunt Christum. Per duodecim tribus vniuersitas indicandorum: indicabunt vero eos sancti, non modo cooperatione, sed etiam auctoritate et potestate. Vnde: Gladij ancipites in manibus eorum, id est sententia de bonis et malis in potestate eorum. Si vero queritur, qua erit eorum potestas, vel auctoritas in iudicando. Puto non ante posse sciri, quam videantur, nisi diuina reuelatione quis didicerit.

Aug. super Psal. 80. et Psal. 90. Sap. 3. b. Mat. 19. d. 1. Cor. 15. g. Mar. 10. d. Ps. 149. b.

De ordinibus eorum, qui iudicandi erunt.

ERVNT autem quattuor ordines in iudicio. Duo quippe sunt partes, electorum scilicet, et reprobatorum, ut Gregorius in Moralibus ait: Sed bini ordines eiusdem singulis partibus continentur. Alij enim iudicantur, et pereunt: alij non iudicantur, et pereunt: alij iudicantur, et regnant: alij non iudicantur, et regnant. Iudicantur et pereunt, quibus Dominica inclamatione dicitur: Esuriui, et non dedistis mihi manducare, et cetera. Non iudicantur, et pereunt, quibus Dominus ait: Qui non credit, iam iudicatus est. Eorum enim damnatio toti Ecclesie nota est et certa, et ideo dicuntur tunc non iudicari, quia ad conspectum districti iudicis cum aperta damnatione sua infidelitatis accedent. Qui vero professionem fidei sine operibus habent, iudicabuntur, et peribunt, id est, redarguentur ut pereant. Qui vero nec fidei sacramenta tenuerunt, increpationem iudicis in se fieri non audiunt: quia infidelitatis sue tenebris prauidicati, eius quem desperaverant iniectione redargui non merentur. Illi autem saltem verba iudicis audient, qui eius fidem saltem verbo tenuerunt. Illi autem in damnatione sua eterni iudicis nec verba percipient, qui eius reuerentiam nec

Super Iob Li. 26. c. 24

Mat. 25. c

Ioan. 3. c

S. Bon. To. 5.

ccc

verbote-

FVNDAMENTA. CONTRA: Vniuersa via Domini misericordia et veritas: ergo si iustificatio est via Domini: ergo est ibi misericordia, et iustitia.

ITEM in Psalmo: Iustus Dominus in omnibus vijs suis, et sanctus. Et alibi: Miserationes eius super omnia opera eius: ergo in omni opere concurrunt misericordia, et iustitia.

ITEM Augustinus: Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te: ergo non omnino est iustificatio a Deo, si aliquid concernit a parte nostras: sed misericordia non concernit nisi miseriam: ergo quod amplius ibi concernit, hoc est iustitia.

ITEM ratione videtur, quia misericordia consistit in remissione culpæ, et pœnæ: sed nulli omnino remittit culpam, et pœnam: quod patet, quia sine pœnalitatibus non possumus viuere: ergo esset.

CONCLUSIO.

In opere iustificationis est misericordia, et iustitia, et licet baptisimus liberet a culpa et pœna æterna, atque a pœna et satisfactione: remanent tamen pœnalitates.

RESP. AD ARG. Dicendum quod in opere iustificationis est misericordia, et veritas, non tamen secundum idem. Et hoc patet sic, quia impius ex peccato offendit Deum, et dignus est pœna æterna: et ita ibi est offensa, et reatus ad pœnam. Et misericordia est in remittendo offensam, et reatum ad pœnam æternam: sed iustitia est in obligando ad temporalem pœnam tantum, et si baptisimus liberet a pœna æterna, et satisfactoria: non tamen ab omni pœna, immo pœnalitates remanent in corpore, et anima.

1. Ad illud quod obijcitur, quod in primo aduentu est misericordia, dicendum quod hoc non est dictum præcise, sed appropriate: quia etsi utrobique sit misericordia, et iustitia, hic tamen magis reuertitur misericordia, ibi magis iustitia.

2. Ad illud quod obijcitur, quod petimus quod non retribuatur secundum merita, dicendum quod hoc intelligitur secundum iustitiæ rigorem. Vel dicendum quod non petimus quod nullo modo secundum merita retribuatur, quia debemus velle puniri.

3. Ad illud quod obijcitur, quod Deus gratis iustificat, dicendum quod quantum ad gratiæ colationem est tantum misericordia, non iustitia, nisi dicatur iustitia cōdecencia bonitatis: quantum vero ad pœnæ exactionem, dico quod est proprie iustitia.

4. Ad illud quod obijcitur ad oppositum, dicendum quod aut intelligitur de iustitia vti est cōdecencia bonitatis, aut si proprie, intelligitur de iustitia ratione punitionis coniunctæ iustificationis.

Li. 26. Mor. 6. 25. Verbotenens servare voluerunt : et ideo illi iudicandi, sed isti non iudicandi dicuntur. Ex ele-
Mat. 25. c. Fororum vero parte alij indicantur, et regnant, scilicet qui vita maculas lacrymis terunt, et
 elemosynarum superinductione operiunt : quibus iudex veniens in dextera consistentibus dicit :
Isaia 3. c. Esuriui, et dedistis mihi manducare. Alij autem non indicantur, et regnant qui etiam pre-
 cepta legis perfectione virtutum transcendunt : quia non hoc solum quod lex precipit, imple-
Prou. 31. c. re contenti sunt, sed et quod ad perfectionem consulitur, implere student. De quibus Propheta
Iob 36. a. ait : Dominus ad iudicium veniet cum senatoribus populi sui. Et Salomon de Ecclesia sponso lo-
 quens, ait : Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terra. Et Iob ait : Non
 saluat impios, et pauperibus iudicium tribuit. Hi ergo recte sub generali iudicio non tenentur,
 sed indices veniunt : quia et precepta generalia viuendo vicerunt, et omnibus relictis Christum
 secuti sunt. Recte pauperibus iudicium tribuit : qui quanto huic mundo magna humilitate despe-
Apoc. 3. d. cti sunt, tanto tunc maiori culmine potestatis excrecent. De talibus dicitur : Qui vicerit, dabo
Li. 26. Mor. 6. 26. ei sedere mecum in throno meo : sicut et ego vici, et sedi cum Patre meo in throno eius. Vin-
 cens Dominus cum Patre, in throno sedet : quia post passionis certamen et resurrectionis palmam,
 quod patri esset equalis omnibus claruit. Nobis vero in throno filij sedere, est ex eiusdem filij
 potestate iudicare. Quia enim iudicandi principatum ex eius virtute percipimus, quasi in throno
 eius residemus. Ex his apparet quod etiam perfectiores sancti cum Christo iudicabunt potesta-
 te : et quare quidam dicantur iudicandi, alij non iudicandi.

De ordine iudicij, et ministerio Angelorum.

Mat. 13. c. CV M autem in Euangelio legatur, quod Dominus mittet angelos suos, qui colligent de regno
 eius omnia scandala, et mittent iniquos in caminum ignis. Et item : Exhibunt angeli, et separa-
Mat. 24. c. bunt malos de medio iustorum, et mittent eos in caminum ignis. Et iterum : Mittet angelos suos
Psal. 49. a. cum tuba, et congregabunt electos a quatuor ventis : Et Propheta dicit : Congregate illi sanctos
 eius. Ministerio angelorum illa impleri dubitandum non est. Domino enim veniente ad iudi-
 cium : precedet ante eum ignis, quo comburetur facies mundi huius : et peribit calum et terra, non
 secundum substantiam, sed secundum speciem, que immutabitur : calum quidem aereum, non ethe-
 reum. Tantum enim ascendet ignis in iudicio, quantum ascenderunt aqua in diluuiio. Ille autem
Li. 20. c. 18. ignis malis, qui reperti fuerint viui, erit consumptio : bonis vero non, ut ait Augustinus : Hoc
de Civ. Dei. 20. 5. erit incendium mundi sanctis, quod fuit caminus tribus pueris : In quibus si aliquid purgandum
Mat. 3. c. fuerit, per illum ignem purgabitur. Alijs vero nullam ingeret molestiam. Purgato vero per
Luc. 3. d. ignem mundo, et ad iudicium veniente Domino, emittetur vox illa magna, qua resurgent omnes
 mortui : et tunc ministerio angelorum ventilabitur arca, quia boni congregabuntur ibi de quat-
1. Thef. 4. d. tuor partibus mundi angelico ministerio : quo et rapiuntur obuam Christo in aera : reprobis in ter-
Mat. 25. c. ra, quam dilexerunt, remanentibus. Et tunc praeconia illa bonorum : Esuriui, et dedistis mihi man-
 ducare : et increpationes ille malorum : Esuriui et non dedistis mihi manducare, et cetera : pro-
Mat. 25. d. ferentur vel sono vocali, vel alio modo. Denique proferetur sententia super utrosque : Venite
 benedicti. Et : Ite maledicti, et cetera. Et ministerio angelorum virtute Dei cooperante mittentur
Mat. 13. f. tur mali in caminum ignis, hoc est, in infernum.

An post iudicium daemones praerunt hominibus ad puniendum.

1. Cor. 15. c. ET solet quari : Vtrum in inferno malis ad puniendum praesint daemones post iudicium, quos
 carnifices, tortoresq. animarum Scriptura appellat. Apostolus dicit, quod Christus tunc euacua-
 bit omnem principatum, et potestatem, et virtutem. Dum enim durat mundus, angelis angeli,
 daemones demonibus, homines hominibus praesunt. Sed omnibus collectis, iam omnis prelatio
 cessabit. Hinc quidam putant post iudicium daemones non habere potestatem cruciandi homi-
 nes, sicut modo. Sed ut daemones virtute Dei cruciari sine creatura ministerio asserunt, sic re-
 probos homines ibi non per operationem demonum, sed virtute diuina tantum aeternis subijci
 cruciatibus. Praemissa tamen auctoritas non id cogit sentire : qua etsi asserat tunc nec daemones
 demonibus, nec homines hominibus praesse, non definit tamen an daemones praesint hominibus ad
 torquendum. Vnde quibusdam videtur eos sic extare hominibus tortores, in poena, sicut ex-
 stiterunt inceptores in culpa.

DIST.

DISTINCT. XLVII.

De iudicio extremo quantum ad modum, secundum quem dabitur.

Solet etiam quari, qualiter dabitur iudicij sententia.

Expositio textus.

V P R A egit Magister de resurrectione. In hac parte agit de diffinitione Dei. Diuiditur autem haec pars in duas. In prima namque agitur de iudicio. In secunda de statibus consequentibus ad iudicium, infra : Post resurrectionem saluo vniuerso, et cet. Prima pars habet duas. In prima agit de modo, secundum quem iudicium illud dabitur. In secunda vero determinat de potestate, et forma ipsius iudicis, infra : Solet etiam quari in qua forma iudicabit Christus. Prima pars habet duas. In prima parte determinat modum iudicij quantum ad ea, quae sunt de ipso iudicio. In secunda vero ordinem quantum ad annexa, ibi : Cum autem in Euangelio legatur. Prima pars habet duas. In prima determinat modum publicationis. In secunda modum dignitatis, ibi : Non autem solus Christus iudicabit. Vbi etiam est ordo eorum qui iudicabuntur, erunt enim in iudicandis ordines. Similiter secunda pars, in qua determinat ordinem quantum ad annexa, habet duas partes : et quia antecedunt quaedam, vt praemissio angelorum, et ignis : et quaedam sequuntur, vt cruciatio damnatorum : ideo primo determinat quae erunt illa, quae precedent iudicium, et quis erit ordo. Vbi ostendit, quod aduentum Christi praebunt angeli, praebit nihilominus ignis conflagratorius. Secundo, vtrum ministerium daemorum in torquendo sit futurum, post iudicium, ibi : Et solet quari, vtrum in inferno, et cet. Et sic hic duo tanguntur. Primum est de ordine iudicij. Secundum vero est de his, quae annexa sunt, et maxime de illo igne, qui praecedit faciem iudicis.

Illi autem verba iudicis audient, qui eius fidem verbo saltem tenuere, et cetera. Dub. I.

Videtur hoc falsum : quia qui fidem habuit, et non fecit quod fides dictauit, grauius peccauit, sicut dicitur. Similiter Lucas : Facta sunt nouissima illius hominis peiora prioribus : ergo ipsi sunt minus digni : ergo nec verba iudicis debent audire, sicut nec infideles.

R E S P. Dicendum quod sicut Ecclesia iudicat illos, quos aliquando regenerauit vnda baptismatis, alios vero minime propter hoc quod aliquo modo non sunt facti de Ecclesia : ita sponsus Ecclesiae filios, vt ostendat eos falso gestasse characterem. Vnde quia de alijs satis apparet, quod a Dei regno sunt excludendi propter defectum signaculi Christi, hos necesse non est argui, vt pateat eos falso signaculum Christi gestasse. Quod obijcitur, quod minus merentur, dicendum quod credentibus prodest ex parte credidisse pro tempore, quo fuerunt in fide : pro alio autem tempore nocet : et pro primo tempore, quia habuerunt assensum, et crederunt verbo Dei, merentur audire verbum Dei : sed quoniam in bono cepto non permanserunt : ideo verbum eruditionis conuertitur eis in verbum redargutionis.

S. Bon. To. 5.

Ministerio angelorum illa impleri dubitandum non est. Dub. II.

Videtur male dicere, quia angeli sunt nobiles ministri, et quasi filij in curia Dei : sed non decet tortorum officium committi filio, siue filijs, aut nobilissimis principibus : ergo videtur quod nec ministerium mittendi malos in ignem.

R E S P. Dicendum quod aliud est deducere ad tormenta, aliud est impios tormentis cruciari. Primum non est tortorum, sed nobilium ministrorum : qui assistunt regi ad eius iussa complenda : vnde non dicitur quod angeli sancti torqueant in igne, sed producent, et mittent in caminum : et sic pater illud.

Ad iudicium veniente Domino emittetur illa vox, et cet. Dub. III.

Quaritur de illa voce, quare Dominus istorum trium ministerium praemittit, scilicet ignis, angeli, et vocis, cum totum solo nutu possit facere.

R E S P. Dicendum quod Deus in prima conditione condidit substantiam spiritualem, corporalem, et mediam : et omnibus communicauit, et dedit potentiam : vt ergo ordo seruetur in rebus, et ostendatur virtus creaturae collata, et amplius virtus illa ostendatur a Deo, voluit Dominus ministerium creaturarum sibi deseruire : et iterum creaturam angelicam, corporalem, et mediam : vnde fiet ad ministerium angeli, ad actionem ignis, postremo ad nutum, et vocem Christi hominis : et vox aliquid corporale habet, nihilominus etiam aliquid spirituale.

Quibusdam videtur, et cetera. Dub. IV.

Videtur male dicere, quia boni angeli suggererunt, et consuluerunt bona : et tamen non praerunt in praemio : ergo nec similiter mali in contrarium. Item illi qui magis peccauerunt, debent magis puniri : ergo daemones debent fieri hominibus inferiores propter maioritatem supplicij. Item ad confusionem daemorum conuertitur multitudo damnatorum quantum ad culpam, et poenam : ergo non videtur quod in poenis eorum tunc delectentur : ergo non torquebuntur.

R E S P. Dicendum quod probabilior est illa opinio, quod daemones non erunt tortores in poena post iudicium, quoniam ipsi erunt totaliter absorpti poena : et illud quod dicitur, quod erunt tortores solum secundum statum ante iudicium intelligitur esse verum.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam praesentis distinctionis secundum duo, quae determinat Magister in ea, duo principaliter quaruntur. Primo quaritur de iudicantibus, et iudicandis. Secundo de igne qui praecedit faciem iudicis. Circa primum quaruntur quattuor. Primo quantum pertinet ad iudicantes, quaruntur duo. Primo quaritur, vtrum Apostoli iudicabunt. Secundo, vtrum iudicabunt angeli.

Similiter secundo quantum ad iudicandos duo quaruntur. Vbi tertio quaritur, vtrum omnes iudicabuntur tam boni, quam mali. Quarto, vtrum angeli iudicabuntur.

ccc 2 QVA.

QVÆSTIO I.

An Apostoli in die iudicij iudicabunt.

S. Tho. in suppl. 3. p. q. 89. art. 1. Et 4. Sent. dist. 47. q. 1. art. 1. Richard. 4. Sent. dist. 47. art. 1. q. 7. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 47. q. 1. art. 1. Steph. Brul. 4. Sent. d. 47. q. 1. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 47. q. 3.

FVNDAMENTA. Mat. 19. d

TRVM Apostoli iudicabunt. Circa quam sic proceditur, ostenditur quod Apostoli iudicabunt: Sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim, etc. Si dicis, quod solum assistent iudici, et non iudicabunt. Contra: Dominus loquens de Apostolis iudicis dicit: Ipsi iudices vestri erunt: Glossa dicit, quod habebunt auctoritatem iudicandi.

Mat. 12. d

ITEM hoc ostenditur ratione, quia si solum iudicabunt comparatione: hoc non esset comparatiua prerogatiua: mali enim iudicabunt comparatione secundum quod dicitur: Viri Ninivite, et regina austris surgent in iudicio contra generationem hanc.

Mat. 12. a

ITEM hoc videtur ratione, quia Dominus ideo dedit iudicium filio, quia ipse cum esset iustus, iudicatus est tamquam impius: Causa illius quasi impij iudicata est, iudicium, causamq. recipiens: sed Apostoli cum essent iusti, iudicati sunt quasi impij: ergo pari ratione modo iudicaturi sunt.

Iob 36. a

ITEM quamvis Christus esset Redemptor, ac Saluator noster, ipse tamen salutem animarum nobis per predicationem Apostolorum dispensavit: ergo si gloria debet gratia respondere, videtur similiter quod per Apostolos proferat sententiam retributionis.

AD OPPOSITVM. Act. 10. g

CONTRA: Ipse est qui constitutus est a Deo iudex viuorum, et mortuorum: ergo ipsi soli Christo debetur iudicium: non ergo Apostolis.

Quæst. lat.

ITEM iudex debet esse immunis a peccato, ita quod ipse non committat quod in altero damnat: sed solus Christus fuit absque omni contagione peccati: ergo ipse solus est iudicare.

Sap. 3. b

ITEM queritur, quare Apostolis magis attribuitur potestas iudicariæ, quam alijs sanctis, cum dicatur: Iudicabunt sancti nationes, et dominabuntur populis.

ITEM si omnes Apostoli habebunt potestatem iudicariæ, quare dicitur super sedes duodecim? quia secundum hoc cum Paulus non fuerit de duodecim, videtur quod ad ipsum non pertineat iudicare.

ITEM cum non habeant potestatem super alias tribus, quam super tribus Israel, et modo dicit iudicantes duodecim tribus Israel?

CONCLVSIO.

Apostoli in die iudicij quadam dignitate iudicabunt non tamen eo modo, quo Christus.

Mat. 2. d

RESP. AD ARG. Dicendum quod iudex in aliquo dicitur duplici ratione. Aut quia ipse est ferre sententiam, aut quia assistit ferenti, secundum quod aliqui iudices assistunt, et quodam modo consulunt iudici principali: Qui ergo fert sententiam, ille est iudex principalis: et talis est solus Christus, sicut patet in Mattheo: vbi exprimitur, quo modo feret sententiam. Qui autem assistunt iudici, etiam nomen, et dignitatem iudicantis fortuantur: et tales sunt viri perfecti, qui vltra opera necessitatis preceptorum supererogauerunt perfectionem consiliorum: tales autem sunt

A Apostoli principaliter tamquam capita, et eorum perfecti imitatores. Assistentia autem illa non erit ad consulendum, quia Dominus consilio non indiget: sed erit tamquam ad quendam honorem, et appropinquationem ad iudicem, quam possumus appellare iuxta verbum Domini honorabilem confessionem. Ratio autem huius honorabilis confessionis meritoria, est perfectio supererogationis. Ratio autem finalis est ad condemnationem malorum ex vite sue comparatione: et ad gloriam Christi per sententiam eius iudicis approbationem. Sententiam enim Domini vt iustam approbabit, et malorum vitam sua comparatione condemnabit. Et ex his patent rationes ad primam partem. Concedo enim quod quidam dignitate iudicabunt, non tamen vt Christus. Rationes ad oppositum similiter patent: concludunt enim, quod ipsorum non sit ferre sententiam.

AD illud vero quod queritur, quare magis Apostoli, et in duodecimo numero, patet responsio ex dictis: per Apostolos enim duodecim, omnes viri perfecti intelliguntur, et per tribus duodecim vniuersitas iudicandorum. Sed cum septem numero vniuersitas designetur, quare non dixit in septem numero? Respondeo dicendum ad hoc, quod in septem, notatur vniuersitas, que componitur ex tribus, et quatuor. Ista in se ducta faciunt duodecim numerum. Ratio autem quare magis duodecim quam septem, duplex est. Literalis, quia ad Apostolos loquebatur, qui erant duodecim: Mystica, quia duodecim est numerus abundans: partes enim eius supererogantur: et rursus diuiditur in duos senarios, in quo significatur perfectio in duplici vita, scilicet in actiua, et contemplatiua cum supererogatione consiliorum: et ista est que vendicat sibi iudicariam potestatem, vel dignitatem: ergo, et cetera.

QVÆSTIO II.

An Angeli in die iudicij iudicabunt.

S. Tho. in suppl. 3. p. q. 89. art. 3. Et 4. Sent. dist. 47. q. 1. art. 4. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 47. q. 1. art. 3. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 47. q. 2. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 47. q. 3.

TRVM Angeli iudicabunt. Et quod sic, videtur: Cum venerit filius hominis, etc. cetera. Ibi subiungitur de Angelis.

ITEM: In aduentu Domini nostri Iesu Christi, Glossa, Venientis cum angelis. Idem habetur in pluribus locis, et in textu, et in Glossa.

ITEM: ratione videtur, quia Angeli nunquam peccant: ergo magis sunt idonei iudicare, quam Apostoli: ergo si Apostoli iudicabunt, et angeli: immo multo fortius.

ITEM: sicut se habent boni homines ad malos, sic boni Angeli ad malos: si ergo boni homines iudicabunt malos, et boni angeli debent iudicare malos.

CONTRA: Potestatem dedit eis iudicium facere, quia filius hominis est: sed angeli non communicant in humana natura: ergo nec in iudicariæ potestate.

ITEM: executor sententiæ non dicitur esse iudex, sed minister: sed angeli sententiam exequentur, quia mittent in caminum ignis: ergo, et cetera.

ITEM: potestas iudicariæ data est Apostolis, quia iudicati sunt a Domino: et quia vita eorum comparata malis ipsos ostendet reprobos: sed neutrum est in angelis: ergo, et cetera.

CON-

CONCLVSIO.

Angeli in die iudicij non iudicabunt nisi approbando.

RESP. AD ARG. Dicendum quod sicut dictum est, iudicariæ potestas triplici ex causa dicitur esse communicata Apostolis, scilicet ratione comparationis, approbationis sententiæ, et honorabilis confessionis. Ratione comparationis iudicium erit hominum malorum, et bonorum tantum. Ratione approbationis erit bonorum hominum, et angelorum tantum. Ratione confessionis honorabilis perfectiorum tantum. Vnde dicitur quod proprie loquendo iudicariæ potestas non erit in angelis. Si autem dicatur in eis esse, intelligendum est ratione approbationis.

ITEM: AVCTORITATES autem illæ que dicunt, quod Dominus veniet cum angelis, non sunt intelligendæ, quia veniet cum angelis iudicantibus, sed ministrantibus.

AD illud quod obijcitur, quod magis debetur angelis, quia sunt sine peccato, dicendum quod hæc non est ratio operandi iudicariæ potestatem, sed magis ista est ratio, scilicet seruare ipsa consilia: et quia perfecterunt consilia, et fuerunt conformes Christo in vera perfectione.

AD illud quod obijcitur vltimo, dicendum quod potest concedi quod angeli mali iudicentur comparatione bonorum, sed non potest concedi quod homines: vel dicendum quod illam comparationem faciet supererogatio: et illa iterum comparatio habet fieri in his, qui possent sibi videri boni esse, quod non est in angelis malis.

QVÆSTIO III.

An omnes iudicabuntur tam boni, quam mali.

S. Tho. in suppl. 3. p. q. 89. art. 6. et 7. Richardus 4. Sent. dist. 47. art. 1. q. 6. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 47. q. 1. art. 2. Steph. Brul. 4. Sent. d. 47. q. 3. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 47. q. 4.

AD OPPOSITVM. 2. Cor. 5. b

VANTVM ad iudicandos queritur, vtrum omnes iudicabuntur tam boni, quam mali. Et quod omnes homines, videtur: Omnes autem ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisque, et cetera.

Ista. 45. d

ITEM: Egredietur de ore meo iustitiæ verbum: et mihi curuabitur omne genu: ergo si hoc est in iudicio: patet, et cetera.

ITEM: sancti, qui modo sunt in beatitudine, in die iudicij iudicabuntur, et mali qui sunt in inferno: ergo et omnes. Alia ratione videtur, quia iudicium fiet ad manifestationem diuinæ iustitiæ: ergo si iustitia Dei ibi potissime manifestatur: ergo quantum ad omnia merita et omnes merentes: sed non est creatura rationalis que non sit digna bono, vel malo: ergo omnes debent iudicari.

FVNDAMENTA. Ioan. 3. c Ioan. 5. d

CONTRA: Videtur quod nullus bonus debeat iudicari, quia dicitur: Qui credit in eum, non iudicatur. Et rursus: In iudicium non veniet: ergo, et cetera.

Ioan. 3. c

ITEM: saltem videtur quod non iudicabuntur boni perfecti, quia iudicantis non est iudicari, sed iudicare. Et viri perfecti in die iudicij erunt iudices: ergo, et cetera.

ITEM: quod nullus infidelis, videtur: Quia qui non credit, iam iudicatus est: sed qui iudicatus est, iterum non debet iudicari: ergo, et cetera.

S. Bon. To. 5.

CONCLVSIO.

Iudicio condemnationis tantum mali iudicabuntur. Iudicio autem manifestationis meritorum ad premia omnes iudicabuntur.

RESP. AD ARG. Dicendum quod iudicium dicitur tripliciter, scilicet communiter, proprie, et appropriate. Iudicium communiter dicitur collatio manifesta meriti ad præmium. Iudicium proprie dicitur discussio meritorum, et prolatio cum quadam discussione, et sententiæ diffinitione. Iudicium appropriate dicitur ipsa condemnatio: vnde iudicatus dicitur condemnatus. Primo igitur modo omnes iudicabuntur, quia omnes conuenient: et patebit quo modo de omnibus retribuet secundum merita. Et hoc est quod dicit Apostolus: Omnes manifestati oportet. Secundo modo prout dicitur iudicium discussionis, non omnes iudicabuntur, sed erunt quattuor ordines, sicut distinguit beatus Gregorius, et Magister ponit in littera. Tertio modo secundum quod dicitur iudicium condemnationis, iudicabuntur mali solum: et istud iudicium incipit in presenti per executionem in infidelibus, et per expoliationem in demonibus, et consummabitur in futuro. Vnde iudicium non iterabitur, sed consummabitur: et sic patent omnia.

1. Cor. 3. b

QVÆSTIO IV.

An Angeli iudicabuntur.

S. Tho. in suppl. 3. p. q. 89. art. 8. Et 4. Sent. dist. 47. q. 3. art. 3. Richardus 4. Sent. dist. 47. art. 1. q. 7. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 47. q. 1. art. 3. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 47. q. 4. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 47. q. 6.

TRVM Angeli iudicabuntur: Et quod sic, videtur: Iob loquitur de Behemoth. Spes eius frustrabitur eum, et cunctis videntibus præcipitabitur: ergo in conspectu omnium iudicabitur: ergo et alij demones pari ratione.

ITEM: Nescitis, quoniam Angelos iudicabimus: si ergo angeli iudicabuntur a seruis Christi, multo magis ab ipso Christo.

ITEM: demones plus habent de statu viatoris, quam habeant homines damnati, quia possunt demereri, et peccare: ergo magis indigent iudicari, quam homines.

ITEM: demones sunt nobis participes in culpa: ergo et in pena, et in ignominia: et hæc erit potissime in iudicio: ergo sicut erunt in eodem supplicio, ita debent iudicari in eodem iudicio.

CONTRA: Princeps huius mundi iam iudicatus est: sed Deus non iudicabit bis in idipsum: ergo, et cetera.

ITEM: illi soli iudicabuntur, contra quos fertur sententia: sed sententia solum dabitur contra homines, non contra demones, sicut patet: Ite maledicti, et cetera.

ITEM: quod est certum, non est vertendum in dubium: sed certum est demones esse damnatos, cum de cælis projecti sint: ergo non debent amplius iudicari.

ITEM: sicut mali homines expectant iudicium, ita et boni: ergo si demones expectant iudicium, pari ratione et angeli sancti: sed angeli sancti habent totam gloriam suam: ergo, et cetera.

ccc 3 CON-

CONCLUSIO.

Demoni iudicabuntur iudicio condemnationis, non autem discussionis.

RESP. AD ARG. Priori distinctione supposita, quod daemones iudicabuntur iudicio condemnationis, sed non discussionis. Ratio autem condemnationis venit tum ex parte iustitiae Dei, tum ex parte gloriae Christi, tum ex parte meriti, tum ex parte confirmationis supplicij. Ex parte iustitiae Dei, quia sicut iudicium hominum uniuersale fiet, ut iustitia Dei hominibus innoteat, et appareat, sic etiam iudicium angelorum, et condemnatio fieri debet. Ex parte gloriae Christi, quia Christus triumphauit de diabolo, et iudicatus fuit a membro diaboli ad suggestionem eius: ideo debet auctoritatem iudicariam super ipsum accipere. Ex parte meriti, quia enim participes fuerunt culpa humanae, debet et participes esse contumeliae, et poenae. Ex parte supplicij consummandi: sicut enim omnes homines expectant iudicium, vel ad consummationem gloriae, vel poenae: ita et daemones iudicium non debent euadere, ut si quid poenarum eis deest, superpleatur plene: unde simul inuoluentur cum alijs damnatis, et simul incarcerabuntur, ac per hoc ad iudicium deducuntur, et iudicabuntur, sicut rationes ostendunt.

1. AD illud quod obijcitur, quod iam iudicatus est, dicendum quod iudicatus dicitur, quia potestas est ei aliquo modo subtrahere quantum ad bonos, sed non omnino. Ideo oportet tunc eius iudicium consummari: sicut prius de infidelibus tactum est.

2. AD illud quod obijcitur, quod non est afferendum in dubium, quod est certum, dicendum quod non adducetur in dubium, sed quod certum est, certius faciet esse Deus, et confirmabit: nec est tantum ad certificandum de culpa, sed etiam ad consummandam poenam.

3. AD illud quod obijcitur de angelis bonis, dicendum quod angeli boni iudicabuntur iudicio retributionis: consummabitur enim gloria in ipsis saltim, quantum ad accidentale praemium: et sic cessabit ministerium: et sic patet totum.

ARTICULVS II.

CONSEQUENTER quantum ad secundam partem distinctionis quaeritur de igne, qui praedicat faciem iudicis, per quem fiet conflagratio. Et circa hoc quaeruntur quatuor: Primo quaeritur de eius quidditate. Secundo de virtute. Tertio de extensione. Quarto de ordine ignis illius ad ea, quae sicut in iudicio.

QVAESTIO I.

An ignis inferni sit elementaris.

S. Tho. in Suppl. 3. q. 97. art. 3. Et in 4. Sent. dist. 44. q. 3. art. 2. Richardus 4. Sent. dist. 44. art. 2. q. 3. et 4. Tho. Arg. 4. Sent. d. 47. q. 1. art. 4. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 47. q. 5. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 47. q. 7.

FVNDAMENTA. Genes. 2.

IRCA quam sic proceditur: et ostenditur, quod ille ignis sit elementum, quia dicitur: Requieuit Deus die septimo ab omni opere, quod pararat: ubi Glossa: et sancti dicunt, quod hoc intelligitur quantum ad productionem nouarum creaturarum: ergo videtur quod tunc non producat ignem nouum.

ITEM ratione videtur, quia natura non facit per plura, quod potest facere per pauciora: ergo multo fortius nec Deus: sed totum potest fieri per istum: ergo, et cetera.

ITEM ratione ostenditur per simile, quia facta est purgatio mundi per aquam, et illa aqua non fuit de nouo creata, nec alterius naturae, quam aqua, quae dicitur elementum: ergo, et cetera.

ITEM Augustinus de Ciuitate Dei dixit: Figura huius mundi mundanorum ignium conflagratione peribit, sicut factum est aquarum inundatione diluuium: ergo si ignis mundanus est ignis, qui est de mundi constitutione: et hic est ignis elementum: patet, et cetera.

CONTRA: Nihil seipsum purgat: sed ignis elementum purgabitur illo igne, et consumetur, sicut dicit Glossa: quod maximus ille ignis quattuor elementa consumet: ergo, et cetera.

ITEM ille ignis totum elementorum ambitum circuibit: sed ille ignis elementum habet particularem situm: non erit ergo ignis elementum.

ITEM illius ignis erit ascendere, sicut dicit Glossa Bedae: quia tantum ascendet quantum aqua diluuii: sed si esset ignis elementum, cum sit sphaera sursum, eius esset descendere: ergo, et cetera.

PRÆTEREA: Eito quod descendat, aut aliquid subintrabit locum eius, aut nihil. Si aliquid, quaeritur quid: et non est dare. Si nihil: ergo vacuum erit: ergo, et cetera.

ITEM cum finalis purgatio sit perfecta: videtur, quod non tantum debeat fieri per elementum vnum, sed per omnia quae habent naturam purgandi: ergo si aqua habet purgandi naturam: videtur, et cetera. Iuxta hoc quaeritur, quare prima purgatio fuit per aquam, et secunda erit per ignem.

CONCLUSIO.

Conflagratio ante diem iudicij fiet ab igne elementari non de nouo creato, sed multiplicato virtute Dei, et congregato quocumque igne mundi.

RESP. AD ARG. Dicendum quod aliqui voluerunt dicere, quod ille ignis erit ignis elementum: nec mirum. Ignis enim modicus appositus combustibili augetur in infinitum se multiplicando: ergo etiam taliter faceret ignis ille, nisi impediretur. Sed si vigoraretur eius vis, sicut fiet in iudicio, totum poterit consumere, et purgare: nec oportet nouum ignem creare. Sed quia videtur sancti dicere, quod ignis ille non tantum ascendat, sed magis descendat, sicut pluit Dominus super Sodomam. Ideo dicunt alij, quod erit alius ignis non creatus, sed virtute corporum supercaelestium in inferioribus generatus: sicut ex contractione, et multiplicatione radiorum ad speculum concuum generatur ignis propter subtiliationem aeris circumstantis: similiter ad vrinale plenum aqua. Et quauis oporteat ad hoc quod ignis per hunc modum generetur fieri aggregationem radiorum, non tamen oportet speculis concavis mundum impleri, sed alio modo nubes concavas, sicut scit disponere diuina prouidentia, poterit ignis in omnibus his inferioribus generari. Quod hoc non sit possibile, vel etiam primum, non dico: sed stultum est hic aliquid fingere. Sed Sanctorum auctoritatibus inniti oportet, quia et si ipsi hoc non aperte determinent, quid sit ille ignis, tamen excellens doctor Augustinus dicit, quod fiet mundanorum ignium conflagratione, sicut factum est aquarum inundatione diluuium. Ideo huic auctoritati innitendo dico quod sicut in diluuium non fuerunt nouae aquae creatae, sed eadem illae multiplicatae sunt: et hoc operante adiutorio superiorum corporum, per quae facta est eleuatio vaporum: sic etiam credo quod non solum ignis, qui est in sphaera sua, sed omnes ignes, et qui in terra, et qui super terram, et sub terra sunt, concu-

AD OPPOSITVM.

Op. aliorum

Improb.

Opin. 2.

Improb.

Li. 20. c. 26.

concur-

CONCLUSIO.

Ignis conflagrationis quo ad initium ager virtute supernaturali, quo vero ad progressum virtute naturali, quo vero ad consummationem ager supra naturam.

RESP. AD ARG. Dicendum quod aliqui fuerunt, qui dixerunt quod ignis conflagrationis ager virtute naturali: et quod aquarum inundatio fuit virtute naturali: poterunt enim corpora habentia super humidum effectum concurrere sic in vnum signum, ut tanta fieret vaporum eleuatio, et multiplicatio humorum. Sic dicunt quod sidera habentia virtutem inflammandi, et corpora recipientia impressionem, cursu naturali concurrere poterunt, ut tantus ignis aggregetur, qui totum consumat, totum purget, et subleuet, et in meliorem faciem restituat. Sed haec positio est temeritatis: quia omnia quae a diuina prouidentia sunt, et in sola Dei voluntate consistunt, quae respicit numerum electorum, et merita personarum, ponit, et determinat consistere in cursibus siderum. Ideo est secunda positio, quod est omnino a virtute supra naturam: et in Dei miraculis non est quaerenda ratio naturalis: et haec positio stolidi est. Quare enim magis fiat per ignem, quam per aliud corpus, nisi sit virtus in igne, quae magis illi congruebat operationi? Et ideo via media est eligenda: et ponendum est quod est loqui de ignium conflagratione quantum ad inchoationem, progressum, et consummationem. Quantum ad inchoationem: dicendum quod a virtute supra naturam est. Quod enim ignis sic agat nouo, et insolito modo cetera consumendo, et sic se multiplicando, hoc non esset, nisi aliqua virtus noua assisteret: quae autem sit illa, Dominus nouit. Quantum autem ad progressum, qui est purgare, vrere, subtiliare, dicendum quod est a virtute naturali. Quantum autem ad consummationem, ut purgata sint incorruptibilia, sed ipsorum qualitates mutare, hoc est supra naturam. Rationes igitur probantes, quod sit secundum naturam, procedunt via media, sicut patet quantum ad actum combustionis, purgationis, et subtiliationis.

Opinio aliorum.

Improb.

Opinio 2.

Determin. Doctores.

concurrant ad illam conflagrationem, sicut videtur a velle Augustinus. Et bene concedo, quod virtus superiorum corporum concurrat ad ignis multiplicationem, et actionem. Concedenda sunt igitur rationes probantes, quod non creabitur nouus ignis, sed ex eis non habetur quod solum per ignem, qui est in sphaera sua, fiet.

1. AD illud quod obijcitur in contrarium, quod nihil purgat seipsum, dicendum quod habet instantiam in igne. Et hoc etiam habet instantiam in duobus corporibus, quorum vitium per conflagrationem purgabitur.

2. AD illud quod obijcitur, quod totum ambitum circuibit, dicendum quod tunc ignis diffundetur et multiplicabitur, et a sursum, et deorsum.

3. AD illud quod obijcitur, quod descendet tunc, dicendum quod ascendet respectu ignis, qui est in terra: et descendet respectu ignis, qui est super terram.

4. AD illud quod obijcitur, quod vacuum erit, dicendum quod non descendet mutando locum, sed augendo, et immutando secundum virtutem.

5. AD illud quod quaeritur, quare fiet purgatio per ignem tantum, dicendum quod ratio est ex parte purgationis hominum a peccato, et a parte purgationis mundi. A parte purgationis hominum, quia sicut in principio ardor regnavit concupiscentiae, sic in senectute mundi frigus auaritia: refrigeret enim charitas multorum: et ideo quia purgatio fieri debet per contrarium, sicut purgatio ardoris concupiscentiae facta est per aquam, sic purgatio frigoris malitiae, et auaritia fiet per ignem. Alia ratio est ex parte purgationis mundi, quia illa est ad delendum hominem vetustum, et nouos homines procreandos: haec autem erit ad totum meliorandum, et in meliorem faciem commutandum: et quia ignis vir, et subtiliar, aqua non: ideo haec in igne erit: diluuium vero non in igne fuit, sed in aqua.

Mat. 24. 6

QVAESTIO II.

An virtus ignis infernalis sit naturalis.

S. Tho. in Suppl. 3. q. 97. art. 6. Rich. 4. Sent. d. 47. art. 2. q. 2. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 47. q. 1. art. 4. Stephanus Brulef. 4. Sent. dist. 47. q. 6. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 47. q. 8.

FVNDAMENTA.

TRVM virtus illius ignis sit naturalis, vel supra naturam. Et quod sit naturalis, videtur: quia sicut aqua inundans deleuit omnia, sic ignis consumet omnia: sed virtus illius aquae fuit naturalis, ergo similiter et huiusmodi ignis.

ITEM ignis per naturam natus est multiplicare, et purgare, et subtiliare, ut patet: ergo si talis erit virtus illius ignis: patet, et cetera.

ITEM si detur ei virtus supra naturam, aut est spiritualis, aut corporalis. Non spiritualis, ut videtur: quia virtus spiritualis non debet esse in corporali subiecto, et Deus nihil facit per miraculum, quod non sit congruum. Si corporalis, quaeritur quare illam modum non habet.

AD OPPOSITVM.

CONTRA: Effectus iste, qui dicitur mundi conflagratio, et terminatio, est super naturam: ergo virtus a qua est, est super naturam.

ITEM si fiat per ignem, qui est naturale elementum, necesse est illum descendere: sed ignis naturaliter ascendit: ergo quod descendat, est per virtutem supra naturam.

ITEM ignis ille habebit virtutem meliorandi

QVA.

QVÆSTIO III.

An ignis conflagrationis ascendet vsque ad sidera.

Richardus 4. Sent. dist. 47. art. 2. q. 3.
Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 47. q. 7.
Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 47. q. 9.

FVNDAMENTA. 1. Theff. 1. c.

DE illius ignis extensione, de qua super illud: In flamma ignis dantis vindictam, et cet. dicit Glossa: Præcedet ignis in mundo, qui tantum ascendet, quantum aqua in diluuiio.

2. Pet. 3. b

ITEM Beda super illud: Vnus dies, et cet. Glossa: Tantum ascendet ille ignis, quantum aqua altior super omnes montes.

ITEM ratione videtur, quia purgatio illa est propter peccatum: ergo debet se solum extendere ad habitationem peccantium: sed hoc est in aere caliginoso, de quo constat quod non est super omnes montes plusquam quindecim cubitis: ergo, et cet.

ITEM ille ignis non extendit se secundum totam virtutem, sed secundum diuinum imperium, sicut aqua diluuij: sed diuinum imperium noluit quod aqua vltra procederent quam quindecim cubitis super montes: ergo similiter videtur de igne. Aut si non: quæritur quare non.

AD OPPOSITVM 1. Pet. 3. b

CONTRA: Videtur quod vltra vsque ad cælos, quia dicitur: Cæli ardentis soluentur: ergo si soluentur illo igne, videtur quod ascendet vsque ad cælum.

ITEM videtur quod saltem vsque ad spheram elementorum vltimam, quia dicit ibi Glossa, quod quattuor elementa ille maximus ignis absumet.

ITEM ratione videtur, quia ille ignis habet virtutem innouandi: ergo si omnia corpora innouantur, scilicet cælestia, et elementaria: patet, et cet.

CONCLUSIO.

Ignis conflagrationis, vt probabile est, ascendet vsque ad sidera, plusquam aqua diluuij ascendebit.

RESP. AD ARG. Dicendum quod ille ignis ascendet tantum, quantum durant corpora consumptibilia, et passibilia: et quia corpora cælestia non sunt receptibilia alienæ impetionis, dico quod quantum durat spatium continens elementa, ascendet flamma, et vltius non procedet. Vnde dico quod non ascendet vsque ad sidera, plus tamen ascendet quam aqua diluuij.

Ad 3. pro fund.

AD obiecta vero dicendum, quod duplex est purgatio. Vna quæ fit a fœditate peccati, alia vero a venustate corruptionis. Dico ergo quod fœditas culpæ se extendit per aerem caliginosum, quia in ipso aere fit peccatum: et quædam fœditas contrahitur in loco ex peccato, et etiam fumo sacrificiorum idolorum: quodam modo est aer infectus: et quantum ad istam purgationem tantum ascendet, quantum aqua diluuij. Alia purgatio est a venustate corruptionis, siue naturæ corruptæ: et hæc est in ceteris elementis, quæ debent esse incorruptibilia post resurrectionem. Et quantum ad hanc ascendet vsque ad vltimum spheræ ignis: et secundum has duas purgationes soluentur obiectiones factæ de purgatione.

Ad 3. ad oppositum.

AD illud quod obijciatur de innouatione, dicendū quod duplex est innouatio. Vno modo per abiectionem, alio modo per additionem; et meliorationem: Primo modo est in corporibus elementaribus, in quibus purgabuntur qualitates corporales. Secundo modo in corporibus cælestibus, quibus augebitur lumen.

A Prima innouatio est per operationem ignis, qui abijcit, et purgat: secunda sine: et sic patet illud.

AD illud quod dicit beatus Petrus, quod cæli ardentis soluentur, dicendum quod hoc non est intelligendum de illis, qui sunt incorruptibiles, et non corrumpentur: sed intelligendum est de cælo aereo, et igneo, quos vocat scriptura cælos, secundum illud: Volucres cæli comederunt illud. Si vero inueniatur, quod stellæ cadent de cælo, intelligitur de cælo aereo: et stellæ vocantur ibi a simili, quia habent similitudinem stellarum, et secundum vulgarem opinionem dicuntur stellæ cadere, quoniam a superius descendunt: et scriptura conformat se modo communi loquendi, tunc autem maxime fiet talis impressio, quia ignea qualitas abundabit: et hoc faciet Dominus ad terram peccatorum.

Ad t. ad oppositum.

Mat. 13. a

QVÆSTIO IV.

An ignis ille præcedat, vel sequatur iudicium.

Richardus 4. Sent. d. 47. art. 2. q. 4.
Th. Arg. 4. Sent. d. 47. q. 1. art. 4.
Steph. Brul. 4. Sent. dist. 47. q. 8.
Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 47. q. 11.

DE ordine istius ignis ad ea quæ fient in iudicio. Et quæritur, utrum ille ignis præcedat iudicium, aut sequatur. Et quod præcedat videtur per auctoritatem Psalmi: Ignis ante ipsum præcedet, et cet.

ITEM: Dominus in igne veniet: sed aduentus est ante iudicium: ergo et ignis ante iudicium præcedet.

ITEM ratione videtur, quia ille ignis purgabit electos, sicut dicitur: Ipse sedebit confians, et emundans argentū. Sed in iudicio necesse est quod omnes electi præsententur iudici purgati, et emundati: ergo, et cet.

CONTRA: Augustinus de Ciuitate Dei in fine ponit ordinem illorum quæ erunt in iudicio: et dicit quod conflagratio erit post iudicium.

ITEM Augustinus dicit: Iudicatis impijs, et in æternum ignem missis, figura huius mundi mundanorum ignium conflagratione peribit.

ITEM constat secundum quod dicitur: Dominus inueniet multos viuos, deinde nos qui viuiumus, et cet.

ITEM constat quod ignis conflagrationis cum totum consumat, non peribit.

ITEM ignis conflagrationis est ordinatus ad innouationem, ita quod purgando innouat, sed innouatio sequitur iudicium, vt patet: ergo, et cet.

CONCLUSIO.

Ignis aliquis præcedet iudicium ad purgandos electos, alius sequetur ad innouationem mundi, qui tandem cruciabit damnatos.

RESP. AD ARG. Ad hoc voluerunt quidam respondere distinguendo iudicium, dicentes quod est iudicium diffinitionis, et illud præcedit ignem, quia ante dabitur sententia contra malos, quæ veniat ignis: Et est iudicium executionis, et illud sequetur ignem, quia reprobis illo igne inuolentur, et ad infernum deducuntur. Sed hæc responsio non potest stare: quia Augustinus dicit, quod iudicatis impijs, et in æternum ignem missis, figura huius mundi mundanorum ignium conflagratione peribit. Alij respondent distinguendo duplicem effectum ignis huius, scilicet purgare, et innouare. Ratione purgationis præcedet: ratione innouationis sequetur: et secundum hoc solunt rationes ad partes oppositas. Sed nec illud videtur posse stare, quia

FVNDAMENTA. Isai. 66. c. Psal. 96. a

Malac. 3. a

AD OPPOSITVM 20. de Ciu. Dei c. 16. 20. 5. Ibidem.

1. Theff. 4. d

Apo. 2. 1. b

Opinio 2. a. liorum.

Improb. 2. 20. de Ciu. Dei, c. 16.

Opin. 2.

Improb. quia

quia ignis purgando innouat: vnde isti effectus sunt coniuncti non diuisi: et ideo si natura se habent secundum ordinem, tamen tempore sunt simul. Et ideo potest dici sicut super illud Malachie: Purgabit filios leui, dicit Glossa: Duos ignes legimus futuros. Vnum qui purgabit electos, et præcedet iudicium, alterum qui reprobos cruciabit. Secundum hanc Glossam, dicendum quod siue dicantur duo ignes quantum ad substantiam, siue duo ratione duorum effectuum, dicendus est futurus ignis in iudicio ad electorum purgationem, quia debet vniuersiusque opus probari, et purgari in igne, vt totaliter sistantur mundati in conspectu Dei: et hic præcedet faciem iudicis: et purgan-

do amicos, inflammabit in circuitu inimicos eius. Est etiam ignis futurus ad purgationem mundi, et eius innouationem: et iste, vt dicit, sequitur iudicium, et exuret faciem mundi, et purgabit, et deinde reprobos cruciabit. Concedendæ igitur sunt rationes probantes, quod aliquis ignis præcedet iudicium.

Quod vero obijciatur, quod nullus præcedat, quia Dominus inueniet multos viuos, dicendū quod ille ignis erit ad purgationem electorum, non ad condemnationem: et ideo sicut tres pueri in camino ignis ardentis diuina sunt virtute conseruati illæsi: sic fiet in illo igne, qui electos purgabit.

Resp. ad 3. ad oppositum.

Determin. Doctois.

D I S T I N C T. XLVIII.

DE FORMA IVDICIS, LOCO IVDICII et qualitate luminarium.



OLET etiam queri in qua forma Christus indicabit. In forma utique serui indicabit, qua omnibus in iudicio apparebit, vt videant mali in quem pupugerunt. Diuinitatem vero eius mali non videbunt. Vnde Isaias: Tollatur impius, ne videat gloriam Dei. Humanitatem videbunt, vt timeant, diuinitatem vero non, ne gaudeant. Diuinitas enim sine gaudio videri non potest.

Isai. 26. b secundū 70

Qualis apparebit tunc in forma serui.

SED cum in forma humana constet eum appariturum, queritur an in forma illa gloriosa appareat, sicut vere est, an in forma qualis in passione exitit. Quidam putant a malis tantum videri, quale crucifixi fuerunt, id est, infirmum, quia dicit scriptura, vt videant in quem pupugerunt. Sed aperte Augustinus dicit formam serui glorificatam, a bonis et a malis tunc videri, sic: Cum in forma serui glorificata indicantem viderint boni et mali, tolletur impius, vt non videat charitatem Dei, de qua Deus est, quam soli mundo corde videbunt, quod erit eis vita aterna. Forma ergo humana in Christo glorificata videbitur a cunctis: vnde et Christus dicitur indicaturus, quia filius hominis est. Ita enim legitur in Euangelio Ioannis: Et post resurrectionem dedit ei iudicium facere: quia filius hominis est. Non quod ipse ex virtute hominis sit indicaturus, vel quod ipse solus sine Patre, et Spiritu sancto sit iudicium factururus, sed quia ipse solus in forma serui indicans bonis et malis videbitur. Cum ergo pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio: non ita est intelligendum, quasi filius solus iudicet, et non pater, sed quia forma filij humana cunctis in iudicio apparebit, non in forma infirma, sed gloriosa. Iudicabit autem ex virtute diuinitatis, non sine Patre, et Spiritu sancto, et apparebit terribilis impijs, et mitis iustis. Erit enim terror malis, et lumen iustis.

In ps. 48. in sensu in ps. 85. in sententia.

Apo. 1. b Super Ioan. tractat. de Trin. lib. 2. c. 3. 16. et 17.

Aug. in sensu 20. 9. tractat. 19. c. 5 post med. Ioan. 5. d Ibid. tract. 22. c. 5. post medium.

Quare secundum formam serui dicatur Christus suscitaturus corpora.

ET sic dicitur Christus secundum formam serui indicaturus, propter causam præmissam, ita etiam dicitur suscitaturus corpora mortuorum secundum humanitatem, cum tamen virtute diuinitatis sit suscitaturus, non humanitatis. Sed hac ratione illud dicitur, quia in humanitate suscepit quod est causa nostre resurrectionis, id est, passionem et resurrectionem. Ideo ei ascribitur secundum hominem suscitatio mortuorum. Vnde Augustinus: Per verbum filium Dei fit animarum resurrectio: per verbum factum in carne filium hominis, fit corporum resurrectio. Item: Iudicat et suscitatur corpora non pater, sed filius secundum dispensationem humanitatis, in qua minor patre est Christus. In eo quod est filius Dei est vita, qua viuificat animas, in eo quod est filius hominis, iudex. Ecce secundum formam humanitatis dicitur suscitaturus corpora, et indicaturus, quia illa forma cunctis in iudicio apparebit: et suscitaturus, quia in eadem forma meritum, et causam resurrectionis nostre suscepit: et quia secundum eandem formam vocem dabit, qua mortui de monumentis resurgent et procedent. Secundum quod Deus est, viuificat animas, non pater tantum: quia non tantum pater vita est, sed et filius cum eo, et Spiritus sanctus eadem vita est, qua pertinet ad animam, non ad corpus. Corpus enim non sentit vitam sapientia, sed anima qua illu-

De verb. Domini 10. 10. ser. 54. inter mod. in s. in sententia. et super Ioan. tractat. 23. Ibid. omnia in sensu.

que illuminatur a lumine aeterno. Licet ergo Christus potentia diuinitatis uiuificet animas, et suscitetur corpora, et iudicet: non otiose tamen et praeter rationem ei secundum formam Dei tribuitur uiuificatio animarum, et secundum formam serui iudicium, et resuscitatio corporum.

De loco iudicij.

Iohel 3. a PVTANT quidam Dominum descensurum in uallem Iosaphat in iudicio, eo quod ipse per Iobelem prophetam sic loquitur: Congregabo omnes gentes, et deducam eas in uallem Iosaphat, et disceptabo ibi cum eis. In cuius capituli expositione ita reperi: Hoc quidam pueri circa primam liter intelligunt, quod in ualle, quae est in latere montis Oliueti, descensurus sit Dominus ad iudicium, quod frivolum est. Quia non in terra, sed in spatio huius aeris sedebit contra locum montis Oliueti, ex quo ascendit. Et sicut Ioannes Chrysostomus dicit: Angeli deferent ante eum signum crucis: unde in Euangelio ueritas dicit: Et tunc apparebit signum filij hominis, et c. Iosaphat autem interpretatur iudicium Domini. In uallem ergo Iosaphat, id est, iudicij Domini congregabuntur omnes impj. Iusti uero non descendent in uallem iudicij, id est, damnationem: sed in nubibus eleuabuntur obuiam Christo.

De qualitate luminarium, et temporis post iudicium.

Luc. 22. c VENIENTE autem ad iudicium Domino in fortitudine et potestate magna, sol et luna dicuntur obscurari, non sui luminis priuatione, sed superueniente maioris luminis claritate. Virtutes quoque calorum, id est, angeli dicuntur moueri, non metu damnationis, vel aliqua perturbatione pauoris, sed quadam admiratione eorum, quae uiderint. Vnde Iob: Columna caeli pauent aduentum eius. Ante diem uero iudicij sol et luna eclypsim patientur, sicut Iohel Iohel. 2. g testatur dicens. Sol conuertetur in tenebras, et luna in sanguinem, antequam ueniat dies Domini magnus et horribilis. Magnus uero dicitur propter magna quae ibi fient. Cum autem factum fuerit caelum nouum et terra noua, tunc erit lux lune sicut lux solis, testante Isaia: Et erit lux solis septemplex, id est sicut lux septem dierum, quia quantum luxit sol in prima conditione septem dierum ante peccatum primi hominis, tantum lucebit post iudicium. Minorata enim fuit lux solis et luna aliorumq. siderum per peccatum primi hominis, sed tunc recipiet sol mercedem sui laboris: Quia septemplex lucebit, et tunc non erit uicissitudo diei et noctis, sed tantum dies. Vnde Zacharias: Et erit dies una, quae nota est Domino, non dies neque nox, et in tempore uespera erit lux. Quia tunc non erit uarietas diei et noctis quae modo est, sed continua dies et lux. Isaia tamen uidetur dicere, quod tunc non luceat sol uel luna, loquens congregationi sanctorum: Non erit ibi, inquit, amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor luna illuminabit te: sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam. Sed his uerbis non negat solem et lunam tunc lucere, sed significat his, qui tunc erunt in aeterna beatitudine, nullum lucis usum prestare. Quia ut ait Hieronymus super eundem locum: Caeli et terra, solis atque luna nobis cessabit officium, et erit ipse Dominus lumen suis in perpetuum. Potest etiam intelligi illud Isaia ea ratione dictum, quia sol et luna tunc non habebunt ortum et occasum sicut nunc. Vnde Isidorus illud Isaia quasi exponens, ait: Post iudicium sol laboris sui mercedem suscipiet. Vnde propheta: Lucebit septemplex, et non ueniet ad occasum, nec sol creaturarum nec luna: sed in ordine, quo creati sunt, stabunt, ne impj in tormentis sub terra positi, fruantur luce eorum. Vnde Abacuc: Sol et luna steterunt in ordine suo. Ecce aperte dicit solem et lunam tunc lucere, sed stabilius permanere: ubi etiam significat infernum esse sub terra. Si uero quaeritur quis sit usus lucis solis et luna tunc, fateor me ignorare, quia in scripturis non memini me legisse.

DISTINCT. XLVIII.

De forma, et potestate iudicis.

Solet etiam quaeri, in qua forma Christus iudicabit, et cet.

Expositio textus.



VPRA determinauit Magister de ordine iudicij. In hac parte determinat de forma, et potestate iudicantis. Et diuiditur haec pars in duas. In prima determinat de forma iudicantis in se. In secunda

A de effectibus, in quibus ostenditur magnitudo potestatis suae, scilicet luminarium obscuratio, et postmodum melioratio, ibi: Veniente autem ad iudicium Domino, et cet. Prima pars habet duas. In prima determinat de forma, in qua se ostendet. In secunda determinat de loco, ibi: Putant quidam Dominum, et cet. Et ita tanguntur hic in uniuerso duo. Primum est de forma, in qua iudex adueniet. Secundum uero de innovatione, et perfectione corporum mundi.

Non in terra, sed in spatio huius aeris sedebit, et cet. Dub. I.

Obijcitur contra hoc de iudicandis, quia tota terra promiss-

promissionis non posset capere omnes homines, qui A iudicandi sunt. Si dicas, quod erunt in aere. Contra: Corpora damnatorum erunt ponderosa: ergo non erunt in aere. Si dicas, quod erunt in aere electorum corpora, cum damnatorum sint innumerabiliter plura, quo modo poterunt esse in terra?

Art. I. b

R e s p. Dicendum quod credendum est in iudicio Dominum descensurum in eum locum, unde ascendit, sicut colligitur ex textu. Quod quaeritur, utrum descendat ad terram, credendum est ipsum in loco eminentiori esse futurum: unde ceteri poterunt videre ipsum. Si quaeras de multitudine, dici potest quod multi erunt in terra, et in parua terra innumerabilia millia hominum esse poterunt, quoniam constringentur: nec intelligendum est quod ipsi omnes inter illam ualliculum includantur, quia hoc est puerile, ut dicit Hieronymus: sed quod erunt ibi in locis circumiacentibus: et si necesse fuerit electi erunt in aere praeter corporum agilitate, et damnati etiam esse poterunt diuina suspendente uirtute.

Sol, et luna dicuntur obscurari non sui luminis priuatione. Dub. II.

Uidetur male dicere, quia Rabanus super Matthaeum C dicit: Nihil prohibet, inquit, intelligere ueraciter solem, et lunam cum sideribus ceteris suo lumine priuari, quo modo factum de sole constat tempore Dominicae passionis. Item ratione uidetur, quia turbulencia est in mundo propter peccatum hominis, et corpora omnia debent ostendere se ad honorem diuini, et nihil innouatur nisi aliquo modo ueterascat: unde homo non glorificatur, nisi resurgat: si ergo in fine peccatum hominis excreuerit, et superbia antichristi super caelos ascenderet in uituperium Dei, quamuis non posset uituperari, et illa corpora debent renouari: ergo totus mundus debet obscurari tum propter D peccatum hominis, tum propter contumeliam Dei, tum propter renouationem mundi: ergo male dicitur in littera, et cet.

R e s p. Dicendum quod hic non est contrarietas: potest enim esse quod aliqua obscuritas in stellis accidet primo. Sed post renouationem ex praesentia corporis Christi, et aliorum corporum erit obscuratio solum in apparentia, uel etiam in comparatione: et ita utrumque potest esse uerum secundum diuersa tempora, et utrumque factis probabile.

Magnus uero dicitur propter magna, quae ibi fient. Dub. III.

Quaeritur, quae sint illa magna, quae fient tunc, et signa quae praecedent.

R e s p. Dicendum quod ita consueuit referri, quod prima die maria omnia exaltabuntur quindecim cubitis super excelsos montes orbis terrae, et superfluentia, sicut nunc aquora faciunt. Secundo omnia aquora prosternentur in imum profundum, ita quod uix queant humanis obtutibus aspicere. Tertio omnia maria redigentur in antiquum statum, qualia ab exordio creata fuerunt. Quarto belluae omnes, et omnia quae mouentur in aquis congregabuntur, et leuabuntur super pelagus morte contentiois inuicem mugientes, nescientq. homines quid cogitent, sed tantum Deus. Quinto omnia uolatilium caeli congregabuntur in campis, unumquodque genus in ordine suo: eodem modo uolucres inuicem plorantes erunt, non gustantes neque bibentes, sed aduentum iudicis timentes. Sexto fulmina ignea surgent ab occasu solis contra faciem firmamenti usque ad ortum tendentia. Septimo errantia sidera, et stationaria omnia spargentur ex se igneas comas, ut in cometa apparet signum orbis cum habitatoribus suis. Octauo terrae motus erit magnus, ut nullus homo possit stare, et nullum animal, sed solo

prosternentur omnia. Non omnes lapides tam paruui, quam magni scindentur in quattuor partes, et unaquaeque pars collidet alteram partem, nescientq. homo sonum illius, nisi solus Deus. Decima die omnia ligna siluarum, et olera herbarum sanguineum fluent rorem. Undecimo omnes montes, et colles, et omnia aedificia humana arte constructa in puluerem redigentur. Duodecimo omnia animalia terrae uenient ad campos de siluis, et montibus rugientia, et mugientia, non gustantia, neque bibentia. Tertio decimo die omnia sepulchra ab ortu solis usque ad occasum, patebunt cadaueribus resurgentibus usque ad horam sepulchri finalis, id est, diem iudicij. Quarto decimo die omne humanum genus quod inuentum fuerit de habitaculis, descendet uelociter non intelligentes neque loquentes, sed discurrentes. Quinto decimo die homines morientur, ut resurgant cum mortuis longe ante defunctis. Haec utrum ita se habeant, Deus nouit.

Et lux solis erit septemplex, et cet. Dub. IV.

Uidetur male dicere, quia lux solis tunc non excedat lucem, quam modo habet, tantum quantum sol excedit lunam, quia si luna luxisset, sicut nunc sol, certe non fuisset nox: ergo si debet semper proportio seruari in corporibus mundi: ergo male exponit cum dicit: Erat sicut fuit in prima conditione.

R e s p. Dicendum quod sicut non dicit similitudinem, sed qualitatem, pro eo quod amplior lucis qualitas erit post, quam ante, quia omnia debent meliorari homine meliorato. Etiam homo erit melior in caelo post resurrectionem, quam erat in paradiso ante peccatum: unde per illud quod dicit septemplex, intelligitur, quod augmentabitur usque ad perfectam additionem.

Non erit uicissitudo diei, et cet. Dub. V.

Uidetur male dicere, quia si haec luminaria facta sunt propter diem, et noctem, sicut dicitur: ergo cessante nocte debet cessare luminare quod factum est ut praesset nocti.

R e s p. Dicendum quod cum dicitur quod luna facta est, ut praesset nocti, non assignatur ratio productionis substantiae, sed paucitatis luminis, ut esset tantum quod compateretur noctem. Secundum substantiam uero factum propter perfectionem uniuersi: et quoniam non erit tunc nox, sed dies perfecta, dabitur lunae luminositas competens diei, qualis est luminositas solis: et solis luminositas crescit usque ad perfectum diem.

Significat his qui tunc erunt, et cet. Dub. VI.

Uidetur male dicere, quia omnia facta sunt propter hominem: ergo si nullam facient homini uilitatem, frustra erunt: ergo si nihil est tunc frustra, non debent remanere.

R e s p. Dicendum quod hoc erit ad gloriam electorum. Sicut enim gloria est regis habere plurimas cameras in palatio, et pulchram coquinam, quamuis non ingrediatur: sic electis erit gloria, et honor quod non solum aula paradisi, et caelum empyreum sit pulchrum, sed etiam quod caelum sidereum, et antiquum habitaculum.

Non ueniet ad occasum nec sol, nec luna. Dub. VII.

Uidetur male dicere, quia impj sunt in medio terrae, uel

ra, vel circa medium: ergo non sunt in imo, quia superficies terræ est superior respectu medij: ergo sicut non vident solem cum est in nostro hemisphærio, ita non vident cum recedat ad aliud.

RESP. Dicendum quod non est intelligendum, quod infernus sit sub terra, et in alia superficie terræ nobis opposita, cui nos sumus inferiores, sicut et ipsa nobis: verumtamen possibile est, quod infernus habeat aliquod amplum os, et si sol renouleret, possibile esset, quod aliquando eis beneficium lucis præberet, et pro tanto loquitur Isidorus.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam præsentis distinctionis secundum duo, quæ determinat Magister, duo principaliter queruntur. Primo queritur de iudicis apparitione. Secundo de corporum superiorum innouatione. Circa primum queruntur quattuor. Primo queritur de iudiciaria potestate. Secundo de forma in qua apparebit. Tertio de qualitate formæ. Quarto queritur de hora iudicij.

QVÆSTIO I.

An potestas iudiciaria sit Christi secundum diuinitatem.

S.Tho. in Suppl. 3. p. q. 90. art. 1. Et 4. Sent. dist. 48. q. 1. art. 1. Scot. 4. Sent. dist. 48. q. 1. Richard. 4. Sent. dist. 48. q. 1. Durandus 4. Sent. dist. 48. q. 1. Tho. Argent. 4. Sent. d. 48. q. 1. art. 1. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 48. q. 1. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 48. q. 1.

FVNDAMENTA.

Dan. 7. d

TRVM potestas iudiciaria sit Christi secundum humanitatem, an secundum diuinitatem. Et quod secundum diuinitatem, videtur: quia ubi agitur de iudicio dicitur, quod throni positi sunt, et antiquus dierum sedit: et Glossa exponit de Patre: sed quod conuenit Christo cum Patre, conuenit ratione diuinitatis: iudicare est huiusmodi, vt probatum est: ergo, et cetera.

Ioan. 5. f

ITEM: Pater omne iudicium dedit Filio, vt omnes honorificent filium, sicut omnes honorificant Patrem: sed Filius non est honorandus vt Pater nisi solum secundum diuinitatem: ergo cum iudicium sit ad hoc datum: ergo secundum diuinitatem.

Hebr. 11. a

ITEM eius est iudicare, cuius est retribuere: sed retribuere est secundum diuinitatem, quia de Deo oportet credere quoniam est, et remunerator est: ergo et iudiciaria potestas inest ei ratione diuinitatis.

Ad oppositum.

CONTRA: Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio: sed omnis actus, qui conuenit Filio secundum diuinitatem conuenit Patri: sed iudicare non: ergo, et cetera.

Ioan. 5. f

ITEM: Causa tua quasi impij, Glossa: Iudicata est a Pilato, ideo iudicium causamq. recipies, vt iuste iudices: ergo si iudicatus est secundum humanitatem, potestatem iudicandi habebit secundum humanitatem.

Ioan. 5. f

ITEM expresse dicitur: Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. ITEM ratione constat, quod ipse secundum hu-

manitatem promulgauit sententiam, et secundum illam naturam promulgabit, secundum quam habet auctoritatem, et potestatem ad hoc faciendum, alioquin esset iudicium vsurpatum: ergo secundum humanitatem habebit auctoritatem, et potestatem.

ITEM ipse Christus erit iudex secundum humanitatem, aut principalis, aut delegatus. Si delegatus: ergo ab eius sententia poterit appellari, quod nefarium est dicere: erit ergo iudex principalis: sed iudex principalis in iudicando habet auctoritatem principalem: ergo secundum humanitatem habet præcipuam auctoritatem.

CONCLUSIO.

Potestas iudiciaria est Christi secundum diuinitatem per naturam, secundum humanitatem collatam per gratiam. Vnde quo ad lationem sententia pertinet ad humanitatem, eius tamen non est tamquam iudicis delegati, sed tamquam principalis.

RESP. AD ARG. Dicendum quod ad hoc, quod iudicium sit firmum, concurrunt auctoritas, et potestas. Auctoritas in sententiando, et potestas in retribuendo premium secundum meritum. Si alterum horum deficiat, non est iudicium. Hæc duo principaliter sunt in Deo. Nam in ipso est auctoritas ad sententiandum, quia Dominus omnium est, et nos omnes serui eius. Est etiam potestas ad retribuendum, quia potentissimus, et non est qui contra eum se valeat erigere, vel eius sententiam irritare: hæc duo communicauit Deus Trinitas homini Christo auctoritatem dando, et dominium, sicut dicitur: Dominum fecit Deus hunc Iesum. Potestatem etiam dedit sibi cetera subiiciendo: Data est mihi omnia potestas. Et ideo ipse est qui constitutus est a Deo iudex viuorum, et mortuorum, sicut dicitur. Quoniam ergo potestas iudiciaria respicit illa duo iam dicta, et illa sunt in Deo per naturam, et in Christo homine per gratiam. Ideo iudiciaria potestas est Christi secundum diuinitatem per naturam, secundum humanitatem collata per gratiam. Vnde

D

secundum vtramque naturam habet auctoritatem, sed secundum diuinitatem principalem, et naturalem, secundum humanitatem commissam, vnde constitutus est. Cum igitur sit potestas primaria in Deo, sed commissam in homine Christo, latius sententia debet fieri a Christo homine secundum humanitatem, quia si fieret secundum potestatem primariam, cum secunda nihil det primæ, non esset vere iudex secundum humanitatem: sed quando secunda operatur, cum recipiat a prima, ratio iudicandi residet penes vtramque: secunda enim recipit a prima. Ideo latius sententia fiet a Christo secundum humanitatem. Sed quia Christus est Deus, et homo, sententia eius non erit tamquam iudicis delegati, sed tamquam principalis. Et ideo ab ea propter vtramque potestatem, nullus poterit appellare. Concedenda sunt igitur rationes ad vtramque partem. Primæ quia verum concludunt, quod iudiciaria potestas sit Christi secundum diuinitatem. Similiter ad oppositum quia verum concludunt, quod sit Christi secundum humanitatem, maxime quantum ad sententiæ lationem. Robur tamen sententiæ vt dictum est, non principaliter est ex humanitate Christi, sed potius ex eius diuinitate.

E

Explicatio

F

Reprobatorum nullus Deum in iudicio videbit, sed tantum filium, qui illis non apparebit in forma Dei.

QVÆSTIO II.

An Christus apparebit malis in forma diuinitatis.

S.Tho. in Suppl. 3. p. q. 90. art. 2. Et 4. Sent. dist. 48. q. 1. art. 2. Tho. Argent. 4. Sent. d. 48. q. 1. art. 2. Richardus 4. Sent. dist. 48. q. 2. Franciscus de Mayr. 4. Sent. d. 48. q. 1. art. 5. Steph. Brul. 4. Sent. d. 48. q. 2. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 48. q. 2.

FVNDAMENTA. Sunt verba Magistri, s. r.

DE forma, in qua Christus apparebit: et queritur, vtrum in forma diuinitatis appareat malis. Et quod non. Isidorus dicit, et habetur ab Augustino et ponitur in littera: In forma, in qua iudicatus est, videbunt eum vt doleant, in forma diuinitatis non videbunt, ne gaudeant.

Ioan. 17. d

ITEM ratione videtur, quia lux illa est inaccessibleis oculis intellectus nostri secundum statum infirmitatis: ergo si damnati surgent cum infirmitatibus, et imperfectioribus: ergo inaccessibleis erit ipsis.

ITEM: Hæc est vita æterna vt cognoscant te verum Deum: ergo cum videre Deum sit vita æterna, et mali non sint habituri vitam æternam: ergo non videbunt eum in forma diuinitatis.

ITEM reprobis debent puniri et quantum ad rationem, et quantum ad voluntatem: sed quantum ad voluntatem Deum non poterant amare: ergo nec quantum ad rationem videre.

AD OPPOSITVM

CONTRA: Reprobi qui noluerunt Christum credere esse Deum, tunc non dubitabant ipsum esse Deum: ergo Christi diuinitas erit eis manifesta cognitione certissima: ergo ipsam videbunt non solum per speculum, sed per se ipsam.

Mat. 24. c

ITEM videtur quod debeant videre, quia reprobi debent terri et aspectum Christi: sed quod summe terret esse potestas diuinitatis, et maiestatis: et quod ita sit, dicitur: Veniet filius hominis cum potestate magna, et maiestate: ergo, et cetera.

ITEM nemo punitur perfecte ex amissione alicuius boni, nisi illud cognoscat: ergo si reprobi debent puniri carentia visionis Dei, debet eis ostendi quantum bonum sit visio Dei: sed hoc non potest sciri, nisi videatur: ergo saltem in iudicio debent videre.

ITEM quæro rationem, quare non debeant videre. Si dicas, ne gaudeant, sicut dicit Isidorus, et Augustinus. Contra: Omne quod recipitur in aliquo, est ibi per modum recipientis: ergo si habent oculos infirmos, lux vera potius contristabit, quam delectet, sicut patet etiam in luce corporali.

ITEM possibile est Deo separare in reprobis cognitionem a delectatione, sicut in iudicio ignem lucem a calore: et si hoc, tunc videtur quod propter istam rationem non debeat dimittere.

ITEM secundum humanitatem apparebit, blandus iustus et terribilis malis, quare non potest similiter facere secundum deitatem?

CONCLUSIO.

Reprobatorum nullus Deum in iudicio videbit, sed tantum filium, qui illis non apparebit in forma Dei.

Aug. 1. d. 3. Trin. c. 1. s. r.

RESP. AD ARG. Dicendum quod sicut dicit Augustinus, et Isidorus, et Magister in littera, et etiam Hugo de sacramentis: Patrem nullus de reprobis videbit in iudicio, sed omnes filium, quia filius hominis est, vt ab hominibus possit videri. Vnde non apparet.

parebit malis in forma Dei. Propter quod nota, quod duplex est cognitio diuinitatis. Vna per signa, et effectus, alia in sua forma, et essentia. Dico ergo quod reprobi bene habebunt cognitionem de Christi diuinitate per signa certissima, et per effectus manifestos cognoscent, quia ipse est Deus omnipotens. Cognitionem autem, quæ est in propria forma, quæ est per visionem apertam hanc quidem non habebunt. Et prima ratio huius est, quia talis forma omnino est improporcionabilis oculis peccatoris, et improporcionabilis oculis omnibus, qui non sunt sublimati per gloriam, vel per superabundantiam gratiæ: et quia reprobis non dabitur gratia nec simpliciter, nec ad tempus: ideo non videbunt. Ratio autem quare non dabitur eis virtus, quæ faciat eorum aspectum habilem ad videndam illam lucem, est illa quam tangit Isidorus, et Augustinus, quia si haberent oculum apertum, haberent summam delectationem, quam impossibile est esse, et indecens in peccatoribus.

ITEM 1. 2. 3. Ex his patent obiecta. Prima enim tria ostendunt, quod habebunt cognitionem de Deo quantum ad maiestatem, et bonitatem: sed non ostendunt quod per speciem, sed sufficit quod per signa certa. 4. 5. 6. Ad aliud iam patet responsio, quæ sit ratio, quia scilicet improporcionabiles: et impossibile est intelligere quod fiant proporcionabiles, et non gaudeat: non sic est in luce creata, quia oculus est proporcionabilis per naturam, et per infirmitatem non omnino efficitur improporcionabilis, sed tamen minuitur proportio: et ideo videt cum tristitia: illa autem lux cum tristitia videri non potest.

QVÆSTIO III.

An Christus apparebit reprobis in forma gloriosa.

S.Tho. in Suppl. 3. p. q. 90. art. 3. Et 4. Sent. d. 48. q. 1. art. 3. Rich. 4. Sent. d. 48. q. 2. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 48. q. 1. art. 1. Stephanus Brulef. 4. Sent. dist. 48. q. 3. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 48. q. 3.

FVNDAMENTA.

DE qualitate formæ, in qua apparebit Christus, vtrum scilicet in forma gloriosa apparebit reprobis. Et quod sic, videtur: quia in primo aduentu apparuit passibilis, quia aduentus ille fuit in infirmitate: ergo cum secundus aduentus sit in virtute: ergo apparebit gloriosus.

ITEM in iudicio apparebit talis, qualem decet apparere ad confusionem inimicorum, et lætitiã amicorum: sed inimici maxime confunduntur in gloria, et in exaltatione illius, quem despexerunt: et econuerso, amici lætantur: ergo apparebit in gloria.

ITEM nulla erit in eo fictio: ergo talem ostendet formam, qualem habebit: sed habebit gloriosam: ergo ostendet reprobis gloriosam formam.

CONTRA: Apparebit signum filij hominis in celo, et hoc erit signum crucis: ergo cum crux sit signum infirmitatis, videtur quod appareat in infirmitate, non in gloria.

ITEM Chrysostomus: Veniet in iudicio Christus, non solum vulnerum cicatrices sed etiam ipsam mortem exprobratissimam ostendens.

ITEM ratione videtur, quia sicut oculus spiritualis se habet ad lucem spiritualem, ita corporalis ad corporalem: sed sic est, quod oculus spiritualis maiorum non videt lucem spiritualem, quia est improporcionabilis: ergo oculus corporalis non videbit lucem spiritualem, quia est improporcionabilis.

Explicatio.

Est Magistri nō Augustini in littera c. 1.

FVNDAMENTA.

AD OPPOSITVM

Mat. 24. c

portionabilis: ergo similiter cum oculo glorificatus A fit improporcionabilis, non videbit claritatem corporis glorificati.

4. I T E M si videbit, cum sensus exterior pascatur in contemplatione humanitatis, sicut interior in contemplatione diuinitatis, videtur quod habeant delectationem, sed non videbunt diuinitatem, ne delectentur: ergo nec humanitatem.

5. I T E M quamuis Christus sit benignus secundum veritatem, tamen apparebit terribilis reprobis sicut dicit Isidorus: ergo pari ratione quamuis sit gloriosus, tamen debet reprobis apparere ingloriosus.

Isidor. de summo bono c. 30. §. 9

CONCLUSIO.

Christus tam bonis quam malis apparebit in forma gloriosa, licet boni cum gaudio, et mali cum confusione ipsum videbunt.

RESP. AD ARG. Dicendum quod Christus apparebit in forma gloriosa, vt est ostensum, non tantum bonis, sed etiam reprobis. Et non erit differentia ex parte apparentis, sed ex parte respicientium: Boni enim respicient gloriosam formam cum gaudio, et gloria: sed mali cum confusione, et pena. Confundentur enim in aspectu eius, et non poterunt eius sustinere intuitum propter conscientie remorsum, et propter expectationem ferendam sententiae contra eos: contra boni oblectabuntur.

1. 2. A D illud quod obijcitur, quod apparebit cum cruce, et cicatricibus, dicendum quod sicut cicatrices in martyribus non sunt signum infirmitatis praesentis, sed infirmitatis praeteritae, immo quantum ad gloriam, et decentiam, et pulchritudinem sunt signa victoriae, et gloriae: sic in Christo intelligendum, quod illae cicatrices, et crux signa erunt mortis. vilissime, quam sustinuit: sed tamen quia apparebunt in excellentia gloriae, signum erunt gloriae tunc praesentis. Vnde Chrysostomus dicit super Matthaeum, quod crux radijs solis erit lucentior, similiter et cicatrices.

3. 4. A D illud quod obijcitur, quod oculi eorum sunt improporcionabiles, dicendum quod improporcionabiles erunt per priuationem sufficientis proportionis: ideo retundentur visus, et confundentur: sed tamen non erunt omnino improporcionabiles per defectum omnis proportionis. Nec est simile de luce spirituali, quia illa excedit multo plus oculum peccatoris, quam lux corporis gloriosi oculum corporis passibilis.

5. A D illud quod obijcitur, quod videbitur terribilis, et blandus: ergo si militer gloriosus, et ingloriosus, dicendum quod non est simile, quia terribilis, et blandus dicitur ad alterum: vnde benignum hominem potest homo aspicere vt terribilem, quia eum timet: sed gloriosum, et non gloriosum dicunt dispositionem a parte visibilis: vnde nisi fiat per deceptionem, vel per miraculum, et diuinam virtutem, quae teneat oculos, sicut dicitur: Oculi eorum tenebantur: res talis videtur qualis est secundum veritatem.

LMCA 24. c

QVÆSTIO IV.

An hora iudicij sit nota alicui creaturae.

Th. in suppl. 3. p. 9. 88. art. 3. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 48. q. 1. art. 3. Franc. de Mayr. 4. Sent. d. 48. q. 1. art. 2. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 48. q. 4.

AD OPPOSITIVM. Mat. 24. b

DE hora iudicij. Et quaeritur, vtrum alicui creaturae sit nota. Et quod non, videtur: De illo autem die, et hora nemo nouit, neque angeli, qui sunt in caelo, neque filius: ergo videtur quod Christus non nouerit: ergo multo minus noscunt alij.

2. I T E M : Omnia quaecumque audiui a Patre meo, nota feci vobis: sed istud non notificauit Apostolis: ergo istud non nouit etiam ipse Christus.

Ioan. 15. c

3. I T E M : Cum venerit Spiritus sanctus, ille docebit vos omnem veritatem: sed spiritus eueniens illud non docuit Apostolos: ergo istud non est scibile ab aliqua creatura: quia si esset scibile, Spiritus sanctus docuisset.

Ioan. 16. c

4. I T E M Deus reuelauit prophetis multa futura: diem autem, et horam iudicij non expressit per aliquam prophetiam, nisi solum per signa quaedam praebula: ergo cum Dominus illud non reuelauerit prophetis, videtur quod sibi soli reseruauerit.

CONTRA: Christus non profecit, nec potest proficere in scientia, sicut supra dicitur lib. 3. Dist. 13. ergo si vniquam sciturus est, modo scit.

FVNDAMENTA.

I T E M de angelis videtur. Gregorius: Quid est quod non vident, qui videntem omnia vident? ergo videtur quod illud videant.

Greg. lib. 2. Moral. c. 2.

I T E M videtur quod omnibus debeat reuelari, quia magis timendum est iudicium speciale cuiuslibet, quam generale: quia qui hoc euadit, euadit et illud: sed dies mortis pluribus reuelatus est, sicut dicitur de beato Martino, et beato Benedicto: ergo, et cetera.

I T E M locus, et tempus sunt circumstantiae negotij: sed Dominus reuelauit nobis iudicij locum: ergo pari ratione videtur quod et tempus, aut si non, quanto, quare non.

Moral. c. 2.

CONCLUSIO.

Iudicij hora est nota toti Trinitati, et homini assumpto, sed quibuslibet viatoribus est ignota: an autem beatis et angelis innorescat, nihil certi habetur.

RESP. AD ARG. Dicendum quod absque dubio hora diei iudicij est nota toti Trinitati, et homini assumpto: sed ignota est omnibus in statu viatorum, existentibus. Sed de hoc est contentio inter doctores, vtrum nota sit angelis, et animabus beatis. Quidam dicunt quod sic, quidam quod non. Sed certe quid sit super hoc tenendum, magis docebit experientia pro loco, et tempore, quam nunc doceat scientia. Vtrumque enim est possibile. Cum enim Christo soli communicata sit omnis scientia, non video quare angeli illud ignorare non possint, cum istud non sit de substantia gloriae ipsorum. Rursus: Cum Deo sint familiares, et nihil in huius rei scientia perdere possint, non video quare istud non congruat reuelari. Non tamen est facile hoc diffinire. Vnde quia aliquae auctoritates sanctorum videntur sonare, quod angeli hoc norunt: aliqua quod ignorent, sane dici potest quod istud notum sit aliquibus angelis, et beatis, aliquibus ignotum: Et sicut dicitur circa incarnationis mysterium, sic et in illa parte standum est, quod alicui creaturae hora iudicij nota sit.

1. A D illud ergo quod obijcitur, quod nemo nouit, dicendum quod in illa auctoritate, sicut patet ex Glossa, non excluditur filius naturalis, sed adoptiuus: nec excluduntur omnes angeli, sed illi qui sunt inferioris ordinis: nec excluduntur omnes homines, sed solum puri homines, et viatores. Vel dicendum quod non nouerunt, quia alij non notificant, id est non ostendunt se scire, sicut fouea dicitur caeca, non quia non videat, sed quia quod habet in se, alij non ostendat.

2. A D illud quod obijcitur, quod nota fecit omnia Apostolis Christus, et Spiritus sanctus, dicendum quod istud intelligitur de necessarijs ad salutem.

3. A D illud quod obijcitur de prophetis, dicendum quod Deus non reuelauit illud prophetis, quia non erat nobis vtile nosse, sed perutile erat ignorare tum propter nostram vtilitatem, tum etiam propter istud, quod dicitur: Sic loquimini, et sic facite, quasi

Iacob. 2. 8

CONCLUSIO.

Corpora caelestia aliquo modo praemiabuntur, quia pulchriorem accipient dispositionem ad praemiantes bonos.

quasi per legem libertatis incipientes iudicari: et ita A patet, quare Dominus manifestauit nobis iudicij locum, sed non tempus, quod vltimo quaerebatur quantum ad primam partem.

4. A D illud quod obijcitur de angelis, quod omnia vident, dicendum quod illud oportet intelligi de his, quae sunt de integritate beatitudinis vel sui ministerij.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER quantum ad secundum articulum quaeritur de renouatione corporum superiorum. Et circa hoc quaeruntur quattuor. Primo quaeritur, vtrum corpora supercaelestia remunerabuntur. Secundo vtrum quietabuntur. Tertio vtrum innouabuntur elementa. Quarto vtrum innouabuntur plantae, et animalia bruta.

B

QVÆSTIO I.

An corpora caelestia post iudicium remunerabuntur.

S. Tho. in suppl. 3. p. 9. 91. art. 1. Et 4. Sent. d. 48. q. 2. art. 1. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 48. q. 5. Petrus de Tarrant. 4. Sent. d. 48. q. 5.

FVNDAMENTA. Isa. 30. f

TRVM corpora supercaelestia remunerabuntur. Circa quam proceditur sic, et ostenditur quod corpora supercaelestia remunerabuntur. Habetur ex textu, et Glossa: Erit lux lunae sicut lux solis, et lux solis lucebit seipsum: et Glossa ibi dicit, id est sol, et luna praemium sui laboris percipient.

D

I T E M hoc videtur ratione, quia prior est Deus ad praemiandum, quam ad puniendum: sed corporum supercaelestium homine peccante lux est diminuta, sicut dicitur ibi Glossa: ergo homine glorificato debet augeri.

I T E M ordo est in vniuerso conuenientissimus: ergo vno meliorato, quod est de perfectione vniuersi, necesse est omnia meliorari, quae sunt de eius constitutione: sed corpora supercaelestia sunt de constitutione vniuersi: ergo aut ordo corrumpitur, aut si homo nobilitatur, necesse est illa magis nobilitari.

I T E M habitatio debet congruere habitatori: ergo si homo, propter quem factus est mundus, est nobilior factus: ergo et totus mundus: ergo et corpora mundi nobilissima.

AD OPPOSITIVM. Ps. 101. d. Hebr. 1. b

CONTRA: Nihil quod perit, remunerabitur: sed caeli peribunt: ergo corpora supercaelestia non remunerabuntur. Minor patet ex Psalmo: Et tu in principio, et cetera. Et post: Ipsi peribunt.

I T E M ratione videtur, quia nihil praemiatur, nisi quod voluntarie seruit: et nihil voluntarie seruit, nisi quod habet liberum arbitrium, et talia non sunt corpora supercaelestia: ergo, et cetera.

I T E M dupliciter contingit mereri ex opere, aut quia factum est charitate, aut quia laboriosum: per opus enim laboriosum meretur quis de congruo, sed corpora supercaelestia non faciunt quidquam ex charitate, nec mouentur cum labore: quia dicit Philosophus, quod mouentur sine labore, et lux, et seruiant nobis quantum ad vtramque: ergo remunerari debent quantum ad vtramque: ergo cum non remunerentur soli in calore, nec luna in frigiditate: ergo nec debent remunerari in maiori lumine.

Arist. 1. Ca. li. cont. 7.

S. Bon. To. 5.

RESP. AD ARG. Dicendum quod tripliciter est aliquid remunerabile. Primo modo quod est aptum mereri: et hoc est liberum arbitrium. Alio modo quod est ipsi merenti coniunctum, vt corpus humanum. Tertio modo quod est ad ipsum ordinatum sicut ad obsequium. Secundum hoc praemiatur homo aliquando in seipso, aliquando in corpore, aliquando in eis quae sunt sibi vtilia. Sic etiam praemiatur in seipso in corpore suo, et etiam in ipso mundo, qui eius est habitaculum. Vnde dico quod corpora supercaelestia praemiari non est aliud, quam hominem praemiari in illis, quia Dominus totum mundum hominis amore faciet pulchriorem. Et ideo quia propter hominem praemiantur corpora supercaelestia secundum eam proprietatem praemiantur, secundum quam sunt consona corporibus gloriosis. Haec autem est lux: et ideo in luce, et splendore augebuntur, et crescent, vt probant primae rationes.

Explicatio.

1. A D illud quod obijcitur, quod peribunt, dicendum quod iste textus consequenter exponitur per illud: Et sicut amictum mutabis eos, et mutabuntur: ideo non dicuntur perire, quia desinant: sed quia pulchriora efficiuntur, et innouabuntur.

Ps. 101. d.

2. A D illud quod obijcitur, quod non habent voluntatem, dicendum quod ipsa non merentur proprie: sed homo meretur, et in eis remuneratur.

3. A D illud quod obijcitur, quod non laborant, dicendum quod labor dicitur dupliciter. Vno modo proprie: et sic dicitur opus poenale: et hoc modo nec corpora supercaelestia, nec angeli boni laborant. Alio modo communiter, et sic dicitur labor, quodcumque obsequium praestitum hominibus, secundum quem modum angeli dicuntur laborare in vinea Domini, et circa nos, quia nobis obsequuntur: et sic corpora caelestia.

4. A D vitium quare non remunerantur in calore, patet responsio, quia in his proprietatibus debent remunerari, quae conueniunt corporibus nostris, et faciunt ad gloriam nostram.

QVÆSTIO II.

An corpora caelestia post iudicium quietabuntur.

S. Tho. in suppl. 3. p. 9. 92. art. 2. Et 4. Sent. dist. 48. q. 2. art. 2. Scot. 4. Sent. dist. 48. q. 2. Richardus 4. Sent. d. 48. art. 2. q. 2. Durandus 4. Sent. dist. 48. q. 3. Th. Arg. 4. Sent. d. 48. q. 1. art. 4. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 48. q. 6. Petrus de Tarrant. 4. Sent. dist. 48. q. 6.

TRVM corpora supercaelestia quietabuntur. Et quod sic, videtur: quia motus corporum supercaelestium est propter continuam generationem: sed omnis generatio est ordinata ad multiplicationem hominum, et multiplicatio hominum ad perfectionem ciuitatis supernae: si ergo necesse est illam ciuitatem perfici, necesse est omnem generationem cessare: ergo et motum corporum supercaelestium: et sic, et cetera.

I T E M omnis motus est propter aliquem finem: sed omnis motus ordinatus nisi frustra sit, aliquando consequitur finem: sed quod mouetur propter aliquid, affecto eo, quiescit: ergo cum corporum supercaelestium motus sit huiusmodi: patet, et cetera.

FVNDAMENTA.

ddd 2 I T E M

ITEM nobilior dispositio est quies, quam motus: A quod patet in Deum: ergo si mundus post resurrectionem erit in optima dispositione, omnia corpora in eo quiescent.

ITEM hoc dicit ratio non tantum fides, quod omnia propter hominem, et ad eius obsequium sunt creata: ergo omnia debent habere usum, et actum convenientem humano obsequio: sed homo incorruptibilis post resurrectionem non indiget obsequio variabili: ergo, et cetera.

AD OPPOSITIVM

1. CONTRA: Corpora supercaelestia seruiunt homini luce, et motu: sed quia luce seruiunt, maiori luce remunerantur: ergo cum seruiunt in motu, debent velociori motu remunerari.

2. ITEM corpus orbiculare naturaliter est aptum ad motum: sed per gratiam aptitudo naturaliter perficitur, et non efficitur imperfecta: sed vnumquodque perfectius, quando est coniunctum suo actui: ergo corpora orbicularia actualiter mouebuntur, et continue.

3. ITEM nihil quod inest alicui secundum assimilationem ad Deum semper debet per remunerationem praemiari: sed corpora supercaelestia, ut dicitur Commentator, mouentur ut assimilentur Deo, et in ipso motu assimilantur: ergo, et cetera.

4. ITEM motus orbicularis per naturam est interminabilis: sed Deus per gloriam non destruet naturam: ergo motum corporum supercaelestium non terminabit: et si hoc: ergo semper mouebuntur.

CONCLUSIO.

Corpora caelestia post iudicium quiescent, et in eo ordine, in quo creata sunt, stabunt.

RESP. AD ARG. Dicendum quod sicut dicit Isidorus, et habetur in littera, sol, et luna post iudicium non tendet ad occasum, sed stabunt in ordine suo, in quo creati sunt. Ad intelligentiam autem obiectorum, notandum quod in motu est duplicem finem considerare, scilicet finem intra, et iste dicitur terminus sine consummatione: et finem extra, et iste est terminus intentionis, ut verbi gratia, cum lapis desursum ad terram descendit, locus terrae est finis, qui est terminus intra: sed quies in loco est finis, qui est terminus intentionis. Dico ergo quod quidam motus sunt, qui naturaliter habent utrumque finem, ut sunt motus recti: quidam vero motus sunt qui habent alterum per naturam, ut puta finem intentionis: alterum vero habent solum ratione ipsius principij mouentis, ut est motus circularis ipsius rotae, quae voluitur ad acendum cultellum. Quod enim rota quiescat modo, vel post, non est determinatum, quia semper posset moueri, si esset qui posset, et vellet mouere: sed quando cultellus factus est acutus, cum motus ille ordinaretur ad hoc, necesse fuit quietari, vel frustra fieri. Quoniam igitur motus corporum supercaelestium ordinatur ad complendum numerum electorum, et illum necesse est compleri: ideo et motum terminari, quamuis per naturam non habeat terminum intra se.

1. AD illud quod obijcitur, quod remunerantur in luce: ergo debent remunerari in motu, dicendum quod non est simile, quia obsequium motus non ita competit corporibus beatorum, sicut obsequium luminis.

2. AD illud quod obijcitur, quod aptitudo naturalis est perficienda, dicendum quod verum est de aptitudine naturali, quae est ad actum perfectionis: sed quae est ad actum imperfectionis, non.

3. AD illud quod obijcitur de assimilatione, dicendum quod non assimilatur simpliciter, sed in causando: et ideo ad tempus assimilatur in hoc.

4. AD illud quod ultimo obijcitur, quod est naturaliter interminabilis, dicendum quod hoc est falsum, quia secundum intentionem naturae, quae est re-

gulata secundum institutionem diuinam, terminabilis est, licet non sit terminabilis ratione termini, qui respicit condiciones mobilis, et spatij.

QUESTIO III.

An elementa post iudicium innouabuntur.

S. Tho. in suppl. 3. p. q. 92. art. 4. Et 4. sent. d. 48. q. 2. art. 4. Rich. 4. sent. d. 48. art. 2. q. 1. Franc. de Mayr. 4. sent. d. 48. q. 1. art. 7. Stephanus Brulef. 4. sent. dist. 48. q. 7. Petrus de Tarant. 4. sent. dist. 48. q. 7.

TRVM innouabuntur elementa. Et quod sic, videtur: Praeterit figura huius mundi, aut igitur in nihil, aut in melius, aut in peius. In nihil non, quia Deus nihil permittit omnino perire. Non in peius, quia si homo melioratur, et mundus: ergo in melius. Sed quod senescit, et in melius mutatur, innouatur: ergo mundus iste: sed elementa sunt partes mundi: ergo, et cetera.

hil permittit omnino perire. Non in peius, quia si homo melioratur, et mundus: ergo in melius. Sed quod senescit, et in melius mutatur, innouatur: ergo mundus iste: sed elementa sunt partes mundi: ergo, et cetera.

ITEM Augustinus de Ecclesiasticis dogmatibus: Elementa non dicimus abolenda, sed in melius commutanda.

ITEM ratione videtur, quia aut innouabuntur omnia, aut nulla, aut quaedam. Si omnia, habeo propositum. Si nulla: ergo consistunt in continua transmutatione, et impuritate, quam contraxerunt: sed hoc est inconueniens, cum sint propter hominem incorruptibilem, et omnino mundum. Si quaedam sic, et quaedam non: ergo soluitur harmonia elementorum: ergo et pulchritudo, et decor vniuersi.

ITEM ignis est completissimum elementorum, unde et species elementorum dicitur. Quae igitur, aut ignis innouabitur, aut non. Si non innouatur sed consumitur: ergo perit nobilitas, et decor elementorum. Si innouatur: ergo cum alia elementa magis sint accidentia ad veritatem, videtur quod omnia debeant innouari.

SED CONTRA: Caelum, et terra transibunt: si ergo terra est stabilissimum inter omnia elementa, et ipsa non innouatur, sed transit, nec alia innouabuntur. Si dicas quod non transit quantum ad substantiam, sed quantum ad figuram, sicut dicitur: Praeterit figura huius mundi, tunc ergo cum figura respiciat quantitatem, et dispositionem partium, non qualitatem: videtur ergo quod alterius figurae erit vniuersum: cum ergo modo sit circulare, tunc erit non circulare, sed fiet triangulare, vel quadrangulare, et cetera. sed hoc est inconueniens: ergo, et cetera.

ITEM Glossa: Elementa quattuor quibus mundus consistit, ille maximus ignis absument, nec cuncta tantum consumet ut non sint: sed duo ex toto consumet, duo vero in meliorem restituet faciem.

ITEM ratione videtur, quia si elementa innouabuntur, aut ergo quantum ad substantiam, aut quantum ad qualitatem. Non quantum ad substantiam, quia substantia erit eadem non recipiens magis, et minus. Non quantum ad qualitatem, quia accidentia sunt inalterabilia: ergo nullo modo. Si dicas quod quantum ad qualitates erit innouatio, quia qualitates istae transibunt. Contra: Forma substantialis in materia est causa immediata ipsarum qualitarum elementarium: ergo si posita causa immediata necessario ponitur effectus, si remanebit forma substantialis in materia, et qualitates.

ITEM

FVNDAMENTA. 1. Cor. 7. f

Aug. de Eccl. Dog. c. 70. d. 3.

AD OPPOSITIVM. Mat. 24. c

1. Cor. 7. f

2. Petr. 3. l. i.

ITEM calidum in summo est dispositio ad formam ignis: sed remota dispositione, et priuata, per consequens priuatur forma: ergo, et cetera.

CONCLUSIO.

Elementorum qualitates et substantiales forma post iudicium remanebunt quo ad substantiam, innouabuntur tamen quo ad rationem corruptionis.

Opinio 1.

RESP. AD ARG. Dicendum quod vbi est innouatio, substantia remanet eadem: sed sub alijs proprietatibus: ideo dicendum quod omnia elementa secundum substantiam remanebunt, sed quantum ad qualitates innouabuntur. Sed circa ipsas qualitates duplex est opinio. Quidam enim dicunt, quod tria sunt genera qualitatum in elementis. Quaedam, secundum quas ordinantur in mundo, ut grauitas, et leuitas: et istae remanebunt: quia remanebunt in mundo ordo, et situs elementorum. Quaedam sunt qualitates secundum quas est receptio influentiae luminis sine omni corruptione, ut perspicuitas et transparentia: et istae similiter remanebunt, sicut influentia luminis. Quaedam autem sunt, secundum quas ordinantur ad agendum, et patiendum, et ita per consequens ad transmutationem, et corruptionem: et secundum has non remanebunt. Sed inter has quaedam sunt actiuae, ut caliditas, et frigiditas: quaedam passivae, ut humiditas, et siccitas. Et quae sunt actiuae sunt illae quae excitant, et faciunt transmutationem: et istae tollentur ab elementis, et non redibunt in nihil, sed cadent in regionem damnatorum, sicut vult Basilus super illud: Vox Domini intercedentis flammam ignis. Dicit enim quod calor cedit in partem damnatorum, sed lux in regionem saluandorum, similiter et in aqua frigiditas erit ad affligendum: siccum vero, et humidum non tollentur, sed terminabuntur, et ideo dicunt quod Beda dicit quod duo totaliter absumentur propter coniunctionem, quae erat ex duplici qualitate, non quantum ad integritatem substantiae, sed quantum ad totalitatem duplicis qualitatis ratione actiuitatis. Sed quia Augustinus dicit 20. de Ciuitate Dei, quod omnium elementorum qualitates ardendo penitus interibunt, et siccitas et humiditas sunt qualitates corruptibiles, non videtur maior ratio de caliditate, et frigiditate, quam de his duabus. Ideo dicunt alij aliter, quod omnes res, quantum est de se, appetunt esse perpetuum, et diuinum, sed quaedam formae sunt quae appetunt continuare esse per multiplicationem sui in altero, ut puta sunt formae accidentales, et substantiales actiuae. Quaedam autem appetunt continuare esse suum per continuam adhaerentiam cum materia, ut sunt formae, et qualitates passivae. Quia igitur post iudicium auferetur ab elementis omnis ratio multiplicandi se, et dabitur virtus continuandi se in se, quia erunt incorruptibilia: hinc est quod elementa quae habent qualitates actiuae, dicuntur totaliter absumi, quia omnino auferetur ab eis ratio agendi, et se multiplicandi. Alia vero duo dicuntur in meliorem faciem restitui, quia appetitus continuandi in se esse, qui modo est in eis secundum esse imperfectum, complebitur, et perficietur. Manebunt ergo qualitates omnium elementorum quantum ad substantiam, sed quantum ad rationem corruptionis innouabuntur: similiter et formae substantiales. Et haec opinio est probabilior. Et patent obiectiones praeter primum, quod dicit, quod figura huius mundi transibit. Dico enim quod figura dicitur tripliciter. Vno modo dispositio ex clausione linearum: et haec praeterit quantum ad terram, quia non omnino est orbicularis. Secundo modo dicitur figura exterior rei facies, sive pulchritudo: et haec transibit, sicut dicitur in Glossa, non substantia sed pulchritudo. Tertio modo figura dicitur fictio vel fragilitas a singo

Psal. 28. b

Improbatur.

Opin. 2.

S. Bon. To. 5.

ITEM calidum in summo est dispositio ad formam ignis: sed remota dispositione, et priuata, per consequens priuatur forma: ergo, et cetera.

QUESTIO IV.

An post iudicium plantae, et bruta innouabuntur.

S. Tho. in suppl. 3. p. q. 92. art. 5. Et 4. sent. dist. 48. q. 2. art. 5. Richardus 4. sent. dist. 48. art. 2. q. 6. Steph. Brulef. 4. sent. dist. 48. q. 8. Petrus de Tarant. 4. sent. dist. 48. q. 9.

TRVM innouabuntur plantae, et animalia bruta. Et quod non, videtur. Quia quae sunt propter hominis necessitatem, homine de necessitate transeunte debent et ipsa transire: sed plantae, et animalia sunt huiusmodi, quia propter hominis cibum: ergo, et cetera.

ITEM omnia quae innouabuntur, habent formam perfectam ordinatam ad incorruptionem: sed plantae, et animalia non habent animas incorruptibiles: ergo, et cetera.

ITEM si innouabuntur: aut ergo omnia, aut quaedam. Si omnia: tunc omnes plantae, quae fuerunt ab initio, et omnia animalia essent, et occuparent centum tales mundos: ergo oporteret mundum dilatari. Si quaedam innouabuntur, quaedam non, quare, quae sunt illa, quae innouabuntur: et non videtur esse maior ratio de vno, quam de alio: ergo nulla.

ITEM innouatio est eiusdem secundum substantiam: sed forma substantialis bruti corrumpitur: ergo si iterum generetur, erit nouae rei formatio, non innouatio.

CONTRA: Caeli ornatus innouabitur, ut patet in corporibus supercaelestibus: ergo pari ratione ornatus terrae: sed ornatus terrae sunt plantae, et animalia: ergo, et cetera. alioquin si non innouabuntur: ergo remunerabitur terra sine ornatu, et ita imperfecte: ergo, et cetera.

ITEM sicut corpora supercaelestia, et elementa seruiunt homini, et ideo remunerantur: sic plantae, et animalia seruiunt, et magis seruiunt, quia praestant cibum: et magis laborant in seruiendo, quia dant suam substantiam, et moriuntur: ergo magis sunt renouanda.

ITEM plantae, et animalia sunt ad laudem Dei, ut patet in Psalmo, inuitantur enim ibi ad laudandum Deum: ergo si laus Dei post iudicium non debet minui, nec decrecere, sed augeri: ergo non debent cessare plantae, et animalia.

ITEM quae sunt de perfectione vniuersi, non debent cessare: sed plantae et animalia sunt huiusmodi: ergo, et cetera. Prima patet, quia tunc vniuersum erit perfectius. Secunda patet, quia tunc superfluerent, si non essent de perfectione: et praeterea sunt creata inter opera sex dierum, in quibus mundus est constitutus ante hominis lapsum.

ITEM quae sunt nobiliora, magis sunt de perfectione: sed vegetabilia, et alia nobiliora sunt corporibus elementaribus, quia habent vitam: ergo, et cetera.

ITEM differentiae diuidentes genus sunt de perfectione vniuersi: sed differentiae accipiuntur penes haec duo: ergo haec ad vniuersi perfectionem debent innouari.

ddd 3 CON-

CONCLUSIO.

Plantæ et animalia bruta non innovabuntur post iudicium, cum tantum sint ad obsequium mortalis hominis, et terra ornamentum pro eo tempore.

RESP. AD ARG. Dicendum quod plantæ, et animalia non innovabuntur, propterea, quia vltima eorum perfectio est corruptibilis per naturam, et ortum, et radicem habet a materia: vnde non sunt idonea ad viuendum, siue durandum æternaliter: formæ autem corporum supercælestium sunt incorruptibiles omnino: similiter formæ elementorum incorruptibiles sunt secundum totum, et secundum partem quantum est in se, quia sunt corpora simplicia: vnde quod corrumpantur, hoc est per actionem venientem ab extrinseco: et ideo remota illa actione remanent incorruptibiles. Ex hoc patet quod plantæ, et animalia non sunt ad ornatum terræ, sed ad hominis obsequium: nec ad Dei laudem, nec ad vniuersi perfectionem, nisi secundum statum eum, qui est corruptibilis, et variabilis: et ideo non oportet innovari, vnde terra non habebit illum ornatum, nec oportet quod multiformis sit, immo ipsa vniformitas erit ei in ornatum.

1. 2. 3. 4. Et ex hoc patet primum, quia cæli ornatu naturaliter est dispositus ad incorruptionem. Similiter homini non conuenit eorum obsequium post resurrectionem, sicut obsequium solis, et lunæ: ideo non remunerantur. Similiter sunt ad laudandum Deum

A secundum statum infirmitatis, quando ipse in se non est eis manifestus, sed cum in se cognoscatur sufficienter in se laudabitur, nec oportet ad hoc esse multitudinem creaturarum. Similiter sunt de perfectione vniuersi ea parte, qua est habitaculum hominis videntis animaliter: sed post spiritualis effecti non: et ideo concreata sunt homini, quia homo alimonijs indigebat. Et præterea Deus eum peccatorum esse præciebat.

5. Ad illud vero quod obijcitur, quod nobilius est, magis est de perfectione vniuersi, dicendum quod habere esse nobilius hic est dupliciter. Vel quia permanentius: et quod sic est, magis est de integritate vniuersi. Vel nobilius, quia completius: et hoc non magis est de integritate, nisi cum perfectione completionis habeat incorruptionem durationis: hoc enim eo ipso quod est corruptibile, non est de perfectione.

6. Ad illud quod obijcitur vltimo de differentijs, dicendum quod istud non oportet, eo quod diuisio generis in differentias has sit secundum statum: potest nihilominus dici quod homine innovato omnes differentie, que spectant ad complexionem eius, saluantur, vt corporeum, animatum, sensibile, rationale. Aliæ differentie, vt inanimatum, insensibile, irrationale.

C dicunt perfectionem coniunctam imperfectioni. Distinguendum est igitur, quod differentie quedam sunt perfectiue simpliciter, quedam perfectiue cum diminutione: et sic soluendum est illud, quia primæ sunt de perfectione vniuersi simpliciter, secundæ vero solum secundum hunc statum.

DISTINCT. XLIX. PARS I.

DE DIFFERENTIA MANSIONVM IN CAELO, et in inferno: de appetitu beatitudinis in via, et de cognitione gloriosa et gaudio.

OST resurrectionem vero facto vniuerso, impletoq. iudicio, suos fines habebunt civitates dua: vna Christi, alia diaboli, vna bonorum, altera malorum: vtraque tamen angelorum et hominum. Istis voluntas, illis facultas non poterit esse peccandi, vel vlla conditio moriendi. Istis in æterna vita feliciter viuentibus, illis infelicitate in æterna morte sine moriendi potestate durantibus, quoniam vtrique sine fine. Sed in beatitudine isti, alius alio præstabilius: in miseria vero illi, alius alio tolerabilius permanebunt. Ex his apparet, quod sicut boni differenter glorificabuntur, alij magis, alij minus: ita et mali differenter in inferno punientur. Sicut enim in domo Patris, id est in regno calorū mansiones multe sunt, id est præmiorum differentie: ita et in gehenna diuersa sunt mansiones, id est suppliciorum differentie. Omnes tamen æternam pœnam patientur, sicut omnes electi eandem habebunt denarium, quem paterfamilias dedit omnibus qui operati sunt in vinea. Nomine denarij aliquid omnibus electis commune intelligitur, scilicet vita æterna, Deus ipse, quo omnes fruuntur, sed impariter. Nam sicut erit differens gloria corporum, ita differens gloria erit animarum. Stella enim a stella, id est, electus ab electo differt in claritate mentis et corporis. Alij enim alijs vicinij clarisq. Dei speciem contemplantur, et ipsa contemplandi differentia diuersitas mansionum vocatur. Domus ergo est vna, id est denarius est vnus: sed diuersitas est ibi mansionum, id est differentia claritatis: quia vnus est summum bonum beatitudo et vita omnium, id est Deus ipse. Hoc bono omnes electi fruuntur, sed alijs plenius. Perfruuntur autem videndo per speciem, non per speculum in enigmate. Habere ergo vitam, est videre vitam, id est cognoscere Deum in specie. Vnde veritas ait in Euangelio: Hac est vita æterna, vt cognoscant te verum Deum, et quem misisti Iesum Christum esse vnum et solum verum Deum: hoc est habere vitam, id est, cognoscere te: non est ipsa cognitio, que in es, sed per cognitionem habere bonum, quod in es, id est, vita.

An omnes

August. in Enchy. c. 111.

Ioan. 14. a

Ioan. Chry. sol.

Mat. 20. a

1. Cor. 15. c

Mat. 20. a

1. Cor. 14.

Ioan. 17. a

An omnes homines velint esse beati.

SOLET etiam quæri de beatitudine, vtrum eam omnes velint, et sciant qua sit vera beatitudo. De hoc Augustinus in libro de Trinitate ita differit: Mirum est cum capeffenda retinendaque beatitudinis voluntas vna sit omnium, vnde tanta existat de ipsa beatitudine rursus diuersitas voluntatum: non quod eam aliquis nolit, sed quod non omnes eam norint. Si enim eam omnes noscerent, non ab alijs putaretur esse in virtute animi, ab alijs in voluptate corporis, ab alijs atque alijs alibi atque alibi. Quo modo ergo omnes amant quod non omnes sciunt? Quis potest amare quod nescit, sicut supra disputauimus? Cur ergo beatitudo amatur ab omnibus, nec tamen scitur ab omnibus? An forte sciunt omnes que ipsa sit, sed non omnes sciunt vbi sit, et inde contentio est? An forte falsum est quod pro vero posuimus, beate viuere omnes homines velle? Si enim beate viuere est, verbi gratia, secundum animi virtutem viuere: quo modo beate viuere vult, qui hoc non vult? Nonne verius dixerimus: Homo ille non vult beate viuere, quia non vult secundum virtutem viuere: quod solum est beate viuere? Non ergo omnes beate viuere volunt, immo pauci hoc volunt: si non est beate viuere, nisi secundum virtutem animi viuere, quod multi nolunt. Ita nec falsum erit, vnde nec ipse Cicero dubitauit. Ait enim: Beati certe omnes esse volunt. Absit vt hoc falsum esse dicamus. Quid ergo? An dicendum est, etiam si nihil aliud sit beate viuere, quam secundum virtutem animi viuere: tamen et qui hoc non vult, beate viuere vult? Nimis quidem hoc videtur absurdum. Tale enim est, ac si dicamus: qui non vult beate viuere, vult beate viuere. Istam repugnantiam quis audiat? quis ferat? et tamen ad hanc contradi necessitas. Si omnes beate viuere velle verum est, et non omnes volunt sic viuere, quo modo solum viuunt beate? An illud ab his angustijs poterit nos eruere, si dicamus nihil esse beate viuere, nisi viuere secundum delectationem suam: et ideo falsum non esse quod omnes beate viuere uelint, quia omnes ita volunt ut quemque delectat? Sed id quidem falsum est. Velle enim quod non deceat, est esse miserimum. Nec tam miserum est non adipisci quod uelis, quam adipisci uelle quod non oporteat. Quis ita cæcus sit, vt dicat aliquem ideo beatum, quia uiuit, ut uult, cum profecto esse miser esset, minus tamen esset, si nihil eorum, que perperam uoluisset, habere potuisset. Mala enim uoluntate uel sola miser quisque efficitur: sed inferior, cum desiderium male uoluntatis impletur. Qua propter quoniam uerum est quod omnes homines esse beati uelint, idque ardentissimo amore appetant, et propter hoc cetera quecumque appetant: nec quisquam potest amare, quod omnino quid uel quale sit nescit, nec potest nescire, quid sit, quod se uelle scit. Sequitur ut omnes beatam uitam sciunt. Omnes autem beati habent quod uolunt, quamuis non omnes qui habent quod uolunt, continuo sint beati. Continuo autem miseri sunt, qui uel non habent quod uolunt, uel id habent quod non recte uolunt. Beatus ergo non est, nisi qui et habet omnia que uult et nihil uult male. Ille quippe beate uiuit, qui uiuit ut uult, nec male aliquid uult. Cum ergo ex his duobus constet beata uita, licet in malis sit aliquis bonus, non tamen nisi finitis omnibus malis est beatus. Cum ergo ex hac uita, qui in his miserijs fidelis et bonus est, uenerit ad beatam uitam, tunc erit uere, quod nunc nullo modo esse potest, ut sic homo uiuat quò modo uult. Non enim ibi uolet male uiuere, aut uolet aliquid quod deerit, aut deerit aliquid quod uoluerit. Quidquid amabitur aderit, nec desiderabitur quod non aderit. Et omne quod ibi erit, bonum erit, et summum Deus summum bonum erit: et quod est omnino beatissimum, ita semper fore certum erit. Beatos autem esse se uelle omnium hominum est. Beatos se esse uelle omnes in corde suo uident, nec tamen omnium est fides, qua ad beatitudinem peruenitur.

Lib. 13. c. 4

Ibid. paulo post.

Cic. in Hortensio.

Ibid. c. 5. in Princ. cap.

In toto canon. 1. c. 20.

An quid de Deo cognoscit aliquis, quod ibi non intelligant omnes.

SOLET etiam quæri: Vtrum aliquid de Deo cognoscit aliquis magis meritis, ut Petrus, quod non cognoscit aliquis minus meritis, ut Linus. Pluribus uidetur quod omnia de Deo ad beatitudinem spectantia omnes communiter electi cognoscant, sed differenter. Nihil enim in Deo noscibile minus dignisq. uidetur, quam eum intelligere trinum et unum. Hoc autem omnes tunc per speciem cognoscent. Vnde sequitur, ut non sit aliquid beatitudini pertinens incognitum aliqui beatorum. Omnes ergo cuncta illa uidebunt, quorum cognitio seruit beatitudini: sed in modo uidendi different. Alius enim alio magis, alius alio minus fulgebit.

1. Cor. 15. c

De paritate gaudij.

SOLET etiam quæri: An in gaudio dispares sint, sicut in claritate cognitionis differunt. De hoc Augustinus ait: Multa mansiones in una domo erunt, scilicet uariæ præmiorum dignitates: sed

In lib. de ciu. Dei. in lib. de uer.

c. 20. sed

tes: sed ubi Deus erit omnia in omnibus, erit etiam in dispari claritate par gaudium, ut quod habebunt singuli, commune sit omnibus: quia etiam gloria capitis omnium erit per vinculum charitatis. Ex his datur intelligi, quod par gaudium omnes habebunt, estis dispari cognitionis claritatem: quia per charitatem qua in singulis erit perfecta, tantum quisque gaudebit de bono alterum, quantum gaudebit si in seipso haberet. Sed si par erit cunctorum gaudium, videtur quod par sit omnium beatitudo: quod constat omnino non esse. Ad quod dici potest, quod beatitudo par esset, si ita esset par gaudium, ut etiam par esset cognitio: sed quia hoc non erit, non faciet paritas gaudij paritatem beatitudinis. Potest etiam accipi par gaudium, ut non referatur paritas ad intensiorem affectionis gaudentium, sed ad universionem rerum de quibus laetabitur: quia de omni re, unde gaudebit unus, gaudebunt omnes.

DIST. XLIX. PARS I.

De statu, et conditione bonorum post iudicium.

Post resurrectionem vero facto univervo impletoq. iudicio, et cet.

Expositio textus.

VPR A egit Magister de iudicio. In hac parte agit de statu post iudicium. Et quoniam duplex est status secundum duplicem civitatem, vnam scilicet Ierusalem, et alteram Babylonis: ideo pars ista duas habet. In prima determinat statum, et conditionem bonorum. In secunda statum, et conditionem damnatorum, infra: Hic oritur questio ex premissis, et cet. Prima pars habet duas. In prima parte determinat beatitudinem, et gloriam a parte spiritus. In secunda vero ex parte corporis, ibi: Post hac quari solet, si beatitudo, et cet. Prima pars habet tres partes. In prima determinat quid sit beatitudo, et quid sit esse beatum. In secunda vero determinat de beatitudinis appetitu, ibi: Solet etiam quari de beatitudine. In tertia vero determinat modum participandi, vtrum equaliter participetur a diuersis, ibi: Solet etiam quari, vtrum aliquid de Deo cognoscatur.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam huius partis queritur de beatitudine: et de hoc sex queruntur. Primo queritur, quid sit beatitudo. Secundo, qualiter sit appetibilis. Tertio, in quo sit. Quarto, secundum quid insit. Quinto de eius actu siue operatione. Sexto de differenti participatione.

QVÆSTIO I.

An distinctio beatitudinis sit bona.

S. Tho. 1. 2. q. 3. art. 1. Et in suppl. 3. p. q. 93. art. 1. Et 4. Sent. dist. 49. q. 1. art. 2. Richard. 4. Sent. dist. 49. q. 3. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 49. q. 3. art. 1. Steph. Brul. 4. Sent. d. 49. q. 1. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 49. q. 1.

FVNDAMENTA.

IRCA quam sic proceditur: et ostenditur quod beatitudo sit bonum creatum: quia beatitudo est perfectio beati: sed omnis perfectio creaturae est creata, quia Deus nullius est forma perfectiua: ergo beatitudo est bonum creatum.

ITEM omne creatum quod non est transcendens, ut ens, et vnum, est alicuius generis determinati: sed beatitudo est bonum creatum, ut probatum est, et non est transcendens, eo quod in paucissimis reperitur: ergo, et cetera.

ITEM quod est generis determinati, et est in aliquo, ita quod sine eo res potest esse, est in genere accidentis: sed beatitudo est huiusmodi: ergo est in genere accidentis.

ITEM omne bonum generis determinati secundum quod homo denominatur qualis, et quod est perfectio ipsius animae, est in prima specie qualitatis, quae est habitus, et dispositio: sed beatitudo est bonum creatum, et generis determinati, ut probatum est, et perficit animam, hoc constat: ergo, et cet.

CONTRA: Quod non sit bonum creatum, videtur: quia beatitudo fatiat nostrum appetitum: sed nihil fatiat animae humanae appetitum nisi sola Trinitas, quia cum sit nata capere Deum, nihil minus Deo ipsam implet: ergo, et cet.

ITEM beatitudo est finis vltimus, vltra quem non est finis alius: sed finis vniuersalis est solum bonum increatum, sicut principium primum: ergo, et cet.

ITEM quod non sit generis determinati, videtur: quia ut dicit Boetius, Beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus: ergo complectitur omne bonum: sed omne bonum in pluribus generibus determinatur, non in vno: ergo, et cet.

ITEM quod non sit in genere accidentis, videtur: quia beatitudo est nobilissima omnium perfectio: sed accidentalis forma minus habet de nobilitate, quam substantialis: ergo impossibile est quod beatitudo sit in genere accidentis.

ITEM quod non sit in qualitate, videtur: quia Philosophus diffinit felicitatem dicens, quod est actus secundum virtutem perfectus: et quod ita sit, patet: quia habitus perficitur per actum: si ergo beatitudo est vltima perfectio, est actus: sed actus est in genere actionis: ergo, et cetera.

CONCLUSIO.

Beatitudo pro obiecto sumpta est bonum increatum, qui est ipse Deus: pro forma vero influente sumpta, est bonum creatum.

RESP. AD ARG. Dicendum quod beatitudo est finis satians nostrum appetitum. Satians autem nostrum appetitum est dupliciter. Vel sicut obiectum, vel sicut informans. Satians nostrum appetitum sicut obiectum, solus Deus est, ad quem capiendum humana anima ordinatur. Satians autem sicut informans, est ipsa influentia Dei in animam, quae est ipsa Dei formitas, et satietas. Et secundum hoc nomen beatitudinis commune est secundum prius, et posterius ad beatitudinem incretam, quae est finis satians, ut obiectum: et ad creatam, quae est satians ut informans: et per prius dicitur de beatitudine increata, per posterius de

rius de creata, quia non satiat influentia obiecti nisi A propter obiectum.

SENTENTIA AUGUSTINI. cui hic respondetur, est in princ. q. 3. infra. 1. 2. ET ex hoc patet primum, quia Boetius, et Augustinus loquuntur de obiecto satiante: similiter de fine, quaterminat intentionem, et de fine, qui informat.

3. AD illud quod obijcitur, quod non est generis determinati, dico quod immo: Quod obijcitur, quod est status continens omnia bona, dico quod complecti omnia bona hoc potest esse dupliciter, vel secundum veritatem, vel secundum aequiualentiam. Secundum veritatem non oportet, quod omnis generis bonum contineat: continet tamen secundum aequiualentiam, quia continet tantum bonum quod sufficit, et aequiualeat, immo praeponderat omni bono: et tale bene potest esse generis determinati.

7. Phys. com. 2. 2. 3.

4. AD illud quod obijcitur, quod nobilior est perfectio substantialis, dicendum quod istud est verum quantum ad primum esse, non tamen quantum ad esse secundum, siue bene esse: immo accidentalis forma est perfectio ipsius compositi quantum ad bene esse, sicut patet de colore, et odore in rosa. Aliter potest dici, quod accidens est duplex. Quoddam namque est quod causatur ex principijs subiecti: et tale ignobilius est substantiali forma, pro eo quod ab ipsa habet originem. Quoddam quod causatur a superiori: et tale potest esse nobilior, pro eo quod dirigit ad eum, cui iungitur. Et quia beatitudo iungit animam summo Deo, ubi est terminatio omnis appetitus, et ortum habet a Deo non ab anima: ideo patet illud.

5. AD illud quod queritur, cuius generis sit, dicendum quod beatitudo creata non dicitur actum pure, quia constat quod actus gloriosus ab aliquo actu procedit. Nec dicitur habitum pure, quia dicitur perfectio summam, quae est in actu continuo: ideo necesse est ut dicat habitum ut actum, siue in actu: sicut si diceret scientiam, quae semper est in considerando: quia vero principalius dicitur habitum, et deiformitatem: ideo est dicat rem duplicis generis, tamen principalius generis qualitatis. Et est exemplum, quia figura dicitur dispositionem qualitatis in quantitate, principalius tamen dispositionem: unde dicitur qualitatem in quantitate, et est in genere qualitatis. Similiter intelligentum est in proposito.

QVÆSTIO II.

An omnes appetant beatitudinem veram.

S. Tho. 1. 2. quaest. 5. art. 8. Et de Verit. q. 22. art. 5. et 6. Et de Malo q. 6. art. 1. Et 1. contra Gent. cap. 88. Richardus 4. Sent. dist. 49. art. 2. q. 1. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 49. q. 3. art. 3. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 49. q. 2. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 49. q. 4.

FVNDAMENTA.

Boet. lib. 3. de consol. prof. 2.

Ethica. 1. c. 1.

VALITER beatitudo sit appetibilis. Et queritur, vtrum omnes appetant beatitudinem veram. Et quod sic, videtur: quia dicit Boetius, quod inserta est mentibus hominum veri boni cupiditas: sed verum bonum est quod nos beatos vere efficit: ergo omnes appetunt beatitudinem veram.

ITEM Philosophus dicit, quod omnia bonum exoptant: aut ergo exoptant bonum quodcumque, aut bonum quod sufficit. Non quodcumque, quia si quodcumque, tunc processus est in infinitum. Constat

ergo quod bonum quod sufficit: sed nullum bonum est sufficiens implere animam humanam nisi beatitudo vera: ergo omnes homines appetunt beatitudinem veram.

ITEM quod homo appetat beatitudinem, aut hoc est naturale, aut deliberationis. Si deliberationis: ergo potest appetere contrarium, scilicet miseriam, cuius contrarium dicit Augustinus in libro de libero arbitrio: ergo appetit appetitu naturali: sed naturalis appetitus est communis omnibus, et perpetuus: ergo si talis est appetitus beatitudinis: patet, et cet.

ITEM vnumquodque perfectibile naturaliter appetit suam perfectionem: sed anima humana nata est perfici beatitudine vera: ergo omnis anima appetit beatitudinem veram.

CONTRA: Inuisa possumus diligere, incognita nequaquam, ut dicit Augustinus: sed multi sunt qui ignorant quid sit, et ubi sit beatitudo vera, quod patet: quia ponit beatitudinem in diuitijs, et honoribus: ergo et beatitudinem veram non appetunt.

ITEM peccatum est spreto bono incommutabili rebus commutabilibus adherere: sed beatitudo est bonum incommutabile: ergo omnis peccator beatitudinem veram spernit: ergo nullus appetit. Si dicas quod spernit appetitu deliberatio, sed appetit naturali, hoc nihil est, quia quod naturale est non assuescit in contrarium: ergo nunquam per assuetudinem spernere poterit.

ITEM beatitudo aut appetitur propter se, aut propter aliud. Si propter aliud: ergo non appetitur ut beatitudo, quia illud facit beatum in quo finis constituitur: appetitur ergo ab omni, a quo appetitur propter se: sed multi sunt qui fruuntur vtendis, et vtuntur fruendis: ergo multi sunt qui veram beatitudinem non appetunt propter se: ergo nec appetunt.

ITEM si appetitur, aut in ratione commodi, aut in ratione honesti. Si in ratione commodi, cum appetitus commodi sit in animalibus brutis: ergo et beatitudinis. Si in ratione honesti, cum amor honesti non sit in malis: ergo non appetitur ab ipsis malis.

CONCLUSIO.

Omnes homines appetunt naturaliter beatitudinem veram, qui sunt capaces boni sufficientissimi.

RESP. AD ARG. Dicendum quod duo sunt quae faciunt appetitum, scilicet conuenientia, et indigentia: quoniam igitur anima rationalis creata est ad Dei imaginem, et similitudinem, et facta est capax boni sufficientissimi, et ipsa sibi non sufficit, eum sit vana, et deficiens. Ideo dico quod veram beatitudinem appetit naturaliter.

1. 2. 3. AD illud ergo quod obijcitur in contrarium, quod multi ignorant veram beatitudinem, respondet aliqui, quod ante appetitum deliberatum oportet cognitionem praecedere: sed non appetitum naturale. Sed hoc nihil est, quia sicut in nobis est duplex amor, naturalis, et deliberatiuus, sic similiter et duplex cognitio: ergo sicut deliberatiua cognitio deliberatiuum amorem praecedit, sic naturalis naturalem. Et propterea dicendum quod sicut duplex est instinctus ad bonum, scilicet in generali, et in speciali: sic et duplex appetitus. Et dictamen boni in generali venit a cognitione naturali: et quantum ad hoc non est error: sed dictamen in speciali illius, vel illius non est omnino ab habitu naturali, sed per assumptionem factam a ratione deliberante: et circa hoc est error. Similiter et de appetitu intelligendum. Omnes ergo habent appetitum beatitudinis vere in generali, et habent cognitionem in generali. Omnes enim credunt quod beatitudo sit bonum quod sufficit, et omnes istud appetunt. In speciali vero quando assumit, hoc sufficit, scilicet honor,

ADOPPOSITVM.

August. lib. 20. de Trinit. c. 1. et 2. 10. 3.

honor, vel pecunia: errat cognitio, et declinat affectio. Et est simile de eo, qui vult emere aurum, et credit hoc frustum orichalchi esse aurum, et frustum auri credit esse orichalcum. Si quæras ab eo in generali, quid velit emere, respondet: aurum. Si quæras, quod frustum vult emere: respondebit, quod hoc, demonstrato orichalcho. Similiter si ab avaro quæras, vtrum appetat beatitudinem veram, et velit habere: respondebit quod sic: Si quæras quid velit, vtrum paradysum, vel denarium, respondebit: denarium. Et huius ratio est, quia hic credit sufficientiam, ibi non. Si quæras, quo modo cognouit in generali: dico quod innata est illa cognitio. Si quæras per quid: dico quod sufficientiam cognoscit per indigentiam. Si opponas quod priuatio non est via cognoscendi habitum, dicendum quod est quædam indigentia omnino priuans: quæ dâ disponens, et inclinans: et hæc est ratio cognoscendi. Vnde si materia necessario haberet potetiam cognoscendi: cognosceret vtique formam, ad quam inclinatur, et disponitur: sic anima sufficientiam per suam indigentiam. Posset tamen dici quod cognitio beatitudinis, et multarum rerum naturalium, vtputa numeri naturalis, nobis innata est: Et si anima creata dicitur esse vt tabula rasa: Hoc intelligitur solum quantum ad species, et similitudines, quas acquirit per sensus. Vel dicatur tertio modo sicut in primo Libro dictum est de charitate, quo modo cognouerit eam, qui non habet: et tamen sine receptione speciei a sensibus. Quilibet istorum modorum multum est probabilis. Alia duo patent.

4. AD vltimum, dicendum quod beatitudo appetitur sub ratione commodi: sed illud commodum est proprium naturæ rationalis, quia hæc sola est capax Dei per cognitionem, et amorem. Vnde etsi animalia appetant commodum, illud appetunt ad quod sunt.

QVÆSTIO III.

An homo sit beatitudinis subiectum.

Richardus 4. Sent. dist. 40. q. 7. et 8.
Steph. Brul. 4. Sent. dist. 40. q. 3.
Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 40. q. 2.

AD OPPOSITIVM.
Lib. 19. c. 3.

DE beatitudinis subiecto. Et quæritur, vtrum homo sit subiectum beatitudinis secundum animam, an totum coniunctum. Et quod totum coniunctum videtur. Augustinus in libro de ciuitate Dei: Summum bonum, a quo homo beatus efficitur ex vtriusque rei bonis constat, anima scilicet, et corporis.

2. ITEM Augustinus de spiritu, et anima dicit, quod Deus factus est homo vt totum hominem beatificaret, exterius per humanitatem, interius per diuinitatem.
3. ITEM Anselmus diffiniens beatitudinem dicit, quod est sufficientia omnium bonorum, et bona illa diuidit in bona animæ, et corporis.
4. ITEM ratione videtur: quia præmium respondet merito: sed meritum est totius coniuncti, quia anima exuta non meretur: ergo non beatitudinem sine præmium.

5. ITEM beatitudo opponitur miseriæ: sed miseria est non tantum animæ: sed etiam est totius coniuncti, maxime ratione corporis: ergo, et cetera.

6. ITEM si beatitudo omnino respiceret animam, vt subiectum: ergo non necesse esset corpus resurgere: sed necesse est corpus resurgere: quod Augustinus dicit illud secundum opinionem Tullij.

CONTRA: Super illud Psalms, Beata gens, cui

ius Dominus Deus, et cetera, Glossa: Beatitudo hominis tantum in anima est, quia anima hominis tantum capax est, valens frui illa.

ITEM ratione videtur: quia beatitudo consistit in Deo, quia ipse est finis vltimus, in quo standum est: sed solus spiritus ad Deum videndum, et amandum conuertitur: ergo beatitudo est in solo spiritu.

ITEM beatitudo gloriæ responderet gratiæ: sed gratia cum sit qualitas spiritalis, est in homine ratione solius animæ: ergo et beatitudo: quia quantum se extendit dispositio ad formam, tantum se extendit forma.

ITEM si aliqua passio inest aliquibus subiectis, inest secundum aliquid commune: sed beatitudo inest angelo, et homini: ergo inest secundum aliquid commune angelo et homini: sed non est aliquid commune angelo, et homini, nisi spiritus, et potentia spiritalis: ergo beatitudo est tantum in potentia spiritali.

ITEM si aliqua duo communicant in aliqua natura, et non possunt conuenire in eo quod superadditum est naturæ, illud superadditum non inest secundum naturam, in quam communicant: sed homo communicat cum brutis in corpore, et in potentijs sentiendi, et non potest communicare in beatitudine: ergo beatitudo non inest secundum corpus.

CONCLUSIO.

Beatitudo est in sola anima vt in subiecto per inherentiã, in corpore vero pro redundantiam.

RESP. AD ARG. Ad hoc dixerunt aliqui, quod beatitudo dicitur dupliciter, proprie, et communiter. Proprie est gaudium de participatione Dei perfectæ per cognitionem, et amorem. Communiter vero dicitur omnis remuneratio excludens omnem miseriã.

Primo modo comprehendit præmium substantiale tantum, secundo modo accidentale. Primo modo est tantum in anima, secundo modo est in anima, et corpore, et toto coniuncto. Et per hoc soluuntur rationes ad partes oppositas. Sed ista solutio non videtur conueniens, quoniam sicut dicit Augustinus: Beate viuere est bonis veris, certisq. congaudere: sed et dolor sicut dicit, est ipsius animæ: ergo et gaudium beatitudinis est in anima sicut in subiecto, siue sit de bono in creato, quod est Deus, siue de bonis corporis. Ideo dicunt alij aliter, quod gaudium etiam accidentale, et beatitudo accidentalis est in anima sicut in subiecto. Sed huius gaudij materia est in corpore: quia gaudet anima de bonis corporis: et ideo beatitudo non est in corpore sicut in subiecto, sed sicut in materia, et obiecto, non principali tamen. Sed istud non sufficit dicere, quia similiter materia gaudij est in omnibus creaturis remanentibus post iudicium: ergo non magis diceretur secundum hoc corpus nostrum beatificari, quàm aliæ creaturæ: quod non est conueniens dicere. Si tu dicas quod magis propter hoc quod habet conditiones nobiliores: Hoc non valet, quia similiter corpus solis easdem conditiones, quas corpus nostrum habebit. Et ideo dicendum aliter, quod beatitudo cum sit gaudium de bonis, est in aliquo sicut in subiecto primo per inherentiã: et sic dico quod est in sola anima. Et est in aliquo sicut in coniuncto per quandam redundantiam: et sic, quia corpus est coniunctum animæ, gaudium redundat in corpus. Concedendæ igitur sunt rationes probantes quod beatitudo non sit in corpore tamquam in subiecto primo, sed tamen est ibi propter coniunctionem per quandam redundantiam, et participationem.

ITEM ad illud ergo, quod obijcitur, quod ex vtriusque bonis constat beatitudo, dicendum quod Augustinus dicit illud secundum opinionem Tullij.

2. AD

CONCLUSIO.

Beatitudo est in anima primo secundum potentiam in quantum ipsam tenet rationem substantia, veluti etiam gratia.

RESP. AD ARG. Dicendum quod opinio quorundam est sicut de gratia, ita de gloria, quod sicut differt gratia et virtus: ita beatitudo, et dos. Et sicut gratia respicit animæ substantiam, et ideo est vna: virtus vero potentiam, et ideo plures: sic et gloria quæ animæ substantiam respicit: ideo est vna, sed doses potentias: ideo plures. Et exemplum naturale est in anima humana perficiente corpus, quæ in quantum viuificans respicit complexionem, quæ est vna in toto corpore: in quantum motor respicit organa diuersa. Sed credo hoc esse magis per appropriationem, quàm proprietatem, et veritatem. Corpus enim numquam dispositum est ad vitam, qualemcumque habeat complexionem, nisi etiam habeat organizationem: vnde nec influentia vitæ, nec motus est ab anima in corpus nisi naturaliter præexistat dispositio organizationis. Similiter credo in gratia, et gloria, quod anima non est capax gratiæ nec gloriæ, nisi per mentem. Vnde credo quod tam gratia, quàm gloria primo est in potentia. Sed esse aliquid in potentia hoc est dupliciter. Aut secundum dispositionem, et habilitationem eius ad actum proprium: quia sic potentia distinguntur: et quod sic est in potentia multiplicatur, et est in potentia secundum rationem potentia. Aliquid vero est in potentia secundum conformationem ipsius ad aliquod vnum, et vnionem ad illud: et quod sic est in potentia non multiplicatur in potentijs, immo esse in potentia dicitur secundum quod habet rationem substantia: et sic gratia, et gloria, quarum vnaquæque est deiformitas, et conformitas ad Deum. Et quia vni, et eidem conformatur, et reformatur ipsa anima: ideo vna est gratia, et gloria in pluribus potentijs, sicut vna anima in pluribus organo, et vna sanitas in pluribus membris: et hoc clarius in Secundo disputatum est in distin. 26. de gratia.

1. AD illud quod obijcitur, quod prius est viuificari animam quàm potentias, dicendum quod verum est de vita, quæ est actus primus: sed non de vita, quæ est actus secundus.
2. AD aliud iam patet responsio, quia non est gloria in potentijs secundum quod distinguuntur, sed secundum quod vnionem in ratione vnus imaginis, per quam capacitatem sunt vnus deiformitatis.
3. AD illud quod obijcitur, quod Deus est intimus animæ: ergo procedit ab intimo, dicitur quod influentia ista ab intimo procedit: sed non procedit secundum quod intimum conseruans in esse naturæ, sed secundum quod obiectum consummans in esse gloriæ: et ideo secundum hanc viam magis est intimus, et immediatus potentia quàm essentia: vnde non sequitur, quod si diuina essentia est intima, quod qualibet eius influentia sit intima.

QVÆSTIO IV.

An beatitudo sit in anima secundum substantiam, vel secundum potentiam.

Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 40. q. 4.
Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 40. q. 3.

AD OPPOSITIVM.

SECUNDVM quid inest beatitudo. Vtrum sit in anima primo secundum substantiam, an secundum potentiam. Et quod secundum substantiam, videtur: quia beatitudo est vita: vnde Augustinus vult quod esse beatum est viuere in Deo, et Deo: sed prius naturaliter viuunt anima, quàm potentia: ergo prius viuificatur a Deo.

2. ITEM beatitudo in anima est vna: sed potentia sunt plures: sed multiplicato subiecto primo necesse est multiplicari perfectionem: ergo, et cetera.

3. ITEM Deus est intimus ipsi animæ: ergo cum beatitudo sit in anima per influentiam a Deo, illa influentia procedit ab intimo: sed substantia rei creatæ interior est prior, quàm potentia: ergo beatitudo prius influit in substantiam.

FVNDAMENTA.

CONTRA: Beatitudo inest animæ secundum quod capax est Dei, et particeps esse potest: sed capax est secundum imaginem, et imago secundum mentem, et mens est oculus, et potentia animæ: ergo beatitudo inest primo animæ secundum potentiam.

ITEM beatitudo inest animæ secundum modum specialem vnionis Dei, et animæ: sed modus specialis non est nisi per cognitionem perfectam, et amorem: et hæc est per potentias: ergo, et cetera.

ITEM beatitudo est habitus secundus, et perfectio secunda: sed omnis secundus habitus, et perfectio secunda inest secundum aliam potentia recipienti, quæ differt a substantia: ergo beatitudo non inest animæ per substantiam immediate.

ITEM si immediate et primo per substantiam: ergo abstractis potentijs poterit intelligi anima gloriosa: ergo abstracto, vel esto quod Deum non videat, nec amet, erit gloriosa: quod stultum est dicere contra Sanctos.

QVÆSTIO V.

An actus beatificus inest homini secundum omnes potentias.

Steph. Brul. 4. Sent. dist. 40. q. 5.
Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 40. q. 5.

DE actu gloriæ siue operatione, cui inest: et ostenditur quod actus eius sit omnium potentiarum, quia gloria est perfectio plena, et vltima. Quoniam plena: ideo perficit totam.

totam animam: ergo omnem eius spiritualem potentiam. Quia vltima, vltra quam non est alia, cum vltimata perfectio sit coniuncta actui, quia actus perficit habitum: ergo omnes potentiae ponuntur in actu.

ITEM gloria totum perficit quod gratia disponebat: sed gratia disponit, et perficit actus animae, non tantum qui sunt in Deum, sed etiam qui sunt in bonum creatum per virtutes Cardinales: ergo gloriosi actus non tantum erunt in Deum, sed etiam in creaturam.

ITEM hoc ostenditur, quia virtutes Cardinales manebunt in patria in statu perfecto: ergo in actu: sed actus eorum est in his quae sunt ad finem, et penes eas consistit actus gloriae: quia sicut earum actus nunc sunt gratuiti, ita tunc erunt gloriosi: ergo, et cetera.

ITEM quaeritur, vtrum sit ibi actus perficiens memoriam. Et quod sic, videtur per rationem: quia si gloria reformatur imaginem, et imago attenditur quantum ad memoriam, et intelligentiam, et voluntatem: ergo oportet quod memoria sit in actu.

ITEM hoc ipsum dicit Bernardus: Deus futurus est intellectui plenitudo lucis, voluntati multitudo pacis, memoriae continuatio aternitatis.

ITEM ostenditur quod sit ibi actus irascibilis, quia quod est perfectibile virtute, est perfectibile gloria: sed irascibilis perficitur spe: ergo, et cetera.

1. Cor. 13. g. 2. de Doct. Chr. c. 38. 20. 3.

AD OPPOSITIVM.

ITEM super illud: Nunc autem manent, et cetera. Ambrosius dicit, quod spei succedet beatitudo, et Augustinus similiter hoc dicit de doctrina Christiana: ergo, et cetera.

SED CONTRA: Quod non sit actus gloriae secundum omnes potentias, videtur. Super illud Psalmi: Ostendam illi salutem meam, Glossa dicit, quod visio est tota merces: ergo tota ratio beatitudinis consistit in actu intelligentiae. Si dicas quod hoc dictum est per quandam concomitantiam, eadem ratione debet dici quod fides est totum meritum.

Lib. 2. c. 3. 20. 1.

Lib. ult. ca. ult. ad fin.

ITEM quaeritur quare magis dicit de vniione, quam de dilectione.

ITEM Augustinus de Moribus Ecclesiae: Beatus est qui amat optimum: et cum amat, optimum quod amat: ergo videtur quod tantum sit in actu motiuus.

ITEM Augustinus de Ciuitate Dei: Videbimus, amabimus, laudabimus: isti sunt actus gloriae: quod si sufficienter eos numerat Augustinus, et hic est nullus actus memoriae, nec potentiae irascibilis: patet, et cetera.

ITEM dotes distinguuntur penes actus gloriae: sed duae assignantur penes actum rationalis, et concupiscibilis, scilicet visio, et dilectio: ergo si distinguuntur alique penes actus memoriae, et irascibilis, tunc erunt quattuor dotes, quod est contra omnium opinionem: non enim ponuntur nisi tres.

Pf. 136. a

ITEM opponitur, quod si ponantur actus gloriae secundum omnes virtutes, quod tunc erunt septem: quaeritur ergo quare actus gloriosi appellantur dotes, et quare tantum tres sint, et penes quid accipiantur, et distinguantur: et cum laus sit actus maxime gloriosus, secundum quod dicitur super illud Psalmi: Laudate Dominum quoniam bonus est Psalmus: propter quid non est dos.

CONCLUSIO.

Actus beatificus inest homini secundum tres potentias, videlicet rationalem, concupiscibilem, et irascibilem, euacuatis imperfectis.

RESP. AD ARG. Ad intelligentiam obiectorum notandum, quod actus gloriosi non tantum sunt in Deum, vt in obiectum, sed etiam in bona creatura: gaudebit enim homo, et diligit proximum. Sed quia substantialia praemium beatitudinis in Deo consistit: ideo actus gloriae principales sunt, secundum quos anima conuertitur in Deum. Et secundum hos actus dotes assignantur, quia se-

Acundum hos anima vnitur Deo tamquam sponsa sponso: et in his datur, et repletur, non solum vigoratur. Et ideo dicuntur dotes quasi diuitiae animae desponsatae.

Opi. aliorum

Hos autem actus quidam dicunt esse tres: quia tria requiruntur ad hoc quod anima perfecte gaudeat de Deo, scilicet perfecta visio, perfecta dilectio, et perfecta ipsius fruitio: Et fruitio non dicitur inesse secundum aliam potentiam, quam rationalem, et concupiscibilem. Nam irascibilis non habet ibi actum in Deum: habet tamen aliquem actum, scilicet gloriari per virtutes, quae manent in ipsa: manet enim amor, et fortitudo. Sed ista positio dupliciter videtur incompetentis. Primo modo quidem, quia tunc tertia dos non differet a prima, et secunda, nisi secundum rationem: et hoc fultum est dicere. Alia via videtur inconueniens, scilicet quod irascibilis non habeat in gloria actum tendentem in Deum, cum in via habeat spem, per cuius actum tendit in Deum. Et ideo aliter dicendum quod omnes vires, quae habent per gratiam actum in Deum, habebunt per gloriam actus perfectos euacuatis imperfectis. Vnde rationalis, cuius est modo credere per fidem, tunc videbit aperte. Concupiscibilis, cuius est amare, diligit tunc perfecte. Irascibilis cuius est erigi, et inniti per spem, tunc tenebit continue et certe. Vnde secundum hos tres actus distinguuntur tres dotes, scilicet visio, dilectio, et comprehensio, siue tensio, siue fruitio per appropriationem. Nam fruitio ista tria complectitur.

Improbatur.

Determinatio Doct.

Ad illud quod obijcitur, quod actus gloriae sunt plures, quia secundum omnes virtutes, patet responsio quia est secundum omnes virtutes sint, non tamen secundum omnes actus dotes accipiuntur, sed secundum eos, qui tendunt immediate in Deum.

Ad illud quod obijcitur, quod visio est tota merces, et huiusmodi, dicendum quod isti tres actus sunt omnino coniuncti, et connexi: vnde qui perfecte videt, perfecte amat, et habet: et ideo in Sanctorum verbis per connexionem, quod est omnium, attribuitur vni: magis autem visioni attribuitur propter hoc quod in visione distinguitur status patriae a statu viae: non sic in dilectione, quia vtrouique est dilectio: sed in patria est visio, non in via, sed credulitas de non visio.

Ad illud quod obijcitur, quare non vnus actus penes memoriam, dicendum quod memoria non reformatur primo, sed ex consequenti per reformationem irascibilis: ipsa enim minime subiacet libero arbitrio: et ideo actus eius reformatur per reformationem irascibilis in reformatione gratiae: sic et in perfectione gloriae. Et ratio huius est, quia quodam modo conueniunt in actu. Vtriusque enim est continue teneri.

Ad illud quod vltimo obijcitur de laude, dicitur quod aut intelligitur de laude vocali: et sic non est actus principalis, nec debet esse dos. Aut de laude mentali: et ita comprehendit actus trium potentiarum interiorum: ideo non est distinguenda ab alijs, immo dicitur tota merces.

Resp. ad 1. profund.

QUESTIO VI.

An omnes habeant aequalem beatitudinem.

F

Richardus 4. Sent. dist. 49. art. 2. q. 8. Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 49. q. 6. Petrus de Tarrant. 4. Sent. dist. 49. q. 6.



De differenti participatione beatitudinis. Et quaeritur, vtrum omnes habeant aequalem beatitudinem, et quod sic, videtur ex textu, vbi dicitur quod omnes acceperunt singulos denarios, et quod Dominus tantum dedit nouissimo, quantum

Mat. 20. b

1. Cor. 15. e. quantum primo. Et Glossa dicit super illud: Stella differt a stella. Eundem denarium paterfamilias dedit omnibus, qui operati sunt in vinea: quo vtrique non aliquid significatur, quam id quod omnes communiter habebunt: sed illud non est nisi beatitudo: ergo, et cetera.

ITEM ratione videtur, quia beatitudo consistit in Deo, qui est bonum summum infinitum, et omnino inuariabile, non recipiens magis, et minus: ergo nec beatitudo recipit magis, et minus. Si dicas quod consistit in Dei participatione quae magis, et minus recipit.

CONTRA: Vnusquisque tantum participabit Deum in gloria, quod non volet, nec poterit plus participare: ergo vnusquisque in summo: sed quod summum est, est in termino: et quod est in termino non recipit magis, et minus: ergo, et cetera.

ITEM tantum diligit vnusquisque homo proximum sicut seipsum: ergo tantum gaudebit Linus de gloria Petri, et tantum volet eam Petro quantum sibi: et si hoc, tantum gaudebit de gloria Petri, quantum si eam haberet: sed si haberet, tantum gaudeat, quantum Petrus gaudet: ergo, et cetera.

CONTRA: In domo patris mei mansiones multae sunt. Augustinus: Multae mansiones in vna vita erunt, quia variae praemiorum dignitates.

ITEM Apostolus: Stella differt a stella in claritate. Si ergo claritas cognitionis generat gaudium, et delectationem, et differens est: ergo differens erit gaudium.

ITEM ratione videtur, quia praemium respondet merito: sed constat aliquos esse maioris meriti: ergo et praemij.

ITEM per Augustinum: Si omnia essent aequalia, omnia non essent omnia: ergo ordo facit ad perfectionem: sed superna ciuitas est perfectissima: ergo, et cetera.

FVNDAMENTA. Ioan. 14. a In Ioan. 17. 67. 10. 9. 1. Cor. 15. e

CONCLUSIO. Beatitudo obiectiua vna erit omnium, formalis vero vna vniuersitate conformitatis, et connexionis, differens vero in quantitate gaudij.

RESP. AD ARG. Dicendum quod diuersitas, et distinctio est in praemij secundum maius et minus, sicut fuit in meritis. Ad intelligentiam autem obiectorum notandum, quod sicut beatitudo, vt dictum est supra, dicitur dupliciter, vel fatians effectiue, sicut obiectum: vel fatians informatiue, sicut perfectio: sic et praemium, siue donum. Nam si dicitur sicut obiectum, omnino vna est merces, vnus Deus, vna beatitudo, vnum praemium. Si autem formaliter, sic dicitur beatitudo vna vniuersitate conformitatis, vna vniuersitate connexionis: sed tamen differens est quantitate gaudij, et remunerationis. Vnus enim alio clarius videt Deum, et magis de illo gaudet, et strictius tenet.

Explicatio.

Ad illud quod obijcitur, quod quilibet participat Deum in summo, dicendum quod est summum simpliciter, et summum huic. Nullus participat Deum in summo simpliciter, sed in summo sibi: quilibet enim tantum participat, non quin possit participari plus, sed non plus ab ipso, quia non potest vltra proficere, et contentus est omnino eo statu, quem habet.

Ad illud quod obijcitur, quod tantum gaudeat de bono proximi, quantum de suo, dicendum, quod verum est: vnde Petrus plus gaudet de bono Lini, quam ipse Linus: sed ex hoc non sequitur quod tantum gaudeat, quantum si haberet illud, quia si haberet illud bonum, haberet maiorem charitatem, et potestatem intensius gaudendi. His visis satis patent ea, quae possent dici circa litteram.

Ad illud quod obijcitur, quod quilibet participat Deum in summo, dicendum quod est summum simpliciter, et summum huic. Nullus participat Deum in summo simpliciter, sed in summo sibi: quilibet enim tantum participat, non quin possit participari plus, sed non plus ab ipso, quia non potest vltra proficere, et contentus est omnino eo statu, quem habet.

Ad illud quod obijcitur, quod tantum gaudeat de bono proximi, quantum de suo, dicendum, quod verum est: vnde Petrus plus gaudet de bono Lini, quam ipse Linus: sed ex hoc non sequitur quod tantum gaudeat, quantum si haberet illud, quia si haberet illud bonum, haberet maiorem charitatem, et potestatem intensius gaudendi. His visis satis patent ea, quae possent dici circa litteram.

DISTINCT. XLIX. PARS II.

AN MAIOR SIT BEATITVDO SANCTORVM POST IVDICIUM.

OST hac queri solet: An beatitudo sanctorum maior sit futura post iudicium quam interim. Sine omni scrupulo credendum est eos habituros maiorem gloriam post iudicium, quam ante: quia et maius erit gaudium eorum, vt supra testatus est Augustinus, et amplior erit eorum cognitio. Vnde Hieronymus: Peracto iudicio ampliores gloriam suae claritatis Deus demonstrabit electis. Si quem mouet quid opus sit spiritibus defunctorum corpora sua in resurrectione recipere, si eis potest sine corporibus summa beatitudo praeberi: difficilis questio est, nec potest a nobis perfecte diffiniri. Sed tamen dubium non est, et raptam a carnis sensibus hominis mentem, et post mortem ipsa carne deposita non sic videre posse incommutabilem substantiam, id est, Deum, sicut sancti angeli vident, siue alia latentiore causa, siue ideo quia inest ei naturalis quidam appetitus corpus administrandi, qua retardatus quodam modo, ne tota intentione pergat in illud summum celum, donec ille appetitus conquiescat. Porro si tale sit corpus, cuius sit difficilis et grauis administratio, sicut haec caro, qua corrumpitur: multo magis auertitur mens ab illa visione summi caeli. Proinde cum hoc corpus iam non animale, sed spirituale receperit, aequata Angelis habebit perfectum naturae suae modum, obediens et imperans, viuificata, et viuificans, tam ineffabili facilitate, vt sit ei gloria, quod fuit sarcina.

Super Osee 6. super illud: Viuifica nos post tres dies. Super Gen. ad lib. 21. cap. 35.

1. Cor. 15. f

DIST. XLIX. PARS II.

Determinat beatitudinem, et gloriam ex parte corporis.

Post hæc queri solet, si beatitudo Sanctorum, et cet.

Expõsitio textus.

Diuisio.

VPRA egit Magister de gloria spiritus, in qua consistit prima stola. Hic agit de gloria corporis, in qua consistit stola secunda. Diuiditur autem hæc pars in tres partes secundum tria, quæ determinat. Primo enim determinat, quod in resurrectione corporum erit gloriæ augmentum. Secundo vero determinat modum, per quem gloria spiritus augetur, ibi: si quem mouet quid opus sit. Tertio determinat, quale corpus reddetur animæ beatæ, scilicet spirituale, non animale: et hoc facit, ibi: Proinde cum hoc corpus iam non animale.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam huius partis queritur de gloria corporis. Et circa hoc duo principaliter queruntur. Primo queritur de gloria corporis in generali. Secundo in speciali: Circa primum queruntur principaliter tria. Primo queritur de corporis glorificatione. Secundo de dotium distinctione. Tertio de sensuum remuneratione. Circa primum queruntur duo. Primo queritur, vtrum gloria corporis sit de substantia beatitudinis. Secundo queritur de origine beatitudinis corporis, siue gloriæ.

QVÆSTIO I.

An gloria corporis sit de beatitudinis substantia.

Richardus 4. Sent. d. 49. ar. 3. q. 6. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 49. q. 8.

FVNDAMENTA.

IRCA quam proceditur sic, et ostenditur quod gloria corporis sit de beatitudinis substantia, siue augmentet gloriam animæ. Primo per auctoritatem Magistri in littera: Sine scrupulo, inquit, credendum est eos habituros maiorem gloriam post iudicium, quam ante, quia maius erit gaudium, et amplior cognitio: sed ista respicit essentiam beatitudinis: ergo, et cetera.

ITEM Bernardus de diligendo Deo: Anima exuta, tamen corpori est coniuncta: et si non vita, vel sensu, tamen affectu, et sine eo nec possit, nec valeat consummari.

ITEM per Augustinũ super Genesim, de anima exuta dicentem: Inest ei quidam naturalis appetitus administrandi corpus, a quo retardatur, ne tota intentione feratur in illud summum cælum: ergo si quantitas præmij substantialis consistit in adherentiâ, et fruitione illius summi cæli: patet, et cetera.

ITEM perfecta beatitudo est quies omnium desideriorum: si ergo animâ appetit naturaliter corpori vniri, et iste appetitus cum sit naturalis non possit terminari nisi per vnionem, impossibile est animam perfecte beatificari quousque resumat corpus.

CONTRA: Anima gaudet nunc de Deo, post iudicium vero non tatum gaudebit de Deo, sed etiam de bonis corporis: sed Deus est bonum infinitum, bonum corporis est bonum finitum: sed finitum ad-

ditum super infinitum, nihil auget: ergo bonum corporis non auget præmium: ergo, et cetera.

ITEM tanta gratia est in anima exuta, quantæ gratiæ capax est corpori coniuncta: ergo similiter videtur de gloria.

ITEM cum Deus se offerat modo animæ in aperta visione sicut post iudicium, quare non est ita modo perfecta gloria sicut post iudicium? Si dicas quod propter appetitum administrandi, vel regendi corpus. Contra: Bernardus de diligendo Deo de beatissimis animabus dicit, quod ita inebriantur Deo, vt obliuiscantur sui: ergo si sui obliuiscuntur, multo magis corporis.

ITEM maiores motus absorbet minores: ergo cum motus amoris in Deum inproportionabiliter sit maior quam in corpus: ergo totaliter absorbet illud.

ITEM appetitus administrandi corpus impedit: ergo multo fortius administratio: si enim amor alicuius potest retrahere a Deo cum est absens, multo fortius cum est præsens.

ITEM corpus numquam fiet spiritus, quamuis fiat spirituale: ergo liberior est spiritus a corpore absolutus, quam alligatus: ergo melius dispositus ad suscipiendam beatitudinem perfectam.

Ber. de dilig. Deo ca. 7. in initio.

CONCLUSIO.

Glorificatio corporis non facit ad beatitudinis substantiam, sed facit ad augmentum gaudij extensiuæ, et etiam intensiuæ remouendo impedimentum.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod beatitudo dicitur gaudium per essentiam: gaudium autem potest dici maius quadrupliciter. Aut quia de maiori obiecto, aut quia ex maiori habitu, aut quia de pluribus, aut quia ex eodẽ habitu intensius. Primo modo maius gaudium, quia de maiori non reperitur nec respectu eiusdem, nec respectu diuersorum, quia quilibet gaudet de bono infinito. Secundo modo maius inuenitur respectu diuersorum, quia maiori habitu gaudet Petrus, quam Linus: sed non reperitur respectu eiusdem quantum ad diuersa tempora, quia non habebit maiorem habitum Petrus post iudicium, quam habet nunc. Tertio modo maius, quia latius, et de pluribus reperitur in eodem secundum diuersa tempora, quia Petrus de pluribus gaudebit post iudicium, quam nunc: quia de gloria animæ, et corporis, et de gloria omnium saluatorum. Sed non est maius hoc modo respectu diuersorum, quia de tot, et eisdem gaudebit vnus sanctus paruus, sicut et maximus sanctus. Quarto modo maius, quia intensius reperitur et respectu eiusdem, et respectu diuersorum: respectu diuersorum, quia vnus intensius mouetur, quam alter: respectu eiusdem, quia ex eodem habitu intensius mouebitur anima resumpto corpore, quia nullum habebit retardans. Concedendum est igitur, quod glorificatio corporis facit ad maius gaudium quantum ad extensionem. Facit etiam quantum ad intensiorem non augendo habitum: sed remouendo impedimentum. Vnde non facit ad augmentum præmij essentialiter principaliter, sed ex consequenti: et concedendæ sunt rationes ad hoc.

1. AD illud quod obijcitur in contrariũ, quod non gaudet de maiori, dicendum quod ratio tenet bene: sed quantum ad hoc non dicitur maior, sed de eodem intensius. Similiter quod secundo obijcit de gratia, patet: quoniam ipsa gratia dicit habitum, et idem etiam habitus gloriæ est in anima exuta, et postquam est vnita: sed per illum non ita intense mouetur, et hoc retardante appetitu.

2. AD illud quod obijcitur, quod obliuiscitur sui, dicendum quod hoc nõ intelligitur, quin amet se, sed quod omnis amor priuatus, qui nõ refertur in Deum, ab anima auferetur: et certe anima nõ appetit corpora amore.

amore priuato, sed ad gloriam Dei. Vel dicendum quod Bernardus loquitur de beatis post resurrectionem secundæ stolæ.

AD illud quod obijcitur, quod maiores motus absorbet minores, dicendum quod verum est quod absorbet, sed non ita vt non sint, sed vt non ita intense appareant: sunt tamen, et apparent aliquo modo: et ideo quamuis parum, tamen aliquo modo minuant motus minores ipsos maiores, licet vincantur.

AD illud quod obijcitur, quod si appetitus impedit, magis præsentia, dicendum quod appetitus duo dicit, scilicet amorem alicuius rei, et carentiam illius. Quando igitur impedit, aut ratione amoris, aut carentiæ. Si ratione amoris, tunc magis impedit res præsens. Si ratione carentiæ, tunc non impedit, cum carentia per præsentiam remouetur.

AD illud quod obijcitur, quod spiritus absolutus est liberior, dicendum quod est spiritus a corpore absolutus substantia, et affectu, et iste est liberior. Et est spiritus alligatus affectu, et solutus substantia: et iste non est liber, quia aliquid vult quod non habet. Et est spiritus alligatus substantia, et affectu, et tunc aut corpus est inobediens, et talis non est liber, quia non potest habere quod vult: aut per omnia obediens, et talis est liber libertate sibi conueniente, quia nihil vult habere, nisi quod potest: et ideo habet omne quod vult.

QVÆSTIO II.

An gloria corporis sit a gloria animæ.

Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 49. q. 9. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 49. q. 10.

AD OPPOSITVM.

ORIGINE beatitudinis, siue gloriæ corporis, vtrum sit a gloria animæ originaliter. Et quod sic, videtur. Dionysius ad Dioscorum: Beatitudo non est corporum, sed ab animabus redundat in corpora.

ITEM gloria inest corpori per resurrectionem, et resurrectio per vnionem animæ: ergo ab anima inest corpori gloria.

ITEM specialius videtur quo ad impassibilitatem, quia vt dicit Philosophus, egrediente anima expirat, et marcescit corpus: ergo quod sit incorruptibile, hoc non habet ab anima. Si dicas quod loquitur secundum statum istum, hoc non soluit: quia sicut anima nunc continet corpus, ita et tunc. Vnde Augustinus de vera Religione: Corpus non habebit stabilitatem nisi per animam: et hæc per Deum.

ITEM de spiritualitate videtur: quia super illud: Nouissimus Adam in spiritum viuificantem, dicit Glossa: quia sicut spiritus perfecte adhæret Deo, sic viuificat, vt corpus spirituale efficiat: ergo manifestum, et cetera.

CONTRA: Quandocumque aliquid est alicuius origo per redundantiam, similitudo est vtrouique, et vniuocatio: sed claritas corporis, et spiritus sunt claritates æquiuocæ: ergo hæc non redundat in illam.

ITEM omne quod est ab alio per redundantiam, illo separato iam non inest: ergo si anima separaretur a corpore, corpus fieret obscurum, quod videtur inconueniens dicere.

ITEM quod habet totaliter esse per redundantiam ab aliquo, illi coniunctum participat proprietates illas sine aliqua immutatione ex parte sui: ergo si anima gloriosa vniretur modo corpori passibili, ipsum faceret impassibile: sed hoc non potest stare, quia quod de passibili per naturam fiat impassibile.

S. Bon. To. 6.

le, est a virtute infinita: ergo non ab anima.

ITEM anima Christi summe erat gloriosa, et corpus summe passibile: ergo et habes alios defectus: ergo et huiusmodi defectus non priuatur per gloriam animæ, sed per qualitatem absolutam corporis: ergo, et cetera.

CONCLUSIO.

Corporis gloria si originaliter consideretur, est a Deo ante dotes, quæ sunt qualitates dispositiua: consummatio autem est ab anima, cui est coniunctum.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod est loqui de dotibus corporis, in quibus eius glorificatio consistit, vel quantum ad dispositionem, vel quantum ad consummationem. Si quantum ad dispositionem, sic dico quod dicunt dispositiones, quæ sunt qualitates absolute ipsius corporis, quæ dantur sibi a Deo in eius reformatione. Si quantum ad consummationem, sic dico quod sunt a gloria animæ, siue ab anima gloriosa. Vnde sicut in præsentia anima in corpore influit, et per illam influentiam corpus est coloratius, corpus est durabilius, corpus est virtuosius, et agilius, quam cum anima separatur: sic similiter dico in proposito suo modo, quod anima gloriosa influens in corpus omnes dotes istas, ad quas dispositiones habebat, per sui reformationem perficit, et consummat. Vnde credo quod si corpus separaretur, quod est clarum, subtile, agile, et impassibile, non tamen ita vt tunc, quando anima beata erit sibi coniuncta. Et per hoc patent obiecta ad vtraque partem. Nam primæ rationes ostendunt, quod sunt in corpore per influentiam: quod quidem verum est quantum ad consummationem. Secundæ rationes ostendunt, quod non sunt totaliter in corpore per redundantiam a gloria animæ: et hoc quidem verum est: præexigitur enim quod a Deo reformetur habile, et per influentiam animæ illa habilitas consummetur.

AD illud quod obijcitur de spiritualitate, dicendum quod verum est vbi agens, et patiens communicant in materia: sed non est ita in anima, et in corpore: vnde anima immobilis existens per influentiam, causat motum in corpore: sic et in alijs proprietatibus: sic dicitur calor animalis esse, vel exire ab anima.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER quantum ad secundum articulum queritur de dotium distinctione. Et circa hoc duo queruntur. Primo queritur de numero, et sufficientia dotium. Secundo queritur de qualitate ipsarum.

QVÆSTIO I.

An dotes corporis gloriosi erunt quattuor.

S. Tho. in suppl. 3. p. q. 95. ar. 1. Et 4. Sent. d. 49. q. 4. art. 1. Richardus 4. Sent. d. 49. ar. 3. q. 8. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 49. q. 11. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 49. q. 8.

IRCA quam notandum, quod dotes corporis consueuerunt quattuor assignari, scilicet claritas, impassibilitas, subtilitas, et agilitas. Sed quod debeant esse pauciores, videtur: quia dotes sunt in corpore secundum quod comparatur ad animam: sed anima tantum dupliciter comparatur, scilicet vt motor, et vt perfectio: ergo videtur quod tantum sint duæ dotes.

ccc 2 2. ITEM

2. ITEM tantum tres dicuntur esse vires, secundum quas anima regit corpus et perficiendo, et mo- uendo, scilicet naturalis, vitalis, et animalis: et se- cundum hoc dicuntur tres spiritus in corpore: ergo videtur quod sint tantum tres dotes.

3. ITEM dotes animæ sunt tres: ergo si anima pluribus dotibus dotanda est quam corpus, si anima non habet nisi tres, nec corpus.

FVNDAMENTA. CONTRA: Quod sint plures, videtur: quoniam sicut claritas facit ad pulchritudinem, ita et partium congruentia. Vnde Augustinus de Ciuitate Dei: Pulchritudo est quedam partium congruentia cum quadam coloris suauitate: ergo sicut claritas est dos corporis, sic et congruentia: et sic, et cetera.

ITEM sicut corpus ad hoc quod sit animæ congruum organum, requirit debitam qualitatem, ita etiam debitam quantitatem: ergo sicut assignantur dotes a parte qualitatis, ita etiam a parte quantitatis: ergo plures sunt, quam quattuor dictæ.

ITEM Anselmus in libro de similitudinibus ponit septem esse conditiones, quibus anima glorificatur in corpore, agilitatem, fortitudinem, libertatem, salutem, voluptatem, longauitatem, pulchritudinem: ergo videtur quod sint multo plures, quam prædictæ quattuor.

CONCLUSIO.

Corporis dotes erunt quattuor, claritas, impassibilitas, subtilitas, et agilitas, quarum sufficiencia varie a diuersis assignatur.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod numerus istarum dotium, siue qualitatum perficientium corpus accipitur ex Sapietia: Fulgebunt iusti, et tamquam scintillæ in arundinetis discurrent. In fulgore claritas. In iustitia impassibilitas, quia iustitia est perpetua, et immortalis. In scintillæ nomine subtilitas. In discursu agilitas. Ratio autem istius numeri accipitur multipliciter a diuersis. Et primo modo secundum causam finalem hoc modo. Dicuntur enim quia corpus refurgit, disponitur, et dotatur propter gloriam animæ, quæ consistit in perfecta cognitione cognitiuæ, et vniõne affectiuæ. Ad cognitionem autem duo requiruntur, scilicet spiritualitas, et luminositas, quia cognoscens debet esse spirituale, et debet habere lumen: et ideo propter cognitionem animæ est in corpore subtilitas, et claritas.

Vnio autem amoris est liberalis, et fortis: Fortis enim est vt mors dilectio. Propter libertatem debet esse corpus agile, propter fortitudinem, et indissolubilitatem debet corpus esse impassibile: et sic patet quod quattuor sunt dotes. Secundo modo accipitur secundum causam efficientem. Dotes enim huiusmodi in corpore, vt supra ostensum est, consummatur, et perfectum habent esse ab influenza animæ in corpus. Anima autem in corpus influit dupliciter, scilicet vt perfectio, et vt motor. Vt perfectio anima gloriosa influit viuificando vitam immortalem, vt motor mouendo motu infatigabili: alioquin non esset gloriosa, nisi excluderet mortem, et penam. Quia ergo viuificat vitam, ideo necesse est in corpore esse dispositionem ad vitam: et hæc est lucis abundantia, et claritas. Quia vero vita immortalis, necesse est corpus habere dispositionem ad immortalitatem: et ita est impassibilitas. Quia vero motu infatigabili mouet, ideo oportet quod nihil resistat: et ideo subtilitas est in corpore. Oportet etiam quod nihil retardet, et sic agilitas: et sic patet similiter quod quattuor sunt. Tertio modo accipitur secundum causam formalem. Dicunt enim aliqui, quod in corpore nostro cum sit natura celestis concilians, et elementaris, modo dominatur elementaris, post dominabitur natura celestis, quæ est natura lucis:

1. Ratio.

2. Ratio.

3. Ratio.

A hæc erit sicut formalis, et completiua corporis. Et quia lux habet quattuor istas proprietates, sicut patet in radio, scilicet claritatem, quia illuminat: impassibilitatem, quia nihil ipsum corrumpit: agilitatem, quia subito vadit: penetrabilitatem, quia corpora diaphana sine eorum corruptione pertransit: sic etiam corpus gloriosum, in quo dominatur natura lucis, quattuor habet dotes. Quarto modo accipitur secundum causam materialem sic: Corpus nostrum est compositum ex quattuor elementis. Et quia elementa sunt imperfecta: quadruplicem habet ab eis defectibilitatem. Ab aqua, quæ est elementum humidum, et passibile, habet passibilitatem, et corruptionem: vnde humidum a quem corpus corrumpitur. A terra vero habet obscuritatem, quia est elementum opacum. Ab igne animalitatem: quia calor consumit continue: ideo continua indiget alimonia ciborum. Ab aere vero habet infirmitatem: aer enim facillime immutatur, et cedit cuiuslibet impellenti. Quoniam igitur quattuor isti defectus dicunt per bona opposita remoueri, ad hoc quod corpus sit perfectum perfectione completa: ideo quattuor sunt dotes. Contra corruptionem impassibilitas, contra obscuritatem claritas, contra animalitatem spiritualitas, idest agilitas, contra infirmitatem virtus, siue penetrabilitas, idest, subtilitas. Et hæc vltima sumptio conuenienter est inter omnes, quoniam correspondet auctoritati, et rationi. Auctoritati Apostoli: Ita enim sumit Apostolus: Seminatur in corruptione, refurgit in incorruptione: ecce impassibilitas. Seminatur in ignobilitate, surgit in gloria: ecce claritas. Seminatur in infirmitate, surgit in virtute: ecce penetrabilitas, idest subtilitas. Seminatur animale, surgit spirituale: ecce agilitas. Vnde Apostolus sumit dotes per comparationem ad illos quattuor defectus, quos remouent. Similiter Augustinus de Ciuitate Dei: Aberit a corporibus nostris omnis deformitas, omnis tarditas, omnis infirmitas, omnis corruptio. Omnis deformitas per claritatem, omnis tarditas per agilitatem, omnis infirmitas per subtilitatem, vel penetrabilitatem, omnis corruptio per impassibilitatem. Concordat etiam hæc positio rationi. Dotes enim corporis dicuntur non omnes qualitates, sed qualitates nobiles, et principales de nouo superadditæ natura. Et quia de nouo additæ naturæ, dicuntur accipi secundum naturales defectus: et hi secundum causas principales, quæ sunt quattuor elementa. Patet quod ista via inter omnes est magis congrua. Ex his patent obiecta.

B humidum, et passibile, habet passibilitatem, et corruptionem: vnde humidum a quem corpus corrumpitur. A terra vero habet obscuritatem, quia est elementum opacum. Ab igne animalitatem: quia calor consumit continue: ideo continua indiget alimonia ciborum. Ab aere vero habet infirmitatem: aer enim facillime immutatur, et cedit cuiuslibet impellenti. Quoniam igitur quattuor isti defectus dicunt per bona opposita remoueri, ad hoc quod corpus sit perfectum perfectione completa: ideo quattuor sunt dotes. Contra corruptionem impassibilitas, contra obscuritatem claritas, contra animalitatem spiritualitas, idest agilitas, contra infirmitatem virtus, siue penetrabilitas, idest, subtilitas. Et hæc vltima sumptio conuenienter est inter omnes, quoniam correspondet auctoritati, et rationi. Auctoritati Apostoli: Ita enim sumit Apostolus: Seminatur in corruptione, refurgit in incorruptione: ecce impassibilitas. Seminatur in ignobilitate, surgit in gloria: ecce claritas. Seminatur in infirmitate, surgit in virtute: ecce penetrabilitas, idest subtilitas. Seminatur animale, surgit spirituale: ecce agilitas. Vnde Apostolus sumit dotes per comparationem ad illos quattuor defectus, quos remouent. Similiter Augustinus de Ciuitate Dei: Aberit a corporibus nostris omnis deformitas, omnis tarditas, omnis infirmitas, omnis corruptio. Omnis deformitas per claritatem, omnis tarditas per agilitatem, omnis infirmitas per subtilitatem, vel penetrabilitatem, omnis corruptio per impassibilitatem. Concordat etiam hæc positio rationi. Dotes enim corporis dicuntur non omnes qualitates, sed qualitates nobiles, et principales de nouo superadditæ natura. Et quia de nouo additæ naturæ, dicuntur accipi secundum naturales defectus: et hi secundum causas principales, quæ sunt quattuor elementa. Patet quod ista via inter omnes est magis congrua. Ex his patent obiecta.

C quod quattuor sunt dotes. Secundo modo accipitur secundum causam efficientem. Dotes enim huiusmodi in corpore, vt supra ostensum est, consummatur, et perfectum habent esse ab influenza animæ in corpus. Anima autem in corpus influit dupliciter, scilicet vt perfectio, et vt motor. Vt perfectio anima gloriosa influit viuificando vitam immortalem, vt motor mouendo motu infatigabili: alioquin non esset gloriosa, nisi excluderet mortem, et penam. Quia ergo viuificat vitam, ideo necesse est in corpore esse dispositionem ad vitam: et hæc est lucis abundantia, et claritas. Quia vero vita immortalis, necesse est corpus habere dispositionem ad immortalitatem: et ita est impassibilitas. Quia vero motu infatigabili mouet, ideo oportet quod nihil resistat: et ideo subtilitas est in corpore. Oportet etiam quod nihil retardet, et sic agilitas: et sic patet similiter quod quattuor sunt. Tertio modo accipitur secundum causam formalem. Dicunt enim aliqui, quod in corpore nostro cum sit natura celestis concilians, et elementaris, modo dominatur elementaris, post dominabitur natura celestis, quæ est natura lucis:

D 1. Quid enim obijcit quod anima comparatur dupliciter tantum, dicendum quod anima secundum illas duas comparationes ad corpus, vt motor, et perfectio requirit in corpore quattuor dispositiones, vt ostensum est prius.

2. Ad illud quod obijcitur, quod plures debent esse dotes animæ quam corporis, dicendum quod dotes animæ attenduntur secundum potentias, sed dotes corporis secundum qualitates respicientes elementa: et ideo patet quare ille tres, et istæ plures.

3. Ad illud quod obijcitur de congruentia partium, et quantitate, dicendum quod illa erit quæ nunc est, in quibus conuenienter est: ideo non est aliqua de nouo dos penes ipsam.

4. Ratio.

1. Cor. 15. 6

Aug. li. 22. de Ciuit. Dei ca. 29. 10. 5.

QUESTIO II.

An dotes corporis equaliter sint in omnibus.

S. Tho. in suppl. 3. p. q. 95. ar. 5. Et 4. Sent. d. 49. q. 4. art. 1. q. 1. Richardus 4. Sent. d. 49. ar. 4. q. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 49. q. 1. 2. Petrus de Tarent. 4. Sent. d. 49. q. 1. 6.

AD OPPOSITIVM.

ITEM TRVM dotes corporis equaliter sint in omnibus, vel secundum magis, et minus. Et quod equaliter, videtur: quia magis, et minus dicitur per admixtionem contrarij minorem, et maiorem. Quoniam ibi tantum summum, est vbi nihil admixtum est de contrario: sed omnes dotes in omnibus beatis nihil habent admixtum de contrario: ergo in omnibus sunt equaliter.

1. Cor. 15. 6

ITEM de impassibilitate videtur, quia super illud: Alia claritas, et cetera. Dicit Glossa: In differenti gloria resurgit: sed hoc communiter habebunt quod incorrupti erunt: hoc ergo commune, aut dicitur commune secundum equalitatem, aut secundum magis, et minus. Si secundum magis, et minus, similiter et gloria: sed non dicitur gloria secundum magis, et minus: ergo secundum equalitatem.

ITEM vnum corpus non dicitur altero subtilius, nisi quia aliquid potest penetrare, quod non alteri: sed quodlibet corpus glorificatum poterit omne corpus penetrare: ergo, et cetera.

Aug. li. 22.

ITEM agilius dicitur quod potest citius moueri: sed quam cito volet spiritus, ibi protinus erit et corpus, vt dicit Augustinus de Ciuitate Dei: ergo quodlibet erit agile in summo: a simili ergo arguatur de claritate, et alijs.

Cap. 30. de Ciuit. Dei 20. 5.

FVNDAMENTA.

CONTRA: Alia claritas solis, et cetera. Si ergo differens est claritas, pari ratione et alia dotes. ITEM dotes animæ sunt secundum plus, et minus, vt supra ostensum est, quia liberius videt vnum, quam alter: ergo et dotes corporis.

ITEM anima, quæ plus seruiuit Deo, et meruit, excellentiores habet dotes: ergo et corpus, per quod anima plus seruiuit Deo, et meruit, debet similiter.

CONCLUSIO.

Corporis dotes erunt secundum plus et minus in diuersis, et hoc erit per accessum ad terminum.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod dotes in corporibus beatorum sunt secundum plus et minus, et perfectius, et minus perfectum in diuersis. Ad cuius intelligentiam notandum, quod quedam recipiunt magis, et minus per contrarij permixtionem, vt puta quando eorum vtrumque contrarium est aliqua natura, vt album, et nigrum. Quædam recipiunt magis, et minus per accessum ad complementum, vt sunt illa, quorum opposita sunt priuationes, vt bonum, et lucidum. Dico ergo quod dotes corporis recipiunt magis, et minus per accessum ad terminum, non per immixtionem contrarij. Et per hoc patet solutio ad primum: Rursus notandum est, quod in recipientibus magis, et minus, quedam sunt quæ dicunt priuationem simul et positionem, sicut impassibile quod dicit virtutem ad non-patendum, et dicit priuationem passionis: similiter subtile, et agile. Et dico quod quantum ad priuationem, quia totum et vniuersaliter priuat, non recipit magis, et minus. Sed quantum ad positionem, quæ non est in summo, recipit magis, et minus: et per hoc patet argumenta sequentia.

Explicatio.

Respon. ad vlt. ad opp.

QVOD vero obijcitur: Agilius dicitur, et cetera, intelligendum est sine retardatione, non quia subitio, sed quia repente.

S. Bon. To. 5.

ARTICVLVS. III.

CONSEQUENTER quantum ad tertium articulum, circa hoc queritur de sensuum remuneratione. Et supposito quod erunt in patria, quia erit anima habens omnes suas potentias, cum nullam amittat, erit etiam corpus habens organa omnia: circa hoc duo queruntur. Primo queritur, vtrum in patria omnes sensus habeant suos actus. Secundo, vtrum sensus illi, qui sunt in suo actu, cognoscant per re- ceptionem speciei.

QUESTIO I.

An in patria omnes sensus habeant suos actus.

Richard. 4. Sent. dist. 49. ar. 4. q. 3. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 49. q. 1. 3.



Vbi omnes sensus erunt in suo actu, ostenditur: quia nobilior est potentia coniuncta suo actu, quam non coniuncta: sed omnes potentie erunt ibi in statu nobilissimo: ergo omnes erunt coniunctæ actu: ergo, et cetera.

ITEM sicut anima appetit vniri corpori, ita sensus obiecto: sed ad hoc quod anima perfecte glorificetur, necesse est vniri corpori, vt ille appetitus quietetur: ergo similiter necesse est sensum omnem vniri obiecto: sed vniõ sensus ad obiectum est median- te actu: ergo, et cetera.

ITEM constat quod corpus remuneratur, quia seruauit anima: ergo et sensus debet remunerari: sed omnis potentia nata delectari, si perfecte remunera- tur, etiam in perfecta delectatione constituitur: quie- scit enim in illo obiecto, et hæc quies est delectatio. Et hoc potest probari per simile in damnatis, quia ibi erit continuus dolor in sensu: ergo in beatis con- tinua delectatio. Ex hoc sic arguo: Nulla potentia delectatur, nisi in eo quod cognoscit: sed sensus non cognoscit se, nec organum, nec quod supra se est: ergo cum nullum solum suum obiectum cognoscat, delectatur solum in obiecto suo: sed in illo non de- lectatur nisi mediante actu.

ITEM summa delectatio potentie est in suo actu: ergo si sensus ibi delectatur, in suis actibus delecta- tur. Præterea, bene sequitur: si delectatur, sentit: sicut sequitur: si dolet, quod sentiat: ergo cum probatum sit delectationem esse in omnibus sensibus, oportet quod omnes sentiant.

ITEM visus est in suo actu, qui est spiritualissi- mus. Vnde: In carne mea videbo Deum. Et: Vi- Job 19. d. debet eum omnis oculus. Et Augustinus dicit quod Apoc. 1. b. visus reficietur in contemplatione humanitatis. Et in libro de Spiritu et anima: Est etiam ibi sensus ta- De Spiritu. bus, quod patet: quia vnum corpus glorificatum po- et anima. terit aliud amplexari: et iste est maxime materialis: c. 65. quare cum sit ibi actu sensus spiritualis, et materia- lis: ergo et omnium sensuum.

CONTRA: Quod nullus sensus sit ibi in actu, videtur: quia omnis virtus finita plus potest in vnum, quam quando dispergitur ad multa: sed anima habet virtutem finitam: ergo et intensius moueretur, si in solum Deum moueretur cognitione et delectatione: ergo cognitio, et delectatio sensuum, minuant motum in Deum: ergo et gloriam: sed nihil debet ibi esse tale: ergo videtur quod nullus sensus sit ibi actu, et cetera.

ITEM si est sensus in actu, aut ille est cum delecta- tione, aut sine. Si nõ est cum delectatione: ergo non

est in actu perfecto. Si vero est cum delectatione: sed quando aliquid delectatur in vno oppositorum, tristatur in reliquo: quando delectatur in medio, tristatur in extremo: ergo si delectatur in percipiendo, possibile est tristari in non percipiendo. Si dicas quod nihil sibi repugnat, nec corrumpit propter incorruptionem, saltem carentia rei inducit tristitiam, cuius presentia afferebat delectationem: ergo, et cetera.

3. I T E M quidam sensus sunt propter indigentiam, vt patet de gustu ad restaurationem deperditi: sed tunc tolletur omnis indigentia: ergo, et cetera.

CONCLUSIO.

Sensus visus et tactus in corporibus glorificatis erunt in suo actu, alij vero minime, licet sit dubium de auditu.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod posse sentire est ex coniunctione potentie cum organo bene disposito, sentire vero est ex coniunctione ipsius cum obiecto. Quoniam igitur ibi erunt potentie coniuncte organo bene disposito, ibi erunt omnes potentie sentiendi. Quoniam vero obiecta omnium sensuum non erunt in gloria, sed quorundam: ideo quidam erunt in actu suo, quidam vero non. Obiecta enim quorundam sensuum sunt proprietates absolute, quae reperientur in corpore glorificando, vt pote color, visus, et leuitas ipsius tactus: et quia corpus gloriosum resurget cum luminositate, et leuitate: erunt ibi obiecta duorum sensuum: ideo isti sensus erunt in suis actibus. Obiecta vero aliorum sensuum non sunt proprietates corporis glorificandi, nec proprietates absolute, sed emanationes a corporibus, vt odor, et sonus, et sapor: et quia non erunt in patria, ideo, et cetera. Alia etiam ratio sumitur ex parte medij, quia medium in visu potest esse omne, quod habet rationem perij: medium in tactu est caro sibi coniuncta. Et ideo quia ista duo media erunt in patria, et isti duo sensus in suis actibus erunt: alij vero minime deficientibus sibi medijs, nisi forte quis instet in auditu, de quo relinquatur in dubio, sicut de laude vocali in patria, quam ibi ponere nec videtur necessarium, nec aperte falsum: et ideo hic opinari est licitum.

1. Ratio explicatiua

2. Ratio.

Respon. ad 3. pro Fundam.

Resp. ad 2. pro Fundam.

A non magis est gloriosus sensus in illius presentia, quam absentia. Aliud patet.

2. A D illud vero quod obijcitur, quod nullus sit sensus, quia vnus actus impedit alium, dicendum, quod verum est, quando vnus non ordinatur ad alium: non sic in proposito: sed actus rationis redundat in sensum, et actus sensus ordinatur, et subseruit actui rationis: et ideo vnus vigoratur ex alio.

3. A D illud quod obijcitur, quod vbi delectatio, ibi tristitia, dicendum quod quidam sensus delectatur in obiecto, quia est conueniens, perficiens, et conseruans: vt pote est obiectum respectu sensus corporis. Quidam quia est conueniens, et perficiens, vt intellectus in intelligibili veritate. Quidam quia tantum est conueniens, vt sensus gloriosus non perficiens, quia interius perficitur: non conseruans, quia incorruptibilis est: et talis non tristatur in contrario, quia non laeditur in absentia, quia non efficitur imperfectus. Quod primo modo delectatur, tristatur dupliciter. Quod secundo, vno modo. Vltima ratio concedenda est, quod illi sensus, qui sunt per indigentiam, non manebunt in suis actibus: et sic patet totum.

QVÆSTIO III.

An sensus glorificati in suo actu cognoscant per receptionem speciei.

Steph. Brulef. 4. Sent. dist. 49. q. 23.



TRVM illi sensus, qui sunt in suo actu, cognoscant per receptionem speciei. Et quod sic, videtur: quia omnis cognitio est motus ad animam: sed omnis motus ad animam est in aliquid recipiendo: ergo, et cetera.

I T E M omnis cognitio est per vnionem cognoscibilis cum cognoscete: sed sensus gloriosus aliquid cognoscit, cui non vnitur secundum veritatem, et cuius non habet per naturam speciem: ergo habet vniri mediante specie recepta.

I T E M quanto speculum est clarius, et purius, tanto est ad recipiendum magis idoneum: sed sensuum gloriosorum organa sunt purissima, et denudata a formis obiectorum: ergo, et cetera.

I T E M ordo naturalis est vt obiectum influat in organum: sed natura non tolletur per gloriam: ergo organum recipiet.

1. C O N T R A per Augustinum in Musica, et cetera. AD OPPOSITVM 6. lib. Musica. cap. 5. 10. 1.

2. I T E M orbis primus non recipit peregrinam impressionem propter sui nobilitatem, et incorruptionem: ergo si oculus est nobilior: patet, et cetera.

3. I T E M si est ibi receptio de nouo, eum sit receptio facies esse sensum in actu nisi ad sit iudicium, ergo est ibi iudicium, ergo cogitatio anima: ergo noua cogitatio anima: et ita volubiles cogitationes: quod est contra Augustinum. Lib. 25. de Tri. ca. 16. 10. 3.

4. I T E M immutationem, et receptionem animalis antecedit immutatio naturalis: sed corpus glorificatum, et eius organum cum sit incorruptibile, non recipiet naturalem immutationem: ergo, et cetera.

CONCLUSIO.

Sensus glorificati exercentes suos actus, cognoscant per receptionem speciei sensibilis.

RESPON. AD ARG. Ad hoc dixerunt aliqui, quod non est receptio ab extrinseco: sed anima omnium.

FVNDAMENTA.

AD OPPOSITVM 6. lib. Musica. cap. 5. 10. 1.

Lib. 25. de Tri. ca. 16. 10. 3.

Opini 1.

QVÆSTIO I.

An corpus sit passibile ab intrinseco.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 82. ar. 1.

Et 4. Sent. d. 44. q. 2. art. 1. q. 2.

Sec. 4. Sent. d. 49. q. 1. 2.

Richar. 4. Sent. dist. 49. ar. 4. q. 2.

Tho. Argent. 4. Sent. d. 49. q. 1. ar. 2.

Steph. Brulef. 4. Sent. d. 49. q. 1. 5.

Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 49. q. 27.

Improbatio

Opin. 2.

Improbatio

Opin. 3.

1. Cali conser. 66. et de Gen.

2. Cali conser. 140. et 2. Cali conser. 1.

2. De Gen. animal. c. 4.

omnium quae vult videre species facit in oculo, et videt, quia tunc ordo erit commutatus, quia non erit receptio veniens ab inferiori, sed a superiori. Sed hæc solutio non potest stare. Primum quidem, quia peruerteretur ordo, cum species spiritualis fieret corporalis, perfectum fieret imperfectum. Secundo, quia ita videret absentia vt presentia: ita oculis clausis sicut apertis. Secunda positio est, quod est sensus, sed non est intus suscipiendo, sed extra mittendo virtutem, quia non recipiet sed influet. Sed ista positio adhuc non potest stare, tum cum cognitio sit in vnione, tum cum organa sint maxime habilia ad recipiendum. Tertia positio est, quod sensus glorificati cognoscunt recipiendo speciem ab ipso sensibili: et concedenda sunt rationes ad hoc:

1. A D illud quod obijcitur, quod minus nobile, et cetera, dici potest quod non oportet quod obiectum sit nobilium organo, in quod agit simpliciter, sed secundum quid, in hoc scilicet quod habet speciem, et illud est in videndo, et hoc sufficit ad agendum. Vel aliter dicendum quod minus nobile non agit virtute propria, sed aliena, et in sensu glorificato est natura duplex in oculo, perspicui, et luminis: quando igitur videt corpus se luminosus, illud corpus sua virtute propria in se facit speciem in oculo: quando vero minus luminosum, tunc virtute propria in se facit: et sic patet illud.

2. A D illud quod obijcitur, de aliena impressione quod non est in orbe, dicendum quod ibi vocatur aliena impressio, quæ est via ad corruptionem: sed de hac non intelligitur hic.

3. A D illud quod obijcitur, quod cogitationes voluntur, dicendum quod cogitationes volui est dupliciter. Vno modo quia intellectus aut habet defixum affectum in vno, et hoc modo est in via, et non erit in patria. Alio modo est quod principaliter et continue vnum, et alia multa propter illud, et inter illa multa, modo vnum, modo aliud, et hoc bene erit in patria: talis est in proposito.

4. A D illud quod obijcitur, quod immutatio naturalis præcedit, dicendum quod immutatio naturalis est duplex, quædam est per receptionem et abiectionem, vt calidus a frigido: et hæc non erit. Quædam per receptionem tantum, vt perspicui a luminoso, et hæc erit.

ARTICVLVS SECVNDVS PRINCIPALIS.

C O N S E Q V E N T E R quæritur de secundo articulo principali, scilicet de gloria corporis in speciali, quæ consistit in quattuor dotibus, et circa hoc secundum quod quattuor sunt dotes, quattuor principaliter quærentur. Primo quæritur de dote impossibilitatis. Secundo de dote claritatis. Tertio de dote subtilitatis. Quarto de dote agilitatis. Circa primum quærentur duo.

ARTICVLVS I.

P R I M O quæritur vtrum corpus sit impassibile ab intrinseco. Secundo quæritur vtrum sit passibile passione veniente ab extrinseco.

I R C A quam sic proceditur, et ostenditur, quod corpus non sit passibile ab intrinseco. Augustinus de Ciuitate Dei: Ab erit a corporibus nostris omnis deformitas, omnis infirmitas, omnis corruptio.

I T E M ratione videtur, quia passio corporis contristat animam: Corpus enim quod corrumpitur aggrauat animam: sed gaudium beatitudinis est impermixtum tristitia: ergo, et cetera.

I T E M si interius pateretur: ergo aliquando corrumpetur: sed anima gaudet de vnione sui ad corpus, et gaudium beatitudinis est perpetuum, et securum: hoc autem non esset si esset dissolubile: ergo, et cetera.

I T E M anima gloriosa est perfectissima omnium formarum: sed sic est quod aliqua forma est ita nobilis, quod omnino terminat appetitum suæ materie, vt forma corporis empyrei: ergo multo fortius anima gloriosa appetitum sui corporis: sed forma terminans appetitum materia facit ipsam incorruptibilem: ergo, et cetera.

C O N T R A: Omne compositum ex contrarijs est corruptibile, et passibile: sed corpus gloriosum est huiusmodi: ergo, et cetera. Si dicas quod non manent contraria, quia contraria non sunt secundum substantiam, sed secundum qualitatem, et manent secundum substantiam, non secundum qualitates. Contra: A corporibus gloriosis, vt dicit Augustinus, vitia detrahuntur, et natura seruabitur: sed qualitates elementares sunt eis naturales: ergo manebunt. Si dicas quod manent secundum essentias, non secundum actum. Contra: Vnumquodque nobilium est, quando est coniunctum actui, quàm quando non: ergo, et cetera. Si dicas quod actus ille est imperfectus. Contra: Elementa plura impossibile est venire ad constitutionem corporis vnus nisi per mixturem: ergo necesse est elementa misceri. Sed vbi est mixtio, necessario est mutua actio, et passio, et qualitatum contractio: et vbi hæc sunt elementa, sunt in suis actibus: ergo, et cetera.

2. I T E M corpus gloriosum erit nobilioris complexionis, quàm nunc: sed quanto aliquod corpus elementatum et animatum nobilioris est complexionis, tanto passibilis est: quod patet, quia passibilis est corpus animalis, quàm plantæ: et hominis, quàm bruti animalis: ergo corpus gloriosum magis quàm nunc erit passibile.

3. I T E M elementa miscentur in corpore illo: aut ergo æqualiter, aut inæqualiter. Si inæqualiter: sed inæqualis commixtio via est ad dissolutionem: ergo illud corpus erit dissolubile, et passibile. Si æqualiter, aut æquatione punctali, aut non punctali. Si adæquatione punctali: ergo omnia corpora essent eiusdem complexionis, et nobilitatis: quod non est verum. Si non punctali: ergo vnum aliquo modo excedit reliquum in virtute: sed excessus generat aliquo modo pugnam, et litem: et hæc dissolutionem: ergo, et cetera.

4. I T E M aut erit in corpore calor, aut non. Si non, nec operatio animæ, cum operatio motus, et sensus,

FVNDAMENTA. Lib. 22. de Civ. Dei c. 19. et seq. 20. 5. Sap. 9. d.

AD OPPOSITVM.

sensus, et vitæ sit mediante calore. Quod si est ibi calor: sed calor indiget pabulo, quia est consumere: sed omne quod indiget pabulo, est corruptibile, et passibile: ergo, et cetera.

CONCLUSIO.

Corpora glorificata erunt indissolubilia ab intrinseco, quia qualitates elementares cessabunt ab appetitu, et non pugnant ad inuicem.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod omnes concordant in hoc, quod corpora illa sunt incorruptibilia, et indefectibilia: sed rationem sumunt ex diuersis causis. Quidam enim dicunt quod elementa sunt in corpore glorioso secundum substantiam, non secundum qualitates: et ideo quia substantiæ nihil est contrarium: et ubi nulla contrarietas, non est pugna, nec dissolutio: ideo, et cetera. Sed hoc improbatum est, quia natura debet remanere. Alij dicunt quod sunt ibi secundum qualitates: sed qualitates non agunt, nec patiuntur: et hoc diuina virtute mirabiliter faciente. Et hoc est iterum improbatum: quia si miscentur, constat quod franguntur, et mutuo agunt, et patiuntur. Tertij dicunt quod sunt secundum substantiam, et qualitates, et actus. Sed tamen actus nunc sunt in ipsa mixtione: sed post iudicium non, quia in eis dominatur natura celestis, quæ omnino reconciliat elementa, et quasi naturam elementarem absorbet, et transfertur totum corpus in naturam celestem, vnde debetur ei locus celestis, et incorruptibilitas. Sed illud est dubium, quo modo natura celestis sit de compositione corporis nostri, quia sic non tantum videtur componi nisi ex quatuor elementis. Et ideo aliter dicendum, quod elementa manent in corpore illo secundum substantiam, et qualitates, et operationes. Sed attendendū quod quadruplex est operatio elementorum. Vna quantum ad constitutionem: et hæc est mixtionis. Alia quantum ad conseruationem: et hæc est ministerialis delatio caloris vitalis per corpus. Tertia est pugna ordinans ad dissolutionem. Quarta exterioris impressionis, per quam alicuius elementi operatio intenditur, et pugna oritur. Primæ duæ operationes manebunt: secundæ duæ non manebunt, quæ ordinant ad dissolutionem: et ideo corpus erit indissolubile. Ratio autem quare non manent, est triplex. Prima est temperata mixtio confringens contrarietatem. Secunda est elementarium appetituum quietatio. Tertia est animæ influentis conseruatio. Et ratione primi non pugnant, ratione secundi non possunt pugnare, ratione tertij necesse habent quiescere. 1. Ad illud ergo quod obijcitur, quod compositum ex contrarijs est dissolubile, dicendum quod illud debet intelligi, quando contraria habent contrarios appetitus, et interminatos. 2. Ad illud quod obijcitur, quod corpus nobilioris complexionis facilius patitur, dicendum quod hoc non est verum, simpliciter loquendo, immo contrarium, quia est fortioris virtutis: nec habet locum in homine nisi ratione pœnalitatum infligendarum. 3. Ad illud quod obijcitur, vtrum in puncto, dicendum quod non oportet: nec tamen mutuo pugnant, quia neutrum præualeat, licet aliquo modo excedat. Præterea: Non appetit se multiplicare, nec ab illo diuidi: et ideo etiam si excedat, non corrumpit aliud. 4. Ad illud quod obijcitur de calore, dicendum quod ex complexione inæquali nascitur calor elementaris consumens, ex complexione vero æquali calor celestis conseruans: et ideo quia tunc elementa erunt perfecta, et contemperata, calor vitalis erit assimilatus naturæ celesti: et ideo non consumet, nec indigebit pabulo.

QUESTIO II. An corpus gloriosum sit passibile passione extrinseca.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 82. ar. 3. Scot. 4. Sent. d. 39. q. 12. Richardus 4. Sent. d. 49. ar. 4. q. 3. Tho. Arg. 4. Sent. d. 49. q. 1. ar. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 49. q. 16. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 49. q. 17.

TRVM corpus gloriosum sit passibile passione veniente ab extrinseco, sicut igne, vel cultello. Et quod non, videtur: quia dicit Anselmus, quod erunt omnipotentes suæ voluntatis, sicut Deus suæ: ergo si voluntas animarum est in conseruatione corporis: ergo nihil poterit corpus animæ lædere.

ITEM omnis passio magis facta abijcit a substantia: ergo si est passibile ab exteriori, ergo potest esse abiectio a substantia: ergo et corruptio: sed supra probatum est quod est incorruptibile, et immortale: ergo, et cetera.

ITEM nihil compositū potest pati exterius, quod non possit pati interius: sed corpus gloriosum non potest pati interius: ergo, et cetera.

CONTRA: Corpus gloriosum constat materialiter ex terra: sed terra non potest manente forma, quam habet, tantum sublimari, quod sit igne superior: ergo manet infra ignem: ergo si inferius patitur a superiori, et tale corpus est inferius igne, videtur, et cetera.

ITEM corpus nobilissimum est inferius infimo spiritu quantumcumque peccatore: sed spiritus peccator positus in igne patitur: ergo corpus humanum quantumcumque nobilitatum potest ab igne pati.

ITEM omne continuum est diuisibile, omne diuisibile est partibile, et omne partibile est passibile ab exteriori: ergo, et cetera.

ITEM quodcumque corpus durum obuiat molli, necesse est illud diuidere, si sit impellentia vehemens: esto ergo quod cultellus obuiet glorioso, aut ergo est durius cultello, aut cultellus penetrat: sed non est durius, cum sit carneum: ergo, et cetera.

CONCLUSIO.

Corpus gloriosum est impassibile ab extrinseco omni genere actionis corruptentis.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod corpus gloriosum est impassibile ab extrinseco omni genere actionis corruptentis. Hæc autem est duplex, scilicet per influentiam, sicut ignis comburit corpus: et per violentiam, sicut cultellus diuidit. Prima non est in corpore glorioso, quia talis influentia, aut est secundum ordinem iustitiæ: et hæc est in demonibus et peccatricibus animabus secundum ordinem iustitiæ: sed in corpore glorioso non est talis passio: quia non meruit puniri, aut est secundum ordinem naturæ: et ista est solum quando patiens est talis naturæ, quod materia illa appetit esse sub alio actu: priuatio enim est principium patiendi. Quoniam autem in corpore glorificato iam terminati sunt appetitus: ideo si gloriosum corpus poneretur in igne inferni, non læderetur.

1. 2. 3. Et per hoc patet solutio ad duo prima, quia demon patitur secundum ordinem iustitiæ: licet sit superior per naturam. Patet etiam illud, scilicet secundum quod obijcitur de terra, quia terræ patitur: quia materia est rationem habens priuationis.

FVNDAMENTA. Anselm. in Prolog. c. 25.

AD OPPOSITVM.

3. Phy. con- tex. 31. et 6. Phyf.

Opin. aliorum. Improbatio. nis. Alia est actio per violentiam: et de hac dicunt aliqui, quod non patitur, quia nemo est qui inferat: et si esset aliquis qui vellet inferre: corpus posset actionem illam declinare. Sed tunc secundum istam viam corpus Adam ante lapsum habuisset dotem impassibilitatis. Ponatur etiam per impossibile, quod cultellus applicetur ventri, aut venter resistit, aut non. Si non: ergo patitur, et cultellus subintrat: et ita est passibile. Si resistit, quæro per quam naturam. Et dicunt aliqui quod habet naturam quintæ essentiæ, quæ non est secabilis, nec diuisibilis. Vnde si iuxta solem esset, et impingeret cultellum: non penetrasset, et non resisteret per naturam duri, et mollis: sed quia caret duritia, et mollitie, et passibilitate. Sed quia hoc difficile est intelligere, ideo dicendum quod corpus gloriosum non potest pati per violentiam corporis obuiantis, quia omne corpus est peruium ei, et illud pertransit, sicut videbitur. Vnde sicut si aliquis haberet cultellum crystallinum non expelleret radium per eius ictum, immo radius penetraret, vnde non pateretur ab ipso: sic in proposito intelligendum corpus gloriosum penetrare cultellum. 4. QVOD ergo dicitur omne continuum diuisibile, intelligendum est de diuisione mathematica, non de diuisione naturali, de qua hic opponitur. Sic enim exponit Anselmus, quod istud intelligitur secundum intellectum, non secundum habitum.

3. Phy. con- tex. 31. et 6. Phyf.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER queritur de dote claritatis, de qua duo queruntur. Primo queritur de ipsa in se. Secundo in comparatione.

QUESTIO I.

An corpora gloriosa sint luminosa.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 85. art. 1. Et 4. Sent. d. 44. q. 1. ar. 4. Scot. 4. Sent. d. 49. q. 14. Richardus 4. Sent. dist. 49. ar. 4. q. 6. Tho. Argent. 4. Sent. dist. 49. q. 1. ar. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 49. q. 17. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 49. q. 19.

AD OPPOSITVM. Greg. li. 28. Moral. cap. 27.

TRVM corpora illa sint peruia, an colorata, an luminosa. Quod autem sint peruia, videtur. Gregorius super illud: Non adæquabitur, vel comparabitur ei aurum, et cetera. Vniuersi cuiusque mentem ab alterius oculis membrorum corpulentia non absconderit: ergo membrorum corpulentia visui non obsistet: sed hoc non esset, nisi essent peruia: ergo, et cetera. 2. ITEM ratione videtur, quia plus subtiliatur corpus per gloriā, quam possit per naturā, aut artem: sed natura, et ars de obscuro facit peruium subtiliando, vt pote de cinere vitrum: ergo multo fortius illa. 3. ITEM in visceribus corporis gloriosi est pulcherrima armonia: sed hæc nata est delectare visum: ergo si corpora resurgunt in eadē dispositione, in qua possunt perfecte delectare, et hoc intus et extra, et hoc non possunt nisi sint peruia: ergo, et cetera.

FVNDAMENTA. De sensu. et sensato. cap. 3.

SED quod sint colorata, videtur: quia dicit Augustinus de Ciuitate Dei cap. 19. Omnis pulchritudo est partium conuenientia cum quadam coloris suauitate: sed corpora gloriosa erunt pulcherrima: ergo habebunt suauitatem coloris. ITEM philosophus dicit, quod color est extremas perspicui in corpore terminato: sed corpora gloriosa sunt corpora terminata, cum sint eadem quæ nunc, et habent naturam perspicui: ergo, et cetera. ITEM ad hoc est ratio, quia ad colorē duo concurrunt, scilicet lux, et quattuor qualitates: sed ista sunt in corpore glorioso: ergo, et cetera.

currunt, scilicet lux, et quattuor qualitates: sed ista sunt in corpore glorioso: ergo, et cetera. ITEM ratione videtur, quia corpora gloriosa erunt obiecta visus, non media videndi: ergo non erunt transparentia. Sed quod sint penitus luminosa, videtur: Fulgebunt sicut sol in regno, et cetera. Si ergo sol nec peruius est, nec coloratus: ergo, et cetera. ITEM seipsis videbuntur: ergo erunt luminosa, non colorata. ITEM nobilior qualitas est peruietas quam color, et lux quæ peruietas: sed corpora illa erunt perfectissima inter corpora: ergo erunt potius luminosa, non colorata.

CONCLUSIO.

Corpora gloriosa sunt colorata et luminosa, eo modo quo carbo ignitus est coloratus.

RESPON. AD ARG. Oportet omnes concedere quod corpora illa sint luminosa: sed volunt, aliqui quod simul sint luminosa, et peruia secundum aliam, et aliam rationem. Peruia propter subtilitatem: luminosa vero ratione claritatis, et fulgoris superadditi. Sed ista positio non est conueniens, quia si peruia essent, non terminarent visum, nec haberent distinctionem in partibus, et ita oculi non possent discernere a naso. Et iterum: Magnitudo luminis non patitur corpus esse transparentes, vt patet in sole, in quo est luminis aggregatio, et in candela. Alij voluerunt dicere, quod erunt simul luminosa, et colorata. Colorata per naturam quattuor elementorum, et eorum qualitatem, ex quibus constat corpus humanum. Sed luminosa ratione luminis superadditi. Nec hoc est inconueniens, vt dicunt, sicut patet in noctiluca, quæ est corpus coloratum, vt patet in die, sed lucens, vt patet in nocte. Et hæc positio est conuenientior, quia constat quod homines recognoscuntur in patria: vnde de habebunt effigies, quas habuerunt, et aspectus oculorum gloriosorum peruenient vsque ad superficiem corporis illius splendentis, sicut ensis per multam terfionem non amittit colorem, et eius color additur splendor: sic in proposito. Sicut etiam carbo per sui naturam alicuius coloris est, adueniente autem igne efficitur luminosus: et tamen est coloratus, quia est ibi lux materię terrestris incorporata. Sic in proposito intelligendum, quod corpus resurgens per naturam suam habebit colorem, et claritas luminis superinduet ipsum sicut ignis carbonem. Concedenda igitur sunt rationes, quod corpora gloriosa sint colorata, et luminosa secundum duplicem naturam, vt visum est.

1. Ad illud quod obijcitur, quod corpulentia non obsistet menti, dicendum quod ex hoc non sequitur, quod sint peruia, quia non magis videtur mens per corpus peruiam, quam per solidum: sed hoc vult dicere, quod ita cogitationes, et affectiones habebunt intus in corpore, vt sint patententes.

2. Ad illud quod obijcitur, quod magis subtiliatur per gloriā, quam per naturam, vel artem, dicendum quod non qualibet subtiliatio facit peruietatem. Nam vbi est subtiliatio cum aggregatione luminis, non manet peruietas, vt patet in candela, siue in flamma: et quia sic est in proposito, ideo, et cetera.

3. Ad illud quod obijcitur, quod armonia visum debet delectare, dicendum quod armonia illa nata est delectare visum non corporalem, sed spiritualem: et hunc delectat, et delectare potest, etiam si corpus non sit peruium: ideo patet, quod illud non valet.

QVÆ-

QVÆSTIO II.

An corpora gloriosa possint claritatem suam oculis nostris occultare.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 85. ar. 2. Scot. 4. Sent. d. 49. q. 14. Richar. 4. Sent. d. 49. ar. 4. q. 6. Tho. Argent. 4. Sent. d. 49. q. 1. ar. 1. Szepl. Brulef. 4. Sent. d. 49. q. 18. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 49. q. 20.

FVNDAMENTA.

Lib. 22. de Civit. Dei cap. 15. et 16. 10. 5.

AD OPPOSITVM.

DE claritate in comparatione. Et queritur, vtrum corpora gloriosa possint claritatem suam secundum imperium anime oculis nostris occultare. Et quod sic, videtur: quia Christus post resurrectionem apparuit discipulis in eadem effigie, et colore, in quo prius: sed sicut dicit Augustinus de Civitate Dei: Christus sua resurrectione ostendit, quale sit futurum corpus nostrum: ergo alia corpora similiter poterunt.

ITEM corpus illud est in perfecta obedientia respectu anime: ergo apparet, et resplendet secundum plus et minus, vt anime placet.

ITEM claritas illa oculis non clarificatis est improporcionabilis: ergo quod ab eis videatur est condescensionis: ergo occultatio ipsius a nostris oculis est de natura ipsius gloriose lucis.

CONTRA: Quanto aliquid luminosus est, tanto minus potest visum latere: sed corpus gloriosum est magis luminosum, quam non gloriosum: sed hoc non potest latere: ergo nec illud.

ITEM lux se manifestat illuminando: sed illuminare est actus lucis naturalis, et essentialis: ergo cum nihil possit priuari actu essentiali ipso saluato in esse, impossibile est quin corpus gloriosum irradiet: ergo impossibile est quin illuminet, et se visum manifestet.

ITEM sicut se habet pati ad impassibile, ita occultari ad lucem: sed corpus gloriosum non potest pati, quia est impassibile: ergo nec occultari, cum sit luminosum.

CONCLUSIO.

Corpora gloriosa possunt claritatem suam secundum imperium anime oculis nostris occultare, et etiam ostendere.

Opi. alioru.

Improbatio

Opi. Doct.

Art. 59.

RESPON. AD ARG. Ad hoc dicunt aliqui, quod claritas corporis gloriosi visui glorioso est manifesta, et ei occultari non potest: oculo non glorificato est occulta, et ei non potest manifestari, quia est ei improporcionabilis. Vnde quia occultare est de manifesto occultum facere, ideo dicunt simpliciter, quod non potest. Nec est trahendum ad consequentiam de Christo, quia Deus erat. Sed istud est mirum dicere, quod claritas corporalis omnino sit improporcionabilis, et occulta: et quia si non in se, saltem possit videri in irradiatione. Et præterea videtur Christus non miracula fecisse, sed argumenta resurrectionis ostendisse. Et ideo aliter dicendum, quod corporis qualitas secundum exigentiam eius, in quo est, agit. Corpus autem gloriosum est subtile, et per subtilitatem suam potest omne non gloriosum penetrare, vt infra patebit. Potest etiam resistere. Et ideo dico quod quia corpus gloriosum per effectum spiritualis potentie potest omne corpus penetrare, potest et penetrare oculum: et tunc non erit obiectum eius: et ideo potest latere. Rursus: Quia potest corpori se obijcere, potest et claritatem suam

A omnino ostendere, licet oculus obtundatur, et non comprehendat. Et quia potest omnino latere penetrando subtiliter, et omnino parere se obijciendo visibiliter: potest et medio modo plus, et minus se ostendere. Vnde si hic esset anima gloriosa cum corpore glorificato: plus et minus posset de sui corporis claritate oculis nostris claudere, et ostendere: et hoc per naturam illam: quia non tantum clarum est, sed penetratiuum, et spirituale, id est, agile. Et concedendæ sunt rationes ad hanc partem.

1. AD illud quod obijciatur, quod quanto luminosius, tanto minus potest visum latere, dicendum, quod verum est per naturam luminis: potest tamen per naturam spiritualitatis, et subtilitatis.

2. AD illud quod obijciatur, quod lux se manifestat illuminando, dico quod non tantum illuminando, sed etiam oculis intuentium se obijciendo: et quia potest esse quod corpora gloriosa radios penetrant visibiles corporis non gloriosi: ideo, et cetera.

3. AD aliud dicendum quod occultari est dupliciter. Vna propter obscuritatem a parte obiecti: et de hac verum est quod lux non potest occultari. Alia est per impotentiam a parte oculi, quia non potest ibi figi propter excellentem subtilitatem: et hæc lucem non repugnat sicut passibilitas impassibilitati: et primo modo impassibile est lucem occultari, secundo modo est verum, et possibile.

ARTICVLVS III.

CONSEQUENTER queritur de dote subtilitatis, de qua duo queruntur. Primo queritur de ipsa per comparationem ad tactum nostrum.

QVÆSTIO I.

An corpus gloriosum possit penetrare omne aliud corpus.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 83. ar. 1. et seq. Et 4. Sent. d. 44. q. 2. ar. 2. Richar. 4. Sent. dist. 49. ar. 4. q. 5. Tho. Argent. 4. Sent. d. 49. q. 1. ar. 4. Szepl. Brulef. 4. Sent. d. 49. q. 19. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 49. q. 21.



TRVM corpus gloriosum possit penetrare omne aliud corpus non gloriosum in suo motu. Et quod sic, videtur: quia dicitur: Cum fores essent clausæ, quod Iesus stetit in medio. Et Gregorius dicit, quod propter subtilitatem ostia clausa non obtulerunt: ergo, et cetera.

ITEM ratione videtur: quia corpus gloriosum, in suo motu non potest retardari: ergo nec impediri: et si non potest impediri: ergo nihil potest ei resistere: ergo in suo motu potest omne corpus penetrare.

ITEM si non potest penetrare omne corpus cum, possibile sit illud includi, possibile esset illud incarcerationi: sed esse in carcere est miseria: ergo possibile est beatum fieri miserum.

ITEM Damascenus ait, quod de Christo Domino post resurrectionem quædam dicuntur secundum dispensationem, vt cicatrices, cibatio, potatio. Quædam secundum naturam, vt transire de loco ad locum infatigabiliter, et clausis ianuis intrare: ergo si hoc est de natura corporis gloriosi: patet, et cetera.

CONTRA: Cum subtile, et ratum obuiet duro, non penetrat, sed penetratur, vt patet, quia lapis diuidit aerem, et transit per ipsum: si ergo corpus

FVNDAMENTA. Ioan. 20. 6.

AD OPPOSITVM.

pus gloriosum est subtile: ergo per illam dorem non conuenit sibi penetrare, sed potius penetrari.

ITEM corpus gloriosum non est maioris subtilitatis, quam radius, vel aer: sed radius sua subtilitate non penetrat corpora opaca, et aer non penetrat nisi porosa: ergo corpus gloriosum non potest omnia penetrare.

ITEM si penetrat, aut hoc est diuidendo, aut subintrando per poros, aut simul coexistendo. Si diuidendo: sed quædam sunt corpora indiuisibilia, et infecabilia.

ITEM sunt alia, quæ cum diuidantur, nunquam reiuunguntur. Sunt et alia, quæ si diuidantur, corrumpuntur: ergo cum corpus gloriosum nihil destruet, quod non possit destrui: sed etiam quod possit, non omnino poterit penetrare saltem empyreum. Si subintrando per poros: sed pori sunt discontinui: ergo necesse esset corpus gloriosum discontinuari. Si simul coexistendo: sed impossibile est per naturam duo corpora esse simul: sed gloria non aufert naturam: ergo, et cetera.

ITEM sicut se habet vnum locatum ad plura loca, ita plura loca ad vnum locatum: sed vnum locatum impossibile est esse in pluribus locis simul: ergo nec plura locata possunt esse in eodem loco simul.

ITEM hoc videtur per impossibile, quia tunc accipitur corpus æqualis magnitudinis, vt corpus gloriosum, tunc ista duo omnino exterminantur: ergo soliditas in soliditate, et superficies in superficie, et linea in linea, et punctus in puncto: sed duo indiuisibilia sunt simul vnum: ergo, et cetera.

ITEM trahatur linea a centro illius distantia ad punctum circumferentiæ per medium corpus gloriosum, et rursus alia ab eodem puncto ad idem per corpus non gloriosum, aut est vna linea, aut duæ. Si vna: ergo corpus gloriosum, et non gloriosum sunt vnum. Si duæ lineæ: tunc videntur inconuenientia tria. Primum quod ab eodem puncto ad idem punctum possunt esse duæ lineæ rectæ: et ita duæ lineæ rectæ, inter quas non cadit superficies media: Et rursus duæ lineæ rectæ habentes eosdem terminos, cum lineæ multiplicentur per terminos.

ITEM duæ lineæ rectæ faciunt figuram: quæ sunt tria maxima inconuenientia secundum philosophum.

ITEM si corpus gloriosum potest propter sui subtilitatem coexistere, et penetrare corpus grossum, multo fortius aliud subtile: ergo duo corpora gloriosa possunt esse simul: et si duo, pari ratione tria: et si hoc, tunc omnia.

CONCLUSIO.

Corpora gloriosa penetrare possunt corpus non gloriosum, cum habeant dorem subtilitatis.

RESP. AD ARG. Omnes concedunt, quod corpora gloriosa habent dorem penetrabilitatis, id est subtilitatis. Sed quidam dicunt quod hanc habent, quoniam omnia corpora eis subiacent, et obediunt, et ipsa virtutem habent super omnia. Vnde dicunt, quod sicut aer cedit sagitta: sic omne corpus cedit corpori glorioso. Sed illud improbatum est, quia qua virtute reiuingeretur lapis, si per ipsum transiret, et caelum similiter, et corpus hominis non glorioso. Alij dicunt quod non cedit, sed quia omnia corpora quodam modo sunt porosa: et corpus gloriosum habet rationem, et naturam lucis, quæ tota per essentiam saluatur in puncto, et dilabitur, quando non habet resi-

Opinio 1.

Improbatio

Opin. 2.

stentiam: volunt quod corpus gloriosum penetrasset, et non per poros multos, sed potest per vnum. Sed illud adhuc videtur inconueniens. Ponamus enim corpus aliquod non esse porosum, tunc per illud non posset transire. ITEM quo modo est intelligendum, quod gloriosum efficiatur ita modicum, sicut porus, quin deperdat eius figura, eius quantitas, et mensura? ideo non est conueniens hæc positio. Alij ponunt quod quia corpus est in perfecta obedientia respectu intellectus: et intellectus potest abstrahere a quantitate naturam secundum intelligentiam, etiam abstrahere poterit secundum veritatem: et tunc corpus abstracta quantitate habet corporis substantiam, et spiritualitatem. Vnde sicut spiritus est simul cum corpore, et a corpore non impeditur: sic glorificatum corpus cum non glorificato. Sed hoc est impossibile, et non intelligibile, quod sit corpus viuens, et organicum, et non sit corpus quantum: ideo hoc non est ponendum. Qualiter enim saluetur organizatio, et membrorum distinctio in corpore a quantitate abstracto: hoc non video. Alij vero dicunt quod corpus gloriosum potest esse in eodem loco cum non glorioso: vnde, penetrat subintrando per rotam, non per poros: et hoc potest sic intelligi: Quod enim duo corpora naturalia non possint esse simul in eodem loco, non est eo quod sint duo, ante enim per naturam sunt duo, quam sint in vno loco vel duobus, quia per suas formas: Et hoc patet, quia duo puncta, et duæ lineæ, et duæ superficies simul sunt in contactu Physico: quia contingua sunt quorum termini simul sunt, quando cumque in eodem loco primo sunt. Quod ergo non sunt simul, hoc est propter corpulentiam ipsorum, quia vnum non est alteri periculum. Si ergo ita fit quod alterum habeat subtilem corporeitatem, et penetratiuam virtutem respectu alterius, tunc quidem poterunt esse simul. Et quoniam in dote penetrabilitatis, id est subtilitatis datur corpori subtilitas, et virtus actiua ad penetrandum non gloriosum: ideo penetrat, illo non cedente. Corpora vero mathematica, et lineæ, et puncta ideo plura sunt, quia distantia: et ideo impossibile est duo corpora mathematica, vel duas lineas, vel puncta esse simul, vel etiam mathematicum cum naturali, sicut vult philosophus.

Improbatio

Opinio 3.

Improbatio

Opinio 4. quæ approbat Doct. Explicatio.

1. AD illud ergo quod obijciatur, quod subtile dispositum est penetrari, non penetrare, dicendum, quod hoc est verum vbi est subtilitas raritatis ad patiendum: sed hic est subtilitas iuncta virtuti agentis, sicut patet in igne, et radio.

2. 3. AD illud quod obijciatur, quod æqualis subtilitatis est radius, dicendum quod si sit æqualis subtilitatis, non tamen est tantæ virtutis in penetrando: et vtrumque requiritur, vt visum est.

4. AD illud quod obijciatur, quod duo corpora non possunt esse simul, iam patet responsio, quia si intelligatur de corpore secundum esse naturale, non tenet hoc quia corpus, sed quia habet corpulentiam. Quod ergo obijciatur de mensura, dicendum quod duplex est mensura, scilicet intra, et extra. Mensura intra est propria, et multiplicatur secundum multiplicationem mensurati, quia est vnigena mensurato: mensura extra non oportet quod multiplicetur in quantum mensura: sed si multiplicatur, hoc est propter indigentiam vel compassibilitatem mensuratorum.

5. 6. AD illud quod obijciatur, quod vnum corpus non potest esse in pluribus: ergo nec vnus locus continet duo corpora, dicendum quod non est simile, quia primum facit finitas, qua creatura non priuatur per gloriam: secundum facit corpulentiam, et grossitates, quæ auferretur per gloriam.

7. 8. AD illud quod obijciatur de punctis, et lineis, dicendum quod non habent distinctionem manifestam, quæ est secundum distantiam, sed distinctionem naturalem, quæ est secundum diuersam substantiam, simul in suis naturis coexistunt: ipse vero opponit, ac si esset.

4. Phy. com. 20. 4. 7.

si esset distinctio secundum esse metaphysicum... 9. Ad illud quod obijcitur de corpore glorificato, utrum possit esse simul cum alio...

QVÆSTIO II.

An corpus gloriosum sit palpabile.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 83. art. 6. Ricard. 4. Sent. dist. 49. ar. 4. q. 4. Tho. Arg. 4. Sent. d. 49. q. 1. ar. 4. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 49. q. 21.

FVNDAMENTA.

Lsc. vlt. f.

DE subtilitate per comparationem ad tactum nostrum, et queritur, utrum corpus glorificatum sit palpabile a tactu non glorificato. Et quod sic, videtur: Palpate, et videte, quia spiritus ossa, et carnem non habet...

AD OPPOSITIVM. Greg. hom. 26. in Eua. 10. 3.

ITEM ratiōne videtur: quia in corpore glorioso erit veritas carnis, et ossis: sed caro est mollis, et os durum: sed durum, et molle sunt obiecta tactus: ergo, et cetera.

CONCLUSIO.

Corpus gloriosum potest se præbere tangibile, et se occultare, quia potest penetrare organum tactus.

Explicatio.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod cum dico tangibile, duo dico, scilicet quod potest immutare sensum: et hoc est perfectionis: et quod non potest latere tactum nostrum: et hoc est imperfectionis.

A Et hæc duo contraria sunt in nobis, sed non in illo corpore. Concedendæ ergo sunt rationes, quod tangi potest. 1. 2. Ad illud quod obijcitur: quod palpatur est corruptibile, dicendum quod hoc verum est de eo quod est tactui subiectum: sed istud non erat: et ideo condescensionis erat.

ARTICVLVS IIII.

CONSEQUENTER queritur de dote agilitatis, de qua duo queruntur. Primo queritur, utrum in omnibus corporibus gloriosis. Secundo queritur de inclinatione corporis gloriosi per agilitatem.

QVÆSTIO I.

An agilitas sit in corporibus gloriosis.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 84. ar. 1. Et 4. Sent. d. 44. q. 2. ar. 3. Scot. 4. Sent. d. 49. q. 13. Ricard. 4. Sent. dist. 49. ar. 4. q. 7. Tho. Argent. 4. Sent. d. 49. q. 1. ar. 3. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 49. q. 22. Petrus de Tarent. 4. Sent. d. 49. q. 22.

IRCA quam sic proceditur, et ostenditur quod agilitas sit in corporibus gloriosis: Tamquam scintilla in arundinetis: dicuntur de beatis.

ITEM ratiōne videtur: quia anima sensitiva habet vim motiuam, et sensitivam, et ita resurgent organa virtutis motiva, sicut et sensitiva: sed organa sensitiva erunt habilia sensui: ergo organa motiva motui.

ITEM non statim ut resurgent erunt in empyreo: et ille est locus debitus, et vnumquodque corpus habet habilitatem tendendi ad locum suum: ergo cum habeat habilitatem tendendi, et hanc non habeat nisi per agilitatem: patet, et cetera.

ITEM per Augustinum de Trinitate: In habentibus mutationem nonnulla mors est ipsa mutatio. Et ratio huius est, quia in omni motu aliquid deperditur, et illud mori non incongrue dicitur, sed corpus illud erit ab omni morte alienum: ergo, et cetera.

AD OPPOSITIVM. Apoc. 10. b.

Lib. 1. c. 1. in sensu 10. 3. et lib. 3. contra M. ximum ca. 1. 2. 10. 6. 3. Phys. cor. 10. 3.

et cogitationum quietationem, corpora etiam supercaelestia, quæ sunt maxime habilia ad motum, per quietem remunerantur: ergo similiter corpora gloriosa.

CONCLUSIO.

Corpora gloriosa habent agilitatem facientem ad expeditionem animæ in corpus.

RESP. AD ARG. Dicendum quod quidquid sit de motu, tamen de agilitate certum est, quod ista proprietas est de perfectione et nobilitate corporis, et faciens ad expeditionem animæ in corpore: et ideo dico quod erit ibi sicut probant rationes.

QUOD vero obijcitur de motu, dicendum quod motus omnis est propter carentiam alicuius rei. Carentia autem potest esse aut rei, quæ inhæret, aut rei quæ assistit. Si rei, quæ inhæret, ut proprietas absoluta: hæc quidem imperfectionem facit in mobili, et similiter motus. Alia est carentia rei quæ assistit, et tunc aut illa est nata assistere per naturam, et tunc illa indiget: et talis motus erit sit rei perfectæ, attestatur tamen alicui imperfectioni, ut cum lapis movetur ad locum deorsum: aut locus ille non est natus assistere per naturam magis, quam alius, quia illo non indiget, sed per voluntatem, quia aliquid vult circa illum locum operari: et talis motus non ponit imperfectionem, sed libertatem, et talis esse poterit in corpore glorioso.

3. Phys. cor. 10. 6.

1. Ad illud ergo quod obijcitur, quod non erit tempus, dicendum quod verum est prout est mensura motus primi mobilis. 2. Ad illud quod obijcitur de mutatione, quod est motus, dicendum quod illud non intelligitur de qualibet mutatione, sed de mutatione ad formam. 3. Ad illud quod obijcitur, quod motus attestatur imperfectioni, dicendum quod verum est de motu ad formam, vel ad situm propter indigentiam: hic autem motus est propter libertatem. 4. Ad illud quod obijcitur, quod anima non mutat affectiones, dicendum quod mutatio veniebat ex eius instabilitate, seu necessitate: mutatio enim corporum superiorum est propter inferiorum necessitatem, mutatio autem corporis ab anima ex libertate, ideo non est simile.

QVÆSTIO II.

An agilitas inclinet corpus gloriosum ad omnem differentiam positionis.

S. Tho. in suppl. 3. p. q. 84. art. 2. et 8. Ricard. 4. Sent. d. 49. ar. 4. q. 7. Tho. Arg. 4. Sent. d. 49. q. 1. ar. 3. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 49. q. 23.

AD OPPOSITIVM.

DE inclinatione corporis gloriosi, quæ est per agilitatem. Et queritur, utrum agilitas inclinet corpus gloriosum ad omnem differentiam positionis, an ad aliquem locum determinatum. Et quod non ad omnem differentiam, videtur: quia inclinatio mobilis sequitur naturam prædominantis secundum quantitatem: sed prædominans secundum quantitatem in corporibus illis est terra, et aqua: ergo, et cetera. Si dicas quod auferetur gravitas.

CONTRA: Hæc est de natura terræ: sed S. Bon. Tom. 5.

AUGUSTINUS dicit, quod natura servabitur: ergo, et cetera. 3. ITEM vnumquodque appetit quod est magis sibi conueniens: sed locus cæli empyrei est magis sibi conueniens: ergo appetit esse ibi: sed inclinatio est appetitus naturalis: ergo, et cetera.

4. ITEM omne quod quiescit alicubi, habet vim ipsum ibi stabilientem: sed corpus gloriosum quiescit in cælo: ergo ibi stabilitur per aliquam virtutem: sed virtus stabiliens in loco inclinat ad locum determinatum: ergo, et cetera.

FVNDAMENTA.

CONTRA: Corpus illud est per omnia obediens animæ: ergo si voluntas illa potest movere ad omnem differentiam positionis, et æque ad vnam sicut ad aliam: ergo corpus gloriosum non magis inclinatur ad vnam, quam ad aliam.

ITEM quod habet inclinationem ad vnam partem, si movetur ad oppositam, movetur cum fatigatione, et pœna: ergo si illud inclinaretur sursum, et moveretur deorsum, esset ibi labor, et pœna.

ITEM quod appetit vnum locum, si extra illum ponatur, efficitur indigens, et imperfectum: ergo si corpus gloriosum inclinaretur ad aliquem locum secundum appetitum, aut impossibile esset quod inde moveretur: aut si inde moveretur, esset imperfectum.

CONCLUSIO.

Corporis gloriosi agilitas non inclinat ad aliquem locum determinatum, quia sequitur inclinationem animæ.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod habilitas ad motum sequitur inclinationem, et inclinatio appetitus est respectu perfectionis, quia propter illam est. Quoniam igitur corpus gloriosum totum suæ existentie, et nobilitatis, et stabilitatis rationem trahit ab anima: ideo inclinatio eius est ad animam, non ad aliquid extra. Et quoniam agilitas sequitur inclinationem, et anima potest movere in omnem differentiam positionis, ideo et corpus habile ad omnem situm. Vnde agilitas non inclinat ad aliquem locum determinatum, ut probatum est: sed est promptitudo, ut corpus moueatur in omnem locum, ad quem vult movere animam: et concedendæ sunt rationes ad hoc.

1. AD illud quod obijcitur, quod terra prædominatur, dicendum quod quia appetitus elementorum totaliter quietatur in illo corpore, ita quod nullum elementum in eo appetit suam spheram: et ideo ablatas est terræ appetitus ille, et gravitas.

2. QVOD obijcitur, quod natura servatur, et vitium detrahitur, dicendum quod vitium dicitur omne quod importat imperfectionem.

3. AD illud quod obijcitur, quod appetit magis conueniens, dicendum quod hoc verum est, si illo indiget: sed corpus gloriosum nullo indiget loco.

4. AD vltimum dicendum quod corpus stabilitur in omni loco per animam, et anima per Deum: et sic non indiget alia inclinatione.

fff DISTINCT.

DISTINCT. L. PARS I.

AN MALI IN INFERNO PECCABUNT.

De cognitione tum illorum, tum etiam beatorum.

Ench. cap. 121. 10. 3.

ORitur quaestio ex praemissis ducens originem. Supra enim Augustinus loquens de malis in inferno damnatis, et bonis in celo glorificatis, dixit quod nec bonis voluntas, nec malis facultas esse peccandi poterit. Et de bonis quidem constat, sed de malis, a quibus voluntatem malam non remouet, queritur quo modo sit verum eos non posse peccare, immo quo modo verum sit eos non peccare, cum malam habeant voluntatem. Quidam autem illam voluntatem non esse peccatum, sed supplicium tantum. Alij vero peccatum esse fatentur, sed per illud eos non mereri aliquam poenam: quia non est ibi locus merendi. Illud ergo peccatum dicunt non esse meritum supplicij, sed supplicium mali meriti, quod in hac vita praecessit. De hoc autem Augustinus ita dicit: Tempus acquirendi vitam aeternam in hac tantum vita Deus hominibus dedit, ubi voluit etiam poenitentiam esse fructuosam. Ideo hic poenitentia fructuosa est, quia potest hic homo deposita nequitia bene vivere, et mutata voluntate merita, simulq. opera mutare, et ea gerere quae Deo placeant. Quod qui in hac vita non fecerit, habebit quidem poenitentiam in futuro saeculo de malis suis, sed indulgentiam in conspectu Domini non inueniet: quia est erit stimulus poenitudinis, tamen nulla erit ibi correctio voluntatis. A talibus enim ita culpabitur iniquitas sua, ut nullatenus ab eis possit vel diligi, vel desiderari iustitia. Voluntas enim eorum talis erit, ut habeat semper in se malignitatis suae supplicium, numquam tamen recipere possit bonitatis effectum. Quia sicut illi qui cum Christo regnabunt nullas in se mala voluntatis reliquias habebunt, ita illi qui erunt in supplicio aeterni ignis cum diabolo et Angelis eius deputati, sicut nullam habebunt ulterius requiem, sic bonam nullatenus poterunt habere voluntatem. Et sicut coheredibus Christi dabitur perfectio gratiae ad aeternam gloriam: ita consortibus diaboli cumulabit ipsa malignitas poenam, quando exterioribus deputati tenebris, nullo illustrabuntur interiori lumine veritatis. Ex his apparet reprobos in inferno poenitentiam sic gesturos, ut per eam prauam voluntatem non deserant: et illa maligna voluntas erit eis ad cumulum poenae, per quam tamen non merebuntur, quia nullus meretur, nisi in hac vita.

Ench. cap. 121. in lib. de. fid. ad Petri. c. 3. a medio. 10 mo 3.

In Ench. c. 121.

Mat. 25. d

Quare dicantur tenebrae exteriores. HIC queri potest quare ille tenebrae, quibus inuoluentur mali in gehenna, dicuntur tenebrae exteriores. Quia tunc mali penitus extra lucem corporalem et spirituales, scilicet Deum, erunt: Nunc enim est patiantur tenebras in cecitate mentis, non tamen penitus extra lucem Dei sunt, nec corporali luce priuantur. De hoc Augustinus sic ait: Ira Dei et in iudicio erit, et hic est in cecitate mentis, cum dantur mali in reprobum sensum. Ibi exteriores tenebrae erunt, quia tunc peccatores penitus erunt extra Deum. Quid est enim penitus esse extra Deum, nisi esse in summo cecitate? Siquidem habitat Deus lucem inaccessibilem. Haec autem tenebrae hic iam incipiunt in peccante, cum ab interiori Dei luce secluditur, sed non penitus dum in hac vita est. Ecce quare ibi peccator dicitur pati exteriores tenebras, et non hic: quia ibi secluditur penitus a luce Dei: quod non hic. Sed quo modo intelligenda est illa seclusio? An quia non vident Deum per speciem? sed nec aliquis videt hic Deum per speciem. An per dissimilitudinem, quam facit peccatum inter Deum et hominem? sed et hic mali per gratia peccata elongantur a Deo. An quia Deum odiunt, ita ut velint Deum non esse? sed et hic multi Deum oderunt: de quibus scriptum est: Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper. Quae est ergo illa elongatio? Sane exteriores tenebrae intelligi possunt, quadam malignitas odij et voluntatis, quae tunc excrescet in mentibus reproborum, et quadam obliuio Dei, quia tormentorum interiorum et exteriorum doloribus adeo afficientur et turbabuntur, ut ab illis ad cogitandum aliquid de Deo vix, vel raro, vel numquam mentem reuocent. Ut qui nimio premuntur pondere, adeo stupefunt et turbantur, ut interim in aliam cogitationem non se extendant: sed illuc tendit impetus cogitationis, ubi sentitur vis doloris. Sed in hac vita nullus adeo malus est, ut penitus secludatur a cogitatione Dei: quia nec perdit appetitum beatitudinis, et quadam boni amorem, quem naturaliter habet rationalis creatura. Illas autem exteriores et profundissimas tenebras reprobos perpeffuros post iudicium dicit Augustinus

Aug. 10. 8. super Ps. 6. super illa verba: Turbatus est a furor oculi meus. 1. Tim. 6. c

Psalm. 73. d

Quare dicantur tenebrae exteriores. HIC queri potest quare ille tenebrae, quibus inuoluentur mali in gehenna, dicuntur tenebrae exteriores. Quia tunc mali penitus extra lucem corporalem et spirituales, scilicet Deum, erunt: Nunc enim est patiantur tenebras in cecitate mentis, non tamen penitus extra lucem Dei sunt, nec corporali luce priuantur. De hoc Augustinus sic ait: Ira Dei et in iudicio erit, et hic est in cecitate mentis, cum dantur mali in reprobum sensum. Ibi exteriores tenebrae erunt, quia tunc peccatores penitus erunt extra Deum. Quid est enim penitus esse extra Deum, nisi esse in summo cecitate? Siquidem habitat Deus lucem inaccessibilem. Haec autem tenebrae hic iam incipiunt in peccante, cum ab interiori Dei luce secluditur, sed non penitus dum in hac vita est. Ecce quare ibi peccator dicitur pati exteriores tenebras, et non hic: quia ibi secluditur penitus a luce Dei: quod non hic. Sed quo modo intelligenda est illa seclusio? An quia non vident Deum per speciem? sed nec aliquis videt hic Deum per speciem. An per dissimilitudinem, quam facit peccatum inter Deum et hominem? sed et hic mali per gratia peccata elongantur a Deo. An quia Deum odiunt, ita ut velint Deum non esse? sed et hic multi Deum oderunt: de quibus scriptum est: Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper. Quae est ergo illa elongatio? Sane exteriores tenebrae intelligi possunt, quadam malignitas odij et voluntatis, quae tunc excrescet in mentibus reproborum, et quadam obliuio Dei, quia tormentorum interiorum et exteriorum doloribus adeo afficientur et turbabuntur, ut ab illis ad cogitandum aliquid de Deo vix, vel raro, vel numquam mentem reuocent. Ut qui nimio premuntur pondere, adeo stupefunt et turbantur, ut interim in aliam cogitationem non se extendant: sed illuc tendit impetus cogitationis, ubi sentitur vis doloris. Sed in hac vita nullus adeo malus est, ut penitus secludatur a cogitatione Dei: quia nec perdit appetitum beatitudinis, et quadam boni amorem, quem naturaliter habet rationalis creatura. Illas autem exteriores et profundissimas tenebras reprobos perpeffuros post iudicium dicit Augustinus

Augustinus opponens de illo diuine, qui in inferno positus, eleuans oculos, vidit Abraam, et in sinu eius Lazarum: cuius comparatione coactus est confiteri mala sua, usque adeo, ut fratres roget ab his praemoneri, quod ante iudicium factum legitur. Sed post iudicium in profundioribus tenebris erunt impij, ubi nullam Dei lucem videbunt cui consueantur.

August. in Psal. 108. ibi: Disperat de terra memoria eorum. 10. 8.

DISTINCT. L. PARS I.

De statu, et conditione damnatorum, et malorum post iudicium quantum ad rationem, et voluntatem.

Hic oritur quaestio ex praemissis ducens originem, et cet.

Expositio textus.

VPRA egit Magister de statu beatorum. In hac parte agit de statu damnatorum. Primo post iudicium. Secundo ante iudicium, ibi: Praeterea queri solet, si reproborum anima et cet. Prima pars habet duas. In prima determinat subuersionem voluntatis. In secunda excacationem rationis, ibi: Hic queri potest quare illa tenebra et cet. et utraque pars duas habet. In prima opponit. In secunda vero dissoluit.

Diuisio.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam huius partis secundum duas quae tangit Magister, duo principaliter queruntur. Primo quod de subuersione voluntatis damnatorum. Secundo de excacatione rationis. Circa primum queruntur tria. Primo queritur, utrum damnati velint se peccasse. Secundo utrum voluntate deliberatiua damnati malint non esse, quam esse. Tertio, utrum damnati mallent omnes esse damnatos, quam quosdam damnatos, et quosdam beatos.

QUESTIO I.

An damnati velint se peccasse.

s. Tho. in suppl. 3. p. q. 98. art. 2. Scot. 4. Sent. d. 5. q. 1. Richardus 4. Sent. d. 5. q. 3. ar. 4. Steph. Brul. 4. Sent. d. 5. q. 1. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 5. q. 28.

FVNDAMENTA. Aug. 6. 3. a medio. 10. 8.

IRCA quam sic proceditur, et ostenditur, quod damnati velint se peccasse: quia Augustinus de fide ad Petrum dicit, quod bonam habere nullatenus poterunt voluntatem: sed nolle se peccasse est voluntatis bona: ergo non poterunt hanc habere: ergo si confiderabunt peccatum suum, cum non possint nolle, necesse habent velle.

ITEM voluntas hominis post mortem est inuertibilis, sicut voluntas angeli mali: sed angelus malus vult se peccasse: ergo et cetera.

ITEM sicut malitia inclinat voluntatem ad malum, sic gratia ad bonum: sed malitia remanebit in damnatis, sicut et gratia in beatis: ergo sicut beati bona, quae semel voluerunt, semper volunt: ita damnati semper volunt mala.

ITEM quod quis dimittat actum peccandi praesenti, non potest esse sine gratia gratificata, multo fortius de peccandi voluntate: ergo si nulla gratia datur S. Bon. Tom. 5.

A ipsis reprobis, nec natura melioratur: ergo peccandi voluntatem numquam amittunt.

CONTRA: Dicent intra se poenitentiam agentes et cet. constat quod illa est consideratio, seu voluntas rationis deliberantis: ergo videtur quod velint se non peccasse.

ITEM Augustinus in libro 83. quaestionum dicit: Videmus ferissimas bestias dolore poenarum a maximis voluptatibus abstinere: sed damnati non ardentius appetunt, quam bestiae atroces, et maxime cruciantur: ergo eorum appetitus retrahitur: et sic et cet.

ITEM peccatum non placebat, quia peccatum, sed propter libidinofam delectationem: sed in damnatis exclusa est omnis libidinosa delectatio: ergo nullum peccatum eis placet.

ITEM mala voluntas eo ipso quod mala est, est contra Deum, et eo ipso quod est contra Deum, est meritoria poenae: ergo semper merentur poenam: et ita debet semper eis poena augeri, et sic in infinitum: sed sic non videtur: ergo et cet.

ITEM voluntas mala eo ipso quod mala, est inordinata: ergo quando exijt in actum nouum, de nouo inordinatur: sed nihil potest Deus relinquere inordinatum: ergo si peccatum non ordinatur nisi in poenam: et est noua inordinatio: ergo noua poena, et ita semper cresceret.

ITEM esto quod damnatis daretur libertas peccandi, numquam fornicarentur si redirent ad corpora, et locum haberent: constat quod nolint peccare, cum magis horreant tantam poenam, quam delectationem peccati: ergo et cetera.

CONCLUSIO.

Damnati nolent se peccasse, non cum displicentia peccati, sed cum displicentia poenae, uiuente adhuc in eis peccandi voluntate.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod mala voluntas dicitur dupliciter, scilicet vno modo actu, alio modo habitu. Dico ergo quod timor feruilis in uoluntatibus non auferit habitum malae voluntatis, sed auferit actum: iste enim non vult luxuriari, quia timeri puniri, de ipsa voluntate tamen habitum non auferit: quod patet, quia si speraretur impunitas, vellet utique luxuriari. Sic intelligendum est in damnatis, quod dolor poenalis auferit ab ipsis voluntate actum volendi peccare: quia reuera damnati non appetunt luxuriari, nec dominari propter poenas, quas ex illis actibus sentiunt se incurrisse: habent tamen habitum voluntatis malae, per quam appetent peccare, si non crederent se ex hoc puniri. Si ergo queras utrum damnati nolint peccasse, dico quod nolunt non propter hoc quod peccatum eis displiceat, quia iniustum: sed quia eis displicet poena iusta.

ITEM ideo malam habent voluntatem hoc volendo: et ideo adhuc uiuit in eis voluntas peccandi, licet dolore poenarum impediatur, ne exeat in actum suum. Et sic patet responsio ad primum.

AD illud quod obijcitur, quod voluntas est inuertibilis, dicendum quod verum est de uertibilitate quantum ad habitum, in qua fit plena uersio: sed non est verum de uertibilitate quantum ad actum.

AD illud quod obijcitur, quod malitia inclinat, sicut gratia, dicendum quod non est simile, quia motus gratiae praemiat in simili, et conuenienti: sed motus libidinis in dissimili, ut in dolore: fff 2 et ideo

Distinctio 4

et ideo impeditur, sed motus gratiæ consummatur.

4. Ad illud quod obijcitur, quod abstinere a voluntate peccandi non est sine gratia, dicendum quod loquendo de voluntate habitu non est sine gratia: sed de voluntate actu distinguendum est, quia aut abstinere ab actu malo, quia contra Deum, et quia iniquum, et hoc non est sine gratia gratis data: hæc enim præparat ad ulteriorem gratiam. Aut quia hoc est lætium, sicut si aliquis dimittit fornicari, vel inebriari, quia amittit visum: et talis est per naturam punitam. Similiter dico quod damnati refugiant propter timorem pœnæ.

5. Ad illud quod obijcitur in contrarium, quod habent pœnitentiam, dicendum quod verum est: sed illa pœnitentia est stimulus pœnitentis, non correptio voluntatis: unde si daretur libertas peccandi ut speraretur omnino impunitas, dico quod peccarent: sed si deberent ita puniri pro alijs quæ facerent, sicut pro his, quæ fecerunt, numquam vellet peccare.

6. Ad illud quod quæritur, vtrum habeant aliquam inordinationem actualem voluntatis, potest dici quod sic: sed illa inordinatio est eis veisa in pœnam, sicut beatis bona voluntas in gloriam: unde sicut isti non merentur amplius bona voluntate, ita nec illi demerentur mala: et hoc dicit Augustinus et habetur in littera.

QUESTIO II.

An damnati malint non esse quam sic esse.

S.Tho. in Suppl. 3. p. 9. q. 99. art. 3. Scot. 4. Sent. d. 5. o. q. 2. Rich. 4. Sent. d. 5. o. art. 4. q. 2. Franc. de Mayr. 4. Sent. dist. 5. o. q. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 5. o. q. 2. Petrus de Taranr. 4. Sent. d. 5. o. q. 1. 9.

FVNDAMENTA. Apoc. 9. a

TRVM voluntate deliberatiua damnati malint non esse, quam sic esse. Et quod sic videtur: quia dicitur in Apocalypsi: In diebus illis desiderabunt homines mori, et fugiet mors ab eis.

ITEM Augustinus in libro de miseria huius mundi loquens de damnatis, dicit: O mors, quam dulcis esses, quibus tam amara fuisti: te solum desiderant, qui te vehementer oderunt.

ITEM ratione videtur, quia maior est tristitia ex pœna, quam delectatio ex culpa, quia modicum habent gaudium, et magnam tristitiam: ergo si electio tortionis prælegit, fugam magis nociui desiderio minus delectabilis, ut patet de illo, qui vult lucrari argentum, et fugit mortem, videtur quod damnati malint omnino non esse, quam sic puniri.

ITEM si cederent in non esse, pœna esset momentanea: sed pœna cruciatu eorum est æterna: ergo si pœna momentanea præferenda est æternæ, sicut malum finitum infinito, videtur et cetera.

AD OPPOSITVM. 1. CONTRA: Augustinus in libro de libero arbitrio: Considera quam bonum est esse, quod et beati, et miseri volunt: magis tamen est esse, et esse miserum, quam omnino non esse: cum tamen miser esse nolis.

2. ITEM ratione arguitur: Prælectio supponit electionem: sed non esse est eligibile: non quia omne eligibile habeat apparentiam boni, sed ipsum non esse non habet boni apparentiam, quia quod apparet bonum, apparet esse: ergo.

3. ITEM omnis appetitus ordinatus est conformis naturæ, quia natura semper appetit quod melius est: sed natura semper appetit esse, ut ipse Philosophus dicit, et nullo modo non esse: ergo et cetera.

4. ITEM maius malum magis est fugiendum: sed maius malum est quod magis admittit: sed corruptio in non esse admittit totum bonum, pœna vero non totum, immo multum relinquit: ergo magis fugiendum est non esse, quam puniri.

CONCLUSIO.

Damnati malent non esse, quam esse damnati voluntate deliberatiua, et omnis homo debet illud appetere appetitu refugiente in commodum, opportunum tamen est secundum appetitum honesti.

RESP. AD ARG. Ad hoc dicunt aliqui, quod damnati malent non esse, quam sic esse: sed appetitus eorum est inordinatus, et indiscretus, et phantasticus, quia sibi nocivum appetit, sicut et appetitus febricitantis, qui non venit ex natura, sed ex phantastica imaginatione, quia existimat sibi prodesse, quod nocet sibi. Sic damnati, quia existimant se habere quietem, si omnino non essent, appetunt magis non esse, quam esse in pœnis: et hoc videtur dicere Augustinus. Sed tamen Sapiens dicit in Ecclesiast. Felicitatem utroque iudicavi et cetera. Et ipsa Sapientia: Melius erat ei, si natus non fuisset homo ille. Et Hieronymus dicit: Quod melius est non vivere, quam male vivere. Ideo dicendum aliter, quod non esse nullo modo est appetendum appetitu ordinato, et recto: similiter nec esse damnatum, vel esse infelicem. Et si horum aliquid appetatur, phantasticus est appetitus, non ordinatio naturæ. Sed vtrumque horum fugiendum. Et cum se habeant sicut excedentia, et excessa: vtrumque altero magis est fugiendum diuersis considerationibus. Quia enim non esse admittit totum bonum, pœna partem: ideo hoc magis est fugiendum. Simpliciter tamen loquendo, quia corruptio in non esse in infinitum excedit pœnam inrensive, in infinitum inquam secundum proportionem, pœna vero extenditur in infinitum secundum veritatem: ideo credo quod magis appetendum esset, si poneretur in optione, omnino non esse, quam æternaliter torqueri: loquor de appetitu, qui refugit in commodum: hoc enim iudicat mens mea magis portabile, sicut decollationem magis, quam diurnam ignis adustionem. Verum tamen secundum appetitum honesti, quia cruciatus iniqui spiritus est ad gloriam Dei, utique male deberet ignibus subiacere ad continuam Dei laudem, quam per omnimodam corruptionem manu Dei effugere. Concedo ergo quod damnati malent non esse: et omnis homo recte debet illud appetere considerata gravitate vtriusque pœnæ: non tamen dico quod sit magis appetendum simpliciter: tamen ipsi simpliciter magis appetunt: et concedendæ sunt rationes ad hoc.

Improbatur. Eccles. 4. Mat. 26. 6

Determinatio propria.

1. AD rationes autem ad oppositum soluendum, dicendum quod Augustinus procedit ea via, qua corruptio in non esse excedit, scilicet intensius. 2. AD illud quod obijcitur, quod prælectio supponit electionem, dicendum quod verum est de illa, quæ est per modum desiderij, non de ea, quæ est per modum fugæ. 3. AD illud quod obijcitur, quod natura desiderat semper esse, dicendum quod verum est, et etiam ratio recta: tamen vera natura magis refugit pœnam æternam, quam momentaneam. 4. AD illud quod obijcitur, quod maius malum est, quod magis admittit, dicendum quod maius malum dupliciter est, scilicet extensius, et intensius: et similiter magis adimere, et natura magis refugit semper esse in omnimoda miseria, quam omni bono priuari: sicut frequenter de re, quam multum amamus, malimus illam non habere, quam propter illam induere conditionem seruilem.

QVÆ.

QUESTIO III.

An damnati velint omnes esse miseros.

S.Tho. in Suppl. 3. p. 9. q. 98. art. 4. Richardus 4. Sent. dist. 5. o. art. 4. q. 3. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 5. o. q. 3.

FVNDAMENTA.

TRVM damnati malent omnes damnatos esse, quam quosdam damnatos, quosdam beatos. Et quod malent omnes esse damnatos, ostenditur. Primo per illud quod communiter consuevit dici: Solatium est miseris socios habere pœnarum.

ITEM hoc ostenditur per illud quod dicitur in Isai: Surrexerunt de solijs, Glossa: Solatium est malorum multos socios habere pœnarum.

ITEM Augustinus de catechizandis rudibus: Cantus esto, ne tibi aliunde hostis subrepat, quia solatium mali valentissimum fixæ voluntatis, cum quibus damnetur, inquit: ergo illud est solatium malorum: si ergo ipsi fuerunt et desiderant quod est ad solatium: patet et cetera.

ITEM ratione videtur, quia invidia surgit ex defectu charitatis, et amore proprii boni: sed vtrumque in damnatis est: ergo est in eis maxima invidia: ergo si invidius nullum vellet videre bonum, nec beatum: ergo damnati vellet, quod omnes vna cum eis essent damnati magis, quam quod quidam essent damnati, quidam beati.

ITEM Sancti, et damnati ad inuicem inimici sunt propter hoc, quod damnati sunt inimici Dei: ergo cum damnati non diligant inimicos, sed potius odiant: et qui odit alium, mallet ipsum videre miserum, quam beatum: ergo et cetera.

AD OPPOSITVM. 1. CONTRA: In Luca dicitur de diuite: Quod rogabat pro fratribus ne venirent in locum tormentorum: ergo cum damnati habeant multos sanguineos in celo: ergo malent eos esse in celo, quam in inferno.

2. ITEM damnati etsi habeant malam voluntatem, non tamen perdidit affectionem naturalem, quod patet: quia impiissimi homines diligunt sibi proximos: sed in præsentia si pater miser habet filium miserum, non lætatur, sed magis tristatur de tali societate: ergo similiter in inferno.

ITEM si damnati desiderarent aliorum damnationem: ergo sicut cresceret aliorum damnatio, ita et consolatio eorum, quia desiderium si compleatur, delectat animam: ergo post omnium damnationem erunt in maiori consolatione, quod est manifeste falsum: inuero cresceret desolatio, sicut dicitur super illud Psalmi: Desiderium peccatorum peribit, Glossa: Nullo succedente solatio.

4. ITEM beatus adiecit multitudini electorum multiplicat gaudium: ergo ab oppositis damnatus amplifaciat mœrorem: sed sicut beatus desiderat amplificationem sui gaudij, ita damnatus diminutionem sui mœroris: ergo cum beati semper velint miseros peruenire ad gloriam, damnati refugiant, ut aliqui descendant ad eorum miseriam: ergo nollent beatos esse damnatos.

CONCLUSIO.

Damnati potius velint esse omnes miseros, quam ipsi existensibus miseris, aliquos esse beatos.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod etsi in damnatis aliquo modo remittantur affectiones libidinosæ propter pœnarum magnitudinem, illæ s. Bon. Tom. 5.

inquam affectiones, quæ habent annexam delectationem, aliæ tamen affectiones, in quibus est pœnalitas, vigorantur: unde etsi cessat actualiter affectus luxuriandi, et dominandi: tamen intenditur affectus, siue furor impatientiæ, et liuor inuidiæ: unde tunc dentibus suis fremunt, et tabescunt: et quoniam vigeat in eis odium, et invidia: ideo vehementer tristabuntur, et tabescunt in gloria electorum Dei: ideo ad satiandum suam impiissimam æmulationem, et odium, vellet nullos esse beatos, immo omnes esse miseros. Et quia nec ipsi ad beatitudinem possunt pertingere, nec alios possunt a statu beatitudinis amouere: ideo in semetipsis vehementer tabescunt, et confunduntur. Concedendum est ergo quod generaliter loquendo, malent omnes esse miseros, quam ipsi existentibus miseris, aliquos esse beatos: et concedendæ sunt rationes ad hoc.

1. AD illud quod obijcitur de illo diuite, qui nolebat fratres damnari, dicendum quod quamuis in generali damnati nolint videre beatos aliquos, sed omnes miseros: tamen quia specialius habent aliquorum amorem naturalem, et priuatum, nolent ipsos damnari alijs existentibus in statu gloriæ: quia etsi illi damnetur, tamen adhuc manet æmulatio, et occasio tabescendi: non sic esset de omnibus.

2. ET per hoc patet sequens de affectione naturali: tamen nullos ita diligunt naturaliter, quin vellet eos esse damnatos, hoc pacto quod nulli essent beati. Exemplum patet in illis, qui habent odium capitale, qui desiderant vitam confanguineorum: attamen vellet quod multi ex confanguineis essent mortui, ut possent effectum vindictæ de inimicis suis implere.

3. AD illud quod obijcitur, quod si desiderant damnationem et cetera, dicendum quod non desiderant damnationem quorumcumque, sed eorum quibus inuidet: propterea quia vident eos eleuatos, ex quorum comparatione confunduntur, et isti sunt beati: et quia hoc obtinere non possunt, ideo non consequentur inde solatium, sed magnum supplicium.

4. AD illud, quod refugiant desolationem, dicendum quod sicut homo sanus, in quo est natura bene disposita appetit cibaria sibi competentia, homo vero infirmus appetit ea, quæ nocent, quia existimat ea prodesse: sic beati tamquam mente sani appetunt aliorum glorificationem, quæ vere est eis proficua, damnati vero beatorum damnationem, quam existimant sibi vilem, et delectabilem, sicut invidius alterius subuersionem. Attamen si ueniret, non propter hoc miseria eorum decrederet, immo succresceret. Multa enim volunt impij, et peccatores, quæ si obtinerent, essent miseros. Ad hæc confirmanda multum facit auctoritas Augustini in ij. cap. ubi dicit, quod ira, odium, et cæcitas in damnatis exrescent.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER quantum ad secundum articulum quæritur de exccacatione, siue tenebrositate damnatorum. De qua tria quæriuntur. Primo quæritur, vtrum sint ibi tenebræ corporales. Secundo, vtrum sint in eis tenebræ spirituales quantum ad actum cognoscendi.

Tertio quantum ad actum memorandi.

fff 3 QVÆ.

QVÆSTIO I.

An in inferno erunt tenebræ corporales.

S.Tho. in suppl. 3. p. q. 97. art. 4. Richard. 4. Sent. dist. 50. art. 5. q. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 50. q. 4. Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 50. q. 21.

AD O P P O S I T I V M

QVANTVM ergo ad primum sic proceditur, et ostenditur quod non erunt ibi tenebræ corporales, quia constat quod reprobis habent potentiam videndi, vel etiam habituri sunt post iudicium: ergo cum visus natus sit exire in actum, videtur quod videre debeant: sed non est videre sine luce: ergo et cetera.

ITEM boni videbunt alios Sanctos ad suam gloriam, maxime illos, quos conuerterunt: ergo similiter si mali debent inuicem confundi maxime qui alijs malum exemplum dederunt, sicut Arrius: ergo similiter debent eos videre.

ITEM lux naturaliter sequitur ignem: ergo ubi est aggregatio ignis, ibi et luminis: sed hæc est in inferno: ergo et cetera.

FVNDAMENTA. Mar. 22. b Greg. lib. 9. Moralium, cap. 38.

CONTRA: Ligatis pedibus, et manibus projicite eum in tenebras exteriores. Super quo Gregorius: Si ille ignis lucem haberet, qui repelluntur in tenebras exteriores, mitti nequaquam dicerentur.

ITEM ratione videtur, quia sicut boni præmiantur per visum, ita mali similiter debent puniri: sed tenebræ plus grauant homines habentes oculos ad videndum: ergo et cetera.

ITEM dulce est lumen, et delectabile: ergo si damnatis est omnis delectatio auferenda: ergo et omnis delectatio corporalis.

CONCLUSIO.

In inferno sunt tenebræ corporales luce permixta non ad illuminationem et consolationem, sed ad desolationem et horrorem.

RESPON. AD ARG. Ad hoc respondet Isidorus inquiens, ignem gehennæ habere lucem ad aliquid, ad aliquid non habere. Et hoc quidem verum est. Lucebit, inquit, ad desolationem, ut habeant unde doleant: sed non ad consolationem, ne habeant unde gaudeant. Ad quod intelligendum, notandum quod ignis est in triplici differentia. Est enim ignis purus, ut est in propria materia: et est ignis incorporatus, ut est in materia aliena, ut in terra, vel aere: et est ignis non tantum incorporatus, sed etiam permixtus, ut ignis sulphureus, et fumosus. Primus est lux, et pure lucet, et abundanter. Secundus est ignis, carbo, et flamma: hic autem lucet, et tenebram expellit. Tertius est ignis fumosus, et talis est tenebrosus, et iste erit in inferno. Rursus notandum, quod lux illuminat oculum ad videndum: potest ergo illuminare ad videndum delectabilia, vel ad videndum indifferentia, vel ad videndum tristitia, et horribilia. Primo, et secundo modo non erit illuminatio, sed tertio modo tantum. Secundum hoc igitur patent obiecta. Nam rationes probantes, quod non sit ibi ignis lucens, procedunt secundum lucis puritatem illuminantem ad delectandum. Rationes vero probantes, quod sit ibi ignis lucens, procedunt de luce communiter secundum quod tenebris fumositas est admixta, et illuminat ad desolationem, et horrorem.

A

QVÆSTIO II.

An in damnatis erunt tenebræ spirituales quantum ad actum cognoscendi.

S.Tho. in Suppl. 3. p. q. 97. art. 2. Rich. 4. Sent. d. 50. art. 5. q. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 50. q. 5.

TRVM erunt ibi tenebræ spirituales quantum ad actum cognoscendi. Et quod sic, videtur: quia cæco vbicunque est, est tenebra: sed mali, et damnati sunt excæcati per malitiam: Excæcavit eos malitia eorum: ergo si ibi crescit malitia: ergo et cæcitas.

ITEM Augustinus dicit super Psalmum ibi: Tenebræ exteriores erunt, quia penitus extra Deum erunt. Quid enim est extra Deum esse, nisi in summa cæcitate esse? Ergo erunt in summa cæcitate: et si hoc, nulla ergo erit ibi illuminatio spiritualis.

ITEM sicut intellectiva nata est illuminari ad verum, ita affectiva inflammari ad bonum: sed affectiva omnino priuatur calore, siue amore boni: ergo cognitiva lumine veri.

ITEM sicut affectiva delectatur in bonitate, sic cognitiva in veritate: sed a reprobis auferuntur omnis delectatio: ergo et omnis illuminatio, et cognitio veritatis pari ratione.

CONTRA: Reprobi habent multorum cognitionem naturalem: sed nec pœna, nec culpa debet bona naturæ destruire omnino: ergo aliqua in eis cognitio remanebit.

ITEM damnati habent remorsum conscientia, et vermem: sed conscientia non remordet nisi de peccatis, quæ cognouit: ergo et cetera.

ITEM videtur quod amplius sit in damnatis de luce, quam in viatoribus, etiam seipis: quod patet, quia multi interficiunt martyres arbitantes se bene facere, multi credunt impune peccare: sed tunc certi erunt se fuisse deceptos: ergo lumen cognitionis eis accrescet: et si hoc, videtur quod Deus det nouas illuminationes damnatis.

ITEM videtur quod saltem a parte speculationis tantum lumen sit in eis, quantum nunc, quia si priuatio luminis est per meritum peccati, et meritum, et demeritum est in potentia practica, vel motiua, non in potentia speculatiua: ergo et cetera.

CONCLUSIO.

Damnati ad cumulum pœnarum adeo excæcati erunt tenebris spiritualibus, ut nil penitus cognoscant, quod possit eos, cum dirigere: cum delectari: sed id tantum quod eos possit cruciare.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod sicut est triplex actus lucis corporalis, scilicet manifestare, dirigere, et delectari: sic et in luce spirituali. Si loquamur quantum ad primum actum, sic dico quod non omnino extra lucem erunt, quia aliqua erunt eis manifesta: sed illa solum quæ faciunt ad cumulum pœnæ, alia non: et ideo ista lux est ad manifestandum tenebras, et ducens in tenebrositatem: ideo non consistit in lumine. Si loquamur quantum ad secundum actum, qui est dirigere: sic dico quod omnino erunt extra lucem, quia non poterunt dirigi: erunt enim extra omnem viam, et tempus, et locum bene agendi, sicut dicitur in Ecclesiast. Quia nec opus, nec ratio, nec scientia est apud inferos. Si quantum

FVNDAMENTA.

Sap. 2. d

In Psal. 6. ibi: Turbatus est a furore oculus meus. 10. 8.

AD O P P O S I T I V M.

quantum ad tertium, qui est delectari: sic dico similiter, quod erunt extra lucem omnino, quia nihil cognoscent actu, in quo delectentur. Erunt enim omnino absorpti a magnitudine pœnarum, ita ut non liceat eis cogitare alia delectabilia.

Respon. ad argum. profund.

1. 2. QVOD ergo dicitur omnino excæcari, et extra Deum esse, hoc intelligitur quantum ad directionem, et delectationem.

3. 4. AD illud quod obijcitur, quod nullam habent cognitionem, quia nec affectus eorum habet boni amorem, dicendum quod sicut non habebunt amorem boni honesti, sed commodi: sic nec cogitabunt de bono honesto, sed tantum commodo. Vel dicendum quod non est simile, quia plus corrumpitur per peccatum affectus, quam intellectus.

Respon. ad opposit.

1. 2. AD illud quod obijcitur in contrariū, quod habent cognitionem naturalem, et cognitionem peccatorum, dicendum quod cognitio peccatorum non abolebitur: sed tamen nulla in eis cognitio erit in actu, quæ ad ipsorum non faciat cruciatum vel per se, vel per accidens.

Gregor. lib. 25. Moral. 67. 10. 2.

3. AD illud quod obijcitur, quod ampliores habebunt illuminationem, dicendum quod aliqua peccata cognoscent, quæ modo non cognoscent, non per noui luminis donationem, sed per pœnæ afflictionem: quia ut dicit Gregorius: Pœna aperit oculos, quos culpa claudit.

4. AD illud quod obijcitur, quod secundum intellectum speculatiuum non est demeritum, dicendum quod voluntas demeretur sibi, et omnibus potentij animæ, et membris corporis: ideo nō tantum punietur in seipso, sed etiam in omnibus potentij, et membris, licet ipsa puniatur principalis: et sic patet illud.

QVÆSTIO III.

An in damnatis sint tenebræ spirituales quantum ad actum memorandi.

S.Thomas in suppl. 3. p. q. 98. art. 7. Et 4. Sent. dist. 50. q. 2. art. 2. q. 1. Richardus 4. Sent. dist. 50. art. 5. q. 1. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 50. q. 6.

AD O P P O S I T I V M. Eccles. 11. d

TRVM in damnatis sint tenebræ spirituales quantum ad actum memorandi. Et quod sic, videtur per illud Ecclesiastici: Malitia vnius horæ obliuionem facit luxuriæ maximæ: ergo maiorem obliuionem facit æterna pœna: et sic patet et cetera.

ITEM hoc videtur per illud, quod dicitur in littera: Exteriores tenebræ intelligi possunt quædam malignitas odij, quædam obliuio Dei, quæ tunc excrescent.

ITEM hoc videtur ratione, quia recte oblitus est qui nō habet copiam memorandi: sed damnati non

habent copiam memorandi: unde dicit Augustinus Verba sunt in littera, quod quia nimio dolore prementur, adeo stupefunt, et terrentur, ut interim mentem in aliam cogitationem non ferant: ergo et cetera.

ITEM damnati erunt subiecti tempore secundū illud Psalmi: Erit tempus eorum in sæcula: et etiam alijs infirmitatibus: ergo videtur quod ex longitudine temporis possint omnium obliuisci, sicut nunc videmus in nobis.

CONTRA: Imago non tollitur a damnatis: sed imago consistit in memoria intellectiua, et voluntate respectu Dei: ergo saltem Dei habebunt memoriam.

ITEM confiat quod non habent remorsum nisi de peccatis præteritis: sed de nullo habent remorsum, nisi de quo cogitant: ergo cogitant de peccatis præteritis: ergo et eorum rememorantur.

ITEM hoc videtur per illud quod damnati dicent per Sapient. Dicent intra se pœnitentiam agentes: hi sunt quos aliquando habuimus in derisum: ergo rememorabuntur præteritorum.

ITEM Abraam dixit diuiti: Recordare quoniam recepisti bona in vita tua, et Lazarus similiter mala: sed hoc non dixisset, si non potuisset recordari: ergo et cetera.

CONCLUSIO.

Sunt in damnatis tenebræ spirituales ne recordentur Dei ut in ipso possint consolari: erit tamen Dei memoria eis ad dolorem et desolationem.

RESP. AD ARG. Dicendum quod ad hoc facile est respondere, si reuocatur ad mētem distinctio præcedens: quoniam est recordatio aliquorum ad mæstitiam, et dolorem, et confusionem: aliquorum ad itineris directionem, aliquorum ad consolationem. Secundam et tertiam non habebunt damnati nec respectu Dei, nec respectu aliorum, quia non erit eis memoria Dei, vel ut conuertantur siue reuertantur ad ipsum, aut ut delectentur in ipso. Vigebit tamen in eis actus memoriæ quantum ad primam scilicet desolationem: quia semper habebunt memoriā peccatorum, quæ commiserunt, et Dei quem offenderunt ad suam confusionem. Nec hoc repugnabit pœnis: quia pœnæ exteriores ducent ad cogitandum interius suum demeritum: et ita recordatio illa non est eis via lucis, sed tenebrarum: nec ponet hominem in statu bono corā Deo, sed potius elongabit a Deo, et a vero lumine: et sic patent rationes ad vtramque partem.

Verumtamen illud argumentum quod facit de tempore, et passibilitate damnatorum, non valet, quia sicut corpora passibilia erunt immortalia: ita etiam anima sit subiecta variationi passionum, adeo tamē erit actus memorandi conuersus ad ea, quæ spectant ad pœnam, et adeo sine intermissione, quod non poterit anima obliuisci: et illud magis patebit vltimo, cum agatur de verme. Hæc autem sufficiant ad præfens, quibus intellectus satis patet littera.

Psal. 50. c

FVNDAMENTA.

Sap. 5. a

Lucæ 16. g

DISTINCT. L. PARS II.

DE ANIMABVS DAMNATORVM, AN ALIQUAM habeant notitiam eorum, quæ hic fiunt.



RAETEREA queri solet, an reproborum anime, quæ nunc in inferno cruciantur, notitiam habeant eorum, quæ circa suos in hac vita geruntur, et si aliquo modo doleant super infortunij suorum charorum. Hanc quæstionem Augustinus commemorat, ex parte eam explicans, ex parte vero insolutam relinquens: ait enim: Queret aliquis an ullus dolor tangat mortuos de his, quæ in suis

Aug. super Psal. 108. Ibid. Disperat de terra memoria eius. 10. mo 8.

in suis post mortem contingunt, vel quo modo ea qua circa nos aguntur, nouerint spiritus de-
functorum. Cui respondeo magnam esse quaestionem, nec in presenti differendam. Verumia-
men breuiter dici potest, quod est cura mortuis de suis charis, ut de diuine legitur: qui dum
Luca 16. g tormenta apud inferos pateretur, leuauit oculos ad Abraam, et inter alia dixit: Habeo
enim quinque fratres: mitte aliquem ex mortuis, ut testetur illis ne et ipsi veniant in hunc
locum tormentorum. Habent enim mortui curam de uiuis, quos sciunt viuere, quia nec in
locis paenarum vident eos, ubi diues sine fratribus erat: nec in requie beatorum, ubi La-
zarum et Abraam, quamuis longe, agnoscebat. Non tamen ideo consequens est eos scire
qua circa charos suos aguntur hic, vel leta, vel tristia.

Quo modo accipienda sint qua de Lazaro, et diuine leguntur.

August. su-
per Genes.
ad lit. lib.
8. c. 5. 10. 3.

SI quis autem querat quo modo intelligatur, quod de Lazaro et diuine legitur: Audiatur
Augustini responsum dicentis: Si quis putat animas corpore exutas locis corporalibus conti-
neri, cum sint sine corpore, non deerunt qui faueant, et diuitem sitientem in loco corporali
fuisse contendant, ipsamq. animam corpoream preparasse linguam, et stillam de Lazari digito
cupisse. Sed melius est dubitare de occultis, quam litigare de incertis. Diuitem in suppli-
cio, pauperem in refrigerio esse non dubito. Sed quo modo intelligatur diuitis lingua, digi-
tus Lazari, flamma inferni, sinus Abraha, et eiusmodi, vix a mansuetis, a contentiosis
autem numquam inueniuntur.

An se videant boni, et mali.

Greg. hom.
40. a prin-
cipio super
Lucam 16.
et in glos.
super illud:
factum est
autem.

SOLET etiam queri: Vtrum vicissim se videant illi qui sunt in inferno, et illi qui sunt in
gloria. Sicut sancti tradunt, et boni malos, et mali bonos vident usque ad iudicium. Post iudicium
vero boni videbunt malos, sed non mali bonos. Vnde Gregorius: Infideles in imo positi, ante
diem iudicij fideles super se in requie attendunt, quorum gaudia post contemplari non possunt.

De chaos inter bonos et malos.

SED cum sancti malos in tormentis videant, nonne aliqua compassione erga eos mouentur?
nonne eos de tormentis liberari cupiunt? Recole illud Euangelicum, quod Abraham diuini respon-
dit: Inter vos et nos chaos magnum firmatum est, ut hi qui volunt hinc transire ad vos, non pos-
sint, neque inde huc transire. Quid est illud chaos inter bonos et malos, nisi hinc iustitia, inde
iniquitas, quae nullatenus sociari valent? Adeo enim sancti Dei iustitiae addicti sunt, ut nulla com-
passione ad reprobos transire valeant, nulla pro eis inter sanctos fiat intercessio. Quo modo ergo
inde volunt aliqui transire ad illos, sed non possunt? Quia si Dei iustitia admitteret, non fie-
ret eis molestia liberatio eorum. Vel ita dicuntur velle non posse, non quia velint, et non pos-
sint, sed quia essi vellent, non possent eos iuuare. De hoc ita Gregorius ait: Sicut reprobi a
panis ad gloriam sanctorum transire volunt, et non possunt: ita iusti per misericordiam mente
ire volunt ad positos in tormentis, ut eos liberent, sed non possunt: quia iustorum anima etsi in
nature suae bonitate misericordiam habent, iam tunc auctoris sui, iustitiae coniuncta, tanta re-
titudine constringuntur, ut nulla ad reprobos compassione moueantur.

Quo modo visa impiorum poena non minuit beatorum gloriam.

Greg. super
Luca. 16.
Fili recor-
dare, hom.
40. post me-
dium.
Hier. lib. 8.
c. 66. super
Isaia in fi-
ne, super
illud: Egre-
dientur et
videbunt.
Isa. ult. g
Ibidem.
Psal. 57. b

POSTREMO queritur: An poena reproborum visa decoloret gloriam beatorum: an eo-
rum beatitudini proficiat. De hoc ita Gregorius ait: Apud animum iustorum non obscurat beati-
tudinem aspecta poena reproborum: quia ubi iam compassione miseria non erit, minuere beato-
rum laetitiam non valebit. Et licet iustis sua gaudia sufficiant, ad maiorem tamen gloriam vi-
dent penas malorum, quas per gratiam euaserunt: quia qui Dei claritatem vident, nil in creatu-
ra agitur quod videre non possint. Non est autem mirandum, si sancti iam immortales, repro-
bos videant mentis intexigentia, cum propheta mortales adhuc videre hac omnia meruerunt.
Egredientur ergo electi, non loco, sed intelligentia, vel visione manifesta, ad videndum im-
piorum cruciatu: quos videntes non dolore afficientur, sed laetitia satiabuntur, agentes gra-
tias de sua liberatione, visa impiorum ineffabili calamitate. Vnde Isaia impiorum tormenta
describens, et ex eorum visione laetitiam bonorum exprimens, ait: Egredientur, electi scilicet,
et videbunt cadauera uirorum, qui praenati sunt in me. Vermis eorum non morietur, et
ignis non extinguetur, et erunt usque ad satietaem visionis omni carni, id est, electis. Lata-
bitur enim insus, cum uiderit iudicium.

DISTINCT.

DISTINCT. L. PARS II.

De statu, et conditione damnatorum, vel malo-
rum ante iudicium quantum ad
cognitionem.

Præterea queri solet, si de reproborum et cet.

Expositio textus.



Diuisio.

VPR A determinauit Magister statum
damnatorum post iudicium quantum ad
rationem, et voluntatem. Hic incidenter
determinat statum ante iudicium, maxi-
me quantum ad cognitionem. Et diuidi-
tur hæc pars in tres. In prima determinat qualiter cog-
nitione reproborum animarum se habeat ad nos. In
secunda vero qualiter se habeat ad beatos, ibi: *Quari-
etiam solet, vtrum vicissim.* In tertia qualiter se ha-
beant beati ad reprobos, ibi: *Postremo queritur, an
visa poena reproborum, et cet.* Vltima pars habet duas
partes. In prima ostendit, quod non minuetur gloria
bonorum ex aspectu poenarum. In secunda exprimit
poenas, quas videbunt scilicet vermen, et ignem, ibi:
Non est autem mirandum, si Sancti, et cet.

ARTICVLVS I.

AD intelligentiam huius partis duo queruntur
principaliter. Primo queritur de cognitione
animae separatae. Secundo de verbe. Circa primum
queruntur tria. Primo queritur de cognitione eius
per comparationem ad virtutem cognoscentem. Se-
cundo per comparationem ad statum viatorum.
Tertio per comparationem ad statum beatorum.

QUESTIO I.

An anima separata habeat vsum potentiae
sensitiuae.

8. Tho. 4. Sent. d. 50. q. 1. art. 1.
Richard. 4. Sent. dist. 50. q. 1.
Tho. Arg. 4. Sent. dist. 50. q. 1. art. 1.
Steph. Brulef. 4. Sent. d. 50. q. 1.
Petrus de Tarant. 4. Sent. dist. 50. q. 1.

AD OPPO-
SITVM.
Luca 16. f

TRVM anima separata habeat vsum po-
tentiae sensitiuae. Et quod sic, videtur. Pri-
mo auctoritate Euangelij: Eleuans oculo-
s vidit Lazarum et cet. omnia illa qua
ibi tanguntur, dicunt cognitionem sensitiuam, et per
modum sensus: ergo et cetera.

2. ITEM Cassiodorus in libro suo de anima lo-
quens de anima separata, dicit: Vidit, audit, tangit,
ac reliquis sensibus efficacius vititur, vel viger.
3. ITEM ratione videtur, quia tanto substantia
per potentiam melius, et facilius operatur, quanto
est liberior, et ab errore immunior: sed substantia
animae rationalis separata habet potentiam cogniti-
uam, quia impossibile est destrui potentiam, quae
fundatur in substantia perpetua. Et iterum: Sub-
stantia liberior, quod et spiritualior: ergo ad actum
cognitionis liberior: ergo melius potest ea vi tam
interiori, quam exteriori, quam nunc.

4. ITEM constat, quod anima separata cogno-
scit res abstractas a conditionibus materialibus; co-
gnoscat res sub conditionibus materialibus absente
materia: et iterum cognoscit sub conditionibus in-
diuidualibus praesente materia, vel obiecto: hoc

A constat: ergo intelligit, et imaginatur, et sentit, ergo
habet vsum omnis potentiae. Si tu dicas, quod hoc
facit per vnam, et eandem vim.

CONTRA: Isti actus sunt maioris abstractio-
nis, et minoris. Si ergo abstractio maior sit secun-
dum gradus spiritualitatis potentiarum, et vna po-
tentia non habet gradus spiritualitatis maioris, et
minoris: ergo necesse est quod hoc faciat per tres
potentias.

ITEM si intellectus animae separatae potest hæc
omnia, tunc videtur quod cum frustra fiat per plura,
quod potest fieri per pauciora, quod frustra dedit
Deus tres potentias animae.

ITEM si potest totum intelligere quantum ad
ista tria: ergo deficientibus in nobis sensibus, ni-
hilominus poterit cognoscere sensibilia: quod est
manifeste falsum, et contra experientiam, et contra
philosophum, qui dicit, quod deficiente sensu neces-
se est scientiam deficere, quae est secundum illum
sensus. Si tu dicas quod hoc habet anima separata:
ego quero quare anima separata potest totum per
intellectum, non autem coniuncta. Si tu dicas quod
hoc est propter molē carnis, obijcitur de statu Adae,
ubi anima non habebat carnem opprimentem: nec
tamen hoc poterat suo intellectu, quia frustra habe-
ret sensus. Contra: Sentire, ut vult philosophus, cap. 1. de
est operatio coniuncti: ergo cum facta separatione somno.
iam non sit animal, iam non erit operatio sensus.

ITEM sensus siue interior, siue exterior est po-
tentia egeus organo determinato: ergo est potentia
alligata organo: ergo cessante organo non habet ope-
rationem.

ITEM hoc videtur experimento, quia caecus ha-
bet potentiam videndi, et amisso oculo non potest
videre: nec phreneticus recordari: ergo si perdit or-
ganum potentia sensitiua, quando omnino separa-
tur magis perdit operationem, quam quando organum
solum laeditur: ergo cessat omnis eius operatio.

ITEM in omni potentia cognitiua necesse est re-
perire agentem, et passibilem: et hoc per differen-
tiam. Si enim differunt in intellectu, qui est po-
tentia simplicior, et spiritualior, multo magis in po-
tentia sensitiua: sed potentia sensitiua non diuiditur
in agentem, et passibilem in se: ergo necesse est quod
praeter se habeat passibilem: sed hoc non est nisi or-
ganum corporale, quod recidit ad hoc quod homo
cognoscat: ergo cum post separationem sit actiua si-
ne passiva, et sine his duabus impossibile est poten-
tiam cognitiuam fieri in actu: ergo et cet.

CONCLUSIO.

Anima separata licet sensu interiori, et exteriori non
utatur, tamen per vnam intellectualem potentiam,
qua alijs nobilior est et potentior, habet vsum
omnes, quos hic per alias poten-
tias exercebat.

RESPON. AD ARG. Dicendum quod cir-
ca hanc quaestionem triplex fuit Doctorum opinio. Opinio pri-
ma. Quidam namque dixerunt, quod anima separata, cum
trahat secum omnes potentias, omnibus vititur tamquam
substantia liberior: et dicunt non esse credendum
philosophis in hac parte: quia nec recte intellexerunt
cognitionem post separationem animae, nec vltimus vnitatem,
propter quam in vna anima sunt tres potentiae. Item rationalis, sensibili-
s, et vegetabilis in eadem substantia perpetuo radican-
tibus cum qua necessario separantur, quod philosophi
non cognouerunt, sed Sancti: Et quoniam fides nostra
dicit animas cruciari ignibus: et Cassiodorus dicit quod
alijs sensibus efficacius valent: ideo posuerunt animam
vsum omnium potentiarum habere. Secunda positio est
quod anima habeat potentias

tentias sensitivas, illa, inquam, quæ rationalis est. Sed quoniam omnes sensitivæ exteriores uniantur in origine, et in sensu communi, et distinguuntur in organo...

Opin. tertia.

Explicatio.

A sed de interioribus, qui nihil aliud sunt, quam ipse intellectus, prout habet modum apprehendendi ipsorum sensuum.

3. A d illud quod obijcitur, quod anima separata est liberior, dicendum quod verum est quantum ad potentiam actiuam: sed quando caret passiva non potest operari...

4. A d illud quod obijcitur, quod cognoscit tripliciter, dicendum quod hoc facit separata per vnam, et eandem potentiam, scilicet intellectiuam.

B obijcitur de abstractione, dicendum quod hoc non facit diuersitatem, quoniam vna potentia est, secundum quam anima ordinat totam lineam practicamentalem, et ascendit abstrahendo, siue resoluendo...

C et ad corpus: non sic autem cum est separatus: et sic per totum.

QVÆSTIO II.

An anima separata cognoscat ea, quæ circa nos geruntur.

S. Tho. 4. Sent. d. 50. q. 1. art. 2. Rich. 4. Sent. d. 50. q. 2. art. 3. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 50. q. 1. art. 3. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 50. q. 8. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 50. q. 2.

DE cognitione animæ separatæ per comparationem ad statum viatorum. Et queritur, vtrum anima separata cognoscat ea, quæ circa nos geruntur.

FVNDA-MENTA.

1. I T E M hoc etiam videtur de reprobis: quia Gregorius narrat in dialogo, quod quidam malus homo praxidit locum suæ sepulturæ: et soluit, quod hoc fuit virtute animæ, quæ iam abstrahatur a corpore...

3. I T E M communiter de vtraque videtur, quia vtraque habet potentiam intelligendi, quæ non indiget adminiculo exterioris luminis, nec est arcata. ad aliquid: ergo potest per istam cognoscere, quæ circa nos geruntur.

4. I T E M quanto substantia liberior, tanto facilius, et certius exit in actum suum: ergo cum anima separata a corpore sit multo liberior quàm ei coniuncta, si poterat coniuncta cognoscere, quæ sunt circa nos, poterit et separata.

CONTRA: Quod beatæ animæ non cognoscant, videtur: quia beatæ animæ magis adhærent Deo, quàm aliqui viatores: sed aliqui viatores ita adhærent Deo, quod parum, vel nihil sciunt de his,

AD O P P O S I T U M

de his, quæ hic geruntur: ergo et cetera.

2. I T E M de damnatis videtur, quia lumen cognitionis non accrescit in damnatis, immo potius obscuratur: sed cum damnati erant hic, non poterant cognoscere ea, quæ sunt apud inferos: ergo nec modo poterunt cognoscere ea, quæ sunt apud nos.

3. I T E M quod nec isti, nec illi, videtur: quia tam isti, quàm illi habent potentiam cognoscendi finitâ, sed ad hoc quod aliquid cognoscatur de nouo, necesse est præsentari ipsi virtuti cognoscenti: ergo si a nobis multum distant, et absentes sunt: patet et cetera.

4. I T E M tam isti, quàm illi diligunt nos: sed qui diligit alterum, congaudet in bonis, et contristatur in malis: ergo si mali non debent cognoscere unde gaudeant, nec boni unde doleant, videtur quod nec isti, nec illi nos cognoscant. Et hoc confirmatum est per illud, quod dicitur est Iosia: Dixit enim Dominus quod auferret eum, ne videret mala gentis suæ.

4. Reg. 22.

CONCLUSIO.

Anima separata cognoscat nostra per coniecturam propria consideratione et per instructionem alterius.

RESPOND. AD ARG. Dicendum quod est aliquid cognoscere dupliciter, scilicet propria consideratione, et alterius instructione. Cognitione per propria considerationem est duplex. Aut enim est rei vt præsentis, et per certitudinem. Aut est rei vt absentis, et per quandam coniecturationem. Similiter instructionis cognitio est duplex. Aut enim est per reuelationem alterius, aut per reuelationem Dei.

4. p. 5. 16.

Greg. lib. 4. Dialog. cap. 33.

Respon. ad argum. pro Fund.

Respon. ad opo. posit.

igitur sit quadruplex modus cognoscendi: primus non est in animabus separatæ quantum ad actus nostros, quamdiu sunt in locis sibi deputatis. Distant enim a nobis, nisi fortassis diuina permissione veniat ad nos. Secundus vero qui est per quandam coniecturationem (sicut nos facimus de illis, quos nouimus, cum sint nobis absentes) in damnatis esse potest non in bonis, quia huic admixtus est error, et dubietas. Tertius per reuelationem potest esse in bonis, quibus referunt angeli bonis, et in malis, quibus referunt demones, vel ipsi dānati. Quartus vero per illustrationem, et reuelationem tantum in bonis. Vnde Augustinus in libro de cura pro mortuis agēda: Possumus (inquit) spiritus mortuorum aliqua quæ hic aguntur; quæ necessarium est eos nosse, non solum præsentia, sed etiam præterita, et futura spiritu Dei reuelante cognoscere.

5. I T E M gloria est qualitas spiritualis sicut gratia: sed qualitas gratiæ non videtur exterius a non habente: ergo nec gloriæ.

3. I T E M consideratio pænæ incutit terrorem, et consideratio gloriæ generat gaudium: sed in malis nullum erit gaudium, in bonis nullus terror: ergo et cetera.

4. S I dicas quod recipitur secundum modum recipientis, non recepti: et ideo in malis generat confusionem, et in bonis gaudium: ergo si hæc duo debent esse post iudicium, post iudicium se cognoscant: quod est contra Gregorium, vt habetur in littera.

5. I T E M in bonis est compassio de bonitate naturæ: ergo si non tollitur bonitas naturæ, ergo maxime vigebit in eis compassio: ergo videtur quod si videant tormenta malorum, quod maxime doleant. Et hoc videtur Gregorius dicere, et habetur in littera, quod volunt transire per affectum misericordiæ.

CONCLUSIO.

Electi damnatorum pœnas et nunc et post iudicium considerant. Damnati vero nunc tantum electorum gloriam, nam post iudicium a pœnis absorbentur.

RESPOND. AD ARG. Dicendum quod consideratio, siue cognitio gloriæ beatorum, est miseris, et reprobis pœna: et consideratio, siue cognitio pænæ reproborum, est electis gaudium: quia illi considerant gloriam sub ratione amissionis, isti pœnam sub ratione diuinæ vltionis. Vnde: Latabitur iustus cum viderit vindictam. Quoniam igitur gloria electorum semper manet, et post iudicium erit copiosior: ideo electi et nunc,

FVNDA-MENTA.

Luce 16. f.

Greg. lib. 9. moral. cap. 39. in sententia. In locis Topic. 40. a principio.

AD O P P O S I T U M

Gregor. in Euang. homil. 40. a princ. 10. 3.

Psal. 57. b.

4. A d illud quod obijcitur, quod dolerent boni, dicendum (sicut iam patebit) quod nec bonis tristitia, nec malis gaudium aliquod ex hoc esset.

QVÆSTIO III.

An beati et damnati mutuo se cognoscant.

S. Tho. 4. Sent. d. 50. q. 1. art. 5. Scot. 4. Sent. d. 50. q. 3. Richardus 4. Sent. dist. 50. art. 3 q. 3. Dur. 4. Sent. dist. 50. q. 3. Tho. Arg. 4. Sent. dist. 50. q. 1. art. 4. Marsil. Inguen. 4. Sent. q. 1. 4. art. 1. Steph. Brules. 4. Sent. d. 50. q. 9. Petrus de Tarant. 4. Sent. d. 50. q. 16.

DE cognitione animæ separatæ per comparationem ad statum beatorum. Et queritur, vtrum mutuo se cognoscant, scilicet damnati beatos, et e conuerso. Et quod sic, videtur per illud Lucæ, quod diues positus in tormentis vidit Abraam, et Abraam e conuerso vidit ipsum.

1. I T E M Gregorius: Infideles in imo positi, fideles super se in requie attendunt.

2. I T E M ratione videtur: quia opposita sibi inuicem comparata, et simul visa, magis elucescunt, et etiã deorant vniuersum: ergo si mali habebunt pœnam eatenus intentam, quatenus potest cogitari, et similiter boni gloriam: et vtraque intrēditur respectu alterius: ergo vtrique debent se mutuo videre.

3. I T E M constat quod boni gaudent, et laudabunt Dei iustitiã: mali similiter dolebunt de gloria amissa: ergo si non contingit gaudere, et dolere nisi de cognito, vtrique cognoscent, scilicet boni seueritatē iustitiæ, et mali dignitatem gloriæ: sed boni hoc non vident in se, nec mali in se: ergo conitatur quod vident inuicem.

1. CONTRA: Inter eos est improporcionabilis distantia: ergo si ad visionem requiritur præsentia, videtur quod non possint mutuo se videre.

2. I T E M gloria est qualitas spiritualis sicut gratia: sed qualitas gratiæ non videtur exterius a non habente: ergo nec gloriæ.

3. I T E M consideratio pænæ incutit terrorem, et consideratio gloriæ generat gaudium: sed in malis nullum erit gaudium, in bonis nullus terror: ergo et cetera.

4. S I dicas quod recipitur secundum modum recipientis, non recepti: et ideo in malis generat confusionem, et in bonis gaudium: ergo si hæc duo debent esse post iudicium, post iudicium se cognoscant: quod est contra Gregorium, vt habetur in littera.

5. I T E M in bonis est compassio de bonitate naturæ: ergo si non tollitur bonitas naturæ, ergo maxime vigebit in eis compassio: ergo videtur quod si videant tormenta malorum, quod maxime doleant. Et hoc videtur Gregorius dicere, et habetur in littera, quod volunt transire per affectum misericordiæ.

CONCLUSIO.

Electi damnatorum pœnas et nunc et post iudicium considerant. Damnati vero nunc tantum electorum gloriam, nam post iudicium a pœnis absorbentur.

RESPOND. AD ARG. Dicendum quod consideratio, siue cognitio gloriæ beatorum, est miseris, et reprobis pœna: et consideratio, siue cognitio pænæ reproborum, est electis gaudium: quia illi considerant gloriam sub ratione amissionis, isti pœnam sub ratione diuinæ vltionis. Vnde: Latabitur iustus cum viderit vindictam. Quoniam igitur gloria electorum semper manet, et post iudicium erit copiosior: ideo electi et nunc,

nunc, et tunc vident pœnam damnatorû, secundum quod dicitur in Isaiâ: Vident inquam in Deo, siue in speculo æterno, cum faciat ad eorû gloriam cumulandam. Reproborum pœna similiter post iudicium intendetur, et adeo intendetur, vt beatorum gloriam non liceat eis considerare, nec ab eis auxilium petere, vt diues petijt, quia tormentorum suorû magnitudinem non poterunt sustinere, ita quod liceat alijs vacare, immo absorbeantur totaliter a pœnis. Concedendæ ergo sunt rationes, quod mutuo cognoscât.

1. A D illud quod obijcitur in contrarium, quod est inter eos improporcionabilis distantia, dicendum quod non agnoscunt mali bonos per intuitum præsentia, sed per considerationem intelligentia: boni vero malos in speculo, et in Deo.

2. A D illud quod obijcitur de gloria, dicendum quod non vident ipsam gloriæ essentiam, sed considerant requiem: quia illi quiescunt, et gaudent: sed ipsi laborant, et dolent: et cognoscunt sicut infirmus cognoscit sanitatem alterius, quam non habet.

3. A D illud quod obijcitur, quod generat dolorem et cœc. patet responsio, quia consideratio bonorû non est in pœna, quia afflictiva: seu fertur vterius, quia iusta, et optime, et digne inflicta: et talis consideratio amanti generat gaudium. Similiter nec consideratio malorum sistit, id est permanet in bono gloriæ, quia bonum, sed quia perditum: et hæc consideratio generat dolorem.

4. A D illud quod obijcitur, quod post iudicium videre debent et cœc. dicendum quod tunc maiori pœna erunt absorpti, vt iam non liceat eis cogitare gloriæ dignitatem: semper tamen in mente habebunt eius amissionem, et carentiam, vt tristetur.

5. A D illud quod obijcitur, quod compati est de bonitate naturæ, dicendum quod hoc non est verum generaliter, nisi intelligatur de natura passibili.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER quantum ad secundum articulum queritur de verme, qui erit in damnatis: et circa hoc tria queruntur. Primo queritur, vtrû damnati habeant vermem materiale, siue corporalem. Secundo, vtrû sit in eis vermis spiritalis. Tertio queritur, vtrum vermis ille sit inuariabilis.

QVÆSTIO I.

An vermis damnatorum sit materialis.

S. Thomas in suppl. 3. p. q. 97. ar. 2. Richardus 4. Sent. dist. 50. ar. 5. q. 2. Steph. Brulef. 4. Sent. d. 50. q. 20.

AD OPPOSITIVM Eccli. 7. b Iudic. 16. c

CIRCA quam sic proceditur, et ostenditur quod vermis ille sit materialis: Vindicta carnis impij ignis, et vermis. Et Iudith dicit: Dabit ignem, et vermes in carnes eorum: ergo si in carne non est nisi vermis materialis: patet et cœc.

2. I T E M damnati resurgent cum pœnalitatibus, et deformitatibus: ergo habebunt corpora putrefactibilia sicut nunc habent: sed ex corpore putrefactibili generantur vermes: ergo et cœc.

3. I T E M pœna vermis semper annectitur pœnæ ignis, velut in pluribus locis scripturæ patet: sed ignis non tantum est spiritalis, sed etiam materialis: ergo videtur similiter quod vermis: igne enim puniunt corpus, et anima: ergo similiter et vermis: ergo videtur quod sit materialis.

FVNDA-MENTA. Isa. 14. c

CONTRA: Isaiâs dicit de diabolo: Operi-

mentum tuum erunt vermes: sed constat quod diabolus non habet vermem materiale: ergo et cœc.

I T E M nullus vermis materialis est immortalis, cum habeat formam corruptibilem: sed vermis ille non moritur, sicut dicit Isaiâs: ergo et cœc.

I T E M vermis materialis est in sua remorsione, et in sua origine aliquid minuit de substantia corporis: ergo si corpus illud non est immutabile, non est circa illud talis vermis.

I T E M ibi erit multo intensior ignis, quam sit hic: sed vermes in isto igne non possunt viuere: ergo nec in illo poterunt. Si tu dicas, quod hoc est per miraculum: ergo tunc cum non patiantur ab igne, videntur habere corpora gloriosa, et incorruptibilia. Si dicas quod renascuntur, quæro quo modo, cum non sit ibi solis latio, et maxime cum putrefactibilia per virtutem supracœlestem habeant generari.

CONCLUSIO.

Licet pœnis corporalibus crucientur damnati, vermis tamen eorum non est materialis sed spiritalis.

RESP. AD ARG. Dicendum quod Augustinus de ciuitate Dei ponit circa hoc duas opiniones. Quidam enim voluerunt intelligere vermem illum esse materiale propter verbum scripturæ. Alij vero rationem sequentes voluerunt dicere, quod vermis ille sit spiritalis. Et horum opinionem dicit sibi magis placere. Et ex quo sibi magis placet, et nobis similiter debet placere. Vnde concedendæ sunt rationes quod vermis ille non sit materialis.

August. lib. 20. de ciu. Dei. c. 22. in fine. 20. 3. Opinio duplex.

1. A D illud quod obijcitur in contrarium per similitudinem ignis, dicendum quod sicut ignis materialis affligedo corpus affligit et punit animam ei vnitam: sic vehemens dolor, et remorsus, siue tristitia animæ redundat in corpus, quia in Proverbijs dicitur: Spiritus tristis exsiccat ossa. Quoniâ igitur erit in damnatis magnus conscientia remorsus, et dolor: ita etiâ vt redundet hæc mœstitia in carnem: ideo veredixit scriptura quod daret Deus vermem in carnem eorum: et expressit multum ad terrorem carnaliû, qui magis horrent pœnâ carnis, quam animæ. Vel posset dici, quod caro ibi dicitur opus carnale: et hoc est opus peccati, ex quo generatur vermis spiritalis.

Prou. 17. d

2. A D illud quod obijcitur, quod habebunt deformitatem, dicendum quod verum est, sed non putrefactionem.

3. VLTIMUM solutum est de igne, quia ignis ab exteriori procedit ad intima, vermis ab intimis ad exteriora: et ideo ignis est materialis, sed vermis spiritalis.

QVÆSTIO II.

An in damnatis sit vermis spiritalis.

S. Tho. in Suppl. 3. p. q. 97. ar. 2. Richardus 4. Sent. dist. 50. ar. 5. q. 2. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 50. q. 22.

TRVM in damnatis sit vermis spiritalis, et queritur pro quanto dicitur in eis esse vermis. Si quia est in eis dolor mordens: sed in pœnentialibus est maximus dolor de peccatis: ergo et maximus vermis.

FVNDA-MENTA.

I T E M aliqui ita sunt peruersi, quod lætantur cû malefecerint, et exultant adeo vt nullum remorsum, aut dolorem sentiant: ergo si damnati sunt magis peruersi, quàm viatores, videntur quod nullum omnino habeant remorsum.

Prou. 2. c

I T E M aliqui sût ita excæcati, et obstinati in malo, quod nullû omnino sentiunt remorsum: sicut hæretici,

tici qui moriuntur pro hæresi sua tuenda: sed damnati sunt magis obstinati, et excæcati: ergo, et cœc.

I T E M si habent dolorem, aut de pœna, aut de culpa. Si de pœna, tunc ergo non differt vermis a pœna ignis, quia ignis non punit, nisi quia dolent. Si de culpa, aut voluntate deliberatiua, aut naturali, siue synderesi. Sed non deliberatiua, quia secundum illam non pœnitent, immo perseuerat in eis peccandi voluntas. Non secundum synderesim, quia synderesis in aliquibus viatoribus est præcipitata: ergo videtur in eis pœnitent, immo perseuerat in eis peccandi voluntas. Et hoc videtur per rationem, quia sicut fomes se habet ad malum, sic synderesis ad bonum: sed omnis fomes omnino extinctus est in beatis: ergo synderesis in damnatis.

AD OPPOSITIVM SED CONTRA: Quod in damnatis sit vermis spiritalis siue dolor, videtur: quia super Ecclesiastes: Vindicta carnis impij, et cœc. Glossa: vermis est fera scelerum pœnitentia. Et Augustinus de fide ad Petrum dicit, quod habebunt hoc supplicium.

I T E M ratione videtur, quia synderesis naturaliter remurmurat contra malum: sed vitium non demit extrema naturæ vestigia: ergo, et cœc.

I T E M quæcumque faciunt ad pœnam damnatorum, debent esse in eis: sed hæc remurmuratio synderesis augeat eorum pœnam: ergo saltem actus ille non debet tolli.

I T E M omnis creatura secundum quod natura deseruit Creatori: ergo si voluntas rationalis secundum quod natura est recta: ergo ei deseruit: sed creatura Creatori deseruiens armatur in tormentum contra iniustos: ergo, et cœc.

CONCLUSIO.

In damnatis viget vermis spiritalis, qui est remorsus conscientia propter peccatum, quod finaliter remansit in anima eorum.

RESP. AD ARG. Dicendum quod ipsa translatio vermis ad dolorem spiritaliæ manifestat, in quibus, et quo modo sit vermis, si attendatur ratio transferendi. In verme enim materiali consistitur origo, et morsio: Oritur inquam ex putrefactione, et mordet illud, in quo oritur. Sic in spiritali dolore non quilibet dolor est vermis, sed qui nascitur ex putrefactione peccati, et tunc peccatum dicitur putrefactiuum, quando anima in eo requiescit finaliter. Rursus: Oportet quod sit in dolore morsio: Hæc autem est ex concursu duorum mouentium sibi inuicem obuiantium, et resistentium. Ista duo mouentia sunt in homine voluntas naturalis, et deliberatiua, quarum vtraque mouet. Ista concurrunt per conscientiam dicentem aliquid factum esse indebitum: et tunc obuiant, quando naturalis detestatur indebitum, et deliberatiue placet: tunc autem resistent, quando vtraque in suo actu viget: et quod illa efficaciter detestatur, altera ei immutabiliter adheret. Secundum hoc ergo patet in quibus est vermis, et quando. Nam deficiente concursu, qui est per peccati conscientiam, nõ est vermis, sicut in hæreticis, et in his qui credunt peccando bene fecisse. Deficiente obuiatione non est vermis, vt puta in his, qui dolent de culpa secundum voluntatem non tantum naturalem, sed etiam deliberatiuam, vt sunt pœnitentes. Deficiente resistentia non est vermis, vt puta quando voluntas tanta delectatione fertur in peccatum, quod absorbet motum voluntatis naturalis, vt non sentiat. Et sic patet quare vermis deficiat aut propter defectum putrefactionis in iustis, aut concursus in cæcis, et obuiationis in pœnitentibus vere, aut resistentia: vt in his, qui peccant ex magna libidine. Et ex his patet quod in damnatis viget.

Applicatio.

S. Bon. To. 5.

gebit vermis, quia ibi erit peccati putrefactio ex hoc quod peccatum finaliter remansit in anima eorum. Ibi erit etiam concursus propter peccatorum aperitissimam visionem. Ibi erit etiam obuiatio propter voluntatis deliberatiuæ obstinationem, et synderesis remurmurationem. Ibi erit etiam resistentia, quia delectatio peccati erit ablata per pœnæ acerbitatem: et ex hoc ipsius synderesis actio fortificata: et ex hoc vermis mirabiliter rodens, et puniens.

A D illud vero quod obijcitur, quod synderesis est extincta in damnatis, dicendum quod synderesis triplex est actus. Primus quidem est instigare ad bonum: et iste quidem ablati est a damnatis, quia non est amplius locus beneficiendi. Secundus qui est retrahere a malo faciendo: et iste extinctus est in demonibus propter improbam malitiam voluntatis eorum. Tertio qui est remurmuratio contra malum factum: et iste manet in eis iusto Dei iudicio, tamen secundum istum actum in damnatis non remurmurat malo, quia culpa, vel quia inhonestum, sed quia ex hoc puniuntur. Vnde isto aliquo modo est extinctus: et quia demones nondum sentiunt acerbitatem pœnarum intensæ, vt damnati: ideo non habent ita remorsum. Sane tamen possent dici quod synderesis remurmurat malo factum, quia indebitum: ipsa enim non confert culpam ad pœnam: et præterea respicit honestum, non commodum: et iterum ipsa voluntas deliberatiua detestatur malum culpæ propter pœnam: nollet enim impius peccasse, vel fecisse: vnde tot mala habet necesse pati, vel saltem mallet numquam habuisse delectationem, quàm esse in tanta miseria, et dolore. Vnde soluendum est, quod quantum ad istum actum, quia pœnalis synderesis est et Dei instrumentum ad flagellandum iniquos, et non extinguetur: et quod remorsus modo non sicut in demonibus intensus est propter defectum resistentia, quoniam modo delectantur in culpis.

Resp. ad 4. argum. pro Fund.

QVÆSTIO III.

An vermis damnatorum sit inuariabilis.

S. Tho. in suppl. 3. p. q. 97. ar. 2. Richardus 4. Sent. dist. 50. ar. 5. q. 2. Steph. Brul. 4. Sent. dist. 50. q. 22.

TRVM vermis ille sit inuariabilis. Et quod sic, videtur: quia culpa est inuariabilis, et pœna respicit culpam: ergo cum hic vermis sit pœna: patet, et cœc.

FVNDA-MENTA.

I T E M ignis continue affligit, et æqualiter: ergo similiter videtur quod et vermis.

I T E M omne variable terminabile est: sed vermis ille est inteminabilis: ergo, et cœc.

CONTRA: Vermis est ex recordatione peccati: sed non simul peccata recolent, cum non sint deformes: ergo successe: sed maiori pœnæ maior debetur remorsus, et vbi hoc, ibi variabilitas: ergo, et cœc.

AD OPPOSITIVM.

I T E M si vermis eû corrodit: sed quanto aliquid diutius roditur, magis debilitatur, et magis grauatur, ergo pœna malorum semper crescit.

I T E M si semper rodit, cum non sit infinitum bonum quod admittit: ergo aliquando adimeret totum: sed hoc est impossibile: ergo, et cœc.

CONCLUSIO.

Cum peccatorum omnium simul et semper recordentur damnati, vermis ille non variatur, vt modo cre-scit, et modo minuitur in eis.

RESP. AD ARG. Dicendum quod iusto Dei iudicio,

iudicio, sicut dictum est supra, fiet ut mali simul omnia peccata memorentur, ut de omnibus continue torqueantur: et ideo vermis est pro omnibus, et non intensior nunc, quam ante.

Resp. ad secundum Ad opp.

Ad illud quod obijcitur de ademptione, dicendum quod sicut egressus continuus alicuius ab aliquo est duplex: vel per innovationem secundum partem et partem, ut riuus a fonte, et motus a motore: aut eiusdem

continuatione, ut ramus a radice; et radius a sole: sic ademptio continua: vel per noui ablationem, sicut ignis consumit, et comburit ligna: vel per eius continuationem, sicut ignis infernalis corpus, et dolor animum: et sic vermis continue rodit, et illud melius supra patet de pena ignis, et per hunc modum intelligendum est de pena vermis.

CONCLUSIO, ET EPILOGVS
Magistri Sententiarum.

Hac de pedibus sedentis super solium excelsum, quos Seraphim duabus alis velabant, scriptori, etsi non auditori, commemorasse sufficiat: qui a facie exorsus sedentis, per media ad pedes usque, via duce, peruenit.

In ista parte circa litteram quæritur qualiter intelligitur illud verbum vltimum, pedibus sedentis: et primo quæritur, quis sit sedens, et quid solium, et quæ via.

Resp. Dicendum quod sedes ista Deus est, siue Christus, qui requiescit in summa pace, quæ exuperat omnem sensum. Solium autem potest dici sancta Scriptura propter sui eminentiam: etiam anima sancta, quæ dicitur sedes sapientiæ: aut certe gloriosissima virgo Maria, in quam descendit ad habitandum Dominus: vel etiam natura assumpta, in qua posuit tabernaculum suum. Facies autem huius est maiestas diuinitatis, quam videbimus, cum erimus gloriosi. Pedes vero, siue via sunt opera finalia, quæ sunt velata, sicut illa quæ pertinent ad finem mundi. Media vero inter Dei magnitudinem æternam, et nostram magnificationem futuram sunt opus creationis, et redemptionis, incipit igitur Magister a facie maiestatis in-

Primo, et decurrit per media in Secundo, et Tertio, et terminauit in pedibus, siue in imis in Quarto. Isti autem pedes nunc sunt velati, sed tunc discooperientur, quando facies manifestabitur: hoc autem erit quando Deus ita erit conspicuus, ut videatur a singulis nobis in singulis nobis, videatur ab altero in altero: videatur in semetipso: videatur in creaturis omnibus: videatur etiam per corpora in omni corpore, quocumque fuerint spiritualis corporis oculi, acie perueniente directi. Tunc videbimus, amabimus, laudabimus: tunc apparebit Christus vita nostra, et nos apparebimus cum ipso in gloria: ad quam nos perducatur Pontifex, et præcursor noster Iesus Christus Filius Dei, et beate Mariæ dominæ, et adiutricis nostræ, sua pia misericordia, cui est benedictio, et claritas, et gratiarum actio, honor, et virtus, et fortitudo per infinita sæcula sæculorum. Amen.

QVARTI LIBRI SENTENTIARVM
S. BONAVENTURÆ, ET TOMI V.
FINIS.

INDEX

INDEX QVÆSTIONVM
S. BONAVENTURÆ
IN QVARTVM LIBRVM SENTENTIARVM.



DIST. I. PARS. I.

Artic. I.



TRVM sacramenta debuerint institui. q. 1.
Virum significatio sit de essentia, siue de integritate sacramenti. q. 2.
Virum sacramenta sint gratia contentiu. q. 3.
Virum sacramenta sint gratia effectiua. q. 4.
Virum differentia sacramentorum veteris, & noui testamenti, quam ponit Magister, quod scilicet sacramenta noua legis efficiunt, quod figurant: veteris non, sit bene assignata. q. 5.
Virum gratia sacramentalis sit eadem cum gratia virtutum per essentiam. q. 6.

DIST. I. PARS. II.

Artic. I.

Virum ad remediũ originalis suffecerit fides informis. q. 1.
Virum ad remissionem originalis suffecerit sola fides. q. 2.
Virum requiratur virtus sacrificij in remediũ originalis in adultis. q. 3.

Artic. II.

Virum remediũ circumcisionis congrue sit institutũ. q. 1.
Virum sexus masculinus, mēbrum præputij, & dies octauus, sint de integritate circumcisionis. q. 2.
Virum sacramentum circumcisionis sit gratia collatiuum. q. 3.

DISTINCT. II.

Artic. I.

Virum omne tempus fuerit idoneum ad institutionem sacramentorum. q. 1.
Virum in diuersis temporibus debuerint alia, & alia sacramenta institui, vel semper eadem. q. 2.
De numero sacramentorum temporis Euangely. q. 3.

Artic. II.

Virum Deus fuerit institutor baptismi Ioannis. q. 1.
Virum baptismus Ioannis fuerit institutus ad signandum, vel ad efficiendum. q. 2.
Virum baptismus Ioannis cum impositione manuum æquipollens esset baptismi Christi. q. 3.

DIST. III. PARS. I.

Artic. I.

Virum baptismus secundum suam essentiam sit aqua, vel intinctio in aqua. q. 1.
Virum expressio verbi vocalis sit de integritate baptismi. q. 2.
Virum ad completum, & integrum esse baptismi sit necessaria fides alicuius articuli. q. 3.

S. Bon. To. 5.

Artic. II.

Virum verbum exprimens actum baptizandi sit de necessitate forme baptizandi. q. 1.
Virum expressio totius Trinitatis sit de necessitate baptismi. q. 2.
Virum variatio forme verborum in nominando totam Trinitatem impediatur integritatem baptismi. q. 3.

DIST. III. PARS. II.

Artic. I.

Virum sacramentũ baptismi debuerit institui in aqua. q. 1.
Virum ex institutione baptismi in aqua collata sit aliqua vis aquis. q. 2.

Artic. II.

Virum vnitas, vel pluralitas immersionum sit de necessitate baptismi. q. 1.
Virum totum corpus, vel pars debeat immergi, ad hoc quod paruulus sit baptizatus. q. 2.

Artic. III.

Virum circumcisio debuerit cessare baptismi instituto. q. 1.
Virum circumcisio cessauerit ante promulgationem Euangely. q. 2.

DIST. IIII. PARS. I.

Artic. I.

Virum baptismus indigne suscipientibus deleat omnem culpam. q. 1.
Virum sacramentum baptismi deleat omnem penam. q. 2.
Virum digne recipientes sacramentum baptismi, omnes & aequaliter recipiant eius efficaciam. q. 3.

Artic. II.

Virum aliquis inuitus, siue coactus recipiat sacramentum baptismi. q. 1.
Virum factus recipiat sacramentum, & non rem. q. 2.
Virum factus recipiat rem post sacramentum recedente institutione. q. 3.

DIST. IIII. PARS. II.

Artic. I.

Virum baptismus fluminis siue baptismi fluminis sufficiat ad salutem. q. 1.
Virum baptismus aqua sit dignior, quam sanguis, vel econtra. q. 2.
Cum baptismus aqua sit baptismus, & sacramentum, quaeritur, virum baptismus sanguinis saltem sit sacramentum. q. 3.

Artic. II.

Virum paruuli in baptismi recipiant sanctificationem. q. 1.

ggg 2

Index

Virum parvuli recipiant plene rem, hoc est gratiam cum habitibus virtutum. q. 2.
Virum equalis gratia detur omnibus parvulis in sacramento. q. 3.

DISTINCT. V.

Artic. I.

Virum soli sacerdotes, sine clericis habeant potestatem baptizandi, an etiam laici. q. 1.
Virum baptizare possint heretici. q. 2.

Artic. II.

Virum mali ministri, licet catholici dent sacramentum, & rem. q. 1.
Virum heretici dent rem sacramenti. q. 2.

Artic. III.

Virum Christus aliquam potestatem non dederit ministris, quam dare poterit, & qua sit illa potestas. q. 1.
Virum Christo data sit potestas dimittendi peccata. q. 2.

DIST. VI. PARS. I.

Artic. I.

Virum character sit habitus secundum essentiam. q. 1.
Virum character utilis sit ad signandum, vel ad disponendum. q. 2.
In quo sit character sicut in subiecto. q. 3.
Virum character imprimatur per virtutes sicut per sacramenta. q. 4.
Virum character imprimatur debilibiter, vel indelebiter. q. 5.
Virum baptismus debeat iterari. q. 6.

DIST. VI. PARS. II.

Artic. I.

Virum aliquis possit in vtero baptizari, sicut & sanctificari. q. 1.
Virum sanctificatus in vtero debeat baptizari, cum natus est. q. 2.

Artic. II.

Virum intentio sit de necessitate baptismi. q. 1.
Virum recta intentio sit necessaria ad baptismum. q. 2.

Artic. III.

Virum parvuli debeant catechizari. q. 1.
Virum exorcismus habeat aliquam efficaciam in parvulo, vel in adulto. q. 2.

DISTINCT. VII.

Artic. I.

Virum in sacramento confirmationis necessarium sit habere formam verborum. q. 1.
Virum ad sacramentum confirmationis necessario requiratur materia. q. 2.
Virum sacramentum confirmationis possit quilibet in necessitate dispensare. q. 3.

Artic. II.

Virum sacramentum confirmationis conferat gratiam gratiam facientem. q. 1.

Virum eadem gratia conferatur in baptismo, & confirmatione. q. 2.
Virum copiosius munus gratia conferatur in confirmatione, quam in baptismo. q. 3.

Artic. III.

Virum vsus confirmationis sit generalis ad omnia hominum genera. q. 1.
Virum gratia confirmationis sit de necessitate salutis. q. 2.
De modo sumendi illud sacramentum, & de ordine. q. 3.

DIST. VIII. PARS. I.

Artic. I.

Virum sacramentum eucharistiae debuerit praefigurari. q. 1.
Virum eucharistia sacramentum sufficienter figuratur per agnum paschalem, manna, sacrificium Melchisedech, & sanguinem, qui profluxit de latere Christi. q. 2.
Virum sacramentum eucharistiae expressius praefigetur per figuram legis naturae, an per figuram legis Moysaicae, an per figuram legis gratiae. q. 3.

Artic. II.

Virum sacramentum eucharistiae a principio debuerit institui. q. 1.
Virum sacramentum eucharistiae ante passionem, vel post debuerit institui. q. 2.
Virum sacramentum eucharistiae Christus prius consecravit, quam verbum protulerit. q. 3.

DIST. VIII. PARS. II.

Artic. I.

Virum in sacramento eucharistiae forma verbi super panem sit bene assignata. q. 1.
Virum in sacramento eucharistiae forma verbi super vinum sit bene assignata. q. 2.

Artic. II.

Quid in sacramento eucharistiae sacramentum tantum, quid res tantum, & quid res, & sacramentum. q. 1.
Virum sacramentum eucharistiae sit unum, vel plura. q. 2.

DISTINCT. IX.

Artic. I.

Virum duo sint modi manducandi eucharistiam, sacramentalis scilicet, & spiritualis. q. 1.
Virum credere sit spiritualiter manducare. q. 2.
Virum sola actio corporalis sufficiat ad manducationem sacramentalem. q. 3.
Virum Christus manducaverit quolibet supradictorum modorum. q. 4.

Artic. II.

Virum mali sumant corpus Christi veraciter. q. 1.
Virum peccator, qui est in peccato ex certa scientia, manducet corpus Christi damnabiliter. q. 2.
Virum peccator sumendo corpus Christi semper mortaliter peccet. q. 3.
Virum peccet damnabiliter ille, qui corpus Domini dat ei, quem scit esse peccatorem. q. 4.

DIST. X. PARS. I.

Artic. I.

Virum corpus Christi sit in altari secundum veritatem. q. 1.

Quaestionum.

Virum corpus Christi sit in altari secundum suam naturalem quantitatem, an sit ibi a quantitate abstractum. q. 2.
Virum corpus Christi sit sub illis speciebus distinctum. q. 3.
Virum corpus sit dimensivum sub speciebus, sine circumscriptivum. q. 4.
Virum corpus Christi sit in qualibet parte hostiae. q. 5.

DIST. X. PARS. II.

Artic. I.

Virum equalis virtutis, vel maioris sit panem in corpus Christi convertere, quatenus est aliquid de nouo creare. q. 1.
Virum virtus transubstantiandi sit nobilior, quam virtus concipiendi. q. 2.
Virum virtus transubstantiandi sit data verbo prolato, an solum sit virtus Verbi in rebus. q. 3.
Virum virtus verborum possit convertere quantumcumque materiam. q. 4.

Artic. II.

Virum existentia corporis Christi in sacramento altaris sit supra intellectum viatoris. q. 1.
Virum existentia corporis Christi in sacramento altaris sit supra sensum comprehensoris. q. 2.

DIST. XI. PARS. I.

Artic. I.

Virum in sacramento altaris sit vera conversio panis in corpus Christi. q. 1.
Virum totus panis convertatur in corpus Christi, an aliquid remaneat prae accidentia. q. 2.
Virum ista conversio sit annihilatio. q. 3.
Virum panis convertatur in totum Christum. q. 4.
Virum haec conversio sit subita, an successiva. q. 5.
Quibus verbis debeat exprimi ista conversio. q. 6.

DIST. XI. PARS. II.

Artic. I.

Virum sacramentum Eucharistiae debeat confici in specie panis, & vini. q. 1.
Virum utraque harum specierum sit de integritate sacramenti. q. 2.
Virum aqua sit de integritate sacramenti Eucharistiae. q. 3.
Virum hoc sacramentum possit confici in omni pane, & vino. q. 4.

Artic. II.

Virum Christus consecravit in azimo, an in fermentato. q. 1.
Virum Christus in caena dederit discipulis corpus impassibile, & immortale. q. 2.

DIST. XII. PARS. I.

Artic. I.

Virum possibile sit accidens esse sine subiecto etiam per miraculum. q. 1.
Virum congruat, quod in hoc sacramento sint species sine subiecto. q. 2.
Virum sit verum, accidentia esse sine subiecto. q. 3.

Artic. II.

Virum species illae, siue accidentia possint converteri in alimentum. q. 1.
Virum accidentia habeant vim convertendi alia in sacramentum, vixit dum vino consecrato apponitur aqua. q. 2.

S. Bon. To. 5.

Virum accidentia operationes aliquas habeant per naturam, an per miraculum. q. 3.

Artic. III.

Virum vera fractio fiat in corpore Christi. q. 1.
Virum in speciebus sit vera fractio. q. 2.
Virum partes sacramenti Eucharistiae, dum franguntur in altari, aliquid significant, & quid. q. 3.

DIST. XII. PARS. II.

Artic. I.

Virum sacramentum Eucharistiae habeat efficaciam in quolibet viro iusto. q. 1.
Virum habeat efficaciam in aliquo peccatore, videlicet qui est in peccato mortali. q. 2.
Virum sacramenti Eucharistiae efficaciam sit remissio venialium, & augmentatio virtutum. q. 3.

Artic. II.

Virum necesse sit ad hoc sacramentum accedere. q. 1.
Virum habenti libertatem accedere ad Eucharistiae sacramentum sit melius frequentare, an tarde accedere. q. 2.
Virum homo debeat se retrahere ab hoc sacramento propter immunditiam corporalem. q. 3.

DISTINCT. XIII.

Artic. I.

Virum Eucharistiae sacramentum possit omnis sacerdos conficere. q. 1.
Virum soli sacerdotes possint conficere. q. 2.
Virum potestas consecrandi Eucharistiae sacramentum sit maior in sacerdote, quam in verbo. q. 3.
Virum melior sit missa boni sacerdotis, quam mali. q. 4.

Artic. II.

Virum corpus Christi transiciatur in ventrem matris. q. 1.
Virum corpus Christi descendat in ventrem hominis. q. 2.

DIST. XIV. PARS. I.

Artic. I.

Virum poenitentia sit virtus. q. 1.
Virum poenitentia sit virtus generalis, an specialis. q. 2.
Virum poenitentia sit virtus Theologica, vel Cardinalis. q. 3.

Artic. II.

Virum poenitentia sit in irascibili, an in rationali, an in concupiscibili, an in synderesi. q. 1.
Virum poenitentia virtus oriatur ex timore. q. 2.
Virum poenitentia sit prima virtus. q. 3.

DIST. XIV. PARS. II.

Artic. I.

Virum contingat a vera poenitentia cadere. q. 1.
Virum contingat per poenitentiam resurgere, hoc est poenitentiam iterare. q. 2.
Virum omnis agens poenitentiam super culpam inveniat veniam, quantumcumque peccaverit. q. 3.

Artic. II.

Virum necesse sit resurgere in aequali charitate, vel etiam in maiori. q. 1.

ggg 3 Virum

Index

Virum poenitentia restituat in pristinum gradum. q. 2.
Virum poenitentia restituat homini opera bona prius mortificata per culpam. q. 3.

DIST. XV. PARS. I.

Artic. I.

Virum possibile sit Deo reconciliari per satisfactionem. q. 1.
Virum possibile sit Deo satisfacere de vno peccato sine alio. q. 2.
Virum extra charitatem, abstinens a peccatis, possibile sit satisfacere. q. 3.
Virum opera satisfactoria extra charitatem adueniente charitate resuscitent, sive vivificentur, & an debeant computari in sortem. q. 4.
Virum homo per opera facta extra charitatem aliquid mereatur. q. 5.
Virum bona opera extra charitatem facta valeant ad tolerabilem penam. q. 6.

DIST. XV. PARS. II.

Artic. I.

Virum definitio satisfactionis, quam Magister ponit in littera, & sumpsi ab Augustino, sit sufficienter assignata. q. 1.
Virum satisfactio sit Deo facienda, an alij. q. 2.
Virum satisfactio debeat fieri tantum per opera poenalia. q. 3.
Virum contingat satisfacere per ieiunium, orationem, & elemosinam. q. 4.

Artic. II.

Virum elemosyna debeat fieri de rebus proprijs in se acquisitis, & necessarijs. q. 1.
Virum ieiunio contingat satisfacere. q. 2.
Virum contingat satisfacere oratione. q. 3.
Virum restitutio sit pars satisfactionis. q. 4.

DIST. XVI. PARS. I.

Artic. I.

Virum contritio quantum ad quidditatem sit dolor voluntarie pro peccatis assumptus. q. 1.
Virum contritio in genere moris sit actus virtutis. q. 2.

Artic. II.

Virum necesse sit dolorem contritionis esse maximum. q. 1.
Virum possibile sit in dolore contritionis cadere excessum. q. 2.

Artic. III.

Virum contritio sit motus instantaneus, an successivus. q. 1.
Virum debeat homo semper conteri. q. 2.

Artic. IV.

Virum contritio possit intendi. q. 1.
Virum per contritionem plus, vel intensius oporteat conteri de vno peccato, quam de alio. q. 2.

DIST. XVI. PARS. II.

Artic. I.

Virum oporteat poenitere, & dolere pro originali peccato. q. 1.
Virum adultum accedentem ad baptismum cum actuali, necesse sit ante sacramentum poenitentia accipere, quam baptismum. q. 2.

Artic. II.

Virum necesse sit poenitere de mortalibus perignorantiam commissis. q. 1.
Virum de peccatis scienter commissis, postmodum oblitus teneatur homo conteri, an possit de talibus sine poenitentia saluari. q. 2.

Artic. III.

Virum veniale peccatum possit fieri mortale. q. 1.
Virum quis teneatur poenitere de veniali peccato. q. 2.

DIST. XVII. PARS. I.

Artic. I.

Virum ad iustificationem impij necessaria sit gratia infuso. q. 1.
Virum ad iustificationem sit necessarius motus liberi arbitrij. q. 2.
Virum ad iustificationem necessaria sit contritio. q. 3.
Virum ad iustificationem necessaria sit confessio. q. 4.

Artic. II.

Virum gratia infuso necessario precedat culpa expulsio. q. 1.
Virum expulsio culpa necessario precedat contritionem. q. 2.
Virum necesse sit quod attritio precedat impij iustificationem, sive contritionem. q. 3.
Virum confessio necessario sequatur iustificationem. q. 4.

DIST. XVII. PARS. II.

Artic. I.

Virum mandatum de confessione pertineat ad legem naturae. q. 1.
Virum confessio fuerit instituta in lege scripta. q. 2.
Virum confessio fuerit instituta a Christo, an ab aliquo alio. q. 3.

Artic. II.

Virum omnes adulti boni, & mali ad confessionem teneantur. q. 1.
Virum peccator statim cum possit teneatur confiteri. q. 2.
Virum obligemur ex charitate ad confessionem. q. 3.

DIST. XVII. PARS. III.

Artic. I.

Virum sufficiat confiteri laico. q. 1.
Virum contra voluntatem proprij sacerdotis liceat confiteri alij discretiori, an teneatur confiteri proprio sacerdoti. q. 2.
Virum necesse sit confiteri proprio sacerdoti coram populo, an sufficiat confiteri in occulto. q. 3.

Artic. II.

Virum oporteat confiteri omnem culpam venialem. q. 1.
Virum sit confitenda omnis peccati mortalis differentia, scilicet peccatum cordis, & oris, & operis: peccatum etiam latens, vel manifestum. q. 2.
Virum teneatur confiteri omnem peccati circumstantiam. q. 3.

DIST. XVIII. PARS. I.

Artic. I.

Virum claves ligandi, & solvendi datae sint Ecclesiae. q. 1.

Quaestionum.

Virum claves istae sint ad claudendum. q. 2.

Artic. II.

Virum potestas ligandi, & solvendi in foro poenitentiali habeat posse in culpam. q. 1.
Virum sacerdos possit aliquid in poenam. q. 2.

Artic. III.

Virum scientia sit clavis. q. 1.
Virum scientia sit alia clavis, quam potentia solvendi. q. 2.

DIST. XVIII. PARS. II.

Artic. I.

Virum aliquis possit, vel debeat excommunicari. q. 1.
Virum aliquis debeat excommunicari pro damno, vel pro iniuria illata Ecclesiae. q. 2.
Virum excommunicatio possit solum fieri ab habente clavam, an etiam a non habentibus. q. 3.
Virum aliquis possit pluries excommunicari. q. 4.
Virum communicans cum excommunicato sit excommunicatus. q. 5.
Virum aliquis possit absolvi iniustus. q. 6.

DISTINCT. XIX.

Artic. I.

Virum claves datae sint sacerdoti legali, an soli sacerdoti Evangelico. q. 1.
Virum malus sacerdos communique cum bono in potestate clavis, an sit in solo bono. q. 2.

Artic. II.

Virum claves dentur in ordine, scilicet sacerdotali. q. 1.
Virum hac potestas committitur inseparabiliter ordinem sacerdotalem. q. 2.

Artic. III.

Virum sacerdos, qui potest absolvere subditum unum, possit & quolibet alium. q. 1.
Virum inferior possit absolvere superiorem ipso volente. q. 2.

DIST. XX. PARS. I.

Artic. I.

Virum poena purgatoria sit. q. 1.
Virum poena purgatoria sit maxima poenarum temporalium. q. 2.
Virum poena illa sit voluntaria. q. 3.
Virum in illa poena sit minor certitudo de gloria, quam in via. q. 4.
Virum poena purgatoria infligatur ministerio demonum. q. 5.
Virum locus purgatorij sit superius, an inferius, an in medio. q. 6.

DIST. XX. PARS. II.

Artic. I.

Virum possit fieri satisfactionis commutatio. q. 1.
Virum possit fieri satisfactionis relaxatio. q. 2.
Virum relaxatio satisfactionis possit fieri a quolibet sacerdote. q. 3.
Virum satisfactionis relaxatio debeat fieri pro spirituali, an pro corporali beneficio. q. 4.
Virum relaxatio satisfactionis possit fieri existenti in purgatorio, an solum viventi in hoc saeculo. q. 5.
Virum relaxationes satisfactionis sive indulgentia tantum valeant, quantum predicantur valere. q. 6.

DIST. XXI. PARS. I.

Artic. I.

Virum venialia possint deleri sine gratia. q. 1.
Virum venialia possint deleri a gratia sine contritione, sive interiori poena. q. 2.

Artic. II.

Virum in purgatorio post hanc vitam fiat aliqua purgatio ab aliqua culpa, an solum a poena. q. 1.
Virum purgatio illa fiat per ignem materialem, an per spirituale. q. 2.

Artic. III.

Virum vnus liberetur ex purgatorio ante alium. q. 1.
Virum aliquis sanctorum enolet in calum ante iudicium. q. 2.

DIST. XXI. PARS. II.

Artic. I.

Virum liceat aliquod peccatum in confessione omittere. q. 1.
Virum liceat aliquid in confessione addere. q. 2.
Virum in confessione liceat aliena peccata referre. q. 3.

Artic. II.

Virum in aliquo casu liceat confessionem revelare. q. 1.
Virum confitens possit sacerdotem licentiarum. q. 2.
Virum sciens aliquid per confessionem, & per aliam viam teneatur celare. q. 3.

DISTINCT. XXII.

Artic. I.

Virum peccata redeant quantum ad maculam. q. 1.
Virum peccata dimissa redeant quantum ad reatum. q. 2.

Artic. II.

Virum sacramentum poenitentiae fuerit institutum. q. 1.
Virum poenitentia exterior significet internam. q. 2.

Artic. III.

Virum poenitentia teneat rationem fundamenti in se. q. 1.
Virum tabula, & fundamentum compatiantur se circa poenitentiam. q. 2.

DISTINCT. XXIII.

Artic. I.

Virum sacramentum vnctionis extremae principaliter sit ordinatum ad morbum corporalem, an spirituale. q. 1.
Virum hoc sacramentum instituerit Christus, vel aliquis eius discipulus. q. 2.
Virum huius sacramenti materia sit oleum ab episcopo consecratum. q. 3.
Virum forma verbi sit de essentia huius sacramenti. q. 4.

Artic. II.

Virum hoc sacramentum debeat solus episcopus administrare. q. 1.
Virum hoc sacramentum debeat dari solis infirmis, an ratione venientibus, an in periculo mortis existentibus. q. 2.

Virum

Index

Virum totum corpus debeat iungi, an aliqua partes. q. 3.
Virum hoc sacramentum debeat iterari. q. 4.

DIST. XXIV. PARS. I.

Artic. I.

Virum ordinandi debeant coronari, vel tonsurari. q. 1.
Virum corone sit sacramentum. q. 2.
Virum in susceptione corone fiat abrenunciatio temporalium. q. 3.
Virum prelati Ecclesie teneantur clericis quantum ad temporale stipendium. q. 4.

Artic. II.

Virum ordo sit in Ecclesia. q. 1.
Virum ordo sit sacramentum. q. 2.
Virum sacramentum ordinis sit noue legis proprium. q. 3.
Virum ordo sit sacramentum unum vel plura. q. 4.

DIST. XXIV. PARS. II.

Artic. I.

Virum in omnibus ordinibus imprimatur character. q. 1.
Virum in diuersis ordinibus diuersi characteres imprimantur. q. 2.
Virum characteres diuersorum ordinum sint essentialiter ad feminicem ordinati. q. 3.
Virum character in diuersis ordinibus per diuersa signa exteriora imprimatur. q. 4.

Artic. II.

Virum diuisio ordinum in sacros, & non sacros sit bene assignata. q. 1.
Virum psalmistatus sit ordo. q. 2.
Virum episcopatus sit ordo. q. 3.
Virum ordines sint septem, an plures, vel pauciores. q. 4.

DISTINCT. XXV.

Artic. I.

Virum solus episcopus possit ordinare. q. 1.
Virum episcopus hereticus possit dare ordines. q. 2.
Virum simoniacus episcopus aliquem valeat ordinem vendere. q. 3.
Virum dans ordines simoniace ex hoc ipso fiat hereticus. q. 4.

Artic. II.

Virum ad hoc, quod ab aliquo possit ordo recipi, requiratur sexus virilis, an femina possit suscipere. q. 1.
Virum ad susceptionem ordinis necessarius sit usus rationis. q. 2.
Virum ad ordinis susceptionem necessaria sit indiuisio carnis. q. 3.
Virum ad susceptionem ordinis sit necessaria conditio libertatis. q. 4.

DISTINCT. XXVI.

Artic. I.

Virum matrimonium fuerit institutum ante lapsum, vel post. q. 1.
Virum matrimonium fuerit a Deo institutum, an ab homine. q. 2.
Virum institutio matrimonij fuerit sub precepto. q. 3.

Artic. II.

Virum in sacramento matrimonij sit aliquid signum, & aliquid signatum. q. 1.
Virum matrimonij sacramentum sit aliquid efficax, vel quid sit in hoc sacramento causans, & quid causatum. q. 2.
Virum carnalis commixtio sit de integritate matrimonij. q. 3.

DISTINCT. XXVII.

Artic. I.

Virum matrimonium sit maris, & femina coniunctio. q. 1.
Virum matrimonium debeat hoc vinculum appellari, vel quid sit matrimonium. q. 2.

Artic. II.

Virum consensus sit causa matrimonij. q. 1.
Virum ad contrahendum matrimonium sufficiat consensus vocalis absque mentali. q. 2.

Artic. III.

Virum matrimonium consummatum sit insolubile. q. 1.
Virum matrimonium ratum sit insolubile. q. 2.

DISTINCT. XXVIII.

Artic. I.

Virum consensus de futuro faciat matrimonium. q. 1.
Virum consensus ad tempus faciat matrimonium. q. 2.
Virum consensus conditionatus faciat matrimonium. q. 3.
Virum consensus tacitus faciat matrimonium. q. 4.
Virum consensus de presentii expressus in occulto verum faciat matrimonium. q. 5.
Virum consensus matrimonialis debeat esse in carnalem copulam, an in aliquo aliud. q. 6.

DISTINCT. XXIX.

Artic. I.

Virum consensus coactus faciat matrimonium. q. 1.
Virum consentiens in renitentem generet sibi preiudicium, ut non possit cum alio contrahere matrimonium. q. 2.
Virum aliquis possit ad matrimonium compelli per preceptum patris. q. 3.

DISTINCT. XXX.

Artic. I.

Virum consensus erroneus faciat matrimonium. q. 1.
Virum consensus matrimonialis beate Mariae Deo fuerit placidus, & in se honestus. q. 2.
Virum consensus libidinosus sit causa matrimonij, ut putatum cum aliquis consentit in aliquam propter diuitias, vel pulchritudinem. q. 3.

DISTINCT. XXXI.

Artic. I.

Virum bona matrimonij sint in genere conferentis, siue virilis, an honesti. q. 1.
Virum matrimonij bona, scilicet fides, proles, & sacramentum sufficienter sint assignata. q. 2.
Virum ista tria bona sint de necessitate. q. 3.

Questionum.

Artic. I.

Virum coitus propter prolem possit esse sine omni culpa. q. 1.
Virum coitus coniugalis causa fornicationis vitanda possit esse sine omni peccato veniali. q. 2.
Virum coire cum vxore ratione concupiscentia satianda sit semper mortale peccatum. q. 3.

DISTINCT. XXXII.

Artic. I.

Virum per votum post carnalem copulam possit vir continere, vxore nolente. q. 1.
Virum vir ante carnalem commixtionem possit continere vxore nolente. q. 2.

Artic. II.

Virum leproso coniugi oporteat debitum reddere. q. 1.
Virum quis teneatur debitum reddere fornicanti. q. 2.

Artic. III.

Virum tempore menstruum obligetur mulier ad debitum reddendum, & virum possit petere. q. 1.
Virum tempore dierum sollempnium debitum possit peti licite, & solui. q. 2.

Artic. IV.

Virum in celebrandis nuptijs debeat tempus obseruari. q. 1.
Virum matrimonium contractum tempore indebito debeat separari. q. 2.

DISTINCT. XXXIII.

Artic. I.

Virum sit contra legem naturae concubinam habere. q. 1.
Virum contra legem naturae sit, quod vnus habeat plures vxores. q. 2.
Virum Deus debuerit dispensare, quod licitum esset habere concubinas. q. 3.

Artic. II.

Virum virginitas sit virtus. q. 1.
Virum virginitas sit melior, & perfectior, quam coniugium, an econtra. q. 2.
Virum premium virginitatis sit aureola. q. 3.

Artic. III.

Virum licitum fuerit vxorem repudiare. q. 1.
Virum repudiare vxorem debuerit permitti. q. 2.

DISTINCT. XXXIV.

Artic. I.

Virum matrimonium habeat impedimentum. q. 1.
Virum impedimenta matrimonij sint sufficienter per Magistrum assignata. q. 2.

Artic. II.

Virum naturalis impotentia coeundi sit impedimentum matrimonij. q. 1.
Virum impotentia coeundi, qua est per maleficium, impedit matrimonium. q. 2.

Artic. III.

Virum furia impediatur matrimonium. q. 1.
Virum crimen incestus impediatur matrimonium. q. 2.

DISTINCT. XXXV.

Artic. I.

Virum diuortium possit fieri ex causa fornicationis. q. 1.
Virum dimittere vxorem fornicariam sit in precepto. q. 2.
Virum possit quis vxorem fornicariam dimittere propria auctoritate sine iudicio Ecclesie. q. 3.
Virum diuortio celebrato vir possit aliam vxorem ducere, vel vxor alium virum. q. 4.
Virum post diuortium possint vir, & vxor inuicem reconciliari. q. 5.
Virum possit fieri diuortium si non precedat aliqua culpa. q. 6.

DISTINCT. XXXVI.

Artic. I.

Virum conditio seruitutis cum contradictione domini impediatur matrimonium. q. 1.
Virum conditio seruitutis cum errore impediatur matrimonium. q. 2.
Virum proles sequatur conditionem patris, an matris. q. 3.

Artic. II.

Virum status etatis impediatur matrimonium. q. 1.
Virum defectus etatis impediatur contractionem sponsalium. q. 2.
Virum sponsalia contracta post septennium possint dissolui per mutuum consensum. q. 3.

DISTINCT. XXXVII.

Artic. I.

Virum ordines minores impediatur matrimonium. q. 1.
Virum sacer ordo impediatur matrimonium. q. 2.
Virum Ecclesia debuerit hoc instituire, & per tale statutum clericos ad continentiam obligare. q. 3.

Artic. II.

Virum vxorem adulteram occidere sit licitum. q. 1.
Virum grauius peccatum sit occidere vxorem, quam matrem. q. 2.
Virum vxoricidium impediatur matrimonium. q. 3.

DISTINCT. XXXVIII.

Artic. I.

Virum votum secundum substantiam sit promissio per diffinitionem Hugonis: Votum est restitucio quadam promissionis spontanea, qua Deo, & de his, qua Deo pertinent, fieri debeat. q. 1.
Virum votum sit circa omnia, vel de omnibus. q. 2.
Virum sit in omni habente usum rationis, &c. q. 3.

Artic. II.

Virum votum simplex sit impedimentum rescindens matrimonium. q. 1.
Virum votum possit commutari. q. 2.
Virum summus pontifex possit dispensare in voto. q. 3.

DI-

Index

DISTINCT. XXXIX.

Artic. I.

Virum matrimonium possit contrahi inter fidelem, & infidelem. q.1.
Virum sacramentum matrimonij sit inter fidelem, & infidelem. q.2.
Virum matrimonium infidelium excuset coitum sine conjugalem actum, ut non sit ibi peccatum. q.3.
Virum matrimonium ante baptismum ponat in numerum cum matrimonio contracto post baptismum, ita quod talis indicetur bigamus. q.4.

Artic. II.

Virum altero coniugum veniente ad fidem, altero remanente in infidelitate solvatur matrimonium quantum ad fidelem. q.1.
Virum matrimonium solvatur quo ad infidelem. q.2.
Virum matrimonium solvatur, si alter coniugum sit infidelis specialiter quo ad fidelem. q.3.
Virum in infidelibus venientibus ad fidem solvatur matrimonium propter personarum illegitimitatem, ut si habeat sororem in uxorem. q.4.

DISTINCT. XL.

Artic. I.

Virum consanguinitas sit aliquod vinculum. q.1.
Virum consanguinitas matrimonio praestet impedimentum. q.2.
Virum consanguinitas impediat matrimonium usque ad septimum gradum. q.3.

DISTINCT. XLI.

Artic. I.

Virum per omnem coitum contrahatur affinitas. q.1.
Virum affinitas transeat in alterum. q.2.
Virum affinitas praestet matrimonio impedimentum. q.3.

DISTINCT. XLII.

Artic. I.

Virum cognatio spiritualis contrahatur per aliquod sacramentum. q.1.
Virum cognatio spiritualis impediat matrimonium. q.2.
Virum spiritualis cognatio transeat ab uno in alterum, ut ipse ab uxore in virum. q.3.

Artic. II.

Virum cognatio legalis sit aliquod vinculum. q.1.
Virum cognatio legalis debeat impedire matrimonium. q.2.
Virum cognatio legalis transeat in alterum. q.3.

Artic. III.

Virum secunda nuptia sint licita. q.1.
Virum secunda nuptia sint sacramentales, sine habeant rationem sacramenti. q.2.
Virum secunda nuptia sint honorabiles. q.3.

DISTINCT. XLIII.

Artic. I.

Virum resurrectio mortuorum sit futura. q.1.
Virum resurrectio sit omnium. q.2.

Virum resurrectio sit omnium simul an successive. q.3.
Virum resurrectio sit eorumdem secundum numerum. q.4.
Virum resurrectio sit naturalis, an miraculosa. q.5.
Virum resurrectio Christi, vel vox Christi sit causa resurrectionis nostrae. q.6.

Artic. II.

Liber vita quid sit. q.1.
Virum in hoc libro omnia scribantur, vel quae sit huius libri scriptura. q.2.
Virum necessarium sit hunc librum aperire. q.3.

Artic. III.

Virum omnia merita legantur in libris conscientiae, vel quadam. q.1.
Virum quilibet legat omnia in conscientia alterius. q.2.
Virum omnia videantur simul ab omnibus. q.3.

DIST. XLIV. PARS. I.

Artic. I.

Virum humores resurgant. q.1.
Virum intestina, capilli, & unguis resurgant. q.2.

Artic. II.

Virum cum caro est in duobus hominibus, an resurgat in primo, an in secundo. q.1.
Virum materia uniuscuiuslibet membri in suo an indifferenter in quolibet resurgat. q.2.

Artic. III.

Virum corpora electorum resurgant cum deformitatibus. q.1.
Virum deformitates resurgant in corpus damnatorum. q.2.

DIST. XLIV. PARS. II.

Artic. I.

Virum sit ponere cruciatum aeternum, quem vocamus infernum. q.1.
Ubi sit infernus. q.2.

Artic. II.

Virum affligens in inferno sit ignis verus habens formam, & naturam, & speciem ignis. q.1.
Virum puniens in inferno sit ignis solus. q.2.

Artic. III.

Virum ignis infernalis consumat corpora damnatorum. q.1.
Virum ille ignis sit afflictivus spirituum. q.2.

DISTINCT. XLV.

Artic. I.

Virum ante Christi adventum fuerit descensus ad infernum. q.1.
Virum post Christi adventum anima habeant receptacula, vel loca determinata. q.2.
Virum anima a suis receptaculis aliquando exeant. q.3.

Artic. II.

Virum suffragia prosint defunctis, qui sunt medio crivere boni. q.1.
Virum

Quaestionum.

Virum profini suffragia facta per malos. q.2.
Virum suffragia magis prosint ei, qui magis meruit, an ei pro quo specialiter fiunt. q.3.

Artic. III.

Virum sancti orent pro nobis. q.1.
Virum sancti impetrent nobis aliqua suis orationibus. q.2.
Virum vile sit nobis rogare sanctos. q.3.

DISTINCT. XLVI.

Artic. I.

Virum aliqua mitigatio pena fiat dānatis propter suffragia Ecclesiae. q.1.
Virum fiat mitigatio propter misericordiam pietatem de peccatis damnatorum. q.2.
Virum Deus misericordius agat cum uno, quam cum altero. q.3.
Virum Deus agat iustius cum uno, quam cum altero. q.4.

Artic. II.

Virum in aliquo opere Domini sit misericordia. q.1.
Virum in eodem opere Domini sit misericordia, & veritas. q.2.
Dato, quod in omni opere Domini sit misericordia, & iustitia, & veritas secundum quod dicitur largissime, virum secundum quod proprie accipiuntur, aliquando separentur. q.3.
Virum possit Deus aliquid pure remittere ex iustitia, vel pure ex misericordia, ita quod ista duo separentur. q.4.

DISTINCT. XLVII.

Artic. I.

Virum apostoli iudicabunt. q.1.
Virum angeli iudicabunt. q.2.
Virum omnes iudicabuntur tam boni, quam mali. q.3.
Virum angeli iudicabuntur. q.4.

Artic. II.

Virum ignis conflagrationis, qui precedet faciem iudicis, sit elementum. q.1.
Virum virtus illius ignis sit naturalis, vel supra naturam. q.2.
Virum ignis conflagrationis tantum ascendet, quantum aqua diluivit, vel de illius ignis exensione. q.3.
Virum ille ignis precedat iudicium, an sequatur. q.4.

DISTINCT. XLVIII.

Artic. I.

Virum potestas iudiciaria sit Christi secundum humanitatem, an secundum divinitatem. q.1.
Virum Christus in forma divinitatis apparebit malis. q.2.
Virum Christus in forma gloriosa apparebit reprobis. q.3.
Virum hora iudicii sit nota alicui creaturae. q.4.

Artic. II.

Virum corpora supercaelestia remunerabuntur. q.1.
Virum corpora supercaelestia quietabuntur. q.2.
Virum innotabuntur elementa. q.3.
Virum innotabuntur plantae, & animalia bruta. q.4.

DIST. XLIX. PARS. I.

Artic. I.

Virum beatitudo sit bonum creatum, vel increatum. q.1.
Virum omnis homo appetat beatitudinem veram. q.2.
Virum homo sit subiectum beatitudinis secundum animam an totum conunctum. q.3.
Virum beatitudo sit in anima secundum substantiam, an secundum potentiam. q.4.
Virum beatitudinis actus sit omnium potentiarum. q.5.
Virum omnes habeant aequalem beatitudinem. q.6.

DIST. XLIX. PARS. II.

Artic. I.

Virum gloria corporis sit de substantia beatitudinis. q.1.
Virum beatitudo sit a gloria anima originaliter. q.2.

Artic. II.

Virum dotes corporis glorificati sint praefae quattuor. q.1.
Virum dotes corporis aequaliter sint in omnibus, vel secundum magis, & minus. q.2.

Artic. III.

Virum in patria omnes sensus erunt in suo actu. q.1.
Virum illi sensus, qui sunt in suo actu, cognoscant per receptionem speciei. q.2.

Artic. IV.

Virum corpus gloriosum sit passibile ab intrinseco. q.1.
Virum corpus gloriosum sit passibile passione venient ab extrinseco, sicut igne, vel cultello. q.2.

Artic. V.

Virum corpora gloriosa sint pernia, an colorata, an luminosa. q.1.
Virum corpora gloriosa possint claritatem suam secundum imperium animae oculis nostris occultare. q.2.

Artic. VI.

Virum corpus gloriosum possit penetrare omne aliud corpus non gloriosum in suo motu. q.1.
Virum corpus gloriosum sit palpabile tactu a non glorificato. q.2.

Artic. VII.

Virum corpora gloriosa sint agilia. q.1.
Virum agilia inclinet corpus gloriosum ad omnem differentiam positionis, an ad aliquem locum determinatum. q.2.

DIST. I. PARS. I.

Artic. I.

Virum damnati velint se peccasse. q.1.
Virum voluntate deliberativa damnati malint non esse, quam sic esse. q.2.
Virum damnati malent omnes esse damnatos, quam quosdam damnatos, quosdam beatos. q.3.

Artic. II.

Virum in inferno, vel loco damnatorum sint tenebra corporales. q.1.
Virum

Index

Virum in damnatis erunt tenebrae spirituales quantum ad actum cognoscendi. q.2.
Virum in damnatis sint tenebrae spirituales quantum ad actum memorandi. q.3.

Virum anima separata cognoscat ea, quae circa nos geruntur. q.2.
Virum mutuo se cognoscat, scilicet damnati beatos, & e converso. q.3.

DIST. L. PARS II.

Artic. II.

Artic. I.

Virum anima separata habeat usum potentiae sensitivae. q.1.

Virum damnati habeant vermem materiale, sine corporealem. q.1.
Virum in damnatis sit vermis spiritualis. q.2.
Virum vermis ille sit immutabilis. q.3.

Indicis Distinctionum, & Quaestionum in Quartum librum
Sententiarum, & Tomi V.
FINIS.

